A
3
40

$\delta = 11 \quad \gamma = 2 \quad \omega = 4$

4-5



$\delta = 11 \quad 4 = 2 \quad \omega = 4$



R.2190

BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

NECNON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA &c.

De principalioribus, & fere omnibus, quæ in dies occurrunt, nec penes omnes facile, ac prompte reperiri possunt, ex utroque Jure, Pontificiis Constitutionibus, Conciliis, Sacrarum Congregationum Decretis, Sacræ Romanæ Rotæ Decisionibus, ac probatissimis, & selectissimis Auctoribus accurate collecta, adaucta, Ordine Alphabetico congesta,

AC IN OCTO TOMOS DISTRIBUTA

AB AD M. R. P.

LUCIO FERRARIS

Soler - Alexandrino, Ord. Minor. Regul. Observ. Lectore Jubilato, Exprovinc., Examinat. Synodali, ac S. Offic. Consultore.

EDITIO SECUNDA ROMANA AUCTIOR,

Cui, præter ea, quæ Auctor in Tertia Editione Veneta in calce Operis adjecerat, nunc suis locis inserta, accesserunt ex aliena manu multa tum Theologiam, tum maxime Jus Canonicum & Civile concernentia, eaque scitu digni[illegible] & omnibus præsertim Ecclesiasticis Viris apprime utilia, & necessaria [illegible] Index rerum locupletissimus.

TOMUS TERTIUS.

COMPLECTENS LITTERAS

E. F. G. H.

DE LA LIBRER
DEL REAL COLEGIO M
Reunido de Santa Cru
Santa Catalina.
Æ. C. N.

ROMÆ MDCCLXVII.

EX TYPOGRAPHIA CAROLI BARBIELLINI
In Via Cursus

SUPERIORUM FACULTATE.

R.2190

BIBLIOTHECA

CANONICA, JURIDICA, MORALIS, THEOLOGICA,

NECNON

ASCETICA, POLEMICA, RUBRICISTICA, HISTORICA &c.

De principalioribus, & fere omnibus, quæ in dies occurrunt, nec penes omnes facile, ac prompte reperiri possunt, ex utroque Jure, Pontificiis Constitutionibus, Conciliis, Sacrarum Congregationum Decretis, Sacræ Romanæ Rotæ Decisionibus, ac probatissimis, & selectissimis Auctoribus accurate collecta, adaucta, Ordine Alphabetico congesta,

AC IN OCTO TOMOS DISTRIBUTA

AB ADM. R. P.

LUCIO FERRARIS

Soler-Alexandrino, Ord. Minor. Regul. Observ. Lectore Jubilato, Exprovinc., Examinat. Synodali, ac S. Offic. Consultore.

EDITIO SECUNDA ROMANA AUCTIOR,

Cui, præter ea, quæ Auctor in Tertia Editione Veneta in calce Operis adjecerat, nunc suis locis inserta, accesserunt ex aliena manu multa tum Theologiam, tum maxime Jus Canonicum & Civile concernentia, eaque scitu digni[illegible] & omnibus præsertim Ecclesiasticis Viris apprime utilia, & necessaria [illegible] Index rerum locupletissimus.

TOMUS TERTIUS.

COMPLECTENS LITTERAS

E. F. G. H.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. C. N.

ROMÆ MDCCLXVII.

EX TYPOGRAPHIA CAROLI BARBIELLINI
In Via Cursus

SUPERIORUM FACULTATE.

Del

Dor. Dn. Juan Franco. Carbonel del Rosal
Lectl. de la Sta. Yga. de Baza

BARBIELLINI FRATRES.

LECTORIBUS.

QUoniam inscripto hujus Operis, quod nostris Typis primum hic in Urbe edimus, præferre videtur, materias vix tangi, nequaquam vero discuti; idcirco operæ pretium duximus monere multa esse in Additionibus, quæ non tacta, sed discussa sunt. Hujus generis sunt præsertim, quæ addita a Theologo sunt de ECCLESIA, de EUCHARISTIA, de FIDE, de GRATIA &c., & a Jurisconsulto de EVICTIONE, de FORO ECCLESIASTICO, & de aliis id genus.

De plausu autem, quo ubique gentium excepta est hæc nostra editio ita aucta, non est, quod pluribus disseramus. Satis sit dicere, quod Venetiis, ut audivimus, novis formis opus hoc excuditur cum nostris Additionibus; & fortassis aliis licet brevibus AUCTORIS; Si ita erit, in ultimo Volumine has alias Additiones nostris etiam typis edemus, sed vel illustratas, vel correctas a Theologo, & Jurisconsulto. Quapropter nostra hæc editio præstantior semper erit nova Veneta editione, non solum quia vicem tenet exemplari, verum etiam quia novis Auctoris Additionibus vel illustratis, vel correcti, aliquid amplius continet.

Reliquum est ut subnectamus nonnulla esse verba, quibus nihil additum fuit. Id autem consulto fuit factum, ne tertium hoc volumen præter modum exscrescerer. Ceterum in sequentibus voluminibus ansa arripietur agendi de materiis illis, sub affinibus verbis. Hæc vos monitos volebamus. Valete.

CAROLUS BARBIELLINI

LECTORIBUS.

IN Monito primo Volumini hujus secundæ editionis præmisso, Additiones promisimus Articulis: EMPHYTHEUSIS, EMPTIO, EPISCOPUS, & EREMITA, quæ omissæ fuere in prima nostra editione. Fidem autem hanc jam exsolvimus, & quidem pinguius; idque quia non solum hasce Additiones fieri curavimus à Jurisconsulto Clarissimo, sed & novam ab eo Additionem fieri pariter curavimus Verb. ELECTIO, eamque in calce hujus Tertii Voluminis impressimus. Ex quibus, & aliis quisque videt secundam hanc nostram editionem omnibus, quæ hactenus factæ sunt, præstantiorem esse.

APPROBATIONES.

IDem judicium quod perlectis de mandato Reverendiſs. P. Thomæ Auguſtini Riicchinj S. Pal. Apoſt. Magiſtri Tomis Primo, & Secundo tuli, ad examen revocato hoc Tertio cogor ferre, Scilicet quæ minus, meo quidem judicio, perſpecte in hanc PROMPTAM BIBLIOTHECA congeſſit R. P. LUCIUS FERRARIS : ea Notis vel indicata, vel emendatas ſunt. Quare & hunc Tomum Tertium novis ſubmitti poſſe typis cenſeo.

Datum Romæ ex Collegio Clementino die 6. Julii 1767.

D. Joſeph Bertani C.R.S. Conſultor S. R. Congreg.

UT muneri mihi impoſito a Reverendiſſimo P. Thoma Auguſtino Ricchini Sac. Palatii Apoſtol. Magiſt. ſatisfacerem, Tertium Tomum *Bibliothecæ &c. admodum R. P. Lucii Ferraris* attente, ac diligenter legi, & examinavi, Notiſque, ac Animadverſionibus, ubi res id expoſcebat, textum pro meis Viribus illuſtravi, ac emendavi. Ea propter, & hunc prælo iterum ſubjici poſſe exiſtimo. In quorum fidem &c.

Dabam ex ædibus noſtræ Congregationis IV. Kal. Jun. MDCCLXVII.

Paulus Marcellus Del Mare Congregationis S. Jo. Baptiſtæ Presbyter, ac S. Theologiæ Lector.

NOtas, & Animadverſiones, quæ huic Tertio Tomo Promptæ Bibliothecæ acceſſerunt, attente legi, nihilque in iis inveni, quod Fidei Catholicæ, boniſque moribus adverſetur, eaſque quapropter luce publica dignas cenſeo.

Datum ex Collegio Eccleſiaſtico de Urbe hac die 8. Julii MDCCLXVII.

Ubaldus Giraldi a S. Cajetano Cl. Reg. Scholarum Piarum Apoſtolicus Romani Cleri Examinator.

CUm Tertium Tomum *Bibliothecæ R. P. Lucii Ferraris* nuperrimis Additamentis Auctoris, ac Celeberrimi Juriſconſulti Romani illuſtratum juſſus a Reverendiſſimo P. Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici accurate perlegerim ; & nihil in eo contra Fidem orthodoxam, & bonos mores ſe obtulerit, quo minus iterum typis mandari poſſe arbitror,

Romæ Kal. Julii 1767.

Felix Antonius Tombolini J. V. D.

REIMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro,

Dom. Patriarch. Antiochen. Viceſgerens.

REIMPRIMATUR.

Fr. Thom. Auguſtin. Ricchinius Ord. Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

INDEX TITULORUM

Seu Materiarum, quæ in hoc Tertio Tomo continentur.

E

EBRIETAS Pag. 1
Ecclesia 1
Edicta Laicalia 28
Educandæ 28
Ejicere, Ejecti a Religione 28
Electio 30, 349
Eleemosyna 55
Emphyteusis 60
Emptio, & Venditio 67
Energumeni 83
Epicheja 83
Epilectici 83
Epiphania Domini 83
Episcopatus 83
Episcopus 92
Episcopus quoad Visitationem &c. 113
Eremita 125
Error communis 129
Eucharistia 129
Eunuchus, Eunuchi 152
Evictio 153
Examen, Examinare, Examinari, Examinatores Synodales 155
Excommunicatio 158
Executor Litterarum Apostolicarum 175
Executor Testamentarius 177
Exemptio 177
Exemptio Regularium 177
Exequiæ 177
Exercitia Spiritualia 177
Ezhæredatio 178
Exorcistatus 180
Exorcizare, Exorcista 180
Expositi Filii 180
Expositio SS. Sacramenti 182
Extractio 182
Extrema Unctio 182

F

FALCIDIA 186
Falsum, Falsarius 188
Fama 192
Familia 195
Familiaris 199
Famuli, Famulæ 201
Fenestræ 202
Ferragosto 203
Festa, Festivitates 204
Feudum 216
Fideicommissum 222
Fidejussio, Fidejussor 224
Fides 227
Fidei Professio 233
Filius, Filii 234
Filius Viduæ Naim 243
Fiscus 243
Fœmina 243
Fornicatio 246
Fortitudo 246
Forum, seu Forus 246
Franchitiæ 250
Franciscani 251
Fraus 251
Fructus Ecclesiasticorum, & præsertim Beneficiatorum 252
Frumentum 253
Fugitivus a Religione 254
Fundator Beneficii 254
Funeralia, Funera 254
Furnus 254
Fur, Furtum 255

G

Gabella, Gabellarius 261
Geomantia 265
Gradus Affinitatis, & Consanguinitatis 265
Græci 265
Grassator, Grassatio 265
Gratia ut est Donum Dei 266
Gratia, ut est Gratiosum Rescriptum 273
Gubernator 276
Guidagium, seu Pedagium 278
Gula 278

H

Habitus 289
Hæreditas 295
Hæres 297
Hæresis 302
Hæretica propositio 304
Hæresi proxima 304
Sapiens Hæresim 304
Suspecta de Hæresi 304
Hæreticus 304
Hebdomada, Hebdomadarius 310
Hebræus 311
Hemorroissa a Christo sanata 327
Hermaphroditus 327
Hierosolymitani Milites, seu Equites Militenses 329
Historia, Historicus 333
Homicida, Homicidium 335
Honestas publica 342
Honor 342
Horæ Canonicæ 342
Hortatoriæ. 342
Hospitale, Hospitalarius. 343
Hospitatio Militum. 346
Hospitia Regularium. 346
Hydromantia. 346
Hypotheca, Pignus 346

ADMOD.

ADMODUM REVERENDI

P. F. LUCII FERRARIS

PROMPTA BIBLIOTHECA

Canonica, Juridico-Moralis, Theologica &c.

EBRIETAS.

EBRIETAS. Vide verbum *Clericus art. 5. a num. 15. ad 20.* & verb. *Irregularitas art. 1. sub num. 11.* & verb. *Gula a num. 12. ad 21.* in talibus enim citatis locis quantum sufficit pertractatum est de hujusmodi verbo.

ECCLESIA.

ECclesia potest capi dupliciter, scilicet in sensu morali, prout nempe significat Cœtum, Conventum, Collectionem, aut Congregationem hominum, quo sensu Ecclesiam sæpe accipit Scriptura, ut *Psalm. 25. Odivi Ecclesiam malignantium, & Psalm. 88. Laus ejus in Ecclesia Sanctorum, & Matthæi 5. Convenit Ecclesia magna, & ad Romanos 16. Salutant vos omnes Ecclesiæ Asiæ*, & alibi passim, quo sensu etiam cuncti Fideles sub uno in Terra Capite, idest Papa, existentes, vocantur Ecclesia, ut patet *in cap. Ecclesia 7. de consecrat. dist. 1.* ibi: *Ecclesia, idest Catholicorum Collectio.* Et potest capi pro ipsa Ecclesia materiali, scilicet pro Templo aliquo manufacto, seu Æde publica cultui Divino deputata, in quo Fideles ad colendum, & invocandum Deum, Divina administranda, & percipienda conveniunt; Unde de Ecclesia utroque hoc modo sumpta breviter erit sermo, & in primis de Ecclesia in sensu morali capta.

ARTICULUS I.

Ecclesia in sensu morali capta quoad ejus esse, & principales notas.

1 ECclesia est nomen græcum, quod significat evocationem, seu cœtum vocatorum; Hinc usurpatur a nobis ad significandum cœtum Fidelium, & aptissime nomine vocationis cœtus Fidelium appellatur, quoniam ad cœtum Fidelium nemo se instinctu proprio adjungit, sed Cœlesti admonitus vocatione. Ecclesiæ nomen aliquando sumitur generaliter, 2 aliquando particulariter. Nomen Ecclesiæ sumptum generaliter est quid commune ad Ecclesiam *Triumphantem*, quæ est cœtus in Cœlis regnantium, sive hominum, sive Angelorum: ad Ecclesiam *Patientem*, quæ est Congregatio hominum in igne pro purgandis peccatorum reliquiis probatorum: & ad Ecclesiam *Militantem*, quæ est adunatio Christianorum contra salutis hostes pugnantium. Nomen Ecclesiæ sumptum particulariter significat tantum Christi Eccle-

siam Militantem; & Ecclesia sic sumpta, de qua solum in præsenti est sermo, sic definitur: *Ecclesia est Congregatio, seu Cœtus visibilis Baptizatorum sub uno Capite Christo in Cœlis, & Romano Pontifice ejus Vicario in Terris inter se in eadem Fidei professione, & Sacramentorum participatione colligatorum.* Est in re *ommunis*. Dicitur primo *Congregatio, seu Cœtus visibilis*, quia, ut dicitur *in Psal. 18. In sole posuit Tabernaculum suum*, quod ibi de Ecclesia intelligit S. Augustinus dicens: *In sole posuit Tabernaculum suum*, hoc est *in manifestatione posuit Ecclesiam suam, non in occulto.* Et idem habet *in Epistola 166. ad Donatistas: Ipsa Ecclesia in sole posita, hoc est in manifestatione omnibus nota usque ad terminos terræ.* 3 Dicitur secundo: *Baptizatorum*, quia nullus est Ecclesiæ 5 membrum, aut intrat Ecclesiam, nisi per Baptismum, qui porta unica, & omnibus communis. Dicitur tertio: sub *uno* 6 *Capite Christo*, quia Deus *ipsum dedit Caput supra omnem Ecclesiam, ad Ephes. cap. 1. & cap. 5. Quoniam vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ.* Dicitur quarto: *Et* 7 *Romano Pontifice ejus Vicario*, quia solus Romanus Pontifex est verus Christi Vicarius totius Ecclesiæ respectu, & contraria opinio Lutheri fuit tamquam hæretica proscripta a Leone X. Constitut. incip. *Exurge*, & est Lutheri error 25. ibi; *Romanus Pontifex Petri successor non est Christi Vicarius super omnes totius mundi Ecclesias ab ipso Christo in Beato Petro constitutus.* Tum quia ipsi in persona Petri dixit Christus *Joan. 21. Pasce Oves meas*, & licet spectet etiam ad Episcopos, aliosque Pastores regere Ecclesiam, hoc tamen est cum subordinatione ad Romanum Pontificem. Dicitur quinto; 8 *in eadem Fidei professione, & Sacramentorum participatione*, quia sicuti Ecclesiæ membra sub uno, & eodem Capite nempe Christo vivunt, sic eadem Fidei professione, & Sacramentorum partecipatione debent ipsum colere. Dicitur sexto, 9 & ultimo: *Inter se colligatorum*, quia non sufficit ad veram Congregationem, seu Cœtum, qualis est Ecclesia, sola multitudo, sed requiritur insuper aliqua communicatio per preces, Charitatem &c. ut verificetur Sanctorum Communio.

Ad hanc Ecclesiam spectant, non solum prædestinati, ut 10 prætendunt Wiclefistæ, Hussitæ, & Calvinistæ, sed etiam reprobi, cum isti, sicut illi possint Christi Fidem profiteri sub uno Capite, & de facto Christus *Joan. 10. Ecclesiam comparavit Ovili, in quo sunt Oves, & hædi; & Matthæi 13.* ipsam Ecclesiam comparavit Agro, in quo est bonum semen, & Zizania; Item *Matthæi 25.* Ipsam comparavit decem Virginibus, ex quibus erant quinque prudentes, & quinque fatuæ, ex quibus dantur intelligi prædestinati, & reprobi; Sic etiam ad 11 hanc Ecclesiam spectant, non solum justi, & perfecti, qui nullum habent peccatum, ut prætendunt Pelagiani, sed etiam

ipſimet peccatores, quia per hoc, quod aliqui peccent peccato furti, homicidii, & hujuſmodi, non rejiciunt propterea Fidem Chriſti, aut Eccleſiæ ſubjectionem.

12 Ad hanc tamen Eccleſiam non ſpectant, ſeu ab ipſa excluduntur Pagani, Turcæ, Judæi, qui numquam ad veram Fidem venerunt; Unde Apoſtolus. 1. *Ad Corinth. cap.* 5. *Quid mihi de his, qui foris ſunt judicare? ideſt, de infidelibus.* Excluduntur etiam Catechumeni, qui licet ſint Fideles, poſſintque, ſi ſic moriantur, ſalvari ratione Baptiſmi in voto; tamen cum nondum Baptiſmum receperint, inter actualia Eccleſiæ membra non numerantur, quia juxta Concilium Florentium, & Sanctos Patres, homines fiunt de corpore Eccleſiæ, cum baptizantur; Unde Cathechumeni non ligantur Eccleſiæ Conſtitutionibus, & ſi revertantur ad Paganiſmum, aut Hebraiſmum

14 non poſſunt ut Apoſtatæ haberi, ac puniri. Item excluduntur Hæretici, & a Fide Apoſtatæ; cum enim ipſi veram Fidem non profiteantur, nequeunt eſſe de corpore Eccleſiæ, quæ eſt Congregatio Fidelium ex Concilio Lateranenſis *cap. Firmiter, de Summa Trinitate*: & ideo in Concilio Nicæno *c.*8. dicuntur poſſe recipi in Eccleſiam, ſi redeant, quod ſignum eſt manifeſtiſſimum ab ea fuiſſe ſeparatos; Et quamvis Eccleſia poſſit ipſos judicare, & punire, hoc non eſt, quia ſint ſua membra, & de ſuo corpore, ſed quia debent eſſe, uti

15 jam fuerunt, & ab ea ſponte, & culpabiliter receſſerunt. Item excluduntur Schiſmatici, quia, licet idem credant, ac nos, ubi ſunt præciſè Schiſmatici, per hoc tamen, quod unionem non habent cum capite, nec locum habere poſſunt in corpore Hinc Eccleſia in die Paraſceves orat pro Hæreticis & Schiſ-

16 maticis, ut Deus ad Eccleſiam eos revocare dignetur. Item excluduntur Excommunicati, quia, ex quo priventur omni commercio ſpirituali, quod habent Eccleſiæ membra inter ſe, non cenſentur cum aliis colligati, textu expreſſo *in c. Omnis* 32. *cauſ.* 11. *q.* 3. ibi: *Omnis Chriſtianus, qui a Sacerdotibus excommunicatur, Satanæ traditur. Quomodo? Quia ſcilicet extra Eccleſiam Diabolus eſt.* Et S. Auguſtinus *lib. de Unitate Eccleſiæ c. ult.* ait: *Excommunicari eſt viſibiliter præſcindi ab Eccleſia.*

17 Una, & eadem ſubſtantialiter, & formaliter eſt Eccleſia Legis gratiæ, ac Eccleſia Legis naturæ, & Legis ſcriptæ. *Eſt communis inter Catholicos*; Et ratio eſt, quia unum, & idem objectum Fidei, Chriſtus nimirum, ſemper fuit ab exordio mundi creditum uſque ad præſens, & credetur uſque ad conſummationem ſæculi; cum hac ſolum differentia, quod juxta diverſitatem temporum magis, & minus explicite creditum fuerit hoc unum, & idem objectum Fidei; magis enim explicite fuerunt multa credita tempore Legis ſcriptæ, quam tempore Legis naturæ, & magis explicite plura creduntur tempore Legis gratiæ, quam tempore utriuſque, & Legis naturæ ſcilicet, & ſcriptæ ita crederentur, ut egregie adrem habet S. Auguſtinus *in tract.* 45. *in Johann. num.* 9. ibi: „ Ante adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, „ qui humilis venit in carne, præceſſerunt juſti; ſic in eum „ credentes venturum, quomodo nos credimus in eum, qui „ venit: Tempora variata ſunt, non Fides, quia & ipſa ver„ ba pro tempore variantur, cum varie declinantur, alium „ ſonum habet *venturus eſt*, alium ſonum habet *venit*, muta„ tus eſt ſonus *venturus eſt*, & *venit*; eadem tamen Fides „ utroſque conjungit, & eos, qui venturum eſſe & eos, qui „ venille crediderunt diverſis quidem temporibus, ſed utroſ„ que per unum Fidei Oſtium, hoc eſt per Criſtum videmus „ ingreſſos „ & ad hoc propoſitum adducit Apoſtol. 2. ad Corint. 4. dicentem; *habentes eumdem ſpiritum Fidei*; adeoque una, & eadem ſubſtantialiter, & formaliter eſt Eccleſia Legis naturæ, & Legis ſcriptæ, ut clare etiam conſtat ex diverſis ſtatibus vitæ hominis; ſicut enim eſt idem numero homo, & quando eſt infans, & quando adoleſcens, & quan juvenis, & uſque ad finem vitæ; ſic eadem omnino eſt Eccleſia in diverſis ſtatibus eamdem ſubſtantialiter, & formaliter identitatem ſervans, cum Eccleſia Legis naturæ comparetur infantiæ hominis, Eccleſia Legis ſcriptæ Adoleſcentiæ, & Eccleſia Legis gratiæ Juventuti, & maturitati uſque ad finem vitæ. Hinc firmiter tenendum eſt tres dictas Eccleſias non formaliter, ſed materialiter tantum fuiſſe, & eſſe diſtinctas, adeoque unam tantummodo, & eandem eſſentialiter, & formaliter eſſe, cum quælibet per eamdem Fidem in Chriſtum, ſive ante Incarnationem, ut Eccleſia Legis naturæ, & Legis ſcriptæ, ſive poſt Incarnationem, ut Eccleſia Legis gratiæ ſibi paraverit, & paret aditum ad ſalutem, ut expreſſe docet S. Auguſt. *in Pſalm.* 104. *num.* 10. ibi: *Non enim quiſpiam præter iſtam Fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu, ſive ante ejus Incarnationem, ſive poſtea reconciliatus eſt Deo*,

Notæ præcipuæ, per quas hæc noſtra vera Eccleſia diſcernitur a falſis, ſunt quatuor, ſcilicet quod ſit *Una*, *Sancta*, *Catholica*, & *Apoſtolica*. *Eſt communis inter Fideles*, cum ſit articulus Fidei definitus in Conc. Conſtantinopolitano, & Fidelibus omnibus credendus propoſitus in Symbolo, quod in Miſſis recitatur, & habetur etiam expreſſe *in cap. Unam Sanctam, de Majorit. & Obed. inter Commun.*, ibi: „ Unam „ Sanctam Eccleſiam Catholicam, & ipſam Apoſtolicam „ urgente Fide credere cogimur, & tenere. Noſque hanc „ firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, extra quam „ nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum „. Prima igitur 19 veræ Eccleſiæ nota eſt, quod ſit *Una*, quod verum eſt, non ſolum de Eccleſia Legis gratiæ, ſed etiam ut conſideratur ab initio mundi uſque ad conſummationem ſæculorum, ita ut credentium univerſalitas, quæ fuit in Eccleſia Legis naturæ, & Legis ſcriptæ, & Legis gratiæ, ſemper eadem fuerit, & ſit eſſentialiter, ut fuit oſtenſum *ſub num.* 17. Hanc Eccleſiæ unitatem inſinuat Scriptura variis in locis. *Cantic.* 6. dicitur: *Una eſt Columba mea*, quod de Unitate Eccleſiæ interpretatur S. Aug. *tract.* 6. *in Joan.* ibi: „ Quid evidentius Fratres mei „ in Columba Unitas, in linguis gentium Societas . . . unde „ debuit ergo charitſimi demonſtrari Spiritus Sanctus Unitatem „ quandam deſignans, niſi per Columbas, ut pacatæ Eccle„ ſiæ diceretur „: Una eſt Columba mea? Et de Eccleſiæ unitate intelligitur etiam *in cit. cap. Unam Sanctam, de major. & obed. inter commun.* ibi: „ Sponſo in Canticis proclaman„ te una eſt Columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, „ electa genitrici ſuæ, quia unum Corpus myſticum repræ„ ſentat cujus caput Chriſtus, Chriſti vero Deus, & *Pſalm.* 21. dicitur: *Erue a framea Deus animam meam, & de manu Canis unicam meam*, quod de noſtræ veræ Eccleſiæ unitate intelligitur *in dict. cap. Unam Sanctam*, ibi: „ Hanc autem „ veneramur & unicam, dicente Domino in Propheta Erue „ a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam „ meam, pro anima enim, ideſt pro ſe ipſo capite ſimul ora„ vit, & corpore, quod corpus unicam ſcilicet Eccleſiam no„ minavit, & Joan. 10. dicitur: *Unum Ovile*, & *ad Epheſ.* 4. dicitur *Unum Corpus*.

Unde hæc Eccleſia variis titulis eſt Una. Primo eſt una unitate principii, ſcilicet Dei vocantis, & Chriſti fundantis, & 20 ideo dicitur *ad Epheſ.* 4. *Unus Dominus*. II. Unitate Capitis, ſicut enim unum eſt Ovile, ita eſt unus Paſtor, ut dicitur *Joan.* 10. III. Unitate conjunctionis, & ideo dicitur 1. *ad Corinth.* 10. *Unum Corpus multi ſumus*, & *Act.* 4. *Credentium erat cor unum*, & *anima una in Domino*. IV. Unitate Fidei, ut habetur *ad Epheſ.* 4. *Una Fides*, & ibid. *Donec occurramus omnes in Unitatem Fidei*. V. Unitate mediorum ad hæreditatem Fideles perducentium, tum internorum, quæ ſunt Fides, Spes, Charitas, tum externorum, quæ ſunt Sacramenta, & ideo *ad Epheſ.* 4. dicitur *Unum Baptiſma*, quod eſt reliquorum janua, & fundamentum. VI. Unitate Sacrificii, ut dicitur, 1. *ad Corinth.* 10. *Omnes, qui de uno pane participamus*. VII. Unitate Doctrinæ, de qua loquens S. Auguſt. dicit: „ qui volunt „ unam linguam veniant ad Eccleſiam, quia in diverſitate „ linguarum carnis, una eſt in Fide lingua cordis „. Unde S. Irenæus *de unitate Fid. cap.* 3. ſic ait: „ Neque, quæ in Ger„ mania ſunt fundatæ Eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tra„ dunt, neque hæ, quæ in Oriente, neque hæ, quæ in „ Ægypto, neque hæ, quæ in Lydia, neque hæ, quæ in „ medio mundi ſunt conſtitutæ; ſed ſicut ſol Creatura Dei in „ univerſo Mundo unus, & idem eſt; ſic & lumen, & præ„ dicatio veritatis ubique lucet.

Secunda nota veræ Eccleſiæ eſt, quod ſit *Sancta*. Unde 21 *Cantic.* 6. dicitur: „ Eccleſia decora Columba . . pulchra ut „ Luna, electa ut Sol . . *Epiſt.* 1. *Petri cap.* 2. dicitur *Gens Sancta*; Et *ad Romanos cap.* 1. *Omnibus, qui ſunt Romæ . . . vocatis Sanctis*. Unde pluribus titulis dicitur *Sancta*. I. Pro- 22 pter ſponſum Chriſtum, qui eſt *Sanctus Sanctorum*. II. Quia in eam nullus ingreditur, niſi per Baptiſmum ablutus, & ſanctificatus, 1. *ad Corinth. cap.* 6. *Hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis* III. Propter Chriſti mortem: Ad hoc enim Chriſtus paſſus eſt, ut Eccleſiam ſuam ſanctificaret, ut dicitur 4. *ad Epheſ.* ibi: „ Chriſtus dilexit Eccleſiam, & „ ſeipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, & ad Hebræos „ cap. 13. Jeſus, ut ſanctificaret populum per ſanguinem ſuum „ extra portam paſſus eſt „. IV. Propter ejus Leges, præcepta, Sacramenta, & doctrinam, quæ omnia ſanctitatem redolent, & eo tendunt, ut Sancti efficiamur; Unde *Pſal.* 18. dicitur: „ Lex Domini immaculata convertens animas; ad „ Epheſ. cap. 1. dicitur Elegit nos in ipſo ante mundi conſtitu„ tionem, ut eſſemus Sancti, & immaculati in conſpectu „ ejus „. V. Quia extra illam nulla Sanctitas eſſe poteſt, dicit enim S. Auguſt. „ lib. de Baptiſmo contra Petilianum cap. 16. „ ſic: „ Intra iſtam arcam (Catholicæ Eccleſiæ) boni, & „ mali eſſe poſſunt; extra eam boni eſſe non poſſunt.

23 Tertia nota veræ Eccleſiæ eſt, quod ſit *Catholica* ideſt Univerſalis. I. Ratione loci, quia per totum Orbem, diffuſa, & ideo *Pſal.* 18. dicitur: *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines Orbis Terræ verba eorum*; Et *Marc.* 16. *Euntes in mundum univerſum &c.* Et S. Auguſt. *Epiſt.* 52. *ad Severinum num.* 1. dicit: „ Ipſa enim eſt Eccleſia Catholica, unde Grae„ ce appellatur, quod per totum Orbem Terrarum diffundi„ tur, & Epiſt. 140. ad Honoratum num. 43. ait: Eccleſia „ illa eſt, quam modo dicit unicam ſuam, hæc eſt unica Ca„ tholica, quæ toto Orbe copioſa diffunditur, quæ uſque „ ad ultimas gentes creſcendo porrigitur „. II. Ratione perſonarum, quia vocat, & recipit homines cujuſcumque nationis, ſtatus, & conditionis, ſi velint Evangelio obedire, & ſalvari; Unde *Marci* 16. dicitur: *Prædicate Evangelium omni Creaturæ*. III. Ratione temporis, quia fuit ab initio mundi, & durabit uſque ad finem per omnia tempora: Hinc *Daniel* 2. dicitur: *Suſcitabit Deus Cœli Regnum, quod in æternum non diſſipabitur*. IV. Ratione communis conſenſus populorum etiam inimicorum eam Catholicam appellantium, ut obſervat S. Auguſt. *de vera Religione cap.* 7. ibi: Tenenda eſt nobis „ Chriſtiana Religio, & ejus Eccleſiæ communicatio, quæ „ Catholica eſt, & Catholica nominatur, non ſolum a ſuis, „ verum etiam ab omnibus inimicis. Velint, nolint, ipſi „ enim quoque Hæretici, & Schiſmatici alumni, quando, non „ cum ſuis, ſed cum extraneis loquuntur, Catholicam nihil „ aliud, quam Catholicam vocant „. Et idem S. Auguſt. *in cap.* 9. *Joan.* ſic dicit: „ Multa ſunt, quæ in gremio Eccle„ ſiæ me tenent; tenet me conſenſus populorum, tenet Au„ ctoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, „ vetuſtate firmata, tenet ſucceſſio Sacerdotum ab ipſo Petro, „ tenet denique ipſum Catholicæ nomen, quod ita inter tot „ Hæreſes Eccleſia ſola obtinuit, ut cum omnes Hæretici ſe „ Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi „ ad Catholicam Eccleſiam conveniatur, nullus Hæretico„ rum Baſilicam ſuam audeat oſtendere.

24 Quarta nota veræ Eccleſiæ eſt, quod ſit *Apoſtolica*, & dicitur Apoſtolica tribus potiſſimum de cauſis. I. Quia fundata eſt a Chriſto, qui ad *Hebr.* 3. dicitur Apoſtolus confeſſionis noſtræ; Et quod Chriſtus Auctor, & fundamentum noſtræ Eccleſiæ ſit Apoſtolus, clare patet, quia Apoſtolus idem eſt ac miſſus, Chriſtus autem miſſus eſt a Patre ad homines edocendos, & redimendos. *Joan.* 20. ibi: *Sicut miſit me vivens Pater &c.* 2. Quia fuit per Apoſtolos propagata, & firmata; Unde *ad Epheſ.* 2. dicuntur Fideles *ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum*, & *ad Romanos* 10. *ex Pſalm.* 18. dicitur: *In omnem terram exivit ſonus eorum*, & doctrinam ab ipſis Apoſtolis receptam ſemper integram, & incorruptam retinuit, & retinebit; Unde *ad Galatas* 1. dicitur: „ Licet nos, aut An„ gelus de cœlo evangelizet vobis, præter quam quod evan„ gelizavimus vobis, anathema ſit, 3. Quia ab ipſis Apoſto„ lis uſque ad nos per continuam virorum Apoſtolicorum ſuc„ ceſſionem deſcendit: Unde S. Auguſt. *lib. contra Epiſtol. fundamenti cap.* 4. dicit: „ Tenet me in gremio Eccleſiæ ab ipſa „ Sede Petri Apoſtoli, cui paſcendas Oves ſuas poſt reſur„ rectionem ſuam Dominus commendavit uſque ad præſen„ tem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum.

25 Sola Eccleſia Romana Catholica habet notas veræ Eccleſiæ Chriſti, & in ipſa ſola poteſt obtineri ſalus, & nullus extra ipſam ſalvatur. *Eſt de Fide*, & habetur expreſſe tota concluſio *in cap. Unam ſanctam, de Majoritat. & Obedient. inter communes*, ibi: „ Unam ſanctam Eccleſiam Catholicam, & ipſam „ Apoſtolicam, urgente Fide credere cogimur, & tenere, „ Noſque hanc firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, „ extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum, & ibi eſt ſermo de ſola Eccleſia Romana Catholica, ut expreſſis verbis *ibidem in §. final.* declaratur ibi: „ Porro ſubeſſe Ro„ mano Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, di„ cimus, definimus & pronunciamus omnino eſſe de neceſſi„ tate ſalutis; Et habetur etiam definitum in Concilio Latera„ nenſi IV. ſub Innocentio III. *in cap. Firmiter* 1. *de ſumma Tri-*

nitate, ibi: „ Una vero eſt Fidelium univerſalis Eccleſia, ex„ tra quam nullus omnino ſalvatur, in qua idem ipſe Sacerdos „ eſt Sacrificium Jeſus Chriſtus; habetur etiam definitum in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. ut in ejus Conſtitut. incip. *Lætantur*, ibi: „ In Univerſo Orbe primatum tenet, eſt ſuc„ ceſſor B. Petri, & verus Chriſti Vicarius, totiuſque Eccle„ ſiæ caput, & omnium Chriſtianorum Pater, & Doctor, „ cui in B. Petro paſcendi, regendi, & gubernandi Univerſa„ lem Eccleſiam a Domino noſtro Jeſu Chriſto plena poteſtas „ tradita eſt; Hinc a Leone X. in Conſtitut. incip. *Exurge*, fuit tamquam Hæreſis proſcriptus ſequens error Lutheri in ordine „ 25. Romanus Pontifex Petri ſucceſſor, non eſt Chriſti „ Vicarius ſuper omnes totius mundi Eccleſias ab ipſo Chri„ ſto in B. Petro conſtitutus. Eccleſia enim Romana commiſſa 26 Petro, & ſucceſſoribus ejus Romanis Pontificibus, a quibus tamquam a Capite Romana denominatur, pro eodem ſonat, ac univerſalis, Unde quamvis Summus Pontifex, qui eſt Pa- 27 ſtor Univerſalis omnium Fidelium, Romæ non ſedeat, ut de facto plures non ibi ſederunt, adhuc tamen appellatur ſemper Romanus Pontifex, & ſola Eccleſia Romana appellatur *Una*, *Sancta*, *Catholica*, *ſeu Univerſalis*, & *Apoſtolica*, ut conſtat ex Conſtitut. incip. *Gloriosam*, edita a Joan. XXII. qui nunquam Romæ ſedit, ibi: *Una eſt igitur Sancta Univerſalis Apoſtolica, atque Romana Eccleſia, extra quam ſalus eſſe non poteſt, quia natura non patitur, ratio non ſinit, & Divina providentia non permittit, ut membrum, quod a totius Corporis unitate ſejungitur, virtute, quæ a vertice in corpus influit, aliqualiter vegetetur*; Unde S. Auguſtinus *de Symbolo ad Catechumenos, ſerm.* 1. *cap.* 6. ſic expreſſe dicit: *Ipſa eſt Eccleſia Sancta, Eccleſia una, Eccleſia vera, Eccleſia Catholica contra omnes Hæreſes pugnans, pugnari poteſt, expugnari non poteſt; Hæreſes omnes de illa exierunt tamquam ſarmenta inutilia de vite præciſa*; Et *ſerm.* 4. *de eod. Symbolo ad Catechumenos cap.* 13. dicit: *Si quis abſque Eccleſia inventus fuerit, alienus erit a numero filiorum, nec habebit Deum Patrem, qui Eccleſiam noluerit habere Matrem*. 28

ARTICULUS II.

Eccleſia quo ad ejus Viſibilitatem, Indefectibilitatem, & Infallibilitatem.

ECcleſia vera Chriſti eſt, & fuit ſemper abſolute viſibilis, 1 ut tenent unanimiter Catholici contra Novatores, & deducitur ex pluribus Scripturæ textibus. In Pſalm. enim 18. dicitur: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum*, quod ibi de Eccleſia intelligit S. Auguſtinus dicens; *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, hoc eſt in manifeſtatione poſuit Eccleſiam ſuam, non in occulto*; & idem habet in *Epiſt.* 166. *ad Donatiſtas*, ibi: *Ipſa Eccleſia in ſole poſita, hoc eſt in manifeſtatione omnibus nota uſque ad terminos terræ*. Matth. 18. præcipit Chriſtus, ut quando Frater noſter eſt incorrigibilis, dicamus Eccleſiæ, ibi: *Dic Eccleſiæ, & ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi tamquam Ethnicus, & publicanus*. Verba autem illa: *Dic*, & *ſi non audierit*, indicant apertiſſime Eccleſiam eſſe viſibilem, cum ibi mandet Chriſtus, ut ad Eccleſiam, ut ad Judicem controverſiarum recurramus, eaque audiatur, quod nullimode poſſet fieri, ſi Eccleſia eſſet inviſibilis. De Eccleſia item viſibili intelligendum eſt illud *Actorum* 18. *Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*. Grex enim, qui non videtur, neq; cognoſcitur, nequit a Paſtore regi, & gubernari, adeoque ſi Eccleſia eſt regenda, & gubernanda ab Epiſcopis, non eſt cœtus, ſeu congregatio inviſibilis. Item de Eccleſia viſibili illud 1. *ad Timoth.* 3. *ut ſcias quomodo oporteat te in Domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi*. Per verbum enim illud *converſari*, denotatur clare viſibilitas Eccleſiæ, cum non poſſit quis converſari cum inviſibilibus. Item de Eccleſia viſibili intelligitur illud *ad Galatas* 1. *Perſequebar Eccleſiam Dei, & expugnabam illam*; Cœtum enim inviſibilem non poteſt quis perſequi; Et ſi Paulus Eccleſiam expugnabat, neceſſario videbat, ubi ipſa Eccleſia, ſeu congregatio expugnanda exiſteret. Item de Eccleſia viſibili intelligitur illud *Actor.* 13. *Cum veniſſent Hieroſolymam, ſuſcepti ſunt ab Eccleſia*, & cap. 18. *Aſcendit Paulus, & ſalutavit Eccleſiam*. Hæc enim nequeunt convenire Eccleſiæ 2 inviſibili.

Eccleſiam eſſe viſibilem oſtenditur etiam evidenti ratione, quia illa Eccleſia eſt viſibilis, in qua publice convocantur

Concilia, sanciuntur canones, damnantur Hæreses, Pastores visibiliter docent subditos, subditi obediuut Pastoribus, Sacramenta sensibilia administrantur &c. sed hæc omnia fiunt in vera Ecclesia Christi, ut de se patet, ergo &c. Tum quia de ratione essentiali ipsius Ecclesiæ, ut patet ex ejus definitione, est quod sit congregatio, seu societas quædam hominum baptizatorum: atqui non potest dici congregatio, seu societas hominum, nisi in externis, & visibilibus signis consistat, cum non sit societas, nisi se agnoscant ii, qui dicuntur socii; nec homines se possint agnoscere, nisi societatis vincula sint externa, & visibilia; Et hoc patet clarissime ex more omnium humanarum societatum, seu congregationum, nam in Civitatem, in Regnum, & Militiam, & alia hujusmodi, non aliter homines adscribuntur, quam signis externis, & visibilibus; Hinc S. Augustinus *lib. 19. contra Faustum cap. 12.* sic expresse dicit: *In nullum nomen Religionis, seu verum, seu falsum coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum, vel Sacramentorum visibilium consortio colligentur.* Unde idem S. Augustinus *Epist. 105. num. 14.* scribens ad Donatistas ipsos adhortando ad unitatem visibilis nostræ Ecclesiæ, eos sic alloquitur: *In Scripturis discimus Christum; In Scripturis discimus Ecclesiam; Has Scripturas (o Donatistæ, o Hæretici) communiter habemus, quare non in eis, & Christum, & Ecclesiam communiter retinemus?* Et num. 17. *Ecce Scripturæ communes; ecce ubi nomines Christum, ecce ubi nomines Ecclesiam; Si Christum ipsum tenetis, ipsam Ecclesiam quare non tenetis? Si in ipsum Christum, quem legitis, & non videtis, tamen propter veritatem Scripturarum creditis, quare Ecclesiam negatis, quam legitis & videtis?*

Christi Ecclesia visibilis, seu Ecclesia Romana Catholica est indefectibilis, & semper duratura usque ad finem mundi. Est de fide, & habetur expresse *ex cap. 16. Matth.* ibi: *Dico tibi, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam*; Atqui si defecisset, aut potuisset deficere, adversus eam prævaluissent, aut potuissent prævalere portæ inferi, ergo &c. *Item 1. ad Timoth. cap. 3.* dicitur: *Ecclesia Dei vivi, columna, & firmamentum veritatis*; sed non potest deficere veritas, ergo nec ejus columna, cum deficiente substentaculo debeat necessario corruere substentatum. Colligitur etiam ex aliis Scripturæ locis, ubi clara est promissio perpetuitatis, & indefectibilitatis Ecclesiæ visibilis; sine nomine ipsius Ecclesiæ *Matth. 28.* dicitur: *Doccte omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; Et ecce vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*; Hæc enim verba, ut de se patet, dicta sunt ad Ecclesiam visibilem, scilicet ad Apostolos, & Discipulos ceteros, quos in die Ascensionis suæ Dominus alloquutus est, adeoque ex promissione Christi, Ecclesia visibilis duratura est usque ad consummationem sæculi. *Ad Ephes.* dicitur: *Dedit quosdam quidem Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem Fidei, & agnitionis Filii Dei in virum perfectum, & mensuram ætatis plenitudinis Christi*; Ubi, ut vides, Apostolus clare demonstrat Ecclesiam visibilem Christi duraturam esse usque ad novissimos dies, id est usque ad finale Judicium, quando complebitur numerus electorum; Cum enim Pastores, & Doctores non dentur, nisi gregi existenti, & visibili, & ex ipso textu Pastores, & Doctores debeant esse visibiles, & perpetui, grex etiam debet esse visibilis, & perpetuus.

Colligitur etiam Ecclesiæ visibilis perpetuitas, & indefectibilitas ex variis veteris Testamenti testimoniis, quæ perennitatem Ecclesiæ visibilis clare indicant, & promittunt; *Psalm. 47.* dicitur: *Deus fundavit eam in æternum*, idest Ecclesiam suam, ut ibi exponit S. Augustinus. *Isaiæ 61.* (quod caput intelligi de Ecclesia novi Testamenti docuit Christus Lucæ 4. cum in Synagoga citavit, & expositit de adventu suo initium hujus capitis, *Spiritus Domini super me &c.*) sic dicitur: *Et fœdus perpetuum feriam eis, & scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum; omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus*; Ubi vides satis aperte indicari perpetuitatem, & indefectibilitatem Ecclesiæ visibilis; Non enim potest esse invisibilis Ecclesia illa, seu cœtus ille fidelium, de quo dicitur: *Omnes qui viderint eos* (quid clarius?) *cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus. Psalm. 88.* dicitur: *Thronus ejus sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in Cælo fidelis*; ibidem: *& ponam in sæculum sæculi semen ejus, & thronum ejus, sicut dies Cæli: Daniel. 2.* dicitur; *Suscitabit Deus Cæli Regnum, quod in æternum non dissipabitur*. Istæ enim Scripturæ intelliguntur passim a Sanctis Patribus de vera, & visibili Christi Ecclesia nunquam defectura.

Ostenditur etiam expresse ex Sanctis Patribus. S. Augu- 6
stinus *de unitat. Eccles. cap. 12.* sic habet: „ Evangelizata „ est nobis Ecclesia per totum orbem terrarum futura; Hoc „ in Lege, & Prophetis, & Psalmis esse pronunciatum ipse „ Dominus testificatus est, qui eam capturam ab Jerusalem, „ & per omnes gentes permansuram esse prædixit; testes sibi „ futuros in Jerusaleu, & in tota Judæa, & Samaria, & „ usque in totam terram, cum jam in Cælum ascenderet, præ„ nuntiavit.... Quisquis aliud evangelizaverit anathema „ sit; aliud autem evangelizat, qui periisse dicit de cetero „ mundo Ecclesiam & in sola parte Donati „ (seu Lutheri, Calvini, aliorumque Protestantium) *in sola Africa* (Germania, Geneva, Saxonia, Prussia, Hollandia, Anglia, & hujusmodi), *remansisse dicit; ergo anathema sit, aut legat mihi in Scripturis Sanctis, ut non sit anathema*. Et idem S. Augustinus *lib. 1. de Symbol. ad Catechum. cap. 5.* ait: *Ipsa est Ecclesia Sancta.... pugnari potest, expugnari tamen non potest; Hæreses omnes de illa exierunt tamquam sarmenta inutilia de vite præcisa; ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in Charitate sua, portæ inferorum non vincent eam.* S. Hieronymus *in cap. 4. Isaiæ vers. 26.* sic dicit: *Ecclesia nulla tempestate concutitur, nullo turbine, ventisque subvertitur.* S. Gregorius Magnus *in Psalm. 5. Pœnitent. 26.* sic expresse habet: *Sancta Ecclesia in hoc sæculo a Catholica Fide nequaquam deficiet.* S. Ambrosius *lib. Hexameron. cap. 2.* sic ait: *Ecclesia tempora sua habet persecutionis, & pacis, nam videtur sicut luna deficere, sed non deficit, obumbrari potest, deficere non potest* S. Joann. Chrysostomus *serm. de Pentecost. tom. 3.* sic habet: *Putas eam te posse lædere, sed non poteris; Christus enim propter eam passus est, portæ inferi non prævalebunt adversus eam.*

Ecclesia Romana Catholica in rebus Fidei, & morum est 7
infallibilis, seu errare non potest. *Est de Fide.* Et ostenditur ex pluribus Sacræ Scripturæ testimoniis. *Joan. 16.* dicitur: *Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*, hoc autem Christus promittebat immediate Apostolis, & mediate eorum successoribus; sed qui scit omnem veritatem, non potest errare in materia Fidei, alias sciret, & non sciret; Ergo Ecclesia sic de omni veritate edocta non potest errare in rebus Fidei, & morum. *Lucæ 10.* Christus alloquens Ecclesiæ Pastores, sic dicit: *Qui vos audit, me audit*, sed hoc non esset, si Ecclesia Catholica posset errare; ergo &c. minor probatur, quia si omnes simul constituentes Ecclesiam possent errare, qui ipsos audiret errantes, non audiret Christum, cum Christus non possit fallum proponere, ergo &c. adeoque *Matth. 18.* dicitur: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus*; ex quo textu clare indicatur, Ecclesiam Catholicam esse infallibilem, aliter non posset haberi tamquam Ethnicus, non audiens Ecclesiam, quæ esset fallibilis, & forte errores proponeret. *Epistol. 1. ad Timoth. cap. 3.* dicitur: *Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis*, adeoque tamquam firma in veritate, errare non potest in fide. *Epistol. ad Ephes. cap. 1.* dicitur: *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam quæ est corpus ipsius*, & eadem *Epistol. cap. 5.* dicitur: *Vir caput est mulieris, sicut Christus caput Ecclesiæ*; adeoque si Ecclesia in rebus Fidei, & morum erraret, error tribueretur Christo suo Capiti, quod absurdum ne dicatur, dicendum est Ecclesiam esse infallibilem, seu errare non posse in materia Fidei, & morum.

Lucæ 22. dicitur: *Ego rogavi pro te, Petre, ut non defi-* 8
ciat Fides tua, quem textum exponens Joannes XXII. in Constitutione incipiente, *Redemptionem*, sic ait: *Ego rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua, dumque pro Petro Christus rogat, pro ejus Ecclesia intercedit. Matth. 16.* habetur: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam*; ubi, ut vides, ne possit errare Ecclesia, facta est promissio Magistro, & capiti; quia ex securitate non errandi in materia fidei, & morum prius in Romano Pontifice capite, & Magistro universalis Ecclesiæ resultat securitas non errandi in Ecclesia, quæ ejus doctrinam infallibilem recipit, ut optime observat Canus *lib. 6. de locis cap. 3. §. Præterea*, ibi: *In Petro, & successoribus primum firmam, certamque doctrinam asserimus, mox vero in Ecclesia Romana, cujus Petrus cum successoribus & caput, & fundamentum est.* Et hæc Ecclesiæ infallibilitas colligitur etiam 9
ex

ex pluribus sacris Canonibus; *ut cap. Palam est 9. dist. 11. cap. A recta 9. cap. Memor sum 10. cap. In fede 11. cap. Hæc est fides 14. cap. Rogamus 15. & cap. Si Petrus 17. caus. 24. quæst. 1. cap. Firmiter 1. de summ. Trinit. cap. Exiit, de verb. signific. in 6. & cap. Unam sanctam, de major. & obed. inter commun.*

10 Unde Ecclesia Catholica Romana est regula Fidei & morum in toto mundo. Agapitus *epistol. 4.* Leo IX. *epistol. 1.* 11 *cap. 2. & 7. Concil. Trever. cap. 1.* Sola potest definire causas fidei; *cap. Quoties 12. caus. 24. quæst. 1.* Fidei resolvere dubia, & quæstiones ad fidem spectantes. Cajus *epistol. 1.* Marcell. I. *epist. 1.* Pelagius III. *epistol. 8. in fine cap. Nec li-* 12 *cuit 4. & cap. Multi 5. dist. 17.* Sola fides Ecclesiæ Catholicæ Romanæ est ab omnibus tenenda, & non alia; *cap. Rogamus 15. caus. 24. quæst. 1. Joann. VIII. epistol. 194. Concil. Trever.* 13 *cap. 1.* Non tenens illam Fidem, quam Ecclesia Romana docet, non est in Ecclesia; *capit. Qui cathedram 3. dist. 93.* ibi: *Qui cathedram Petri (supra quam fundata est Ecclesia) deserit, in Ecclesia se esse non confidat.* Nec habet Spiritum Sanctum, *cap. Loquitur Dominus 18. cap. Alienus est 19. & cap. Advo-* 14 *cavit 23. caus. 24. quæst. 1.* Hinc Ecclesia Romana dicitur Mater, & Magistra omnium Ecclesiarum; *cap. Non decet 1. dist. 12.*, ibi: *Nulli vero dubium est, quod Apostolica Ecclesia mater sit omnium Ecclesiarum, a cujus regulis nullatenus vos convenit deviare; & sicut Dei Filius venit facere voluntatem Patris sui, sic & vos implete voluntatem Matris vestræ, quæ est Ecclesia, cujus caput Romana consistit Ecclesia*; & concordat *cap. Denique 6. dist. 21. & cap. Firmiter 1. de summ. Tri-* 15 *nit.* Ecclesia Romana est etiam caput Ecclesiæ Græcæ; *cap. final. de Baptismo*; quia fundavit Ecclesias Patriarchales; *cap. Omnes 1. dist. 22.* eique sunt subditæ Ecclesia Constantinopolitana, & omnes aliæ, *cap. de Constantinopolitana 4. dist. 22. cap. Rogamus 15. caus. 24. quæst. 1. Leo IX. epist. 1. cap. 28. & cap. final. de privileg. in 6.* Unde Ecclesia Romana est infallibile caput Religionis; Nicolaus I. *in appendic. epist. 14. & cap. Officii nostri 13. cap. Hæc est fides 14. cap. Rogamus 15. caus. 24. quæst. 1.*, ibi: *Rogamus vos, Fratres dilectissimi, ut non aliud doceatis, neque sentiatis, quam quod a B. Petro, & reliquis Apostolis, & Patribus accepistis: Ipse enim est caput totius Ecclesiæ, cui ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam..... ejus enim sedes jubente Domino Romam translata est..... ad quam cuncta majora Ecclesiastica negotia, Divina disponente gratia, jussa sunt referri.*

16 Romana Ecclesia habet annexum primatum universalis Ecclesiæ ex institutione, & præcepto Christi Domini. Habetur clare ex pluribus sacris Canonibus, & signanter ex *cap. Quamvis 3. dist. 21.* ubi ex verbis S. Gelasii Papæ sic habetur: *Quamvis universæ per Orbem Catholicæ Ecclesiæ unus thalamus Christi sint, Sancta tamen Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis Synodicis constituits, ceteris Ecclesiis prælata est, sed Evangelica voce Domini, & Salvatoris nostri primatum obtinuit*; *cap. Omnes 1. dist. 22.* ubi ex verbis Nicolai II. sic habetur: *Qui Romanæ Ecclesiæ Privilegium, ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum, auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur*; *cap. Sacrosancta 2. eod. dist. 22.* ubi ex verbis S. Anacleti Papæ sic habetur: *Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro primatum obtinuit, & Eminentiam potestatis super universas Ecclesias*; *cap. Rogamus 15. caus. 24. qu. 1.* ubi ex verbis S. Marcelli Papæ scribentis ad Episcopos per Provinciam Antiochiæ constitutos, sic habetur: *Ejus enim (Petri) Sedes primitus apud vos fuit, quæ postea jubente Domino, Romam translata est.* Epist. ad Michaelem Imperatorem scripta a Nicolao primo sic habetur: *Ecclesiæ Romanæ privilegia Christi ore in B. Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus observata, atque a cuncta jugiter Ecclesia venerata, nullatenus possunt minui, nullatenus commutari, quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus, & quod Deus statuit, firmum, validumque constituit.* Et infra: *Illa igitur privilegia huic S. Ecclesiæ a Christo donata, a Synodis non donata, sed solummodo celebrata, & venerata*; *cap. Per venerabilem 13. Qui Filii sint legitimi*, ubi ex verbis Innocentii III. sic habetur: *Locus, quem elegit Dominus, Apostolica sedes esse cognoscitur, cum enim Petrus urbem fugiens exivisset, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, revocare*; *interrogatus ab eo: Domine quo vadis? respondit: Venio Romam iterum crucifigi, quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reversus.*

Nec potest dici, quod Romana Ecclesia obtinuit primatum 17
Ecclesiæ universalis a Concilio Nicæno, ut volunt Schismatici; seu ab Imperatoribus Christianis, ut prætendunt Lutherani, Calvinistæ, & Magdeburgenses, aliique Hæretici; nam ut refert Bail. *summ. Concil. tom. 1. in Concilio Chalcedonensi ad can. 27.* in præfatione dicti Concilii Nicæni expresse dicitur: *Quod Ecclesia Romana nullis Synodicis decretis prælata est ceteris Ecclesiis, sed Evangelica voce Domini, & Salvatoris nostri Primatum obtinuit.* Et si *voce Domini*, ut in mox laudato Concilio Nicæno, si *ab ipso Domino Salvatore nostro*, ut in *dict. cap. Sacrosancta*, si *Jubente Domino*, ut in *dict. cap. Rogamus*, si *Christi ore*, ut in *dict. Epistol. Nicolai primi*, Romana Ecclesia obtinuit primatum Ecclesiæ universalis, nullimode potest ab hæreticis dici, quod illum obtinuit ab Imperatoribus Christianis. Unde Eugenius IV. in Concilio Florentino in litteris unionis sententiam nostram clare confirmat, ibi: *Definimus Sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum..... & ipsi in B. Petro pascendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse.* Hinc Sedes Apostolica non potest a Romana Urbe divelli, & 18
alio transferri, & ideo non obstantibus tot Romanæ Urbis excidiis semper Apostolica Sedes Romæ fixa permansit, & licet pluribus annis Avenione resederint plures Summi Pontifices, ut Clemens V. qui illuc primus se transtulit, Joannes XXII. Benedictus XII. Clemens VI. Urbanus V. & Gregorius XI. qui Romam Romanam Curiam reduxit, tamen Apostolica Sedes Romano Episcopatui semper annexa remansit, & ipsi semper Romani Pontificis titulo sunt usi, ut patet in eorum Apostolicis, & Pontificiis Rescriptis; Unde, ut refert Eminentissimus Petra *tom. 4. comment. in Constitut. 4. Eugen. IV. num. 6.* stat vulgatum adagium, quod *ubi Papa, ibi Roma*. Adeoque clare patet ordinatione Divina, & non dispo- 19
sitione humana Ecclesiæ universalis primatum Romanæ Ecclesiæ fuisse annexum. Sic tenent Cajetanus *tom. 1. opusc. tract. 3. de Pontif. institut. cap. 13.* Canus *lib. 6. de locis Theologicis cap. 4.* Valentia *de fid. disput. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 37.* Guarnieri *de capite Militantis Eccles. lib. 2. cap. 8.* Tirinus *in summar. controv. 6. num. 11.* Matthеucci *controv. 6. cap. 2. num. 2. & seq.* Leytam *Synopf. de Eccles. Militant. Disceptat. 5. sect. 4. num. 409.* & plures alii.

APPENDIX

Sive novus de Christi Ecclesia

ARTICULUS

Novum hunc Articulum addendum duxi, tum ut ea, quæ sunt ab Auctore omissa, supplerem; tum ut perfectum Lectoribus systemæ exponerem, in quo adversus Novatores ortodoxa doctrina explicaretur. A generali Ecclesiæ notione exordium sumam, ac præmissa definitione Ecclesiæ militantis generatim sumptæ, de origine Ecclesiæ, de variis ipsius statibus, de Dei cura in ipsius regimine in statu legis naturæ & scriptæ, ac demum de Christi Ecclesiæ natura, notis, & prærogativis, ac regiminis forma compendiose pertractabo.

ECclesia a græca voce ἐκκαλέω originem trahit; quæ vox 1
latine idem sonat ac *evoco, congrego*. Itaque juxta grammaticalem significationem idem Ecclesia est, ac evocatio. In 2
generali hac acceptione passim Ecclesiæ vocabulum usurpatur in Scripturis ad significandam civilem ac politicam hominum congregationem: quo quidem in sensu *Psal. 25. vers. 5.* legitur: *Odivi Ecclesiam malignantium*; & *Psal. 106. vers. 32.* 3
Exaltent eum in Ecclesia plebis. Quandoque Ecclesia cum in veteri, tum in novo Testamento locum designat, in quem homines divini cultus causa conveniant: Ita Judith. *6. v. 21.* & 1. ad Corinth. *vv. 18.*, & 22. Proprie vero atque usu Ec- 4
clesiastico Ecclesia usurpatur ad fidelium societatem designandam. Quo sensu Apostolus Paulus ad Rom. *16. v. 16.* ait: *Salutant vos Ecclesiæ Christi*; & versu 23. *Salutat vos Cajus hospes meus, & universa Ecclesia*. Atque hæc postrema, 5
stricta & propria significatio est vocabuli *Ecclesia*, quod societatem

tatem seu cœtum vocatorum exprimit; cum nemo ad hunc populum se adjungat, per se & suo proprio instinctu, sed
6 omnes quot quot veniunt a Dei vocatione præveniantur. Hinc Hieronymus Comment. *in cap.*5. Proverb., & Augustinus *in Psalm.*81. observant, Ecclesiæ nomen apte designare societatem fidelium novi Testamenti, atque hanc a cœtu fidelium veteris Testamenti secernere, qui Synagoga dicebatur. En Hieronymi verba: *Ecclesia & Synagoga*, inquit, *greca nomina sunt, & unam eamdemque rem latine significant; idest, conventuum plurimorum ad invicem. Si autem subtilius distinguantur, Ecclesia convocatio, & Synagoga congregatio interpretatur, & vetus quidem Dei populus utroque nomine vocabatur: nunc autem gratia distinctionis, ille Synagoga, noster Ecclesia dicitur, merito scilicet fidei & scientiæ majoris: quia & irrationabilis creatura potest congregari.*

7 Duplici autem modo Deus hominem vocat, scilicet interius per gratiam, & exterius per verbum, sive per revelationem, qua verum ac gratum ipsi cultum demonstrat, qua viam salutis ostendit, & necessaria media suggerit ad lapsum hominem reparandum, & ad æternam salutem obtinendam.
8 Cum Ecclesia congregatio hominum sit, qui recta fide, ac demonstrata a Deo ratione Deum colunt, ac tuta via ad æternam salutem pervenire contendunt, manifestum est non sufficere interiorem vocationem, sed exteriorem quoque necessariam esse, ut ea fidelium societas habeatur, quæ Ecclesia dicitur; nam vocatorum societas a fide incipit, quæ sine auditu non habetur; auditus autem deest, ubi verbum Dei non adsit exterius promulgatum, uti docet Apostolus
9 Paulus. Rursus hæc societas convenire debet in exibendo Deo verum, ipsique acceptum cultum, & in adhibendo præscripta a Deo remedia pro lapsus reparatione, ac pro æterna salute comparanda. Id vero fieri nequit nisi per externam fidei professionem, per externum cultum, ac per externum Sacramentorum usum; ut consideranti patet.
10 Itaque solus Deus Auctor, & causa princeps est Ecclesiæ; quia solius Dei est homines ordinare ad finem sanctificationis per gratiam, & salutis per gloriam; & solius Dei est præscribere Ecclesiæ media necessaria, tum ad gratiam, cum ad glo-
11 riam obtinendam. Homines vero causæ meræ ministeriales esse possunt, dum scilicet eorum Deus utatur ministerio ad tradendum hominibus, quæ manifestare ipse voluerit, ad media proponenda necessaria ad gratiam & gloriam comparanda; atque ad alia explicanda & inculcanda, quibus Ecclesiam regi voluerit.

Hæc de Ecclesia militante generatim sumpta (de aliis siquidem Ecclesiis satis dictum arbitror ab Auctore). Venio nunc
12 ad Ecclesiam Christi. Hæc duplici ratione considerari potest, scilicet secundum latam & secundum strictam significationem.
13 Priori modo societatem designat Fidelium, qui in Christum crediderint, præscindendo ab explicita, vel implicita fide, a Christo sive nascituro vel nato, morituro vel mortuo: Posteriori modo societas est hominum, qui fidem habent in Christum jam natum & passum, consummatis omnibus redemptionis humanæ Sacramentis, & mysteriis.
15 Ecclesia Christi priori modo accepta non tantum natalem Christi antecessit, sed etiam ita floruit tempore legis naturæ & scriptæ, ut tunc temporis veros extitisse Christi cultores merito asseri possit. Audiatur Augustinus epistola 190., quæ est ad Optatum *cap.*2. *num.*8. *Profecto*, inquit, *quod scriptum est, non esse aliud nomen sub Cælo, in quo oporteat nos salvos fieri, ex illo tempore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est genus humanum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur, quia sicut in regno mortis, nemo sine Adam; ita & in regno vitæ, nemo sine Christo.* Atque alibi passim tradit idem Sanctus Doctor, neminem post Adami peccatum salvari potuisse nisi per fidem in Christum, & concione 6. *in Psal.* 36. quotquot fuerunt justi caput Christum habere scripsit; *Illum enim venturum esse crediderunt, quem nos venisse jam credimus, & in ejus fide & ipsi sanati sunt, in cujus & nos, ut esset & ipse totius caput civitatis Hierusalem.* Itaque qui fidem in Christum professi sunt, & per hanc fidem salutem sunt consecuti, hi ad Ecclesiam Christiam pertinuere, atque Christianæ religionis cultores asseri merito possunt; quotquot vero fuere justi cum in lege Mosis: tum in statu legis naturæ, per fidem in Christum venturum salvi facti sunt, atque hac unice ratione omnes Christianæ Religionis cultores. Nec sola id Augustini auctoritate evincitur, sed etiam argumento illo theologico ex sacris litteris petito, quo ostenditur, per solam fidem in Christum mediatorem Deum inter & hominem, salvos fieri potuisse homines post Adami lapsum: Auctoritate Tertulliani *lib. de resurrectionis carnis cap.*6. asserentis, ab ipsa hominis formatione Christum primum ac maximum fuisse fidei & Religionis subjectum; auctoritate Eusebii Cæsariensis, qui *lib.*1. *demonstrat. Evang. cap.*5. ait, Christum notum fuisse Mosi, & antiquis Patriarchis, atque hos non Judaico, sed Christiano more vixisse, ut scribit *lib.*6.; auctoritate denique Gregorii Magni, qui *homilia* 19. in Evangelia sub vineæ parabola universalem exprimens Ecclesiam, hanc ab Abel justo cœpisse ait, atque ad ultimum electum duraturam, qui in fine mundi nasciturus sit

Ad initium vero quod spectat hujus Ecclesiæ, facile intelligere est, statim post Adami lapsum repetendum esse. Tunc 16
enim Deus revelatione, sive verbo suo humano generi demonstravit sola fide venturi Redemptoris, ac gratia ex ipsius mediatione expectanda, potuisse homines a peccato surgere, ac 17
æternam salutem obtinere. Non est autem qui non videat in hujusmodi revelatione generalem illam vocationem, qua homines per fidem in Christum ad societatem ineundam, & Ecclesiam constituendam invitabantur. Quamobrem dubitari non posse videtur, quin hoc in sensu Christi Ecclesia, statim post Adami lapsum inceperit.

Augustino tamen enarratione *in Psal.*142.; Gregorio Magno loco supra a nobis citato, & quamplurimis Theologis, 18
placuit, Christianæ Ecclesiæ exordium ab ipso Abel repetere; tum quia Scriptura primum Abel excelluisse asserat in publica fidei protestatione, sine qua visibilis Ecclesia non constitit; tum quia conveniens ac consentaneum videtur, ut Ecclesia, quam sanctam in symbolo profitemur ab eo inciperet, in quo primum inter homines sanctitas, & innocentia sine interruptione perseveravit, in signum sanctitatis, quæ nunquam in Ecclesia Dei defectura esset; tum demum, quia tunc Dei Ecclesia palam a societate malignantium secerni cœpit; sacrificii scilicet oblatione, in una fidei illa protestatio enituit, quæ in Caini scarificio desiderabatur.

Antequam expono quid sit Christi Ecclesia stricte sumpta, 19
& quænam ipsius notæ atque prærogativæ, paucis inveltigandum censeo, quænam fuerit divinæ providentiæ cura in regenda Ecclesia in statu legis naturę, & in statu legis scriptæ. Neque enim dubitari potest de divinæ providentiæ cura in servanda, atque regenda Ecclesia a se constituta; Deus enim sapientissimus cum sit atque optimus, opus, quod perfecerit, providentia sua conservare, custodire ac regere debet. Itaque qui Ecclesiam fundavit, quæ ad finem usque Mundi sit duratura, necesse est, ut eamdem providentia sua rexerit semper, 20
atque nunc regat. In lege autem naturæ eadem, qua revelatam religionem docendo Ecclesiam fundaverat, providentia, eamdem conservavit & rexit. Nam quæ credenda, quæque agenda hominibus essent, ut recta fide ac puro cultu viam salutis homines sectarentur, vel per se ipsum visibiliter apparendo, vel per Angelos, quos sui administros adhibuerit, vel per homines spiritu prophetico, ac divinæ legationis characteribus donatos, demonstravit. His enim modis supernam religionem Deus hominibus revelavit, eosque in illam vocavit societatem, quæ Ecclesia dicitur; ut de revelationis necessitate, adversus Deistas disputaturi, fusius differemus. Quis ve- 21
ro ignorat, hac Deum ratione Ecclesiam rexisse suam in statu legis naturæ? Ab Adamo enim ad Mosem usque, vix unam percurrere est generationem, in qua Deus Patriarchis non apparuerit, aut cælestes suos administros Angelos ad eosdem non miserit, ut legenti Geneseos librum manifestum est. Plu- 22
res deinde fuere viri spiritu prophetico insigniti, atque ea morum probitate, iisque signis muniti, quibus divinam suam legationem populo demonstrarent. Vivo enim adhuc Adamo, prophetavit Enoc, qui divinitus raptus fuit ne videret mortem; propheta quoque fuit Nohemus, atque ut alios mittam eumdem habuere spiritum Abrahamus, Isaacus, Jacobus, Josephus. Quorsum vero Deus Patriarchis illis apparuit. Angelos ad eosdem misit, ac Prophetarum ad homines legatione usus est, nisi ut in Ecclesia sua fidem, quam necessariam demonstraverat in futurum Reparatorem, divinum quem præscripserat cultum, ac reliqua ad salutem necessaria opera, foveret, atque inculcaret? Itaque in lege naturæ Deus Eccle- 23
siam suam per se, vel per ministros a se missos regulavit, non solum eam fidem inculcando, quæ Religionem regeret, sed alia quoque præcipiendo, vetando, aut instituendo, quæ ad eumdem finem spectarent. Nam Noemo, Abrahamo, Jacobo,

bo, aliisque sacrificare jussit, ac Sacrificii genus præscripsit: Per Noemum abstinentiam a sanguine & suffocato imperavit, quo facilius homines ab homicidiis avocaret; & per Abrahamum Circumcisionem instituit in signum initi fœderis, in memoriam promissionum, quas Abrahamo, ejusque posteris fecerat, & ut gens, ex qua promissus humani generis Reparator nasciturus erat, ab aliis secerneretur.

24 In statu quoque legis scriptæ eadem providentia enituit, etsi novam quoque curam in stabilienda, & regenda Hebræorum Republica, adhibuit. Nam per Mosem, quem legatum adhibuit, dum legem dedit, iis characteribus, ac tanto prodigiorum apparatu munitum, ut nemo de divina istius legatione dubitare possit, legem promulgavit, in qua Reipublicæ Judaicæ forma, ac civiles leges præscribuntur; Sacrificia, & cœremoniæ designantur, quæ cum figuræ essent futuri Messiæ, & eorum, quæ ad ipsum pertinerent, in memoria revocando divinas promissiones fovebant, ac fortius excitabant futuri Reparatoris fidem; ac tribunalia stabilivit, in quibus ortæ circa præcepta, cœremonias, & legem controversiæ finirentur. 25 Ut autem constet, qua ratione juxta Dei providentiam finirentur in Hebræorum Republica controversiæ Religionis, placet hic verba recensere, quibus Deus tribunal majus, quod sanedrim vel Concilium seniorum vocabatur, instituendum præcepit, ac munia hujus Concilii circa controversiarum definitionem explicare. *Num.*11. *v.*16. *& seq.* dixit Dominus ad Moysen: *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod seues populi sint ac magistri, & duces eos ad ostium Tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, ut descendam: & loquar tibi: & aufcram de spiritu tuo, tradamque eis; ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris.*
26 Constat autem ex *lib.*2. *Paralipom. c.*19. *v.*10. delatas ad hujusmodi Judices fuisse causas *De Lege, de mandato, de cæremoniis, de justificationibus*. Porro manifestum est mandata & justificationes fidem in venturum Messiam inclusisse: & cum ibidem v. 11. dicatur: *Amarias autem Sacerdos Pontifex vester in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit*, palam est, in illo Tribunali ubi summus Sacerdos & Pontifex præsidebat controversias de religione definitas fuisse, cum certum sit has ad
27 Deum pertinere. Hujusmodi autem definitionibus acquiescere populum debuisse, tum ex eo constat, quod Deus spiritum suum Judicibus illis pollicitus esset, ut Numer. verba superius indicata designant; tum etiam ex iis, quæ habentur *Deuter.*17. *v.*8. *Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris.... surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Levitici generis; & ad Judicem, qui fuerit illo tempore; quæresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem, & facies quodcumque dixerint qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus; sequerisque sententiam eorum: ne declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto Judicis, morietur homo ille.*
28 Vides ergo, id peculiare fuisse in Dei erga Ecclesiam legis scriptæ providentia, & per sacrificia & cœremonias fidem in venturum Messiam excitaret, & ut Judices instituti essent, qui divino assistente Spiritu exortas de revelatione controversias definirent. At in ea quoque perseveraverit, atque ad
29 Christi, usque adventum perduravit singularis illa cura, qua per viros prophetas divino spiritu incitatos necessariam fidem
30 inculcaret, ac monita salutis exhiberet. Constat enim cum, ex sacris libris, tum ex traditione ipsa floruisse semper in Hebræorum republica prophetas, quorum nonnulli litteris aliquot opera consignavere, alii vero ore tantum monita & prophetias tradidere. Missso vero horum catalogo, ne nimis longi simus, sat est innuere, paulo ante Christi nativitatem Zachariam floruisse Johannis Baptistæ Patrem, ac nato Christo prophetasse Simeonem, atque ejusdem Christi Præcursorem Johannem Baptistam. Hanc Dei erga suam Ecclesiam œconomiam paucis descripsit Paulus in ea, quæ est ad Hebræos epistola, dum ait: *Multifariam, multisque modis olim Deus loquutus fuisse Patribus in Prophetis.* Dum vero subdit, *Novissime vero diebus istis loquutus est nobis in Filio*, perfectam, & fundatam a Christo Ecclesiam designat. Atque hæc Ecclesia est,
31 quæ per strictam significationem proprie Christi Ecclesia nuncupatur. De hac autem dicturi, primum Novatorum circa illius definitionem hæreses designabimus, notas deinde indicabimus, quibus perspicua fit; ac demum regiminis formam, ejusque jura, & prærogativas tuebimur.
32 Ad Novatores quod spectat, Nestoriani, Monophysitæ, Jacobitæ, sive Syri, sive Copti, sive Armeni, ac Græci Photii Schismatici adhærentes, Ecclesiam Christi visibilem adstruunt, sacros ministros ex divina ordinatione in eadem agnoscunt a plebe distinctos, atque Hierarchiam inter hos reperiri fatentur, in qua Episcopos Presbyteris superiores agnoscunt: At negant Romanum Pontificem Petri successorem divino jure caput ac Principem constitutum esse totius Ecclesiæ. Hoc scilicet errore eludere contendunt latas in ipsos, eorumque hæreses per Apostolicam Sedem sententias, atque Schismatis notam declinare.

Reliqui vero Novatores, quo facilius possent Ecclesiæ judicium contemnere, atque a Schismate sese purgare, invisibilem esse veram Christi Ecclesiam tradidere, cujus scilicet caput Christus sit; membra vero, vel ii homines, qui perfectione virtutum Christum imitarentur, ut Pelagiani; vel qui probi essent & a graviore saltem crimine alieni, ut Donatistæ; vel qui essent a Deo prædestinati, ac per prædestinationem Christo conjuncti, ut Wicletus, & Johannes Hus, Bucerus, & ex Calvinianis quamplures: vel qui per fidem & charitatem Christo uniantur, ut Lutherus, Melancthon, Brentius, & Claudius, apud Calvini discipulos Parisienses olim Minister, ac Protestantes fere omnes, de vera Christi Ecclesia loquentes. Nam eorum plerique distinguentes inter veram & internam, atque externam & apparentem Ecclesiam; illam invisibilem modo explicato; hanc vero visibilem adstruunt. Sed 34
turpissime errant in notis designandis, quibus æterna hæc & 35
invisibilis Ecclesia discernitur. Nam per Ecclesiæ notam veram doctrinam, & Sacramentorum usum designant, ita ut ad externam Ecclesiam pertineant ii omnes, qui in vera doctrina profitenda, & in iisdem Sacramentis participandis conveniant; distinguentes vero inter articulos fundamentales, & non fundamentales, omnes illas sectas ad Ecclesiam pertinere contendunt, quæ in adstruendis articulis fundamentalibus conveniant: quo argumento ductus Jurius Calvinianæ sectæ Minister, eo devenit in tractatu, quem scripsit de unitate Ecclesiæ, ut contenderet, omnes Christiani nominis sectas ad Christi Ecclesiam pertinere. Ac fuere Novatores non- 36
nulli, qui veriti non sint affirmare, eorum sectas ab antiquis hæreticis, qui Apostolico sæculo vixerunt, originem trahere, ut eorum in Christi Ecclesia a primis exordiis successionem ostenderent. Hæc autem deliria sunt, quæ vel ipsa narratio refellit. Quem enim Christianum hominem non pudeat in propriæ causæ præsidium Gnosticos, & Ebionitas afferre, ac horum se successorem prædicare, qui ab Apostolis veluti ethnici & Publicani ex Ecclesiæ sinu fuere dejecti? Vel Cerdonis, Valentini, Marcionis, aliorumque hujus furturis Nebulonum se successorem esse, cum constet hos ab Apostolicis viris ab Ecclesiæ communione avulsos fuisse, ac veluti Diaboli ministros damnatos, ut legere est apud Irenæum, Eusebium, Augustinum, aliosque Patres, qui de hæresibus scripserunt? 38

Samuel Puffendorfius in opere inscripto *de habitu religionis christianæ ad vitam Civilem*, quem sequuntur Bohemerius, Pfaffius, & Lutheranorum ac Protestantium plerique, contendit, Ecclesiam non esse statum, aut Rempublicam, sed societatem in statu ex Doctoribus, & Auditoribus conflatam, & veluti Collegium in Republica: Quod Collegium jus deputandi personas particulares habet ad sacrum ministerium, & præscribendi per conventiones & pacta regulas divini cultus. Quamobrem omnes christianos ex Christi institutione æqualis auctoritatis esse contendit, Pastores vero atque Ecclesiæ ministros, ex sola plebis deputatione constitui, atque hos non majorem habere auctoritatem; quam quæ per pacta ab ipso Fidelium Collegio eisdem concessa sit: Atque hanc auctoritatem imperio Principum sæcularium subjectam esse, qui ut reliquis Collegiis, ita Christi Ecclesiæ suprema potestate præsunt & dominantur. Addere iis possumus Edmundi 39
Richerii circa Christi Ecclesiam errores, qui toti Ecclesiæ sive Cœtui Fidelium clavium potestatem a Christo collatam finxit, Petro vero, Apostolis, & Episcopis instrumentaliter & ministerialiter tantum, seu quoad executionem. Quamobrem Episcopos non Christi, sed Christianæ plebis ministros efficit; ac non superiores, sed subditos ejusdem. Suspectus 40
quoque est Launojus, qui in Epistola ad Nicolaum Gatinæum Catholicorum de Ecclesia definitionem reprehendit, quod mentio in ea occurrat Pastorum, quibus Ecclesia regitur, & præsertim Romani Pontificis.

Hactenus hæreses recensuimus, quæ orthodoxo de Christi 41
Ecclesia systemati adversantur. Has vero hæreses confutave-

re

re ex professo, ac solidis argumentis Benignus Bossuet, tum in historia variationum Ecclesiarum Protestantium, tum in operibus adversus Claudium exaratis, Dominus de Chantereisme in opere adversus Jurium conscripto; Honoratus Tournelex in præl. theol. de Ecclesia Christi, aliique Theologi. Pro Ecclesiæ vero potestate tuenda egregie scripsit Pater Johannes Antonius Bianchi Ordinis Minorum in opere Italice scripto, cujus titulus est *La Politia della Chiesa contro le nuove massime di Pietro Giannone*. De auctoritate vero Romani Pontificis consuli poterunt opera Reverendissimi Patris Augustini Orsi; Typis Congreg. de Prop. Fide sub Clement. XII. evulgata.

43 Nos vero recensitas hæreses paucis confuraturi, ostendemus; primo veram Christi Ecclesiam esse visibilem: Secundo verat & perspicuas notas habere, quibus dignoscitur, & non solum ab iis, qui Christiani non sint, sed etiam ab Hæreticorum, sive a falsis Christianorum sectis secernitur: Tertio hanc sinu suo complecti non solum prædestinatos & justos, sed etiam peccatores, excludere vero a sua communione hæreticos, schismaticos, atque excommunicatos vitandos. Quarto esse indefectibilem, & in definiendis morum & fidei controversiis infallibilem. Quinto constare ex plebe, & Ecclesiæ ministris, qui ex divina institutione a plebe secernuntur, atque inter hos reperiri Episcopos jure divino Presbyteris Superiores, & Romanum Pontificem eodem jure totius Ecclesiæ caput & Principem. Sexto denique potestatem regendi Ecclesiam, ac finiendi controversias circa religionem infallibili judicio concessam esse Pastoribus sive Episcopis, ac præsertim Romano Pontifici, cui inerrantiæ privilegium in Petri persona promissum a Christo Domino fuit. Atque his positis, veræ Christi Ecclesiæ definitionem exponemus.

44 I. *Ecclesia Christi visibilis est*. Principio autem cum Novatoribus statuo, Ecclesiam Christi esse societatem illam, cui concredita sunt eloquia Dei, sive depositum divinæ revelationis, quo media necessaria ad salutem, & quid credendum, quidve agendum sit, demonstratur, ut certo nobis pateat
45 via salutis. Statuo secundo cum iisdem Novatoribus, extra hujusmodi societatem nullam esse spem æternæ salutis. Cum res ita se habeat, quis non videt, Ecclesiam Christi perspicuam ac visibilem esse oportere? Si Deus dum hominibus per suos Legatos, Prophetas; & Apostolos, necessaria ad salutem revelavit, perspicuis ac manifestis signis divinam legationem demonstravit, ac notissimis characteribus humano generi ostendit, per illos suam doctrinam fuisse promulgatam, quis credat invisibilem esse voluisse societatem illam, cui divinum revelationis depositum custodiendum, atque ad finem usque mundi sanctum tectum servandum concredidit? Non enim minor esse debuit Dei sapientissimi providentia in proponenda sua hominibus revelatione, quam in eadem conservanda, & custodienda. Si ergo eam visibilibus & notissimis characteribus conspicuam reddidit in promulgatione, necesse est, per conspicuas, atque visibiles notas eamdem conservare, cum non minus tunc necessaria fuerit ad humanæ sa-
46 lutis consecutionem, quam deinceps futura sit. Deinde tenentur omnes homines sub periculo æternæ damnationis adjungere se veræ Christi Ecclesiæ, & in eadem ad finem usque vitæ perseverare. Qua vero ratione id fieri posset, nisi per certos, visibiles, ac notissimos characteres, quæ vera sit Christi Ec-
47 clesia hominibus demonstratur? Dicent fortasse, invisibili divinæ gratiæ vocatione, ad veram Christi Ecclesiam homines
48 trahi. At si Deus ita Ecclesiam fundavit suam, ut contentus non fuerit interna hac vocatione, sed exterius revelare voluerit necessaria ad salutem, & visibilibus signis revelationem suam demonstrare, manifestum est voluisse etiam, ut visibilibus notis manifesta esset ipsius Ecclesia. Si per fidem se adjungere tenentur homines Christi Ecclesiæ, fides autem sine auditu non est, & auditus sine prædicatione illius, qui a Deo missus fuerit, ut ex Apostolo constat, quis non videt, interiori non obstante vocatione, qua excitatur fides, externas quoque ac visibiles Ecclesiæ notas necessarias esse, ut veræ
49 Fidelium societati se adjungere homines possint? Præterea voluit Christus, ut in hanc societatem homines cooptarentur per visibilem baptismi ablutionem; ergo visibilem ac conspi-
50 cuam hanc societatem esse voluit. Denique ex ipsa Christi Ecclesiæ Constitutione id manifestum fit; nam instituta est ad modum montis, ad quem omnes gentes undequaque confluere debent, ut prædixerat Isai. *cap.* 2. Instituta est societas constans ex Pastoribus & Doctoribus, qui alios doceant, juxta verba Apostoli Pauli ad Ephesios 4. *Ipse dedit quosdam Apostolos, alios autem Pastores & Doctores, ad consummationem Sanctorum in opus ministerii in ædificationem Corporis Christi*. Pastores vero *Act.* 20. Episcopi vocantur, quos in Grege Christi posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei: Et ad Hebræos 13. præcipitur Fidelibus, ut obediant Pastoribus, atque eisdem subjecti sint: Matthæi denique 18, Ecclesiæ tribunal describitur, ad quod contumacium crimina deferri debeant, qui si Ecclesiam non audierint, habendi dicuntur veluti Ethnici & Publicani, Quis vero non videt ex supra 51
recitatis testibus manifestum fieri, voluisse Christum ut Ecclesia sua societas visibilis esset, quæ constaret ex Pastoribus, & Ovibus, hoc est ex superioribus & subditis, mutuis invicem officiis colligatis, in eadem fidei professione, ac Sacramentorum susceptione convenientibus? Accedunt demum 52
parabolæ ipsæ, quibus Christus Dominus Ecclesiam suam designavit, Areæ scilicet, Agri, & Sagenæ; allegoriæ quibus Pastores expressit, dum eos sal terræ, vel lux mundi dixit, atque ea qua significavit se supra Petrum, veluti supra firmissimam petram Ecclesiam fundaturum. Hæc enim omnia palam faciunt, Christum visibilem Ecclesiam fundasse, atque conspicuas in ea posuisse notas, per quas vera ipsius Ecclesia a falsis sectis secerneretur.

Præsto autem nobis sunt hujusmodi notæ, quæ sensibiles 53
sunt, omnibus obviæ, & cognitu faciles, non solum domesticis fidei, sed etiam extraneis, ut omnes ad Ecclesiam & fidem reducantur: Non posse vero notas hujusmodi stabiliri in 54
vera doctrina, & legitimo Sacramentorum usu, ut Novatores pertendunt, facile patet. Nam nullus unquam fuit hæreticorum, qui veram in sua Ecclesiam doctrinam esse non contenderet, ac legitimum itidem usum Sacramentorum, quæ ipse reciperet. Ita Gnostici, Ebionitæ, Marcionitæ, Manichæi, Hæretici denique omnes, ne iis quidem exceptis, qui in fundamentalibus stabilitis a nostris Novatoribus articulis erraverint. Ad alias ergo notas confugere necesse est, quæ 55
perspicue ostendant, fidelium societatem esse Ecclesiam a Christo institutam. Possemus hic in medium afferre miracula, quæ in sola Romana Ecclesia passim occurrunt ad demonstrandam veram in nonnullis hujus societatis hominibus sanctitatem, & veram quæ in eadem viget fidem: Nam hujusmodi miracula per Sanctorum hominum fidem contingere plerumque videmus, atque in horum canonizatione, instituto rigoroso examine vera comprobantur. Hæc sane ostendunt, Deum iisdem signis, quibus Ecclesiam a se fundatam fuisse demonstravit ostendere eamdem peculiari providentiæ suæ cura conservare atque regere. Sed iis missis, ac missis etiam aliis motivis, quibus evidenter credibilis fit Catholica Ecclesia, quatuor tantum indicasse sufficiat notas, quæ in Symbolo Constantinopolitano designantur, videlicet *Unam*, *Sanctam Catholicam*, & *Apostolicam*.

Porro Christi Ecclesiam unam esse, ac unam invariatam 56
consistere debere, facile patet. Voluit enim Christus, ut in Ecclesia sua *ovile foret*, & *unus Pastor* Joannis 10. Palus 1. ad Cor. cap. 10. omnes fideles unum mysticum Corpus efficere scribit, & ad Ephes. 4. explicans, qua ratione invicem uniti fideles unum Corpus efficiant, ait, *Unum Corpus* (esse scilicet debetis, licet plura membra sitis) & *unus Spiritus sicuti vocati estis in una spe vocationis vestræ*, *unus Dominus*, *una fides*, *unum Baptisma*, *unus Deus & Pater omnium*. Omnes itaque fideles membra sunt Ecclesiæ Christi, unum vero Morale Corpus efficiunt unitate Spiritus, quo Christo conjuncti sunt per fidem, unitate baptismi, quo Christiani designantur, & fiunt, unitate sacramentorum, quæ participant, & præceptorum tum divinorum, tum Ecclesiasticorum, ac unitate subjectionis legitimis Pastoribus, & visibili a Christo constituto Capiti, per quam unitatem Ovile unum, & unum Ecclesiæ Pastorem agnoscimus. Ita sane antiqui Ecclesiæ Patres Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, & qui hos deinceps subsecuti sunt, Ecclesiæ unitatem explicavere, ut nos infra ostendemus.

Sancta quoque est Ecclesia Christi, ut tum in citato, tum 57
in Apostolico Symbolo antiqua quoque Ecclesia professa est. Hinc S. Petrus *Epist.* 2. *c.* 2. vocat Ecclesiam *Genus electum .... Gentem Sanctam &c.* atque eandem a Christo sanctificatam, scribit Paulus ad Ephes. 5. & ad Tit. 2. Sancta vero dicitur propter invisibile Caput Christum; propter fidei sinceritatem, quæ in omnibus verissima est, propter Sanctitatem doctrinæ, quæ vitia, & peccata omnia damnat, & virtutes commendat, nempe Fidem, Spem, Charitatem &c., quibus exornata Christi Ecclesia est, & quæ extra ipsam non reperiuntur; propter

propter Sanctitatem finis, & Mediorum; propter Sacramenta, quæ veram gratiam non ponentibus obicem conferunt; ac demum propter Justos, qui numquam in ea desunt, qui scilicet rite Sacramentis utuntur, præceptis obtemperant, & Ecclesiæ doctrinæ mores suos conformant.

58 Est etiam Catholica Ecclesia Christi, hoc est Universalis, ac per totum notum orbem sensim diffusa. Liquet id ex Malachiæ prophetia cap. 1., & ex Matth. cap. ultimo, ut ex ultimo capite Marci; in quo Christus præcepit Apostolis, ut *docerent omnes Gentes*, & *prædicarent Evangelium omni creaturæ*. Hujus Ecclesiæ tenendam fidem tradidere Cyprianus *lib. de unitate Eccles.*, *Cyrill. Catheches.* 18., Augustinus *libr. de ver. Rel. cap.* 7. & Patres reliqui; atque hæc vera est & fundata per Christum Ecclesia. Hæc de causa in antiquo Symbolo vera Ecclesia *Catholicæ* Ecclesiæ nomine designata est.

59 Apostolica denique est vera Christi Ecclesia fundata *super fundamentum Apostolorum*, & *Prophetarum*; propter depositum divinæ revelationis Apostolis concreditum, quod sartum tectum custodivit; propter Apostolorum prædicationem, qua per universum orbem propagata est propter legitimam Pastorum, qui Custodes sunt divinæ revelationis depositi, ex Apostolis successionem; & præsertim propter non interruptam Romanorum Pontificum ex Petro successionem, ad quam veluti ad præcipuam Christi Ecclesiæ tesseram semper provocaverunt Patres. Placuit autem hic Patrum Auctoritates afferre, quo clarius res tanti momenti aperiatur; Irenæus *lib.* 3. „ *adv. hæreses cap.* 3., ait: „ Maximæ & antiquissimæ, & omnibus cognitæ, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro & „ Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam „ habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem „ usque ad nos, indicantes, confundimus omnes eos, qui quo„ quomodo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præter quam „ oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse est, omnem convenire Eccle„ siam, hoc est eos, qui sunt undique fideles „. Deinde Romanorum Pontificum a S. Petro usque ad Eleutherium, qui tunc in Petri Cathedra sedebat, catalogum texit. Tertullianus, *lib. de præscript. cap.* 32. *Edant* (hæretici) „ origines „ Ecclesiarum suarum, evolvant ordinem Episcoporum suo„ rum, ita per successionem ab initio decurrentem, ut primus „ ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, „ qui tamen cum Apostolis perseveraverint, habuerit auctorem & antecessorem. Hoc enim modo Romanorum Ec„ clesia Clementem a Petro ordinatum edit. *S. Cyprianus* „ epist. 27. ad lapsos: Dominus noster Ecclesiæ suæ rationem „ disponens in Evangelio loquitur; & dicit Petro: ego tibi „ dico, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ec„ clesiam meam, & portæ inferorum non vincent eam &c. „ Inde per temporum & successionum vices, Episcoporum „ ordinatio, & Ecclesiæ ratio decurrit „. Optatus Milevitanus *lib.* 2. contra Parmenionem, sic eum alloquitur: *Negare non potes, scire te in urbe Roma Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: in qua una Cathedra unitas ab hominibus servaretur, ne cæteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut jam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem Cathedram, alteram collocaret*. Deinde recenset omnes Romanos Pontifices a S. Petro usque ad Siricium, qui tunc Ecclesiam regebat, ut probet non esse veram Ecclesiam apud Donatistas, qui per similem successionem ad Apostolos usque ascendere non poterant, & quos sic alloquitur: *Vos vestræ Cathedræ originem ostendite, qui vobis vultis Sanctam Ecclesiam vindicare*. S. Augustinus *libr. contra Epistolam Fundamenti cap.* 4. *In Ecclesiæ gremio me tenet ab ipsa Sede Petri Apostoli, cui pascendas oves suas post Resurrectionem Dominus commendavit, usque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum*. Et vero ipse Christus Ecclesiam suam supra Petrum primum Ecclesiæ Romanæ Episcopum & ejus successores fundavit, & promisit fore, ut nunquam illi Ecclesiæ prævalerent portæ inferi. Hinc illud S. Cypriani *lib. de unitate Ecclesiæ*: *Qui Cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit*.

60 Stabilito, Christi Ecclesiam ex scripturis, ac antiquæ Ecclesiæ consensione esse *unam*, *Sanctam*, *Catholicam*, & *Apostolicam*, facile ostendere est, per quatuor has notas conspicuam fieri, ac perspicuis characteribus veram omnibus demonstrari. Fac enim Ecclesiam ita nobis exhiberi, ut liquido constet, esse hominum multitudinem per totum universum diffusam, quæ ab Apostolis vel eorum legitimis successoribus in Christifidelium societatem cooptata, ac Christo per baptismum consecrata sit; quæ per hujusmodi homines a Deo Episcopos constitutos ad regendam Ecclesiam regulata semper sit, quæ per fidei professionem, sacramentorum susceptionem, ac debitam obedientiam semper, & ubique cum hujusmodi Pastoribus conjuncta fuerit; eisque ac visibili Capiti Romano Pontifici subjecta, quæ fidem invariatam ubique, ac semper servaverit, quam ii prædicarunt, quos Deus misit, & quibus depositum divinæ revelationis concredidit, ac peculiarem assistentiam in eo dispensando, & explicando promisit; quæ denique sanctitatem illam fervet & foveat, quam supra explicavimus: Hac, inquam, ita nobis Ecclesiam exhiberi, annon illico constat, eam esse, quam Christus fundavit, quæ per constitutos a Christo Ministros regitur, quæ fidem, sacramenta, sanctitatem, ac reliqua pro salute hominum ordinata, intacta conservat? Ita sane! Nec alia nobis ratione constare potest vera Christi Ecclesia. Sunt ergo quatuor in Symbolo illo recensitæ veræ Ecclesiæ notæ. 61

Ubi nam vero in societatibus Hæreticorum, quæ modo vigent, sunt recensitæ notæ? Omnes enim separatæ sunt a communione Romani Pontificis, qui Petri Cathedram tenet, quæ centrum est unitatis, ut cum Cypriano omnes fere antiqui Patres loquuntur; & qui locum tenens Petri fundamentum illud est, quod universam Ecclesiam sustentat, hoc est, Princeps & Caput Ecclesiæ Christi, cui firmum ac stabile illud præsidium promissum est, adversus quod portæ inferi prævalere non possunt. Deinde Catholicæ, ideoque universales non 62
sunt, cum non sint per universum diffusæ, sed certis conclusæ regionibus, ut discurrenti per Nestorianos, Monophysitas, sive Jacobitas, Photianos, Lutheranos, Calvinianos, alioque Novatores facile patet. Nec semper fuere, sed initia sua habent in viris nonnullis, qui ab Apostolorum successoribus, ac legitimis Custodibus divinæ revelationis veluti contemptores verbi Dei, atque fidei, ac veluti Christi Ecclesiæ contumaces perduelles damnati fuere, & a communione separati. Nestorius nempe in Ephesina Synodo, Monophysitæ in Chalcedonensi, Photiani denique, Lutherani, Calvinianique in aliis Conciliis, vel ab Apostolica Sede. Ubi ergo Catholica est eorum Ecclesia? Ubi Apostolica, cum ab iis stabilita sit, 63
qui obtemperare recusarunt Apostolorum legitimis successoribus, ac traditam per ipsos fidem rejecerunt? Ubi denique in 64
sectis illis sancti homines sunt, qui ad normam doctrinæ Ecclesiæ mores exigendo suos, ea fide ac virtutum sanctitate eluceant, quam Deus dono prophetiæ & miraculis comprobet? Scimus enim, Deum in quocumque statu iis signis ad conservandam revelatam doctrinam, ac Ecclesiam suam demonstrandam, usum esse, quæ in eadem fundanda adhibuerat, ut nos supra innuimus. In sola vero Romana Ecclesia sancti homines passim occurrunt dono prophetiæ illustres, ac miraculorum gloria conspicui; ut expendenti canonizatorum hominum acta manifestum fit. In iis enim post rigorosum examen heroicæ virtutes, prophetiæ eventu comprobatæ, & miracula adeo aperta, quæ in controversiam vocari nequeunt, demonstrantur. In sola ergo Romana Ecclesia Divina illa providentia apparet, qua Deus factam a se revelationem, ac fundatam Ecclesiam, divinæ suæ potentiæ auxilio regi, & conservari demonstrat.

In eadem Romana Ecclesia quatuor illæ notæ facile con- 65
spiciuntur. Hæc enim una & invariata ostenditur per legitimam Pastorum ex Apostolis successionem, ac per divinam horum Pastorum missionem, quam ex ipsa ordinatione probant, & per non interruptam subjectionem Fidelium hujusmodi Pastoribus, qui eamdem Fidei professionem semper emiserint, eadem Sacramenta receperint &c.; qui denique una cum Pastoribuus Petro, ejusque Successoribus veluti Ecclesiæ fundamento, atque Capiti adhæserunt. Quamobrem veluti unum Corpus morale continuatum, ac proprio conjunctum Capiti exhibetur: Est ergo una. Fuit præterea quocum- 66
que tempore, ac semper per Universum societas hæc diffusa, quæ cum antedictis Pastoribus, & Romano Pontifice communionem servat; quamobrem ab omnibus Patribus catholica habita, & nuncupata est. Apostolica quoque jure merito- 67
que appellata fuit semper, ac revera est; nam per non interruptam Successionem, ac per legitimam Romanorum Pontificum, aliorumque Episcoporum Ordinationem, Ecclesia hæc ex Apostolis descendit; depositum Divinæ revelationis a Spiritu Sancto per Apostolos eidem Ecclesiæ concreditum sancte custo-

custodivit; data occasione cum assistentia illa, quam Christus Pastoribus promisit dicendo: *Ecce Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*, eamdem revelationem inculcavit, & explicavit; eos vero, qui obstinate propositam, & explicatam ab ipsis revelationem, & dogmata per hanc demonstrata, recipere, venerari, & credere nollent, veluti ethnicos, & publicanos ab Ecclesia omnino avulsos, omni Communione privavit. Primo sæculo ejecti ex Ecclesia leguntur Ebionitæ, atque Gnostici: Secundo Cerinthiani, Marcionitæ, Valentiniani, Patripassiani, aliique, ut apud Irenæum *Lib. de Hæres.*, & apud Tertullianum *Lib. de Præscript.* legere est: Tertio Montanistæ, Manichæi, ac præter alios Pauliani a Paulo Samosateno ita nuncupati: Quarto, Ariani, Pelagiani, Macedoniani, atque alii: Quinto Sæculo avulsi, atque ejecti ab Ecclesia fuere Nestoriani, & Euthychiani, ac paulo post etiam Monothelitæ, atque ita sequentibus sæculis aliæ hæreticorum Sectæ pulsæ ex Ecclesiæ communione fuere.

68 Venio nunc ad eos, qui ad Ecclesiam pertineant, atque ad
69 eos, qui extra Ecclesiam sine spe salutis dejecti sint. Ac primo quidem facile patet, non solum prædestinatos, perfectos, & justos, sed etiam reprobos, & peccatores Ecclesiam Christi complecti. Tum quia hæc comparatur areæ, quæ triticum & paleas contineat, sagenæ missæ in mare ex omni genere piscium congreganti, Matthæi scilicet 3. & 23.; & 2. ad Timotheum 2. magnę domui, in qua non solum sunt vasa aurea & argentea, sed lignea quoque & fictilia, ac *quædam quidam in honorem, quædam autem in contumeliam*. Porro paleæ, mali pisces, & fictilia vasa, quæ in contumeliam sint posita, reprobos homines designant. Ecclesia ergo reprobos quoque
70 complectitur. Deinde Ecclesia Christi visibilis est, atque hominibus conspicua, ut ad eam pro salute obtinenda venire possint, & ut etiam Pastores oves suas cognoscere valeant, atque oves Pastoribus obtemperare. Si vero solis prædestinatis constaret, qui soli Dei cogniti sunt, visibilis profecto hac ratione non esset; quamobrem jure meritoque Constantiensis Synodus Wichlefi proscripsit errorem, quo solos prædestinatos Ecclesiæ adjudicabat; & Augustinus *tract.* 45. in Joannem dixit: *Secundum præscientiam Dei & prædestinationem, quam multæ oves foris, quam multi lupi intus*, scilicet Deus videt salvos futuros esse nonnullos, qui modo extra Ecclesiam, deinde Ecclesiæ membra futuri sunt, ac reprobos esse multos, qui
71 intra Ecclesiam sunt. Hic vero notare juvat, ovium Christi nomine aliquando venire solos electos, dum scilicet speciali modo, nempe secundum prædestinationem Christi oves appellantur, per quem infallibiliter fiet, ut in æternum cum Christo unitæ permansuræ sint. Aliquando vero ovium nomine tum boni, tum mali designatur, qui in Ecclesia sunt: Sic Joannis ultimo Christus dixit: *Pasce oves meas*: Ita psal. 73. *Iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ*: & Ezechiel. c. 34. describuntur oves, quæ misere pereunt, de quibus judicium exquiritur a Pastoribus.

72 Reperiri etiam in Ecclesia peccatores, sive occultos, sive manifestos, ex ipsa scriptura constat; nam Matthæi 16. dum modus præscribitur corrigendi ac puniendi peccatores per illa verba: *Si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum &c.* perspicue ostenditur, in Ecclesia non solum occultos, sed etiam manifestos peccatores esse, cum peccator adhuc fidelis & frater, adeoque Ecclesiæ membrum dicatur; Fratres enim sumus, quia Ecclesiam pro Matre habemus, & Christum pro Patre. Ostendi id quoque potest ex parabolis convivii, in quo etiam erant non habentes vestem nuptialem, idest gratiam sanctificantem, & Virginum, inter quas quinque fatuæ erant, charitate videlicet destitutæ; Nota autem res est, parabolas illas Ecclesiam exprimere. Rursus Apostolus 1. ad Corinthios 5. satis declarat, incestuosum Corinthium in Ecclesia fuisse, antequam ipsius Pauli, & Ecclesiæ sententia Sathanæ traderetur. Vide Augustinum *lib.* 3. contra Epistolas Petiliani, *lib.* 7. de baptismo, & alibi passim hanc assertionem variis scripturæ phrasibus comprobantem; & Hieronym. contra Luciferanos ita ajentem: *Arca Noe Ecclesiæ typis fuit ... ut ibi pardus, & hædi, & lupus & Agni; ita & hic* (in Ecclesia) *justi & peccatores, idest vasa aurea & argentea cum ligneis & fictilibus commorantur*.

73 Dicendum nunc paucis est de iis, quos Ecclesia Christi e sinu suo excludit, & extra ipsam sine spe æternæ salutis sunt
74 positi. Inter hos primo loco occurrunt hæretici, qui nullo modo iis suffragetur excogitata a Novatoribus distinctio de Articulis fundamentalibus, & non fundamentalibus. Primo enim id liquet ex Patribus, qui Ecclesiæ nomine unicam communionem venire docuerunt, ac extra Ecclesiam positos esse, qui ab hac sint communione separari. Ita Irenæus *lib.* 3. *adv. hær. cap.* 4. Tertullianus *de Præscr. cap.* 4. Clemens Alexan. *lib.* 7. *Strom.* Origenes *lib.* 1. *in Job*, Hieronym. *Dial. contra Luciferianos circa finem*, Hilarius *lib.* 7. *de Trinit.*; & alii. In omnibus quoque antiquis Conciliis eadem doctrina exposita, & inculcata reperitur, ut videre est in Canonibus 6., & 10. Concil. Laodiceni, in quibus preces in oratoriis Hæreticorum offerre, & filias cum hæreticis matrimonio conjungere prohibentur fideles; in Can. 1. Concilii Constantinop. 1., in quo hæretici vocantur *qui ab Ecclesia abdicati sunt, & anathematizati*; & in Can. 7. Concili Carthaginensis IV., in quo nomen Ecclesiæ dari prohibetur *Conventiculis hæreticorum*. Accedunt etiam Patres, & Concilia, quæ unam hanc Ecclesiam Catholicam dixere, a qua hæretici omnes anathematizantur, ut videre est apud Turnelyum, *de Ecclesia qu.* 2. *art.* 2. Hæc vero omittenda duximus, quod Jurius fateatur, hanc Ecclesiæ unitatem statuisse ac sibi effinxisse Antiquos Ecclesiæ Patres. At si Patres priorum sæculorum, qui ab Apostolis, & ab Apostolicis viris depositum divinæ revelationis susceperunt, unam tantum Ecclesiam esse docuere, in qua spes insit salutis, atque hanc Catholicam esse, quæ hæreticos excludat, quis non videat, ita revera fuisse a Christo institutam societatem credentium? Nam Christus Dominus unum in ea futurum dixit ovile, & Pastorem unum; unumque Corpus esse voluit ex variis membris invicem, & cum capite unitis, ut tradidit Paulus; & eos, qui Ecclesiam non audierint, tanquam Ethnicos, & Publicanos, quibus spes deest æternæ salutis, habendos docuit Matth. 16. atque Paulus ad Tit. hæreticos devitandos jubet. Itaque Patres, qui Ecclesiam unam esse docuerunt, quæ Sectas hæreticorum excludat, Christi Domini doctrinam, & divinam revelationem inculcarunt, quæ hæreticos homines devitare nos jubet, & ita ab uno Ecclesiæ Corpore eos avulsos, & separatos ob perduellionem, & contumaciam, ejusdem Ecclesiæ sententia, exhibet, ut inter Ethnicos & Publicanos recenseri debeant. Patrum ergo de unitate Ecclesiæ doctrina ea est, quam Christus, & Spiritus Sanctus per Apostolos promulgarunt.

Neque ullibi apud veteres Patres occurrit articulorum fun- 75
damentalium, & non fundamentalium distinctio. Distinxit utique semper Ecclesia, inter ea quæ expresse cuique Christiano tenenda, & credenda sint, atque ea quæ generatim & implicite credere sufficiat, ut alibi ab ipso quoque Auctore expositum est: at pro hæreticis habuit eos omnes, qui quemcumque ab Ecclesia definitum, & credendum propositum articulum pertinaci voluntate negarent. Ita, Hieronymo teste, ii qui adversus Ecclesiæ definitionem Mosaicas cæremonias cum Evangelio servandas tradidere, ut salutem homines consequerentur, hæretici, atque de societate Diaboli habiti sunt, vel ipsa Apostolorum ætate, etsi id ad fundamentalem fidei articulum, juxta Novatores non pertineret. Atque ita deinceps, qui Ecclesiam loquentem atque docentem eadem obtinatione audire recusarunt, pro hæreticis habiti sunt, ut discurrenti per singulas Novatorum Sectas ab Apostolorum ætate ad Tridentinam usque Synodum, exploratum est. Et sane qui Ecclesiam non audit per legitimos Pastores loquentem, Christum non audit, & tamquam Ethnicus & Publicanus habendus est ex il- 76
lo Matthæi 16. pluries citato. Porro hæreticorum nomine homines intelligimus, qui Ecclesiam audire nolint, atque obstinata pertinacia ipsius decreta respuant. Itaque ex ipsa Christi sententia ab Ecclesiæ societate separati habendi sunt. De his vero consulantur Auctores supra citati. Ad schismaticos vero, & excommunicatos quod attinet, sufficiant, ea quæ ab Auctore Bibliothecæ sunt disputata: Nam quæ de iis differuntur, obvia sunt apud Bellarminum, aliosque Theologos.

Visibilis Christi Ecclesia nunquam defuit, aut defectura est. 77
Ita Catholici contra Novatores illos sentiunt, qui solam invisibilem omnino indefectibilem prædicant, visibilem vero ita obscuram ac fere extinctam fuisse, ut visibilis amplius non fuerit. Consideranti Dei in fundanda & regenda Ecclesia sua providentia, palam illico fit, nec defecisse, nec deficere posse visibilem Christi Ecclesiam. Nam hæc societas est, extra quam nulla est spes salutis: In hac societate fundanda Deus usus est visibilibus signis, ac perspicuis characteribus, quibus cognita & notissima esset omnibus hominibus, veluti ea, cui concredita sunt monita & præcepta, atque media necessaria ad æternam salutem, ut nos clare ostendimus de notis, & characteribus divinæ revelationis disputantes.

Si Deus omnibus conspicuam esse voluit suam revelationem 78
per

per notissimos characteres, ac notam itidem societatem, cui revelationis suæ depositum concrediditi, quis dubitet, quin providentia sua, visibilem & conspicuam conservare voluerit semper illam eamdem societatem, ad quam necesse sit hominibus accedere, ut consequi salutem possint? Scimus enim, dinam providentiam eadem, qua perfecit opera cura, eadem
79 conservare. Si ergo divinæ providentiæ cura fuit, ut omnibus conspicua esset Ecclesia, quam ipse fundaret, eadem cura visibilem atque omnibus conspicuam semper servabit. Atque huc spectant Veteris Testamenti prophetiæ, quibus perpetuo duraturam prædictum est Ecclesiam Christi. Vide hujusmodi prophetias relatas a Turnel. *art.* 8. *concl. unica* Hinc Christus Matthæi ultimo v. 20. inquit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*; & Matthæi 16. v. 16. Ecclesiæ suæ stabilitatem designans inquit: *Et adversus eam portæ Inferi prævalere non potuerunt*: Atque ad Ephesios 4. v. 11. habetur: *Ipse*, (Christus), *dedit quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei*. Vides ergo, Christum stabilisse in Ecclesia sua Pastores, qui ad Mundi finem usque oves suas pascerent, quique in Actis Apostolorum Episcopi dicuntur, positi a Spiritu Sancto ad regendam Ecclesiam Dei; atque hujusmodi Pastoribus promisisse, se cum iisdem mansurum ad consummationem usque sæculi, hoc est, divinæ virtutis suæ præsidio, atque assistentia se iisdem semper adfuturum; ac denique pollicitum fuisse numquam portas inferi, hoc est Spiritum erroris, atque nequitiæ, adversus Ecclesiam illam prævaliturus, quam Christus per Pastores a se constitutos regeret. Si Ecclesia, quæ nunquam defectura est, ea est, quæ Pastoribus subest, est profecto visibilis, atque est Catholica Romana Ecclesia per notas illas conspicua, quas nos supra exposuimus.

80 Huic Ecclesiæ infallibilis in decernendis fidei, & morum controversiis auctoritas concessa est. Nam iis, per quos Ecclesiam fundavit, infallibilem in proponenda, & explicanda doctrina auctoritatem contulit; Apostolis enim & Prophetis, quorum ministerio usus est in fundanda Ecclesia, infallibilem divini Spiritus assistentiam præbuit, ut Novatores quoque fatentur. Ergo iis quoque, quorum ministerio utatur pro conservanda Ecclesia, quam indefectibilem esse voluit, eam assistentiam tribuat necesse est, per quam illibatum servetur depositum divinæ revelationis eorum curæ, & ministerio concreditum, alioquin cura in Dei providentia deesset, pro conservanda religione, quam revelaverat. Tradidit vero divinæ
81 revelationis depositum iis, quos ipse misit, dum dixit, *sicut misit me Pater, ita ego mitto vos*, quibus pascendi oves onus imposuit, dum dixit *pasce oves meas*, quibus docendi munus indidit dicendo, *Euntes docete omnes Gentes*, quos denique *posuit Spiritus Sanctus Episcopos regere Ecclesiam suam*. Iis ergo eam assistentiam præbet, quæ necessaria est ad intactam conservandam revelationem, ideoque Ecclesiam sine errore. Sine hac enim assistentia rite consultum non esset conservationi Ecclesiæ; eo vel magis, quo Christus hujusmodi Pastores audire, eisque obtemperare nos jubet: Lucæ enim 10. v. 16. ait Christus Apostolis, ac Pastoribus, eorumdem Successoribus, *qui vos audit, me audit*; & ad Hebræos XIII. v. 13. habetur, *obedite Præpositis vestris, & subjacete eis*. Quis vero credat, voluisse Christum fideles suos adstringere ad obtemperandum Pastoribus, qui credenda, & agenda pro munere pastoritio traderent, & inculcarent, quin hos ea voluerit assistentia fovere, quæ necessaria sit, ne concreditas sibi oves decipiant? At hanc promisit per verba supra a nobis relata, *ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi, & portæ inferi non prævalebunt adversus Ecclesiam*; & per ea, quæ leguntur *Ephes.* 4. *v.* 11. *Dedit Pastores, & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi*, hoc est Ecclesiæ, *ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni verbo doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris*. Hac de causa ad Timoth. 3. v. 5. Ecclesia dicitur *Columna & firmamentum veritatis*, firma scilicet, & stabilis, quæ errare, & a fide deficere nequeat. Accedit etiam unanimis Patrum, & Conciliorum consensus, qui hanc semper, & ubique traditam Ecclesiæ prærogativam affirmarunt, ut videre est apud supra citatos Auctores.

82 Atque hinc facile patet, inerrantiæ donum Ecclesiæ Pastoribus fuisse concessum, Iis enim necessarium est, qui pascere, qui docere, qui regere fideles debeant, & quibus fideles fidem habere, & obedire jubentur. Ii autem Pastores sunt, ut ex 83
dictis liquet. Pastorum autem nomine veniunt Episcopi, ut constat tum ex illo Actorum loco, in quo Episcoporum fit mentio, qui positi sunt ad regendam Ecclesiam; tum ex perpetua, & constanti Ecclesiæ traditione; tum ex praxi Ecclesiæ, in qua semper Episcopi tum seorsim, tum in Conciliis congregati, controversias fidei, atque morum definiere, ut ex actis, & historia Conciliorum constat. Episcopos vero jure divino presbyteris superiores esse, ac Presbyteros eodem jure a plebe secerni, contra Novatores ostendemus de Ecclesiastica Hierarchia, & de presbyteris disputantes.

Privilegium vero inerrantiæ non singulis Episcopis seorsim 84
sumptis, sed eorum cætui, qui cum Ecclesiæ Capite Romano Pontifice uniti sunt, atque ab eodem pendent, concessum est; nam non solum retroactis temporibus plures Episcopi ab orthodoxa fide defecerunt, sed occurrunt etiam hac nostra ætate ex Photianis, Nestorianis, & Monophysitis Episcopi benemulti, qui in manifestis ab Ecclesia damnatis erroribus versantur. Hoc itaque privilegium iis competit, qui in vera Christi Ecclesia sunt per notas superius a nobis descriptas manifestata. Sunt autem in hac Ecclesia ii tantum Episcopi, qui 85
cum Romano Pontifice communicant, atque ab ejus auctoritate, jurisdictione, atque regimine pendent. Neque enim ad unam Christi Ecclesiam pertinere possunt, nisi cum illius capite uniti sint, nisi illius potestate sustententur, nisi auctoritate illius regantur. Quamobrem de fide est, inerrantiæ privilegium Ecclesiæ illi concessum esse, in qua Plebs cum suis Pastoribus uni Romano Pontifici subsint, cujus suprema auctoritate omnes regantur. Neque ab hac sententia Gallorum Theologi dissident, qui ut exponit Tornely de Ecclesia *qu.* 5. *art.* 2. ajunt, Ecclesiæ claves, ad quas hujusmodi quoque privilegium refertur, *uni Petro, & unitati simul concessas esse*, hoc est Ecclesiæ capiti una cum Episcopis cum eodem conjunctis, atque ab eodem pendentibus. Neque enim jure divino primatum honoris, & jurisdictionis haberet in tota Ecclesia supra alios quque Episcopos, nisi ii ab eodem Pontifice penderent. Hinc *Leges*, inquit citatus Auctor, *ac Decreta Pontificis Romani in causis fidei, & morum ad omnes & singulas Ecclesias pertinere, ac Christianos omnes ex conscientia teneri ipsis obtemperare. Quamquam enim infallibilis non supponatur Romanus Pontifex, provisorie tamen ipsius Decretis, quæ apud omnes bonos maximi ponderis ac momenti esse debent, obsequendum est, saltem, ut ait Gerso*, ad non dogmatizandum contrarium, *quandiu Ecclesia non reclamat, nec contradicit. Non ita est de privatis Episcoporum Decretis, quibus ii tantumodo sunt obstricti, qui eorum jurisdictioni subjiciuntur. In controversis fidei, ac Religionis præcipuas esse Summi Pontificis partes; nec quidam in Ecclesia magni momenti definiri debere, quod ad ipsum non referatur. Quamquam enim non sit solus judex controversiarum, est tamen inter judices primus dignitate, & auctoritate, ad quem majores, ut vocant, Ecclesiæ causæ referendæ sunt. Majores autem appellantur causæ, vel ex rei, de qua agitur, gravitate, ac magnitudine, quales illæ sunt, quæ fidem, Religionem, ac generalem spectant morum disciplinam; vel ex magnitudine subortæ difficultatis, aut dignitate personæ ver. gr. eum agitur de Episcopis*. Ita ab anno 1682. in quo 86
Galli per Cleri conventum statuere quatuor de Romano Pontifice propositiones, de quibus aliis in Bibliothecæ locis agemus, de Romani Pontificis auctoritate, & infallibilitate sentiunt. Illorum itaque sententia Decreta Romani Pontificis ad fidem pertinentia etsi maxima cum veneratione sunt in universa Ecclesia suscipienda tamen dogma fidei ab omnibus credendum non constituunt, nisi expressus, vel saltem tacitus Episcoporum consensus accedat: posita autem inter Episcopos dissensione, meliorem, ac saniorem partem eam existimari oportere, ac Ecclesiam sufficienter repræsentare, quæ Romano Pontifici conjuncta sit, qui certum est unitatis, & Ecclesiasticę communionis caput.

Itali vero, Hispani, ac Theologi reliqui affirmant, Roma- 87
num Pontificem non solum primatum honoris & jurisdictionis habere in universa Ecclesia, sed etiam infallibilem sibi vindicare in finiendis Religionis controversiis auctoritatem. Etsi hac de re disserendum ex professo est verb. *Romanus Pontifex*, tamen hic unum, vel alterum momentum, quo res ostendi queat, proferemus. Primum vero de primatu adversus Novatores, & Schismaticos orientales, deinde vero de inerrantię privilegio eidem concesso dicemus. Conveniens fuit, 88
ut Ecclesia, quę ab Unigenito Dei filio homine facto stabilita

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DI CANADA

est, & in qua veluti supremus invisibilis Rex ipse præest tamquam in Regno, *cujus non erit finis*, unus supremus Pastor esset, qui illius vice eamdem regeret & administraret, & cui pro hac perpetuo servanda illius assistentia concederetur. Præsertim cum Christus eam formatam exhibuerit, velut unum ovile, quod unius Pastoris auctoritate regeretur. At ad ita nobis exhibendam Christi Ecclesiam, conveniens fuit, ut inter ministros Christi, ac dispensatores mysteriorum Dei unus esset, qui Christi vices gereret, & qui supremus loco Christi Pastor visibilis esset; alioquin qua ratione visibilis ac conspicua Christi Ecclesia, unum ovile sub uno supremo Pastore exhiberetur? Sed non sola convenientia est, ex qua supremum in Ecclesia visibilem Principem atque Pastorem constitutum deducimus; Christus enim ipse hanc prærogativam Petro ejusque Successoribus contulit, ut constat I. Ex Christi verbis; II. Ex aliis eidem Petro concessis prærogativis III. Ex iis, quæ Petrius ipse gessit. IV. Denique ex perpetua ac con-
89 stanti Patrum omnium sæculorum traditione. Christus enim Matthæi 16. se Ecclesiam suam supra Petrum fundaturum promisit, eique claves Regni Cœlorum concessurum; & Joannis 21. agnorum oviumque suarum curam eidem commisit: *Ego*, „ inquit Christus apud Matthæum, dico Tibi, quia tu es Pe„ trus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & „ portæ Inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo „ claves Regni Cœlorum, & quodcumque ligaveris super ter„ ram erit ligatum & in Cœlis, & quodcumque solveris su„ per terram erit solutum & in Cœlis,. Apud Joannem vero semel atque iterum dixit: *Pasce agnos meos*, tertium vero:
90 *Pasce oves meas*. Ex iis vero facile constat, Petrum designatum & constitutum a Christo fuisse totius Ecclesiæ suæ caput, Principem, atque Rectorem. Nam is, qui Ecclesiam sustentat, cui claves traduntur, atque ligandi solvendique potestas, & cui agnorum ovium que Christi cura concredita sit, Ecclesiæ caput, Princips, ac supremus Pastor constitutus est. Non alia enim ratione Ecclesiam sustentare dicitur, quam initar capitis & Principis regendo; & aliunde ex ipsa scripturarum phrasi potestas clavium supremam potestatem exprimit, ut videre est Isaiæ 22. eamdemque potestatem exprimit allegoria Pastoris, ovium agnorumque curam habentis, ut videre est 2. Reg. 5., & Paralip. v. 11. At si Petrus is est, supra quem Christus Ecclesiam suam fundatam voluit, est procul dubio Ecclesiæ fundamentum; Si Ecclesiæ fundamentum est, eam ergo sustentat ac regit. Cum vero pro regenda Ecclesia, clavium, atque ligandi solvendique potestas concessa eidem fuerit, quæ supremi Principis auctoritatem designat in scripturis sanctis; & cum Pastor omnium Christi ovium designetur, qua etiam allegoria suprema illa potestas exprimitur, manifestum est, Petrum a Christo Domino Ecclesiæ suæ Caput, Principem, atque Rectorem supremum constitutum fuisse.

91 Neque reponanant Novatores Schismatici, petræ nomine Christum, non Petri personam, sed vel semetipsum, vel factam per Petrum confessionem designasse. Nam Matthæus non Græca, sed Hebraica aut Chaldaica, aut Syriaca lingua scripsit, quibus in linguis ista generis differentia, quæ in Græca, & Latina est inter Petrum, & petram non reperitur, sed uno eodemque nomine sive Hebraico, sive Syriaco Christus dixit: *Tu es Cephas*, ideſt, *petra*, *& super hanc petram &c.* quemadmodum si latine Petrus, non Petrus, sed petra diceretur. Si vero quæras, cur Latinus Interpres non vertit *Tu es Petra*, *& super hanc petram &c.* facilis est responsio: quia Græcum Codicem sequutus est. Non enim vertit ex Syriaco, sed ex Græco, in quo legitur σὺ εἶ πέτρος, *Tu es Petrus*. Cur vero Græcus non verterit σὺ εἶ πέτρα, *Tu es petra*, sed, *Tu es Petrus*, in causa est, ait hic Bellarminus,
92 quoniam, cum apud Græcos, tam πέτρος, quam πέτρα significet lapidem, vitium, visum est interpreti commodius hominis nomen masculinum, quam femininum tribuere. Rursus postquam Christus dixit *super hanc petram &c.* statim subnectit; *& tibi dabo claves &c.* Hic vero de Petri persona loqui nemo dubitat; quis vero dubitabit, num de Petro locutus sit, dum dixit *Tu es Petrus, & super hanc petram &c.*? Deinde licet nonnulli Patres per *petram* intellexerint vel confessionem Petri, vel ipsum Christum, vel etiam alios Apostolos, & fideles; tamen nullus Petri personam excluſit; Imo eam expresse designari tradiderunt *Tertul. lib. de præscript. cap.* 21., *Orig. homil. 5. in Exod.*, *S. Cypr. epist. Jubaianum*, *& libr. de unit. Eccles. Epist. ad Cypr.*, *S. Epiph. in Ancorato*, *Greg. Nanz. orat. de moderat. in disput. servanda*, *Basilius homil. de pœnit.*, *Ambr. serm.* 47. *de fide Petri*, *Hilar. cap.* 16. *Matth.*, *Hieron. epist.* 57. *ad Damas.* Accedit etiam Patres illos, qui *petræ* nominæ, vel Christum vel confessionem &c. designari tradiderunt, non excluſisse personam Petri, 93
quæ caput Ecclesiæ per illa verba constitueretur, sed indicare voluisse vel princeps Ecclesiæ fundamentum, quod est Christus, vel caulam meritoriam istius Petri primatus, quæ fuit facta a Petro confesso, vel denique partes, ex quibus coalesceret, & constructa esset Ecclesia, ut allegorice exposuit Origenes, quam ob rem ex hujusmodi Patrum interpretationibus nihil adversus Petri primatum eruitur.

Præterea ex constanti omnium Patrum traditione constat, 94
Petrum fuisse Ecclesiæ Principem constitutum. Nam Origenes *homil. 2.* de diversis eum vocat *summum Apostolorum verticem*, & in *cap. 6. epist. ad Rom. Summam rerum de pascendis ovibus Petro traditam fuisse*, *& super ipsum Ecclesiam fundatam*, ita; *Eusebius lib. 2. Hist. cap.* 14. eum reliquorum *Omnium Principem*, *& Patronum*, atque ita eum vocat Cyrillus *Catech. 2.*, *& 11.* A Basilio *omnibus discipulis Prælatus*; a Greg. Nanz. *Petra*, *supra quam fundata est Ecclesia*, a Cyrillo Alexand. *Caput*, *& Princeps cæterorum*, a Chrysost. *Ecclesia Pastor*, *& caput*, *ac princeps ac vertex Apostolorum dicitur*. Ex latinis Patribus, similia habent Tertul., Cyprian.,, Optatus Milevitanus *lib. 2.* contra Parmenianum, Ambr., Augustt., & alii, qui legi possunt apud Bellarminum, Coccium, Turnela, Orsi, atque alios.

Cum Christus Ecclesiam suam perpetuam esse voluerit, ma- 95
nifestum est, collata Petro privilegia, ad ipsius quoque successores pertinere voluisse. Sunt vero Successores Petri Romani Pontifices, qui Cathedram tenent, in qua ipse mortuus est. Ii enim vere ipsius successores dicuntur, atque eodem jure, quo Petro concessa fuit, regendæ universæ Ecclesiæ auctoritatem habent: Quod quidem non solum ex ipsa successione, sed e- 96
tiam ex perpetua, atque constanti Ecclesiarum omnium traditione constat. Nam in omnibus Conciliis, & ab omnibus Patribus cum Græcis, tum Latinis Romani Pontifices habiti semper sunt, veluti legitimi Petri successores, atque iis donati prærogativis, quæ pro universa regenda Ecclesia, a Christo Petro concessæ fuerant. Conciliorum, & Patrum auctoritates, videri possunt apud supra citatos Auctores, atque horum nonnullæ afferentur etiam in hac Bibliotheca verb. *Romanus Pontifex*.

Inter has vero prærogativas inerrantiæ donum, sive infalli- 97
bilitatem reperiri, paucis hic indicabimus, cum fusius tractandum id sit proprio in loco. Si Petri successores locum 98
Christi tenent in terris, ac veluti ipsius Vicarii Ecclesiam regere debeant necesse est quidquid ad rite regendam Ecclesiam, & ad intactam servandam Religionem necessarium est. Neque enim Deus vult finem, quin media ad hunc necessaria suppeditet. Ad rite vero regendam Ecclesiam, atque ad sanctum tectum servandum depositum divinæ revelationis, necessaria illa divina est, qua ab errore immunis reddatur; aliquin decipere Christi oves posset Romanus Pontifex, quæ ipsum audire, ejusque sententiam sequi jubentur. At hæc assistentia in Petri 99
persona ejus successoribus promissa revera a Christo fuit. Nullus enim Gallorum Theologorum est, qui non agnoscat, per illa Christi verba: *& portæ Inferi non prævalebunt adversus eam*, hoc est adversus Ecclesiam, inerrantiæ donum designari Ecclesiæ Christi concessum. Donum vero hujusmodi Petro collatum fuit, ut ex Christi verbis liquet: *Tu es Petrus*, *& 100*
super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; *& portæ inferi non prævalebunt adversus eam*. Deinde quid expressius ad significandum inerrantiæ donum, quam verba illa Christi Domini: *Rogavi pro te Petre*, *ut non deficiat fides tua*, *& tu aliquando conversus confirma Fratres tuos*? Hæc enim aperte significant promissam Petro veluti Christi Ecclesiæ Rectori assistentiam illam, ob quam deficere in fide non posset: nam Petro, pro quo rogaverat Christus præcipitur, ut fratres, hoc est, Episcopos confirmet. Id vero innuit, non veluti privatæ personæ, sed tamquam totius Ecclesiæ Rectori obtentum fuisse Petro a Christo privilegium illud. Reliqua ad perfectum Ecclesiæ systema pertinentia, atque ad ipsius regiminis formam exponentur in aliis articulis. Definitionem Ecclesiæ vide *in art. 1.*

A R-

ARTICULUS III.

Ecclesia materialis quoad ejus ædificationem, dotationem, & reparationem.

1 ECclesia materialis, quę ex Gloss. ultim. *in cap. fin. Ne Prælati vices suas*, definitur, *Locus sacer murorum ambitu circumdatus*, juxta varias ejus classes, varia fortitur nomina. Aliquæ enim vocantur Basilicæ, alię Cathedrales, aliæ Collegiatæ, aliæ Baptismales, aliæ Parochiales, aliæ Matrices, aliæ Filiales, prout colligitur ex notatis *per Gloss.*, *& Doctores in cap. Plures* 10. *quæst. 1. in cap. Cum contigat*, *de Decim. in cap. Cum Clericis*, *& in cap. Ve-*
2 *nerabili de V. S.* Basilicæ licet secundum Rochum de Cure, Mandosium, Remigium, Duarenum, Turrecrematam, quos sequitur Spino *de Testament. gloss. 2. prin. num. 33.* fuerint sic appellatæ a *Basilio* Græcorum Imperatore, qui primus fuit se-
3 pultus in Ecclesia. Et secundum Glossam *in cap. 1. de Religiosis domib.*, & Panormitan. *in rubr. de Consecrat. Eccles.*
4 *Basilicæ* fuerint dictæ Ecclesiæ nondum consecratæ. Tamen verisimilius est, quod solum majores, principaliores, ac digniores Ecclesię vocentur *Basilicæ*, quia Basilica est nomen Græcum, quod latine est *Regia*, ut notavit Selva *tract. de Benefic. 1. part. cap. 3. numer. 14.*, & Isidorus *lib. 15. orig.* sic expresse dicit: *Basilicæ prius vocabantur Regum habitacula, unde*, *& nomen habent*. Et Baronius *in notis ad Martyrolog. die 5. Augusti* sic ait; *Hoc nomen nequaquam abhorrere a Sacra Scriptura*, *nam atrium illud majus Templi Salomonis, Basilica dicitur 2. Paralipom. cap. 4. 9.*, ibi: *Fecit etiam atrium Sacerdotum*, *& Basilicam grandem*; *& Ostia in Basilica*, *quæ texit ære*, *& c. 6. 13. Siquidem fecerat Salomon basim æneam*, *& posuerat in medio Basilicæ*. Hinc quod solum Ecclesiæ majores, principaliores, ac digniores vocentur Basilicæ, est hodie jam communis opinio, & praxis; Barbos. *lib. 2. Juris Eccles. univ. cap. 1. cap. 1. num. 10.* Itala *lib. 1. cap. 5. §. 3. numer. 33.* Engel *lib. 3. Decretal. tit. 48. numer. 2.* Reiffenstuel *ibidem numer. 3.*, & alii passim.

5 Cathedrales vocantur, quæ sunt Sedes Episcoporum, & in aliquibus partibus *Domus* appellantur, uti in nostra Italia vulgariter *il Duomo*, quod ex eo potest dici habere principium, quia sicut *Palatium* absque alia expressione, intelligitur de Principis habitaculo, quod satis per antonomasiam, & excellentiam demonstratur, ut ex pluribus observat Camill. Boller. *de Regul. Cathol. præstan. cap. 23. num. 21.* in Domus Domini, quæ est Ecclesia Cathedralis, & Palatium Principis Supremi Domini Dominantium, & Sedes ordinaria supremi Civitatis, & Diœcesis Pastoris, satis per *Domum* simpliciter significatur; Sic expresse Frances *De Eccles. Cathedralibus cap. 15. nu. 187.*

6 Collegiatæ sunt illæ, quæ habent communitatem Clericalem, quæ capitulariter congregari, & agere potest, & solet cum libero usu sigilli, & arcæ sibi communis; Barbos. *lib. 2. Juris Eccles. cap. 6. num. 6.* Vide quoad istas verb. *Collegiata*. Ma-
7 trices Ecclesię quamvis proprie loquendo sint solæ Ecclesiæ Cathedrales, quia Matres sunt, & Magistræ totius Episcopatus, textu expresso *in cap. Venerabili* 12. *de verb. Significat.*, ibi: *Per Matricem Ecclesiam Cathedralem intelligi volumus*. Tamen *Matrices* etiam vocantur illæ Ecclesiæ, quæ alias Ecclesias aliquo modo sibi subjectas habent; Rota *part. 1. Recent. decis. 272. num. 3.* Suarez *de Religion. tom. 1. tract. 2. de*
8 *decimis lib. 1. cap. 24. num. 1.* Barbosa *loc. cit. num. 21.* Filiales dicuntur illæ, quæ per divisionem a Matrice de novo fiunt, vel alteri subjiciunt; *arg. cap. Ad audientiam 3. de Eccles.*
9 *ædificand.* Baptismales sunt illæ, quæ habent Fonte Baptismales, ubi Parochiani baptizantur; Gloss. 1., & Abbas *in cap.*
10 *Cum contingat*, *de decimis*. Parochiales dicuntur illæ, in quibus populus eisdem deputatus sub certis locorum finibus, & limitibus constitutus degit, & unus Rector ad uniuscujusque regimen assumitur cum potestate Fori pœnitentialis; Barbosa
11 *loc. cit. num. 26.* Ut plurimum autem Parochiales, & Baptismales tum in Jure, tum in facto confunduntur, cum regulariter Baptismales sint etiam Parochiales, licet non necessario, nec semper, ex quo variis in locis, ut experientia patet, sint di-
12 stinctæ. Baptismales dicuntur etiam Matrices, quia sicut Mater generat, sic illa regenerat; Glossa *in Clement. unica de Baptism.*, *& verb. Matricem in Clementin. 1. de sentent. Excommunic.*, ibi: *Ideſt majorem*, *& Baptismalem*, *quæ dicitur Matrix*.

Pro Ecclesia de novo ædificanda requiritur consensus, seu licenlia Episcopi loci; *cap. Later. caus. 16. quæst. 3. cap. Nemo 9. dist. 1. de consecration. cap. Cum olim* 14. *de privileg. cap.* 13
Auctoritate 4. de privileg. in 6. Et hæc Episcopi licentia requiritur, etiamsi quis haberet privilegium Ecclesias ædificandi, quia debet intelligi sine præjudicio Juris Episcopi, quando in 14
Indulto, seu privilegio non sit specialiter expressum, ut respondit *Sacra Congreg. in Sulmonen. Interdicti 24. Januarii 1699.* contra Præceptorem S. Spiritus in Saxia, qui Ecclesiam construxerat absque licentia Episcopi, nixus suis privilegiis sublatis hodie a *Concil. Tridentin. sess. 22. de celebrat. Missar.*, *&*
sess. 25. cap. 3. de Regul. Episcopus tamen non debet talem li- 15
centiam denegare, sine rationabili motivo, alias si irrationabiliter ipsam licentiam denegat, datur recursus ad Archiepiscopum, vel ad Sacram Congregat. Concil. pro supplendo Ordinarii consensu; Barbos. *de offic.*, *& potest. Episcop. alleg.* 29. *num. 1. vers. In ædificanda*, Amostaz *de caus. piis lib. 5. cap. 2. num. 31.*, & alii; & de facto sic fuit decisum *a Sacra Congregatione Concil. in una Forolivien. 16. Januarii* 1694. favore Barattæ, qui cum ab Ordinario consensum pro constructione Ecclesiæ ruralis non potuisset obtinere, obtinuit, Episcopo contradicente, Rescriptum: *Licentiam esse concedendam sine* 16
præjudicio jurium Parochialium. Non requiritur autem talis Episcopi licentia pro ædificando Oratorio privato in propria domo; textu expresso *in cap. Unicuique 33. de consecrat. dist. 1.*, ibi: *Unicuique Fidelium in domo sua Oratorium licet habere*, *& ibi orare*, *Missam autem ibidem celebrare non licet*. Hoc tamen, quod non liceat ibid. Missam celebrare, debet intelligi sine licentia legitima, aut privilegio Apostolico, quibus concurrentibus ad normam Concil. Trident. *sess. 22. in Decreto de observandis in celebratione Missæ*, & Decreti Clementis XI. *de celebratione in Oratoriis privatis*, incip. *Quoniam sancta*, potest ibi Missa celebrari, ut de facto in omnibus similibus Oratoriis ubique celebratur.

Pro ædificanda Ecclesia una cum Monasterio Regularium, 17
ultra consensum Episcopi, requiritur etiam consensus Papæ maxime in Italia, & Insulis adjacentibus, ut expresse fuit statutum ab Innocentio X. Constitution. incipient. *Instaurandæ*, & de Jure communi ante Concilium Tridentinum, & dictam Constitutionem consensus Papæ requirebatur ubique, textu expresso *in cap. unico de excessibus Prælator. in 6.*, *& cap. unico de Eccles. Ædificand. in 6.* Pro construendis, seu ædificandis Regularium Ecclesiis, & Monasteriis circa distantiam ab aliis variæ emanarunt Pontificiæ dispositiones. Clemens IV. 18
in Constitut. incipient. *Ad consequendam*, concessit privilegium Fratribus Minoribus, quod prope eorum Ecclesias per spatium 300. Cannarum non possint ab aliis Mendicantibus, vel Monialibus cujuscumque Ordinis construi Monasteria, vel Ecclesiæ. 19
Hoc tamen speciale privilegium Ordini Minorum concessum quoad 300. Cannas censetur revocatum per non usum, seu abiit in desuetudinem, ex quo observantia tantæ distantiæ ex multiplicitate Religionum fuerit reddita moraliter impossibilis, cum in plerisque locis vix ædificari una Ecclesia, & Monasterium posset. Hinc ex variis posterioribus Bullis aliorum Pontificum hujusmodi privilegium fuit indefinite reductum ad 140. Cannas, ut aliis relictis clare demonstrat Constitutio 39. Gregorii XIII. incipient. *Salvatoris*; ubi Papa enunciat omnes Ordines Mendicantes habere tantum privilegium quoad 140. Cannas, & Rota *decis. 356. coram Rojas numer. 5.* refert, *Sacram Congregationem Episcoporum* declarasse, privilegium 300. Cannarum non esse in usu.

Privilegium, quod prope eorum Ecclesias per spatium 140. 20
Cannarum non possint ædificari aliæ Ecclesiæ, & Monasteria, non solum habent Mendicantes contra alios Mendicantes; sed ex specialibus privilegiis, vel ex communicatione omnes Mendicantes eo utuntur contra omnes cujuscumque Ordinis, ut ex pluribus notat Rota *part. 10. recent. decis. 337. num. 1.*, Barbosa *lib. 2. Juris Eccles. univers. cap. 12. numer. 72.*, & sequent. Lezana *in Summ. verb. Regularia Monasteria num. 19.*, Rodriquez *quæst. Regul. tract. 2. quæst. 49. art. 5. tom. 2.* Passerinus *in cap. Cum ex eo*, *de excessib. Prælator. in 6.* Et procedit hoc privilegium etiam contra Presbyteros sæculares in communi 21
viventes; Card. Petra *tom. 3. comment. ad Constitut. 7. Clement. IV. num. 12.* Imo supponitur tale privilegium contra Ecclesiam Congregationis Laicorum in PP. Theatinis; Rota *in Neapolitana Ampliationis Ecclesiæ*, *& Sacristiæ* 11. *Maji* 1708. *coram D. Molines Decano*. Tali privilegio gaudent omnes Regulares etiam non Mendicantes, sive ex peculiaribus 22
concessionibus, sive per communicationem; Card. de Luca

de

de Regul. diff.33. num.2. verfic. Vel per communicationem, Barbosa *lib.2. Juris Ecclesiastic. univers. cap.12. numer.72. in fine*, Cardin. Petra *loc. cit. numer.19.*, Rota *in Neapolitana Seminarii decis.982. num.5.*, *& 6. coram Dunozz. Junior.* Patres Societatis Jesu habent peculiare privilegium, ut possint ædificare
23 intra spatium etiam 140. Cannarum prope quemcumque Conventum, seu Ecclesiam, & hoc privilegium illis solis concessum esse a Gregorio XIII. Constit. incipient. *Salvatoris* innuit illorum Compendium, *verb. Ædificia §.3.*

24 Privilegium distantiæ 140. Cannarum attendendum est etiam in translatione Ecclesiæ, & Conventus; Si enim Ecclesia, vel Conventus reperiatur extra 140. cannas, nequit transferri intra dictum spatium, ut expresse cavetur in cit. Constitut. Clem. IV. incipient. *Ad consequendam*, & in aliis Bullis concedentibus privilegium 140. cannarum; Si vero Ecclesia, vel Conventus reperiatur intra spatium 140. cannarum, licet cesset idem prejudicium in genere, non cessat tamen in specie, ut si transferatur ad viciniorem locum quam prius reperiebatur; tunc enim translatio nequit libere, & ad libitum fieri, quia forsan potuerat concedi licentia in spatio 140. cannarum, & non in viciniori, adeoque debet Judex considerare motivum in uno, vel alio loco; Pacichel. *de distantiis cap.6. membr.2. num.15.* Pasqualig. *ad Lauret. part.1. num.410.*, Passerin. *in cap. Cum ex eo, de excessib. Prælator. in 6. num.85.* ubi refert *Sac. Congreg. Episcop., & Regul.14. Decemb.* 1635. decrevisse, non licere PP. Carmelitis Discalceatis in Civitate Savonæ
25 transferre Conventum in locum propinquum PP. Dominicanis. Pertale privilegium impediri non potest ampliatio Conventus, si jam fuerint legitime erectus; Rota *decis.131., & decis.163. coram Mantica decis.327. num.1. coram Roissas, & decis.377. numer.9. coram Emerix Jun., & in dict. Neapolitana amplia-*
26 *tionis Ecclesiæ, & Sacristiæ 11. Maji* 1703. cum communi Doctorum. Secus vero si erectio non fuerint legitime facta, vel fuit tantum permissa constructio parvæ Ecclesiæ; quia in tali casu cum non legitime subsistat erectio, a fortiori nequibit legitime fieri ampliatio; & permissio concessa tantummodo pro parvo loco, seu parva Ecclesia, nequit extendi ad magnam
27 Ecclesiam, cum valde majori præjudicio primæ Ecclesiæ; Card. Petra *loc. cit. num.21.* Tale privilegium distantiæ 140. cannarum locum non habet in domibus, seu Hospitiis Regularium, quæ non habent Ecclesiam publicam, nec in Seminariis; Card. de Luca *disc.1. num.67.*, *& disc.33. num.5. de Regularib.* Card. Petra *loc. cit. numer.16.*, Rota *part.1. recent. decis. 676. num.10.*, & in *Neapolitana Seminarii, decis.82. num.1., & sequent. coram Dunozz. Jun.* ubi fuit resolutum, quod liceret Seminarium Nobilium erigi, dummodo non haberet Ecclesiam publicam, nec Campanas, aut sepulturas, neque ibi fierent Conciones publicæ, nec pro Missis eleemosynæ recipe-
rentur.

28 Privilegium distantiæ 140. cannarum est saltem pluribi usu receptum, nec tollitur per non usum in aliquibus casibus; Sic Rota *part.10. recent. decis.337. num.17.* ubi late de observantia, & usu talis privilegii, & ad hoc citat varios Doctores; Sic etiam Confect. *de privil. Mendicantium tit. 3. cap.3.*, Passerin. *loc. citat. num.84.*, *& 85.* Card. Petra *loc. citat. num. 14.* ubi affert hanc solidam rationem, quia, dicit ipse, Privilegium concessum Ordini nequit amitti per non usum aliquorum Conventuum; non enim ex eo quod fuerit permissa ædificatio in uno loco, potest induci præjudicium in alio loco, cum agatur de actu facultativo; unde potest in uno casu admitti, & in alio denegari; & nisi concurrat permissio, & acquiescentia, nequit induci aliquod præjudicium, ut relatis concordantibus, & in terminis, dixit Passerinus *loc. cit. numer. 84.*, &
29 Rota *in decis.327. num.5.*, *& sequent. coram Roissas*, ubi de Civitate ampla Januæ, *& part.10. recent. decis.337.* ubi referuntur varia exempla in Civitate Neapolis quoad reclamationes in similibus casibus. Hinc non licet Ordinario contra hujusmodi privilegia aliquid innovare, ut rescripsit *Sacra Con-*
30 *gregatio Episcop.*, *& Regul. in Albingen.12. Januar. 1604.* sicut refert Passerin. *loc. cit. num.85. in fine*. Neque hoc privilegium abrogatum censetur per Bullam Clementis VIII. incipient. *Quoniam ad instantiam*; neque per Bullam Gregorii XV. incipient. *Cum alias*, neque per Bullam Urbani VIII. incipient. *Romanus Pontifex*, neque per Bullam Innocent. X. incipient. *Instaurandæ*, in quibus licet præscribatur forma servanda in erectione novorum Conventuum, non tamen abrogatur privilegium concessum ab aliis de distantia 140. cannarum, cum tales Pontificæ Constitut. sint inter se compatibiles, & procedentes a diversis rationibus, ut late Rota *in cit. decis.327.*, *& 356. coram Roias*, *& part. 10. recent. decis.337.*, & reassumit Passerin. *loc. cit. numer.83.* ac annuit Pignatell. *tom.10. consult.12. numer.4.*, *& per tot.* Contrarium tamen, scilicet privilegium 140. cannarum non esse usu receptum, tenent Sor- 31
bo *in compend. privil. verb. Ædificare nu. 20. in annotat. versic. Quoad dispositionem*, Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disp.5. quæst.4. num.2.*, *& 3.* Panimoll. *decis.11. numer.12.*, & alii. Unde videtur in hoc servanda consuetudo cujusque loci *arg. cap. Cum tanto 11. de consuet.* Mensuratio hujusmodi 32
distantiæ 140. cannarum debet fieri per aerem, non autem per terram, ut præscribitur in cit. Constit. Clementis IV. incipient. *Ad consequendam §.2.* Longitudo autem cannarum debet esse 33
pro qualibet mensura octo palmorum, ut expresse habetur in cit. Constitut. *Ad consequendam §.3.*

Pro ædificanda Ecclesia requiritur insuper, ut assignetur dos 34
sufficiens, & congua pro iis, quæ ad illius reparationem, cultum, & Ministros sunt necessaria, alias ædificari nequit; *Novell.167. cap.2.* ubi statuitur „: Non aliter quampiam Ecclesiam ex novo ædificare, priusquam loquatur ad Deo amabilem Episcopum, & definiat mensuram quam deputat, „ & ad luminaria, & ad S. Ministerium, & ad incorrumpendæ Domus custodiam, & observantium alimenta; & si „ sufficientia habere videtur, faciat prius donationem eorum, „ quæ futura sunt deputari, & ita Domus ædificetur; & cap. „ Nemo 9. dist.1. de consecrat. ibi: Nemo Ecclesiam ædificet, antequam præfiniat, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad „ stipendia Custodum sufficiant, & ostensa donatione, sic „ domum ædificet; concordat *cap. Placuit 1. caus.1. quæst.2.*, 35
& cap. Cum sicut 8. de consecrat. Eccles. Si quis absque Dotis assignatione Ecclesiam construxerit, obligatur ad eam constituendam, eo ipso quod construxerit; *cap. Piæ mentis 26. caus. 16. quæst. 7.*; & mortuo ædificatore, tenentur ejus hæredes, ut docent communiter Doctores; *arg. cit. cap. Cum sicut 8. de consecrat.* Si autem Ædificator impotens esset ad ipsam Dotem 36
constituendam, & Ecclesia fuit ædificata de consensu Episcopi, eamque absque cautione, vel absque Dote consecravit, teneretur ipse Episcopus ad ipsam Dotem præstandam, ac omnino providere de necessariis, ut obligatur ad illum providendum, quem absque Titulo ordinavit; *cap. 2.*, *& cap. Cum secundum 16. Prebendis*, & tenet Engel *lib.3. Decretal. tit.48. num.6.* Reiffenstuel *ibidem num.9.*, & alii passim *arg. cit. cap. Cum sicut 8. de consecrat. Eccles.*, & ibi Glossa verb. *Consecranda*. Id tamen Episcopus de proprio teneretur facere sine 37
læsione Ecclesiæ, quia cum id sit ei impositum in pœnam, ex quo absque Dote, vel sine sufficienti cautione, ut dotaretur, eam permisit ædificari, & consecravit, *cit. cap. Cum sicut 8. de consecrat. Eccles.* non debet ejus delictum in Ecclesiæ damnum converti, textu expresso *in cap. Si Episcopum 3. caus.16. quæst.6.*, ibi: *Quia delictum personæ in Ecclesiæ damnum non est convertendum*. Capella potest erigi sine Dote, nam sufficit 38
Ecclesiam esse dotatam; Lambertin. *de Jure patronatus lib.1. part.1. quæst.3. princip. art.5.* Anan. *consil. 24.* Bellet. *disque Cleric.1. partit. de Cleric. debitore §.13. num. 12.* Genuens. *in praxi cap.109. num.1.* Card. Petra *tom. 1. comment. ad Constitut. 2. Paschalis II. numer.85.*, *& 91.* Dummodo tamen non 39
adsit in ea speciale Beneficium erectum, aut aliquod onus impositum; alias esset assignanda dos juxta onus; Bellet., & alii *mox cit. Doctores*.

Dos assignanda Ecclesiæ debet esse competens, & sufficiens 40
pro ipsius Ecclesiæ Ministris, luminariis, aliisque necessariis; *cap. Nemo 9. dist.1. de consecrat.* cujus Canonis verba cum aliis *Novell.67. cap.2.* sunt adducta supra *sub num. 34.*, & ad rem facit expresse *Cap. Placuit.1. caus.1. quæst.2.*, ibi: „Hoc „ unusquisque Episcoporum meminerit, ut non prius dedicet „ Ecclesiam, nisi antea dotem Basilicæ, & obsequium ipsius „ per donationem Chartulæ confirmatam accipiat. Nam non „ levis culpa est ista temeritas, si sine luminariis, vel sine „ substantiali sustentatione eorum, qui ibidem servituri sunt, „ tamquam domus privata conspicetur; „ Et pro cognoscenda sufficientia Dotis, potest etiam respectus haberi ad Decimas, oblationes, & alias obventiones spirituales Ecclesiæ Ministris de Jure competentes, ut recte docent Abbas *in cap. Cum sicut 8. de Consecrat. Eccles. num.5.* Pirhing. *lib. 3. decret. tit.40. num.6.* Reiffenstuel *ibidem num.6.*, & alii, Pro cogno- 41
scenda sufficientia Dotis novæ Ecclesiæ Regularium ædificandæ, debent hodie attendi Decreta Sacræ Congregat. Concilii jussu Urbani VIII. *edita 21. Junii* 1625., & innovata ab eadem Sacra Congregat. Concil. jussu Innocentii XII. 23. *Novembris* 1697., & ab eodem Pontifice expresse confirmata *die 23. Decem-*

Decembris ejusdem anni 1697. Constitut. incipient. *Nuper a Congregatione*; ubi statuitur non esse congruam, & sufficientem Dotem pro nova Ecclesia, & Monasterio erigendo, nisi inibi ali, & sustentari possint ex redditibus, & coniuctis eleemosynis saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi; Vid. verb. *Conventus*.

42 Pro ædificanda Ecclesia requiritur ulterius, ut ipsa Ecclesia noviter ædificanda non vergat in præjudicium alterius Ecclesiæ præsertim Parochialis; *Cap. Quicumque 44. caus.16. quæst.1.*, ibi „ Omnino providendum est Episcopo, ut aliæ Ecclesiæ „ antiquiores propter novas suam justitiam aut decimam non „ perdant, sed semper ad antiquiores Ecclesias persolvatur; „ cap. Intelleximus 1. de novi operis nunciatione, ibi: Nul- „ la Ecclesia in præjudicium alterius est construenda. Hinc
43 si ab Episcopo permittatur ædificatio Ecclesiæ in præjudicium Parochialis, potest Parochus se opponere, & a licentia concessa appellare; Barbos. *de offic.*, *& potest. Episcop. allegat. 26. num.5.* Pax Jordan. *elucubrat. Canon. tom. 1. lib. 5. tit. 8. num.39.*, Guido Papa *decis.370.* Seraphinus *decis.347. num.1.* Card. Petra *rom.1. Comment. ad Constitut.2. Paschal. II. num.*
44 10. Si tamen in licentia concessa pro ædificatione novæ Ecclesiæ, quæ non sit Parochialis, nec Regularis, sint ab Episcopo reservata Jura Parochialia, & sic non inferatur præjudicium Ecclesiæ Parochiali, tunc nec requiritur Parochi consensus, nec ipse Parochus potest contradicere, & ædificationem impedire, ut late probat, & defendit Cardinal Petra *loc. cit. a num.17.*, *& sequent.* ubi solvendo fundamenta adversariorum, ostendit, consensum Parochi pro constructione Ecclesiæ non Parochialis a nullo jure requiri; Monacell. *tom.1. tit.6. formul.10. num.8.* ubi dicit, quod, si in licentia concessa ab Episcopo pro construenda nova Ecclesia non Parochiali, nec Regulari, prælervata maneant Jura Parochialia, non requiritur consensus Parochi, nec ipse Parochus potest se tali ædificationi opponere, ut pluries a Sacra Congregatione tum Episcop., & Regular. tum Concilii fuit decisum, quæ decisiones hic litteraliter dantur prout ab ipso ibidem *sub n.9. usque ad n.14.* afferuntur.

45 *In una Januen.* in qua cum nobilis Mulier Aanna Adurna obtinuisset ab Archiepiscopo licentiam parvam Ecclesiam Ruti ædificandi tam pro commoditate propria, quam loci Incolentium, se opposuit Parochus S. Margharitæ Narasi, causaque per viam recursus delata ad Sacr. Congregat. Episcopor., & Regul. referente Eminentissimo Sacchetto *sub die 5. Septembris 1692.* prodiit relcriptum; *Concedendam esse ædificationem, arbitrio Ordinarii, salvis Juribus Parochialibus*.

46 *In Nuccrina*; in qua volens Dominicus Cognucci ædificare publicum Oratorium in Villa Dignani sese opposuit Parochus non solum ob subtractionem, quam timebat eleemosynarum, sed ob diminutionem concursus populi; sine quo nec processiones facere, nec pueros, adultosque rudiores docere Doctrinam Christianam potuisset; Episcopus tamen in actu Visitationis licentiam pro constructione novæ Ecclesiæ concessit, nonnullis conditionibus qualificatam, *& sine præjudicio jurium Parochialium*, a quo decreto recurrens Parochus ad eamdem Sacr. Congregationem, & referente Eminentissimo D. Cardinal Acciajolo sub die 12. Martii 1693. responsum fuit: *Serventur dispositæ per Episcopum*, & idem tenuit *in Placentina Oratorii* 20. *Maji* 1697. referente clar. mem. Card. Petrucci, Parocho, ac etiam Episcopo reluctantibus.

47 *In Maceraten.* Exoptans Barthomæus Accursius in oppido montis Miloni Ecclesiam ædificare, & dotem pro illius manutentione assignare, Parochus se opposuit, qua oppositione non obstante, delata causa per viam recursus ad Sacr. Congr. Concilii sub die 10. Maji 1687. licentiam Accursio concessit: *Cum obligatione congruæ Dotis, & salvis Juribus Parochialibus*.

48 *In Theatina*. Baro Joseph Foppus pro commoditate Colonorum Ecclesiam auctoritate Ordinarii Ruri ædificavit, & cum vellet in ea Capellaniam perpetuam cum onere Missarum erigere, consensum Archiepiscopi successoris non potuit obtinere, ex quo Ecclesia non esset in loco, & via publica, tum quia per erectionem Capellaniæ Villici propriam Parochiam deseruissent, ideoque habito per dictum Baronem recursu ad eamd. Sac. Congreg. Concilii, proposito que, Archiepiscopo etiam informante, dubio: *An precibus Baronis esset annuendum die 29. Julii* 1690. *responsum fuit affirmative*.

49 *In Forolivien.* Cæsar Maria Baratta volens fabricam publici Oratorii Ruri cœptam complere, se opposuit Parochus ob proximitatem Ecclesiæ Parochialis, cui oppositioni adhærens Episcopus (qui noluit licentiam concedere) recursum habuit Baratta ad eamdem Sac. Congreg. Concilii, a qua audito Episcopo, & nihil, quod posset obstare, deducto, die 16. Januarii 1694. fuit relolutum: *licentiam esse concedendam sine præjudicio jurium Parochialium*.

In Ravennaten. Quondam Franciscus Secchius ob commo- 50
ditatem populi, mandavit in suo Testamento, quod ex suis bonis erigi deberet certo loco nova Ecclesia Parochialis, & pro indemnitate Parochi, a quo pars Parochianorum separari debebat, legavit eidem Prædium annui redditus scut. 18. Huic dispositioni acriter se opposuit Parochus ob præjudicia suæ Ecclesiæ: Causaque proinde delata ad eamdem Sac. Congreg. Concilii, propositoque dubio. *An esset facienda erectio novæ Parochialis in alio loco, quam destinato per Testatorem, & sub quibus conditionibus?* prodiit, partibus informantibus resolutio: *Affirmative, & quoad locum, & conditiones arbitrio Archiepiscopi*.

Antequam ædificetur Ecclesia debet Episcopus accedere 51
ad locum, ubi ipsa Ecclesia ædificanda est, & ibidem publice atrium designare, Crucem figere, & primum lapidem ponere; *cap. Nemo Ecclesiam 9. dist. 1. de consecrat.*, ibi: „ Ne- „ mo ædificet, antequam Episcopus Civitatis veniat, & „ ibidem Crucem figat, publice atrium designet; concordat „ Novella 131. cap. 7. & Novell. 66., ibi: „ Sancimus præ „ omnibus illud fieri, & nulli licentiam esse neque Monaste- „ rium, neque Ecclesiam, neque Orationis Domum incipe- „ re ædificare, antequam Civitatis Deo amabilis Episcopus „ orationem in loco faciat, Crucem figat, publicum proces- „ sum ibi faciens, & causam manifestam omnibus statuens: Et quamvis in allatis textibus expressa mentio non fiat de primo lapide ab Episcopo ponendo, Gloss. tamen *in cap. Placuit 1. caus. 1. quæst. 2.* & alii Doctores communiter etiam de primo lapide dictos textus interpretantur. Potest autem 52
Episcopus etiam per alium Crucem figere & primum lapidem ponere, ut docent communiter Doctores cum Barbosa *lib. 2. Juris Eccles. univers. cap. 2. num. 17.* Engel *lib. 3. decretal. tit. 48. num. 3.* Pirhing *ibid. num. 3.* Reiffenstuel *ibid. num. 6.* & Glosa *in cit. cap. Nemo 9. dist. 1. de consecrat. verb. Veniat*, & ratio est, quia ex *Regula 68. Juris in 6. Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum*, eo vel maxime, quod præfati actus non pertinent ad potestatem Ordinis, sed Jurisdictionis, quam alteri etiam simplici Sacerdoti delegare potest Episcopus, *cap. Aqua 9. De consecratione Ecclesiæ* ibi: „ Quia licet Episcopus committere valeat, quæ jurisdictio- „ nis existunt, quæ Ordinis Episcopalis sunt, non potest inferioris gradus Clericis demandare „. Et quoad totum consonat *Pontific. de Romanum part. 2. de benedict. & impositio. primar. lapid. pro Eccles. ædificand. in rubr.* per hæc verba: „ Nemo Ecclesiam ædificet, priusquam Pontificis judicio „ locus, & ambitus designetur, & quoad luminaria, quid „ ad Rectoris, & Ministrorum stipendia sufficiat, quidque „ ad Ecclesiæ dotem pertineat, definiatur, & per eum, vel „ ejus auctoritate per Sacerdotem Crux in loco figatur, & „ primarius lapis in Ecclesia ponatur.

Pro Ecclesia ædificanda, sive amplianda potest cogi vici- 53
nus ad vendendam Domum, vel alium situm, *leg. Si quis sepulchrum. 12. ff. de religios. & sumpt. fun. leg. Si locus 12. §. fin. ff. quemadmod. servit. amitt. leg. 3. tit. 5. part. 5.* & sic 54
communis Doctorum. Domum vicinam cogitur quis vendere, etiamsi contigua non fuerit Ecclesiæ, sed via publica adfuerit media, Rota *d. 213. num.5. in recent. Farinac. part.3.* Giurba cum pluribus aliis *d. 86. num. 3. & 7.* Frances *de Eccles. Cathedrali 6. cap. 10. num. 125.* & alii passim. Domus 55
vicina compellitur vendi pro ædificanda, amplianda, vel reparanda Ecclesia, etiamsi fuerit perpetui fideicommissi, aut majoratus, quia prohibitio non alienandi fideicommissum, aut majoratum debet intelligi, nisi ex justa causa contrarium Principi placuerit, ut late docet Molina *lib. 1. cap. 8. a n.28.* Larea *allegat. 115. per tot.* unde cum causa publica Religionis sit justissima causa, ut res ab invito auferatur, stat evidenter quod, licet Domus sit fideicommissi perpetui, vel majoratus, possit, & debeat vendi ob ædificium, vel ampliationem Ecclesiæ; Barbosa *in leg. Invitum 11. Cod. de contrahend. emph. num. 10.* Franciscus Marcus *1. part. d. 534. num. 6.* Hieronymus Leo *d. 90. num. 13.* Novarius *de privileg. miser. pers. privil. 6. num. 5.* Thoro *in Summa privileg. caus. piar. privil. 237.* Amostaz. *tom. 1. lib. 5. cap. 2. de Eccles. ædificandis num. 8.* Fontanella *de pact. nupt. tom. 1. clausula 4. gloss. 12. a num. 25.* Frances *loc. cit. num. 159.* Imo conclusio procedit 56
etiam-

etiamsi Domus fuerit alterius Ecclesiæ, aut alterius causæ piæ; Barbos. *in dict. leg. Invitum* 11. *num.* 21. Giurba *d.* 86. *nu.* 16. Franciscus Marcus 1. *p. d.* 535. *num.* 6. & 7. Covarr. *in* 4. *decretal.* 2. *part. cap.* 14. *num.* 48. Frances *loc. cit. num.* 127. & 160. *argum. cap. Apostolicæ Sedis* 9. *de Donat.*

57 Ad hoc ut quis teneatur domum, vel alium situm vendere pro ædificanda, amplianda, vel reparanda Ecclesia, quatuor conditiones requiruntur. Prima est, quod solvatur justum pretium; *leg. Venditor*, §. *Si constat*, *ff. comm. prædio*, *eg. fin. ad legem Juliam de Annon. leg.* 2. *Cod. Quibus ex causis servi pro proæm. leg.* 1. *Si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. funer.* & est communis Doctorum. Secunda est, quod adsit necessitas, quod nempe talis domus sit necessaria pro construenda Ecclesia, vel requiratur ad necessariam dilatationem Ecclesiæ, vel Monasterii, ut optime ponderavit Rota *in Januens. Domorum* 15. *Maji* 1615. *coram Manzanedo*, quæ 60 est *decis.* 676. *part.* 1. *recent. Farinacc.* Tertia est, quod Domus sit contigua, & aliis vicinior, quia non licet ædificare volentibus libere eligere quas domos voluerint, sed debent accipere eas, quæ Ecclesiæ ædificandæ, vel amplandæ sunt viciniores, ut æquissime statuit Rota apud Farinacc. *dict. decis.* 676. *ex num.* 4. *usque ad* 7. *part.* 1. *recent.* & apud eumdem *part.* 3. *recent. decis.* 213. *num.* 5. Quarta est, quod talis 61 venditio non fiat cum magno incommodo vendentis, & parvo commodo Ecclesiæ ædificantis; Rota *part.* 1. *recent.* Farinacc. *decis.* 676. *in Januens. domorum* 15. *Maji* 1615. *coram Manzanedo per text. in leg.* 1. §. *Sunt*, *qui putant*, *ff. ne quid in loco publico*, & *leg. Si quis sepulchrum*, *vers. Si Præses*, *ff. de religios. & sumpt. funer.* Si enim ista concurrant, qui habet 62 domum vicinam potest cogi ad venditionem; sin minus, nequaquam, sic Rota *in Romana Palatii de Comitibus dec.* 372. *part.* 1. *recent. & d. decis.* 676. *num.* 7. Giurba *decis.* 86. *n.* 10. Gratianus *disceptat.* 896. *num.* 7. Morla *in Emp. r. part.* 1. *tit.* 9. *quæst.* 91. *num.* 7. Fontanella *de pact. nupt. gloss.* 1. *part.* 3. *num.* 120. Frances *loc. cit. a num.* 151. *ad* 156. cum multis aliis.

Pro reparanda corruente Ecclesia standum est specialibus 63 locorum consuetudinibus; Abbas *in cap. Quicumque* 1. *de Eccles. ædificandis num.* 3. Barbosa *in dict. cap. Quicumque* 1. & *in cap. De his* 4. *tit. cod.* Engel *lib.* 3. *decretal. tit.* 48. *num.* 8. Reiffenstuel *ibid. num.* 22. *argum. cap. Ad Apostolicam* 42. *de Simonia*, & *cap. Decrevimus* 10. *caus.* 10. *qu.* 1. Nulla speciali consuetudine in loco existente, Ecclesia debet reparari 64 de suis redditibus; *cap. Placuit* 1. *cap. Priscis* 2. *cap. Unio* 3. *caus.* 10. *quæst.* 3. *Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 7. *de reformat.* & communis Doctorum. Si Ecclesia nullos habeat redditus, 65 vel saltem non sufficientes ad reparationem, eam reparare tenetur, si sit Parochialis, proprius Parochus, textu expresso *in cap. De his* 4. *de Eccles. ædificandis*, ibi: „ De his, qui „ Parochiales Ecclesias habent duximus respondendum quod „ ad reparationem, & institutionem Ecclesiarum cogi debent. Et si Ecclesia non sit Parochialis, ad eam reparandam tenen- 66 tur omnes in illa beneficium habentes, textu expresso *in cap. Quicumque* 1. *de Eccles. ædificand.*, ibi: „ Quicumque Eccle- „ siasticum habent omnino adjuvent ad Ecclesiæ tecta re- 67 „ stauranda, ipsasque Ecclesias emendandas „. Si Ecclesia nullos redditus habeat, & beneficiati nonnisi necessaria, vel aliqua quidem superflua; sed ad reparationem insufficientia percipiant; tunc ad Ecclesiam reparandam tenentur Patroni, & Parochiani, qui in illa Ecclesia Sacramenta, vel alia Divina percipiunt, & in quorum gratiam est reparanda, textu expresso *in Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 7. *de reformat.*, ibi: „ Parochiales vero Ecclesias etiamsi Jurispatronatus sint, ita „ collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & „ proventibus quibuscumque ad easdem Ecclesias quomodo- „ cumque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, om- „ nes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ec- „ clesiis provenientes percipiunt; aut in illorum defectum „ Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta co- „ gant, quacumque appellatione, exemptione, & contradi- „ ctione remota; Quod si nimia egestate omnes laborent, ad „ Matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facul- „ tate tam dictas Parochiales, quam alias Ecclesias dirutas, „ in profanos usus, non sordidos, erecta tamen ibi Cruce „ convertendi.

68 Ad reparationem Ecclesiæ Cathedralis tenetur solus Episcopus, (si tamen habeat redditus superfluos, & ipsa Ecclesia non habeat speciales redditus pro fabrica, & non adsit legitima consuetudo in contrarium;) Barbosa *in cap. Quicumque* 1. *de Eccles. edificand. num.* 5. Bellet. *disquisit Clerical. part.* 1. *de Clerico debitore* §. 13. *num.* 12. Pirhing *lib.* 3. *decretal. tit.* 48. *num.* 19. Reiffenstuel *ibid. num.* 28. & communis aliorum. *argum. cap. Decrevimus* 10. *caus.* 10. *quæst.* 1. & *cap. Quatuor* 69 27. *caus.* 12. *quæst.* 2. Si autem Episcopus redditus superfluos non habeat, tunc ad reparationem tenentur, & compelli possunt Canonici superfluos redditus habentes, sive de suis Præbendis, sive de distributionibus quotidianis, aliisque rebus Capituli; *argum. cap. Ex parte sua* 4. *de his*, *quæ fiunt a major. part. Capit.* & ibi Abbas *num.* 7. & tenent omnes Doctores *mox cit.* Si vero nec Episcopus, nec Canonici haberent 70 redditus superfluos, aut sufficientes ad reparationem, tunc Episcopus una cum Capitulo posset compellere alios inferiores Clericos ad contribuendum de suis superfluis redditibus; vel etiam posset deputare fructus Beneficiorum vacantium pro reparatione ipsius Ecclesiæ; Abbas *in cap. Quicumque* 1. *de Eccles. ædificand. num.* 6. Barbosa *ibid. num.* 5. Pirhing *loc. cit. num.* 19. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 28. * Ecclesia Parochialis si forte corruerit, vel reparatione indigeat, tenetur illam refarcire Fabrica si adsit, sin minus, tenetur Parochus, non quidem redditibus suis patrimonialibus, sed ex redditibus Beneficii, si ad suam substentationem supersint; quanquam non supersint ad sustentationem propinquorum ejusdem Parochi. Tertio loco, qui habent beneficium Ecclesiasticum in illa Ecclesia. Quarto loco, si Parœcia est de jure patronatus, tenetur Patronus suis sumptibus id agere; ita tamen, ut si infra præfixum ab Episcopo tempus noluerint sumptus illos subministrare, amittat jus patronatus illud. Denique ultimo loco tenetur populus, & qui in ea Parœcia habitant, etiamsi conducant domos alienas, & dominus illarum alibi habitet; possunt tamen in eo casu ex pensionibus retentis se indemnes reddere. Ita ex Canonistis Bened. XIV. *Instit. Eccl.* 100. *per tot.* *

Quæ dicta sunt de reparatione Ecclesiæ, intelligenda etiam 71 sunt de reædificatione, seu reparatione domus Episcopi, Parochi, aut Beneficiati, itaut qui tenentur ad reparationem Ecclesiæ, teneantur etiam ad reparationem Ædium Rectoris Ecclesiæ, prout decrevit Sacr. Congreg. Concil. teste Barbosa *in cap. De his* 4. *de Eccles. ædificand. num.* 5. Reiffenstuel *loc.* 72 *cit. num.* 26. Pirhing *loc. cit. num.* 16. Imo supradicti (desicientibus Ecclesiæ redditibus, & contraria non extante legitima consuetudine) tenentur etiam ad procuranda, & reparanda paramenta, & ornamenta Ecclesiastica, scilicet Casulas, Pluvialia, Albas, Calices, & hujusmodi; *argum. cap. Quicumque* 1. *de Eccles. ædificand.* sic cum pluribus aliis tenet Barbosa *in cit. cap. Quicumque num.* 2. & *in lib.* 2. *Juris Eccles. univers. cap.* 4. *num.* 2. Belletus *disquis. Clerical. part.* 1. *tit. de Clerico debitore* §. 14. *num.* 4. Pirhing *loc. cit. num.* 16. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 26. & alii. Ad hæc facit, & scire juvat 73 sequens recens decretum Sacræ Congregationis Concilii: *Utensilia Sacra non tenetur Rector Ecclesiæ subministrare illis Sacerdotibus qui in eadem celebrant ex obligatione Beneficii*, *seu Capellaniæ*; *Quatenus vero permittat*, *seu recipiat Missas adventitias in sua Ecclesia celebrari*, *tenetur ad dictam subministrationem*; *Non potest demum cogi ad admittendas Missas adventitias*, *nisi solutis Sacris Utensilibus*; *Sacr. Congregat. Concil. in Dert bonen.* 6. *Julii* 1726. *ad* 11. *dub.*

Hic pro complemento hujus articuli juvat adducere, quod 74 Ecclesiæ olim quando ædificabantur, caput illarum, seu Altare Majus respiciebat partem Orientalem, ut notavit Rota *part.* 5. *tom.* 1. *recentior. decis.* 353. *num.* 102. Isidorus *lib.* 15. *Etymolog.* S. Clemens Roman. *lib.* 1. *Constitut. Apostolicar.* Paulinus *ad Severum*, & alii apud Baronium *anno Christi* 57. *num.* 103. Et hunc modum erigendi Ecclesias, & orandi versus Orientem ex traditione primorum Christianorum probavit Gratianus ex S. Basilio *in cap. Ecclesiasticarum* 5. *dist.* 11. derivatum a lege Mosaica, ut voluit Gloss. *ibid. verb. Quæ Orientem*, dicens, Danielem in Babylonica captivitate op- 75 pressum versus Orientem oraße, pariformiterque Salomonem magnam sui Templi molem struxisse. Nec sine suis congruentiis erigebantur Ecclesiæ versus Orientem, ut observat Archidiaconus *in dict. cap. Ecclesiasticarum*, ubi octo enumerat, & Tostatus *in cap.* 6. *Matth. quæst.* 91. ubi varias adducit; quarum præcipuæ hic subnectuntur. Primo igitur erigun- 76 tur, & constituuntur capita Ecclesiarum versus Orientem, taliter quod existentes in ipsis versus Orientem orare necesse sit; quia cum oratio nostra dirigatur ad Deum omnipotentem in recognitionem suæ supremæ, & divinæ majestatis, versus illam partem orare debemus, in qua ipse magis esse videtur, & quamvis ipse ubique sit æqualiter, quia tamen operatio sua

sua manifestatur magis in quibusdam partibus, quam in aliis, versus illas magis orandum est, quia ibi magis esse videtur. Unde cum Dei Majestas magis nobis innotescat ex gubernatione mundi, ad quam præcipue confert motus Cœlorum, qui ab Oriente incipit, videtur Motor esse in Oriente, adeoque versus Orientem orandum est. Secundo, oramus in Ecclesiis ver- 77 sus Orientem propter Paradisum terrestrem, qui a parte Orientis est constitutus; Genesis enim *cap.* 2. ubi nostra littera dicit, *Plantaverat Dominus a principio Paradisum*; dicit littera Hebraica, *ab Oriente Paradisum*; & idem est, quia Oriens est principium terræ; Unde quia per Paradisum terrestrem ostenditur cœlestis, oramus versus Orientem, ubi est Paradisus terrestris, ut per hoc demonstremus in oratione nos petere solummodo ipsum Deum, seu vitam æternam, quę Paradisus dicitur.

Tertio, quia ascensus Christi in Cœlum dicitur fuisse ver- 78 sus Orientem; *Psalm.* 67., ibi: *Qui ascendit super Cœlum Cœli ad Orientem*; & etiam adventus suus ad Judicium expectatur futurus a parte Orientis, *Matth.* 24., ibi: *Sicut fulgur exit ab Oriente*, & *apparet usque ad Occidentem*, *ita erit adventus filii hominis*. Quarto, quia creditur Christus Domi- 79 nus pendens in Cruce faciem versus Occidentem habuisse, ac proinde Fideles versus Orientem orant, ut faciem ipsius in Cruce pendentis adorent, teste Basilio *lib. de Spiritu Sancto cap.* 13. & 27. quem sequitur Vasquez *tom.* 3. *quæst.* 83. *art.* 2. *disput.* 223. *cap.* 2. *num.* 19. & alii.

Apostolorum igitur, & primorum Christianorum traditio, 80 & consuetudo ista, & similia attendit, ut Ecclesias erigere, & orare versus Orientem introduceret. Verum licet hic modus erigendi Ecclesias sit congruentior, non est tamen omnimodo necessarius, cum respicere, vel non respicere Orientem dependeat ex commoditate fabricę, propter quam multæ reperiuntur ædificatæ Ecclesiæ, quæ non respiciunt Orientem, unde hoc magis ad decentiam, quam ad necessitatem spectare notavit Selva *de Benefic. quæst.* 5. *primæ part. in principio*, *tom.* 15. *tractatuum num.* 35. Fusc. *de Visit. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. & alii. Forma Ecclesiarum, qua a principio ex Apostolorum traditione utebantur Christiani, semper eadem 81 fuit; longa nimirum, & in Navis speciem, ad denotandum, quod quia in hoc mundo tamquam in mari fluctuamus, ad Ecclesiam tamquam ad Navim debemus recurrere, ut in ea pericula tempestatum, & omnes procellas superare possimus, & in ea tamquam in Navi tuta servemur; Azorius *Institut. moral. tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. *quæst.* 12. & hæc forma & species Navis probatur ex Clemente *lib.* 1. *Constitut. Apostolic. cap.* 61. *alias* 57. S. Anaclet. Papa *Epist.* 1. *decret. col.m.* 1. *tom. Concil. pag.* 156.

Ecclesia in tres partes, seu mansiones distribuitur. Prima 82 pars, seu mansio est ea, quæ prope Altare Majus constituitur, & solet cancellis includi, & appellatur *Sacrarum*, sive *Presbyterum*, sive *Sancta Sanctorum*. Secunda pars est *Chorus*; Tertia & reliqua pars est illa, quæ *Navis* appellatur. Prima pars, quæ appellatur *Sacrarium*, sive *Presbyterium*, 83 sive *Sancta Sanctorum*, est ea mansio, quæ ab Altari majori vergit versus Ecclesiam. Et appellatur *Presbyterium*, seu 84 Diaconium, quia ibi sunt Presbyteri, quibus Diaconus & Subdiaconus Sacra peragentibus ministrant; *cap.* 1. *de vita*, & *honestate Clericor. verb. Sed illa pars*. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 13. *a num.* 18. & appellatur nobilior pars Ecclesiæ, quia denotat vitam contemplativam; Coccin. *decis.* 85 142. *num.* 1. Licet alias omne Deo consecratum largo modo *Sanctum Sanctorum* appellatur; *cap. Nulli* 3. *caus.* 12. *qu.* 2. Zabar. *cons.* 14. *in princip.* Frances *de Eccles. Cathedral. cap.* 5. 86 *num.* 38. *Sacrarium* dicitur, quia in talem locum, seu partem non licere ingredi nisi Ministros sacratos fuit decretum in Concil. Agathens. can. 66., ibi: *Non oportet non sacratos Ministros in Sacrarium*, *quod Græci Diaconium appellant*, *ingredi*; & *in Concil. Laodicensi cap.* 19., ibi: *Solis autem Ministerio Sacro deditis liceat ad Altare ingredi*, & *in eo communicare*; Unde non sacratos homines ibidem sacrata vasa contingere non posse fuit statutum *tot. tit. de consecrat. dist.* 1. juncta Glossa *in cap.* 1. *verb. Sed pars illa*, *de vit. & honestat. Clericor.*

Secunda Ecclesiæ pars dicitur *Chorus* sic etymologice dic- 88 tus a Chorea, vel Corona, quia olim Clerici in modum coronæ circa Aras stabant, & eo modo Psalmos canebant; Durand. *in Rational. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 18. Selva *part.* 1. *quæst.* 5. *num.* 44. Gavant. *in Thesaur. sacrocr. rit. part.* 1. *tit.* 15. *verb.* 89 *In Choro*, Brunus *de cæremoniis lib.* 5. *cap.* 2. & alii. Unde Chorus significat locum, qui Clericos psallentes continet; *cap. Dilectus*, *extra de præbend. & dignit. in antiq.* Calvin. *in suo Lexico verb. Chorus*, & ut ait Polyp. Virg. *de invent. rer. leg.* 6. *cap.* 2. Chorus multorum vocibus constat, itaut ex pluribus una reddatur, fatque concentus ex dissonis; *l. Cum ejusdem* 34. *ff. de ædil. edict. leg. Si Chorus* 79. *ff. de legat.* 2. Hinc tempore Constantis Imperatoris Flavianus, & Theodo- 90 rus adversus Arianos decernentes, in duas partes Canentium Choros dividentes, ex successione Davidicam melodiam canere docuerunt, idque primum in Antiochia factum, postea in alias orbis terrarum partes propagatum, & a S. Damaso confirmatum, ut legitur in lectione 6. ejus officii die 11. De- 91 cembris, & a Theodoreto & Durand. refert Daniel de Nobilibus *in disput. select. disp.* 60. *num.* 161. Imo Selva, Durand. loc. cit. dicunt, quod Beatus Ignatius, qui post Beatum Petrum tertius Antiochenæ Ecclesiæ Antistes extitit, fuit primus, qui præcepit, & induxit morem alternatim Psalmos canendi in Antiochena Ecclesia, notantes id factum fuisse ad imitationem Angelorum, & Spirituum cœlestium laudantium Deum quasi reciproca voluntate; & talis mos exinde propagatus fuit in Orientales Ecclesias; Spino *in spec. testam. gloss.* 3. *in princip. num.* 66. & in Occidentali Ecclesia primus cum auctoritate S. Damasi Mediolani instituit S. Ambrosius; Barbosa *cum pluribus in collectan. ad text. in cap. Dolentes*, *de ce-* 92 *lebrat. Missar. num.* 14.

Tertia Ecclesiæ pars est Navis deserviens pro receptaculo Laicorum Divina officia audientium, & orantium, sacras item conciones audiendo, *cap.* 1. *de vita*, & *honest. Clericor. cap. Sacerdotum* 29. *dist.* 2. *de consecrat.* teste Coccino *decis.* 93 142. Lotter. *dict. cap.* 13. *num.* 39. Daniel. *de Nobilibus d. disput.* 60. *num.* 33. In hac parte Ecclesiæ olim Mares a fœminis separati constituebantur; Mares in dextra Navis parte sedem habebant, Mulieres in sinistra; sive viri in parte Australi, mulieres in Boreali, ut habet Ordo Romanus *de officio Missæ*, Micrologus *de Eccles. observ. cap.* 9. ubi sic dicit: *Diaconus cum legit Evangelium juxta Romanum Ordinem in Ambone vertitur ad meridiem*, *ubi & masculi conveniunt*, *non ad Aquilonem*, *ubi fœminæ consistunt*; Amalarius *lib. de Divin. Offic. cap.* 2. Albinus Flaccus *lib. de Offic. cap. de Sabbato Sancto*, Durand. *lib.* 1. *rational. cap.* 1. *num.* 46. Pignatell. *tom.* 7. *consult.* 35. *num.* 22. qui rationem assignat Mulieribus stationis ad Boream, viris ad Austrum dicunt esse, ut teneatur correspondentia cum Angelo, quem Joannes vidit pedem dextrum 94 ad Mare in Austro situm protendere, sinistrum autem in terra ad Aquilonem. Et quod fœminæ a viris separatæ in Ecclesia starent, fuit expresse statutum ab Apostolis ipsis *lib.* 2. *cap.* 57. ut refert & tenet Barbo. *lib.* 1. *Juris Eccles. univ. cap.* 3. *num.* 33. & S. Clemens Roman. *lib.* 2. *Const. cap.* 57. Et utinam hæ sanctiones, & antiquæ praxes, ut in Ecclesiis separatæ remanerent mulieres ab hominibus, servarentur adhuc nostris hisce temporibus, ne mutua eorum promiscua statio cor a piis meditationibus, sacrisque Misteriis verteret, & ne, ut non semel in dies accidit, studium salutis, fieret perditionis occasio.

Novæ additiones ex aliena manu.

DUO præsertim in hoc articulo illustranda sunt. Alterum concernit obligationem, qua tenetur vicinus vendendi domum, vel alium situm pro ædificatione, vel ampliatione Ecclesiæ. Alterum respicit reparationem Ecclesiæ.

Ad primum quod attinet, fundamentum dictæ obligationis 1 vicini communiter reponitur *in leg. Si quis sepulcrum ff. de Religios. & Funer.* Sed ut jam dudum animadverterunt (licet fru- 2 stra) viri docti, nihil tale in citata Lege occurrit. Regula 3 enim juris est, neminem invitum cogi posse ad vendendam rem suam; *L. Dudum C. de contrahend. empt.* Continere ita- 4 que debet Lex *Si quis sepulcrum* exceptionem mox dictæ Regulæ, ubi agatur de ædificanda vel amplianda Ecclesia. In ea autem hoc habetur: *Si quis sepulcrum habeat*, *viam autem ad sepulcrum non habeat*, & *a vicino ire prohibeatur*, *Imperator Antoninus cum Patre rescripsit iter ad sepulcrum precario peti & concedi solere*, *at quoties non debetur*, *impetretur ab eo*, *qui fundum adjunctum habet*.

Ad textum hunc agere (apposite inquit *Merend. controvers. jur. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 3. & *sequent.*) *de concessione itineris ad sepulcrum*, *quod suapte natura Domino fundi modicum*, *imo nullum damnum affert. Raro enim homines sepulcra adeunt*, & *ideo in hujusmodi casu locum sibi vindicat Regula Legis secun-* 5

dæ §. Item Varus ff. de Aqua pluv. arcend. Id quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, æquitas vult ut mihi concedatur, etiamſi jure deficiat. Ergo deciſio hujus textus non poteſt trahi ad quæſtionem noſtram, in qua de re vicino graviſſima agitur, ut ſcilicet rem ſuam vendere cogatur; Traditum eſt enim extenſionem de caſu ad caſum etiam in materia favorabili non admitti, niſi eadem prorſus ratio vigeat in utroque caſu &c. At dices, Juriſconſultum tractare de eo caſu, quo iter damnum non levе afferebat Domino, quia inquit „ Ita tamen, ut Judex de opportunitate loci proſpiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum. Reſpondeo, ſpeciem ſingularem non tractari ab Ulp. auctore hujus textus, ſed rem in abſtracto exponi, & per modum Regulæ, ut liquet ex verbis antecedentibus, & ideo dum prædictis verbis admonet Judicem datum ad conſtituendum iter, ut opportune, & ſine damno Domini iter conſtituat, id facit, ut intelligat, quomodo verſari debeat hac in re, ut ſcilicet minus, quam fieri poſſit, Dominus fundi lædatur. Itaque veriſſimum eſt, quod dixi, deciſionem illius textus pendere ex eo, quod leve, immo nullum damnum conceſſio itineris ad ſepulcrum plerumque continet, plerumque inquam, quia licet interdum ſecus ſit, non refert, quia in legibus id quod plerumque accidit ſequimur, non quod raro evenit, l. Num ad ea, ff. de leg. cum ll. ſeqq.: Sed eſto, textum loqui in caſu, in quo damnum conceſſio itineris Domino fundi affert, quid tum? Ergo ne ad quæſtionem noſtram trahi poterit? Nequaquam, nam damnum quod propter conceſſionem itineris affertur, eſt longe minus, quam ſit id, quod affertur, cum quis cogitur rem ſuam vendere, non enim extenſio permittitur, niſi eadem prorſus ratio vigeat, ac ita fortis, ut in lege, quæ extenditur, ut conſtat ſcriptis cap. 12. num. 11. lib. 3. & in propoſita quæſtione agnoſcit Rota dict. deciſ. 676. num. 7. & 8. His accedit, ſepulcri, de quo J. C. agit, nullum futurum fuiſſe uſum, ſi denegatum fuiſſet iter ad illud, quæ circumſtantia magni certe momenti fuit ad commovendum Impp. Severum, & Antoninum, ut reſcriberent ad favorem Domini ſepulcri, tunc enim magis urget dictamen illud naturale, quod tibi non nocet, & aliis prodeſt & c. Hæc autem circumſtantia in quæſtione noſtra deficit; Ergo hæ ſpecies ſunt valde diſſimiles. Confer etiam *Covarruv. variar. reſolut. lib. 3. cap. 14. num. 7. & ſequent.*

6 Ceterum vanum eſt confutare opinionem hanc de obligatione, qua vicinus tenetur vendendi domum, vel alium ſitum pro ædificatione, vel ampliatione Eccleſiæ, num ea communiter a Doctoribus & Tribunalibus recepta eſt. Juvat tamen
7 hæc adnotaſſe, ut non docto & quidem concludenter de omnibus ab ipſis Doctoribus & Tribunalibus in hoc judicio requiſitis, de quibus agit *Auctor*, reſpondeatur contra Eccleſiam, prout ſervavit Rota *in Milevitana Fabricæ* 1742. *coram clar. mem. Calcagnin.* tum etiam ut hæc opinio non extendatur ad
8 omne id, quod eſt connexum Eccleſiæ, prout hactenus eſt extenſa, ut videre eſt apud *Maſtrill. deciſ.* 280. *Gizzarell. deciſ.* 37., ibique omnes addent, & Rot. *in Compoſtellana Permutationis* 2. *Junii* 1748. §. 16. *cor. bon. mem. Vicecom.*

9 Quod vero concernit reparationem, ad eam illi primo loco
10 tenentur, in quos onus hoc tranſtulit conſuetudo. Idem dic
11 de ſtatuto. Quomodo autem probanda in ſubjecta materia ſit conſuetudo, tradit *Klock de Contribut. cap.* 10. *num.* 23. *& plur. ſequent.* Confer etiam *Lanfredin. Reſponſ. Eccleſ.* 32. *num.* 13. tum *Louvrex diſſert. canon.* 16. *num.* 5. *& plur. ſequent.*

12 Deficiente autem tam conſuetudine, quam ſtatuto, facienda eſt reparatio ex portione, ſi qua extat, pro Fabrica deſtinata; eaque non extante ex fructibus Eccleſiæ de qua agitur.
13 Qua ratione Epiſcopus Eccleſiam Cathedralem, Capitulum Eccleſiam Collegiatam, Parochus Eccleſiam Parochialem, & Rector quamcumque aliam Eccleſiam reparare tenentur, nam
14 ipſi ſunt qui fructus percipiunt. Intelligè tamen deducta prius
15 ex fructibus congrua pro eorum ſubſtentatione. Adi *Louvrex dict. diſſert. canon.* 16. *num.* 9. *& ſequent.*

16 Quod ſi deducta mox dicta congrua ſubſtentatione non ſu-
17 perſit pro reparatione, tenentur alii, ſi qui ſunt, qui fructus percipiunt. Solent enim Decimæ Eccleſiarum Parochialium
18 ut plurimum ad alios quam ad Parochos pertinere. De obligatione autem decimatorum ad reparationem vide, quæ diximus *in additione ad verb. Congrua artic.* 2. Penſionarii quoque in hoc caſu tenentur ad reparationem; Rot. *in Fanen. Suppreſſionis* 4. *Junii* 1741. *cor. R. P. D. Canilliac.*

19 Poſt hos tenentur qui beneficium ea Eccleſia poſſident, deducta pariter prius pro ipſis congrua ſubſtentatione ex fructibus ſuorum Beneficiorum; *Louvrex dict. diſſert. canon.* 16. *num.* 13. Rot. *in Viterbien. Contributionis Onerum & Expenſarum* 15. *Junii* 1745. §. 10. *cor. R. P. D. Elephantut.* deinde 20
Patroni, ac demum Parochiani, ſi agatur de Eccleſia Parochiali.

Habes & quidem ex ordine illos, qui ad reparationem te- 21
nentur. At plura adhuc adnotanda ſunt.

De Epiſcopo ſingulare illud occurrit, quod ſi onus repa- 22
randi ad alios pertineat, tenentur nihilominus ipſe reparare, Cathedralem minitantem ruinam, reſervato ſibi jure agendi contra illos; *Rot. coram clar. mem. Tanar. deciſ.* 233. *n.* 11.

Quoad Parochum nota quod is tenetur tantummodo repa- 23
rare Eccleſiam Parochialem, non item Eccleſiam ſuccurſalem, ſi qua eſt in Parochia, nam ad eam reparandam nec Parochus, nec quicumque alius percipit fructus Parochiæ, ſed Parochiani illi quorum gratia extructa eſt, tenentur; *Vaneſpen. Jur.* 24
Eccleſ. univ. part. 2. tit. 16. cap. 5. num. 17. & ſequent. Wameſ. conſil. canonic. 511. *num.* 8. *Peck. de Repar. Eccleſ. cap.* 24. *fere per tot.* De eo vero, nuter teneatur ad reparationem Eccleſiæ Parochialis, Parochus habitualis ne, an Vicarius 25
perpetuus, conſule *Lanfredin. Reſponſ. Eccleſ.* 32. *a num.* 1. *ad plur. ſequent.*

Quod dictum eſt ſupra, Beneficiatos teneri ex fructibus ad 26
reparationem, deducta prius pro ipſis congrua ſubſtentatione, id procedit ſi agatur de Beneficiatis illis, *qui reſidere* tenentur, *Rot. in Romana ſeu Regien. Reparationum* 26. *Aprilis* 1743. §. *Alterum & ſequent. cor. bon. mem. Nunez & 4. Martii* 1746. §. 10. *cor. Illuſtriſſ. Caprar. Alm. Urb. Gubernator.*

De Forenſibus, qui prædia poſſident in Parochia cujus Ec- 27
cleſia reparatione indiget, an ii in contributionem vocari queant, vide *Klock de Contribut. cap.* 10. *num.* 57. *& plur. ſequent.*

Si Eccleſia ruinam paſſa ſit tempore Beneficiati Anteceſſo- 28
ris uter conveniendus ſit pro reparatione Succeſſor, an hæres Beneficiati Anteceſſoris magna quæſtio eſt. Conſule de ea *Louvrex diſſert. 16. num. 19. & plur. ſequent.*

De Hypotheca competenti Eccleſiæ pro reparatione ſuper 29
bonis Beneficiati adi *Rouſeaud de la Combe in ſua Juriſprudentia Canonica verb. Reparatio ſect. 6. per tot.*

Additionem hanc claudat quæſtio illa: An is ad quem per- 30
tinet onus reparationis, ampliandæ quoque, & de novo ædificandæ Eccleſiæ ſumptum agnoſcere debeat, nec ne? Negat *Peck. de Repar. Eccleſ. cap. 2. num.* 1. *& 2. & Klock de Contribut. cap.* 10. *num.* 9. *& plur. ſequent.* de illo, qui ex *teſtamento*, vel ex *contractu* tenetur reparare; affirmat vero de eo, qui ex *juris diſpoſitione* ad reparationem Eccleſiæ obligatus eſt. At abſolute & quidem rectius negat *Wameſ. Conſil. canon.* 513, *num.* 5.

ARTICULUS IV.

Eccleſia quoad ejus Conſecrationem, Execrationem, & Reconciliationem.

COnſecratio Eccleſiæ eſt Dedicatio ejuſdem ad cultum Di- 1
vinum ſpeciali ritu facta a legitimo Miniſtro, ad hoc ut populus fidelis opera Religionis in ea rite exerceri poſſit; *Eſt* 2
in re communis. Solus Epiſcopus loci de jure communi poteſt Eccleſiam conſecrare; *cap. Interdicimus* 19. *cauſ.* 16. *quæſt.* 1. ibi: „ Chriſma, & Oleum, conſecrationeſque Altarium „ Ordinationes Clericorum ab Epiſcopis accipiant, in quo„ rum Parochiis manent „ concordat *cap. Nemo* 9. *& cap. Nullus* 15. *diſt.* 1. *de conſecrat.*, ibi: *Niſi in conſecratis ab* 3
Epiſcopo locis. Epiſcopus debet eſſe proprius illius Diœceſis, in cujus finibus ſita eſt Eccleſia conſecranda; *cit. cap. Interdicimus* 10. *cauſ.* 16. *quæſt.* 1. *& cap. Tua fraternitas* 2. *de con-* 4
verc. Eccleſ. ibi: *In Diœceſi tua*. Non enim in Diœceſi aliena poteſt Epiſcopus conſecrare Eccleſiam abſque proprii Epiſcopi permiſſione; *cap. Epiſcopus* 28. *cauſ.* 7. *quæſt.* 1. *cap. Piamentis* 25. *& cap. Frigentius* 26. *cauſ.* 16. *qu.* 7. Et ſi Epiſco- 5
pus in aliena Diœceſi ſine Diœceſani Epiſcopi permiſſione Eccleſiam conſecraverit, punitur ſuſpenſione ab exercitio Pontificalium per integrum Annum. *Concil. Trident. de reformat. & ſeſſ.* 14. *cap.* 2. & debet per eumdem annum ceſſare a celebratione Miſſarum, textu expreſſo *in cap. Epiſcopus* 38. *cauſ.* 7. *qu.* 1. ibi; „ Epiſcopus in Diœceſi aliena ad conſe„ cranda Altaria irraere non debet. Quod ſi fecerit tranſ„ greſſor Canonum uno anno a Miſſarum celebratione ceſſa- bit„

6 bit„. Conſecratio tamen Eccleſiæ facta ab ipſo Epiſcopo in
7 aliena Diœceſi remanet valida; textu expreſſo *in d. cap. Epiſcopus*, ibi: *Altaris tamen conſecratione manente*. Epiſcopus non poteſt delegare poteſtatem conſecrandi Eccleſias ſimplici Sacerdoti, ſive non Epiſcopo; textu expreſſo *in cap. Aqua* 9. *de conſecrat. Eccleſ.* ibi: „ Aqua per Epiſcopum benedicta „ Eccleſiam reconciliari poſſe per alium Epiſcopum non ne„ gamus, per Sacerdotes conſuetudine Provinciæ Bracha„ renſis, (quæ dicenda eſt potius corruptela) quia licet E„ piſcopus committere valeat, quæ Juriſdictionis exiſtunt, „ quæ ordinis Epiſcopalis ſunt non poteſt inferioris gradus „ Clerici demandare„. Et ſic quoad ſupradicta omnia Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. par. 2. allegat.* 27. *num.* 1. Pirhing. *lib. 3. Decret. tit.* 40. *num.* 1. Reinfeſt. *ibid. num.* 2. & 3.
8 & communis aliorum. Eccleſiam conſecrare quamvis nemo poſſit præter Epiſcopum, poſſunt tamen Prælati Regulares proprias Eccleſias ſolemniter benedicere, & ad cultum Divinum deputare, itaut poſſint in ipſis divina peragi Officia, & Miſſæ celebrari, ac ſi ab Epiſcopo fuiſſent conſecratæ, ut patet ex Privilegio Leonis X., qui ut refert Caſarubius „ In„ „ Compendio Privilegiorum, verb. Benedicere, *conceſſit* Ge„ neralibus, Provincialibus, ac Cuſtodibus, & Guardianis „ Fratrum Minorum pro tempore exiſtentibus, ut omnia, & „ ſingula eiuſdem Ordinis, & Obſervantiæ Eccleſias, Cæ„ meteria, Capitula, & Oratoria ubicumque exiſtentia tam„ „ recepta, quam recipienda &c. ſolemni benedictione bene„ dicere valeant.„ Quo privilegio gaudent etiam omnes alii Regulares vi communicationis privilegiorum, etiamſi expreſſam conceſſionem non haberent. Miranda *in Manuali Prælator. tom. 2. quæſt.* 40. *art.* 1. *concl.* 1. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 27. *num.* 44. Reiffeſtuel *loc. cit. numer.* 9.
9 & alii paſſim. Inſuper Regulares habent privilegium ut quilibet alius Epiſcopus poſſit conſecrare ſuas Eccleſias, quoties Epiſcopus Diœceſanus ab ipſis debito modo requiſitus noluerit conſecrare, aut id facere diſtulerit ultra quatuor menſes, prout habetur *in cit. Compendio privilegiorum Fratrum Minorum? & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium, ab Alphonſo de Caſarubio, ſecundo edito*, ubi *ſub verb. Altare n.* 2. ſic expreſſe refertur: „ Honorius IV. conceſſit, ut ſi Diœ„ ceſani requiſiti a Fratribus Minoribus debita humilitate, no„ luerint in Eccleſiis eorum primarium lapidem ponere, ac Ec„ clesias, vel Oratoria, & Altaria ſua conſecrare, vel id fa„ cere ultra quatuor menſes diſtulerint, poſſint prædicti Fra„ tres per quoſcumque voluerint Epiſcopos (gratiam, & com„ munionem Apoſtolicæ Sedis habeates) præmiſſa recipere.
10 Et idem conceſſum fuiſſe a Joanne XXII. Patribus Carmelitis refertur *ibid. ſub verb. Benedicere num.* 3., & ex ipſo Barboſa *loc. cit. num.* 11. non ſunt revocata per *Concil. Trident. ſeſſ.* 6. *de reformat. cap.* 5. dum ſtatuit quod nullus Epiſcopus in alterius Diœcesi Pontificalia poſſit exercere ſine ipsius expreſſa licentia, cujuſvis privilegii prætextu &c. Nam quantum ad hoc privilegia prædicta non cenſentur eſſe privilegium, ſed Jus commune continere, dummodo licentia fuerit petita, juxta *cap. Statuimus* 1. *de ſupplend. negligen. Prælator., & cap. Nihil eſt* 44. *de election.*

11 Eccleſiæ conſecrari poſſunt qualibet die etiam non feſtiva, textu expreſſo *in cit. cap. Tua fraternitas* 2. *de conſecrat. Eccleſ.* ibi: *Licet tibi Eccleſiis dedicationem impendere tam die-*
12 *bus Dominicis, quam privatis*. Non poſſunt tamen Eccleſiæ conſecrari niſi inter Miſſam, textu expreſſo *in cap. Omnes* 3. *diſt.* 1. *de conſecrat.*, ibi: *Omnes Baſilicæ cum Miſſa debent ſemper conſecrari*, & concordat *cap. de Fabrica* 24. *ead. diſt.* 1.
13 *de conſecration.* Hinc Epiſcopus peccat ſi abſque celebratione Miſſæ Eccleſiam conſecret. Miranda *loc. cit- concl.* 3. *in fine*, Azor. *par.* 2, *lib.* 9. *cap.* 4. *qu.* 2. Barboſa *loc. cit. nom.* 10.
14 Reinffenſtuel *loc. cit. num.* 4., & alii paſſim. Conſecratio tamen remanet valida. Silveſter *in Summa verb. conſecrat.* 2.
15 *qu.* 1. Piringh *loc. cit. num.* 3. & alii mox citati. Eccleſiæ Cathedrales, & Parochiales cum majoribus ſaltem Altaribus intra annum in Civitatibus, & Diœceſibus intra biennium poſt earum reſtaurationem ſunt ab Epiſcopis conſecrandæ: Benedict. XIII. *In Concil. Romano tit.* 25. *cap.* 1. *ex Concil. Londinenſ. anno* 1237. *cap.* 1.

16 Eccleſia ſemel conſecrata non eſt iterum conſecranda, textu expreſſo *in cap. Eccleſiis* 20. *diſt.* 1. *de conſecrat.* ibi: *Eccle-*
17 *ſiis ſemel Deo conſecratis non debet iterum conſecratio adhiberi*. Si tamen ignoretur, aut dubitetur an fuerit conſecrata nec ne? tunc eſt conſecranda, textu expreſſo *in cap. Solemniter* 16. *diſt.* 1. *de conſecrat.* ibi: „ De Eccleſiarum conſecratio„ ne quoties dubitatur, & nec certa ſcriptura, nec certi te„ ſtes exiſtant, a quibus conſecratio ſciatur, abſque ulla du„ bitatione ſcitote eas eſſe conſecrandas. Nec talis trepida„ tio facit iterationem, quoniam non monſtratur eſſe iteratum, „ quod neſcitur eſſe factum„ & concordat *cap. Eccleſiæ* 18. *eod. diſt.* 1. *de conſecrat.* ibi: *Eccleſiæ, vel Altaria, quæ ambigua ſunt de conſecratione, conſecrentur*, & ſic expreſſe ſtatuit noviſſime Benedictus XIII. *in Concilio Romano titul.* 25. *cap.* 3. Eccleſia non eſt conſecranda, niſi prius ei de dote 18
competente proviſum fuerit, textu expreſſo *in cap. Cum ſicut* 8 *de conſecr. Eccleſ.* ibi: *Cum non ſit Eccleſia, niſi de dote proviſum ei fuerit, conſecranda*, & concordat *c. Placuit* 1. *cauſ.* 1. *quæſt.* 2. *cap. Nemo* 9. *diſt.* 1. *de conſecrat.* & *Novell. 66. cap.* Vid. *art. antecedent. a n.* 34. *ad* 41.

Eccleſia ex toto, vel ſecundum majorem partem ſimul de- 19
ſtructa, execratur, & indiget nova conſecratione, licet ex eadem materia reædificetur; *arg. cap. de Fabrica* 24. *diſt.* 1. *de conſecrat.* Gloſſa *ibid. verb. Innovata*, & ratio eſt clara, quia in tali caſu nec moraliter, nec phyſicè cenſetur eadem Ecclesia; & ſic tenet Abbas *in cap. Propoſuiſti* 4. *de conſecr. Eccleſ. num.* 8. Silveſter *verb. Conſecratio qu.* 4. Barboſa *loc. cit. num.* 13. & alii paſſim. Si Ecclesia ſucceſſive per partes 20
deficiens, paulatim per partes ſtatim iterum reficitur, ac reparatur, non indiget nova conſecratione, quamvis tota Eccleſia ſucceſſive per partes ita deſtruatur, & reficiatur, ut nulla pars de primo ædificio ſuperſit. Et ratio eſt, quia, quamvis ex nova materia paulatim a primis fundamentis reficiatur, non ideo desinit eſſe eadem Eccleſia; ſicuti patet de Legione militum, quæ remanet, & dicitur ſemper eadem Legio, quamvis militibus deficientibus, novi ſubſtituantur, & ſic paulatim ſucceſſive omnes milites renoventur; *arg. leg. Proponebatur* 76. *ff. de Judiciis, leg. Quod in rerum natura* 24. *ff. de legat.* 1. *& l. Si grege., ff. de Legat.* 1. Tum quia dum Eccleſia paulatim, & ſucceſſive reficitur, magis dignum attrahit ad ſe minus dignum, major pars minorem: *argum. cap. Quod in dubiis* 3. *de conſecrat. Eccleſ. cap. Si Eccleſ.* 1. *tit. eodem in* 6. *& regul.* 42. *Juris in* 6. ibi: *Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis*. Unde in tali caſu ſufficiet, ſi nova pars aquæ benedictæ 21
aſperſione exorcizetur; *arg. cap. de Fabrica* 24. *diſt.* 1. *de conſecrat.* Gloſſa *in cap. Ligneis* 6. *de conſecrat. Eccleſiæ verb. Parietibus*, & ſic tenent Barboſa *loc. cit. num.* 19. Silveſter *verb. conſecratio.* 2. *qu.* 5. *verſ. Tertius eſt*, Azorius *par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 4. *qu.* 6. Engel *lib.* 3. *decretal. tit.* 40. *num.* 2. Reinffeſtuel *ibidem num.* 12. *& alii*.

Si non tota Ecclesia, nec major, ſed ſolum aliqua minor 22
pars ejuſdem v. gr. tectum corruit parietibus adhuc illæsis, non indiget nova conſecratione, textu expreſſo *in cap. Ligneis* 6. *de conſecrat. Eccleſ.* ibi: *Cum parietes in ſua integritate Altaris mota, vel enormiter læſa non fuerit, ob cauſam prædictam nec Eccleſia, nec Altare debet denuo conſecrari*, & ibi Gloſſ. communiter recepta, quæ *ſub verb. Parietibus* ſic præciſe dicit: *Quamdiu parietis integri ſunt, non eſt Eccleſia reconſecranda, quia in parietibus conſecratur Eccleſia, & non in tecto*. Si Ecclesia igne ita comburatur, ut parietes interiores ex toto, 23
vel ex majori parte ſint devaſtati vel abraſi, quamvis non corruant; indiget nova conſecratione; *cap. Eccleſiis* 20. *diſtinct.* 1. *de conſecrat.*, ibi *Niſi ab igne exuſtæ*, & Gloſſ. *ibid. verb. Exuſtæ*, & ratio eſt, quia in parietibuss ubi ſunt Cruces & injunctiones, fit conſecratio., adeoque illis ex toto, vel ex majori parte devaſtatis, ſeu exuſtis execratur Eccleſia, & indiget nova conſecratione; Abbas *in cap. Propoſuiſti* 4. *de conſecrat. Eccleſ. num.* 7. Azorius *loc. cit. qu.* 5. Reinffenſtuel *loc. cit. num.* 13. Barboſa *loc. cit. num.* 18. Miranda *loc. cit. art.* 3. *concl.* 2. Piaſecc. *in praxi nova Epiſcop. part.* 5. *n.* 24. *verſ.* 2.

Quando Eccleſia ampliatur, ſi nova pars addita ſit minor 24
veteri remanente, non indiget nova aquæ benedictæ aſperſione exorcizetur; *arg. cit. cap. de Fabrica* 24. *diſt.* 1. *de conſecrat. &* Gloſſ. *ibid. verb. Innovata*, Engel *loc. cit. num.* 2, Reinffenſtuel *loc. cit. num.* 14. Azorius *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 4. *qu.* 6. *ad fin.* Et ratio eſt eadem, quæ fuit adducta *ſub. num.* 18. quia magis dignum attrahit ad ſe minus dignum, & major pars minorem; *Arg. cap. Quod in dubiis* 3. *de conſecrat. Eccleſ. & cap. Sanctam Eccleſiam unic. de conſecrat. Eccleſ. in* 6. *& regul.* 42. *Juris in* 6. Unde cum major principalis, & magis digna pars ſit vetus remanſa, & ipſa ſit conſecrata, efficietur etiam conſecrata minor pars, & minus digna, & acceſſoria de novo addita. Si vero pars nova eſſet major veteri remanente, 25
tunc Eccleſiaeſſet denuo conſecranda; *arg. it. cap. Si Eccleſiam unic. de conſecrat. Eccleſ. in* 6. ibi: *Ne minus dignum majus, aut acceſſorium principalem ad ſe trahere videatur*. Et

hoc totum patet a pari de oleo sacrato, & aqua benedicta, cui si affundatur oleum non sacrum, & aqua non benedicta in majori quantitate, quam sit quantitas sacrata, vel benedicta, tunc indiget nova consecratione, vel benedictione. Si vero oleum non sacrum, & aqua non benedicta affundatur oleo sacro, & aquæ benedictæ existenti in majori quantitate, quam sit quantitas non sacrata, vel non benedicta, tunc non indiget nova consecratione, vel benedictione, quia per commixtionem cum majori quantitate sacrata, vel benedicta efficitur sacrata, vel benedicta etiam minor quantitas non consecrata, vel non benedicta; *arg. in cap. Quod in dubiis 3. de consecr. Eccles.* & tenet Barbosa *in cit. cap. Quod in dubiis 6.* Silvester *verb. Aqua qu. 3.* Pirhinh *lib. 3. docretal. titul. 40. nnm. 5.* Reiffenstuel *ibid. num. 14. &* alii passim.

26 Ecclesia pluribus casibus, & modis polluitur, itaut indigeat reconciliatione. Primus est, quando in ea sanguis humanus in quantitate notabili per voluntariam, injuriosam, graviter peccaminosam actionem effunditur: *cap. Ecclesiis 20. dist. 1. de consec. c. Proposuisti 4. cap. Si Ecclesia 10. de consecratione*

27 *Ecclesiæ, & cap. unic. eod. tit. in 6.* Hic tamen nota, quod ad hoc ut Ecclesia polluatur, sanguis effusus debet esse humanus, si enim fuerit cujusvis alterius animalis irrationalis, non erit per hoc Ecclesia polluta. Glossa *in capit. Si Ecclesiam unic. de consecrat. in 6. verb. Sanguinis humani*, & cum communi aliorum Barbosa *de offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 28.*

28 *num. 31.* Ecclesia tamen efficitur polluta, sive proprius, sive alienus effundatur sanguis; Si enim quis suæ mentis compos ex ira, vel desperatione seipsum occidat, vel se cum sanguinis effusione percutiat, Ecclesia erit polluta, & reconciliatione indigebit, ut expresse dicit Glossa *cit. verb. Sanguinis humani in additione*, ibi: *Si vir sanæ mentis seipsum occidat in Ecclesia „ vel vulneret irato animo ad sanguinis effusionem, ex quo publicum est, reconciliabitur*, & tenet Mar. Alter. *in d. c. Si Ecclesiam vers. quæritur tertio*. Sayrus *de Censur c. 16.*

29 *num. 4. in fine*, Barbosa *loc. cit. num. 13.* aliique passim *arg. cap. Contingit 36. de sentent. excom.* Sanguinis effusio ut polluat Ecclesiam debet esse *in quantitate notabili*, hoc enim importat verbum *effusio*, nempe sanguinis abundantiam, & copiosum fluxum, ut notat Glossa *in cap. Cum illorum 33. de sentent. excom. verb. effusionem sanguinis*, & Glossa *in cit. cap. Si Ecclesiam unic. de consecrat. Eccles. in 6. verb. nota primo*; ubi sic expresse dicit: *Item requiritur, quod illa effusio sanguinis fuerit facta in magna abundantia, immo si solum essent effu-*

30 *sæ duæ, vel tres guttæ, non diceretur Ecclesia polluta*. Et tanto minus diceretur polluta, si nullus effluereat sanguis, quamvis in ipsa quis summa cum injuria graviter verberaretur, ut ejus carnes contererentur, & ossa confringerentur, quia Jura *sub num. 24.* citata requirunt *sanguinis effusionem*, & cum sint penalia, & odiosa non debent extendi, juxta *regul. 15. Juris in 6.* ibi: *Odia restringi, & favores convenit ampliari, & regul. 49. eod. in 6.* ibi: *In pœnis benignior est interpretatio facienda*.

31 Immo sanguinis effusio quamvis sit copiosa non sufficit ut Ecclesia dicatur polluta, nisi sit causata per percussionem graviter peccaminosam. Si enim percussio fuerit levis, quamvis sanguis copiose effundatur, non ideo erit polluta Ecclesia, & hoc patet cum pueri se invicem in Ecclesia percutiunt, vel Pater, aut magister causa correctionis modum leviter excedendo Filium, aut discipulum ita verberat, ut sanguis copiose e naribus fluat: per has enim, & similes percussiones leviter peccaminosas non violatur Ecclesia, cum ei per istas non censeatur inferri gravis injuria. Navarr. *in Manual. capit. 27. n. 82.* Marc. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 13. casu 6.* Graff. *lib. 2 cap. 48. num. 25.* Barbosa *loc. cit. numer. 36.* & alii

32 passim. Si autem sanguis copiose effluat de naso ex percussione violenta inter majores quatuordecim annorum, tunc polui, & violari Ecclesiam resolvit & judicatum refert Marc. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 112. casu 6.* Gambarupt. *de casibus reservat. cap. 15. casu 6. num. 9.* Barbosa *loc. citat.*

33 *num. 36.* Effusio sanguinis ad hoc ut indicat violationem Ecclesiæ, debet esse plene voluntaria, unde si ab amente furioso, vere ebrio, dormiente, vel aliquo casu fortuito, ut a cadente lapide, & hujusmodi, causaretur, & fieret in Ecclesia sanguinis humani effusio, Ecclesia non pollueretur, ut tenet communis Doctorum cum Glossa in *in cit. cap. Si Ecclesiam unic. de consecr. Eccles. in 6. verb. Sanguinis humani*, & Barbosa *loc. cit. a num. 3. ad 14.* In omnibus enim supradictis deficit voluntarium, eo ipso quod nesciant quid faciant, *Cap. Illud 2. caus. 15. qu. 1.* debet insuper talis effusio sanguinis ad

hoc violet Ecclesiam esse injuriosa; Unde si quis voluntarie 34
quidem, sed non injuriose, ex quo ob justam v. gr. sui defensionem servato moderamine inculpatæ tutelæ in Ecclesia Aggre. foris sanguinem effundat, ex hoc non erit polluta Ecclesia, ut expresse dicit Glossa communiter recepta *in cit. Cap. Si Ecclesiam, verb. casus*, ibi: „ Requiritur quod sit effusio „ sanguinis humani injuriose, imo si me defendendo effun- „ dam sanguinem in Ecclesiam, non propter hoc dicitur Ec- „ clesia polluta „. Ut Ecclesia violetur requiritur ulterius, 35
quod effusio sanguinis copiosi cadatur in ipsa Ecclesia; Hinc non polluitur Ecclesia, quando quis extra illam in platea v. gr. in via, in turri, aut subtus in spelunca Ecclesiæ percussus fugit ad Ecclesiam, & ibi copiosum sanguinem effundit; Polluitur tamen si è contra percussus graviter in Ecclesia extra illam copiosum sanguinem effundat; Sic expresse habet Glossa communiter recepta *in citat. cap. Si Ecclesiam, verb. Sanguinis humani*, ibi: „ Et si extra Ecclesiam vulneratus ad Ecclesiam „ fugiat, & ibi sanguinem spargat, non reconciliatur Eccle- „ sia; secus è contrario.

Secundus casus, quo polluitur Ecclesia, est quando in ea 36
committitur voluntarium, & injuriosum homicidium sive respectu alterius, quamvis sanguis non effundatur, veluti si aliquis suspendatur, aut aliter citra sanguinis effusionem violenter, & cum injuria occidatur; *cap. Si motum 19. dist. 1. de consecrat. cap. Proposuisti 3. de consecratione*, & est communis Doctorum. Hic nota quod ad hoc ut per homicidium polluatur 37
Ecclesia, debet tale homicidium esse voluntarium, & injuriosum, quia ob casuale homicidium, vel factum sine alterius injuria ob justam sui defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ non violatur Ecclesia, sicuti *sub num. 31. & 32.* dictum est de sanguinis effusione. Sic cum Glossa *in cit. c. Si Ecclesiam unic. de consecrat. in 6.* Doctores communiter. Vio- 38
latur tamen Ecclesia per mortem reo illatam in ipsa ex sententia Judicis, quia licet taliter suspensus dignus fuerit tali supplicio, fit tamen illi injuria, cum jus habeat ne in tali loco hujusmodi vim patiatur; & insuper fit etiam injuria loco sacro, & ipsi Deo, in cujus honorem Ecclesia est specialiter dicata, & consecrata; *cap. Decet Domum Domini 2. de immunitate Ecclesiæ in 6.* ibi: *Nulla inibi* (scilicet in Ecclesiis) *causa per laicos criminalis maxime agitetur; sint loca eadem laicorum cognitionibus aliena*. Non violatur autem Ec- 39
clesia, si idem Judex, aut quivis alius super ipsius Ecclesiæ tectum, vel ex ejusdem parietibus hominem suspendat, quia in tali casu non intra, sed extra Ecclesiam contingit homicidium. Sic post Silvester & Navarr. Mar. Alter. *d. cap. unic. de consecrat. Eccles. in 6. vers. Sed quid*, Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præcept. 1. lib. 3. cap. 14. sub num. 9. & præcept. 2. lib. 14. cap. 4. num. 17.* Barbosa *de offic. & potestat. Episcopor. part. 2. allegat. 28. num. 25. & lib. 2. Juris universi. Eccles. cap. 4. num. 18.*

Si quis extra Ecclesiam mortale vulnus recipiat, & postea 40
ratione ejusdem vulneris moriatur intra Ecclesiam, non violatur per hoc Ecclesia, quia tunc non homicidium, sed sola mors contingit in Ecclesia; Econtra vero si quis intra Ecclesiam vulnus mortale recipiat, & postea moriatur extra ipsam, tunc Ecclesia efficitur polluta, quia juxta jura *num. 2.* citata requiritur & sufficit, ut vulnus lethale, seu lethalis percussio, a qua ipsum homicidium denominatur, contingat, & fiat intra ipsam Ecclesiam, quamvis deinde ipsa mors per accidens extra Ecclesiam sequatur. Glossa communiter recepta *in cit. cap. Si Ecclesiam unic. de consecrat. Eccles. in 6. verb. Sanguinis humani*. Navarr. *in Manual. c. 17. num. 256.* Fagundez *d. præcept. 1. lib. 3. cap. 14. num. 9.* Barbosa *lib. 2. juris Ecclesiast. universi. cap. 4. num. 20. & de offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 28. n. 23.* Si quis existens intra Ecclesiam occidat jaculo 41
hominem existentem extra ipsam, non violatur per hoc Ecclesia, cum in tali casu sit verum dicere quod homicidium non sit intra Ecclesiam patratum, licet intra eamdem initium sumpserit. Secus vero econtra, si quis existens extra Ecclesiam, occidat jaculo hominem existentem intra ipsam, quia jam tunc verificatur homicidium patratum voluntarie, & injuriose intra Ecclesiam. Navarr. *l. cit. n. 256.* Fagundez *l. cit. cap. 14. n. 11.* Ugolin. *de potestat. Episcop. c. 26. §. 1. vers. quarto non polluitur*, Barbosa *dict. allegat. 27. num. 26. & dict. cap. 4. num. 20.*

Nec valet objicere quod sicuti ex novissima Constitutione 42
Benedicti XIII. incip. *Ex quo*, non gaudent Immunitate Ecclesiastica, *qui stantes in Ecclesia, vel Cœmeterio interficiunt stantes extra Ecclesiam, vel Cœmeterium*, ita a pari sit censenda

43 da polluta Ecclesia per tale homicidium. Non valet, inquam, quia quoad privilegium Immunitatis attenditur spes, animus, & fiducia, qua quis delinquit, ut ab Ecclesia defendatur, & sic evadat pœnam crimini condignam; id quod verificatur proprie in illo, qui cum sit intra Ecclesiam, occidit alium existentem extra eamdem: & ideo fuit statutum in dicta Constitutione Benedicti XIII. non gaudere Immunitate Ecclesiastica, sicuti jam ab Abbate *in cap. ultim. de Immunitate Ecclesiast.* & ab aliis sustinebatur. Quo autem ad violationem Ecclesiæ, seu ut polluta dicatur Ecclesia requiritur, ut homicidium sit voluntarie, & injuriose patratum intra Ecclesiam *arg. c. Ecclesiis 20. dist. 1. de consecrat. cap. Proposuisti 4. cap. Si Ecclesia 10. de consecr. Eccles. & c. Si Ecclesiam unic. eod. tit. in 6.* Existens autem intra Ecclesiam, si occidat hominem existentem extra ipsam, non patrat homicidium intra Ecclesiam; adeoque per tale homicidium non censetur polluta, seu violata Ecclesia; nec in sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus reperitur usque adhuc aliter determinatum; sicuti expresse reperitur determinatum in dict. Constitutione Benedicti XIII. quod tales homicidæ non gaudeant Immunitate Ecclesiæ, & consequenter cum simus in pœnalibus, & odiosis non debet fieri extensio ultra expressa in Jure, juxta *regul. 15. Juris in 6. & regul. 49. eod. in 6.* & sic tenet Barbosa *de offic. & potest. Episcop. d. allegat. 28. n. 27. & 28.*

44 Ecclesia violatur, itaut reconciliatione indigeat, si quis in ipsa pro defensione Fidei homicidium; & ita Martyrium intra Ecclesiam patiatur; qui jura *sub num. 24. & iterum sub num. 41.* citata indistincte loquuntur, & sceleratius est justum & sanctum occidere quam injustum; *c. Si non licet 9. caus. 23. quæst. 5.* Quamvis enim per martyris mortem, quatenus est passio, & habet rationem Martyrii non polluatur, sed potius consecretur Ecclesia; *c. Quamvis dist. 21. c. Fundamenta 17. de elect. in 6. & cap. Gloriosus unic. de Reliquiis, & veneratione Sanctorum eod. in 6.* polluitur tamen per ipsum homicidium, seu Martyrium, quatenus consideratur ut injuriosa, actio ex parte occidentis, cum ut talis sit revera sacrilegium, & injuriosum homicidium, sic Glossa communiter recepta *in cit. c. Si Ecclesiam unic. de consecr. Eccl. in 6. verb. Sanguinis.* ubi adducit sequentem versum:

Actio displicuit, passio grata fuit.

45 Tertius casus quo polluitur Ecclesia est quando humanum semen in Ecclesia criminose, voluntarie, & notorie est effusum, sive sit hominis, sive mulieris, sive hæretici, aut infidelis, sive etiam per mollitiem, aut adulterium, vel sodomiam, aut bestialitatem, textu expresso *in cap. Ecclesiis 20. dist. 1. de consecrat.* ibi: *Cujuscumque seminis effusione pollutæ fuerint: & cap. Si Ecclesiam, unic. de consecrat. Eccles. in 6.*

46 ibi: *Si Ecclesiam seminis effusione pollui contingat*: & sic communis Doctorum cum Barbosa *dict. allegat. 28. numer. 42. & dict. cap. 4. num. 22.* Hic nota quod non violat Ecclesiam effusio seminis facta in somnis. Glossa communiter recepta

47 *in cit. cap. Ecclesiis 20. dist. 1. de consecr. verb. semine.* Nec violatur Ecclesia per pollutionem, quam quis invitus patitur, nec per menstruum fœminarum decidens. Barbosa cum aliis

48 *dict. allegat. 28. num. 43.* Nec violatur Ecclesia per seminis effusionem etiam voluntarie factam supra tectum Ecclesiæ, vel subtus Ecclesiam in aliqua caverna, aut aliqua cella, vel Choro, Sacristia, Campanili, Tribuna; aut Confessionario extra Ecclesiæ corpus, quia in his & similibus dicitur extra Ecclesiam contigisse: ut cum plurimis ibi citatis docet Barbosa *dict. allegat. 28. num. 45.*

49 Violatur tamen Ecclesia per copulam conjugalem, si in ipsa Ecclesia habeatur extra necessitatem; quia licet copula conjugalis de se sit licita, est tamen illicita propter loci sacri circumstantiam, cui sit injuria; *arg. cap. Accusatio 14. caus. 2. q. 7. cap. ut in Domibus 1. de immunit. Ecclesiar. & cap. decet Domum Domini 2. eod. tit. in 6.* Et facit a pari illud dictum *sub num. 36.* de Judice suspendente rerum intra Ecclesiam, quo casu quamvis pœna mortis sit crimini condigna, & ideo per se licita, propter tamen loci sacri circumstantiam redditur illicita, & injuriosa, & ideo polluta censetur Ecclesia; *arg. cit. cap. Decet Domum Domini 2. de immunit. Eccles. in 6.* Si au- 50
tem copula conjugalis habeatur in Ecclesia in casu necessitatis, quia v. gr. conjuges causa belli, vel ex alia causa diu cohabitare debent in Ecclesia, propter quod adest periculum incontinentiæ, tunc ad ipsum vitandum est licita copula conjugalis etiam in Ecclesia, si aliter extra ipsam haberi non possit, Sic Silvester *verb. cooperatio 2. q. 5.* Covarruv. de sponsal. *part. 2. cap. 7. §. 2. num. 3.* Richard. *in 4. dist. 32. art. 3. quæst. 1.* Lessius *de Justitia lib. 5. cap. 3. dub. 12. n. 85.* Pirhing *lib. 3. decretal. tit. 40. n. 13.* Reiffenstuel *ibid. n. 22.* & cum pluribus aliis, Barbosa *dict. allegat. 28. num. 48.*

Quartus casus quo polluitur Ecclesia est quando in ea sepe- 51
litur aliquis excommunicatus vitandus, scilicet publice denunciatus, aut notorius Clerici percussor, aut infidelis; de excommunicato stat textus expressus *in cap. Sacrus 12. de Sepulturis, & in cap. Consuluisti 7. de consecr. Eccles.* ibi: *Cœmeteria in quibus excommunicatorum corpora sepelirí contingit, reconciliandi erunt aspersione aquæ solemniter benedictæ, sicut in dedicatione Ecclesiarum fieri consuevit*; de infideli tenet communis cum Barbosa *in c. Ecclesiam 27. dist. 1. de consecr.* & patet clare *ex cit. cap. Ecclesiam in qua paganus 27. & c. Ecclesiam in qua paganus 27. & c. Ecclesiam in qua mortuorum* 52
cadavera 28. dist. 1. de consecr. Hinc nota, quod Ecclesia polluitur per sepulturam infidelis, etiamsi talis esset infans, ut tenet communis Doctorum cum Pasqual. *q. 582.* Immo probabiliter polluitur etiam per sepulturam infantis non baptizati filii parentum fidelium, quia talis infans est infidelis saltem negative; sic tenet Glossa, Hostiens. Tabiena, Armilla, Angel. Rodriq., Piasec., Suarez, Avila, Azor. Fagundez, Reginaldus, Layman, Coninch, Castropal, Lessius, Dicastill, Amicus, uterque Lugo, Quarti, Delbene, & alii, quos citat Pasqualig., *quæst. 584.* & etiam sic tenent Pirhing *lib. 3. Decretal. tit. 40. num. 14.* Reiffenstuel *ibid. n. 21.* Nisi tamen in utero matris defunctus cum matre sepeliatur, quia tunc non censeretur polluta Ecclesia, ex quo partus antequam edatur mulieri portio sit, vel viscerum; *l. 1. ff. de ventre inspiciendo*, Pirhing *loc. cit. n. 14.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 21.* Azorius, Layman, & alii passim. Sunt tamen plures alii, ut 53
Paludan., Savr., Ugolin., Pax Jordan., Bordon., Alan., Passerin. & alii, qui sustinent per sepulturam infantis non baptizati filii parentum fidelium non pollui Ecclesiam, quia infantes non baptizati censentur tales, quales sunt parentes, & Jura odiosa intelligi debent de illo, qui positive est infidelis saltem professione parentum; quæ revera opinio non caret sua probabilitate.

Si in Ecclesia fuerint sepulti hæretici non denunciati nomina- 54
tim, etiamsi alias notorii, non censetur violata Ecclesia, nec indiget reconciliatione, quia cum non teneamus eos evitare in vita, nisi nominatim denunciati sint, ita, neque eos tenemur vitare post mortem. Layman *in Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 4. num. 9.* Jordan. *de re Sacra tom. 1. lib. 5. tit. 11. de benedict. Cœmeter. num. 127.* Pirhing *loc. cit. num. 13.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 21.* Antonell. *de loco legali lib. 1. c. 9. num. 16.* la Croix *lib. 6. part. 2. num. 286.* Navarr. Gobat, & alii.

Sic nec etiam violatur Ecclesia per sepulturam ejus, qui in 55
duello decessit, nisi denunciatus fuerit, quia licet duellantes ultra excommunicationem priventur etiam Ecclesiastica sepultura, ut in Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 19.* & in Constit. Clementis VIII. incipient. *Illius vices*, ex tali tamen prohibitione præcise non sequitur (a), ut Ecclesia polluatur si contra fiat: Vide tamen ad rem, quæ a Bened. XIV. in sua

---

(a) Post emanationem citatæ Bullæ Bened. XIV. incipientis *Detestabilem, ac divina, naturalique ratione damnatum &c.* falsa evidenter deprehenditur Auctoris sententia, quia sustinet non violari Ecclesiam per sepulturam ejus, qui in duello decessit, nisi is denunciatus fuerit. Quam in rem adducere satis est verba prælaudatæ Constitutionis Pontificiæ, quæ sunt hujusmodi; „ Præterea simili motu, & auctoritate decerni- „ mus, ac declaramus, Sepulturæ sacræ privationem a Sa- „ crosancta Tridentina Synodo inflictam, morientibus in loco „ duelli & conflictus, incurrendam perpetuo fore etiam ante „ sententiam Judicis a decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, sive duellum publice, sive „ privatim indictum fuerit, ac etiamsi vulneratus ante mor- „ tem non incerta pœnitentiæ signa dederit, atque a peccatis, „ & censuris, absolutionem obtinuerit; sublata Episcopis, & „ Ordinariis locorum &c. „ Ex quibus verbis satis liquido constat, quod si quem ex duello defunctum in Ecclesia sepeliri contingeret, etiam ante sententiam Judicis pollueretur Ecclesia; nam is esset excommunicatus non toleratus, ac per hujus Sepulturam Ecclesia violatur, ut docet Antoine *Tract. de Eucharistia cap. 3. quæst. 8. num. 4.*

in sua constitut. incip. *Detestabilem* noviter statuuntur quoad decessos in duello, quam Constitutionem habes in *tom. 2. verb. duellum art. 2.* sicuti etiam non polluitur per sepulturam aliorum, quibus est interdicta Ecclesiastica sepultura, aliorum, quibus est interdicta Ecclesiastica sepultura, ut sunt Usurarii, Interdicti, & alii similes, nam in pœnalibus, & odiosis non est facienda extensio nisi in Jure habeatur; *leg. apud Labeonem* ,, §. *Si communem*, *ff. De Jurejur. l. Si quis servum* ,, *ff. de serv. corrup. cap. Is qui* 18. *de sentent. excommunic. in 6. cap. Odia* 15. *& cap. In pœnis* 46. *de Regul. Juris in 6.* & sic tenent Jordan. *dict. tract. de re sacr. tom. 1. lib. 5. tit. 11. n. 126.* Layman, Pirhing, Reiffenstuel, Antonell. *loc. cit.* Engel *l. 3. decretal. tit. 40. num. 12.* Zoesius *ibid. num.* 11. Navarr. Suarez: & alii.

56 Omnes recensiti casus, in quibus fuit dictum violari, seu pollui Ecclesiam, requiritur, quod sint publici, seu publice innotuerint; *arg. cap. Significasti 6. de adulter.* ubi vis ponitur in publica detectione, ibi: *Publice*, & tenet Gloss. communiter recepta *in cit. cap. Si Ecclesiam unic. de consecrat. Eccles. in 6. verb. Pollui*; Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 28. num. 37.* Pirhing *lib. 3. tit. 40. num. 12.* Reiffenstuel *ibid. n. 22.* Suarez *disp. 81. sect. 4. vers. 2.* & alii passim. Et ratio est, quia Ecclesia non judicat de internis; *arg. cap. Tua* 34. *de Simonia, & cap. Erubescant* 11. *dist. 32.*; ibi: *De manifestis loquimur*,

57 *Secretorum autem cognitor Deus, & Judex est*. Si vero tales casus ab initio occulti, postea publice innotescant, ex eo tempore debet Ecclesia haberi pro polluta, & necessario debet reconciliari, quia extunc bona fama Ecclesiæ perditur, & æstimatio communis contraria subintrat; Silvester *verb. Consecratio 2. q. 5. §. Tertius casus est*; Azor. *part. 2. lib. 9. cap. 5. quæst. 2.* Pirhing, & Reiffenstuel *loc. cit.* & alii passim.

58 Effectus violationis, seu pollutionis Ecclesiæ sunt tres. Primus est, quod Ecclesia polluta non potest consecrari antequam reconcilietur, & pollutionis causa amoveatur; *c. Ecclesiam* 27. *& cap. Ecclesiam* 28. *dist. 1. de consecrat. cap. Si Ecclesia* 10. *de consecrat. Eccles.* Barbos. *lib. 2. Juris Eccles. univers. cap. 4. num. 32.* Secundus est, quod in Ecclesia polluta, vel in ejus Cœmeterio contiguo non potest sepeliri ullus defunctus, donec reconcilietur; *textu expresso in cap. Si Ecclesiam unic. de consecrat. Eccles. in 6.*, ibi: *Si Ecclesiam pollui sanguinis, aut seminis effusione contingat, ipsius Cœmeterium, si contiguum sit eidem, censetur esse pollutum; unde antequam reconciliatum fuerit non debet in eo aliquis sepeliri. Secus si remo-*

63 *tum fuerit ab eadem*. Polluto autem Cœmeterio, quamvis Ecclesiæ contiguo, non polluitur Ecclesia, *cit. cap. Si Ecclesiam*, ibi: *Non sit quoque in casu conversо sentimus, ut videlicet polluto Cœmeterio, quamvis Ecclesiæ contiguo, debeat Ecclesia reputari polluta, ne minus dignum majus, aut accessorium principale ad se trahere videatur*. Quando sunt plura 64
Cœmeteria polluto uno Cœmeterio aliud illi contiguum non polluitur, licet per portam de uno in aliud detur ingressus: *cit. cap. Si Ecclesia*. ibi: *Non unum, sed plura Coemeteria esse noscuntur, quæ quamvis sibi cohærentia, pariete tamen medio sejunguntur; ideoque violato eorum altero, alterum (licet de uno ad aliud per portam intermediam habeatur accessus) non propter hoc reputabitur violatum*.

Reconciliatio Ecclesiæ pollutæ si prius fuerat consecrata, 65
non potest fieri ab alio, quam ab Episcopo Diœcesano, vel ex ejusdem assensu, aut commissione ab alio Episcopo; non autem potest Episcopus Diœcesanus ad hoc simplicem Sacerdotem, textu expresso *in cap. Aqua 9. de consecrat. Eccles.*, ibi: *Aqua per Episcopum benedicta Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum non negamus; per Sacerdotes simplices hoc fieri de cetero prohibentes, non obstante consuetudine Provinciæ Bracharensis (quæ dicenda est potius corrupte la) quia licet Episcopus committere valeat, quæ jurisdictionis existunt, quæ ordinis Episcopalis sunt non potest inferioris gradus Clericis demandare*. Et quod Ecclesiæ consecratæ, & Cœmeterii re- 66
conciliatio non possit fieri nisi per Episcopum Diœcesanum, vel per alium Episcopum de consensu ipsius, & non per simplicem Sacerdotem, decrevit pluries *Sacra Rit. Congr.* & signanter *in Placentina 19. Maji* 1607. *in Cameracensi 9. Februar.* 1608. *& in Aretin. 9. April.* 1633. Ex privilegio, seu 67
commissione Summi Pontificis reconciliatio Ecclesiæ pollutæ potest fieri etiam a simplici Sacerdote; *Est communis*, & habetur ex *Sac. Cong. Rit.* quæ *in Placentina 19. Maji* 1607. decrevit, non posse simplicem Sacerdotem reconciliare Ecclesiam consecratam pollutam sine licentia Sedis Apostolicæ. Et de facto ex privilegio a Leone Decimo concesso Gene- 68
ralibus, Provincialibus, Custodibus, & Guardianis Fratrum Minorum possunt ipsi, aliique Prælati Regulares Ecclesias sibi subjectas quomodocumque violatas, etiam prius consecratas, reconciliare, aqua per ipsos benedicta, si Episcopus, qui illam benedicat, distet ultra dietas, alias debent uti aqua per Episcopum benedicta; Tale privilegium habetur in compendio privilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium ab Alphonso de Casarub. secundo edit. sub verb. *Benedicere* §. 4. & refert Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 16. num. 31.* & de eo testantur passim Doctores, & signanter plures citati a Barbosa *dict. allegat. 28. numer. 64.* Imo Rodriquez *tom. 1. qq. Regul. q. 19. art. 6.* quem sequuntur 69
Barbosa, & alii, vult posse Regulares, uti dicto privilegio reconciliandi Ecclesias aqua per ipsos benedicta, non solum quando Sedes ordinaria Episcopi distat duabus dietis ab Ecclesia polluta, sed etiam quando Episcopus taliter distat ratione suæ absentiæ, vel abeit per mortem, renunciationem, depositionem, exilium &c. Quælibet dieta continet 20. mil- 70
liaria Italica, juxta Glossam *in cap. Nonnulli 28. de rescriptis, verb. Ultra duas dietas*; *arg. l. 3. ff. de verbor. Significat.* quam Glossam sequitur Barbos. *loc. citat. num. 74. cum pluribus aliis ibi a se adductis*.

Si Ecclesia polluta non fuerit consecrata, sed solummodo 71
benedicta, reconciliari potest per quemlibet simplicem Sacerdotem per solam aquæ lustralis aspersionem. *c. Si Ecclesia 10. de consecrat. Eccles.*, ibi: *Si Ecclesia non consecrata, cujuscumque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta, acqua protinus exorcizata lavetur*, & sic Glosa communiter recepta ibi: *verb. Lavetur* Neque requiritur, quod aqua pro recon- 72
cilianda Ecclesia non consecrata sit per Episcopum benedicta: debet enim statim etiam irrequisito Episcopo a Rectore Ecclesiæ, vel alio Sacerdote aqua lustrali lavari, seu reconciliari, ut præscribit cit. textus. *Aqua protinus exorcizata lavetur*; quod non posset *protinus* fieri, si Episcopi licentia, benedictio, aut auctoritas esset expectanda, & exorcismus acquæ per Episcopum esset faciendus, nec haberetur justus finis intentus a Canone, *Ne Divinæ laudis organa suspendantur*, ut in cit. *cap. Si Ecclesia* recte advertunt Doctores. *Aliter loquitur citatus Maraviglia *Leg.* 3. 48. *Prud. Episc.* Juxta ipsum enim poterit etiam Ecclesia consecrata polluta, ex permissione Episcopi, aut illius Vicarii ablui aqua benedicta per simplicem Sacerdotem, adhibitis ordinariis benedictionum præcibus, & postea poterunt intra eam divina officia celebrari, sicuti prius, donec per Episcopum consecretur. Contra vero si Ecclesia tantum benedicta, & non consecrata polluatur, sufficiet ordinaria quidem reconciliatio per simplicem Sacerdotem, sed ex mandato Episcopi, *ex c. fin. de consecr. Eccles. Juncta Gloss.* *

73 Cœmeterium consecratur, & reconciliatur eisdem modis, & ab eisdem, a quibus consecratur & reconciliatur ipsa Ecclesia; *arg. cap. Consuluisti 7. de Ecclesiæ consecration. & cap. S. Ecclesiam unic. eod. tit. in 6.* & Pontificalis Romani; ex quo eodem ritu consecratur Ecclesia, & Cœmeterium, & tenet communis Doctorum cum Silvestro *verb. Coemeterium quæst. 1.* Pirhing *loc. citat. num. 30.* Reiffenstuel *loc. cit. n. 29.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 FAcile est rationem reddere, cur Ecclesia semel solemni
2 ritu consecrata denuo consecrari haud possit quocumque etiam enormi crimine polluta. Consecratio enim templi materialis repræsentat consecrationem templi spiritualis per baptismum, atque hac ratione ritus illius consecrationis ad similitudinem rituum hujus spiritualis consecrationis sunt plures
3 inducti. Quo factum est, ut sicuti templum spirituale semel
4 per baptismum consecratum, licet postmodum per peccatum fuerit violatum, haud potest iterato per Baptismum consecrari, ita nec templi materialis solemnis consecratio huic spi-
5 ritualis templi consecrationi respondens iteranda est. Vide decretum, quod sub nomine Concilii Nicæni licet falso refert *Gratian. dist. 68. can. 3.* & rursus *dist. 1. de consecrat. can. 20.*

6 Quomodo autem constare possit de consecratione Ecclesiæ non inutilis investigatio est: *Per unum Testem; qui dicat fuisse consecratam sive de visu, sive de auditu, vel per notam in libris Ecclesiæ, vel pariete, sive tabula marmorea, quia tunc sufficiunt semiplenæ probationes, quando nemini fit præjudicium*: ite apposite ait *Zoes. in decret. lib. 3. tit. 40. numer. 1. in addit.*

7 Sin autem de consecratione minime constet, vel dubia ea sit, consecranda est Ecclesia; eodem modo ac reiterari potest baptismus, si dubium sit, an is valide sit collatus, ut sub nomine *Concilii Meldensis* habetur *can. 18. distinct. 1. de consecrat.*

8 Consecrari vero denuo potest Ecclesia, si ipsa vel in totum, vel ex majori parte destructa fuerit, quod quando evenisse dici possit, recte explicat *Auctor a num. 19. ad plur. se-*
9 *quent.* Hic vero non est prætereundum, quod Sæculo XI. persuasum fuit principali Altari everso totam Ecclesiam esse consecrandam. Fundata autem fuit persuasio hæc in Canone
10 falso Higino Papæ adscripto; Vide *dist. 1. can. 19. de consecr.* tum hæc a S. Anselmo *lib. 3. epistol. 159.* reddebatur ratio: *Altare* (ajebat) *non fit propter Ecclesiam, sed Ecclesia propter Altare, & ideo violato principali Altari, jam non videtur esse Ecclesia, quia non est illud propter quod Ecclesia constituitur, & consecratur. Quapropter quum illud fit novum, recte videtur cum eo consecrari, per quod recipit ut sit Ecclesia*: At sub finem Sæculi XII. hæc disciplina mutari cœpit, uti constat ex decretali *Alexandri III. in cap. 1. de consecrat. Eccles.*

12 De ritibus, quibus tum antiquitus usu est, tum in præsens utitur Ecclesia in consecratione confert, *Bohemer. in decretal.*
13 *lib. 3. tit. 40. fer. per tot.* De mystico vero ipsorum significatu adi *Durand. in Ration. divin. offic. lib. 1, cap. 6. Regimium apud Marten. tom. 3. de Antiqu Eccles. Ritib. lib. 2. cap. 13. pag. 242. & sequent. & Honorium* Scriptorem Sæculi XI. *in Sacramentario edito a Bernardo Pexio tom. 2. Thesaur. anecdot. novissim. p. 1. cap. 100. pag. 339. & sequent.*

Articulus V.

Quoad varia miscellanea Ecclesiam concernentia.

1 NEmo potest habere fenestram, per quam prospectus, nec portam, per quam transitus habeatur in Ecclesiam, sine indulto Apostolico, ut pluries declaravit Sacra Congreg. Episcop. & Regular. & signanter *in Casertina 8. Junii 1646. in*
2 *Veron. 15. Junii 1655. in Alexanen. 14. Novemb. 1659.* Imo injungitur Episcopo, ut cryptas, & aditus subterraneos a domibus privatorum ad Ecclesias, & loca immunia claudere faciat; *Sacr. Congr. Immunit. in Aquilana 9. Mar. 1632. lib. 2. decr. Paul. pag. 115.* Quod indultum sæpe petentibus denegatur, ut *in Andrien. & Telesina 5. Martii* 1619. *& in Pisau-*
rien. 3. Octobr. 1692. Talis prohibitio vim habet etiam in eo, 3
qui habet januam correspondentem in Domo Parochi Ecclesiæ contigua, ut declaravit eadem *Sacr. Cong. Episcop. in Faventina 17. Februar. 1619.* in qua casus ita propositus erat: ,, Epis-
,, copus Faventinus, cum in visitatione Ecclesiarum Parochia-
,, lium quasdam Privatorum Domos Parochorum Domibus
,, contiguas, & Januas ex quibus in eorumdem Parochorum
,, Domibus accessus patet, habentes, invenisset; illarumque
,, Domini easdem Januas per multum temporis spatium pos-
,, sedisse prætenderent; ut in posterum eadem Januæ murari
,, debeant, decrevit; Quo per Sanctissimum audito, De-
,, cretum hujusmodi probavit, & executioni mandari or-
,, dinavit.

Imo ne quidem Ducibus, & Marchionibus id permitti pos- 4
se declaravit *eadem Sac. Cong. 5. Martii* 1619. his verbis;,,
,, Non si concede nè anche a' Duchi, ed a' Marchesi di aprire
,, finestre, che rispondano in Chiesa per ascoltare da quella
,, la Messa, ed i divini Offici,, ; & quoad portas, idque etiamsi
extaret longa consuetudo, & essent patroni, *ut in una Faventi-*
,, *na 15. Febr.* 1619. his verbis: ,, Si devono murar le porte
,, per le quali dalle case contigue si può entrare nella Chiesa,
,, non ostante i Padroni siano soliti per lungo tempo tenerle
,, aperte ,,. Unde non debet Ordinarius permittere, ut ab Ec- 5
clesiis sit ingressus, transitus, vel prospectus in privatas ædes, neque super Ecclesias esse Cameras, vel loca ad habitandum, dormiendum, vel deambulandum absque licentia Sedis Apostolicæ, alias debent interdici, donec hæ servitutes removeantur; ut sæpe decrevit eadem Sacr. Congregatio Episcop. præsertim *in Hieracen. 26. Julii* 1613. *in Melphiten. 2. Octobr.* 1626. *in Neapolitana 13. April.* 1646. *& in Hortonen. 11. Junii* 1655. Nisi tamen in limine fundationis Ecclesiæ Funda- 6
tor, seu aliquis insignis Benefactor sibi reservaverit Jus habendi prospectum, seu ingressum in ipsam. Quia in tali casu ne Laici a fundationibus retrahantur, cum possit Episcopus leges & conditiones, etiam Juri communi contrarias admittere, juxta communem DD. sententiam, teste Ricc. *decis. Cur. Archiep. Neapol. 29. per tot. par. 1. Ciarlin. contr. 53. n. 48.* Lotter. *de re Benef. lib. 1. q. 32. n. 3.* Tondut. *q. Benef. tom. 1. p. 1. cap. 5. n. 5.* posset Ecclesiam cum hac lege fundatam, valide huic servituti subjicere; Lotter. *dist. q. 32. per tot. & præsertim n. 15. & 16.* Monacell. *par. 1. tit. 6. form. 10. num. 18.* Vide verb. *Fenestra* verb. *Porta*, & verb. *Prospectus*.

Sedilia, seu scamna propria ponere in Ecclesia nemo potest 7
absque facultate Rectoris Ecclesiæ, & invito Episcopo, & si ab aliquibus apponantur, possunt a Rectore, & Episcopo removeri, maxime quando sunt causa rumoris, & impediunt functiones, & celebrantes, ut pluries tenuit *Sac. Cong. Episc.* & signanter *in Januens. 7. April.* 1583. *in Camerinen. 12. Januarii* 1583. *in Sarzanen. 21. Novembr.* 1600. *in Nullius Castriduranti 10. Novemb.* 1623. *in Recasanatens. 10. Februar.* 1645. *in Narnien. Terræ Carbii 8. Maji* 1693. *& Sac. Congr. Rit. in Vintomilien. 10. Decemb.* 1604. *in Fundana 5. Octobr.* 1697. *& in verulana 6. Septemb.* 1698. Ex tolerantia tamen, 8
vel licentia Episcopi, seu Rectoris Ecclesiæ possunt laici acquirere Jus retinendi sedilia, seu sedendi in Ecclesia, non quoad Dominium, vel proprietatem, sed solum quoad usum revocabilem ad libitum Rectoris, & Episcopi, ut in terminis hujusmodi sedilium tradunt Ugolin. *de potest. Episc. cap. 17. numer. 7.* Pignatell. *tom. 9. consult. 147. num. 12.* Antonell. *de loco legali lib. 1. cap. 3. n. 54.* Monacell. *part. 1. tit. 5. formul. 8. n. 4.* Fusc. *de Visitat. lib. 1. cap. 26.* Moron. *tom. 1. respons. 51. n. 23.* ac plene Odofred. *in responso de hac re edito*, quod refert, & sequitur Diana *part. 10. tract. 10. resol. 64.* & Passerin. *de homin. statu tom. 2. q. 17. art. 5. cap. 6. n. 379.* ac declaravit *Sac. Cong. Episcop. 28. Junii* 1583. in hæc verba: *Non si dee permettere quella proprietà de' luoghi, che alcuni si persuadono di avere nelle Chiese, quasichè loro fossero Ereditarj; come sono le Case, e le possessioni, che si comprano*; & idem resolutum 9
fuit *in Anagnina 5. Septemb.* 1665. Hinc non possunt Laici prædicta sedilia, seu scamna, aut eorum partem, sive eorumdem usum, locum, aut situm aliis cedere, donare, aut quoquomodo concedere, nisi Episcopi consensus accedat; *Sacr. Congr. Concil. 5. Septemb.* 1665.

Consensus Episcopi non requiritur expressus, sed sufficit 10
tacitus; Vivian. *de Jurepatronatus lib. 3. cap. 2. n. 55.* Antonell. *de loco legali lib. 1. cap. 3. n. 56.* Rota *dec. 787. part. 1. diverf.* Unde non potest Episcopus, sicut nec Rector Ecclesiæ 11
laicis auferre hujusmodi Jus, si ab initio passus est eos habere, seu retinere sedile in aliquo Ecclesiæ loco; *arg. Quod semel*

21, *de regul. juris in 6.*, ibi: *Quod semel placuit, amplius displicere non potest*; Giovagnon. *discep. forens. cap.*110. *num.*46. *& sequent.* Ciarlin. *contr. forens. cap.*210. *n.* 16, 18. *&* 25. Antonell. *loc. cit. n.*68. *Sac. Cong. Episc. in Assisien.*22. *Martii* 1604. *in Acheruntina* 4. *Junii* 1608. *in Tarentina* 8. *Decem.*
22 1645. Nisi sic exposceret servitium, vel commodum Ecclesiæ, vel laicus prætenderet habere illud Jus quoad proprietatem, quia tunc non censetur acquisitum Jus irrevocabile, cum usus fedelium, quem laici habent in Ecclesia, proveniat ex benignitate, tolerantia, & ex gratia revocabili ejusdem, non autem Jure, ex quo valeant ipsa Ecclesia nolente servitutem, seu quasi possessionem manutenibilem acquirere, ut fuit ponderatum a *Sacra Congregatione Rit. in Fundana* 5. *Octob.*1697. *& in Verulana* 6. *Septemb.* 1698. & bene distinguit, & probat Passerin. *de statu homin. tom.*2. *q.*187. *art.*5. *cap.*6. *num.* 379. Giovagnon. *dict. consil.*8. *n.* 19. *& seq.* Ciarlin. *loc. cit. n.* 37. *& seq.* Paris. *consil.*149. *n.*25. *lib.*4. Monacell. *part.* 1. *tit.* 5. *form.*8. *n.*5.

23 Quando lis est inter privatos super competentia loci, qui sunt in possessione, sunt manutenendi in tali possessione absque novitate; *Sac. Congr. Episcop. in Imol.* 6. *Martii* 1692.

24 Locus autem in Ecclesia possessus videntibus, & patientibus Rectore, toto Clero, & hominibus loci, sicuti acquiritur per decennium, ita præscribitur per immemorabilem; Rota *part.*
25 18. *tom.*2. *recent. dec.*731. *n.* 7. Adeoque nemini permittitur in præjudicium hujusmodi Juris quæsiti ponere novam sedem ante veterem; Rota *ibidem n.*9. Paris. *dict. consil.*149. *nu.* 8. *& alii. Sac. Cong. Episcop. in Acheruntina* 4. *Junii* 1608. *in Tarentina* 8. *Decemb.* 1645. Quinimmo pro manutentione sedis veteris cum sua antiqua præeminentia competit possidenti interdictum. Rota *ibid. num.* 10. Giovagnon. *dict. consil.* 8. *n.*12. *lib.*2. Gratian. *discept.*110. *n.* 26. Ciarlin. *controv.* 119. *n.*54. atque etiam alia remedia magis executiva, & violenta, ut notat Bald. *in l. Observ.* §. *Antequam in princip. ff. de offic. procur.* Menoch. *consil.*51. *n.*41. Gratian. *mox cit. discept.*110. *n.*16. Rota *ibid. n.* 11.

26 Nec potest poni nova sedes ante veterem, etiamsi sedes vetus non amoveatur a suo antiquo situ, sed ea intacta assignetur locus alteri ante illam; Et ratio est clara, quia cum tota vis in sola præeminentia consistat, nihil refert ad salvandum præjudicium primi, quod ejus sedes non fuerit amota, quia paria sunt, vel quod fuerit mutata, & posita infra aliam, vel quod ea firma manente, alia fuerit collocata supra ipsam, juxta communem hominum æstimationem, quia secundus sedendo inter personas ejusdem ordinis, inferior primo in eodem ordine semper reputatur, ad *Text. in cap. Solitæ, de majorit. & obed.* Add. *ad Greg. dec.* 411. *sub n.*5. §. *Verum vers. Et potissimum*, Rota *part.*1. *recent. dec.*3. *n.*2. *&* 3. & bene ponderavit eadem Rota *part.*18. *tom.*2. *doc.*731. *n.* 19. *&* 20. Neque hoc casu prævalet oblatio facta per assignatarium Ecclesiæ pauperi, quia licet ejus indigentia sit causa sufficiens, ut in ea assignetur Laico locus pro sede, & sepultura, ut tradit *Adden. ad Greg. præcit. dec.*145. *n.* 10. Cum tamen Ecclesia sit cultrix justitiæ, hujusmodi assignationes non permittit cum alterius præjudicio, ut declarat Rota ibid. allegata *in Calagurritana Sepulturæ coram Manzanedo inter recent. dec.*561. *p.* 4. *tom.*1. *recent. & par.* 18. *tom.* 2. *dict. dec.*731. *nu.* 21. *&* 22. Jus enim sedendi in certo loco Ecclesiæ alicui quæsitum, eidem per supervenientem oblationem alterius tolli non potest; Bald. *cons.*91. *n.*3. *in fin. lib.*4. *dec. in cap. ultim. sub n.*13. *de constit.* cum aliis apud Gratian. *discept.* 465. *n.*17. Rota *coram Eich. dec.*33. *& part.*19. *tom.*2. *recent. dec.*474. *n.* 20. per supradictam rationem, quod Ecclesia tamquam justitiæ cultrix Jus alicui quæsitum auferre non debet.

27 Ex consuetudine sedendi in certo loco ratione præeminentiæ interdicta censetur situatio cujuscumque alterius sedis, ex qua præjudicium præeminentiæ primi inferatur; Rota *p.* 19.
28 *tom.*2. *recent. dec.*474. *n.* 11. Dummodo tamen locus primus assignatus in communi hominum æstimatione reputetur aliorum omnium primus, itaut consuetudo inibi sedendi suum operari non possit effectum præeminentiæ, si alteri designetur locus, qui reputari possit honorificentior, juxta *dec.* 865. *n.*7. *par.*4. *diversi. & dict. part.*19. *tom.*2. *recent. dec.*474. *num.*12.
29 Et dummodo primus assignatarius cum Jure sedendi in certo loco acquisiverit etiam Jus prohibendi, ne alius locus superior alteri assignari possit, prout requiritur in quocumque actu tendente ad impediendum exercitium libertatis; Rip. *in cap. Cum Ecclesia Sutrina n.* 68. *&* 15. *de caus. posses. & prop.* Rolan. *cons.*22., *n.*27. *lib.*2. Posth. *de manuten. observ.* 40. *n.* 30. *in fin.* Rota *dict. dec.* 474. *n.* 13. Jus autem sic prohibendi ut 21
acquiratur, requiritur quod Ecclesia, vel quilibet alius interesse habens acquieverit prohibitioni, juxta tradita per Rotam *coram Buratt. dec.* 312. *n.* 9. *& dict. dec.*474. *n.* 15. Ex 22
simplici enim consuetudine sedendi in certo loco non infertur ad jus prohibendi, ne alteri in diverso, & etiam præstantiori concedatur sedes, & sepultura, ut in proposito dixit Rota *dec.*127. *n.*5. *in fine cor. Dunoz sen. & dict. dec.* 474. *num.*16. Neque hoc modo præjudicatur habenti certum locum in Ec- 23
clesia, prout esset si a loco jam quæsito amoveretur; Rota *part.* 19. *tom.* 2. *recention. dict. decis.* 474. *numer.* 17. 18. *&* 19.

Contra amoventes sedilia agi potest actione injuriarum, 24
etiamsi amovens esset Administrator Ecclesiæ; Posthius *in tract. de manut. observ.* 73. *n.*62. *& observ.* 18. *n.* 25. Anton. *de loco legali lib.*1. *cap.*3. *n.* 65. Si antiqua forma Ecclesiæ im- 25
mutetur in aliam structuram, sedilia, seu scamna Laicorum in illa existentia reponi debent eodem ordine, quo reperiebantur ante immutationem Fabricæ, vel in loco æque digno; Card. Petra *tom.*2. *comment. in Constit.*3. *Cælest. III. nu.* 11. Ursaya *tom.*7. *part.*1. *discep.*18. *per tot.* Rota *in Pampilonen. Juris sedendi dec.* 117. post Posth. *de manut. & dec.* 378. *par.*2. *rerent.* Jus habendi talia sedilia, vel sepulcra in Ecclesia con- 26
cessum alicui familiæ, vel descendentibus, extincta familia transit ad hæredes extraneos, sicut & Juspatronatus gentilium in tali casu ad extraneos hæredes transiret, nisi taxative concessum fuisset illis de familia dumtaxat, vel solis descendentibus; Ancharan. *consil.* 81. Calderin. *consil.* 4. *de Jurepatron.* Vivian. *in prax. Jurispatronatus lib.*4. *cap.* 9. *numer.*1. *& seq.* Antonell. *de loco legali lib.* 1. *cap.*3. *n.* 69. Cardin. Seraphin. *decis.*364. *num.*2. *& seq. & dec.*378. *per tot.* Sedilia non pos- 27
sunt in Ecclesia ita collocari, ut sedentes vergant terga ad Sanctissimum Sacramentum, & alia indecora oriantur; Sanctus Pius V. in Constitut. incipient. *Cum primum Apostolatus Officium*.

Strata ad Ecclesias sibi deferri facere, nemini sub gravibus 28
pœnis licere declaratur, exceptis dumtaxat personis Regalibus; *Clemen. XI. part.*3. *sui Bullar. decret.*1. *Congr. Cæremon.*, ibi: Proposito in Sacra Congregatione Cæremoniali quodam abusu inter alios, qui de recenti in Urbe irrepserunt, eadem Sacra Congregatio ad eum omnino tollendum die 30. curren-
„ tis anni 1701. decrevit: Non licere cuicumque personæ
„ quovis gradu, conditione, ac dignitate insignitæ (ipsis Per-
„ sonis Regalibus tantum exceptis) ad Ecclesias strata sibi de-
„ ferri facere, & si secus actum fuerit, immediate cessandum
„ fore a divinis; Quod nisi servetur, Rectores, ceteroque
„ Ecclesiarum ministros, ipso facto excommunicationis pœ-
„ nam, aliasque arbitrio Sacræ Congregationis incurrere,
„ eamque Ecclesiam, in qua talis abusus permissus fuerit, ha-
„ bendam esse pro interdicta.„

Et facta per me Prosecretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro, Sanctitas sua decretum præfatum approbavit; Necnon promulgari, atque executioni tradi, & in omnibus Urbis sacrariis affigi mandavit die 3. *Octobris* 1701.

Affertur decretum generale Sacr. Rit. Congregationis pro- 29
hibens Laicis osculum Evangeliorum intra Missam, usum Baldachini in Ecclesiis, & assistentiam in Presbyteriis; Cum plures Sacra Rituum Congregatio inhærendo decretis alias editis & signanter *in Lucerina die* 22. *Novembris* 1664. 28. *Septemb.* 1675. *&* 13. *Martii* 1688. declaraverit, nullo modo dandum esse Evangelium ad osculandum Sæcularibus, etiam Præsidi in celebratione Missarum; Necnon eis prohibuerit usum Baldachini in *Baren.* 5. *Martii* 1667. *&* 17. *Junii* 1684. *Marsicen. Polignanen. & Mileten.* 5. *Martii* 1667. *Hieracen. die* 2. *Octob.* 1683. *& Bitecten.* 23. *Septemb.* 1684. Ac insuper denegaverit assistentiam in Presbyterio, & specialiter *in Materanen.* 24. *Januarii* 1665. *Melphitana* 15. *Junii* 1665. *& Baren.* 20. *Novemb.* 1677. *&* 22. *Febr.*1687. Eminentissimi, & Reverendissimi DD. Cardinales eidem Sacræ Congregationi præpositi, mandarunt, ut prædicta decreta prohibentia personis sæcularibus osculum Evangelii, usum Baldachini, & assistentiam in Presbyterio, renoventur, & copiæ illorum transmittantur Archiepiscopis, & Episcopis, eisdem injungendo, ut illa intimari faciant Superioribus Ecclesiarum suæ Diœcesis tam sæcularibus, quam Regularibus, & in casu transgressionis, procedant etiam contra Regulares, auctoritate ejusdem Sa-

Sacræ Congregationis, ad pœnam interdicti. Et ita decreverunt &c.

Die 13. *Martii* 1688.
A. Cardin. Cibo.
Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Secret.

Aliud decretum generale Sac. Rituum Congr. die 22. Apri- 30
lis, referente Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Columna Ponente, stetit in decisis *dic* 13. *Martii* 1688. & quoad Baldachina, non tantum illorum usum, verum etiam retentionem, tam in Presbyterio, quam extra in eodem decreto comprehendi declaravit, Et ad effectum, ut memoria pereat similis abusus, mandavit, ut injungatur Archiepiscopis Regni Neapolitani, quod hastas, gradus, suppedanea, & quæcumque alia signa Baldachini ab Ecclesiis suarum Diœcesium, tam sæcularium quam Regularium, removere faciant, & quoad Ecclesias Regularium procedant ad interdicta, & contra inobedientes ad Censuras auctoritate *Sac. Congr. eadem die* 22. *Aprilis* 1690. quod & confirmavit Sanctissimus eodem die, & anno 1690.

Hinc ead. Sacr. Congr. Rit. *in una Amerina sedilium* 16. 31
Martii 1697. confirmata 12. *Septemb.* 1699. mandavit aptandum esse locum Magistratui extra Presbyterium juxta designationem porrectam a Magistro Cæremoniarum, non obstante quod Magistratus reperiretur in possessione, & allegaret alte-
rius loci congrui deficientiam. Et Magistratum Laicum non 32
posse in Ecclesia habere retentionem, sive usum tapeti, aut stratus declaravit *dict. Sac. Congr. Rit. in Baren.* 2. *Septembris* 1690. in qua respondit *concedendum esse Magistratui Baren. scamnum, sive sedile lignorum sine suppedaneo, panno coopertum, tam in Ecclesia Cathedrali, quam in omnibus aliis Ecclesiis sæcularium, & Regularium extra Presbyterium*, quod decretum iterum probavit *in Apruntina* 6. *Octobr.* 1696. *in respons. ad* 8. in quam fuerunt proposita, & resoluta sequentia dubia.

1. An, & quotuplici ductu sit thurificandus D. Præses Re- 33
gius Provinciæ Aprutinæ, dum assistit Missæ Cantatæ, quæ solemniter celebratur?

2. An sit thurificandus eodem tempore, quo thurificatur Episcopus, & quatenus post, an ante, vel post Canonicos?

3. An eidem Præsidi dandum sit osculum Evangelii, & quatenus affirmative, an eodem tempore, quo Evangelium, osculandum datur Episcopo, & a quo sit dandum?

4. An eidem Præsidi sit dandum osculum pacis eodem tempore, quo datur Episcopo, & quo instrumento, atque an ante, vel post Canonicos?

5. An Domini Regii Auditores Regiæ Audientiæ Terami, possint, dum assistunt Officiis divinis, sedere in sedibus coramineis cum brachiorum appodiis, & habere stratum cum pulvinari, stante quod prius tempore, quo alia vice aderat in Civitate Tribunal Regiæ Audientiæ, sedebant in scamno ligneo nucis cum postergali, & suppedaneo, quod quidem scamnum adhuc extat in Ecclesia?

6. An Magistratui Terami debeatur thurificatio duplici, vel unico ductu, & a quo sit thurificandus?

7. An Episcopus possit concedere Magistratui inferiori, quod thurificetur duplici ductu contra formam Cæremonialis?

8. An possit Magistratus Terami habere, & tenere scamnum in Ecclesia cum postergali, suppedaneo, genuflexorio, & brachiorum appodio?

Quibus dubiis relatis Cong. Rit. respondit.

Ad 1. Duplici ductu.

Ad 2. Negative, quoad primam partem, & quoad secundam servetur Cæremoniale lib.1. cap.23. in fin.

Ad 3. Negative.

Ad 4. Post Episcopum dandum esse osculum pacis juxta Cæremoniale lib.5. cap.24.

Ad 5. Dilata, & videatur de solito.

Ad 6. Servetur solitum.

Ad 7. Negative.

Ad 8. Detur decretum in Baren. 2. Septemb. 1690.

Et in alia Camerinen. subortis inter Episcopum, & Magi- 34
stratum controversiis de associatione in solemnitatibus, de appositione stratus, de manuum lotione, de Gubernatoris Sede & accessu, *sub die* 21. *Februarii* 1699. mandavit servari sequentia.

I. Magistratus in solemnioribus festivitatibus a Cæremoniali præscriptis, absente Gubernatore, habita hora a Magistro Cæremoniarum, seu ab alio Ministro ad Palatium Episcopi usque ad Portam Cubiculi, quod dicitur Anticamera accedere debet, & Episcopum Cappa indutum ad Ecclesiam comitabitur, peractis functionibus ad Portam majorem ejusdem Palatii pariter comitabitur, & Episcopus monitus de adventu Magistratus statim ei obviam procedet, & ad Ecclesiam perget.

II. Præsente vero Gubernatore, obviam procedet Episcopo egredienti usque ad Portam Palatii ipsius Episcopi & in accessu ad Ecclesiam Gubernator erit ad sinistram Episcopi, & idem in recessu servabitur.

III. E conspectu Altaris SS. Sacramenti factis inter se debitis salutationibus, Episcopus ad genuflexorium strato, & pulvinari ornatum præces effundet, & hinc inde ad latera Canonici, Gubernator vero, & Magistratus ad consueta eorum Sedilia pergent, ibique genuflexi versus Altare Sanctissimi Sacramenti orabunt, & quando Episcopus ad Chorum perget, stantes ipsum transeuntem salutabunt, & idem ordo servandus erit, etiam absente Gubernatore.

IV. Si vero Episcopus ad Ecclesiam per parvam Portam perget, Magistratus ad eamdem Portam accedere, & comitare debebit.

V. Magistratus non debet genuflectere supra panniculum, quod omnino prohibuit Sac. Congregat. die 9. Novembris 1669.

VI. Nulla Canonicorum assistentia debetur Episcopo, quando ad Ecclesiam accedit, & per eam incedit, dum est cappa indutus, secus vero quando est cum paramentis Sacris, & tunc Gubernator, & Magistratus erunt post Episcopum.

VII. Gubernator genuflectere non debet in eodem genuflexorio insimul cum Episcopo, quando est cum cappa indutus.

VIII. Magistratus prout in Cæremoniali, tum absente, tum præsente Gubernatore, in lotione manuum inservire valeat.

IX. Quando Episcopus Conciones audit, nulla Canonicorum assistentia ei debetur, & tunc Gubernator sedere debet prope Episcopum, extra tamen Baldachinum in Sede Camerali consimili in æquali linea, eo modo quo sedere solent Episcopi non Cardinales, & neutra sedes sit coloris rubei.

X. Accedente Gubernatore in habitu ad Ecclesiam, aliquis Ecclesiæ Minister Cotta indutus porriget eidem aquam benedictam manu, absente tamen Episcopo.

Quæ decreta cum fuissent per modum concordiæ proposita 35
ab Eminentissimis DD. Cardinalibus Carpineo & Petruccio ad hunc effectum Deputatis, & partes noluissent acquiescere; reproposita causa *sub die* 19. *Aprilis* 1698. *Sac. Congregatio* declaravit, esse omnino servanda, & adhuc partibus reclamantibus *sub die* 21. *Febr.* 1699. stetit in decretis, & silentium imposuit.

Qualis honor debeatur Prælato, Præsidi Provinciæ, decla- 36
ravit *Sac. Congreg. Rit. in Maceraten.* 5. *Augusti* 1662. modo sequenti.

I. Gubernatori Maceraten. Præsidi Provinciæ, non habenti facultatem Legati de Latere non competere. Sedem sub Baldachino, sed sine solio supra scamnum Magistratus, nempe cameralem decentem, & disjunctam a scamno Magistratus, eidemque unico gradu, vulgo prædella tapete obducto, nedum Divinis juxta Presbyterium, sed etiam alibi concionibus audiendis, pariter supra scamnum Magistratus perpetuo detinendam.

II. Episcopum tamen Præside prædicto præsente nullibi Diœcesis debere a Benedictionibus populi tum privatis, tum solemnibus abstinere, sed neque ullum humanitatis actum antequam benedicat erga Gubernatorem Præsidem exhibere.

III. Nullam deberi præcedentiam Gubernatori Præsidi Provinciæ supra Episcopum etiam extra Diœcesim degentem, quamvis Præses in sua Provincia existat.

IV. Episcopum non debere obviam ire Gubernatori Præsidi Provinciæ advenienti ad Cathedralem, neque illum ab ea discedentem associare.

V. Gubernatorem, seu Præsidem prædictum teneri accedere ad Episcopum, ut ab eo accipiat candelam, & Palmam

mam benedictam, etiam cum osculo manus Episcopi; idemque servandum in distributione cinerum, numquam tamen teneri Episcopo genuflectere.

VI. Canonicos teneri præstare Gubernatori Civitatis Præsidi Provinciæ consueta obsequia, quapropter saltem per duos Canonicos idem excipiatur, & ad Portam Ecclesiæ in discessu associetur.

VII. Magistratum teneri præstare Episcopo & Cathedrali Ecclesiæ consueta obsequia, tum præsente, tum absente Gubernatore, & quatenus renuat compelli posse. At si Magistratus sponte velit ad Cathedralem accedere, & divinis inibi juxta solitum interesse, aut antequam de ejus contumacia per actus positivos Episcopo non constet, nulla ei vis inferatur, vel in eum Episcopus nullum coactionis remedium exequi permittat.

VIII. Ad supplendum Magistratui absenti in lotione manuum Episcopi, posse subrogari alios nobiles viros, quibus tamen locus in Scamno Magistratus minime assignetur, sed qualibet vice in ipso solemnitatis peragendæ actu seligendos, & vocandos, & quoad fieri potest variandos nulla tamen prævia in scriptis eorum deputatione.

IX. Præterea eadem Sac. Congreg. declaravit, Gubernatorem Præsidem Provinciæ non Episcopum, non posse sumere paramenta de Altari, ex quo id vetitum sit Prælatis Episcopis inferioribus, etiam usu Pontificalium gaudentibus, præterquam in Missis Pontificalibus.

Quod Decretum habuisse apud se authenticum testatur Monacelli *par.2. tit. 13. form.2. num.13.* a quo referuntur etiam alia adducta *a num. 29.*

37 Dedicationis Ecclesiæ festum potest ab Episcopo ex justa causa transferri in alium diem magis congruum ad evitandam concurrentiam aliorum officiorum; Speculat. *conf.4. p.3. rubr. 52.* Monacell. *par. 1. tit.6. formul.10. numer. 29. & part. 2. tit.13. formul.2. sub n. 17. Sacr. Congreg. Episcop.* in responsion. ad primum dubium propositum a Suffraganeo Brixinen. *sub die 4. Febr. 1585.* præcisis his verbis: *Episcopus ex justa*

38 *causa potest transferre Dedicationis Ecclesiæ Festum in alium diem magis congruum.* Sanctis antiqui Testamenti possunt dedicari Ecclesiæ. Cum enim aperitioni Ecclesiolæ in honorem Sancti Job in Civitate Albani impedimenta opposuisset Suffraganeus ejusdem Civitatis; proposita causa in *Sac. Rit. Congregatione die 22. Junii* 1680. prodiit rescriptum: *Removenda esse impedimenta.* Cumque tali resolutioni non acquiesceret idem Suffraganeus, reproposita causa *die 31. Augusti ejusdem anni*, rescriptum fuit: *In decisis, & amplius causa non proponatur*; Ursaja *Institut. Criminal. lib. 4. titul.10. numer. 65. & sequent.*

39 Musica est de jure permissa in Ecclesia, textu expresso *in Extravagant. Docta, de vita, & honest. Cleric.* & multis ad-

40 ductis tradit Pignatell. *tom. 3. consult. 41. per tot.* Episcopus potest prohibere, quod in Ecclesia non canantur in Musica, nisi verba Sacra, Devota, Ecclesiastica, prout jussit Alexander VII. in sua Constitutione publicata 23. *Aprilis* 1657. & in-

41 novavit Innocentius XII. 20. *Augusti* 1692. Episcopus vigore Decreti Concilii Tridentini *cap.8. sess.22. de celebrat. Miss.* potest prohibere, non obstante quacumque contraria consuetudine, ne in Ecclesiis, & Oratoriis publicis canatur Musica lingua vernacula, quantumvis cantiunculæ & verba spiritualia sint *Sacr. Congreg. Rit. in Hispalen. 3. Septemb. 1695. & 24.*

42 *Novembr. 1696. referente Eminentissimo Colloredo.* Episcopus non potest prohibere Musicis, neque Officialibus Ecclesiarum, quod Musicam non canant nisi vocato Magistro Capellæ Cathedralis; *Sac. Congreg. Episcop. & Regul. 11. Martii* 1648. & in *Aquilana 2. Decembr. 1695. referente Emineni-*

43 *tiss. Cardinali Petruccio.* Est decretum generale S. C. esse tolerandam Musicam in Ecclesia exteriori Monialium præsertim in quibusdam Festis principalibus, ubi est talis consuetudo; ubi non adest, non esse de novo concedendam; *Sac. Cong. Episc. in Neapolit. 10. Novem.* 1582. apud Nicol. in Flosc. *verb. Musica num.8.*

44 Propter Ecclesiæ reverentiam possunt expelli Artifices prope illam obstrepentes, ac personæ infames, & sordidæ ejus divina officia perturbantes; *arg. cap. Pridem 7. caus.18. q.2.*, & sic censuit *Sac. Congreg. Episc.*, *& Regul. in Interamnensi 21. Martii* 1589. nimirum quod in nulla Domo Ecclesiæ contigua habitare debeant caupones, hospitio recipientes, gladiatores, comœdi, similesve personæ. Et de Meretrice habitante apud, vel prope Ecclesiam, vel Monasterium Monialium, quod possit expelli indistincte. & absolute probat textus *in Authent. de Lanon. §. Quosdam vero*, ibi: *Et quod deterius est juxta sacratissima loca, & venerabiles domos sunt tales habitationes, & in leg.4. Cod. de spectac. publ. lib.11., & resolut. pluries Sac. Congreg. Episcop.* etiamsi habitet in viis, quæ ducunt ad Ecclesiam, ut *in Maceraten.22. April. 1603. & in Tudertina 16. Septembris 1598. in S. Severini 19. Augusti 1604.* præcipue prope Conventus Regul. *ut in Marsicensi 14. Junii* 1588. *in Viterbiensi 6. Septembris* 1593. vel juxta Monasteria Monialium, ut *in Interamnens. 6. Martii* 1618. Hinc stabulum prope Ecclesiam construi prohibetur, *l. Basi-* 45
licam 21. Cod. de oper. publ. quia ratione fœtoris, strepitus equorum, aliorumque animalium, & irreverentiæ Divinus cultus detrimentum pateretur *leg. Ædiles in fin. ff. de via publ. l.2. §. idem ait si odore* cum Gloss. *ff. ne quid in loc. public.*, & firmat Capella, quem sequitur Sperell. *decis.55. num.59.* Rot. *part. 18. tom.2. recent. decis. 819., & 820. utrobique num.1.,* *& 2.* Unde competit Ecclesiæ privilegium removendi stabu- 46
lum, aliave loca sordida, tam ratione fœtoris, quam indecentiæ propter sordes, ac immunditias, quas arceri oportet a limitibus sacrarum ædium, *Leg. Si quando, §. fin. ff. si servit. vind. c. l. Fistulam in princip. ff. de servit. Urban.* Et præcipue, si supra stabulum sit etiam ædificatum fœnile, quod sit contigu- 47
um, vel annexum Ecclesiæ, vel Monasterio, est removendum ob irreparabile præjudicium, ac periculum futuri incendii, adeo ut ne illo quidem casu admitti possit cautio de damno infecto; sic expresse Pignatell. *tom. 4. consult. 77.* ubi late, & egregie *per tot.*

Pro complemento datur hic Epistola Encyclica ad universos 48
Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Italiæ, Insularumque adjacentium Ordinarios jussu Summi Pontificis Clementis XI. conscripta, qua illis veneratio, ac reverentia Ecclesiis debita impensissime commendatur.

Premendo alla Santità di Nostro Signore di soddisfare alle parti del suo Apostolico Ministerio, con andare estirpando, per quanto è possibile, dal Popolo Cristiano le offese, che si fanno al Signore Dio, e quelle particolarmente, che cagionando pubblico scandalo, portano più irreparabile rovina spirituale alle anime, e provocano maggiormente l'ira Divina sopra di noi, ha posto l'occhio fino dal principio del suo Pontificato in primo luogo sopra l'abuso ormai troppo universale del poco rispetto, che si usa nelle Chiese, le quali, dovendo esser Case di Orazione, pajono per la irreligiosità di molti mali Cristiani quasi ridotte a Case di liberta, e di peccati.

Mi ha però comandato espressamente la Santità Sua d'incaricare a suo nome a V.S. siccome a tutti gli altri Ordinarj d'Italia, e dell'Isole adjacenti, che con ogni studio, e diligenza procurino di porgere rimedio all'inconveniente predetto, e di restituire alla Casa di Dio la riverenza, ed il rispetto, che l'è dovuto. Ed a tal'effetto la Santità Sua rinovando con la presente tutte le disposizioni de' Sagri Canoni, Costituzioni, e Decreti Apostolici altre volte fatti, e promulgati da' Sommi Pontefici suoi Predecessori intorno all'istessa materia, vuole, che V.S.

I. Per mezzo di Prediche, e Sermoni, o con Editti, e Lettere Circolari istruisca, e faccia ben ponderare a' suoi Popoli, quanto dispiaccia alla Maestà di Dio l'irriverenza nelle Chiese, insinuando le minaccie della Sagra Scrittura, ed i castighi pubblici, come di Peste, Fame, Guerra, Terremoti, e simili, che per comune sentimento de' Santi suole Dio specialmente mandare per vendicare gli affronti, che i mali Cristiani vanno a fargli nella sua propria Casa. *Quoniam ultio Domini est ultio Templi sui.* In segno di che, come notano i medesimi Santi, non si trova che Cristo nostro Signore castigasse colle sue proprie mani altro peccato, che questo, mentre con i flagelli scacciò i Profanatori del Tempio.

II. Prescriva alli Confessori, che ammoniscano seriamente sopra di ciò li Penitenti.

III. Faccia specialmente avvertire le Donne, che vengano alle Chiese colla dovota modestia, ed umiltà; non con pompe, gale, vanità, ed ornamenti indecenti, nè con alterigia, e fatto più confacevole ai luoghi diliberta, e di feste profane, che al Santuario di Dio, ricordandosi, che alla Chiesa deve andarsi per placare l'ira Divina, non per irritarla, e non per commertere, e cagionare nuovi peccati, ma per cancellare i commessi: Non potendosi udire senza orrore, che a cagione dell'immodestia feminile si siano in alcuni luoghi le cose ridotte a segno, che in vece di andare alle Chiese per trovarvi la divozione, convenga tal' ora fuggirne per non la perdere.

IV. Dove potrà farsi comodamente, si destini, ed assegni agli Uomini luogo distinto e separato da quello delle Donne, nè si permetta, che gli uni si fermino, e stiano in quello delle altre di maniera, che resti tolta tra di loro ogni indecente communicazione.

V. Insista onninamente, che nelle Chiese non si facciano colloqui profani, circoli, o strepiti, si trattino negozj, e molto meno si amoregi. Riprendendo con santo zelo i trasgressori, e castigandoli severamente con implorare anche in caso di bisogno l'ajuto del Braccio secolare.

VI. Specialmente invigili, che al Santo Sagrifico della Messa assistano tutti coll'attenzione, e religiosità, che conviene ad un mistero sì venerabile, e mostrino anche esternamente di starvi presenti non pure col corpo, ma eziandio colla mente, e con divoto affetto del cuore.

VII. Ordini altresì agli Ecclesiastici, che nella Divozione, modestia, e decoro in celebrare i Divini Uffizj ed esercitare le altre Sagre Funzioni si portino in guisa, che non abbiano a soggiacere alla maledizione intimata da Dio a chi fa l'opera sua negligente, e si tolga alli secolari ogni occasione di scandalo, e di mal esempio.

VIII. Proveda parimente, che la stessa modestia, e divozione si osservi dal Clero, e dal popolo nelle Processioni Ecclesiatiche, le quali essendo istituite per implorare grazie, e misericordie dal Signore, e per ringraziamento de' Benefizj da sua Divina Maestà ricevuti, devono essere accompagnati non da discorsi vani e portamenti indecenti, che pur troppo si vedono, come se si andasse a diporto, ma da orazioni, ed altri atti di Cristiana divozione, che possono essere graditi dal Signor Iddio, secondo l'intenzione di S. Chiesa.

IX. Molto più si faccia ciò osservare quando nelle dette processioni si porta il Santissimo Sacramento, o nelle Feste solenni, o il Santo Viatico a gli Infermi. Nella quale occasione sarà molto lodevole, che per quanto potrà, procuri d' introdurre nella sua Diocesi l'osservanza delle Regole, ed Istituzioni sopra di ciò promulgate in quest'alma Città di Roma l'anno 1695. per ordine della Santa memoria di Innocenzo Papa XII. eccitando li Fedeli a rendere in quella sagra Azione ogni più divoto Ossequio al Venerabilissimo Sagramento dell' Altare, anche per conseguire li tesori spirituali delle sante Indulgenze a tal'effetto concedute da' Sommi Pontefici, e specialmente dalla santa memoria di Papa Innocenzo XI., e susseguentemente dall'istesso Innocenzo XII.

X. Procuri, che le Feste, e solennità sì celebrino con modestia e divozione, e senza spettacoli, conviti sinoderati, e profanità vietate da i Sagri Canoni, e che nelle Musiche si osservi il decoro Ecclesiastico, senza mescolanza di parole non usate dalla Chiesa. In tali solennità, ancorchè maggiori, li Divini Uffizj, e Messe cantate si celebrino secondo gli approvati Sagri Riti, ed all'ore prescritte dalle Rubriche, in modo, che le Messe cantate non si prolunghino più che al mezzo giorno, ed i Vesperi, e le Compiete, oltre il tramontar del Sole: Avvertendo, che alle 24. ore terminati siano tutti i Divini Ufizj, ed ogni altra sagra Funzione, e nella medesima ora siano serrate tutte le Chiese; E questa regola debba anco esattamente praticarsi nelle vestizioni, e velazioni delle Monache.

XI. In caso di trasgressione circa le predette cose minacci con pubblici Editti, o in altre maniere, che stimerà più proprie, gravi pene, ed anco di proibire le sopradette Funzioni, e Feste, e di sottopporre in caso di bisogno all'Interdetto Ecclesiastico le medesime Chiese.

XII. Proibisca onninamente, e sotto gravi pene alli Poveri, ed alli Mendicanti l'andar cercando limosina per le Chiese, nascendo da ciò un gran disturbo alli Divini Ufficj, ed alle Orazioni de' Fedeli.

XIII. Ordini alli Parrochi invigilare e correggere li Delinquenti circa tutte le cose suddette, e bisognando il denunciarli al suo Tribunale, e castighi li stessi Parochi, quando in ciò manchino.

XIV. Intimi la medesima vigilanza, ed attenzione alli Superiori Regolari per le Chiese loro, ed in caso di controvenzione, o negligenza, oltre gli altri rimedj, prescritti da' Sacri Canoni, ne dia parte a questa Sagra Congregazione, che punirà i medesimi Superiori, anco con la privazione de' loro Ufficj, ed altre pene più gravi.

Confida la Santità di Nostro Signore, che basterà questo semplice eccitamento al zelo di V. S. per animarla a compire esattamente in questa parte al suo debito Pastorale, per non essere incolpata al Tribunale di Dio di aver taciuto, quando conveniva alzar la voce, e la mano contra i Profanatori del Santuario, e che però farrà ella per impiegare ogni studio a fine di provvedere ad un disordine sì scandaloso, che in realtà ferisce il Paterno cuore della Santità sua, la quale è risoluta di fare quanto è possibile dal canto suo, acciocchè si tolga questa abominazione dal luogo Sacro, e che la nostra Italia, in cui risiede il Capo visibile della Chiesa, ed è posta, come sotto i suoi occhi, possa anco in questa materia del rispetto alle Chiese servire di esempio a tutte l'altre Nazioni del Cristianesimo, ed in tal maniera preservasi da quei flagelli, che per castigo delle nostre colpe pur troppo ci vengono presentemente minacciati dalla Divina Giustizia.

Roma 26. Luglio 1701.

G. Cardinal di Carpenga Prefetto.

G. D. Paracciani Profegretario.

Ludi theatrales etiam prætextu consuetudinis in Ecclesiis, 49
vel per Clericos fieri non debent; *Cap. Cum decorem 12. de vita, & honestate Clericorum*, Conc. Toletan. 22. *cap.19.*

Nec in Ecclesiis fieri possunt Repræsentationes, seu Comœ- 50
diæ quæcunque illæ sint, profanæ, vel Sacræ, & permittentes puniendi sunt. Sic expresse cit. Conc. Toletan. 22. *cap.19.* & concordat *cit. cap. Cum decorem.* Et tenent Marian. *de Specul. cap.7.* Zerola *in Prax. Episcop. part.1. verb. Repræsentationes*, & alii citati, & secuti ab Ursaya *Institut. Criminal. lib.3. tit.4. num.29.* Nicolius *Lucubrat. Canonic. lib. 3. tit. 1. num.27.* Monacell. *tom.4. supplem. ad tom.2. numer.207.*, & alii passim.

An autem in Ecclesiis fieri possint Repræsentationes devo- 51
tæ, rerum piarum, puta solemnitatum Mysteriorum Fidei, Passionis Domini, Vitæ alicujus Sancti, &c.? Affirmant Barbosa *in Cap. Cum decorem num.6.* Bellet. *disquisit. Cleric. part. 1. §.23. num.10.* Cohell. *ad Bull. bon. reg. cap.40. numer. 8.*, Ursaya *loc. cit. num. 29.* per text. *in cit. Concil. Toletano 22. cap.19.*, ibi: *Per hoc tamen honestas Repræsentationes, & devotas, quæ populum ad devotionem movent, tam in præfatis diebus, quam in aliis non intendimus prohibere.* Sicque tales Repræsentationes, dicunt ipsi, conducunt homines potius ad compunctionem, quam ad lasciviam, seu voluptatem. Negant autem Monacell. *loc. cit. num.207.* Romaguer. *ad Synod. Gerund. lib.3. tit.14. cap. 8. num.9.* Nicolius *loc. cit. num.27. verb. Amplia*, ubi sic expresse habet: Amplia, ut neque piæ Repræsentationes, puta passionis Domini, vel Sanctorum, permittendæ sint in Ecclesiis. Unde Sacra Congreg. similes licentias concedere solet cum infrascriptis conditionibus. I. Quod fiant extra Ecclesiam. II. A Sacerdotibus, vel Clericis, aut aliis piis Viris. III. De die, non de nocte. IV. Opus autem revisum, & approbatum fuerit ab Ordinario, qui non permittat ibi Apocrypha misceri. V. Totumque fiat sine scandalo, & cum ædificatione populorum. *Sacra Congreg. in Reatina 20. Januarii 1579. in Nolana 28. Aprilis, in Assisiensi 18. Martii 1603.* Quare, cum scandala timentur, debent prohiberi. *Sacr. Congreg. in Viterbiensi 3. Aprilis 1582.* Et nullibi fieri sine licentia Episcopi. *Sacra Congregatio Concilii in una Bracharen.* Hactenus ille. Unde ad conciliandas prædictas opiniones concludendum est, quod Repræsentatio- 52
nes piæ, ac devotæ possint quidem fieri in Ecclesiis, sed cum licentia, & approbatione Episcopi. Secus autem, non.

Novæ Additiones ex aliena manu.

AGERE hic non esset incongruum de Juribus Honorificis, 1
quæ in Ecclesia Laicis præstari solent. At longiores sane essemus, quam patiuntur limites additionum. Satis sit indicare qui de ipsis dixerunt Auctores.

Vide itaque *Franciscum de Roye de Juribus Honorificis in Ec-* 2
clesia. Clausit Auctor hic totam tractationem duobus libris. Primi libri tredecim sunt capita. Caput primum ita conceptum est: *Quid sit honor, in quibus consistat. Quid sint jura honorifica. Eorum divisio. Methodus istius tractatus.* Cap. II. *In quibus Locis reddantur illi Honores.* Cap. III. *Aquibus præstentur illi honores. An Laicis deberi possint.* Cap. IV. *Honor*

præsentationis, & alimentorum ex bonis Ecclesiæ. Cap.V. *Honor Thuris aut suffitus*. Cap.VI. *Honor precum*. Cap.VII. *Honor processionis*. Cap.VIII. *Honor Litteræ*. Cap.IX. *Honor sepulturæ*. Cap.X. *Honor Sedis*, Cap.XI. *De Ordine Sedilium, & quis ea disponant*. Cap.XII. *Honor panis benedicti*. Cap. XIII. *Osculum Pacis, & Aqua benedicta*. Quindecim vero sunt capita secundi libri, Cap.I. *Ex quibus rat onibus aut principiis Honores in Ecclesia deferuntur: Quædam Catholica ad hunc tractatum*. Cap.II. *Principibus omnes illi Honores debentur*, Cap.III. *Fundatoribus debentur omnes illi Honores*, Cap. IV. *De Senioribus Locorum, qui omnimodam jurisdictionem habent, & in ea positam Ecclesiam. Quinam iis Honores in ea debeantur*. Cap.V. *De iis Senioribus, qui mediam habent justitiam*, Cap. VI. *De iis, qui bassam seu inferiorem justitiam habent, & finem in quo constructa sit Ecclesia*. Cap. VII. *De Benefactoribus*. Cap.VIII. *De Magistratibus Regis ejus Territorii, in quo posita sit Ecclesia*. Cap.IX. *De Nobilibus, qui manent in eadem Parœcia*. Cap.X. *An simplices Nobiles in iis honoribus Ecclesiæ præferantur Judicibus Seniorum Parœciæ*. Cap.XI. *De Plebeis, qui vel juspatronatus vel Senioratum, vel aliquod Feudum habent*. Cap. XII. *De Successoribus*. Cap. XIII. *An singularis successor possit tollere Authorum suorum listras, & suas reponere*. Cap.XIV. *De Mulieribus*, Cap.XV. *Ubi, & quomodo de iis honoribus agendum*.

3 Confert itidem *Hericourt in Legibus Ecclesiasticis suo ordini restitutis part.3. cap.9. per tot.* tum, & maxime *Rousseaud de la Combe in sua jurisprudentia Canonica verb. Jura Honorifica*. Quod si specialem de juribus Honorificis Patronorum desideres tractatum, adi *Michaelem de Perroy de Juribus Honorificis tum utilibus Patronorum*.

EDICTA LAICALIA. Vid. verb. *Frumentum*, & verb. *Lex art.3. n.14. ad 73.*

EDUCANDÆ.

Additio ex Auctore.

1 EDucandarum puellarum admissio in Monasterium fieri nequit sine Apostolica licentia, & Ordinariorum examine. Benedictum XIV. tom. 2. Constitut. 26. incip. *Per binas*.

2 Pro Matrimonio, & sepultura educandarum; vide verb. *Matrimonium art.2.n.115. ad 121.*

3 Alia ad rem; vide verb. *Monialis art. 1. numer. primo ad 63.*

EJICERE, EJECTI A RELIGIONE.

1 REligiosi professi vere incorrigibiles possunt servatis servandis licite ejici a Religione *Cap. Impudicos 11., & Cap. Si quis sacro 17. caus. 27. quæst. 1. Cap. Cum in Ecclesiis 10. de majorit., & obed. Cap. Cum non ab homine 10. de judiciis; Cap. Ne religiosi 24. de Regularibus; Cap. Cum ad Monasterium 6., & Cap. Ea quæ 8. de statu Monachorum, Cap. Relatum 7. Ne Clerici, vel Monachi, Cap. Ut formæ 35., & Cap. Contingit 45. de sentent. excommuic.* Et habetur expresse in Decretis de Apostatis, & Ejectis a Sacra Congreg. Conc. jussu Urbani VIII. editis, & de mandato Innoc. XII. moderatis, & innovatis, quæ cum sint regula, & norma observanda circa ipsos incorrigibiles ejiciendos, & ejectos, hic ad litteram subnectuntur.

2

Decreta Sacræ Congregationis Concilii Urbani VIII. jussu edita de Regularibus Apostatis, & Ejectis.

Sacra Congreg. Cardinalium Concilii Trident. interpretum Regularium Ejectorum, & fugitivorum statui consulere, illorumque scandala summovere, & succrescentem numerum frangere operæ pretium existimans, auditis Religionum Superioribus, reque diligentissime perpensa, communicato etiam consilio cum S. D. N. Urbano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis suæ facultate; infrascripta decreta edidit.

§. 1. Ac primo, ut infecta semina, e quibus pravi ejusmodi fructus potissimum prodeunt, deinceps ne serantur in vinea Domini, censuit esse innovandas, & Sanctissimi auctoritate innovat Constitutiones, & Decreta generalis san. mem. Clementis VIII. ad Regularium reformationem, ac Novitiorum receptionem, professionem, atque institutionem spectantia; Districteque precipit Generalibus, atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, ut illa exacte observent, atque ut observentur efficiant, sub pœnis statutis in iisdem Constitutionibus; A quibus tamen excipiendum censuit caput illud, quo decernitur, ne in Conventibus, seu Monasteriis ad Novitios recipiendos hactenus designatis, & approbatis, seu in posterum designandis, & approbandis Novitii ad habitum ullatenus recipi possint, nisi prius a Congreg. Reformationis Apostolicæ, vel a propriis locorum Ordinariis expresse, & nominatim approbati fuerint, a cujus quidem Decreti observatione Sacra Congreg. justis de causis censuit Regulares esse absolvendos, prout auctoritate Sanctissimi Domini Nostri absolvit, atque exemit.

§. 2. Deinde ut apostatandi opportunitas Regularibus præripiatur, statuit, ut de cetero nullus permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi prius Superiori legitime constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petit, tumque Regularis recta se transferat ad arctiorem; quod ut re ipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac diligentia invigilet.

§. 3. Rursus statuit, ut fugitivi, & apostatæ sive habitum Regularem deferant, sive non, possint, ac debeant ab Episcopo loci, ubi moram trahunt, in carceres conjici, ac Superioribus consignari secundum Regularia instituta, puniendi, utque ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere ut apprehendantur, salva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa ex Decreto Concilii *cap.3. sess.6.* Quod si apostatæ hujusmodi, citra montes infra quatuor, ultra montes vero infra octo menses a præsentis Decreti publicatione inchoandos, sua sponte, ad suam quisque Religionem redierit, tunc pœnarum omnium ipsis propter apostasiam inflictarum, aut infligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur; ita tamen, ut debeant a Superiore absolutionem humiliter petere, & coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri; Superior vero e contra benigne illos teneatur excipere, ab hujusmodi pœnis absolvere, & paterna charitate complecti.

§. 4. Ad hæc, ut in posterum e Religionibus nullus legitime professus ejici possit nisi sit vere incorrigibilis; vere autem incorrigibilis minime censeatur nisi non solum concurrant ea omnia, quæ ad hoc ex juris communis dispositione requiruntur, subjatis hac in parte statutis, & constitutionibus cujusque Religionis, & Ordinis etiam a Sede Apostolica approbatis, & confirmatis; verum etiam, unius anni spatio, in jejunio, & pœnitentia probetur in carceribus, proindeque unaquæque Religio privatos habeat carceres in qualibet saltem Provincia; Elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo indurato in sua pervicacia perseveraverit, ne contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac membrum putre, ejici tandem possit, sed ab ipsomet Generali tantum de consilio, & assensu sex Patrum ex gravioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus generalibus; tumque non nisi instructo secundum eorum stylum, & constitutiones processu, & plene probatis causis expulsionis ad Sacrorum Canonum præscriptum; Interea tamen usque ad primum Generale Capitulum, seu Congregationem proxime celebrandam, si quempiam ex justis, & necessariis causis expellere oportebit, ejectio fieri possit a Generali cum consilio, & assensu sex Patrum ut supra, quos idemmet Generalis eligere debeat infra quatuor menses a præsentis Decreti publicatione; servata tamen in reliquis forma superius præscripta; Sic vero ejecti, quamdiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarii loci jurisdictioni, & obedientiæ subsint; proindeque Generalis illico expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur, Cæterum Sacra Congregat. Religionum Superiores serio admonet, ac per Jesu Christi viscera obtestatur, ut memores paternæ Charitatis, & mansuetudinis quam profitentur, nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas Fratrum suorum fere in profundum malorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur; idque eo magis, quod subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officii immemorum Prælatorum regimine peribunt, D. N. J. Christus in supremo Dei judicio de eorundem Prælatorum manibus sit requisiturus.

§. 5. Præterea statuit, ut iidem Superiores nemini ex Religiosis

gliosis expulsis litteras testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam rejicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.

§. 6. Item ut ejecti extra Religionem degentes sint perpetuo suspensi ad exercitio Ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut modetandi.

§. 7. Ac postremo censuit esse innovandam, & suæ Beatitudinis auctoritate innovat Constitut. sel. record. Gregorii IX. relatam in cap. fin. extr. de reg. Ac propterea declarat, eam Constitut. in iis quoque vindicare sibi locum, servanto, expulsi fuerint, dummodo tamen in expulsis hujusmodi subsit spes evidens emendationis, ex litteris saltem testimonialibus Ordinarii, cujus conscientiam in his litteris concedendis Sacra Congreg. serio oneravit.

§. 8. Ne qua vero difficultas in suprascriptis decretis, & ordinationibus exequendis suboriatur, Sacra Congregat. S.D. N. annuente atque approbante, universis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis Superioribus quorumcumque Ordinum, vel Congregat. Monasteriorum, Conventum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium, ubique locorum existentium injungit, serioque mandat, ut illa diligenter observent, atque observari procurent in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis, Collegiis, ac Domibus quorumcumque Monachorum, ac Regularium ubique locorum existentibus, efficiantque, ut tam decreta supradicta fel. record. Clementis VIII. quam præsentes ordinationes in singulis ejusmodi locis, bis saltem in anno legantur in publica mensa.

§. 9. Si quis vero ipsorum adversus ea, quæ superius præscripta sunt, vel eorum aliquid quoque modo facere, vel moliri præsumpserit, ipso facto pœnam incurrat privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis, ad illa in posterum obtinenenda, pœnaque hujusmodi sit Sanctitati suæ, ac Sedi Apostolicæ reservata, iisdem Superioribus etiam Generalibus, & Protectoribus illam moderandi, seu relaxandi potestate penitus interdicta, & nihilominus sit irritum, & inane quidquid secus a quoquam actum extiterit.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum atque Ordinum tam Mendicantium quam non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conventuum, Domorum, ac Locorum Regularium quorumcumque, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, indultis, & privilegiis etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine fundationis concessis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, quibus, quoad ea quæ supradictis quomodolibet adversantur, illis alias in suo robore, permansuris specialiter, & expresse Sanctitatis suæ auctoritate derogat, ceteriisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ die 21. Septembris 1624.

Cosmus Cardinal. de Torres.

Prosper Fagnanus Sacræ Congregat. Secr.

3 Decretum ejusdem Sacræ Congregationis Innocent. XII. jussu editum moderatorium, & Incorrigibilium respective innovatorium.

Instantibus Procuratoribus Generalibus Religiosorum Ordinum pro moderatione Decretorum de Apostatis, & ejectis editorum a Sacra Congregatione Concil., & Sanctæ memor. Urbano Papa VIII. anno 1624. confirmatorum, ut facilior modus incorrigibiles ejiciendi præscribatur, Sacra Congregatio a Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Papa XII. super præmissis particulariter deputata, Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium Carpinei, Casanate, Mariscotti, Norfolcia, de Lauræa, de Agirre, & Colloredi, perpensis eorundem Procuratorum Generalium votis, ne consortio morbidarum pecudum cæteræ corrumpantur, & remedia hucusque ad sanitatem oblata male affectis officiant magis quam prosint, maturo examine, zelo regularis disciplinæ conservandæ censuit, statuit, & auctoritate ejusdem Sanctissimi Domini Nostri sibi specialiter attributa, hæc in posterum servanda decrevit.

1. Quod firmis, ac in suo robore semper manentibus prædictis decretis de Apostatis, etiam secundum eam partem, ubi agitur de ejectis, & ejiciendis, tamquam Sacris Canonibus, & communiori SS. Patrum menti conformibus quoad ejectos, eadem serventur, quæ in alio simili decreto hac præsenti die emanato de Apostatis, & Fugitivis statuta sunt, & indulta; Quodque ad præscriptam legem sanctæ mem. Gregor. IX. in cap. final. de reg. annuatim fugitivi requirantur, & respective cogantur ad claustra reverti.

2. Quod annus integer, qui in prædictis Decretis anni 1624. præscribitur in pœnitentia, & jejunio ad ejiciendos incorrigibiles, ad sex tantum menses continuos in posterum coarctetur, & restringatur.

3. Quod facultas Generalibus Ordinum de consilio, & assensu sex ex gravioribus Religiosis in singulis Capitulis, & Congregat. Generalibus ad causas ejiciendorum eligendis attributa, extendatur etiam ad quoscumque Provinciales, qui electis pariter in Congregationibus Provincialibus sex gravioribus de Propria provincia Religiosis a Generali confirmandis de illorum consilio, & assensu causas hujusmodi cognoscant, & ad effectum ejiciendi incorrigibiles suæ Provinciæ, & ejectionem pronunciandi, accedente approbatione Generalis definiant, salva semper Sanctæ Sedis, & Sacræ Congreg. Concil. in causa recursus, & appellationis auctoritate.

4. Quod in posterum processus conficiatur juxta Regulas, Constitutiones, ordinationes, & Stylum cujusque Ordinis, & Religionis, donec aliter fuerit a Sacr. Congregatione provisum.

5. At quia nimia sine delectu facilitas recipiendi quoscunque Religionis ingressum petentes, & a Religione forsan alienos, duram satis tractu temporis necessitatem parit eosdem e Claustris ejiciendi, ne hujusmodi semina, quæ a principio ad fructum faciendum cadunt in terram bonam, paulatim contaminata inordinatis moribus usque ad incorrigibilitatem succrescant in paleas, eadem Sacr. Congreg. annuente Sanctissimo D. nostro sub interminatione Divini judicii, nec non privationis vocis activæ, & passivæ, ac dignitatum, & officiorum obtentorum cum inhabilitate ad eadem in posterum obtinenda, quibuscumque prædictorum Ordinum Superioribus districte præcipit, & mandat omnia, & singula Decreta san. mem. Clementis VIII. registrata post Decretum san. mem. Urbani VIII. de Apostatis, & ejectis incipien. *Regularis, Sanctissimus, & Nullus*, una cum aliis subsequentibus Decretis, provisionibus, & respective moderationibus bis in anno legi, eadem ad unguem servari, pœnas in eisdem contentas innovari, & Capitibus Ordinum intimari, ne hujusmodi Decretorum transgressores, qui in lege gloriantur, per prævaricationem legis Deum inhonorent, & ne militiæ Christi adscripti tam de facili fiant desertores, ac profugi.

Datum Romæ die 24. Julii 1694.

C. Card. Mariscottus Pro-Præfectus.

4 Ex quibus Decretis colligitur quinque prærequiri ad expulsionem Incorrigibilis. Primum est recidivatio expellendi in grave crimen. Secundum est monitio, seu pœna reiterata Reo incussa ad ejus correctionem. Tertium est processus institutus juxta Ordinum constitutiones in ordine ad expulsionem. Quartum est formalis carceratio expellendi in jejunio & pœnitentia. 5 Et quintum est incorrigibilitas in eodem. Recidivatio in ordine ad expulsionem non requiritur, quod fiat in idem crimen specie, sed sufficit quod fiat in alia delicta quamvis specie diversa,

versa; Unde si quis primo punitus de fornicatione; secundo de percussione; tertio de furto; denuo delinquit alio crimine, videlicet proprietatis, Apostasiæ, & hujusmodi, potest ab Ordine ejici non minus, ac si ter de eodem specie delicto fuisset punitus. Novarr. *in Lucern. Regul. verb. Incorrigibilis*, Passerin. *de statu homin. tom.3. quæst.* 289. *art.* 8. *numer.*563. Ricc. *part.*4. *decis.*102., Rodric. *tom.*1. *quæst.* 30. *art.*14. Anton. *a Spiritu S. consult.*74. *numer.* 3. Portell. *verb. Ejicere*
6 *numer.* 2. & alii passim. Monitio, seu punitio debet esse trina; *argum. cap. Contingit* 45. *de sentent. excomm.*, ibi: *Tertio a te commonito cap. Ea quæ* 8. *de statu Monachor.* Donat. *Praxis Regul. tom.*1. *tract.*8. *de ejectis qu.* 10. *num.* 2., Portell. *verb. Ejicere num.*1. §. *secundo nota*, Matthæucc. *Official. cur. cap.* 25. *num.*16. Ameno *pract. tit.*5. §. 6. *num.*26. Processus debet
7 esse instructus juxta cujusque Religionis Stylum, & Constitutiones, & per ipsum debent plene probari causæ expulsionis, nempe quod Reus de delictis gravibus juxta jus commune, aut proprii Ordinis constitutiones antea fuerit ter punitus, aut Canonice, & judicialiter monitus, & his non obstantibus nihilo melior factus, adhuc conversationem, & vitam relaxatam continuet sine ulla spe emendationis, *cit. decret. Urban. VIII.* §.4., *& cit. decret. Innocent. XII.* §. 4., & communis Doctorum.

8 Carceratio formalis licet *ex cit. decr. Urban. VIII.* §. 4. debuisset continuare per annum integrum, ibi: *Unius anni spatio in jejunio, & poenitentia probetur in carceribus*, ex cit. tamen *decret. Innocent. XII.* §. 2. restringitur ad solos sex menses, ibi: *Quod annus integer, qui in prædictis decretis anni* 1624. *præscribitur in poenitentia, & jejunio ad ejiciendos incorrigibiles, ad sex tantum menses continuos in posterum con-*
9 *tractus, & restringatur*. Tempus carcerationis taxatum ad sex menses a Sacra Congreg. Concil. *in cit. decret. jussu Innocent. XII. edit.* debet esse continuum, & completum; habetur ex declaratione Sacræ Congregat. Concil. ad dubia proposita a Procuratore Generali Ordin. S. Mariæ de Mercede, ubi ad secundum dubium conceptum his verbis: *Secundo, an Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis, in diversis temporibus commissis in carceribus detentus, possit uno carcerationis anno(ut supra interpolate expleto) tamquam incorrigibilis a Religione ejici, si post dictum annum carcerationis interpolatum, animo indurato in sua pertinacia perseveraverit, iterum delinquat?* sic præcise respondit *Die* 21. *Junii* 1653. *Sacr. Congregat. Eminentiss. Cardinalium Concil. Trident. interpretum, omnibus mature perpensis..... Ad secundum respondit, non sufficere annum carcerationis interpolate expletum, sed requiri spatium unius anni continuum, & integrum*. Unde idem censendum est de carceratione ad sex menses ex Decretis ejusdem Sacr. Congreg. sub Innocent. XII. restricta.

10 Hinc si reus e carceribus intra tempus præfixum aufugiat, nequit incorrigibilis declarari, & expelli, quia continua carceratio ad sex menses est de substantia incorrigibilitatis, sicuti erat continua carceratio ad annum ante decreta edita jussu Innocent. XII. ut patet ex dicta declaratione Sacræ Congregationis Concil. ad dubia &c. ubi ad primum dubium conceptum his verbis; „ Primo, an Regularis constitutus in car„ ceribus spatio unius anni in jejunio, & pœnitentia, ad fi„ nem ut tamquam incorrigibilis a Religione ejiciatur, si e „ carceribus fugiat (dicto carcerationis anno nondum exple„ to) & inde sit captus, possit tunc, ut incorrigibilis ejici, „ an vero, quid aliud faciendum sit? *sic præcise respondit*: „ Ad primum respondit, Regulares delinquentes uti incorri„ gibiles a Religione ejici non posse, anno carcerationis non„ dum expleto „. Unde in tali casu optimum expediens est
11 petere dispensationem a Sacra Congregat. Concil. quæ ex tali fuga cognoscens evidenter ejus incorrigibilitatem, dispensare poterit, prout in facti contingentia alias dispensavit, ut referunt Donatus *prax. Regul. tom.*1. *part.* 1. *tract.*8. *de Ejectis quæst.* 11. *num.* 9. Pirr. Conrad. *prax. dispens. Apostol. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 31. Amen. *practic. crim.tit.*5. §. 6. *n.*40. Carceratio non debet esse ad solam custodiam, sed debet es-
12 se qualificata arctatione, & pœnitentia in carcere formali teris, & vestibus munito sine caputio, & chorda, seu hujusmodi, & in pane, & aqua simul cum flagellatione in publico Refectorio saltem aliquibus hebdomad. & diebus, vel saltem qualibet feria sexta; colligitur *ex cit. decret. jussu Urbani VIII. editis* §. 4., ibi: *Verum etiam unius anni* (modo sex mensium ex moderatoria sub Innocent. XII.) *spatio in jejunio & poenitentia probetur in carceribus*, & tenent Bordon. *tom.* 4. *part.*3. *resolut.* 109. *num.* 44. Ameno *de incorrigibilium expulsione part.* 1. *quæst.* 13. *num.* 115. Mattheuc. *official. Cur. cap.* 25. *num.* 17. *&* 18. & alii.

Incorrigibilitas est in eodem, qui vere dicitur incorrigibi- 13
lis, si ter convictus & punitus de tribus gravibus, & atrocibus criminibus, & probatus per sex menses in carceribus in jejunio, & poenitentia, non fuit emendatus, sed animo indurato adhuc perseverat in sua pertinacia, colligitur *ex cap. Cum non ab homine* 10. *de judiciis, cap. Cum ad Monasterium* 6. *& cap. Ea quæ* 8. *de statu Monachor. cap. ut famæ* 35. *& cap. Contingit* 45. *de sentent. excommunic. & ex cit. decret. jussu Urbani VIII. edit.* §. 4. & tenent Pasqualig. *ad Lauret. de Franchis part.* 1. *num.* 1058. Mattheuc. *loc. cit. num.* 15. Portell. *in dub. Regul. verb. Ejicere num.* 1. *vers.* Secundo nota, ubi sic subjungit: „ Unde colligo, non sufficere, quod Religio„ sus committat tria crimina atrocia ex una quasi vice mora„ li, unum post aliud, vel simul, ut dicatur incorrigibilis, „ si non sit ter punitus cum distinctis intervallis, & distinctis „ punitionibus, sed opus est, ut per intervalla fiant crimina, „ & cuilibet adhibeatur punitio, & Monachus non respiscat; „ alias non diceretur incorrigibilis, quia pertinacia proprie „ consistit in resistentia per distinctas objurgationes; non „ vero satis colligitur ex una solum resistentia; & ipsum no„ men incorrigibilis proprie non denotat continuationem ad „ crimina, sed respectum ad correctionem, vel punitio„ nem ter contemptam.

Ad probandam incorrigibilitatem pro expulsione non potest 14
carcerari, nisi qui post tertium delictum, & tertiam punitionem, iterum delinquit; Passerin. *de hominum stat. quæst.*189. *art.* 8. *num.* 169. Bordon. *tom.* 4. *part.* 3. *resol.* 108. Pellizar. *tract.* 9. *cap.* 4. *num.* 232. Barbos. *in cap. Cum non ab homine* 10. *de Judic. num.* 10. Sanctorus *de pœn. cap.* 19. *quæst.* 2. contra Amenum *de incorrigibilium expulsione part.* 1. *quæst.* 11. *per tot.* Et ratio est, quia, ut recte dicunt citati Doctores, carceratio sive *annualis* ex decretis jussu Urbani VIII. editis, sive *Semestris* ex moderatoria sub Innoc. XII. statuta, ad experimentum incorrigibilitatis, fuit inducta ad effectum removendi incorrigibilem a sua pertinacia & obstinatione in peccatis, sed tertio punitus, & (ut supponitur) emendatus, non habet a quo per carcerationem removeatur, ergo ad hoc ut habeatur fundamentum talis carcerationis non potest carcerari, nisi postquam compleverit pœnitentiam de tertio delicto, adhuc quarto delinquat; aliter talis carceratio esset injusta, cum jam pro tribus patratis delictis, trinam sibi impositam pœnitentiam compleverit, & jura improbent binam punitionem in idem crimen. Nec valet, quod dicit Amenus *loc. cit.* 15
num. 106. nempe quod data nostra sententia, oporteret, quod ante expulsionem quinquies deliquisset expellendus, nempe ter ante carcerationem; semel pro carceratione ineunda, & illa peracta, iterum pro effectu expulsionis; quod secundum ipsum inauditum est, nec apud ullum auctorem invenitur necessaria patratio quinque criminum successivorum. Non valet, inquam, quia licet hoc non explicite, dixerunt tamen implicite citati pro nostra sententia Doctores. Et hoc est maxime consentaneum *citat. Decretis sub Urbano VIII. editis, ubi* §. 4. sic expresse habetur: *Ceterum Sacr. Congregat. Religiosum Superiores serio admonet, ac per Jesu Christi viscera obtestatur, ut memores paternæ Charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil intentatum relinquant, ut lucrentur animas Fratrum suorum, fere in profundum malorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsionis remedium experiantur*. Et consonat textus *in cap. Contingit* 45. *de sentent. excommunic.* ubi sic expresse statuitur: *Mandamus, ut tales, si tertio a te commoniti, seipsos contempserint emendare, illius efficiantur immunitatis extorres, quæ pro Clericorum tutela, & laicorum violentia coercenda dignoscitur instituta*; ubi nota illa verba: *Si tertio a te commoniti, seipsos contempserint emendare*, per quæ evidenter demonstratur non posse deveniri ad ulteriorem pœnam, nisi trinæ monitioni, seu punitioni superveniat contemptus, seu relapsus; & quamvis ibi, ut alias recte observat Amen. *loc. cit. num.* 104. sit sermo de sententia definitiva, & non de interlocutoria, ut in nostro casu; tamen adhuc facit pro nobis per rationem adductam sub *num.* 14. & ne alias innocens injuste vexetur, cum punitus, & emendatus pro innocente habeatur. Quam ob rem statuta Salmanticensia in Ordine Minorum *cap.* 7. *vers. Quicumque Frater Ord. Seraphic. tom.* 3. *fol.* 32. *col.* 1. redarguunt, & puniunt veluti infamatores & calumniatores objicientes alicui delictum, de quo punitus, & emendatus fuit.

Incor-

16 Incorrigibilis completo carceris tempore, non est statim expellendus, sed adhuc post carcerem probatorium debet durare, & apparere incorrigibilitas pro expulsione; colligitur ex verbis *citat. decret. edit. sub Urbano VIII.* §.4., ibi: *Elapso autem anno* (nunc sex mensibus ex dict. moderatoria sub Innocent. XII. §. 2.) *si nihilominus non respuerit, sed animo indurato in sua pervicacia perseveraverit..... ejici tandem possit*; Passerin. *de homin. stat. tom.*3. *quæst.* 189. *art.* 8. *num.* 585. Amen. *loc. cit. quæst.* 14. *num.* 1. Donat. *loc. cit. quæst.*19.
17 Pasqualig. *loc. cit. num.* 1070. Quod autem adhuc duret incorrigibilitas post carcerem probatorium, duobus modis cognosci potest, signis scilicet, vel factis. Signis cognoscitur, si reus minime se humiliatum ostendat, ac de præteritis delictis non pœnitens, imo potius pervicax & obduratus appareat, in blasphemias, imprecationes, & minas erumpendo ob talem incarcerationem, dicendo se velle de suis æmulis ulcisci, & hujusmodi; Factis autem cognoscitur, si se simulans emendatum, eductus de carcere, redit ad pristinum vomitum alia facinora perpetrando. Unde si post carcerem probatorium uno ex his duobus modis appareat adhuc durare incorrigibilitatem, ea redacta ad formam judicii per claras probationes potest tunc servatis aliis servandis expelli; sic *cit. Do-*
18 *ctores*. Non adest tamen obligatio ipsum expellendi, quamvis incorrigibilis in expressa sua obligatione persistat, sed facultativum est Superiori, seu Judici, vel in carcere eum adhuc detinere, vel ad expulsionem procedere, ut apparet *ex cit. decret. jussu Urbani VIII. editis*, ibi: *Ejici tandem possit*, quibus verbis denotatur facultas, non autem obligatio ejiciendi; Sanctor. *de poenit. quæst.* 3. *cap.* 19. *fol.* 255. Mattheuc. *loc. cit. num.* 22. Ameno *loc. cit. num.* 122.

19 Facultas expellendi incorrigibiles *in Decretis jussu Urbani VIII. editis* §. 4. erat restricta ad Generalem tantum cum consilio, & assensu sex Patrum ex gravioribus Religionis, ibi: *Ab ipsomet Generali tantum de consilio, & assensu sex Patrum ex gravioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel*
20 *Congregat. Generalibus*. In decretis autem editis *jussu Innocent. XII.* §. 3. extenditur ad Provinciales accedente approbatione Generalis, ibi: *Quod facultas Generalibus Ordinum de consilio, & assensu sex ex gravioribus Religiosis in singulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus ad causas ejiciendorum eligendis attributa, extendatur etiam ad quoscumque Provinciales, qui electis pariter in Congregationibus Provincialibus sex gravioribus de propria Provincia Religiosis a Generali confirmandis, de illorum consilio, & assensu causas hujusmodi cognoscant, & ad effectum ejiciendi incorrigibiles suæ Provinciæ, & ejectionem pronunciandi, accedente approbatione Generalis, definiant; Salva semper Sanctæ Sedis, & Sacræ Congregationis Concilii in causa recursus, & appellationis auc-*
21 *toritate*. Non potest tamen nec a Generali, nec a Provinciali hæc potestas expellendi alteri delegari, ut habetur ex responsione Sacræ Congregat. Concil. data die 21. *Junii* 1653. antequam fuisset extensa ad Provinciales per dict. Decreta sub Innoc. XII. edita 24. *Julii* 1694. Interrogata enim tunc per varia Proposita dubia a Procuratore Generali Ordinis S. Mariæ de Mercede; Ad tertium dubium propositum sub his verbis: *Tertio: An Generalis Ordinis possit delegare facultatem ejiciendi a Religione Provincialibus pro eorum Provinciis, seu Commissariis, vel Vicariis Generalibus, & an delegatio sit a Generali facienda in quolibet casu, an vero indefinite in omnibus casibus?* Respondit: *Generalem Ordinis non posse delegare facultatem ejiciendi a Religione Provincialibus per eorum Provincias, seu Commissariis, vel Vicariis Generalibus*.

22 Electio sex graviorum Patrum a dictis Decretis statuta, licet per prima edita sub Urbano debuisset fieri in singulis Capitulis, vel Congregat. Generalibus, ut patet *ex* §. 4., ibi: *De consilio & assensu sex Patrum ex gravioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus*; Per secunda tamen decreta edita sub Innocentio potest fieri in Capitulo, vel Congregatione Provinciali, & debet per Generalem confirmari, ut patet *ex* §. 3., ibi: *Electis pariter in Congregat. Provincialibus sex gravioribus de propria Provincia Religiosis*
23 *a Generali confirmandis*. Talis electio non est necesse, quod fiat per vota totius Capituli, sed sufficit, quod fiat per vota totius Diffinitorii Generalis pro toto Ordine, & per vota totius Diffinitorii Provincialis pro Provincia; colligitur ex verbis ipsorummet Decretorum, quæ tribuunt facultatem eligendi illos sex Patres in Capitulis, ac in Congregat. Generalibus, ut patet in primis editis sub Urbano *dict.* §. 4., ibi: *Eligendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus Generali-*
bus; & in secundis editis sub Innocentio *dict.* §. 3., ibi: *Electis pariter in Congregationibus Provincialibus*; atqui ad Congregationes sive Generales sive Provinciales soli respective Diffinitores accedunt, ergo &c. Sic Amen. *de incorrigibilium expulsione part.* 1. ubi *in Summario decret. edit. sub Innocentio XII. sub num.* 33. sic habet: *Talis electio fieri debet in Capitulo, vel Congregat. & per Generalem confirmari, & ibid. quæst.* 16. *num.* 136. *in fine*, sic concludit: *Ergo cum solum Diffinitorium corpus Congregat. Capitularis constituat, ipsi incumbit annuatim hos sex Patres eligere, quorum approbatio* (ut habet citatum Decretum) *a Generali est attendenda*.

Nec a Religione, nec a Provincia hujusmodi sex Patres 24
fuerint electi in Capitulo, seu Congregatione, debet haberi recursus ad Sacram Congregationem Concilii, in singulis casibus; ut habetur ex responsione ejusdem Sacræ Congregationis ad dubia ei proposita a dicto Procuratore Generalis Ordinis S. Maria de Mercede, inter quæ cum quintum esset conceptum his verbis. Quinto: *Quod si a Religione hujusmodi sex Patres non fuerint electi in Capitulo, seu Congregatione Generali, quid faciendum sit usque ad primum Capitulum Generale? Ad quintum respondit, recurrendum ad Sacram Congregationem in singulis casibus*. Si tamen fuerint electi a Religione in 25
Capitulo; vel Congregatione Generali pro toto Ordine, & non fuerint electi in aliqua Provincia, poterit ipsa Provincia uti electis pro toto Ordine; sicuti fiebat ante decretum sub Innocentio XII. editum extensivum hujusmodi facultatis ad Provinciales. Et sic si aliquis ex electis in Provincia de- 26
cedat, poterit suppleri defectus substituendo aliquem ex his, qui fuerunt pro toto Ordine electi, cum possit eorum votum etiam per Epistolas mitti, & haberi, ut patet ex responsione Sacræ Congregationis ad sextum Dubium d. Procuratoris S.M. de Mercede, ibi: *Sexto: An sufficiat ut Prælatus Conventualis, seu Provincialis conficiat processum stylo Religionis servato, & illius summarium transmittat Generali Ordinis, seu illius Delegato, qui adhibitis sex Patribus, quilibet eorum videat eumdem processum, & transmittat votum suum per litteras eidem Generali, seu Delegato? Ad sextum respondit, Processus esse conficiendos juxta stylum, & consuetudines Religionis, & illorum transumptum authenticum esse transmittendum ad singulos ex sex Patribus electis, qui per Litteras possunt votum dare*; Ameno *loc. citt. q.*16. *num.* 139. Sex Patres gra- 27
viores eligendi, debent intelligi graviores gravitate Virtutis, scilicet peritiores in Sacris Canonibus, rebus Criminalibus, & statutis Religionis; non autem graviores gravitate molis, aut præcise gravitate ætatis, vel graduationis. Unde Provinciales, Custodes, & Diffinitores, alique graduati, qua præcise tales, non censentur ex gravioribus Patribus intentis, & volitis a citatis Decretis, cum non semel illi Sacros Canones, res Criminales, & statutorias leges nesciant, cum non didicerint; ut docet experientia, & recte observant Ameno *loc. cit. quæst.*16. *num.*137. Mattheuc. *loc. cit. num.* 24. & alii passim.

Pro ferenda sententia Diffinitiva super expulsione incorri- 28
gibilis non requiritur, quod singula sex Patrum vota concordent, sed sufficit, ut major pars consentiat, ut habetur expresse ex responsione Sacræ Congregationis Concilii ad dubium septimum ex propositis a d. Procuratore Generali Ordinis S. de Mercede, ibi: *Septimo: An Generalis, seu Delegatus possit ferre sententiam ejectionis a Religione, quando a tribus ex sex Patribus electis, seu ab illorum majori parte dicta sententia approbetur: An potius sit necessarium, ut omnes sex dent votum, itaut ex defectu voti etiam unius non possit sententia valide ferri? Ad septimum respondit, sententiam ejectionis a Religione ferri debere, saltem de voto majoris partis sex Patrum electorum*. Unde ex hoc decreto aperte se- 29
quitur, quod si vota sint paria, tria nempe stent pro expulsione, & tria dissentiant, tunc non potest definitive procedi ad ejectionem, quia, ut expresse dicit Decretum, sententia ejectionis debet ferri *saltem de voto majoris partis sex Patrum Electorum*; & quando requiritur consensus majoris partis Collegii ad hoc, quod Superior possit aliquid facere, non sufficit æqualitas votorum Collegii, ut recte docet Glossa communiter recepta *in c. Si ab Episcopo*, §. *Cum vero*, *in verb. assensu*; *Ne sede vacant. in* 6. Nec in casu pariatis votorum potest Ge- 30
neralis, vel Provincialis votum decisivum præbere sub praetextu concessionis factæ talibus Superioribus Ordinis Minorum de Observantia ab Urbano VIII. 10. *Novembris* 1642. Constitut. incipient. *Religiosos viros*, & a Sacra Congreg. Episcopor. & Regular. 13. *Martii* 1653. Decreto incipient.

Sacra

Sacra Congregatio. Quia tales conceſſiones loquuntur expreſſe de electionibus faciendis a Vocalibus, aliiſque negotiis decidendis per Diffinitoria Provincialia, cujus generis non eſt illud ejectionis incorrigibilium, ſuper quo Vocales, & Diffinitores, qua tales, votum non habent, tum ex citatis decretis ſub Urbano VIII. & Innocentio XII. editis ſint pro hoc ſpecialiter eligendi ſex ex gravioribus Patribus.

31 Sententia Definitiva expulſionis incorrigibilium non poteſt fieri niſi prius inſtructo ſecundum cujuſque Religionis ſtylum, & Conſtitutiones proceſſu, & plene probatis cauſis expulſionis ad Sacrorum Canonum præſcriptum; *cit. Decret. edit. ſub Urbano VIII.* §.4. ibi: *Tumque non niſi inſtructo ſecundum eorum ſtylum, & conſtitutiones proceſſu, & plene probatis cau-*
32 *ſis expulſionis ad Sacrorum Canonum præſcriptum.* Conſtructo, & abſoluto proceſſu, eſt actorum copia exhibenda Reo, eique aſſignandus beneviſus Advocatus cum congruis terminis ad defenſiones neceſſariis; Completis exinde ab aſſignato Advocato defenſionibus, eiſque præſentatis Patribus electis, & ab ipſis una cum cauſis expulſionis ad unguem libratis, & ſuo voto in ſcriptis tradito, debet Provincialis vota ſex Patrum cum Summario proceſſus, & defenſionum notitia cum reſponſione ad ipſos facta ab Advocato Fiſci Religionis tranſmittere ad Generalem, a quo habita approbatione, ſi Reum expellendum judicaverit, poterit ad definitivam ſententiam expulſionis procedere; habetur *ex §.3 Decret. edit. ſub Innocentio XII.* ibi: *De illorum conſilio, & aſſenſu cauſas hujuſmodi cognoſcant, & ad effectum ejiciendi incorrigibiles ſuæ Provinciæ, & ejectionem pronunciandi, accedente approbatione Generalis definiant.*

33 Lata ſententia debet intimari Reo, qui ſi intra debitum tempus ad S. Sedem, & Sacram Congregationem Concilii appellaverit, ad eam devolvitur cauſa, ipſo interim in carceribus perſiſtente; Quod enim ipſe poſſit ſic appellare, habetur expreſſe ex cit. §. 3. decret. edit. ſub Innocentio XII. ibi: *Salva ſemper Sanctæ Sedis, & Sacræ Congregationis Con-*
34 *cilii in cauſa recurſus, & appellationis auctoritate.* Tempus ad appellandum conceſſum; ſunt decem dies a die latæ, & intimatæ ſententiæ, ſeu Scientiæ, numerandi, ut expreſſe habetur *in Authent. Hodie, juncta Gloſſ. ibid. Cod. de appellat. & cap. Anteriorum* 28. *cauſ.2. q.6.* ubi ſic expreſſe ſtatuitur: *Sancimus, omnes appellationes, ſive per ſe, ſive per Procuratores, ſive per Defenſores, vel Curatores, & Tutores ventilentur, poſſe intra decem dierum ſpatium a recitatione ſententiæ numerandum Judicibus ab his, quorum intereſt, offerri.* & expreſſe etiam habetur in *cap. Quod ad conſultationem* 15. *de ſentent. & re judicat.* ibi: *Cum poſt decem dierum ſpatium ſententia in auctoritatem rei tranſeat judicatæ, qui ad provocationis ſubſidium infra id temporis non recurrit, appellandi ſibi aditum denegavit*: Et etiam textu appreſſo habetur in *c. Carcerationi* 8. *de appellat. in 6.* ibi: *Quiſquis ex eis gravatum ſe reputans per appellationis beneficium gravamen illatum deſideraverit revocari, infra decem dies, poſtquam ſciverit, ſi valuit, appellet. Poſt decendium vero eidem aditus non patet ap-*
35 *pellandi.* Si vero non appellaverit, debet tranſactis ipſis decem diebus ab intimata ſententia a carcere educi, & coram tota Religioſorum communitate corona Clericali, & Regulari privari, & per Superiorem forma habitus Regularis ex vi confuſibiliter ejici in habitu Clericali ſub juriſdictione, & obedientia Ordinarii loci victurus, ut præſcribitur *in cit. §. 4. decret. edit. ſub Urbano VIII.* ibi, *Sic vero ejecti, quandiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarii loci juriſdictioni, & obedientiæ ſubſint.*

36 Sententia expulſionis eſt ſtatim ſignificanda a Superiore Ordinario loci, *cit. §.14.* ibi: *Proindeque Generalis*, (ſeu Provincialis; ſi ipſe in vim decreti ſub Innocentio XII. ſententiam pronunciaverit) *illico expulſis ſententiam eidem Ordinario notificare teneatur.* Formula autem, ſecundum quam eſt ſignificanda, datur per extenſum a Peyrino *formul. Prælat. lit. E. c.39. ab Ameno loc. cit. p.2 num.97.* a Mattheuc *loc.cit. num.* 30. fere ut ſequitur.

F. N. Provincialis Provinciæ N. Ord. S. N. Ill. ac Rev. D. Epiſc. N. ſalutem in Domino.

37 *Illuſtriſſimæ, & Reverendiſſimæ Dominationi veſtræ notum ſit, quatenus nos ad Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum formam, ac Decretorum Sacræ Congregationis Concilii de Apoſtatis & Ejectis ſub die 21. Septembris 1624., & die 24. Julii 1694. reſpective emanatorum, procedentes per noſtram definitivam ſententiam, quam in ſcriptis tulimus hoc anno 1737. die 6. Februarii, a noſtra Religione tanquam incorrigibilem, P. F. N. Religionis præfatæ expreſſe profeſſum, & ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promotum* (ſi fuerit Sacerdos, & ſi fuerit Clericus exprimatur Ordo; Si vero Laicus, id notetur) *dimiſimus, & ejecimus, habitu Religionis nudatum. Quod Illuſtriſſimæ, & Reverendiſſimæ Dominationi veſtræ (de cujus Diœceſi ipſe eſt) ſignificandum eſſe cenſuimus, ut & nos Apoſtolicis obtemperemus mandatis, & pecoris ſui vultum poſſit Dominatio Veſtra cognoſcere, eaque etiam circa præfatum N. exequi valeat, quæ in præfato decreto anni 1624. die 21. Septembris peragenda juſſit dicta Sacra Congregatio Concilii; Et Dominus ſit Illuſtriſſimæ, & Reverendiſſimæ Dominationi veſtræ propitius. In quorum fidem præſentes litteras juſſu noſtro conſcriptas, ſigilloque munitas dedimus ex Conventu N. Anno ..., Menſe ... Die ...*

F. N. Provincialis.

Ordinarius nequit ſententiam expulſionis examinare, & 38
inquirere, an Regularis ſit juſte, vel injuſte ejectus; Amen. *loc.cit. p.3. c.1. num.4.* Paſqua. *ad Lauret. de Franchis p. 1. num.974.* Donat. *prax. Regul. tom.1. tract.8. de Ejectis q.55. num.3.* Mattheuc. *loc.cit. num.32. & alii.* Et colligitur *ex cit. §.4. decret. Sacræ Cong. Conc. ſub Urbano VIII. edit.* ubi Regulares ad nihil aliud tenentur, niſi Epiſcopo loco expulſionis ſententiam notificare. Tum quia recognoſcere cauſam ab alio Judice actitatam eſt actus Juriſdictionis, quæ non poteſt ab Ordinario exerceri in Regulares, qui ſunt ab ipſo exempti, *c. Nimis iniqua 16. & c. Nimis prava 17. de exceſſibus Prælator. cap. Ne aliqui 5. de privileg.* Nec in hoc caſu Ordinarius ſe habet ut Judex appellationis, cum in cauſis expulſionis ſit facienda appellatio ad S. Sedem, & Sacram Congregationem Concilii, ut colligitur *ex cit. §.3. decret. Sacr. Congr. Concil. ſub Innocentio XII. edit.* ibi: *Salva ſemper Sancta Sedis, & Sacræ Congregationis Concilii in cauſa recurſus & appellationis auctoritate.*

Si Ejectus petat a Superiore litteras teſtimoniales expul- 39
ſionis, poterunt ei concedi ſub hac formula traditæ ab Ameno *loc. cit. p.2. num.99.* & Mattheuc. *loc. cit. num.* 31. & alii paſſim.

F. N. Provincialis Provinciæ N. Ordinis S. N. omnibus præſentes litteras inſpecturis, pariter ac lecturis pacem veram, & ſalutem in Domino.

Noveritis qualiter juſtis de cauſis animum noſtrum move- 40
ntibus, conſiderantes cauſam; & cauſas, in quibus de proceſſu per Nos Anno Domini 1737. a die 6. Februarii contra P. F. N. ad Sacrum Preſbyteratus Ordinem promotum (ſi fuerit Sacerdos, & ſi fuerit Clericus exprimatur ſuus Ordo, & ſi Converſus id notetur) *Noſtræ Provinciæ N. Ordinis S. N. expreſſe profeſſum in ſæculo nominatum* NN. *de conſilio & aſſenſu eorum, ad quos ſpectat ad præſcriptum decretorum de Apoſtatis, & Ejectis de anno 1624. 21. Septembris, & de anno 1694. 24. Julii, conſtructo maximo animi noſtri mærore, ac neceſſitate fere compulſi, omnibus de jure requiſitis tentatis, & juris ordine ſervato peractis prædictum N. N. a noſtra Religione expulimus, ac habitu Religioſo nudatum dimiſimus, expulſumque, & dimiſſum hi litteris declaramus. In quorum fidem præſentes litteras juſſu noſtro conſcriptas, ſigilloque Provinciæ munitas præfato N. N. pro ſuæ conſcientiæ ſecuritate tradidimus, & conceſſimus. Datum in Conventu Noſtro N. Die ... Menſe .... Anno ....*

F. N. Provincialis

Ejectus debet ſe præſentare illi Ordinario, in cujus Diœceſi 41
eſt Conventus, a quo ejicitur, & tenetur incedere in habitu Clericali, *cit. §.4. decret. edit. ſub Urbano VIII.* ibi: *Sic vero ejecti, quandiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarii loci juriſdictioni, & obedientiæ ſubſint.* Nequit tamen ejectus, nec in ſuſcepto Ordine miniſtrare, nec ad alios aſcendere, *cit. decret. edit. ſub Urbano VIII. §.6.* ibi; *Item ut ejecti extra Religionem degentes ſint perpetuo ſuſpenſi ab exercitio Ordinum ſublata Ordinariis locorum facultate dictam ſuſpenſionem relaxandi aut moderandi.* Et ſi 42
exerceat Ordines, quos habet, ſit Irregularis, quia violat ſuſpenſionem, qua *ex cit. decret.* eſt perpetuo ligatus; Donat. *Prax. Regul. tom.1. tract.8. q.38.* Paſqualig. ad Lauret. de Franch. *num.1005.* Amen. *loc.cit. p. 3. q. 5. num. 26.* Ejectus nedum 43
nequit

nequit exercere miniſterium Ordinum, ſed neque officium concionandi, & docendi, ut habetur *in Mari Magno Ordinis Prædicatorum §. 24. in Mari Magno Minorum §. 24. in Mari Magno Carmelitarum §.93. & 94. in Mari Magno Minorum §.36. & 45. in Mari Magno Servitarum §. 49.*, ubi datur facultas Superioribus Religionum hujuſmodi ejectos excommunicandi: ſi intra limites ſuarum Provinciarum, vel diſtrictuum, auſi fuerint concionari, Confeſſiones audire, & docere, quæ conceſſiones adhuc vigent, ut tradit Paſſerinus *de homin. ſtat.*
44 *q.189. art.8. num.640.* Ameno *loc.cit. num.35.* Accedit ratio, quia expulſus laborat infamia juris, & facti, ut ſolide probat Ameno *loc.cit. num.31.* infamis autem eſt incapax officiorum ſpiritualium. Nequit eſſe Judex ordinarius, Delegatus, Procurator, Accuſans, aut Teſtis, aut Tabellio, niſi rogatus a partibus, *c. Infamis perſona 1. & c. Infames 2. cauſ.3. q. 7. c. Scifcitatus 3. de reſcriptis*; Unde a fortiori nequibit aſſumi ad Apoſtolicum Evangelizandi Miniſterium; Rodriq. *tom.1. q.30. num.21.* Mirrand. *tom.1. q.50. art. 5.* Peyrin. *de Relig. ſubd. q.1. c.25. §.1.* Amen. *loc.cit. n.35.*
45 Juſte & legitime ejectus non poteſt prætendere alimenta a Religione; Cum enim ſua culpa ſit expulſus ſibi imputet, ſi ſibi ipſi relinquitur, & providentia paterna privatur, quia hæc eſt pœna ſuæ culpæ proportionata; Donat. *loc.cit. q.31.*
46 Paſqualig. *loc.cit. num.991.* Peſſerin. *loc.cit.num.657. & alii.* Sic nec Religioſi Societatis Jeſu, qui poſt vota ſimplicia, ante ſolemnem Profeſſionem, a dicta Societate ab ejuſdem Præpoſito Generali juxta facultatem ſibi a Sede Apoſtolica conceſſam, dimittuntur, ulla ab eadem Societate prætendere poſſint alimenta, ut congruam ſuſtentationem, licet dum in ea viverent, titulo Religioſæ paupertatis ad Sacros, etiam Presbyteratus, Ordines promoti fuerint, ut noviſſime ſtatuit, ac declaravit Benedictus XIII. hac ſua Conſtitutione, quæ hic ad literam datur.

BENEDICTUS XIII.

Ad futuram rei memoriam.

INjuncti nobis divinitus Paſtoralis Officii ratio poſtulat, ut in his Apoſtolicæ noſtræ ſolicitudinis partes libenter interponamus, per quæ Religioſorum Virorum in Vinea Domini excolenda ſtrenue laborantium, propriæque, & alienæ animarum ſalutis jugiter incumbentium quieti, atque tranquillitati opportune conſulitur. Cum itaque ſicut accepimus Societatem Jeſu multoties antehac moleſtari, ac in judicium trahi contigerit ab eis, qui poſt exactum probationis biennium, ac vota ſimplicia in eadem Societate emiſſa, ante tamen ſolemnem profeſſionem per illius Præpoſitum Generalem juſtis, ac rationabilibus de cauſis juxta facultates ſibi a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris attributas ex ipſa Societate demittebantur, alimenta ſcilicet, ſeu congruam ſubſtentationem ſibi a dicta Societate deberi, & conſequi prætendentes, propterea quod, dum in illa degebant, ad Sacros Ordines abſque Beneficio Eccleſiaſtico, & Patrimonio, ſed Religioſæ paupertatis titulo promoti fuiſſent; Licet autem ſatis perſpectum, exploratumque ſit æqui bonique rationi nuſquam conſentaneum eſſe, quod Societas præfata, quæ in illis emendandis jure ſuo utitur, alimenta, ſeu ſubſtentationem hujuſmodi ſuppeditandi oneri obnoxia remaneat, minuique, quod ipſi ex ſua culpa, quæ dimiſſioni cauſam præbet, utilitatem, & commodum reportent, atque ita pluries a Congregatione pro tempore exiſtentium S.R.R. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum re accurare diſcuſſa decretum, ac reſolutum fuerit: Nihilominus facile evenire poſſit, ſimiles quæſtiones impoſterum quoque non ſine prædictæ Societatis perturbatione, ac diſpendio moveri, ſeu inſtaurari, niſi ejus aditus præcludatur, hinc eſt quod Nos eamdem Societatem Jeſu, quam ob ſingularia ſua in hanc Sanctam Sedem merita peculiari Apoſtolicæ dilectionis proſequimur affectu, a quacunque lite, & moleſtia, quæ exinde deinceps oriri poſſet, eximere, ac omnem deſuper controverſiæ occaſionem ſubmovere cupientes, ipſamque Societatem ſpeciatis favore gratiæ proſequi volentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, ac declaramus, memoratam Societatem Jeſu non teneri, nec obligatam eſſe ad ullam ſubminiſtrationem ſive congruæ ſubſtentationis, ſive alimentorum, ſive alio quocumque titulo, & cauſa illis faciendam, qui poſt biennium probationis, & emiſſionis Votorum ſimplicium extra dictam Societatem a ſuis Superioribus ejiciuntur, tametſi dum in ea permanebant ad Sacros etiam Præsbyteratus Ordines ſine Beneficio Eccleſiaſtico, ac Patrimonio, & ad titulum religioſæ paupertatis promoti fuerint. Sicque & non aliter in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & ejuſdem S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non quatenus opus ſit prædictæ Societatis illiuſque Collegiorum & Domorum, aliiſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut præſentium Litterarum tranſumptis ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Societatis ſubſcriptis, & Sigillo Præpoſiti Generalis ejuſdem Societatis, ſeu alterius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 14. Junii MDCCXXVII. Pontificatus noſtri Anno quinto.

F. Card. Oliverius.

Regularis injuſte ejectus poteſt compellere Monaſterium ad 47
alimenta futura, & etiam præterita; ſi illa mutuo accepit; *Sic communis Doctor.* cum Paſſerino *de homin. ſtat. tom. 3. quæſt. 189. art. 8. num. 649.* Vide verb. *Alimenta numer. 41.* 48
Sic etiam lite pendente pro validitate expulſionis, Ejectus debet ali ex bonis Monaſterii, donec ſit lata ſententia de juſtitia, aut injuſtitia illius; Imola *in Clementin.1. de ſtatu Monachor. num.37.* Cardinal. *q.4. num.7. §. Quia vero*, Surdus *de aliment. t.1. q.126. num.10.* Velaſcus *conſ. 7. numer.3. fol.1.* Menoch. *de præſumpt. lib.1. quæſt. 35. num.21.* Bartol. *tract. de aliment. num.43.* Sanchez *lib.6. Decalog. cap.9. numer.8.* Paſſerin. *de homin. ſtat. tom.3. q.189. art.8. num.649.* qui addit, Monaſterium non ſolum obligari pro eo tempore ad alimenta, ſed etiam ad illi ſubminiſtrandas expenſas pro lite, allegatque Velaſcum *loc.cit.* & Palaum *tract.16. diſp.4. p.10. num.11.* quibus conſentit Sanchez *loc. cit.* & Ameno *loc. cit. numer.* 21.

Ejecti ſtantes in ſæculo tenentur ad vota eſſentialia Reli- 49
gionis; *Eſt communis* cum Molina *tom.1. de juſtitia diſp.140. & tom.2. diſp.276.* Sanchez *lib.6. Moral. cap.9. num.27.* Lezana *tom.1. cap.13.* & colligitur *ex cap. Ne Religioſi 24. de Regular.* innovato *in cit. decret. ſub Urbano VIII. §.7.* ubi ſtatuitur, hos ejectos, (licet juſte, & perpetuo) cenſuris Eccleſiaſticis cogendos eſſe redire ad Religionem, ergo ſignum eſt eos adhuc obligari vinculo ſuæ Profeſſionis, alias reditum adſtringi non poſſent, cum nemo poſſit cogi ad amplectendum 50
Religionis inſtitutum, a quo liber eſt. Eſt tamen advertendum, quod licet in ejectis perſeveret vigoroſa, & omnimoda obligatio caſtitatis, taliter quod ſi contrahant Matrimonium ſit ipſo facto nullum, & incidant in excommunicationem *ex Clementin. unica de conſanguinitat. & affinit.* tamen obligatio paupertatis, & obedientiæ ſuſpenditur quoad executionem, & obſervantiam multorum juxta capacitatem ſui ſtatus; cum enim ſint privati providentia Religionis, acquirunt adminiſtrationem rerum temporalium, poſſunt (a) negotiari, civiliter ſe obligare, de acquiſitis diſponere ad finem procurandi ſibi alimenta

(a) Regularibus e ſuo Ordine ejectis licita haud ſe videtur negotiatio, contra ac ſentit Auctor hoc eodem in loco. Etenim adeo certum eſt, Eccleſiaſticis viris interdictam eſſe a Sacris Canonibus negotiationem, ut nulla id probatione egu-

menta, quæ remanendo in Clauſtris per votum paupertatis erant ſibi interdicta; Item non obtenta facultate Superioris poſſunt pro ſuo libito mutare domicilium, & libere agere, quæ ad ſuum ſtatum occurrunt, quæ in Clauſtris nequibant facere ratione voti obedientiæ, niſi ad placitum Superioris.

51 Similiter obligatio aliorum votorum ſupra tria eſſentialia in aliquibus Religionibus emitti ſolitorum, aliarumque Regularium obſervantiarum proprii Inſtituti etiam ſub mortali præceptarum ſuſpenditur quo ad illa, quæ pugnant cum ſtatu in quo, reperiuntur, & & perſeverat quoad ea, quæ compatiuntur cum eorum ſta u; & poſſunt commode obſervare; S. Antonin *part.3. tit.16. cap.5. §.9.* Silveſter *verb. Religio 6.q.17.* Cordub. *in Regul. S.Franciſc. c.2. quæſt.21. punct.3.* Rodriq. *tom.1. q.30. art.20. cum ſuo comp.reſolut.57. num.6.* Mirand. *tom.1. Manual. Prælator. q.52. art.5. conc.1.* Portell. *in dub. Regular. verb. Ejicere num.5.* Peyrin. *t.1. de ſubdito quæſt. 1. t.25. §.1. verſ. Dico quarto*, Villalobos *part.2. tract. 35. difficult. 39. numer.5.* Paſſerin. *de hom. ſtat. tom.3. quæſt. 189. numer.620. & ſeq.* Donat, *loc. cit. quæſt. 52.* per tot. ubi *ſub num.9.* expreſſe dicit, *quod hac eſt vera ſententia, & verior, ac tutior in praxi pro conſcientia omnino amplectenda.* Colligitur *ex cit.cap. Ne Religioſi 24. de Regularib. & cit.Decret. ſub Urban.VIII. §.7.* per rationem adductam ſupra *numer.49.* Cum quia Ejecti per expulſionem a Religione non fiunt melioris conditionis quam alii, alias ex propria iniquitate commodum reportarent, contra Jura, quibus expreſſe dicitur, quod malitiæ non ſit indulgendum, & quod fraus, & dolus nemini debeant patrocinari, & ſignanter *l. In fundo, ff. de rei vindic.* ibi: *Neque malitiis indulgendum eſt; l. Cum hi ff. de tranſact.* ibi: *Non debet via aperiri malitiis: l.Si Legatarius C. de legatis*, ibi: *Ut non accipiat fructus ſuæ calliditatis; cap. Sedes 15. de reſcript.* ibi: *Quia fraus & dolus ei patrocinari non debent; c.Tua 12. de Clericis non reſident.* tbi: *Cum fraus & dolus nemini debeat patrocinium impartiri*, cum Concordantiis. Tum etiam quia ex communi Doctorum Regulares aſſumpti ad Epiſcopatum tenentur ab obſervanda Vota & Regulam ſui Inſtituti in iis, quæ compatiuntur cum eorum ſtatu, ne dicatur quod Regulares Epiſcopi, & ex ſua culpa hoc magnum commodum reportent, quod quia rebelles, idcirco ſint immunes ab obligatione ſervandi leges contra *Jura adducta*. Tum tandem quia, ſi Regularis incidat in Turcas, & captivus fiat, obligatur ad Vota, & obſervantias Regulares, prout poteſt, & ſuus ſtatus permittit, ergo ſi ad illa obligatur licet extra Clauſtra talis Religioſus innocens, a fortiori

52 obligatur Ejectus qui eſt reus. Fateor tamen quod etiam contraria opinio ſit probabilis, ex quo illam non ſpernendis rationibus defendant plurimi magni nominis Doctores cum Sanchez *lib.6. in Decalog. c.9. quæſt.3. num.52.* Diana *part.3. tract.2. reſolut.116.* Barboſa *in cap.final. de Regularibus n.12.* Layman *lib,4. tract.5. cap.13. quæſt.2. num.5.* Lezana *part.1. cap.23. num.17.* Navarr. *comment. 3. de de Regularib. n.46 & conſil.78. num.2. de Regularibus* (b).

53 Ejectus juſte tenetur ſe corrigere, & ſimiliter petere, ut iterum admittatur, ſic tenent Barboſa *ad cap. final. de regularib. num.7.* Fagnan. *ibid. n.9.* Donat. *l.cit. q.25. per tot. lib.6. moral. cap.9. num.25.* Tamburin. *tract.3. diſp.8. q.8. nu.1.* Leſs. *lib.2. cap.41. num.111.* Layman *lib.4. tract. 5. cap.13. num.6.* Lauret, de Franchis *de Regularibus ejectis q. 2.* Vaſquez *p. 2. diſp.165. n.87.* Borbon. *part.2. reſolut. 108. n.20.* Cordub. *in Regul. S.Franciſci c.2. q.21.* Lezana *tom.1. cap.23.* Paſqualig. *ad Lauret. de Franch. num.972.* Silveſter *verb. Religio 6. q.11.* & alii paſſim. Et ratio eſt quia ſicuti habens votum ſimplex Religionis tenetur ex parte ſua non ponere obicem, & curare quantum poteſt ut admittatur in Religione, quam vovit; ita a fortiori qui religioſam vitam profeſsus eſt, tenetur ex vi voti ſe idoneum reddere, mores ſuos corrigere, & inſtare, ut iterum recipiatur. Tum quia Ejectus non debet ex ſua malitia reportare commodum libere manendi in ſæculo, alias fieret melioris conditionis quam alii Religioſi, & via aperiretur delictis, dolis, & fraudibus contra *Jura adducta ſub n. 51.*

Juſte Ejectus poteſt cogere Religionem, ut ſe iterum recipiat, dummodo ſaltem ex litteris teſtimonialibus Ordinarii conſtet eſſe plene emendatum; habetur expreſſe *ex §.7. cit.* „ *Decret. ſub Urbano VIII.* ibi „: Ac poſtremo cenſuit eſſe „ innovandam, & ſuæ Beatitudinis auctoritate innovat Conſtitutionem felic. record. Gregorii IX. relatam in cap. final. „ de Regularibus. Ac præterea eam Conſtitutionem in iis „ quoque vindicare ſibi locum, ſervandamque eſſe, qui juſte „ deffinitiveque, ac juris ordine ſervato expulſi fuerint, dummodo tamen in expulſis hujuſmodi ſubſit ſpes evidens „ emendationis, ex litteris ſaltem teſtimonialibus Ordinarii „ cujus conſcientiam in his litteris concedendis Sacra Congregatio ſerio oneravit „. Lezana *tom.1. cap.23. num.9.* Navarr. *lib.3. conſ. tit. de Regul. conſ.18.* Molina *tom. 1. de juſt. diſp.14.* Matthæuc. *l. cit. n im. 33.* Ameno *de Incorrigibilium expulſione part.3. q.16. num. 69. & ſeq.* Donat. *l. cit. qu.26.* & paſſim alii qui ſcripſerunt poſt *cit. Decret. edit. ſub Urbano VIII.* Et ratio, eſt quia ex *dict. Decret.* ſola incorrigibilitas juſtificat expulſionem, ergo & illa ſolum poterit impedire regreſſum; ſed in emendato, & correcto non ſubſiſtit incorrigibilitas, ergo nec cauſa legitima rejiciendi, & impediendi regreſſum.

Neque in hoc admitti debet excuſatio aliqua poſt dictam declarationem Sacræ Congregationis Concil. ſub Urban. VIII. nam per ipſam innovatur *cap. final. de Regularibus*, ubi ſic „ præciſe ſtatuitur: „ Abbates, ſeu Priores eorum monitio„ ne prævia per cenſuram Eccleſiaſticam compellantur ad re„ ceptionem ipſorum, ſalva Regulæ diſciplina; quod ſi hoc „ Regularis Ordo non patitur, auctoritate noſtra provideant, „ ut apud eadem Monaſteria in locis competentibus, ſi abſque „ gravi ſcandalo fieri poterit, alioquin in aliis Religioſis do„ mibus ejuſdem Ordinis ad agendam ibi pœnitentiam talibus „ vitæ neceſſaria miniſtrentur „. Ex quibus patet quod, ſi aliquo rationabili motivo, ut evitentur ſcandala, ut ſalvetur Regulæ diſciplina, & hujuſmodi, non conveniat ipſum recipere intra eundem Conventum ad conſortium eorumdem, aliorumque Religioſorum, debeat recipi alibi, ac ſi non fuiſſet ejectus, & debet Religio talem illius curam habere qualem debet habere de non ejecto, ſalva ſola differentia innocentis, & pœnitentis, ut recte dicit Paſſerin. *de homin. ſtat. tom. 3. q.189. art.8. num.656.* Et Sacra Congregatio de mandato Sanctiſſimi vult ſic exacte obſervari *d.cap. final. de Regul.* & omnia diſpoſita *in cit. decret.* quod contra tranſgreſſores imponit pœnam ipſo facto incurrendam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vocisque activæ, vel paſſivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, ibi *§.9.* „ Si quis vero ipſorum adverſus ea, quæ ſuperius præſcripta ſunt, vel eorum aliquid quoquomodo facere, vel moliri præſumpſerit, ipſo facto pœnam incurrat privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, vel „ paſſivæ ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, pœnaque hujuſmodi ſit Sanctitati ſuæ, ac Sedi Apoſtolicæ reſervata, iisdem Superioribus etiam Generalibus, & Protectoribus, illam moderandi, ſeu relaxandi poteſtate penitus interdicta; & nihilominus ſit irritum, & inane, quidquid ſecus a quoquam actum extiterit.

Eje-

re videatur; atqui vero nullus inficiari poteſt, ejectos remanet Eccleſiaſticos, atque adeo ad ea omnia ſervanda teneri, quibus Eccleſiaſtici ſubjiciuntur. Accedit, quod ejecti ex aliquo Religioſorum Ordine in habitu clericali incedere tenentur, ut habetur §.4. Decreti Sacræ Congregationis Concilii ſub Urbano VIII. anno 1624. *Sic vero ejecti; quandiu non redierint ad Religionem, in habitu clericali incedant*; Atque ipſemet Auctor *pag.42.* hujus editionis *num. 62.* idipſum defendit. Atqui vel hoc ipſo illicita cenſeri debet ejectis negotiatio, quia inde maximo ſcandalo afficerentur fideles. Excipiendus eſt tamen neceſſitatis veræ, non quæſitæ caſus, in quo certe negotiari poſſunt. Quantum vero ad obligationem votorum, dicimus, ſententiam illorum Auctorum, quos infra *num: 52.* laudat Auctor noſter, mininne probabilem eſſe; Nam niſi afferantur rationes, quæ eidem probabilitatem aliquam valeant conciliare, nudam Auctorum illorum auctoritatem nulla probabilitate gaudere exiſtimamus.

(b) Ejectus ex Ordine regulari non liberatur a ſolemni obligatione, quam in profeſſione contraxit non cum Regularibus, ſed cum Deo. Privatur quidem ſua culpa bonis, quibus fruebatur Communitatis, ſed obligatio in eo manet ſervandi vota, & alia, quæ Deo pollicitus ſit. Et ſi obligatio manet in eo, qui captivus apud Turcas maneat, ut Auctor innuit *num. 51.* cum hoc manere obligatio non debebit, qui propria culpa a Regularibus e propria ſit ſocietate dejectus? Numquid culpa prodeſſe ei poterit ad exuendas obligationes, quas cum Deo contraxit, & quæ ipſo naturæ jure ſequuntur? Jure enim naturæ vota ſervare adſtringimur. Itaque improbabilis omnino eſt Sancheſti, aliorumque opinio.

58 Ejectus rediens ad Religionem non tenetur de novo Novitiatum obire, & profeſſionem emittere, quia quantum ad experimentum morum ſupplet ſpes evidens emendationis, & quantum ad profeſſionem non fuit prior extincta, ſed ſolum ejus obligatio ad tempus, quo ille extra Religionem manſit, fuit quo ad aliqua ſuſpenſa. Rodriquez *tom. 1. qq. Regular. quæſt. 30. art.28.* Sanchez *lib.6. in Decalog. cap.9. numer. 33.* Lezana *tom.2. cap.23. n.9.* Donat. *l. cit. q.17. n. 1.* Ameno *l. cit. par.3. q.16. n.101.* Mathæucc. *l. cit. num. 34.* & alii paſſim. Ejectus rediens præſcindendo a ſtatutis, & Conſtitutio-

57 nibus uniuſcujuſque Religionis, non eſt ſtatim reſtituendus ad gradus, & præcedentias, ſed prius probandus eſt, & expectandus quod exemplo bonorum operum, & exercitio actuum virtutis ſe dignum oſtendat. Ameno *l. cit. part.3. quæſt. 19.*

58 *num.113.* citans alios, Mathæucc. *l. cit. n.35.* Immo Donatus *l. cit. q.27. num.3.* citans Sanchez, & Rodriquez dicit expreſſe quod Ejecti redeuntes non debent reſtitui ad eundem locum, gradus, & honores, quibus antea fruebantur; non enim decet recedentes a Religione veteranos præcedere Religioſos, qui quotidie portaverunt pondus diei, & æſtus, & ſemper in amore fraternitatis, & jugo obedientiæ famulatum præſtiterunt; & ſic tenent etiam Lezana *l. cit. n. 9.* Suarez *tom.4. de Relig. tract.8. lib.3. cap.5. n.17.* & alii.

59 Ejectus a Religione ob crimina falſa, quæ ipſe ſibi ad hunc finem impoſuit, non eſt ſecurus in conſcientia, extra illam, ſed eſt verus Apoſtata; quia talis ejectio eſt involuntaria, & fraudulenta, utpote fraudibus, & falſitatibus extorta, & propterea nihil ipſi ſuffragatur; *arg. cap. Sedes 15. de reſcriptis*, ibi: *Quia fraus, & dolus ei patrocinari non debent, cap. Tuæ 12. de Clericis non reſident.* Cum aliis Juribus adductis *ſub num.51.* Unde tenetur detegere fraudes, & redire ad Religionem. Anton. a Spiritu Sancto, *Direct. Regular. tract.4. diſt.3. ſect.12. num.495.* Sanchez *l.6. in Decalog. cap.9. num.67.* Bonacina *D. clauſur. q.2. punct. 12. §. 1. num. 13.* Lezana *verb.*

60 *Ejicere num.10.* Donat. *l. cit. q.56. numer.1.* & alii. Et hoc etiam eſt dicendum de ſic expulſis poſt Vota biennii a Societate Jeſu; Si quis enim ex iſtis falſa crimina ſibi imponat, vel etiam eo fine delinquat, ut a Societate expellatur, non remanet tutus in conſcientia, quamvis ſua vota biennii fuerint conditione emiſſa, ſcilicet pro tempore, quo eum Societas alit, & retinet; Nam non liberatur ab obligatione Voti conditionalis, qui nititur conditionem non impleri, ut liber evadat, & qui vovit Religionem, votum non implet, ſi delinquat eo fine, ut non admittatur; ſicque in propoſito non liberatur, & ſolvitur a Votis biennii Jeſuita, niſi quando ex parte Societatis ejectio eſt voluntaria, qualis non eſt in caſu, ſed per malitiam extorta, & ita ejuſdem Societatis Congregatio Generalis *Decreto* 18. §.4. cum proteſtatione decrevit; ſic Sanchez *lib.6. in Decal. cap.9. quæſt. ult. n.96.*

61 Ejectus juſte, ſi emendatus ad clauſtra rediens, non admittatur, poteſt tuta conſcientia remanere in ſæculo, & inſtar Clericorum Sacramenta recipere; Per ipſum enim non ſtat quominus in priſtinam Religionem admittatur, maxime ſi repetitis vicibus acceſſerit ad Patres Religionis, a qua fuit expulſus, & ab eiſdem ſemel, bis, & ter fuerit repulſus; Sic enim fecit quantum potuit, & quod in ſe fuit, unde quod foris maneat, non eſt ei imputandum, quia ad impoſſibile moraliter nemo tenetur. Graſſius *lib.3. de Regul. conſil.3. numer. 6.* Layman *lib.4. tract.5. cap.13. de Ejectis q.5. num.3.* Navarr. *in Commentar.2. de Regul. num.36.* Rodriq. *tom. 1. qu. 30. art. 21.* Barboſa cum multis allegatis *in cap. final. de Regul. numer. 9.*

62 *q.4.* & alii. Ejectus in ſæculo remanens ſi in Ordinibus etiam minoribus conſtitutus ſit, tenetur incedere in habitu Clericali; ſic declaravit Sacra Congregatio 1. *April.* 1628. ut refert Novarius *in Lucerna Regul. verb. Ejecti num.7.* & ex ipſo Lezana *eod. verb. Ejecti num.* 8. Ubi ex tali declaratione colligit,

63 Laicos ſeu Converſos ab Ordine expulſos non teneri incedere in habitu Clericali, cum nec in Minoribus ſint conſtituti, & poſſe uti Laico, ut tenet etiam Suarez *tom.4. de Relig. tract.8. lib.3. cap. 6. n. 14.* Novarius *l. cit. n.7.* Ameno *l. cit. par.3. qu.3. num.16. & q.18. num.109.* & ratio iſtorum eſt, quia hujuſmodi Ejectus non tenetur eſſe Clericus, ſi non vult; & ſufficit, ſi cælibatum ſervet in vita, & conſequenter in habitu laicali, ſubditque Suarez *l. cit.* Epiſcopum non poſſe hujuſmodi ejectum cogere ad habitum Clericalem, cum illum non voverit. Oppoſitum tamen tenent Donatus *l. cit. q. 41. nu.2.* Peyrin. *formul. litt.E. cap.39. num.3.* Pellizar. *Manual. tract. 8. cap.7. num.18.* Paſqualig. *ad Lauret. de Franch. n.987.* quia *in cit. §.4. decr. edit. ſub Urbano VIII.* non diſtinguitur inter

Clericum, & Laicum, ſed indefinite dicitur: *Sic vero ejecti quandiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant.*

Ejectus deponens habitum Clericalem animo nunquam 64 reaſſumendi habitum neque Clericalem, neque Regularem, immo ſæculari Militiæ ſe ſcribens, ſi ſit Clericus, eſt vere Apoſtata; Quia Ejectus habet obligationem corrigendi mores ſuos, vivendo morigerate, & religioſe in habitu Clericali, immo & in habitu Religioſo ſi revocetur ad clauſtra, adeoque, deponens habitum Clericalem eo animo perpetuandi in rebellione a ſtatu Clericali, & Regulari, immo ſe adſcribens militiæ ſæculari, vere eſt Apoſtata. Donat. *l. cit. q. 42. per tot.* Paſqualig. *ad Lauret. de Franch. numer.* 108. Maranta *tom.3. controv. reſponſ. 18. num.* 31. & ſeq. Paſſerin. *de ſtatu homin. tom.3. qu.189. num.677.* & alii. Si vero deponens habitum 65 Clericalem ſit Laicus, ſeu Converſus, & deponat animo nunquam reaſſumendi habitum, neque Clericalem, neque Regularem, immo ſæculari militiæ ſe adſcribat, in ſententia illorum, qui dicunt Laicum ejectum, teneri incedere in habitu Clericali, cenſendus eſt vere Apoſtata propter rationem allatam de Clerico. Si vero Laicus ejectus deponat habitum Cle- 66 ricalem, ut poſſit in habitu laicali facilius victum ſibi procurare, & morigerate vivat, habens animum reaſſumendi habitum regularem quoties ad clauſtra revocetur, vel admittatur, etiamſi habitum Clericalem nunquam reaſſumat in ſententia illorum, qui dicunt Laicum ejectum non teneri incedere in habitu Clericali, non erit cenſendus Apoſtata, cum juxta illos in nihilo deficiat.

Ejectus acquirit adhuc bona Monaſterio, vel Religioni, unde 67 eſt ejectus. Non enim per expulſionem fit a Religione omnino præciſus, nec deſinit eſſe Monachus, ſeu Religioſus, cum ſi ſe corrigat, & emendet, teneatur Monaſterium eum recipere. Immo tenetur Monaſterium, ſeu Religio annuatim illum requirere, ut redeat, & ejectus vocatus tenetur redire, aliter poteſt per Cenſuras compelli ut expreſſe ſtatuitur *in cap. fin. de Regularibus*, innovato *in d. §.7. decret. edit. ſub Urbano VIII.* adeoque tamquam adhuc Monachus vel Religioſus acquirit non ſibi, ſed Monaſterio, vel Religioni, *cap. Monachi 2. cap. Super quodam 4. & cap. Cum ad Monaſterium 6. de ſtatu Monachorum, cap. Non dicatis aliquid proprium 11. cauſ. 12. q.1. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap.2.* Acquirit tamen Ejectus uſum fa- 68 cti & Jus diſponendi de acquiſitis prout ejus ſtatus exigit, & indiget quoad victum, veſtitum, habitationem, & vitæ neceſſaria, quia hoc non eſt contra votum paupertatis, nec profeſſi ſunt carere his rebus, unde ſi a Religione non concedantur, eo ipſo datur licentia quærendi, & habendi illas. Leſſius *lib.2. de Juſtit. cap.41. dub.15. num.112.* Lezana *tom.1. c. 23. num.14.* alia enim competunt ei de Jure naturæ, & caſus neceſſitatis ſemper cenſentur excepti; Tum quia in ipſomet actu ejectionis ab Ordine cenſetur ei facta facultas ſaltem tacite de his omnibus nomine Religionis diſponere. Barboſa *in cap. final. de Regul. q.7. num.5.* Rodriq. *tom. 1. quæſt.30. art. 29.* Donat. *l. cit. q.46. num.7.* & alii paſſim. Non poteſt autem 69 Ejectus facere expenſas magnas ſuperfluas, nec donationes illicitas, aut rerum pretioſarum, & magni valoris, & accipientes ab illo tenentur ad reſtitutionem, quia Ejectus non eſt Dominus eorum, quæ poſſidet, ſed ſolum adminiſtrator nomine Religionis in ordine ad ſupradictos uſus neceſſarios; quamvis tamen poſſit expendere, & donare res minus pretioſas, & parvi valoris abſque eo quod accipientes teneantur ad reſtitutionem, quia quo ad iſta cenſetur habere facultatem tacitam a Superioribus Religionis, a qua ſunt expulſi. Leſſius *lib. 2. de Juſtitia cap.41. dub.15. num.113.* Molina *tom. 2. de Juſtit. diſp.276. & 120.* Lezana *l. cit. num.14.* Donat. *l. cit. q. 50. n.16. & 17.* & alii.

Ejectus non poteſt teſtari de bonis acquiſitis in ſæculo, quia 70 poteſtas teſtandi pugnat cum Voto paupertatis; nec Ejectus eſt Dominus illorum bonorum, cum ex dictis habeat ſimplicem uſum facti, & facultatem diſponendi de iis ſolummodo quoad dictos uſus ſibi neceſſarios, dum vivit. Sic Leſſius *loc. cit. num.113.* Clavis Regia *lib.6. cap.9. num.* 28. Donat. *loc. cit. q.49. num.1.* Lezana *l. cit. num.14.* & communis aliorum. Unde ſi Ejectus decedat extra Clauſtra, omnia ſua bona fiunt 71 Cameræ Apoſtolicæ, prout expreſſe ſtatuit Gregorius XIII. Conſtit. incip. *Officii noſtri partes ſedulo*. Advertit tamen Paſ- 72 ſerinus *de ſtatu homin. tom.3. q.189. art.8. num.529.* hoc decretum non habere locum de omnibus bonis Religioſorum, ſed de illis quæ acquiſierunt extra Clauſtra degentes. De his enim bonis loquitur Conſtitutio *Pauli IV. incip. Poſtquam*; &

patet etiam ex cit. Constit. Gregorii XIII. ubi dicitur, *tempore, quo extra Claustra hujusmodi fuissent acquisita*; & tandem §. 3. statuit ut bona omnia per Regulares degentes extra Claustra acquisita, spectent ad Cameram Apostolicam, ideo quæ Religiosum acquisivit antequam egrederetur de claustro, concludit *dict. Passerinus*, Religioni manent, nam fuerunt
73 jam illis acquisita. Hinc a fortiori manent Religioni, & illi debentur bona illorum Religiosorum, qui cum legitima facultate suorum Superiorum itinera arripientes, vel apud Parentes, Amicos, Benefactores Religiosas vacationes obeuntes, per accidens ibi decedunt; & ita censuit *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Vercellens.* 11. *April.* 1600. & 30. *Junii* 160[illegible].
74 Ejectus si extra Claustra decedat, debet sepeliri in sepulcro a se electo, cum sit sui Juris quoad electionem sepulcri; Si vero decedat nulla facta electione, sepeliri debet in Ecclesia Parochiali, non autem in Regulari, quia Ejectus a Religione statuitur sub Jurisdictione Episcopi, eo modo quo ceteri Clerici illi subduntur, *cit.* §. 4. *decret. edit. sub Urbano VIII.* ibi: *Sic vero Ejecti, quandiu non redierint ad Religionem, in habitu Clericali incedant, atque Ordinarii loci jurisdictioni & obedientiæ subsint*, ergo instar eorum in Ecclesia Parochiali tumulantur. Anton. *a Spiritus S. director. Regul. disp. 3. sect. 12. numer. 493.* Pellizar. *tract. 8. cap. 8. num. 38.* Ameno *loc. citat. part. 3. q. ult.* & alii.
75 Affertur supplex libellus SS. D. N. Benedicto XIII. porrectus ab Ordine Fratrum Minor. cum ejusdem. Pontificis favorabili rescripto pro moderatione Bullarum circa expulsionem incorrigibilium; & est tenoris sequentis.

BEATISSIMO PADRE.

Intus.

NEl prossimo passato Capitolo Generale dell'Ordine dei Frati Minori celebrato in Milano tra gli altri Statuti fatti, e stabiliti di commune consenso di tutta la Religione, e di già stampati coll'approvazione della Santità Vostra, si legge al num. 4. *Supplicetur Sanctissimus ab Officialibus Curiæ &c. pro moderatione Bullæ expulsionis incorrigibilium ad normam Statutorum antiquorum*. Supplica per tanto Vostra Beatitudine a nome di tutto l'Ordine Fra Giuseppe Maria d' Evora Commissario Generale di Curia del medesimo, acciò derogando alle Costituzioni della Santa Memoria de' Papi Urbano VIII. ed Innocenzo XII. circa questa materia, come quelle, che secondo l'esperienza ha dimostrato, non possono mai ridursi in pratica, si compiaccia permettere il servarsi l'ordine degli Statuti antichi, a tenore del foglio ingiunto, e qui sotto trascritto, in un Congresso Generale dopo matura riflessione, ed esame conchiuso, ordinando, che basti alli medesimi Statuti aggiungersi con rescritto della Santità Vostra, senz'altra ulteriore spedizione di Decreto, Bolla, o Breve, Che della Grazia &c.

In expulsione Incorrigibilium universo Ordini nostro maxime salubri, & necessaria, nedum ad Religiosam pacem confovendam, atque candorem Ordinis conservandum; ejectis perturbatoribus & scandalosis Fratribus suo malo exemplo, & conservatione alios pervertentibus, & propterea a Seraphico Patre nostro Francisco in suo testamento maledictis; verum etiam ad ipsam Regularem disciplinam, ubi viget, augendam, & ubi deficit, instaurandam, ob timorem exinde inquietis, & discolis incutiendum; Servato jure communi, Reus post tria delicta gravia ejusdem (a), vel diversæ speciei (b) intra, vel extra claustra commissa, si aliquando de iis (c) monitus, & punitus juridice, vel paternaliter (d) fuerit & constet per juridica acta, vel (e) per Provinciæ Regesta, in carceribus per aliquod (f) tempus detineatur, & examinatis actis alias factis, seu (g) sententiis contra Reum ipsum alias latis, vel (h) novis actis denuo confectis; si juridice tria gravia delicta, ut supra dictum est, probata sint, a suo Ministro Provinciali cum Provinciæ Definitorio incorrigibilis declarari possit, non tamen expelli, nisi prius a Superiore Generali, cui acta hujusmodi mittenda sunt, de consilio sex graviorum Patrum, & cum voto Domino Consultoris sæcularis, ejectionis sententia approbata, & confirmata sit. Si Sanctissimo Domino Nostro placuerit.

Rescriptum.

Ex audientia Sanctissimi 6. Decembris 1729. Sanctissimus annuit, dummodo non adversetur Constitutioni *Universalis &c.*

Loco ✻ Sigilli.

N. M. Card. Lercari.

Novæ additiones ex aliena manu.

QUod habet *Auctor num. 42. & plur. sequent.* Ejectos uti 1
infamia laborantes nec exercere suos Ordines, nec concionari, nec assequi beneficia posse, id locum etiam
sibi vindicat quoad ejectos è Societate Jesu post emissa vota 2
solemnia, non item quoad eosdem ejectos è Societate Jesu post emissa vota dumtaxat simplicia, ut probe monet *san. mem. Benedictus XIV. de Synodo Dioecesana lib. 13. cap. 11. num. 2.* ubi in hanc rem affert Resolutionem *Sacr. Congregat. Concil. & P. Girald. in addition. ad Maschat. Institut. Canon. lib. 3. titul. 32. num. 39.*

ELECTIO.

ARTICULUS I.

Electio quoad ejus esse, divisionem, differentiam, & formam.

ELectio generatim sumpta est multorum placentium in or- 1
dine ad finem unius præacceptio. Sic ex Aristot. 5. *Ethicor.* & D. Thom. 1. 2. *qu. 13. art. 3. in corp.* Unde si ad iter obeundum occurrant simul duo media, videlicet equus, & biga, ut commodius fiat iter, in tali casu biga dicitur eligi, & ad hoc B. Albertus Magnus *Cap. 23. Top.* dicit, *quod eligere est duorum vel plurium, quæ sunt proposita alterum, vel alterum præoptare*. Electio autem canonica dupliciter sumitur; 2
Primo generaliter, seu latissimè, & sub hoc nomine Electionis venit etiam Postulatio, Præsentatio, Nominatio, Petitio, & Collatio; Secundo sumitur Electio proprie, seu stricte, & prout contradistinguitur a Postulatione et Præsentatione, Nominatione, Petitione, & Collatione; Et de Electione in hoc stricto, & proprio sensu in præsenti est sermo.

Electio igitur proprie, & stricte accepta est personæ idoneæ 3
ad Ecclesiam vacantem, vel Prælaturam per eos, quibus eligendi Jus competit, Canonica vocatio. *Est in re communis.* Electio differt a Postulatione, quia electio innititur Juri, & 4
postulatio innititur gratiæ. Sic Glossa communiter recepta *in cap. Unico de Postulat. Prælator. in 6. verb. Ego de Postulando*. Electio enim est personæ habilis, & idoneæ ad dignitatem, & si Canonice sit celebrata, atque ab Electo acceptata, confert huic Jus ad Prælaturam, itaut absque injuria rejici non possit, & si suæ electionis confirmatio sibi denegetur, potest eam Electus actione instituta petere, eo quod de Jure debeatur *ut cap. Postquam 3. de electione.*, & docet amplius Glos-

(a) *Cum aliqui requirant identitatem specificam delictorum.*

(b) *Videtur aliquibus nonnisi delicta extra claustra commissa, expulsione puniri posse, perinde ac ea, quæ in claustris patrantur, corruptelam, ac perniciem Ordini nullam afferant.*

(c) *Ne excludantur privatæ monitiones, quæque ad juris apices probari nequeant.*

(d) *Quandoque a Sacra Pœnitentiaria absoluti, sive ab ejusdem Sacræ Pœnitentiariæ, sive ab Ordinis Foro moneri delinquentes, ac puniri paternaliter solent.*

(e) *Ne excludantur Apostasiæ, quæ cum ob indultam a Sacra Pœnitentiaria absolutionem, vel aliam ob causam formali processu judicatæ non fuerint, in aliquem relatæ sint Provinciæ librum, qui utique in Foro ea saltem fide gaudere debet, quæ negotiationum codicibus adhiberetur &c.*

(f) *Cum Urbani VIII. Constitutio annuam, Innocenti XII. semestrem carcerationem requirat; Ex Decreto autem Sacræ Congregationis memoratum tempus, vel continuari debeat, vel interruptum redintegrari.*

(g) *Juxta enim Ordinis Constitutiones elapso semestri ab executione sententiæ, solo pœnali judicio retento, cuncta reliqua comburi debent.*

(h) *Ut carcerationis tempore delicta juridice probari possint.*

Glossa *ad Rubricam tituli de Postulatione Prælator. in 6.* Postulatio vero est personæ aliquo defectu, vel impedimento laborantis, ob quod non est eligibilis, ac propterea dispensatione opus habet, ut si quis non sit procreatus de legitimo Matrimonio; *Cap. Innotuit 20. de electione.*, vel quia non habet legitimam ætatem, aut similem defectum patiatur, quem Superior non tenetur dispensative admittere ex Justitia, sed solum ad dispensandum cum eo, atque ad ejus admissionem concedendam, quandoque movetur ex gratia, *Cap. bon. memoriæ 3. de postulation. Prælator.* & Glossa *ibi verb. Gratia.* Unde Postulatio describitur, quod sit alicujus personæ ad Prælaturam, seu dignitatem Ecclesiasticam erga Superiorem directa petitio, ut eam dispensative admittere dignetur; *Est in re commun.*

6 Electio differt a Præsentatione, quia Præsentatio ab uno solo fieri potest, & etiam per litteras, & electio non nisi a pluribus, & capitulariter congregatis fieri potest; *cap. Nullius 1. & cap. Quia propter 42. de Election.* Insuper Jus eligendi ad Beneficium ecclesiasticum non competit Laicis; *cap. Sacrosancta 51. & cap. Massana 56. de elect.* bene tamen jus præsentandi; *cap. Quod autem 5., & cap. Pastorali 29. de Jurepatronat.* Deinde Electioni correspondet confirmatio, Præsentationi autem institutio per Superiorem faciendam nam electionem ad Ecclesiam, vel Prælaturam de aliquo idoneo canonice factam tenetur Superior de Jure confirmare. & Clericum idoneum legitime a Patrono præsentatum tenetur instituere. Unde Præsentatio describitur quod sit personæ idoneæ ad Episcopum, vel alium, cui competit institutio per Patronum legitime facta exhibitio, ut ei de Beneficio vacante provideat. *Est in re Communis.*

8 Electio differt a nominatione, quia Nominatio fit de pluribus, & electio de uno solum, ut colligitur ex *cap. Quod sicut 28. de elect.* ibi: *Cum exprima electione, quæ facta de tribus dicenda videtur potius Nominatio, nihil juris acquisitum sit Nominatis*; deinde per electionem, postquam est acceptata, acquiritur jus electo, non sic autem acquiritur jus Nominato per nominationem *cit. cap. Quod sicut 28. de Electione.* ibi: *Nihil juris acquisitum sit Nominatis*. Insuper Nominatio potest fieri; & sit alternative, electio autem determinative; Electio quippe fit de uno solum determinate, Nominatio autem solemnis fit de pluribus alternative, ut ex illis Superior, vel hunc, vel illum promoveat; Fagnan. *in cap. Bonæ memoriæ 3. de Postulat. Prælator. num. 68.* Unde Nominatio solem-
9 nis describitur, quod sit illa, per quam duo, vel plures excellentiores nominantur, seu proponuntur Superiori ad hoc, ut unum ex illis admittat, eique de Beneficio providere dignetur. *Est in re Communis.* Dicitur autem notanter *Nominatio solemnis*, quia, ut advertunt Abbas *in cap. Quod sicut 28. de election. num. 1.* Fagnan *in cap. Bonæ memoriæ 3. de Postulat. Prælator. num. 79.* Barbosa *Lib. 1. Jur. Eccles. univers. cap. 19.*
10 *num. 17.* & alii passim. Nominatio est triplex, prima est Nominatio consultoria, quæ præcedit Scrutinium, & fit in Collegio aliquos proponendo, ut si digni Judicati fuerint, per scrutinium eligantur; & per hanc nullum jus acquiritur Nominatis; *cit. cap. Quod sicut 28. de election.* cum per talem Nominationem exprimatur solum consensus de futuro. & tali Nominatione non obstante, possint Capitulares eligere alium, ut observant citati Doctores, et docet in dies experientia. Secunda est Nominatio, quæ fit in Scrutinio, quando Electores secreto aliquem in Chartula nominant, juxta *c. Si quis justo 46. de Election. in 6.* & hæc coincidit cum vocatione privata singulorum Eligentium, atque exprimit consensum de præsenti, & licet, antequem publicetur talis Nominatio, possit variari publicato tamen scrutinio, non potest amplius per Electores variari, textu expresso *in capit. Publicato 58. de Election.* ibi: *publicato scrutinio variare nequeunt Electores*. Tertia est Nominatio illa solemnis, per quam duo, vel tres digniores nominantur Superiori, ut ex illis unum promovere dignetur.

11 Electio differt a Petitione, quia Electio tribuit Electo ipsam acceptanti jus ad confirmationem, quæ si sibi injuste denegetur, potest eam actione instituta petere, eo quod ex justitia, ei debeatur, ut colligitur *ex cap. Postquam 3. de election.* ac notat Abbas *ibid. num. 1.* dicens quod confirmatio sit necessitatis, licet Electio a principio fuerit voluntatis: Simplex vero Petitio nullum tribuit jus Petito, cum non obstante, quod
12 Plebs, seu populus aliquem petat sibi dari in Prælatum, possit Superior ipsum non concedere. Unde simplex Petitio describitur, quod sit supplicatio, qua Plebs ipsa, seu populus aliquem sibi dari in Prælatum deposcit. *Est in re communis*, & colligitur *ex cap. nulla ratio 1. dist. 62.* ibi; *Nec a Plebibus sunt expetiti, & cap. Quod Dei timorem 5. de statu Monachochor.* ibi: *Quod jam dicti Parochiani a nobis ratum haberi supplicitur postulant.*

Electio differt a Collatione, quia per electionem accepta- 13
tam acquiritur solum jus ad rem respectu Beneficii, seu Prælaturæ, cum electus ante confirmationem non possit dicere Beneficium esse jam suum, sed solum sibi debitum. Layman *lib. 1. Decretal. tit. 6. num. 4.* Pirhing *ibid. num. 2.* Reiffenstuel *ibidem num. 31.* Passerin. *cap. 33. de election. num. 7.* testans hanc de communi; *arg. cap. Super his 16. de accusationibus*; Per Collationem vero Beneficii, quam quis ratam habuit, acquiritur Jus in re, & quasi dominium in ipso, licet possessio ipsius nondum acquisita fuerit, ut notat Layman *loc. cit. n. 4.* Garcias cum multis aliis *part. 4. de beneficiis, cap. 2. num. 1.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 25. arg. cap. Si tibi absenti 17. de Præbend. in 6.* Unde collatio libera describitur, quod sit gra- 14
tuita Beneficii ecclesiastici vacantis concessio facta ab Episcopo, vel alio habente facultatem. *Est in re communis.* Dicitur autem notanter *Collatio libera* ad exclusionem Collationis necessariæ; Collatio enim dividitur in liberam, & necessariam. Collatio libera est illa mox descripta, & dicitur libe- 15
ra, quia licet habens Jus conferendi libere Beneficia teneatur hæc intra tempus a Jure præfixum conferre personis idoneis, libere tamen confert, cui voluerit ex idoneis. Et hæc Colla- 16
tio libera, exclusa speciali concessione, non potest fieri per Vicarium Generalem Episcopi, *cap. final. de Officio Vicarii in 6.* Neque ipsa transit ad Capitulum, Sede vacante; *cap. Unic.* 17
de Institut. in 6. Collatio autem necessaria est ea, quæ fit ex 18
necessitate Juris, videlicet ad præsentationem, nominationem, electionem alicujus, vel ad mandatum Superioris, aut ex causa permutationis Beneficiorum. Glossa *in Clementin. Unic. de rerum permutat. verb. Conferantur*, Barbosa *tractat. de Appellativa verbor. Juris significat. appellat. 54.* & alii passim; Et dicitur *necessaria*, quia superior de necesse debet conferre Beneficium ipsimet præsentato, nominato, electo, permu- 19
tanti, aut provideri mandato, si sit idoneus. Et hæc Collatio potest fieri etiam per Capitulum, Sede vacante, *cap. Olim 14. de Major. & Obedient. & cap. Unic. de Institut. in 6.*

Forma electionis est triplex, scilicet forma Scrutinii, forma 20
Compromissi, & forma Inspirationis, textu expresso *in cap. Quia propter 42. de election.*, ibi: „ Quia propter diversas „ electionum formas, quas quidem invenire conantur, & „ multa impedimenta proveniunt, & magna pericula immi- „ nent Ecclesiis viduatis, statuimus, ut, cum electio fuerit „ celebranda præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, „ & possunt commode interesse, assumantur tres de Collegio, „ & fide digni, qui secrete, & sigillatim vota cunctorum di- „ ligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in „ communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interjecto, „ ut is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel major, „ vel sanior pars Capituli consentit; vel saltem eligendi po- „ testas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium „ Ecclesiæ viduatæ provideant de Pastore, aliter electio facta „ non valeat; Nisi forte communiter esset ab omnibus, quasi „ per inspirationem absque vitio celebrata: Qui vero contra „ præscriptas formas eligere attentaverit; eligendi ea vice „ potestate privetur. Illud autem penitus interdicimus, ne „ quis in Electionis negotio Procuratorem constituat, nisi sit „ absens in eo loco, de quo debet advocari, justoque impedi- „ mento detentus venire non possit, super quo, si opus fuerit; „ fidem faciat juramento, & tunc, si voluerit, uni commit- „ tat de ipso Collegio vicem suam; Electiones quoque clan- „ destinas reprobamus, statuentes, ut quam cito electio fue- „ rit celebrata, solemniter publicetur „. Ubi vides, quod generaliter reprobantur omnes aliæ adversæ a tribus dictis electionum formæ, decernendo, quod *aliter facta electio non valeat*. Hinc Electio per sortes est nulla, utpote facta contra 21
dispositionem irritantem hujus *Capitis Quia propter*, & talis electio per sortes in specie reprobatur, & fieri prohibetur etiam *in cap. Ecclesia vestra 3. de sortilegiis.*

Electio per scrutinium est illa, quæ præsentibus omnibus, 22
qui debent, volunt, & possunt interesse, fit per Collectionem suffragiorum circa eum, in quem major, & sanior pars Capituli consentit. *Est in re communis*, & habetur clare *ex cit. cap. Quia propter 42. de elect.* Ex quo Capite, seu Ca- 23
none secundum Joann. Andr. *ibid. num. 28.* quem Doctores communiter sequuntur, teste Fagnano *ibid. num. 36.* colliguntur octodecim substantialia formæ electionis per scrutinium.

Pri-

Primum, igitur ſubſtantiale eſt, ut fiat per congregatos in unum. Secundum, ut Scrutatores aſſumantur a Collegio. Tertium, ut Scrutatores ſint tres. Quartum, ut Scrutatores ſint de Collegio. Quintum, ut vota ſingulorum exquirantur ſecreto. Sextum, ut exquirantur ſingillatim. Septimum, ut exquirantur vota cunctorum. Octavum, ut vota in ſcriptis redigantur. Nonum, ut vota in communi publicentur. Decimum, ut publicentur mox. Undecimum, ut fiat collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, & zeli ad zelum. Duodecimum, ut collatio fiat incontinenti poſt publicationem. Tertiumdecimum, ut fiat communis electio. Quartumdecimum, ut eadem electio fiat ſtatim poſt collationem. Quintumdecimum, ut electio fiat de illo, in quem major, & ſanior pars Capituli conſentit. Sextumdecimum, ut electio fiat verbalis. Decimumſeptimum, ut electio non ſit clandeſtina. Decimum octavum, ut prædictorum omnium Ordo ſervetur. Hæc apud Fagnan. *in d. cap. Quia propter*, ubi late *a num.37. uſque ad num.66. incluſive*. Vide etiam Reiffenſtuel *lib.1. Decretal. tit.6. num. 146.* ubi docet, quod non valet electio celebrata a ſaniori parte Capituli, niſi ea etiam ſit major; *cap. Cumana 50. de Elect. & ibi Communis Doctorum*.

24 Electio per Compromiſſum illa eſt, quæ fit, quando Capitulares præſentes facultatem eligendi in unum, vel plures idoneos viros conferunt, qui vice omnium eligant. *Eſt in re Communis*; & habetur clare *ex d. cap. Quia propter*, & concordat
25 *cap. in cauſis 30. de Electione.* Ad faciendum Compromiſſum pro electione requiritur conſenſus omnium Vocalium, itaut unius diſſenſus Compromiſſum impediat, & electio aliter facta non valeat; *cit. cap. Quia propter*, ibi: *Qui vicem omnium . . . . Aliter Electio facta non valeat*. Ita Gloſſa *ibid. verb. Vice omnium*, & Doctores communiter, teſte Abbate
26 *ibid. §. Vel ſaltem num.2. & 6.* Compromiſſum pro electione poteſt fieri etiam in unum ſolum quamvis ipſe non ſit de Collegio, *arg. cap. Cauſam 8. de Electione.* ubi Moniales compromiſerunt pro electione Abbatiſſæ in Epiſcopum, qui erat ſolus, & non de Collegio. Gloſſa *ibid. verb. Contulerint*, & Gloſſa communiter recepta *in cit. cap. Quia proper verb. Vi-*
27 *ris*. Compromiſſum non poteſt fieri in Laicum; *cap. Contin-*
28 *git 8. de Arbitris, cap. Decernimus 2. de Judiciis*. Unus compromiſſarius nequit eligere ſeipſum; *arg.cap.Cum ad noſtram 7. de Inſtitut.* ubi ſtatuitur, quod nemo poteſt inſtituere ſemetipſum in Beneficium, addita ratione: *Cum inter dantem, & accipientem debeat diſtinctio perſonalis, cap. Per noſtras 26. de Jure patronat.* ubi ſtatuitur, quod nemo poteſt præſentare ſeipſum ad Eccleſiam, etiamſi de ſuo Jure patronatus, ibi: *Nullus ſe poteſt ad Perſonatum alicujus Eccleſiæ præſentare, quantumcumque idoneus ſit*. Sic Gloſſa communiter recepta *in cap. Cum in Jure 33. de Election. verb. Ex ſe, vel aliis*. *Quia*, dicit, ipſa, *Nemo debet oriri a ſe ipſo, c. In ſcripturis 9. cauſ.8. qu.1.* cum ſimilibus; Si Compromiſſarii ſint plures, poſſunt ii aliquem ex ſe ipſis eligere, quamvis in Compromiſſo id non ſit expreſſum, dummodo non fuerit expreſſe prohibitum; Sic Abbas *in cit. Cap. Cum in jure num.4.* ubi pro hac ſententia allegat Innocent. Hoſtienſ., & quaſi communem aliorum, & hanc tenent noviſſime Pirhing *lib.1. Decretal. tit. 6. num. 22.* Reiffeſtuel *ibid. num.99.* Engel *num.21.* Sanig. *cap.4. num.24.*
30 Paſſerin. *cap.22. de Elect. num. 4.* & alii. Compromittentes tenentur recipere electum a Compromiſſariis, *capit. Cauſam 8.*
31 *de Elect.* & Communis Doctorum. Dummodo tamen ſervata fuerit forma Compromiſſi, quia ſi Compromiſſarii terminos poteſtatis ſibi traditæ non ſervaverint, non valet Electio inde ſecuta, *cap. Cum dilectus 23 & cap. Cam in veteri 52. de Election.*

32 Electio per Inſpirationem eſt illa, quæ fit per veram Dei revelationem, qualis inter alias fuit Electio S. Nicolai, S. Ambroſii, & S. Severi, de quibus ſit mentio *in cap. Statuimus 8. diſt. 61.*, ibi: *Beatus Nicolaus ex Laico electus eſt in Epiſcopum. Beatus Severus ex Lanificio aſſumptus eſt in Archiepiſcopum. Beatus Ambroſius, cum nondum eſſet baptizatus, in Ar-*
33 *chiepiſcopum eſt electus*. Electio autem per quaſi Inſpirationem eſt illa, qua Electores omnes quaſi per Inſpirationem Spiritus Sancti concorditer moti, nullo præcedente tractatu, communiter uno corde, & ore in eumdem conſentiunt; *Eſt in re Communis*; & habetur clare *in cit. cap. Quia propter 42. de electione.*, ibi: *Aliter Electio facta non valeat, niſi forte communiter eſſet ab omnibus quaſi per Inſpirationem abſque vi-*
34 *tio celebrata*. Ubi adverte, quod notanter ibi dicitur *Abſque vitio celebrata*, quia requiritur, ut talis Electio ſine ullo vitio Simoniæ, requiſitionis, ſubornationis, & conſenſus extra Capitulum ante Electionem dati, atque ab omnibus, & ſingulis libere, & concorditer uno corde, & ore conſentientibus fiat, aliter non eſſet Electio quaſi per Inſpirationem celebrata; *argum. cap. Per Inquiſitionem 26. & cap. Poſt petitam 46. de Election.* Hinc Electus ad clamorem populi non debet per Su- 35
periorem confirmari, ut ſtatuitur *in cap. Oſius 2. de Election.*, ibi: *Cum ſit manifeſtum, potuiſſe plures eorum, qui ſinceram fidem non habent, præmio, & mercede corrumpi, ut clamarent in Eccleſia, & ipſum petere viderentur, omnino fraudes has damnandas eſſe arbitror*. Unde, ubi ſubeſt ſuſpicio fraudis, non eſt cenſenda Electio facta per quaſi Inſpirationem.

Novæ additiones ex aliena manu.

FOrmam electionis a notiſſimo *cap. Quia propter de Elect.* 1
præſcriptam, de qua agit *Auctor a num. 20.* locum non habere niſi quoad Beneficia, ex quorum vacatione propriis Paſtoribus viduatæ remanent Eccleſiæ, poſt alios firmavit *Rouſeaud de la Combe in ſua Juriſprudentia Canonica verbo Electio num. 10.*, & reſpondit *Rot. cor. Caprar. deciſ. 558. num. 1. & deciſ. 593. pariter num.1.* Quod vero concernit cætera Beneficia, niſi forma electionis determinata ſit ſtatuto, 2
vel conſuetudine Eccleſiæ, de qua agitur, *ſufficit*, ut inquit *Rot. cor. Caprar. dict. deciſ. 558. num. 2. conſenſus naturalis, ſive verbis, ſive factis explicatus*, & adamuſſim convenit *cor. mox dicta deciſ. 593. num. 2.*

In electione autem facienda ſervata forma *dict. cap. Quia* 3
propter is, qui a medietate capitularium electus eſt, nequit 4
accedere electioni ſui ipſius ad conſtituendam pluralitatem ipſorum capitularium; poteſt vero accedere in impropria illa electione, in qua non eſt ſervanda forma *dict. cap. Quia propter*; *Cardinal. de Luc. de Canon. diſcurſ. 26. num. 6. & ſeq. Optime Louvrex diſſert. canon.7.num.44. & plur. ſequent. ubi num. 45. Ratio eſt* (ait) „ quia vota ſecreta danda ſunt, „ & ante publicatum ſcrutinium, & conſequenter acceſſio „ publicato ſcrutinio palam facta nihil operari poteſt non ſo„ lum quia in formam cap. Quia propter peccatum eſt, ſed „ etiam quia ſe ipſum eligere videtur, qui dum ignorat, an „ alii ipſum electuri ſunt, ſibi ipſi votum dat, quod omnino „ prohibitum eſt, prout in terminis deciſum reperitur in cap. „ Cum 5. de Elect. quod tamen limitat Tondut. quæſt. bene„ fic. part. 1. cap. 82. num. 7. niſi duo tantum ſuperſint Ca„ nonici, quia quum forma cap. Quia propter non poſſit „ tunc ſervari, alter electioni per alterum de ſe factæ acce„ dere poſſet. Sed in electionibus, in quibus ſcrutinium, for„ malitateſque illæ non requiruntur, ſeu in quibus vota pu„ blice dantur, electus a medietate capituli electioni de ſe „ factæ accedere non prohibetur.

Pariter in electione, in qua locum ſibi vindicat forma *cap.* 5
Quia propter, poſt publicationem nequit major pars capituli accedere minori parti capituli, at accedere indubie valet in electione, in qua non eſt neceſſaria forma *cap. Quia propter*; *Louvrex dict. diſſertat. Canon. 7. num. 49. & duob. ſequent. Rot. cor. Caprar. dict. deciſ. 557. a num. 3. ad fin. ubi num. 7. & duob. ſequent.* „ Non obſtat (*inquit*) quod electio a prin„ cipio nulla non poſſit convalidari &c. tum quia procedit „ hæc regula in electione facienda ad formam cap. Quia pro„ pter, ſecus vero in electione impropria, quia quum iſta „ perficiatur ex ſimplici conſenſu naturali, ſatis eſt quod, iſte „ capitulariter ſuperveniat ſive ex verbis, ſive ex factis &c. „ tum etiam quia poſito quod electio reconvalidetur vigore „ novi conſenſus, ex nunc non confirmatur quod nullum eſt, „ ſed potius inducitur novus conſenſus electionis: & dict. „ deciſ. 593. pariter a num. 3. ad finem.

Præterea in electione, in qua locum habet forma *cap. Quia* 6
propter, nequit extraneus de conſenſu capituli admitti ad eligendum, poteſt tamen in alia electione: *Louvrex diſſert. Canon. 5. num. 25.*

Ad hæc in electione, quæ fieri debet juxta *cap. Quia pro-* 7
pter, locum eſſe nequit compromiſſo limitato, poteſt vero eſſe locus in alia electione; *Louvrex diſſert. Canon. 6. num. 16. Rot. in recent. deciſ. 312. num. 53. & ſequent. part. 4. tom. 2.* Limitatum autem compromiſſum dicitur, ſi („ut ait Louvrex 8
„ loco citato num. 16.) ita compromiſſum ſit, ut compro„ miſſarii vota ſingulorum ſcrutentur, & exquirant, illum„ que eligant, in quem major, & ſanior pars capituli con„ ſenſerit.

Uſum denique ſortis in electione faciendæ ad formam *cap.* 9
Quia

Quia propter, prohibitum eſſe, non eſt quod dubitari poſſit, quum non alia admittatur forma, quam illa quæ fit, vel per ſcrutinium, vel per compromiſſum, vel per inſpirationem. 10 Accedit, quod Honorius III. in hac electione facienda ad formam *cap. Quia propter* expreſſum vetuit uſum ſortis, ut perſpicuum eſt ex *cap. Eccleſia, de ſortileg.* Quæſtionis vero eſt, 11 an idem obtineat in aliis electionibus. Quoad electiones, quæ fieri dicuntur a Patronis laicis ubi jure Collegii præſentant, ſciſſi inter ſe ſunt Doctores. Negant uſum ſortis eſſe prohibitum *Piton. de Controverſ. Patronor. allegat. 10. a num. 4. ad plur. ſequent.* ubi *num. 22.* quod præſertim procedere debeat negativa hæc opinio, in caſu in quo per ſuffragia duo fuerunt electi, ſed neutrius electio concluſa remanſit ob reiteratam paritatem votorum; *Rot. in recent. deciſ. 459. num. 25. part. 19. tom. 2.* Prohibitum vero eſſe uſum ſortis affirmant *Fagnan. in cap. Quia propter num.2. de Elect. Paſſerin. de Elect. cap.18. num. 8. Rot. cor. Anſald. deciſ. 95. num. 10. cor. Herrer. de-*
12 *ciſ. 94. num. 4.* At noviſſime idem ſacrum Tribunal Rotæ *in Pampilonen. Abbatiæ de Trurre 22. Martii 1748. cor. Illuſtriſſimo Clemente* quæſtionem in genere definire nequiit, ut patet ex ſequentibus verbis §. 9. *Utut autem de hac quæſtione ſit*, ſed ex peculiaribus ejus circumſtantiis improbavit electionem a Patronis laicis per ſortes factam.

ARTICULUS II.

Electio quoad illos, qui poſſunt, vel non, eligere, & eligi.

1 DE Jure communi Jus eligendi Prælatum ſpectat ad Capitulum, ſeu Collegium, cujus Prælatus eſt eligendus; *cap. Nullus 1. cap. Cum terra 14. de Election. cap. ult. cauſ.16.*
2 *quæſt. 7.* cum ſimilibus. Et hoc Jus diu in Eccleſia duravit, & etiam nunc in pleriſque Eccleſiis, præſertim in Germania Collegium Canonicorum Cathedralium Epiſcopos, vel Archiepiſcopos eligit, & electi a Romano Pontifice confirmantur: In aliis vero Regnis, ut in Gallia, Hiſpania, Luſitania, Polonia &c. ipſi Reges ex privilegio Apoſtolico Epiſcopos nominant, & præſentant ab ipſo Summo Pontifice inſtituendos, & in multis locis Italiæ ipſemet Summus Pontifex nominat, & inſtituit, ex quo ſibi reſervaverit proviſiones omnium Eccleſiarum Patriarchalium, Archiepiſcopalium & Epiſcopalium *in extravagant. Ad regimen, de Præbend.* & generaliter, & ſimpliciter ſoleat quilibet Summus Pontifex in initio ſui Pontificatus talem reſervationem facere quoad omnes Eccleſias vacantes, vel vacaturas, tam apud Sedem Apoſtolicam, quam extra Curiam, ut patet *in 2. & 3. Regula Cancellariæ*, exceptis tamen ſuprædictis Regnis, aliiſque Privilegiatis per ſpecialia Concordata.

3 Jus eligendi Prælatum, quamvis ex dictis de Jure communi competat ad Capitulum, ſeu Collegium, cujus Prælatus eſt eligendus, poteſt tamen, tum ex privilegio, tum ex conſuetudine legitime præſcripta acquiri etiam ab aliis Clericis extraneis; *cap. Cum Dilectus 8. de conſuetudine, & cap. Cu-*
4 *mana 50. de Election.* & *Communis Doctorum*. Imo poſſunt ipſimet Capitulares, ſeu Collegiales Electores de communi omnium conſenſu communicare Clericis extraneis facultatem eligendi, ſive ſecum coeligendi: Poſſunt enim Electores totam poteſtatem eligendi transferre in Compromiſſarios, etiam extraneos, *ut cap. Cauſam 8. cap. In cauſis 30. & cap. Quia propter 42. de Election.* ergo a fortiori poterunt de communi omnium conſenſu communicare poteſtatem aliquibus Clericis idoneis, ut ſecum eligant, ut factum fuiſſe pro electione
5 Patriarchæ Conſtantinopolitani habetur *in cap. Scriptum eſt 40. de Election.* Si unus ſolus de Capitulo, ſeu Collegio remaneat, aliis mortuis, privatis, ſuſpenſis, interdictis, vel excommunicatis, aut a Societate recedentibus, ille ſolus poterit eligere alium in Prælatum totius Collegii; Gloſſa *in cap. Gratum 2. de Poſtulat. Prælatorum*; Pirhing *lib.1. tit. 6. n.12.* Donatus *prax. Regular. tom. 2. tract. 2. quæſt. 10.* cum aliis pluribus, quos allegat, & ſequitur Paſſerin. *de Election. cap. 10. quæſt.1. num. 8.* Collegii enim, ſeu Univerſitatis Jus propter caſus ſupervenientiam conſervari poteſt etiam in una perſona; Gloſſa *in leg. Neratius ff. de verborum ſignificat. & leg. Sicut ad fin. ff. Quod cujuſque univerſ. nom.* & Gloſſa *in cit. cap. Gratum 2. de Poſtulat. Prælatorum, verb. Pauciores*; Pirhing *loc. cit.* & alii paſſim cum Barboſ. *lib. 1. Juris*
6 *Eccleſiaſt. univerſ. cap. 19. num. 46.* Non poſſet tamen ille eligere ſeipſum; *argum. cap. In Scripturis 9. cauſ. 8. quæſt. 1. cap. Cum ad noſtram 7. de Inſtitut. cap. Per noſtras 26. de Jurepatronat.* & Gloſſa communiter recepta *in cap. Cum in jure 33. de Election. verb. Ex ſe, vel aliis*. Vide *art. antecedent. num. 28.*

Eligere non poſſunt, quamvis ſint de numero Eligentium, 7
Primo Pupilli, & Impuberes, hoc eſt Minores 14. annis, ſi ſint maſculi, vel 12. annis, ſi ſint fœminæ, quia pleno uſu rationis, ſeu diſcretione carent, textu expreſſo *in cap. Ex eo 32. de Election. in 6.* Secundo ob eamdem rationem prohiben- 8
tur eligere Furioſi, & mente capti, quandiu durat amentia; Gloſſa *in cit. cap. Ex eo, verb. Diſcretione*, Tholoſan. *de Election. cap. 8. num. 2.* Pirhing *loc. cit. num. 26.* & alii paſſim. Tertio prohibentur eligere Excommunicati Excommu- 9
nicatione majori; *cap. Conſtitutis 23. de appellat.* & Gloſſa *ibidem verb. Majoris*. Quarto eligere non poſſunt ſuſpenſi ab 10
Officio, & Beneficio ſimul, vel etiam ab officio tantum; *cap. Cum dilectus 8. de conſuetudine*, & Gloſſa *ibidem verb. A ſuſpenſis, & cap. Cum inter 16. §. fin. de Election.* Non prohi- 11
bentur tamen eligere ſuſpenſi a Beneficio tantum; quia iſti adhuc poſſunt exercere omnia negotia, tam ſpiritualia, quam temporalia, cum ſint ſuſpenſi tantum a Jure percipiendi fructus Beneficiales; Gloſſ. *in cap. Cum Vintonienſis 25. de Election. verb. Admiſerat*, & Abbas *ibidem n. 10.* Suarez *tom.5. de Cenſuris diſp. 27. ſect. 2. num. 34.* Paſſerin. *loc. cit. num. 91. & ſequent.* Pirhing *loc. cit. num. 30.* Reiffenſtuel *lib. 1. Decretal. tit. 6. num. 170.* & alii contra Navarrum, & alios. Quinto eligere non poſſunt perſonaliter Interdicti; *cit. cap.* 12
Cum inter 16. de Election. & *Communis Doctorum*. Sexto eli- 13
gere non poſſunt Irregulares; *cap. Is, qui 18. §. final. de ſent. excomm. in 6.*, ibi: *Qui nec ad eligendum cum aliis debebit admitti*; & *ibi* Ancharanus, Silveſter verb. *Electio 1.* §. 4. Angelus verb. *Electio num. 8.* Azor. *Inſtitut. moral part. 2. lib. 6. cap. 5. §. 3. num.48.* Reiffenſtuel *loc. cit. n.172.* & alii. Requiritur tamen, quod iſti Irregulares, ſicuti & 14
Excommunicati, ſuſpenſi, & Interdicti, ſint nominatim denunciati, & alioquin eligere poterunt juxta *Extravag. Ad evitanda* in Concil. Conſtanlienſi a Martino V. editam.

Septimo eligere prohibentur infames infamia juris; Gloſſa 15
in cap. Ut circa 4. de Election. in 6. verb. Eligentium, Suarez *de Cenſuris diſp. 47. ſect. 3. n. 2.* Reiffenſtuel *loc. cit. num. 173.* & alii; Dummodo tamen ſint infames ſententiati, ſive declarati, ut notant Donatus *in prax. Regular. tom. 2. tract. 5. quæſt. 20. n. 5.* Paſſerin. *loc. cit. cap.10. n. 145.* & alii. Octavo eligere non poſſunt ad Dignitates, & Prælaturas Eccleſiaſticas Laici ſæculares; *cap. Nullus 1. cap. Non eſt 6. cap. Non* 16.
licet 8. & cap. Noſſe 12. diſt.63. cap. Contingit 8. de Arbitris, cap. Decernimus 2. de Judiciis, cap. Sacroſancta 51. de Election. Et Electio Epiſcopi per Laicos etiam cum Canonicis facta, eſt nulla, non obſtante contraria conſuetudine, quæ potius dicenda eſt corruptela; textu expreſſo *in cap. Meſſanu* 17
16. de Election. Nono eligere non poſſunt in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, qui nondum ſunt conſtituti in Ordine Subdiaconatus; *Clement. Ut is, qui 2. de ætat. & qualitat. præficiend.* Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 4. de reformat.* 18
Decimo qui ſcienter elegerunt indignum, pro ea vice eligendi poteſtate privantur, & eorum electio caſſatur ipſo Jure; *cap. Cum in cunctis 7. §. Clerici, cap. Cum Vintonienſis 25. cap. Scriptum 40. de Election. & cap. Perpetuo 7. eodem in 6.* Undeci- 19
mo qui per abuſum Poteſtatis ſæcularis elegerunt, ipſo Jure privati ſunt poteſtate eligendi; *cap. Quiſquis 43. de election.* 20
Duodecimo eligere pro illa vice non poſſunt, qui intra tempus ſtatutum eligere neglexerunt; *cap. Ne pro defectu 41. de election. cap. Quamquam 18. eod. in 6.*

Eligi ſolum poſſunt, qui habent qualitates a Jure requiſi- 21
tas, & præcipue litterarum ſcientiam, ætatis maturitatem, & morum honeſtatem; *cap. Cum in cunctis 7. §. 1. de Election.* 22
Scientia eſt triplex, ſcilicet Eminens, Mediocris, & Sufficiens; Scientia Eminens eſt illa, per quam quis ſtatim, & prompte abſque revolutione librorum ſcit caſus etiam difficiles, & ſubtiles reſolvere. Scientia mediocris eſt illa, per quam quis reſolvit quidem caſus etiam difficiles, at non ſtatim, & prompte, ſed cum tempore, & revolutione librorum. Scientia ſufficiens eſt illa, per quam quis ſufficienter explere poteſt ea, quæ ſuo muneri incumbunt; Et hæc ſcientia ſuffi- 23
ciens menſuranda eſt juxta qualitatem loci, ubi eligendus debet vivere, & juxta qualitatem Officii, & Eccleſiæ, ad quam debet quis eligi; *argum. cap. In cauſis 30. §. final. de Election.* 24
In eligendis ad Prælaturas, atque Officia Eccleſiaſtica quamvis

vis desideranda sit scientia eminens, adhuc tamen Mediocris imo & sufficiens toleratur; *cap. Cum nobis 19. de Election.* & *cap. Nisi cum pridem 10. §. Pro defectu, de renunciatione*, ubi sic expresse habetur: „ Quamquam etsi desideranda sit emi-„ nens scientia in Pastore, in eo tamen sit competens tole-„ randa, quia secundum Apostolum scientia inflat, Charitas „ autem ædificat, & ideo imperfectum scientiæ potest sup-25 „ plere perfectio Charitatis „. Quoad ætatis maturitatem vide verb. *Ætas*; & quoad morum honestatem patebit ex mox adducendis, qui defectu morum, & honestatis, aliarumque qualitatum non possunt eligi.

26 Eligi non possunt, Primo, Infames tam Infamia juris, quam Infamia facti; *cap. Qui in aliquo crimine 5. dict. 51. cap. Infames 17. caus. 6. quæst. 1.* ubi postquam dictum fuit, fures, sacrilegos, incestuosos, homicidas, perjuros, raptores, maleficos, adulteros, & alios ibidem enumeratos de jure infames esse, subjungit textus: „ Hi omnes, inquam, nec ad sa-„ cros Gradus debent provehi, & cap. Infamibus 87. de Re-27 „ gulis Juris in 6., ibi: *Infamibus portæ non pateant dignitatum*. Hoc tamen procedit solum de infamibus sententiatis, sive declaratis, ut advertunt Donatus *in praxi rerum Regul. tom. 2. tract. 5. quæst. 10. num. 3.* Passerin. *loc. cit. cap. 10. num. 145.* Reiffenstuel *loc. cit. n. 227. arg. cap. Ex tenore 4. & cap. Quæsitum 17. de temporib. Ordinat. & arg. cap. Licet Episcopus 23. de præbend. in 6. & cap. Cum secundum 19. de* 28 *hæretic. in 6.* Secundo eligi non possunt Excommunicati Excommunicatione majori; *cap. Postulastis 7. de Cleric. Excommunic. ministr.* & concordat *cap. Si celebrat 10. eod. tit. & cap.* 29 *Cum dilectus 8. de consuetud.* Nullus quoque minori Excommunicatione ligatus est eligendus, & quamvis electio de tali scienter facta, non sit ipso jure irrita, est tamen per sententiam Judicis irritanda, textu expresso *in cit. cap. Si celebrat 10. de Cleric. Excommun. ministr.*, ibi: *Si tamen scienter talis* 30 *electus fuerit, ejus electio est irritanda*. Tertio eligi non possunt suspensi, sive a Jure, sive ab homine; *cap. Cum Dilec-*31 *tus 8. de consuetud. cap. Cum inter 16. de election.* Quarto eligi non possunt personaliter Interdicti; *cap. Ad hæc 1. de postulat. Prælat. cap. Inter 16. de election. cap. Is qui 18. de sen-*32 *tent. Excommun. in 6.* Quinto eligi non possunt Irregulares; *cit. cap. Is qui 18. de sentent. excommun. in 6.* & concordat *cap. Præcipimus 10. dist. 34. & cap. Non confidat 59. dist. 50.*

33 Sexto qui semel ob vitium personæ sunt rejecti non possunt amplius eligi, nisi sint specialiter restituti; *cap. Super eo 12.* 34 *de elect.* Septimo eligi non possunt ad Dignitates, & Prælaturas Regulares pœnitentiati a S. Officio, quamvis pœnitentias compleverint, ut constat ex sequenti Decreto *edito 2. Octobr. 1626.* „ In Generali Congregat. S. R. & universalis Inquisi-„ tionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram „ S.D.N. Urbano Divina Providentia Papa VIII. & Illustris-„ simis DD. S. R. E. Cardinalibus in universa Republica ad-„ versus hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus a „ S. Sede specialiter deputatis, Sanctissimus D. N. justis de „ causis animum suum moventibus decrevit, & statuit, ut in „ posterum Regulares omnes cujuscumque Ordinis, Religio-„ nis, Societatis, & Instituti, quibus pro delictis ad S. In-„ quisitionis Officium spectantibus pœnitentiæ genus aliquod „ impositum fuerit (salutaribus pœnitentiis exceptis) eo ipso „ ad omnes Religionis suæ gradus, & officia inhabiles cen-„ seantur, & deinceps (etiamsi pœnitentiæ tempus expleve-„ rint, vel gratiam receperint) ad illa tamen promoveri nul-„ latenus possint, nisi prius obtenta a S. D. N. vel ab hac Sa-„ cra Congregatione coram Sanctitate sua habenda, speciali, „ & expressa rehabilitatione; alias promotio quælibet nulla „ sit, & promoventes ipsi privationem suorum Officiorum, „ ac præterea vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrant, ad „ quæ restitui nisi ab eodem S. D. N. vel ab eadem Sacra „ Congregat. coram Sanctitate sua habenda non possint; Præ-„ sens autem Decretum omnibus Religionum Superioribus „ intimari mandavit idem S. D. N.

Thomas de Federicis, S. Romanæ, ac universalis Inquisitionis Notarius substitutus.

35 Hinc nequit eligi ad Prælaturas Regularis ille, qui abjuravit in Sancto Officio, etiamsi de levi; Regulares enim, quibus aliqua pœna imposita est a Sancto Officio, salutaribus tamen pœnitentiis, ex cit. Decret. Urban. VIII. redduntur inhabiles ad omnes gradus, & Officia; abjuratio autem, etiamsi sit de levi, est pœna, quæ per sententiam imponitur, & post sententiam debet fieri, ut constat ex stylo Generalis, & Universalis Sanctissimæ Inquisitionis Urbis, ut testantur Carena, *tract. de Officio SS. Inquisitionis part. 3. tract. 12. de abjurat. §. 4. num. 11.* Pegna Com. 41. 3. *part. director. Inquisit. sub tit. de quinto modo terminandi processum num. 166. lit. dict.* Diana *part. 4. tract. de Offic. & potest. Inquisit. resolut. 64.*

Septimo eligi non possunt Hæretici, textu expresso *in cap.* 36 *Quicumque 2. §. Hæretici, de Hæreticis in 6.*, ibi: „ Hæ-„ retici autem, Credentes, Receptatores, Defensores, & Fau-„ tores eorum, ipsorumque Filii usque ad secundam genera-„ tionem ad nullum Ecclesiasticum Beneficium, seu Officium „ publicum admittantur; Quod si secus actum fuerit, decer-„ nimus irritum, & inane „. Sic nec etiam Schismatici; *arg.* 37 *cap. Quia diligentia 5. de elect.* ubi electio Schismatici ad unionem Ecclesiæ redeuntis dispensative solum permittitur confirmari; Abbas *ibid. num. 1.* Barbos. *ibid. num. 2.* & alii passim. 38 Octavo eligi non possunt in Episcopos Neophyti; *cap. Prohibentur 2. dist. 48.*, ibi: „ Prohibentur autem Neophyti in Epi-„ scopos ordinari, ut qui heri erat Cathecumenus, hodie „ non fiat Episcopus, qui heri erat in Theatro, hodie non se-„ deat in Ecclesia, qui vespere erat in Circo, hodie non mi-„ nitret Altari; qui dudum fuerat tantor histrionum, hodie „ non sit consecrator Virginum. Causa autem hujus prohi-„ bitionis est secundum Apostolum, ne elatus in superbiam „ tamquam Religio Christiana plurimum eo egeret, incidat 39 „ in ruinam Diaboli. Nono eligi non possunt Spurii, & illegitimi; *cap. Cum in cunctis 7. de election. & ibi* Gloss. communiter recepta verb. *Matrimonio*. Decimo eligi non possunt 40 Laici, qui enim nec dum sunt Tonsurati, sunt inhabiles ad quodlibet Beneficium, itaut nec sufficiat, post illud jam acquisitum tonsurari; *Arg. cap. Ex litteris 6. de transaction.* & notat Glossa *fin.* & Abbas *ibid.* Aliter electio facta in personam Laici nondum Tonsurati, ipso jure est nulla, cum Laicus sit incapax omnis juris Ecclesiastici, cap. *Causam 7. de præscriptionib. cap. Cum adeo 17. de rescriptis*, cap. *Contingit 8. de arbitris*, cap. *Decernimus 2. de judiciis*, cap. *In Ecclesia 2. de* 41 *institution.* Undecimo eligi non possunt Bigami, servi, & hujusmodi; *arg. cap. Infames 17. caus. 6. quæst. 1.* ibi enim tales, aliique similes prohibentur promoveri ad sacros Ordines, unde a fortiori debent prohiberi promoveri ad Ecclesiasticas Dignitates, & Prælaturas.

Novæ additiones ex aliena manu.

DE materia hujus articuli late æque, ac egregie disserit 1 *Louvrex dissert. Canon. 5. per tot.* Eum ubi res postulat consule. Hic vero non est prætereundum, quod Canonici tum Cathedralium, tum Collegiatarum tametsi sint de capitulo, non aliter jus eligendi habent, quam si in sacris sint constituti, ut sancitum est in *cap. Ex eo §. An Ecclesiis, de Elect. in 6.*, *& in Clementina Ut ii, de ætat. & qualit.*, & innovatum est a *Concilio Tridentino sess. 22. cap. 4. de Reform.*

Nota vero, quod necesse haud est, ut de tempore vacatio- 2 nis Beneficii Canonici in sacris sint constituti, sed satis est, si de tempore electionis constituti sint in sacris. Idque etiamsi ex dispensatione Pontificia ordinati sint ante ætatem ordinariam; 3 *Louvrex dissert. Canon. 5. num. 8. & sequent. Barbos. de Canon. cap. 36. num. 3. Tambur. de Jur. Abb. tom. 1. disput. 5. quæst. 8.*

Utrum vero jus eligendi habeat Canonicus proprietarius, an 4 vero Canonicus possessor, tum an jus eligendi habeat Cano- 5 nicus post Canonicatus resignationem, vel vacante Canonicatu per alterius incompatibilis assequutionem, expendit *Louvrex dict. dissert. Canon. 5. a num. 10. ad plur. sequent.*

Pacifica haud est opinio *Auctoris num. 13. & seq.* quod 6 interdicti & irregulares haud possint eligere Consule inter alios 7 *Zoes. in decretal. lib. 1. tit. 6. num. 16. & sequent.* Pro opinione vero Auctoris est *Passerin. de Elect. cap. 10. num. 99. & plur. sequent.*

Admissio excommunicati ad eligendum, an irritam reddat 8 electionem, vide apud *Zoes. in decretal. dict. lib. 1. tit. 6. num. 8. & sequent.*

AR-

ARTICULUS III.

Electio quoad ea, quæ concernunt Electores.

1 ELectores habentes legitimum jus ad suffragandum, sive sint absentes, sive præsentes, vocandi sunt ad electionem novi Prælati; *cap. Cum inter universas 18. cap. Coram* 2 *dilecto 35. & cap. Quia propter 42. de election.* Si tamen sint nimis distantes, non sunt de necesse vocandi; *cit. cap. Cum inter universas*, ibi: *Quamvis Ecclesiastica Constitutio non exigat, ut ad electionem Pastoris, Canonici tam remoti vocentur*. Quænam autem requiratur distantia sufficiens pro ipsis 3 non vocandis, standum est specialibus consuetudinibus, & Constitutionibus, ut colligitur ex *cap. Quod sicut 28. de election.* & sufficit, ut commode vocari possint, sive sint in Provincia, sive extra; ad finem enim citandi absentes sola commoditas attendenda est, juxta *cit. cap. Quod sicut*, & *cit. cap. Quia propter*; Donat. *in prax. rer. Regular. tom. 2. tract. 4. quæst. 15. num. 1.* Electores vocati non possunt cogi ad intere- 4 sendum, nisi agatur de magno præjudicio Ecclesiæ; *cit. cap. Quod sicut 28. & cap. Quia propter 42. de election.*, ibi: *Qui debent, & volunt, & possunt commode interesse*. Electores 5 absentes & legitime impediti possunt eligere per (a) Procuratorem; textu expresso *in cit. cap. Quia propter 42. de election.*, ibi: *Illud autem penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio Procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat advocari, justoque impedimento detentus venire non possit, super quo si opus fuerit, fidem faciat juramento, & tunc si voluerit, uni committat de ipso collegio vicem suam*; & clarius habetur *in cap. Si quis 46. de election. in 6.* ibi: *Si quis justo impedimento detentus in electionis negotio nequeat commode interesse, potest nedum uni, prout dicitur in Concilio Generali* (idest in *cit. cap. Quia propter*) *sed & pluribus committere suas vices, dum tamen eorum cuilibet det in solidum potestatem, & erit tunc melior conditio occupantis; Verum si ambo concurrant insimul, & postulent se admitti, audiri eos non expedit, quia possent vota sua dirigere in diversos, sicque res non haberet exitum, & quod ab eis hoc casu fieret, non valeret, sed is admittatur dunt axat, quem Capitulum, vel pars major elegerit; Vel si concordare nequeant, is qui pri-* 6 *mo in Instrumento, vel Litteris procurationis extiterit nominatus &c.* Si nemo velit hanc procurationem recipere, non potest Elector absens eligere per Epistolam, textu expresso *in cit. cap. Si quis 46. de elect. in 6. §. Absens*, ibi: *Absens quoque (licet nullus de Collegio velit esse Procurator ejusdem, nec ipse nolente Capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenus per litteras exprimere votum suum, quod non est ante scrutinium, sed in ipso scrutinio secrete, & sigillatim tantummodo exprimendum.*

7 Electores tenentur sub gravi investigare de idoneitate personæ eligendæ; *Cap. Cum in cunctis 7. de elect.* Negligendo enim talem inquisitionem, seu investigationem in re gravi delinquunt; *cap. Ea quæ 3. de officio Archidiac. Cap. Nulli 1. dist. 19. Cap. Dictum 8. dist. 18.* dum ratione officii, contractus, vel quasi contractus tenentur præcavere, ne eligantur indigni, aut minus idonei cum nimio præjudicio Ecclesiæ, & 8 animarum, ad cujus regimen assumuntur. Hinc Electores eligentes indignum, idest cui desunt qualitates ad sic promovendos de jure requisitas, ultra peccatum mortale, quod incurrunt, ipso jure privati existunt pro una vice potestate eligendi, textu expresso in *cit. Cap. Cum in cunctis 7. de election. §. final.*, ibi: *Eligendi tunc potestate privatos se noverint*; & concordant *Cap. Cum Vintonienses 25. &c. Scriptum est 40. de* 9 *electio*. Hæc autem pœna privationis potestatis eligendi non incurritur, nisi sequatur communis electio indigni, quamvis semper peccetur mortaliter dando scienter suffragium indigno, textu expresso in *cap. Perpetuo 7. de elect. in 6.*, ibi: *Decla-*

ramus quod scienter in electionibus nominantes indignum, propter suffragium in scrutinio præstitum (nisi adeo in eo perstiterint, quod ex votis eorum communis electio subsequatur) nequaquam eligendi potestate priventur, licet pro eo, quod indignum nominando, scienter contra conscientias suas agunt, & divinam vindictam, & Apostolicæ ultionis metum, quem qualitas facti suaserit, possint non immerito formidare.

Eligens indignum, & asserens se id ignoranter fecisse, co- 10 gitur probare ignorantiam: *arg. cap. Innotuit. 20. de elect.* ubi Pontifex eligentibus indignum, solum, ex gratia remisit, quod non cogerentur probare ignorantiam, quam allegabant; & notat ibidem Glossa verb. *Ignorantiam*, & Abbas *num. 7.* Non enim potest præsumi rationabiliter ignorantia de qualitatibus eligendi in Electore, qui tenetur ex officio eas inquirere, & investigare, & si non investigaverit, non potest excusari ignorantia, quia cum in tali casu ignorantia fuisset crassa, supina, affectata, & vincibilis, non est censenda causa, sed effectus negligentiæ, atque adeo non potest excusare Electorem, uti non excusabat Episcopum Antisiodorensem in non observato Interdicto, *Cap. Ad hæc 1. de postulat. Prælator.*, & confert *Cap. Cum in tua 6. Qui Matrim. accusf. possent.*, leg. *Nec supinam 6. ff. de jur.*, *& facti ignor.* Eo magis cum 11 Elector, & possit, & debeat talem negligentiam tollere, non tollendo autem impedimentum ignorantiæ, approbat impedimentum; *arg. cap. His quibus 60. de election.*, *& Glossa ibid. verb. currit*. Eligens scienter indignum peccat graviter, etiamsi sciat, se nihil profecturum per denegationem sui suffragii: ex quo omnes alii Electores velint eligere talem indignum; Et ratio est quia eligere indignum est ab intrinseco malum, adeoque nulla ratione potest esse licitum; unusquisque enim tenetur quantum in se est prospicere bono communi, quod semper præferendum est bono privatorum, & præstat mori, quam mortaliter peccare, quia mors animæ magis quam corporis est timenda, ut recte observat Doctissimus Donatus *loc. cit. q. 26. numer. 7.* Si autem alii parati sint eligere indignum, ipsi viderint; quilibet tamen tenetur conscientiæ suæ consulere, & quantum ex se est, non concurrere ad talem indigni electionem, & illi resistere, quia ex *Cap. Error 3. d. 83. Error, cui non resistitur, approbatur . . . . Neque cavet scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare*. Lezana *part. 1. cap. 15. num. 14.* Valquez *Opuscul. de Benefic. cap. 2. §. 3. dub. 3.* Matthæuc. *Officialis Cur. cap. 18. sub numer. 4.*, *& cap. 28. num. 2.*, & communiter Doctores apud Peyrin. *de subdit. qu. 5. cap. 31. quæst. 3. §. 2.* ubi disputat ad partes, & acriter reprehendit pusillanimes.

Non debent tamen, nec possunt Electores denegare suum 12 suffragium ei, quem per solam confessionem Sacramentalem noverunt indignum; Electores cognoscentes tenentur se gerere circa ipsum in foro externo, ac si nihil in foro Sacramentali novissent, adeoque tenentur ei suffragari, ne frangant sigillum Confessionis; & ne reddatur odiosa Confessio; Et sic tenent fere communiter Doctores contra paucos apud nitidissimum Lumen Illustrissimæ Religionis Prædicatorum Hyacinthum Donatum *loc. cit. quæst. 29. numer. 6.* Et desumitur ex Constitutione Clementis VIII. edita pro casuum reservatione incipient. *Sanctissimus Dominus*, ibi: *Tam Superiores, quam Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum assumpti fuerint, caveant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerint, ad exteriorem gubernationem utantur*; Ex quibus verbis clare patet, contrariam opinionem saltem respectu Regularium, hodie non posse sustineri, & violatores prædictæ Constitutionis peccare mortaliter contra præceptum formale obedientiæ importatum per illa verba, *Caveant diligentissime*, & fieri sacrilegos, & incidere in pœnas severissimas ad terminos *Cap. Sacerdos 2. dist. 6. de pœnitent.*, *& cap. Omnis utriusque sexus 12. de pœnitent.*, *& remiss.* prout ex multis ostendit Peyrin. *tom. 2. de Prælat. qu. 3. cap. 2. §. 2. num. 46.* Donat. *l. cit. n. 20.*

Electores tenentur sub mortali eligere eos, quos digniores, 13

(a) Dum Auctor dicit, posse electores absentes, & legitime impeditos eligere per Procuratorem, id sic est intelligendum, ut possint quidem absentium suffragia per aliquos ab ipsis electoribus absentibus, vel ab ipso Capitulo destinatos suppleri, si id liceat per Constitutiones talis Ordinis a S. Sede approbatas, minime vero ut suppleri possint, vel a Præside electionis, vel a Capitulo propria auctoritate. Vetitum namque hoc esse asserte colligitur ex Sacræ Congregationis Decreto 3. Decembris 1644. quod ex Pignatell. refert Mattheuccius *cap. 13. Officialis num. 19.* Sacra Congregatio *censuit cavendum, ne deinceps Titulares constituantur ad effectum electionis faciendæ aut voces, & suffragia absentium suppleantur*. Quod in sensu exposito intelligunt laudati Pignatel. & Mattheuc.

& Ecclesiæ magis utiles esse judicaverint; sic Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. ubi expresse definit: *Eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint*; Unde Innocentius XI. contra aliter sentientes die 9. Maii 1679. damnavit sequentem propositionem 47. in ordine: *Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent; Concilium, vel primo videtur per hos digniores non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum sumpto comparativo pro positivo; vel secundo locutione minus propria ponit digniores, ut excludat indignos, non vero dignos, vel tandem loquitur tertio, quando fit concursus;* Et consonant Sacri Canones, & signanter *cap. Metropolitano 19. dist. 63.*, ibi: *Optimus ordinetur*; *Cap. Licet 15. caus. 8. quæst. 1.*, ibi: *Qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omne virtute eminentior, ille eligatur ad Sacerdotium*, & *cap. unic. ut Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur*, ibi: *Non ex affectu carnali, sed discreto judicio debuisti Ecclesiasticum Beneficium in personam magis idoneam dispensare*; cum similibus accedit ratio, quia violatio Justitiæ distributivæ, vel commutativæ per acceptionem personarum est de suo genere peccatum mortale, unde dicitur Jacobi 2. *Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi*. In electionibus autem, Provisionibus, & Collationibus præferre minus dignum digniori, est manifeste utramque justitiam violare, cum Prælaturæ, Dignitates, & Beneficia Ecclesiastica sint bona communia, meritorum præmia, & digniorum honores, ordinata in bonum Ecclesiæ, & bonum ipsius electi, ergo &c. Hinc S. Hieronymus relatus *in cap. Moyses 6. caus. 8. quæst. 1.* sic dicit: *Moyses amicus Dei, cui facie ad faciem locutus est Deus, potuit utique successores Principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem, sed extraneus de alia tribu eligitur Jesu, idest Josue, ut sciremus Principatum in populo non sanguini deferendum esse, sed vitæ*; *At nunc cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, ut non quærant eas in Ecclesia columnas erigere, quas plus cognoscant Ecclesiæ prodesse, sed quas vel ipsi amant, vel quarum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus majorum quispiam rogaverit, & ut deteriora tacem, qui ut Clerici fierent, muneribus impetrarunt*; & S. Augustinus *Epist. 29. ad Hieronym.* ait: *Quis ferat, si quis divitem eligat ad Sedem honoris, contempto paupere instructiore, & sanctiore?* & sic tenent D. Thomas 2. 2. *q. 63. art. 2.* Divus Antonin. *part. 2. tit. 1. cap. 20. §.* Et alii communiter.

34 Obligatio sub gravi eligendi digniorem non solum procedit de Episcopis, & S. R. E. Cardinalibus, de quibus expresse loquitur Concil. Tridentinum *cit. sess. 24. cap. 1. de reformation.* sed etiam procedit de omnibus aliis, qui habent Jurisdictionem quasi Episcopalem, uti sunt Abbates, Commendatarii, Archimandritæ, aliique hujusmodi Prælati nullius Diœcesis, ac Prælati Regulares; sic cum communi Joan. Cardenas *in Crisi Theologica super Propos. 47. Innocent. XI. cap. 2. num. 11.* Lugo *disp. 35. de Justit. numer. 55.* Diana *part. 5. tract. 14. resolut. 12.* Reiffenstuel *loc. cit. numer. 240.*, & alii passim.

35 Obligatio sub gravi eligendi meliorem procedit etiam de promovendis ad Ecclesias Parochiales, ut colligitur aperte ex Concil: Tridentino *sess. 24. cap. 18. de reformat.* ubi præcipit Episcopis, ut ex nominatis ab Examinatoribus tamquam dignis, eligant, & exquirant digniores, ibi: *Episcopus cum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit, atque illi, & non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat*, & infra ibi: *Tunc Episcopus solus ex dignis eligat, dignorem*, & habetur ex Constitut. S. Pii V. incipient. *In conferendis*, & sic communis Doctorem teste Passerino *cap. 30. de electione, num. 1.*, & Cardenas *loc. cit. cap. 4. num. 40.*, & Joann. Maria Nogar. *in Theologia Radicali tract. 15. num. 10.* cum aliis dicunt aliter sentientes incurrere damnationem cit. Propositionis 47. ab Innocentio XI. proscriptæ.

36 Electio digni prætermisso dignior est valida, quamvis ex dictis sit illicita; colligitur *ex Cap. Cum Nobis §. His igitur 19.*, & *Cap. Cum Dilectus 32. de election.*, & tenent communis Doctor. cum Glossa magna circa fin. *in Cap. Nullus dist. 61.* S. Thomas 2. 2. *quæst. 63. art. 2. ad 3.* Garcias *de Benefic. part. 7. capit. 16. num. 2.*, & alii passim; Et ratio est, quia si electio impugnari posset in foro externo, seu Judiciali, ex solo motivo, quod non fuerit electus dignior, omnes propemodum electiones possent impugnari, & sic aperiretur via infinitis litibus, quod esset maximum absurdum, & incommodum. Immo electio digni prætermisso digniore potest aliquando esse nedum valida, sed etiam licita; Possunt enim Electores sine culpa eligere dignum omisso digniore in variis casibus. Et primo sic possunt, quando id exigit necessitas Ecclesiæ, ut si conferenda sint duo Beneficia, alterum Parochiale, quod tenues habeat redditus, & alterum simplex pinguius, & non concurrant nisi duo Oppositores, tunc non est eligendus dignior in Beneficium pinguius, sed in Parochiale, licet sit tenue, quia bonum commune debet præferri bono particulari, & Ecclesia Parochialis exigit prudentiorem, ac doctiorem nullo habitu respectu ad introitus. Sotus *lib. 3. de Justitia quæst. 6. artic. 3. ad secundum argumentum*, Bannes 2. 2. *dub. 3. conclus. 3.* Serra 2. 2. *quæst. 63. artic. 2.* Donat. *loc. cit. quæst. 27. num. 2.* Viva *in propositum 47. Innocentii XI. num. 17.*, & alii. Secundo, potest eligi minus dignus omisso digniore, quando major pars Electorum vult excludere digniorem, & nisi eligatur dignus, vult eligere indignum; tunc enim licite potest eligi dignus, omisso digniore, cum sit hoc magis utile Ecclesiæ, ex quo sic repellatur ab ipsa indignus, qui a majori parte fuisset electus, nisi minor pars concurrisset ad electionem minus digni. Donat. *loc. cit. num. 8.* Viva *loc. cit. num. 17. §. Loquitur secundo*, & alii. Tertio, potest eligi minus dignus relicto digniore, quando major pars Electorum ita firmiter decrevit eligere minus dignum, ut moraliter sit certum, quod talis evadet electus, tunc enim minor pars poterit licite se illi conformare pro conservando bono pacis, quia in tali casu est impossibile eligere digniorem stante malitia ceterorum Electorum, & aliunde Electio digni relicto digniore non est intrinsece mala, sicuti electio indigni, quæ ex dictis *supra num. 11.* nulla ratione potest fieri licita. Cajetan. 2. 2. *quæst. 63. art. 2.* Sotus *loc. cit.* Bannes *loc. cit.* Lezana *part. 1. cap. 15. numer. 14.* Donat. *loc. cit. num. 6.* Quarto, potest eligi minus dignus omisso digniore, quando minus dignus est magis utilis, vel quia est magis potens ad tuenda Jura Ecclesiæ, vel quia est magis sedulus, vel quia est magis expertus, vel quia est magis acceptus populo, vel quia est indigena, vel quia minus detinetur extraneis curis, vel aliis de causis, quas varias enumerat Barbosa *in Collect. ad sess. 24. de reformat. cap. 18. a num. 129.*

Et ratio supradictorum est, quia major dignitas ad Prælaturas, & Beneficia Ecclesiastica non est præcise mensuranda ex majori scientia, vel maiori vitæ probitate, sed etiam ex prudentia, solertia, dexteritate ad regendum, nobilitate, & potentia Familiæ ad Ecclesiam defendendam ab inimicis Christi ejusque jura tuenda, & ex variis aliis circumstantiis externis; adeout omnibus insimul consideratis, Ecclesiæ, sive Prælaturæ, cui præficitur, ceteris utilior fore credatur. Hinc S. Thomas 2. 2. *quæst. 63. art. 2. in respons. ad tertium*, notanter sic inquit: *Sed quantum ad conscientiam Eligentis, necesse est eligere meliorem, vel simpliciter, vel in comparatione ad bonum commune; quia si potest haberi aliquis magis idoneus erga aliquam dignitatem, & alius præferatur, oportet quod hoc sit propter aliquam causam, quæ quidem si pertinet ad negotium, quantum ad hoc, erit ille, qui eligitur magis idoneus; si vero non pertinet ad negotium, id quod consideratur ut causa, erit manifeste acceptio personæ.* Et ibidem *quæst. 185. art. 3. in corpore*, ait: *Et ideo ille, qui debet aliquem eligere in Episcopum, vel de eo providere, non tenetur assumere meliorem simpliciter, quod est secundum charitatem, sed meliorem quoad regimen Ecclesiæ, qui scilicet possit Ecclesiam, & instruere, & defendere, & pacifice gubernare*; & *in quodlibet. 6. art. 9.* dicit: *Aliquis potest dici melior dupliciter; uno modo simpliciter qui est sanctior plus habens de charitate, alio modo dicitur aliquis melior quoad aliquid. Contingit autem quandoque aliquem esse meliorem simpliciter, qui tamen non est melior quantum ad hoc, ut Prælaturam suscipiat, quia forte potest Religionem magis juvare, vel per consilium sapientiæ, vel per auxilium potentiæ &c. Non ergo semper est eligendus melior simpliciter, sed quoad aliquid.* Hæc D. Thomas. 19

Electo renuncians electioni, si pœniteat, & se retractet re adhuc integra, debet admitti cum ceteris Electoribus ad eligendum in Capitulo, *argum. cap. Lectæ 14. de renunt.* Glossa ibidem, & Donatus *loc. cit. quæst. 18. 1.* Secus autem re non amplius integra; *Cap. In causis 30. de election.*, & Glossa *ibid. Cum res non essent integra.* Remittentibus enim actiones suas, non est amplius regressus ad eas, *ff. de ædilit. edict. l. 20 queritur*, §. *Si venditor*, & *Cap. Quod semel 21. de Regul. juris in 6.*; ibi: *Quod semel placuit, amplius displicere non potest.* Res autem tunc dicitur integra, quando non fuit executa, neque cæpta; colligitur *ex Cap. final. §. Officium autem, de offic. Judic. deleg. in 6. Cap. Quicunque 11. de sententia Excommun. eodem in 6.*, & ibi Glossa verb. *Re integra*, *l. Et quia 6. ff. de jurisd. omn. judic.* Econtra tamen res desinit esse integra, quando incipit aliquo modo exequi, etiam per solam citationem, & in præsenti casu per solam renunciationis spontaneæ acceptationem a Prælato per scripturam, vel coram testibus formiter recepta. Sanchez *de Matrimon. lib. 8. disp. 32.* ubi ex multis ostendit rem non esse integram, ubi Prælatus acceptaverit. Elector quamvis ante publicatum scrutinium possit vocem suam variare, non potest tamen publicato 22 scrutinio; & a fortiori si jam miserit schedulam suam in urnam in communi loco præparatam in finem eligendi, *Cap. Publicat. 58. de election.*, & Glossa *in Cap. Qua propter 42. de election. verb. Publicent.* Et ratio est, quia si ponens schedulam in urnam posset illam reassumere, & votum mutare, daretur locus dolis, fraudibus, jurgiis, & litibus innumeris, cum sic posset quilibet ex malitia electionem impedire, communitatem inquietare, quod est contra dispositionem *Cap. Cum inter universas 18. de election.*

23 Electores quamvis sine vera, & justa causa nequeant interponere appellationem, seu oppositionem, ne procedatur ad electionem, possunt tamen ex justa, & vera causa, ut V.G. si Electores sint inhabiles propter Suspensionem, Interdictum, Excommunicationem, vel ob aliquod simile; *Cap. Consideravimus 10. de election.*, & Gloss. *ibidem verb. Post appellationem.* Electores postquam aliquem unanimi consensu elegerunt, non possunt deinde illi electioni opponere nisi ex causis de novo emergentibus, vel nisi eis improbitas morum electi de novo sit manifesta, quæ tempore electionis erat illis totaliter secreta, vel incognita, textu expresso *in Cap. Nulli 8. de election. in 6.*, ibi: Nulli licere decernimus, postquam in
24 „ scrutinio nominaverit aliquem, & electio fuerit subjecuta,
„ vel postquam præstiterit electioni de ipso ab aliis celebratæ
„ consensum, illum super electione ipsa, nisi ex causis po-
„ stea emergentibus, impugnare, vel nisi ei morum ipsius
„ antea celata de novo pandatur improbitas, vel aliqujus al-
„ terius Latentis vitii, vel Defectus, quæ verisimiliter igno-
25 „ rare potuerit, veritas reveletur „ & ibi Glossa *verb. Latentis, & verb. Defectus*. Talis oppositio fieri potest triplici modo; scilicet contra formam electionis, contra electum, seu eligendum, & contra Electores, dummodo tamen fiat in scriptis, cum juramento, & causa rationabili exprimenda in literis oppositionem, & appellationem continentibus, textu expresso *in Cap. ut circa 4. de election. in 6.*, ibi: „ Edicto
„ perpetuo providemus, ut si quando aliqui electionibus,
„ postulationibus, vel provisionibus se opponunt, proponen-
„ do aliqua contra electionis, postulationis, seu provisionis
„ formam, aut personas eligentium, vel Electi, sive illius,
„ cui erat provisio facienda, sive facta, & propter hoc con-
„ tigerit appellari; appellantes instrumento publico, seu
„ litteris super appellatione confectis, omnia, & singula ex-
„ primant, quæ in formam intendunt objicere, vel personas
„ coram personis authenticis, aut personæ, quæ super hoc
„ testimonium perhibeant veritati, corporali præstito ju-
„ ramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt esse vera,
„ & se posse probare; & ibid. Gloss. verb. Formam, & „ verb. Eligentium.

26 Electoribus est interdictus abusus illicitarum Capitulationum, quas occurrente vacatione Ecclesiarum, seu Monasteriorum, interdum fieri contingit, & ad hoc datur hic Innocentii XII. Constitutio, qua occurrente vacatione Ecclesiarum, seu Monasteriorum, ab iis, ad quos electio personarum illis præficiendarum spectat, interdum fieri contingit, innovantur Constitutiones Nicolai III., Pii V., & Gregorii XIII. in similibus editæ, cum additione pœnarum, ac prohibitione dictarum Capitulationum sub eisdem pœnis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ecclesiæ Catholicæ per universum Orbem diffusæ regimini, meritis licet imparibus, Divina dispositione præsidentes, ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, sive ad illicitorum, ac præsertim Ecclesiasticæ liberta-

li adversantium Juramentorum abusum tollendum, sive ad quamcumque avaritiæ labem a personis in sortem Domini vocatis, quas non quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi quærere maxime convenit, excludendam prudenti, salubrique consilio, ac illo, qui secundum scientiam est, zelo constituta, & ordinata esse noscuntur, Apostolici muniminis nostri patrocinio libenter roboramus, novisque præsidiis, ut serventur exactius, constabilimus, ac alias desuper concessæ nobis a Domino potestatis partes studiosa charitate interponimus, sicut Ecclesiarum omnium, quam gerimus, sollicitudo postulat, Nosque omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, ad Omnipotentis Dei gloriam, rectam, ac felicem Ecclesiasticarum rerum directionem, necnon animarum pretioso Unigeniti Dei Filium D.N. Jesu Christi sanguine redemptarum salutem expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Dudum siquidem, postquam fel. record. Nicolaus Papa III. Prædecessor noster, accepto in nonnullis Ecclesiis de earum consuetudine observari, ut cum earum Prælati ad Ecclesias ipsas primo accederent, vel cum de recipiendis ibidem novis Canonicis ageretur, nec Prælatos admitti, nec Canonicos aliter recipi in iisdem Ecclesiis, nisi jurassent Statuta, & consuetudines ipsarum Ecclesiarum scripta, & non scripta inviolabiliter observare; Inter Laicos quoque multarum Civitatum, Castrorum, & Terrarum eum consuetudinis morbum in suis Potestatibus, Rectoribus, vel Officialibus assumendis irrepsisse, ut ipsi Potestates, Rectores, & Officiales ad ejusmodi Potestarias, Rectorias, & Officia nullatenus admitterentur, nisi prius se statuta ipsorum locorum clausa servaturos similiter jurassent: In statutis vero, ac consuetudinibus supradictis interdum aliqua reperiri illicita, sive impossibilia, vel Ecclesiasticæ libertati obviantia; ne sub tali generalitate jurandi sic jurantibus peccandi occasio præberetur, animarum periculis obsitere cupiens, salubri sua, ac generali Constitutione præceperat a quibuscumque scientibus contineri in prædictis Constitutionibus, & statutis illicita, impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obviantia, juramenta hujusmodi nullo modo præstari; Ac præterea decreverat talia juramenta ea intentione facienda, vel facta, ut etiam illicita, vel impossibilia, seu Ecclesiasticæ libertati obviantia observarentur, cum etiam sub tali intentione præstari non possent absque Divinæ Majestatis offensa in hujusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati Ecclesiasticæ obviantibus non servanda; quin potius pro animarum salute, si sub forma præfata, vel simili aliquos ignorantes prædicta illicita, seu impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obviantia jurare contigisset, ad observanda dumtaxat licita, possibilia, & libertati Ecclesiasticæ non obviantia Jurantium intentionem referri debere; Declarans insuper juramenta sub hujusmodi generalitate qualitercumque, & sub quacumque verborum forma præstita, vel præstanda, ad licita, possibilia, ac Ecclesiasticæ libertati non obviantia dumtaxat extendi, ipsosque Jurantes ad alia per præstationem juramenti hujusmodi non teneri.

§. 2. Recor. mentor. Gregorius Papa XIII. Prædecessor noster per quasdam suas desuper sub plumbo expeditas litteras, quarum initium: *Inter Apostolicas &c.* prædictam Nicolai Prædecessoris Constitutionem, itidemque alias omnes Canonicas sanctiones de abusu, & reprobatione juramentorum hujusmodi promulgatas innovavit, voluitque eas ubique ab omnibus, etiam quoad præterita inviolabiliter observari. Præterea præcepit, & interdixit Prælatis, Canonicis, & aliis supradictis, necnon Ecclesiarum Capitulis, & Monasteriorum, ceterisque Conventibus, Civitatum quoque, Castrorum, & Terrarum Communitatibus, & personis quamcumque dignitate præditis, ne ulla omnino juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel libertati Ecclesiasticæ, aut Decretis Concilii Tridentini obviantia, sive ante, sive post electiones, confirmationes, provisiones, receptiones, admissiones, aut alios actus ubicumque, ac quocumque tempore, etiam prætextu cujusvis consuetudinis quantocumque tempore observatæ, quæ potius corruptela esset censenda, sive in genere, sive in specie præstare, reddere, vel exigere, neve super præstitis, redditis, vel exactis eo usque quempiam in Judicio, vel extra illud inquietare auderent quoquomodo, vel turbare.

§. 3. Ac illos, qui Juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel Ecclesiasticæ libertati, aut decretis dicti Concilii obviantia exigere contendissent, Episcopos quidem, & alios quoscumque Pontificali dignitate præditos a Divinis suspendit. Capitula vero, Conventus, eorumque Ecclesias, & loca omnia Interdicto Ecclesiastico suppposuit, ac singulares per-

sonas excommunicationis sententia innodavit, inhabilesque fecit ad obtenta, & alia obtinenda eo ipso, sibique, & Romano Pontifici pro tempore existenti relaxationem suspensionis, & interdicti, necnon absolutionem ab excommunicationis sententia hujusmodi perpetuo reservavit. Decernens eos, qui talia juramenta scienter præstitissent usu, & commodo rei, ac gratiæ, cujus causa jurassent, eo ipso privatos esse; alios vero ignorantes ad præstitorum juramentorum hujusmodi observationem minime teneri, & alias prout in præfatis Gregorii Prædecessoris litteris, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficenter expresso, ac de verbo ad verbum, inserto haberi volumus, uberius continentur.

§. 4. Porro antequam litteræ hujusmodi emanassent, similis mem. Pius Papa V. etiam Prædecessor noster, ejusmodi Concilii Tridentini Decretis, quibus, ne quidquam, quod in usus pios non convertatur in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione, sive admissione ad possessionem alicujus Cathedralis Ecclesiæ, vel Beneficii, Canonicatuum, aut Præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas quoquomodo persolvi possit, strictissime prohiberetur, inhærens, suam hac in re Constitutionem ediderat tenoris, qui sequitur, videlicet. Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Durum nimis, & incommodum arbitramur, quod Ecclesiarum Ministri in iis, quæ ad ipsorum sustentationem suppeditant, dispendia patiantur. Quocirca cum hanc ad rem, simulque prohibendam ab Ecclesia Dei avaritiæ pravitatem, editas ante hanc sanctiones minime satis esse intelligimus, novæ Constitutionis subsidio cogimur providere. Cum itaque alias ex plurium Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum Constitutionibus, aut ex prava consuetudine observari intelligeretur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia provisione, sive admissione ad possessionem alicujus Cathedralis Ecclesiæ, vel Beneficii, Canonicatuum, aut Præbendarum, vel partem proventuum, seu ad distributiones quotidianas certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationes illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur, Turnorum lucra, interponerentur, licet Sancta Synodus hæc detestata, mandaverit Episcopis, ut quæcumque hujusmodi, quæ in usus pios non converterentur, atque ingressus eos, qui simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ suspicionem haberent, fieri non permitterent, ipsique diligenter de eorum constitutionibus, sive consuetudinibus super prædictis cognoscerent, & illis tantum, quas probarent, exceptis, reliquas ut pravas, & scandalosas rejicerent: Eos vero, qui adversus prædicta quavis ratione commisissent, pœnis contra Simoniacos editis teneri decreverit; Multorum tamen indomita cupiditate tam prædicta, quam alia ad Beneficium, & commodum ipsorum Ministrorum edita, aut omnino contemnutur, aut in varios sensus traducta perperam eluduntur. Quare Nos pro Divini cultus exercitio, simulque evocatorum ad illum auxilio plenius, evidentiusque consulendum fore rati, revocamus, & abolemus omnia, & quæcumque privilegia, consuetudines, & statuta quarumcumque Ecclesiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, ac majorum, necnon Collegiatarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut alio quovis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoria, & longissimo, & quantocumque tempore etiam continuo observata, sive pro solvendis Ecclesiarum, vel Prælatorum debitis, sive pro supportandis illorum oneribus, sive aliis etiam majoribus, maximis, & urgentissimis causis concessa, & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, extensa, & moderata, quod vacantibus ipsarum Ecclesiarum Dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, Portionibus, Beneficiis, & Officiis, fructus, ac etiam quotidianæ distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiam brevioreitempore præventuri, mensæ Episcopali, seu Capitulari, aliove loco futegre, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes usus cedant, seu inter alios Canonicos, & personas Ecclesiæ, seu Capituli dividantur. Quandoque nullus etiam Apostolica auctoritate provisus in Canonicum recipi, aut ad dignitatem, seu portionem, Beneficium, vel Officium admitti, vel alias in ejus possessionem induci possit, nisi prius de observandis hujusmodi privilegiis, consuetudinibus, & statutis juramentum præstiterit, & obtentæ illorum nerogationis, ac fructuum, & distributionum perceptioni renunciaverit, seu Capitulo, & personis prædictis cesserit, seu (ut appellant) Dulciaria, aut quid aliud præstiterit; quorum omnium tenores, causas, & effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscumque illa concepta sint formulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis roborata. Volentes ea omnia vires, & effectum de cetero non habere. Præcipimus igitur, & interdicimus omnibus Episcopis, Capitulis, Collegiis, & personis, ad quos id pertinet; ne posthac fructus, aut distributiones hujusmodi, nec prorsus ullam eorum partem retineant, neve ipsorum cessionem, vel renunciationem, aut dulciaria, vel alia quomodocumque petant, vel exigant, aut quemquam sive ordinaria, sive Apostolica auctoritate provisum, ad præstandum hujusmodi juramentum inducant, aut illi prædicta non facienti possessionem impediant, vel remorentur. Quicumque contrafecerit, si Ecclesiarum Antistites, tamdiu a Pontificalis Officii exercitio sint suspensi, donec satisfactione prævia illis per Sedem Apovolicam suspensio relaxetur. Capitula vero, & Collegia quæcumque Ecclesiastico subjaceant interdicto, ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant, a qua, nisi in mortis articulo constitutæ ab alio, quam a Romano Pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere, decernentes hujusmodi præstita Juramenta non tenere, nec quemquam illis obligari, quinimo jurantes in hujusmodi censuram incidere, necnon irritum, & inane quidquid secus super his per quoscumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus statuimus, ut ubicumque hujusmodi fructus, & distributiones Fabricæ, vel Sacristiæ, aut alterius pii loci usibus ultra semestre tempus reperiuntur concessi, horum dumtaxat dimidia pars ipsi Sacristiæ, vel Fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram vero Beneficiati prædicti integre percipiant, Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque cuntrariis quibuscumque; aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, aut excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, decreto prædictæ Synodi, ac etiam Constitutionibus fel. rec. Joannis Papæ XXII. quæ innipit: Suscepti, & aliis Juribus hac de re disponentibus, nihilominus alias in suo robore duraturis. Ceterum per prædicta non intendimus illis præjudicare Capitulis, Collegiis, Mensis, aut personis fructus, & distributiones inter vacationem Beneficiorum, & eorum collationem, sive possessionis apprehensionem provenientes ex Statuto, consuetudine, vel privilegio hujusmodi percipientibus, vel retinentibus; quo minus ipsi illos interim, ut antea exigere valeant, & habere. Postremo volumus ut præsentium exempla etiam impressa, Notarii publici manu, & Prælati Ecclesiastici, ejusve Curiæ Sigillo obsignata, eamdem illam prorsus fidem ubique locorum in Judicio, & extra illud faciant, quam facerent ipsæmet præsentes si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ revocationis, abolitionis, præcepti, interdicti, decreti, statuti, intentionis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo septuagesimo, Pridie Kalend. Junii Pontificatus Nostri Anno quinto.

§. 5. Cum autem, sicut non sine gravi animi nostri dolore, ex quamplurium, ac præsertim nonnullorum Venerabil. Fratrum Archiepiscoporum ad Apostolatum nostrum delatis querelis accepimus, adeo creverit tam salutarium legum transgressorum impudentia, ut non desint, qui sive avaritiæ, quæ est idolorum servitus, improbo affectu; sive ambitioso Ecclesiasticorum graduum cupiditatis consilio ducti, hominibus trepide pacisentibus, fidem habentes, & tamen Deo veraciter promittenti minime credentes, sacras ipsas electiones, quas Sanctissimi Ecclesiæ Canones omni prava pactione submota peragi tam districte præcipiunt, illicitis, injustis, ac per tot Apostolicas sanctiones reprobatis conventionibus per Electos quicumque illi sint, observandis, quibus Canonica Præsulum jurisdictio ut plurimum circumscribitur, vacantium Ecclesiarum jura læduntur, ac ipsius etiam Apostolicæ Sedis auctoritas interdum violatur, temere inquinare satagant, atque in abominationem desolationis in Sanctuarium invehere, sacrasque Ecclesiæ dignitates, ad quas olim nonnisi ex persecutionis tolerantia ascendebatur, in turpem quæstum, ac tenebrarum negotiationem commutare minime vereantur non sine

sine gravissima Ecclesiasticæ disciplinæ perturbatione, fidelium scandalo, ac salutis animarum detrimento.

§. 6. Hinc est, quod Nos, qui libertatis, jurisdictionis, aliorumque jurium Ecclesiasticorum assertores in terris a Domino constituti sumus, omniumque Christi Fidelium curam superna dispositione gerimus, abusus quoscumque circa præmissa introductos e medio tollere, illiusque in futurum omnem ansam præcidere, necnon animarum periculis, quantum nobis ex alto conceditur, occurrere cupientes, habita super iisdem præmissis cum particulari Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, qui rem mature discusserunt, diligenti deliberatione, de illorum consilio pariter & assensu, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia & singula præmissa a præfatis Nicolao, Pio, & Gregorio Prædecessoribus constituta, ordinata, interdicta, decreta & respective declarata, ut præfertur, expeditaque desuper illorum Constitutiones, seu litteras supradictas tenore præsentium perpetuo approbamus, confirmamus, & innovamus, illiusque perpetuæ, atque irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, patrocinium, & præsidium adjicimus.

§. 7. Præterea, ut eadem præmissa firmius, atque inviolabilius de cetero observentur, ultra omnes, & singulas pœnas in iisdem Constitutionibus, seu litteris impositas privationis Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, & quoad Regulares, etiam vocis activæ, & passivæ, ac graduum, munerum, & officiorum quorumcumque per eos respective obtentorum, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia similia, vel dissimilia, quæcumque in posterum quomodolibet obtinenda, pœnas per contrafacientes ipso facto, absque alia declaratione, incurrendas adjungimus.

§. 8. Porro ad penitus extirpandum, atque evellendum capitulationum, pactionum, conventionum, ooncordatorum, seu statutorum quorumcumque, quæ perperam, ac adversus Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum dispositionem, occurrente Ecclesiarum quarumlibet præsertim Cathedralium, & Metropolitanarum, seu Monasteriorum quorumvis vacatione, ab iis, ad quos electio personarum idonearum ipsis Ecclesiis, seu Monasteriis ad electionem hujusmodi respective præficiendarum juxta privilegia, & indulta Apostolica eis desuper concessa, aut alias legitime spectat, sive ante, sive post electionem prædictam interdum iniri, condi, aut fieri consueverunt, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus earumdem tenore præsentium omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis fuerint sub eisdem omnino pœnis superius expressis, quarum absolutionem, seu relaxationem Nobis, ac Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat specialiter reservamus, districte prohibemus, & interdicimus, ne capitulationes, pactiones, convenctiones, concordata, seu statuta hujusmodi ante ipsam quidem electionem, seu etiam postulationem de cetero inire, concedere, aut facere audeant quovis modo, seu præsumant

§. 9. Illaque proinde, quatenus de facto contra præsentis nostræ prohibitionis formam inita, condita, seu facta fuerint, nulla, inania, invalida, irrita, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacua, ac nullius roboris, & momenti esse & perpetuo fore, neminemque ad illorum, seu cujuslibet eorum, etiamsi juramento vallata sint, observantiam teneri, aut obligantum existere, vel fore decernimus & declaramus.

§. 10. Quæ vero electione, seu postulatione hujusmodi secuta quomodolibet iniri, condi, seu fieri contigerit, ad Nos, seu eumdem Romanum Pontificem, quo tempore existentem quamprimum deferri, atque ita nostra, & Sedis Apostolicæ judicio subjici præcipimus, suspensa interim eorum omnium, & singulorum executione, donec & quousque ab eadem Sede, sine cujus auctoritate nihil omnino in similibus pacisci fas est, Apostolicæ confirmationis robur in totum, vel in partem receperint.

§. 11. Ceterum per præsentes non intendimus ea, quæ antehac contra supradictarum Nicolai, Pii, & Gregorii Prædecessorum, seu forsan aliarum Apostolicarum Constitutionum, seu Litterarum formam quomodolibet gesta fuerunt, ullatenus approbare, nec pœnas ea de causa per transgressores incursas remittere, vel condonare.

§. 12. Decernentes pariter, easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quilibet in præmissis, seu eorum aliquo jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, cujuscumque status, gradus, ordinis, præminentiæ, & dignitatis existant, & alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint; nec ad ea vocati, citati, & auditi, nequæ causæ, propter quas præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, ut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incognito, inexcogitabili, inviduamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, ad terminos juris reduci, seu in controversiam vocari, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudque quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, seu ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces exillere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauiarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis præfatæ Nuncios, alioslve quoslibet quacumque præeminetia, & potestate fungentes & functuros; sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.13 Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostra & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus, Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, & Monasteriorum quorumvis, & illorum Ordinum, aliisve quibuslvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, ut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ecclesiis, Monasteriis, ac Ordinibus, illorumque Præsulibus, Capitulis, Abbatibus, aliisque Superioribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuslvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac Consistorialiter, & alias quomodolibet in contrariam præmissorum concessis, ac quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac plenissime, & amplissime derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.14. Aut si præfatis, vel aliis quibuslibet communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 15. Ut autem eædem præsentes litteræ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citorio, ac in acie Campi Floræ de Urbe ut mortis est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes,

omnes, & singulos, quos illæ concernunt, proinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimate fuissent.

§. 16. Utque ipsarum præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Septembsis 1695. Pontificatus nostri anno quinto.

J. F. Card. Albanus.

Anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto, Indictione tertia, die vero vigesima quarta Septembris Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Innocentii Divina Providentia Papæ XII. Anno quinto, Supradicta Constitutio affixa, & publicata fuit ad valvas Ecclesiæ Sancti Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum; & Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque generalis in Monte Citorio, Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitiis, & consuetis Urbis per me Gregorium Staggium ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursorem.

Marcus Aurelius Pellicia Magister Cursorum.

Nova additiones ex aliena manu.

1 DIspositi *Gregorius X. in cap. Ut circa, de Elect. in 6.* ut appellantes ab electione jurent se credere vera esse, quæ opponunt, ut innuit *Auctor num.* 22. Verum sciendum est, quod ex Doctorum sententia tunc appellantes ab electione tenentur juxta hanc sanctionem jurare vera se credere, quæ opponunt, quum appellant ab electione *certæ alicujus Personæ*,
2 non item quando ab electione in genere appellant; Ita decretalem hanc interpretantur *Glossa ibidem verb. Faciendo* & rursus *in cap. Qui contra, verb. Certam eod. tit. de elect. in 6. Pirhing. in decret. lib. 1. tit. 6. num.* 284. *Passerin. de elect. c.* 32. *num.* 55. *Leuren. For. Benefic. part.* 2. *sect.* 2. *cap.* 3. §. 5. *q.* 508. *num.* 2. aliique.

3 Quinimo in ipsa appellatione ab electione *certæ Personæ* debent appellantes jurare vera esse, quæ opponunt, si crimina, vel defectus contra electum, vel electionem opponant, idque prudenti consilio, ne crimina temere opponantur, non item si nihil tale opponant, quum cesset præfatum inconveniens; *Lupus in dict. cap. Ut circa num.* 3. *de Elect. in 6. Vanaxel in decretal. lib. 1. tit. 6. numer.* 18. *egregie Passerin. de Elect. cap.* 32. *num.* 69. *Leuren. For. Benefic. part.* 2. *sect.* 2. *cap.* 3. §. 5. *quæst.* 509. *num.* 2. *Rot. in novis decis.* 36. *per tot. de Appellat.*

4 Quod eo vel maxime procedit, si Appellantes causæ innitantur, quæ principaliter jus proprium respiciat, adeoque non nisi indirecte impugnent jus electi *Barbos. in cap. Ut circa num.* 3. *de elect. in 6. Venaxel. in decretal. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 18. *Passerin. de elect. cap.* 32. *num.* 68. *Rot. in novis dict. dec.* 36. *num.* 2.

5 Pœna vero Appellantis ab electione, qui jurare omisit ad formam *d. cap. Ut in circa*, non est quod appellatio nullius sit momenti, sed quod Appellans non audiatur in non expressis in libello appellationis, *Lap. in dict. cap. Ut circa num.* 4. *de elect. in 9. ibique Geminian. num* 4. *Franc. num.* 2, *Passerin. de Elect. cap.* 32. *num.* 69. *Leuren. For. Benefic. part.* 2. *sect.* 2. *c.* 3. §. 5. *quæst.* 509. *num.* 2.

6 Hic autem non est omittendum, quod agitata noviſſime fuit in Rota quæstio hæc de appellatione ab electione, non præstito ab Appellantibus juramento, quod vera credebant, quæ opponebant. Licetque ad sustinenendam dictam appellationem deducta fuissent, quæ hactenus ex Doctorum sententia fuerunt allata: nihilo tamen minus placuit supremo illi Tribunali nullo in numero habere ipsam appellationem, ut patet ex decisionibus *in Colonien. Decanatus* 4. *Julii* 1755. §. 9. *& 14. Maji* 1756. §. 8. *cor. bon. mem. Borull.*

ARTICULUS IV.

Electio quomodo, quando, & ubi fieri possit, & debeat, ut sit Canonica, præsertim inter Regulares.

PRO electione Canonica facienda sunt in primis vocandi omnes, qui de Jure, aut legitima consuetudine habent 1
Jus in ea suffragandi, & sunt in pacifica possessione eligendi: *cap. Cum inter universas* 18. *cap. Coram dilecto* 35. *& cap. Quia propter* 42. *de election.* & ibi Glossa communiter recepta, *in verb. Qui debent*. Alias etiamsi unus solus contemnatur, 2
seu non vocetur, potest ipse agere de contemptu, & electionem irritare: quamvis enim non sit de substantia electionis, ut vocentur absentes, ut defendunt Glossa *in cap. Nulli* 8. *de elect. in 6.* Tabiena *verb. Electio num.* 19. Donatus *loc. citat.* 9:18. *num.* 6. Fagnanus *in cit. cap. Quia propter* 42. *de election. num.* 38. Peyrin. *de subdit. quæst.* 1. *cap.* 31. *not.* 1. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 115. & alii; est tamen per ipsos citatos, & alios de Justitia; adeoque licet electio non sit ipso Jure irrita, ad ipsius tamen contempti instantiam erit irritanda, juxta *c. Quod sicut* 28. *de election.* quia plus obsistit electioni contemptus unius, quam contradictio multorum, ut habetur *in cap. Venerabilem* 24. *& cap. Bonæ memoriæ* 36. *de election.* Si vero Vocalis contemptus velit pro bonis pacis, vel alio fine ratihabere electionem, & non contradicere, electio valide subsistit, 3
cap. Quod sicut 28. *de election.* §. 1. *in fine.* Sic etiam electio valide subsistit, si vocalis contemptus, sciens electionem factam, & potens contradicere nihil opponit, quia in tali casu censetur tacite ratihabere electionem, & juri suo renunciare, 4
adeout non sit postea amplius audiendus, ut docent Sperell. *decis.* 181. *num.* 43. Passerin. *de election. cap.* 11. *numer.* 119. & alii passim.

Vocalibus vocatis, & in unum conventis, sunt ante electionem habendi tractatus consultorii, in quibus discutiuntur qua- 5
litates, habilitates, & merita eligendorum; *cap. Cum terra* 13. *de election.*, ibi: *Personam nominent, quod si in persona fuerit peccatum &c. cap. inter Canonicos* 21. *eod. titul.*, ibi: *In Capitulum se receperint, de futura electione Pontificis tractaturi: cap. In causis* 30. *eod. titul.*, ibi: *Cum Capitulum Ecclesiæ ad tractandum de electione Episcopi convenisset: c. Cum in veteri lege* 52. *eod. tit.* ubi irritatur electio ob defectum debiti tractatus, ubi Glossa *verb. In tractatu*, ait: *Hic patet, quod tractatus debet haberi ante electionem, & collationem ad invicem, alias quomodo eligerent, nisi primo de aliquo eligendo tractarent? & cap. in Genesi* 36. *eod. tit.* ubi electio declaratur irrita, ex quo tractatus debitus non fuit habitus, ibi: *Non tractatum, neque discussum*: Ex quibus textibus Donatus *loc. cit. quæst.* 11. *num.* 2. Matheucci *loc. cit. c.* 18. *num.* 43. & alii deducunt, electionem esse nullam, vel saltem annullandam, si ante eam non habeantur tractatus consultorii, per quos possint vocales dignoscere, quinam sit dignior, ad cujus electionem sub mortali tenentur, ut fuit dictum *sub num.* 13. *articul. antecedent.*

Ante electionem tenentur Vocales Regulares præstare ju- 6
ramentum de eligendo meliorem, seu digniorem secundum veritatem cujusque conscientiæ; habetur expresse in decretis Clementis VIII. editis pro reformatione Regularium tum Monachorum, quam Mendicantium cujuscumque Ordinis, & Instituti §. 53., ibi: *Jurentque Electores, secundum veritatem cujusque conscientiæ probiores, ac magis idoneos se electuros*; Quæ decreta fuerunt innovata, corroborata, & revalidata ab Urbano VIII. in decret. de Apostatis, & Ejectis, cum decreto irritante, & cum ampliſſimis derogatoriis, ut patet *in* §. 12. *in fin. &* 13., ibi: *Nihilominus si irritum, & inane quidquid secus a quoquam actum extiterit, &* §. 14., ibi: *Non obstantibus Constitutionibus quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium*. Ratione cujus decreti irritantis Tamburin. 7
tom. 1. *de Jure Abbat. disp.* 5. *q.* 6. *num.* 29. Megala *in Promptuar. verb. Electio num.* 37. & alii dicunt, quod tale Juramentum est de conditionibus essentialibus electionis, & ejus omissio reddit electionem nullam ipso facto. Quidquid sit de hoc circa electiones, quæ fiunt in aliis Ordinibus propter posteriores Apostolicas dispositiones, quas forsan habuerint, crescit argumentum pro electionibus, quæ fiunt in ordine Minorum de Observantia, vigore Constitutionis Innocentii XI. incipient. *Militantis Ecclesiæ*, ubi præcipitur Electoribus sub pœna non suffragandi, quod præstent tale juramentum coram Vene-

Vener. Crucifixi imagine, præsente Præside, ibi: *Item ut majori circumspectione electiones Prælatorum fiant, præcipitur electoribus sub pœna non suffragandi, ut antequam ad electionem Ministri, Custodis, Diffinitorum, & Guardianorum procedant, sigillatim juramentum præstent coram Venerabili Crucifixi Imagine, præsente Præside, se cum electuros in quolibet prædictorum officiorum respective, quem in conscientia, & omnibus æqua lance libratis, digniorem judicabunt.*

8 Et hoc sub clausula decreti irritantis ibi: *Decernentes, eadem præsentes litteras & statuta præinserta, semper & perpetuo firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari . . . . ac irritum & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; Non obstantib us &c.* Vide in Chronologia P. Jalii de Venetiis *in septuagesimo quinto Capitulo Generali fol.* 142. *usque ad* 146. Et tale juramentum de eligendo
9 digniore fuit ipsis iterum noviſſime præceptum sub clausula decreti irritantis a Benedicto XIII. Constitut. incipient. *Universalis Ecclesiæ regimini*; Quæ constitutio licet a Clemente XII. Constitut. incipient. *Circumspecta*, fuerit in aliquibus moderata: tamen quoad obligationem præstandi tale juramentum remanet firma, & valida, imo confirmata, cum dict. Clemens XII. in tali sua Constitutione §. *Hinc* expresse præcipiat exactam observantiam dict. Constitutionis Bened. XIII. ad formam statutorum, seu Constitutionum Generalium ejusdem Ordinis ibi: *Præinsertas Benedicti Prædecessoris litteras, ac in eis sancita, ordinata, & disposita quæcumque ad formam statutorum, seu Constitutionum Generalium ejusdem Ordinis quoad utramque illius familiam prædictam servari harum serie præcipimus, & mandamas*. Unde cum ex statutis conditis in septuagesimo quinto Capitulo Generali, confirmatis expresse ab Innocentio XI. in dict. Constitut. incipient. *Militantis Ecclesiæ*, præcipiatur sub clausula remanere firmum, & validum, imo confirmatum per dict. Constitutionem Clementis XI. incipient. *Circumspecta*.

10 Quamvis autem in dicta Constitutione Innocentii XI. sicuti etiam in dict. Constitutionibus Benedicti XIII. & Clementis XII. sit appositum decretum irritans, adhuc tamen Matheucci *loc. cit. cap.* 18. *num.* 46 & 47. cum aliis defendit, electionis validitati non obesse præcisam, & puram omissionem juramenti; Et ratio est; quia, ut ipse observat ex Fagnano *in cap. Cum accessissent* 8. *de Constitutionibus num.* 33. advertendum est, an decretum irritans sit adjectum alicui particulari ordinationi, vel prohibitioni, & tunc indistincte importat nullitatem actus in contrarium attentati, juxta textum *in cap. Quia propter* 42. *de election. & in cap. Si cui* 25. *eodem in 6.* An vero apponatur in clausulis executivis, ut fieri solet ex stylo, & tunc referri debet ad Judices, ut verba ipsa sonant; apponitur enim ad finem removendi obstacula impedientia executionem actus, super quo Constitutio decernit; *cap. Si eo tempore* 45. *de election. in 6.* & notat Geminian. *consil.* 143. *Ex narratis num.* 1. & ex eo tollitur jurisdictio aliter judicandi, ex notatis per Cardinal. *in cap Quia diligentia in 3. q. de elect.* Seraphin. *decis.* 351. *num.* 1. Rota *p rt.* 7. *recent. dec.* 174. *num.* 13.

11 Decretum autem irritans in dictis Constitutionibus Innocentii XI. Benedicti XIII. & Clementis XII. non primo, sed secundo modo adjectum consideratur; Et ad hoc facit decretum Sacræ Congregationis Regularium, in qua cum dubitatum fuisset de validitate electionis Provincialis Mediolanensis Ordinis Minorum Conventualium celebratæ sine prævio juramento de eligendo digniore, contra prohibitionem Constitutionis Ordinis, & opponeretur, quod esset nulla propter decretum irritans appositum in Bulla Confirmationis Constitutionum ejusdem Ordinis; *Sacra Congregatio hoc non obstante resolvit pro validitate electionis, cum Constitutio illa de juramento præstando non haberet in specie clausulam annullativam actus contrarii*; sic refert Fagnanus *loc. cit. num.* 32.

12 Ante electionem canenda est Missa, & facienda est invocatio Spiritus Sancti pro eligendis dignioribus: *cap. Cum Terra* 14. *de election.*, ibi; *Electores in unum locum, in quo fuerit electio celebranda, conveniant, & invocata Spiritus Sancti gratia, personam nominent*; *cap. Cum inter* 18. *eod. tit.*, ibi: *Mandamus, quatenus invocata gratia Spiritus Sancti, personam idoneam per electionem Canonicam concorditer assumatis ad Regimen Capuanæ Ecclesiæ*, & sic mandant Constitutiones cujusque Ordinis; & Instituti. Talis autem Missa de Spiritu 13
Sancto, quamquis aliqui apud Barbosam *in cit. cap. Cum Terra* 14. *de election. num.* 5. & 6. velint, quod requiratur ad validitatem electionis, tamen revera non est de ejus essentia, & validitate, sed solum de solemnitate, & decentia, nisi existat specialis Constitutio cum clausula irritante actum contrarium; *arg. cap. Quia propter* 42. *de election.* ac notat Abbas *in cap. Cum Ecclesia num.* 1. *de causa possess.* Barbosa *loc. citat. num.* 6. Tabiena *verb. Electio* 2. *num.* 20. *in fin.* Sigismundus a Bononia *de election. dub.* 19. *num.* 5. Lavor. *variar. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 19. *num.* 43. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 6. *num.* 28. Peyrin. *tom.* 1. *de subdit. q.* 1. *cap.* 31. *verb. Not. quarto*, Donatus *loc. cit. quæst.* 18. *num.* 8. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 59. & alii passim. Nec obstat Concilium Basileense, in quo sub clausula irritante statutum fuit, ut ante electionem Prælati audiatur Missa de Spiritu Sancto, & sumatur corpus Domini Nostri Jesu Christi, & præstetur juramentum, & similia, quia Concilium Basileense fuit reprobatum *in Concilio Lateranensi sess.* 11. *sub Leone X.* ubi Conciliabulum schismaticum, seditiosum, & nullius prorsus auctoritatis dicitur; Megala 2. *q. promptuar. verb. Elect. num.* 57. & alii.

Electio debet celebrari omnibus Electoribus in unum Col- 14
legialiter, seu Capitulariter congregatis, & non singulariter tantum, quia non sufficit, quod electores dent votum suum singulariter in camera sua, seu alio modo singillatim præstent suum consensum, sed in communi debent convenire, & consentire, & suffragia ferre; *cap. Quia propter* 42. *de election.* ibi: *Præsentibus omnibus*, & concordant *cap. In Genesi* 55. *eod. tit.* & Glossa communiter recepta *in cap.* 1. *de rebus Eccles. non alienand. num.* 6. Est enim de substantia, & essentia electionis, ut Capitulum congregetur, ut recte docet Fagnanus *in cap. Quia propter* 42. *de elect. num.* 37. cum communi aliorum. Capitulares debito & consueto modo vocati, si 15
electioni interesse nolint, adhuc electio remanet Canonica, sine ipsis; *cap. Cum nobis* 19. *de election.* ubi Capitulares vocati, & electioni interesse nolentes, vel a loco ipsius recedentes, dicuntur *se fecisse alienos*, & sic ibi notant, & tenent Doctores communiter; concordat *cap. Ad id sicut* 28. *eod. tit.* ubi expresse statuitur, quod absentia illorum Vocalium, qui rite vocati ad electionem celebrandam accedere, vel nequiverunt, vel noluerunt, illam minime impediat. Et pro Or- 16
dine FF. Minorum habetur expressum decretum, quod si aliquis Diffinitor præsens nolit convenire in Diffinitorio sub aliquo prætextu, non debeat fieri subrogatio, sicuti fit pro Diffinitore legitime impedito, & est ut sequitur.

Mediolanen.
Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.

Il Ministro Provinciale de' Minori Osservanti Riformati di Milano, desiderando che l'elezioni de' Superiori nella sua Religione si faccino sempre in conformità delle proprie Constituzioni, e de' Decreti di questa Sacra Congregazione, supplica umilmente l' EE. VV. a degnarsi dichiarare, se ne' casi, che alcuni Definitori presenti, ancorchè intimati a concorrere all'elezioni ricusino d'intervenirvi, si debbano all'ora in lor vece sostituire delli altri Padri della Provincia; conforme le Costituzioni Riformate ordinano (cap. 8. num. 51.) che si facci, quando manca altro de' Definitori, che non si possi avere per lo spazio di tre giorni.

Che il tutto &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Commissario Generali Ordinis, & referente Eminentissimo Franciotto, censuit, casum propositorum non comprehendi sub dispositione cap. 8. num. 61. Constitutionum, quoad prætensam subrogationem.

Romæ 6. Augusti 1655.

M. Cardinalis Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

H. Archiep. Patrac. Secret.

Et sic fuit noviſſime decisum in causa Provinciæ Reformatæ Papiæ. Ubi cum Pater Provincialis citasset formiter Diffinitorium pro celebranda Congreg. intermedia, & Pater Joseph Hieronymus a Burgosessia Custos, & Pater Joseph Franciscus a Papia Diffinitor noluissent intervenire, immo appellationem interposuissent, Hoc non obstante Pater Provincialis, & tres alii Diffinitores congregationem celebrarunt, & posita 17
causa

causa in Sacra Congreg. utraque parte informante, *Sacra Congreg. Episcoporum, & Regularium Ponente Eminentissimo Cardino die 8. Februarii* 1715. *rescripsit, Congreg. intermediam sustineri, & ad mentem Eminentissimi Ponentis*, qui post prandium *ejusdem die 8. Februarii* 1715. in præsentia Patris Francisci a Brendelio Procuratoris Generalis Reformatorum, & præsente D. Dominico Urtaya in executionem mentis Sacræ Congregationis comburere fecit duas scripturas injuriosas ex adverso divulgatas; Sic dictus D. Dominicus Ursaya *tom.* 1. *p.* 1. *discept.* 13. *num.* 163. qui ibid. n. 16. refert in punctualissimis terminis duarum aliarum Congr. intermediarum dictæ Provinciæ re mature perpensa, & partibus acerrime informantibus, se ipso scribente pro illarum validitate, bis respondisse eamdem Sacram Congreg. *in Papien. Congregationis intermediæ, nempe, die* 21. *Januarii* 1707. *Ponente clar. mem. Cardinali Gabriello, & die* 19. *Julii* 1709. *Ponente Eminentissimo D. Cardinali de Abdua.*

18 Si cœpto electionis tractatu aliqui Vocales egrediantur, & redire nolint, possunt alii sine ipsis procedere ad electionem, dummodo adhuc major pars Capitularium remaneat in Capitulo; *cap. Cum nobis* 19. *de election.* & concordat *cap. Bonæ memor.* 23. *eodem titul. capitul. Quod sicut* 28. *eodem tit. & cap. Cum in cunctis* 1. *de his quæ fiunt a majori parte Capituli*, communis Doctorum cum Glossa *in cap. Cum inter Canonicos* 21. *de elect. verb. Capituli*; ubi sic expresse dicit: *Licet dissensio si inter Canonicos, & quidam agant contra alios;* 19 *ibi dicitur esse Capitulum, ubi est major pars.* Et talis electio tenet, quamvis electores recedentes protestationem, & appellationem interponant, quia recedendo faciunt se a Capitulo, & jure eligendi alienos; textu expresso *in cit. cap. Cum nobis* 19. *de elect.* ibi: *Cum post appellationem emissam Archidiaconus cum suis fautoribus Chorum exisset, & vos illos, ut interessent electioni faciendæ vobiscum curassetis solicite revocare (quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt) alienos se fecisse videntur, propter quod electioni a vobis juxta formam mandati Apostolici concorditer celebratæ de Jure non posse contradicere videbantur*, & sic Rota *part.* 19. *recent. dec.* 313. *numer.* 13. Card. de Luca *disc.* 27. *de Canonicis n.* 9. Passerin. *c.* 11. *de elect. qu.* 11. *num.* 101. Pirhing. *lib.* 1. *decr. tit.* 6. *num.* 135. 20 *& sequent.* & alii passim; Et sic expresse censuit *Sac. Cong. Episcop. & Regul. in Ordinis Cisterc. Capitul. General.* 19. *Januar.* 1720. Ponente Cardinali Spinola, ut refert Ursaya *tom.* 4. *part.* 3. *discept.* 9. Et hoc etiam procedit, quando aliqui Vocales remanent quidem in Capitulo, sed votare nolunt. Glossa *in Clement. quod circa* 6. *de elect. verb. Quæ in facto*, Card. de Luca *dis.* 53. *de Regul. n.* 8. Fermosin. *de potest. Capitul. tract.* 3. *qu.* 5. Barb. *lib.* 1. *Juris Eccl. univ. cap.* 19. *n.* 224. Reiffenst. *l. cit. num.* 201. Rota *in Cæsaraugustana electionis* 23. *Martii* 1623. *coram Coccino, & dec.* 591. *num.* 3. *coram Merlino, & in una Leodiensi dec.* 208. *n.* 4.

21 Immo hoc etiam procedit quando una cum aliquibus vocalibus, vel solus sine justa causa exiret de loco Capituli, vel nollet votare ipsemet Præses, aut nollet ad electionem indictam procedere; quia eo ipso, quod Capitulum fuerit legitime congregatum pro habenda electione, & illam inchoaverit, fuit jus quæsitum remanentibus pro ea complenda, & Præses, & alii Capitulares recedendo, seu nolendo ad indictam electionem procedere, censentur se fecisse alienos, *ex cit. c. Cum Nobis* 19. *de elect.* & in terminis tenuit Rota *part.* 19. *tom.* 1. *recent. dec.* 313. *num.* 13. Hostiens. *in d. cap. Cum Nobis a numer.* 17. Abbas *ibid. num.* 10. Roman. *Consil.* 352. *n.* 15. *&* 16. Fermosin. *de election. qu.* 3. *num.* 19. & pluribus adductis Ursaya *tom.* 3. *part.* 1. *discept.* 14. *a num.* 24. *ad* 44.

22 Nec obstat validitati talis electionis defectus Præsidis, quia Præses non pertinet ab substantiam electionis, ut solide probat Fagnanus cum aliis *in cap. Quia propter* 42. *de election. num.* 72. *&* 73. In d. enim capite, in quo substantialia electionis perstringuntur, de Præside nihil disponitur; sicut nec in decreto Trident. *sess.* 25. *cap.* 6. *de Regul.* nec alicubi, ut dicit Fagnanus *loc. cit.* reperitur in Jure, quod ex defectu Præsidis aliqua electio fuerit cassata, vel reprobata; nec ullus Doctor id exigit ad electionis validitatem; Unde nisi aliud disponant litteræ Apostolicæ, vel Ordinis constituta; Et in tali casu actus Capitulares possent dirigi ab antiquiore, vel digniore in defectum ejus, qui juxta legem præesse deberet & nollet. Innocent. Joann. Andreas, Abbas, Felin. & alii *in cap.* 1. *de majoritat. & obed.* & Fagnanus cum aliis *l. cit. num.* 75. Matthæoc. *l. citat. cap.* 18. *numer.* 54. & alii, & late Ursaya *loc. citat.*

Quinimmo etiamsi omnes Electores de Capitulo exeant, si 23
initet terminus ad electionem faciendam a jure præfixus, &
unus solus remaneat, hic satis erit, & servatis ceteris servandis, valide poterit eligere, quia ille unus, qui remansit, non debet suo jure privari sine propria culpa. Glossa *in cap. Gratum* 2. *de postulat. Prælator.* Donatus *tom.* 2. *prax. rer. Regul. tract.* 2. *q.* 10. *num.* 9. cum aliis ibi citatis, Pirhing. *lib.* 1. *decretal. tit.* 6. *n.* 12. Passerin. *de elect. cap.* 10. *qu.* 1. *num.* 8. cum aliis plurimis ibi citatis, Reiffenstuel *l. cit. num.* 202. *arg. cap. Si forte* 9. *dist.* 65. Vide supra *art.* 2. *sub num.* 5. Similiter 24
si uno excepto omnes alii de Capitulo moriantur, vel delinquant, ita ut remaneant privati jure eligendi, vel suis obrenuncient votis, ille unus, qui non obiit, nec deliquit, nec suo renunciavit voto, poterit absque dubio extraneum eligere, quia in tali casu, in illo uno solo conservatur jus totius Capituli, seu Universitatis. Glossa *in cit. cap. Gratum* 2. *de postulat. Prælat.* Glossa *in l. Neratius, ff. de verb. signific. & l. Sicut ad fin. ff. quod cujusque universit. nomin.* Barbosa *lib.* 1. *Juris Eccles. univ. cap.* 19. *n.* 46. & alii supracitati; dicitur autem notanter, quod poterit extraneum eligere, quia non posset eligere ipsum, ex addictis *supra art.* 2. *num.* 6. Et a fortiori po- 25
terit procedere ad electionem minor pars innocens Capitularium, si major pars delinquat, itaut privata remaneat jure eligendi, vel temere, & sine justa causa recedat; *cap. Gratum* 2. *de postulat. Prælator. cap. Cum nobis* 19. *& cap. Bonæ memoriæ* 23. *de election.* & docent Doctores communiter.

Si aliquis Vocalium schedulam vacuam miserit in commu- 26
nem votorum Urnam, adhuc electio erit valida, quia talis, qui dedit schedulam vacuam censetur juri suo renunciasse; *arg. c. Cum nobis* 19. *de elect.* & notat Glossa magna *in Clement. quod circa* 6. *de election.* Navarrus *cons.* 7. *de elect. n.* 1. Rodericus *tom.* 2. *qq. Regul. q.* 52. *art.* 3. Layman. *in cit. cap. Cum nobis n.* 3. & alii passim. Sic si in aperitione scrutinii reperiantur 27
plures schedulæ, quam sint Vocales, adhuc electio erit valida, si demptis superfluis remanet major pars. *Sac. Congreg. Episc. & Regul.* 17. *Novemb.* 1628. *& Sac. Cong. Conc. in Aquinatens.* 23. *Augusti.* 1692.

Electio Superiorum Regularium debet fieri omnino per vo- 28
ta secreta. Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 6. *de Regul.* ibi: *In primis Sancta Synodus districte præcipit omnes supradictos* (scilicet Abbates temporales, aliosque Superiores locales, Provinciales, Generales, & Abbatissas) *eligi debere per vota secreta, itaut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.* Et ita debet fieri per vota secreta, ut non possit fieri 29
per viam compromissi, aut inspirationis. Et ratio est, quia Concilium Tridentinum *l. cit.* non solum præcipit electionem Superiorum Regularium esse faciendam per vota secreta, sed etiam omnem electionem aliter factam decernit nullam, ibi: *Si vero contra hujus decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit.* Atqui electiones, quæ fiunt per viam compromissi, aut quasi inspirationis possunt, ac solent fieri per voces publicas, non vero per vota secreta, ergo non possunt sic fieri sub pœna nullitatis, & sic decisum fuisse a Sacra Congregatione Concilii refert Garcias *part.* 5. *de Beneficiis cap.* 4. *num.* 204. & Fagnan. *in cap. Quia propter* 42. *de Elect. nu.* 30. ubi dicit quod proposito a Carthusianis dubio: „ An in elec- „ ctione Superiorum possit procedi, nedum per viam scruti- „ nii, sed etiam inspirationis, vel compromissi? *Sacra Con- „ gregatio Concilii* censuit, electionem horum Prælatorum Re- „ gularium debere fieri tantum per vota secreta, ut se habent „ verba propria Concilii d. c. 6. „ Et sic tenet Passerinus *c.* 1. *de election. n.* 56. *&* 79. pluries alias dictæ Sacræ Congregationis declarationes, & quamplures Doctores allegans, Barbosa in Concil. Trident. *dict. sess.* 25. *cap.* 6. *de Regul. num.* 15. cum 30
variis aliis. Non desunt tamen magni nominis Doctores, qui dicunt Concilium Tridentinum habere locum solum in electionibus Regularium per scrutinium, qui inter ipsos est formalis usitatior; Non autem in iis, quæ fiunt per compromissum, aut per quasi inspirationem, quæ possunt, & solent fieri palam per voces publicas. Sic Miranda *tom.* 2. *Manual. Prælat. quæst.* 23. *art.* 3. *in fin.* Rodericus *tom.* 2. *qq. Regul. q.* 92. *n.* 9. Tamburin. *tom.* 1. *de Jure Abbat. disp.* 5. *q.* 5. *num.* 9. Azorius *p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. Pirhing *l. cit. num.* 397. & alii pluries.

Electio non desinit esse secreta propter puram & simplicem 31
ostensionem schedulæ secreto factam alicui ab aliquo ex Electoribus ad effectum, ut videat, quem ipse eligat; Dummodo hujusmodi ostensio, seu manifestatio non sit vera, & realis, nec rationabiliter præsumpta causa, cur potius unus, quam alter electus sit, uti esset, si ille, cui facta est talis osten-

sio, ratione talis ostensionis mutaret suum votum, & faceret inclusivam electionis pro tali sibi ostento, qui alias sine suo voto non fuisset electus. Castellin. *in tract. de election. c.* 4. *num.* 3. Fr. Emanuel *in Summ. part.* 1. *cap.* 102. *num.* 4. Navar. *consil.* 7. *in antiq. alias* 4. *in nov. de election.* Barbosa *in Trid.* 32 *sess.* 25. *cap.* 6. *de Regul. num.* 4. & alii passim. Sic non desinit esse secreta electio, si quis Electorum, sive per malitiam, sive per errorem, ostenderit alteri votum suum inscio, & non consentiente Capitulo, dummodo tamen non causet effectum, de quo *num. antecedenti*, Rodericus *tom.* 2. *qq. Regul. q.* 52. *art.* 9. Navarr. *cons.* 9. *de elect.* Barbosa *lib.* 1. *Juris Ecclesiast. univ. cap.* 19. *num.* 209. & in Trident. *l. cit. num.* 5. Garcias *de Benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 183. Molphes. *in summ. part.* 1. *tract.* 6. *cap.* 16. *num.* 153. Pirhing. *loc. cit. n.* 397. Reiffenst. *l. cit. num.* 346. alias enim quilibet Elector posset ex propria malitia omnes electiones irritare expresse aliis ostendendo votum suum, ut electio non subsisteret.

33 Desineret tamen esse secreta, & sic non subsisteret electio etiamsi unus solum votum suum publicaret, permittente Capitulo, quia sic per totum Capitulum contraveniretur dispositioni Concilii præcipientis sub decreto irritante, quod electiones fiant per vota secreta, & nomina eligentium nunquam publicentur. Barbosa *lib.* 1. *Juris Eccles. univers. cap.* 19. *numer.* 205. Garcias *part.* 5. *de Benef. cap.* 4. *num.* 183. & 184. Reiffenstuel *l. cit. num.* 345. Sigismund. a Bononia *de election. dub.* 13. *numer.* 4. & alii cum Rota *in una Trevirensi Abbatiæ* 34 *S. Maximini* 20. *Novemb.* 1624. *coram Coccino Decano.* Sic desineret esse secreta, & nulla esset electio, si eligentes uterentur schedula aliquo patenti signo signata, ut innotescat scrutatoribus, vel uni ex illis, quod tales eligentes elegerunt illum nominatum in schedula; ac proinde sic electus factus de hoc certus tenetur resignare Prælaturam, sive officium, vel petere a Sanctissimo confirmationem cum dispensatione. Sic decisum fuisse a Sacra Congregatione Concil. referunt Peyrin. *tom.* 1. *de Religios. subd. & Prælat. q.* 1. *de obedient. cap.* 21. Castellin. *tract. de elect. cap.* 3. *num.* 6. Barbosa *in summa Apostol. decis. verb. Electio, Elector. num.* 19. *& in Trident.* 35 *l. cit. n.* 9. Item desineret esse secreta, & nulla esset electio, si Præses, vel alter de Capitulo alicui, vel aliquibus ex Vocalibus traderet schedulas, in quibus notetur nomen illius, qui eligitur ex non servata forma præscripta sub decreto irritante a Tridentino *in d. sess.* 25. *cap.* 6. *de Regularibus*, prout in simili casu censuit Sacra Congreg. Concil. ut refert Fagnan. *l. citat.* 36 *num.* 30. Matthæucc. *l. cit. num.* 9. Sic a fortiori desineret esse secreta, & nulla esset electio, si aliquis Pater prædominans traderet alicui Vocali schedulam cum nomine eligendi, ostendendam omnibus aliis Vocalibus a suo prædominio dependentibus, ut ex ipsa copiam faciant, & sic rescriptam in Urnam Electionis reponant; Electoribus enim nullo modo licet ante, vel post scrutinium, cui suum votum dederint, publicare. Sic decisum fuisse *a Sac. Congr. Conc.* referunt Garcias *l. cit. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 197. Barbosa *in Summa Apostol. dec. verb. Electio, Elector. num.* 10. & alii. & clare patet ex ipso Tridentino *l. cit.* ubi expresse præcipit sub decreto irritante Prælatos Regulares *eligi debere per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.*

37 Ad electionem etiam Regularium, ut sit Canonica, debent vocari omnes, qui de jure, vel de legitima consuetudine jus habent suffragandi; *cap. Cum inter universos* 18. *cap. Coram dilecto* 35. *& cap. Quia propter* 42. *de election. cum similibus*, & docent Doctores communiter. Unde etiam vota infirmorum, qui decumbunt in Conventu electionis, & ob eorum infirmitatem nequeunt electioni interesse, debent exquiri. Innocent. *in cap. Quia propter* 42. *de election. num.* 2. Silvester *verb. Electio* 1. *q.* 5. *dicto* 1. Angel. *eod. verb. Electio nu.* 17. Barbosa *lib.* 1. *Juris Eccl. univ. c.* 19. *num.* 108. Pirhing *l. cit. num.* 146. Reiffenstuel *l. cit. num.* 191. Donat. *l. cit. tract.* 1. *q.* 17. *num.* 15. & alii, & ratio est quia vota omnium præsentium sunt inquirenda. Infirmi autem, qui decumbunt in eodem Conventu electionis censetur præsentes, *arg. a fortiori l.* 5. *& 6. ff. de Procuratoribus*, ubi sic dicitur: *Præsens habetur, & qui in hortis est, & qui in foro, & qui in Urbe, & qui in continentibus ædificiis.* Unde in tali casu debent scrutatores, seu disquisitores ad eos ire, & ab illis schedulas in vas, ad id præparatum accipere. Donatus *l. cit. num.* 15. testatur sic practicari in sua Illustrissima Religione Ordinis Prædicatorum, & de facto sic practicatur in nostra Religione Minorum, & in aliis; & si Infirmi nequeant scribere, debent schedulas pro ipsis scribere duo disquisitores, & eas deferre, & patenter ponere in vase reliquarum schedularum. Lantusca *verb. Electio n.* 8. & alii. Et ad talem electionem vocandi sunt etiam Religiosi 38
sacris non initiati in illis Religionibus, quarum Constitutiones ipsis expresse concedant, ut habeant votum in Capitulis; sic tenet Pignatello *tom.* 10. *consult.* 86. *num.* 13. declaravit *Sacra Congreg. Conc.* 22. *Maji* 1577. his verbis: *Quoniam decretum Concilii non comprehendit Monasterium Regularium, sed Ecclesias Sæculares, de quibus ibi est sermo.* In illis tamen Religionibus, quarum Constitutiones non concedunt ipsis tale votum, Religiosi in sacris nondum constituti non sunt vocandi ad electionem. Pignatelli *tom.* 1. *consul.* 224. ubi refert, quod „ Sa- „ cra Congregatio Concilii 1. Februarii 1659. in una Tertii „ Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanæ censuit „ cap. 4. sess. 22. comprehendere etiam Regulares Mendican- „ tes, qui non sunt in Ordine Subdiaconatus, vocem habere „ non possint in Capitulis, & actibus Capitularibus, si in Con- „ stitutionibus ejusdem Religionis aliter expresse non ca- „ veatur.

Regulares tenentur sub mortali eligere digniorem, sicuti te- 39
neri omnes alios Electores, jam diximus supra *art.* 3. *num.* 13. Eo vel maxime quod ipsi ante electionem tenentur præstare juramentum de eligendo talem digniorem ex citatis decretis supra *sub num.* 6. & tanto magis ad hoc tenentur Minores de Observantia, qui adhuc specialiter obligantur ad præstandum tale juramentum coram Venerabili Christi Imagine, præsente Præside ex Constitutione Innocentii XI. incip. *Militantis Ecclesiæ*, & ex Constitutione Benedicti XIII. incip. *Universalis Ecclesiæ regimini*, confirmata quo ad hoc a Clemente XII. Constitutione incip. *Circumspecta*, ex addictis supra *sub numer.* 7. 8. *&* 9. Hinc gravissime peccarent, & ad damna tene- 40
rentur, & indignus electus teneretur renunciare, si nedum non eligerent digniorem, ideit qui comparatione aliorum majora merita, majorem sufficientiam, aptitudinemque ad regendum habere dignoscitur, sed potius eligerent indignum, ideit quem sacri Canones, Constitutiones Pontificiæ, & Statuta Ordinis inhabilem declarant, ut notat Sanctorus *in compendio, verb. Electio n.* 15. Statuta autem Ordinis condita in 41
septuagesimo quinto Capitulo Generali celebrato Romæ in Conventu S. M. de Aracæli die 23. Maji 1676. & specialiter confirmata ab Innocentio XI. Constitut. incip. *Militantis Ecclesiæ*, quo ad hoc disponunt: ut sequitur: „ Item statuitur, „ quod nullus eligi possit in Prælatum, qui vitam communem non sequatur; hoc est qui frequenter equitet, seu infirmitatem, qua ab obligatione pedibus incedendi excusetur, habeat, qui Camisiis, aut lineis utatur, vel apud se, vel in lecto, qui calceatus incedat, qui jejunia Ecclesiæ, & Regulæ non observet, qui aliquando visus sit contrectare pecunias, nisi jam per triennium saltem emendatus sit, qui notabiliter sit defectuosus in assistendo Communitatibus Chori, & Refectorii, ac aliis prout sibi in Constitutionibus præscribitur. Electio autem illius, qui in omnibus præmissis vitam communem non sequatur, irritanda sit a Prælato Generali, capta informatione extrajudiciali pro sua conscientia sine strepitu Judicii; cum consilio tantum, & assensu trium Patrum, qui Provinciales, vel ad minus Diffinitores Provinciæ sint, vel fuerint, super quo eorum conscientias oneramus, ne, aut ille expellatur, qui vitam communem sequitur, aut ille confirmetur, qui illam non observat.„

Et similiter fere litteraliter, habetur statutum ab Innocen- 42
tio XI. Constitut. incip. *Solicitudo Pastoralis Officii* §. 8. ibi: „ Quia vero efficacius prædicta observandi medium est exem- „ plum Prælatorum, sive Superiorum, ideo statuimus pariter „ neminem eligi posse in Prælatum, sive Superiorem in Ordi- „ ne prædicto, qui vitam communem observantiæ non sequa- „ tur; hoc est qui frequenter equitet, seu infirmitatem, qua „ ab obligatione pedibus incedendi excusetur, habeat, qui in- „ dusiis, seu camisiis, aut lineis utatur apud se, vel in lecto; „ qui calceatus incedat; qui jejunia Ecclesiæ, & Regulæ non „ observet; qui aliquando visus sit contrectare pecunias, nisi „ jam per triennium saltem emendatus sit; qui notabiliter de- „ fectuosus sit in assistendo Communitatibus Chori, Refe- „ ctorii, & aliis, prout sibi in Constitutionibus præscribitur. „ Porro electio, illius qui in omnibus præmissis vitam com- „ munem non sequatur, irritanda sit a Prælato, sive Supe- „ riori Generali, capta informatione extrajudiciali pro sua „ conscientia sine strepitu Judicii, cum consilio tamen, & „ assensu trium Fratrum, qui Ministri Provinciales, vel sal- „ tem Diffinitores Provinciæ sint, vel fuerint: ipsorum autem „ conscientias, ne aut ille expellatur, qui vitam communem „ se-

„ sequatur, aut ille confirmetur, qui eam non observet, „ oneramus „.

43 Et clarius, & strictius solvit dubium ortum super habilitate, vel inhabilitate ad posse eligi ad Prælaturas Minorum de Observantia Innocentius XII. Constitutione incip. *Alias a felicis recordationis Innocentio Papa XI.* ubi post insertas ejusdem Pontificis Litteras, statim subjungit. „ Cum autem sicut dilectus Filius Bonaventura Poerius Minister Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit; nonnulli Visitatores ex utraque Familia ejusdem Ordinis, tam de Observantia, quam Reformati, dubium ei proposuerint: An eorum Religiosorum, qui vitam communem, in victu, vestitu, Chori frequentia, iter pedibus agendo, alliisque similibus a Regula præscriptis rigoribus non observant, idque ex infirmitatis, sive alterius impotentiæ causa, quæ eos, juxta Textum Regulæ, & Constitutionum dicti ordinis excusat, adeoque a transgressionis culpa eximit; electio in Prælatos, sive Superiores in eodem Ordine valida sit; Eaque si alias Canonice facta reperiatur, & illi officiorum, ad quæ fuerint electi ceteroquint sint capaces, ab ipsis Visitatoribus confirmari possit, & debeat. Ipse vero Bonaventura Minister Generalis tametsi existimet, Religiosos, qui propter Infirmitatem, aut aliam quamvis necessitatem, vitam communem, aliaque in præinsertis Innocentii Prædecessoris Litteris præscripta exacte observare nequeunt, ab officiis, & gradibus Superioritatis excludi debere, seque, ac pro tempore existentem Ministrum Generalem Ordinis supradicti, eos etiam alias canonice electos, juxta earumdem Litterarum formam excludere posse, illos autem, qui culpabiliter dictam vitam communem non observant, & ex malitia delinquunt, non solum ab officiis, & gradibus excludi, sed etiam pœnis contra transgressores statutis puniri debere: Nihilominus dubium præfatum declarari, ac alias desuper opportune a Nobis provideri plurimum desideret; Nos ejusdem Bonaventuræ Ministri Generalis votis hac in re favorabiliter annuere volentes a quibuslvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Bonaventuræ Ministri Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super disciplina Regulari specialiter a Nobis deputatorum, qui rem mature discusserunt, consilio, Religiosos omnes præfati Ordinis, qui vitam communem observantiæ in præinsertis Innocentii Prædecessoris Litteris præscriptam vere, & cum effectu sequi non solent, etiamsi id ex infirmitate, seu alia quavis necessitate, & absque ipsorum culpa accidat, in Prælatos, seu Superiores ejusdem Ordinis eligi non posse, eorumque electionem, si quando fiat, tametsi alias canonica foret, a Prælato, sive Superiore Generali dicti Ordinis, servata quoad hoc earum Litterarum forma, irritandam esse. Illos vero, qui in prædictis observantiæ communibus exercitiis, seu in eorum aliquo culpabiliter deficere consueverunt, non modo ut supra ineligibiles esse, sed insuper pœnis Constitutionum ipsius Ordinis subjacere auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, ac etiam statuimus, ordinamus, decernentes ipsas præsentes Litteras semper firmas, valjdas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis, illis, quæ in præinsertis Innocentii Prædecessoris Litteris concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem &c.

„ *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 2. Julii* 1695. *Pontificatus Nostri Anno Quarto.*

J. F. Cardin. Albanus.

Ut electio sit valida requiritur, ut in ipsam concurrat saltem major pars Capituli, ita ut si sint 35. Vocales, requiritur, ut electus habeat ad minus vota 18. *c. Cumana* 50. *de elect. & cap. Sicut* 23. *eod. in* 9. Major enim pars numero præsumitur sanior, ut habetur expresse ex *cap. Ecclesia vestra* 57. *de electione*, ibi: *Cum ubi major numerus est, zelus melior præsumatur*, cum similibus; & tenet communis Doctorum cum Fagnano *in Cap. Cum in cunctis* 1. *num.* 4. *de his quæ fiunt a majori parte Capituli.* Unde jam hodie non inquiritur amplius, an major pars sit etiam sanior. Cum enim ex investigatione quænam esset major, & sanior pars, plura orirentur inconvenientia, jure merito hisce nostris temporibus, & maxime stante dispositione citati Canonis *Ecclesia vestra*, & Concilii Tridentini *sess.* 25. *de Regularib. cap.* 6. recessit ab aula dicta inquisitio quænam suffragiorum pars sit sanior, sed solum respicitur, & attenditur major; seu minor ipsorum Capitularium numerus; cum in hunc sensum major pars ipsius Capituli sanior præsumatur, si persona electa non sit indignior. Sic Rota *in Nullius, seu Pampilonensi Canonicatus de Roncyvalles* 12. *Maji* 1628. *coram Dunozetto*, Sigismund. a Bononia *de election. dub.* 38. *num.* 8. Lavorius *Variarum Lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 19. *num.* 89. Surd. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 13. Franc. Marc. Delphin. *dec.* 732. *num.* 3. *lib.* 1. Tamburin. *de jure Abbat. tom.* 1. *disp.* 5. *q.* 6. *num.* 21. Barbosa *de Canonicis cap.* 38. *numer.* 8. Reiffenstuel *lib.* 1. *Decret. tit.* 6. *num.* 150. & alii passim. Vide verb. *Abbatissa a nu.* 43. *ad* 52. ubi multa ad rem quæ hic non repetuntur, ne jam scripta rescribantur. Ubi autem vota essent paria, Præses Capituli nequit dare votum decisivum, cum nec Jus Canonicum, nec constitutio particularis, immo nec ullus Auctor, quem viderim, illud ipsi concedat; Unde Vocalibus in paritate votorum persistentibus tranlacto tempore ad electionem præfixo, devolvitur electio ad immediatum Superiorem, ut ultra jus commune, disponunt fere omnium Regularium Constitutiones, loquendo de electionibus a toto Capitulo faciendis. Loquendo tamen de electionibus, quæ fiunt a solo Diffinitorio, Præses in paritate votorum habet votum decisivum ex Constitutione Urbani VIII. incip. *Religiosos viros*, & ex Constitution. Alexand. VII. incip. *Credita Nobis*. Deficiente autem Præside in paritate votorum decisivum in electionibus, & negotiis in Diffinitorio peragendis concessit etiam Ministris Provincialibus *Sacra Congr. Episcop. & Regul.* 13. *Martii* 1653. Dummodo tamen in ipsis electionibus, quæ per ballotationes fiunt, voto decisivo non utantur, nisi per tres vices fuerint æqualia, ut declaravit eadem *Sacr. Congr. Episcop. & Regul.* 15. *Martii* 1663.

Commissarii Provinciales, qui tempore Capituli Generalis relinquuntur ad gubernandas Provincias, eligendi sunt a Definitoriis Provincialibus per ballotationes. *Statut. Gener. Vallisoletan. de anno* 1670. *tit. pro Ultramontan. Famil. num.* 6. *Orb. Seraphic. tom.* 4. *& statuta Generalia de anno* 1700. Sic etiam per ballotationes, & vota secreta debent fieri omnes, & singulæ electiones quæ fiunt in Diffinitoriis, tam Prominiistrorum Provincialium, & Custodum, quam Guardianorum. *Compilatio statutor. Sambuc. cap.* 8. §. 36. *num.* 7. & cit. Constitut. Urban. VIII. incipiens, *Religiosos viros*, ibi: *Ut de cetero omnes & singulæ electiones tam Prominiistrorum, & Custodum, quam Guardianorum dicti Ordinis per suffragia secreta, & ballotationes fiant.* Electiones autem, quæ fiunt in Capitulis tum Generalibus tum Provincialibus, debent fieri non per secretas ballotationes, sed per secreta schedularum suffragia ita obsignata, ut eligentium nomina sint secreta, & occulta, & nunquam publicentur, ac peracto scrutinio schedulæ coram omnibus Vocalibus illico comburantur, ut expresse statuit Sixtus V. Constit. incip. *Et omnium cura*.

Electio ut sit Canonica debet esse omnino libera, ita ut aliter facta sit ipso jure nulla; *cap. Cum terra* 14. *de election. cap. Ubi periculum* 3. *de election. in* 6. §. *Cæterum*, ibi: *Cessat electio dum libertas adimitur eligendi*. Unde nulla est electio sine auctoritate Apostolica limitata, & restricta ad aliquos ceteris exclusis, ut habetur ex Sacræ Congregat. Concil. responsio ad sequens dubium: *An stante libertate electionis liceat Prælato Regulari proponere duos, vel tres, ex quibus eligatur unus? Sacra Congregatio censuit non licere*. Sic ex aliis refert Donatus *loc. cit. tract.* 1. *q.* 19. *n.* 7. & teste Fagnan. *in cap. Cum dilectus* 8. *de consuetudin. n.* 21. eadem Sacr. Congregatio consulta a Generali Ordin. S. Augustini: *An liceat in electione Provincialium, Priorum, aliorumque Officialium facienda aliquos nominavit proponere, ex quibus unus canonice per secreta suffragia ad officium eligatur?* Respondit *negative*. Et quod Capitulum celebratum cum restrictiva Personarum eligendarum, & cum impressione sæcularis Potestatis sit nullum, expresse declaravit *Congregatio particularis in Taurinen., Nullitatis Capituli* 2. *Septemb.* 1708. de qua Ursaya *tom.* 1. *p.* 1. *discept.* 17. *per tot.* Hinc in Ordine Minorum de Observantia Generalis, vel Præses Capituli coarctans Electores, ne libere agant, privatur Officio, ex Constitutione S. Pii V. incipient. *Pastoralis*; & Constitut. Francisc. cap. 8.

53 Non est tamen contra libertatem electionis, quod Electores coarctentur ad eligendum aliquod genus personarum Verb. Grat. Magistrorum, Lectorum &c. vel talis Nationis, & hujusmodi. Patet hoc ex praxi multarum Religionum, in quibus sunt legitime institutæ alternativæ, ut electio Superioris, aliorumque Officialium semel fiat de una, & semel de alia Natione, & non nisi de personis habentibus tales qualitates, & valere tales electiones tenet Fagnanus in cit. *cap. Cum dilectus* 8. *de consuetudine a num.* 25. *ad num.* 25. *ad n.* 39. Panormitan. communiter receptus *in cap. Cum terra* 14. *de election. n.* 4. Navarr. *lib.* 1. *de constit. cons.* 5. *num.* 1. *in prima editione*, Silvest. *verb. Electio* 1. *q.* 23. Donat. *loc. cit. q.* 10. *num.* 1. *& sequent.* & communis aliorum.

54 Libertatem electionis tollit, & ipsam irritat subornatio, quæ fit importunis precibus, comminationibus, vituperationibus, Donis, promissis, aliisque mediis, artibus, & modis illicitis sufficientibus ad commovendum, seu moraliter cogendum ad dandum suffragium illi determinato, pro quo ceteris aliis exclusis a subornatore talibus illicitis mediis inducitur; si quis enim ad extorquendum suffragium pro se, vel amico, comminetur alicui Electori expulsionem a Provincia, aut a tali sibi grato Conventu, aut impedimentum a consecutione justi gradus, vel ad terrorem objiciat falsa crimina, vel etiam vera, sed penitus occulta, vel alias similes vexationes, clarum est ipsum Electorem non libere, sed justo metu motum, tali suffragium suum præbere, adeoque nulliter, cum nulla declaretur electio ex metu, & terrore facta per *cap. Ad aures* 3. *de iis quæ, vi metusve causa fiunt*; sicuti nulla declaratur electio facta importunis precibus ex *cap. Per inquisitionem* 26.

55 *de election.* Hinc in Ordine Minorum de Observantia subornatores pro se, vel pro alio ex Constit. S. Pii V. incip. *Pastoralis Officii*, incurrunt ipso facto excommunicationem Papæ reservatam, & privationem vocis activæ & passivæ, ibi: „ Qui vero in electionibus ipsis, vel ante eas per sex menses „ pro se, vel alio subornaverit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, a qua absolvi non possit, nisi a „ Pontifice pro tempore existente, ac voce activa, & passi-

56 „ va perpetuo careat „. Quæ tamen excommunicatio modo potest absolvi a Ministro, & Commissario Generalibus, ubi agitur de electione Superiorum inferiorum, uti concessit, & moderavit Pianam Constitutionem quoad talem reservationem Gregorius XIII. Constitut. incip. *Consuevit*; & statuta Ordinis *de anno* 1663. *cap.* 7. §. 6. *num.* 43. ita habent: „ Subornatores declaramus, qui donis, & promissis, commi„ nationibus, & obsecrationibus, importunis laudibus, aut „ vituperationibus falsis, aliquem in electionibus ferat, quive „ colligationes, aut inductiones fecerint, non autem illi, qui „ conferendo, vel consulendo talem dignum, vel indignum ad officium dixerint, ut ad illud eligatur, vel non eligatur. „ *Et num.* 44. Qui in Electionibus, vel ante per sex menses „ pro se, vel pro alio, per se, vel alios subornaverit, ex„ communicationis sententiam ipso facto incurrat Ministro, „ aut Commissario Generali reservatam. Si vero Generales „ ipsi in eadem damnatione fuerint a solo Summo Pontifice „ absolvi poterunt juxta Constitutionem Gregorii XIII. & „ insuper eosdem Subornatores actibus legitimis ipso facto „ privamus.

57 Et generaliter pro omnibus Regularibus illicitis modis pro se, vel pro aliis Dignitates procurantibus a Clemente VIII. in Constitutione incip. *Nullus omnino*, *edita* 20. *Martii pro reform. Regularium tam Monachorum, quam Mendicantium cujuscumque Ordinis, Instituti sub* §. 35. ita fuit statutum: „ *ut* „ omnis Officiorum ambitus occasio præcludatur, caveant „ omnes a directa, vel indirecta vocum seu suffragiorum „ procuratione tam pro se ipsis, quam pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris præsertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque secus fecerint, præter alias pœnas, & Censuras hactenus contra hujusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus in pœnam privationis officiorum, quæ

„ obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quæcumque pari„ ter inhabiles habeantur; super quo cum eis dispensari a ne„ mine possit, nisi a Nobis, vel Successoribus nostris, & „ pro qualitate culparum, gravius etiam plectantur. Por„ ro supradictas omnes pœnas ad complices, ac simpliciter „ scientes, & non revelantes, extendimus „. Quæ Constitutio fuit innovata jussu Urbani VIII. a Sacra Congregatione Concillii die 21. *Septembr.* 1624. *in decret. de Apostatis, & Ejectis*, incipient. *Sacra Congregatio sub* §. 1. ibi: „ Ac pri„ mo ut infecta semina, e quibus pravi ejusmodi fructus po„ tissimum prodeunt, deinceps ne servantur in vinea Domi„ ni, censuit esse innovandas, & Sanctissimi auctoritate „ innovat Constitutiones, & Decreta generalia felicis recor„ dationis Clementis VIII. ad Regularium reformationem, „ ac Novitiorum receptionem, professionem, atque insti„ tutionem spectantia, districteque precipit Generalibus, „ atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, ut illa exacte „ observent, atque ut observentur, efficiant, sub pœnis sta„ tutis in iisdem Constitutionibus „. 58

Electio evadit Simoniaca, & consequenter nulla, cum 59
pro consequenda aliqua Prælatura, seu Dignitate V.G. Prioratus, Guardianatus, Diffinitoriatus, Provincialatus, & Generalatus, & hujusmodi datur aliquod temporale munus, vel a manu, vel a lingua, vel ab obsequio; dare enim aliquod temporale pro spirituali est semper simoniacum; *cap. Quam pio* 2. *caus.* 1. *quæst.* 2. *cap. Non satis* 8. *& cap. Mandato* 46. *de Simonia*. *cap. Monachi* 2. *de statu Monachorum cum similibus*. Et talis electio de Jure Ecclesiastico est nulla etiam ante Judicis sententiam; *cap. Ea quæ a Sanctis.* 6. *caus.* 1. *quæst.* 3. ibi: *Quidquid ergo in Sacris Ordinibus, vel in Ecclesiasticis rebus vel data, vel promissa pecunia acquisitum est, nos irritum esse, & nullas unquam vires habere censemus*; *cap. Cum Clerici* 6. *de pactis*, ibi: *appellatione cessante, eos aliter adeptis Ecclesiis spoliatis*, *cap. Matthæus* 23. *& cap. Sicut tuis* 33. *de Simonia*, ubi habetur, obtinentem bona fide per simoniam ab alio commissam, teneri beneficium deponere, ergo Pontifex ibi supponit, adeptionem Beneficii invalidam esse; secus renunciationem debere fieri non præciperet. Et in Extravagant. *Cum detestabile* 2. *de Simonia inter communes*, sic expresse habetur; *Per electiones vero, postulationes, confirmationes, provisiones, seu quasvis alias dispositiones, quas simoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant in Ecclesiis, Monasteriis, Dignitatibus, Personatibus, officiis Ecclesiasticis, & quibusvis beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam jus nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus suos, sed illorum omnium, quæ percepit restitutionem sub animæ suæ periculo sit adstrictus, statuentes præterea, quod universi, & singuli etiam præmissis dignitatibus præditi, qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, seu procuraverint, sententiam excommunicationis incurrant, a qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existente non possint absolvi, præterquam in mortis articulo constituti.*

Talis electio est nulla, etiamsi Simonia sit occulta; *cit. Extravagant.* ibi; *Et eorum quemlibet tam manifestum, quam occultum*, & *cap. Matthæus* 23. *& cap. Nobis* 27. *de Simonia*. Immo est nulla electio, etiamsi electus penitus ignoret, 62
simoniam commissam ab aliis in procurandis votis ad sui electionem; nisi in hujus præjudicium fraudulenter fiat ab aliquo inimico, textu expresso *in cit. cap. Nobis* 25. *de Simonia*, ubi propositum casum, " Quod cum quatuor essent a Capitulo „ constituti, qui debebant quemdam eligere in Plebanum, „ amici ejus, de cujus electione spes habebatur, uni vel om„ nibus eligentium promiserunt, pecuniam se soluturos, eo „ tamen ignorante, qui hujusmodi promissione interveniente, postmodum est electus &c. Ita respondit Pontifex: „ Quod nisi constaret, illos, qui promissum tale fecerunt, „ per fraudem in dispendium illius, qui eligendus erat, id „ malitiose fecisse, quamvis ipse promissionis conscius non „ fuerit, ejus tamen electio, tamquam Simoniaca pravitate „ præsumpta, est penitus reprobanda „. Licet enim Electus non peccaverit, electio tamen est vitiosa propter eligentes, quia peccant Electores in forma, licet Electus non sit in culpa, uti recte advertit Glossa *ibid. verb. Reprobanda, arg. cap. Cumana* 50. *& c. Ecclesia vestra* 57. *de election.* Hinc simoniace Electus tenetur in conscientia sub peccato mortali renunciare Prioratum, Rectoratum, Guardianatum, Diffinitoriatum, Provincialatum, Generalatum, & hujusmodi; nec absolvi potest priusquam renunciet; & hoc etiamsi Simonia 63

sit occulta, sive commissa sit ab eodem, qui dignitatem obtinuit, sive ab aliis, ipso quoque nesciente, *cap. Quicumque* 1. *causf.* 1. *quæst.* 5. ibi: „ Quicumque sane cupiditate parentum, tum, cum adhuc parvuli essent, Ecclesias, vel Ecclesiarum partes per pecuniam adepti sunt, postquam eas omnino dimiserunt &c. cap. *Eos* 2. *eod. causf. & quæst.* ibi: „ Ex hac itaque auctoritate colligitur, quod ignorantia tales excusat a reatu criminis, ut supradictum est, non a fructu emptionis, cum in Ecclesiis, quas parentum pecunia adepti sunt, non nisi postquam eas omnino dimiserint, & ex misericordia ibidem eis esse conceditur, in quo patet, quod & si illis ignorantibus simoniæ peccatum esset admissum, fructum tamen paternæ emptionis reportare non possunt, cap. *Sicut tuis* 33. *de simonia*, ibi: „ Secundum Canonum statuta etiam parvuli, qui cupiditate parentum Ecclesias per pecuniam sunt adepti, eas dimittere tenentur, & concordat *cap. Matth.* 23. *cap. Nobis* 27. *de electon. cit. Extravagant Cum detestabile* 2. *de simonia inter communes*, *cap. si alicujus* 59. *de election.* cum similibus. Donatus *loc. cit. tract.* 1. *q.* 20. *num.* 4. Reiffenstuel *lib.* 5. *decretal. tit.* 3. *num.* 174. & ipso teste, unanimis, ac certa aliorum ob claram dispositionem Canonum adductorum.

64 Simoniaca, & nulla est electio, in qua electores ita paciscuntur, si tu eliges me in Provincialem, ego te eligam in Definitorem, in Guardianum, & hujusmodi, si tu dederis mihi, vel meo amico tuum votum, ego dabo tibi meum, vel amico tuo; Si tu in hac electione suffragatus fueris pro meis dependentibus, ego in alia suffragium feram pro tuis. Omnes enim istæ, & similes pactiones semper continent labem simoniacam, cum jus spirituale detur cum onere, ut aliquid fiat, quasi pro pretio rei spiritualis, vel causa mediata illam habendi; *cap. Quam pio* 2. *causf.* 1. *quæst.* 2. ibi: „ Dum tamen omnis absit pactio, & omnis cesset conventio; cap. Plerique 7. de pactis, ibi: „ Pactum hujusmodi penitus reprobamus; *cap. Pactiones* 8. *eod. tit.*, ibi: „ Pactiones factæ a vobis (ut audivimus) pro quibusdam spiritualibus obtinendis, cum in hujusmodi omnis pactio, omnisque conventio debeat omnino cessare, nullius penitus sunt momenti; *cap. Quæsitum* 5. *de rerum permutatione*, ibi: „ Generaliter itaque teneas, quod commutationes præbendarum de jure fieri non possunt, præsertim cum pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus labem semper continet simoniæ, & concordat *cap. Præterea* 9. *de transactionib. cap. de hoc* 11. *& cap. Tua nos* 34. *de simonia*, cum similibus. Et sic communis Doctorum cum D. Thoma *quodlibet.* 8. *art.* 11. Cajetan. *in summ. verb. Simonia* §. *circa tertium*, Silvestro *verb. eod. quæst.* 13. *dict.* 4. Navarr. *in summa cap.* 23. *num.* 110. Reginald. *in praxi lib.* 23. *nu.* 244. Donat. *loc. cit. tract.* 1. *quæst.* 22. *num.* 1. & aliis passim. Hinc caveant Factionarii, & Præpotentiarii, ne per suas illicitas colligationes, & iniquas pactiones, plures solemnizent Nullitates, quam celebrent Electiones, & in laqueos æternæ perditionis, se, suosque sic colligatos misere injiciant. Alia ad rem, vide verb. *Simonia*.

65 Electio celebrari debet in loco publico, & solito, ut in Ecclesia, Choro, Sacristia, vel Capitulo, seu hujusmodi, dummodo non sit locus clandestinus; *leg. observare*, *C. de decurionibus lib.* 10. *cap. In causis* 30. *de elect.* ibi: *Mandantes eis, ut redirent ad Capitulum, & pariter cum aliis Fratribus de*
66 *electione tractarent*. In casu autem necessitatis celebrari potest extra Ecclesiam, seu Monasterium, & extra locum solitum; *cap. In nomine Domini* 1. *dist.* 23. *circa med.* ibi: *Quod si pravorum, atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura, sincera, atque gratuita fieri in Urbe non possit Electio, Cardinales, Episcopi cum Religiosis Clericis, Catholicisque Laicis, licet paucis, jus potestatis obtineant eligere*
67 *re Apostolicæ Sedis Pontificem, ubi congruere viderint*. Immo in casu necessitatis potest electio celebrari etiam in loco interdicto, quia per Interdictum solum suspenduntur Divina, & Ecclesiastica Sacramenta; *cap. final. de sentent. excom. in 6.* Electio autem non est Sacramentum; nec est de illis Divinis; Tum quia ita colligitur *ex cap. Ad hæc* 1. *de postulation. Prælator.* ubi *in fine* Pontifex concedit, & admittit postulationem,
68 & electionem posse fieri in loco Interdicto. Extra tamen casum necessitatis male facerent Electores eligendo in loco interdicto, Silvester *verb. Electio* 1. *quæst.* 8. *num.* 9. Miranda *tom.* 2. *Manual. Prælator. quæst.* 23. *art.* 9. Donat. *loc. cit.*
69 *tract.* 2. *quæst.* 2. *num.* 2. Electio vero adhuc esset valida; *Perez. leg.* 2. *verb. Quæri etiam posset tit.* 6. *lib.* 1. *ordin.* Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *quæst.* 17. Lavor. *variar. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 18. *num.* 6. Barbosa *lib.* 1. *Jur. Ecclesiast. univers. cap.* 19. *num.* 177. Sic etiam valida esset electio, quam- 70
vis non esset facta in loco consueto, dummodo reliqua omnia fuerint servata. Locus enim non est de substantia electionis, nec usquam reperitur jus proditum, quod propter locum electio debeat annullari, quamvis Glossa *in cap. In Nomine Domini* 1. *dist.* 23. *verb. Fieri in Urbe*, dicat electionem esse nullam, si fiat alibi, quam in loco ad hoc determinato *per cap. Venerabilem* 34. *de election.* hæc enim Decretalis non probat id, quod dicit Glossa, sed factum recitat prout contigit, ut notat Archidiaconus *in dict. cap. In nomine Domini num.* 16. & 17. *dist.* 23. ubi *num.* 18. dicit opinionem Glossæ communiter non teneri. Et sic Abbas *in cap. Cum terra* 14. *de election.* Barbosa *loc. cit. num.* 117. Lavor. *loc. cit. cap.* 18. *num.* 7. Fagnan. *in cap. Quia propter* 42. *de electione num.* 68. *& in cap. Cum ex injuncto* 2. *de novi operis nuntiation. num.* 20. & alii cum Rota *part.* 6. *recent. decis.* 36. *num.* 7.

Electio de jure communi est facienda, quando Ecclesia est 71
viduata, & vacat legitimo suo pastore; *Cap. Quia propter* 42. *de election.*, ibi: *Ecclesiæ viduatæ provideant de Pastore.* 72
Vacatio autem, & Viduatio potest fieri multipliciter, nempe per mortem, renunciationem, translationem, & proprii Prælati remotionem, ut habetur *in Cap. Inter corporalia* 2. *de translation. Episcop.*, ibi: *Cum per translationem, depositionem, aut cessionem*, & notat Glossa *ibidem verb. Fortius* Viduata, seu vacante Ecclesia debet ab Electoribus, cessante legitimo impedimento, fieri electio infra tres menses, alioquin devolvitur ad proximum Superiorem, textu expresso *in Cap. Ne pro defectu* 41. *de election.*, ibi: Ne pro de- 73
„ fectu Pastoris gregem Dominicum lupus rapax invadat, „ aut in facultatibus suis Ecclesia viduata grave dispendium „ patiatur; volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum, & Ecclesiarum indemnitatibus providere, statui- „ mus, ut ultra tres menses Cathedralis Ecclesia, vel Regu- „ laris Prælato non vacet, intra quos (justo impedimento „ cessante) si electio celebrata non fuerit, qui eligere de- „ buerant, eligendi potestate careant ea vice. Ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præsule dignoscitur, devolva- 74
tur. Et si ipse proximus Superior infra idem tempus non elegerit, devolvitur ad alium Superiorem, & sic successive usque ad Papam. Silvester *verb. Electio* 1. *quæst.* 6. *num.* 7. Miranda *t.* 2. *Manual. Prælator. quæst.* 23. *art.* 12., Donat. *loc. cit. tract.* 3. *num.* 3., & alii passim. Dicti tres menses non sunt computandi a die vacationis, sed a die habitæ scientiæ talis vacationis; *Cap. Licet* 3. *de supplend. negligent. Prælat. Cap. Quia diversitatem* 5. §. *final. de concess. Præbend.* Tempus enim 75
non currit ignoranti, *l.* 2. *C. Qui Admitti*, sicuti nec currit legitime impedito, ex ipsomet, *cit. Cap. Ne pro defectu*, ibi: *Justo impedimento cessante.*

Regulares autem non tenentur stare huic tempori a Jure 76
Communi præfixo, sed debent servare tempus, & modum a suis specialibus Constitutionibus statutum, Clemens enim IV. ut refert Casarub. *in compend. privilegior. verb. Electio* §. 4. concessit expresse Fratribus Minoribus, *quod in electionibus tempus super hoc a Jure statutum ipsis non currat, nec in hac parte Juris hujusmodi Regulis coarctentur*, & idem fuit concessum Ordini Prædicatorum ab Alexand. IV. Constitut. incip. *Cum hi*, & a Sixto IV. *in Mari magno*, & quod electiones Regularium cujuscumque Ordinis celebrandæ sint secundum proprias, & speciales suas legitimas Constitutiones, colligitur ex Clementin. *Exivi*, *de verb. significat.*, & constat ex Decretis editis a Clemente VIII. *de reformat. Regular.* §. 36., & ex variis aliis Bullis specialibus, per quas juri communi derogatur. Si electio non fuerit celebrata statuta, & 77
præscripta die in Ordine Minorum, si electio sit Provincialis, devolvitur ad Generalem. Clem. IV. Constitut. incipient. *Virtute conspicuos*; si sit Generalis, devolvitur ad Papam. *Constit. Ordin. stat.* 8. *cap.* 9. *in textu*, & in hoc fere omnes Religiones concordant; sed quælibet stet suis specialibus Constitutionibus a Sede Apostolica approbatis. Electio celebrata post elapsum tempus a Jure communi, vel speciali 78
præfixum est nulla, *Cap. Ne pro defectu* 41. *de election. Cap. Licet* 3. *de supplend. negligen. Prælator.*

Electio regulariter loquendo non est facienda de nocte. 79
Navarr. *consil.* 2. *de election. in prima edition.* alias *consil.* 8. Rodriquez *tom.* 2. *q.* 51. *art.* 15. Mirand. *tom.* 2. *Manual. Prælator. quæst.* 23. *art.* 12. *concluf.* 1. Sayrus *in storib. decis. de election. decis.* 2. Molfesius *in summ. Moralis Theolog. tract. de*

Benefic. cap. 16. *num.* 129. Castellin. *de election. in addit. ad cap.* 6. *pag.* 498. Portell. *in dub. Regul. verb. Electio num.* 6., Donat. *loc. cit. tract.* 3. *quæst.* 7. *num.* 2., Barbosa *lib.* 1. *Juris Eccles. univers. cap.* 19. *numer.* 170., & alii passim. Dicitur
80 *Regulariter loquendo*, quia ob gravem, & urgentem causam potest Electio licite, ac valide celebrari de nocte, dummodo tamen adsint ad minus tria luminaria, ad evitandos dolos, & errores, qui in dandis suffragiis, & conscribendis schedulis possent oriri. Rodriq. *tom.* 2. *quæst. Regular. quæst.* 51. *articul.* 5. Portell. *in dub. Regular. verb. Electio numer.* 5. Mirand. *loc. cit. concluf.* 1. Barb. *loc. cit. num.* 170. Donat. *loc.*
81 *cit. num.* 4., & alii. Causa autem gravis, & urgens pro celebranda electione de nocte, esset si in tota die non potuerint Electores concordari, & sequenti die periret facultas eligendi; Vel si immineret periculum, ut Congregatio dissolveretur; vel si timerentur obventuræ Magnatum litteræ, quæ possent Electorum libertati præjudicare, & hujusmodi. Samuel. *tract.* 1. *disp.* 1. *controvers.* 19. *de election.* Donat. *loc. cit. nu-*
82 *mer.* 5. Barbosa *loc. cit. num.* 170. Portell. *loc. cit.*, & alii. Per noctem intelligitur illud tempus, quod incipit post datum signum ad salutationem Angelicam usque ad illud tempus, quo jam albescit. Barbosa *loc. cit. numer.* 171. Donat. *loc. cit.*
83 *num.* 3. Navarr. *loc. cit.*, & alii passim. Electio potest celebrari etiam die Festo. Donat. *loc. cit. q.* 10. *num.* 1., & alii communiter.

84 Si debito tempore ante celebrationem Capituli, vel Congregat. non exhibeantur attestationes de adimplemento onerum Missarum, electio est nulla: ita habetur ex Constit. Innocent. XII. incip. *Nuper* §. 33.; ibi: „ Teneantur omnes, „ & singuli Superiores Locales, in Provincialibus Capitulis, „ seu Congregationibus exhibere attestationem, seu fidem „ ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monasterii, seu cu- „ juscumque Domus Regularis subscriptam, & juratam, „ quod omnibus, & singulis tum perpetuis, tum manualibus „ Missarum oneribus, seu obligationibus ad limites, & te- „ norem præsentium decretorum tempore eorum regiminis „ fuerit omnino, & integraliter satisfactum, vel deficiente „ aliqua modica satisfactione, possit etiam hujusmodi resi- „ duali impedimento Missarum distincte referendarum intra „ breve tempus moraliter satisfieri, ea adjecta, & omnino „ adimplenda conditione, quod ante prefatæ attestationis ex- „ hibitionem, quicumque Superiores Locales prædicti vo- „ cem activam, seu Congregationibus omnino habere non
85 „ valeant „. Et sic defectu observantiæ dictæ Constitut. pro nullitate Capituli Provincialis, Partibus acriter informantibus respondit *Sac. Congreg. Episcop.*, *& Regul. Ponente Eminentiss. Corsino in Baren. Provinciæ S. Nicolai, Capituli Provincialis* 18. *Februarii* 1712. dubio: *An electio Provincialis &c. sustineatur? Negative, & die* 3. *Julii ejusdem anni* persistendo in resolutis, respondit cum addito, *Ut causa amplius non proponeretur*. Et idem etiam resolvit *in Provinciæ San Bernardini* 19. *Maii* 1713. *referente Eminentiss. Casino*, cum rescripto, *suspenso Capitulo, Superiores procedant ad declarationem incursus pœnarum prout de jure*; Recurrentibus autem Superioribus Generalibus ejusdem Religionis, atque ante oculos EE. PP. ponentibus magna incommoda Provinciæ, & moraliter impossibilitatem convocandi aliud Capitulum, cum diversis Vocalibus, nonnisi gratiam rehabilitationis quoad vocem activam tantum obtinere potuerunt, *die* 2. *Junii* 1713. cum rescripto: *Pro gratia rehabilitationis quoad vocem activam tantum, imposita pœnitentia salutari*. Cum quibus pro punctuali executione ejusdem Innocentii Constitutionis processit etiam *Sacr. Congreg. Concil. in Ord. Minor. Obs.* 17. *Junii* 1713. *quoad* 2. *dub.* Sic expresse refert Ursaya *tom.* 2. *part.* 2. *disceptat.* 29. *n.* 4. 5. 6., *& 7.*

86 Vicarius Provincialis electus a solo Diffinitorio post mortem Provincialis potest ex justa causa obtinere titulum Ministri Provincialis, ut de facto enixe supplicantibus omnibus vocalibus Provinciæ Neapolitanæ Reformatæ, & concurrente consensu nedum omnium omnino vocalium, sed etiam omnium Exprovincialium non Vocalium illius Provinciæ, & Superioris Generalis, concessit Patri Petro de Neapoli *Sacr. Congregat. Episcopor.*, *& Regular. Ponente Eminentiss. Casino* 22. *Maii*
87 1673. Sic in Provincia Romana anno 1673. fuit electus Vicarius Provincialis P. Joseph Mediolanensis, qui paulo post titulo, & prærogativis Ministri Provincialis decoratus fuit prævio voto Sacræ Congreg. Episcop., & Regul. mediante Breve san. memor. Clement. X. referente P. V. C. Generali in ejus voto. Item in Provincia S. Thomæ anno 1699. ex gratia Sac. Congreg. Episcop., & Regul. remissis arbitrio P. Matthæi a S. Stephano tunc temporis Superioris Generalis precibus P. Petri Francisci de Sosere, idem ex Vicario Provincialis declaratus fuit Minister Provincialis; sic refert Urtaya *t.* 1. *part.* 2. *discept.* 22. Qui tamen in Miscellaneo Sacro, & Prophano verb. *Vicarius Provincialis* refert talem gratiam fuisse denegatam ab eadem *Sacra Congreg. Episcop., & Regular. in Januens.* 24. *Septembris* 1717. 88

Electio facta a Regularibus, & de Regularibus, necdum 89
in eadem Religione professis est nulla; Regulares enim, qui tacite, vel expresse professionem non emiserint, sunt incapaces eligendi, textu expresso *in cap. Ex eo* 32. *de election. in 6.* §. *In Ecclesiis*, ibi: *In Ecclesiis quoque Regularibus, vel Monasteriis, hi qui non sunt tacite vel expresse professi, non debent cum professis, vel Conversi Laici, cum Clericis, electionibus interesse*. Navarr. *in Lucern. Regular. verb. Electores, sive Eligentes num.* 1. Silvester *verb. Electio* 4. *numer.* 5. Barbosa *loc. cit. cap.* 19. *numer.* 50., & communis aliorum. Et Regulares, qui non sunt expresse professi, nequennt omnino eligi in Prælatos, textu expresso *in cap. Nullus* 28. *de election. in 6.*, ibi: *Nullus Religiosus ad Abbatiam, seu Prælaturam suæ, vel alterius Religionis de cetero eligatur, nisi antea fuerit Ordinem Regularem expresse professus. Quod si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur*. Ex quibus textibus clare patet, quod ad hoc, ut quis possit eligere, sufficit 90
tacita professio, *tacite*, *vel expresse professi*. Ut vero possit eligi, necessario requiritur expressa, *nisi fuerit Ordinem Regularem expresse professus*, ut recte observant Sigismund. a Bononia *de election. dub.* 90. *num.* 3. Suarez *de Religion. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. Barbos. *loc. cit. num.* 50., & alii passim, & hoc procedit etiam in Monialibus, textu expres- 91
so *in cap. Indemnitatibus* 43. *de elect. in 6.* Et eligendus in Prælatum debet esse professus in eadem Religione, in qua eligitur, textu expresso *in Clement.* 1. *de election.*, ibi: Cum „ rationi non congruat homines disparis professionis, vel „ habitus simul in eisdem Monasteriis socientur, prohibemus „ ne Religiosus aliquis in Abbat., vel Prælatum alterius Re- „ ligionis, vel Habitus de cetero eligatur; Quod si secus „ actum exiterit, sit eo ipso irritum, & inane „. Et per hanc decretalem correctum videtur illud verbum *in cit. Cap. Nullus* 28. *de election.* nempe *Vel alterius Religionis de cetero eligatur*, ut ibi notat Glossa *in verb. eadem*, & clare de se patet propter congruentem rationem in dict. Clementina adductam.

Sententiæ privationis vocis activæ, & passivæ debent a 92
Superioribus Regularibus pronunciari per menem ante Capitulum, aliter non tenent, ex visitationis Apostolicæ decreto edito 14. Octob. 1601. a Clement. VIII. approbato sub his verbis: „ Privatio vocis activæ, & passivæ, ac inhabilitatis „ decreta, sententiæque ab eisdem Superioribus Ordinis latæ, „ ne deinceps in ipso electionis actu pronuncientur, promul- „ genturve, atque eæ promulgatæ vocales minime afficiant, „ nisi per menem ante fuerint intimatæ, prout Sanctitatas „ sua omnino vetuit „. Quod decretum nominatim observari præcepit jussu Pauli V. Cadinal. Verallus Ord. Minor. Protector 27. *Maii* 1616. *ut refert Lantusca in Theatr. Regul. verb. causa, seu lis num.* 2. Hoc enim fundatur in jure communi, secundum quod omnes mutationes, & sententiæ prolatæ in limine Capituli præsumuntur factæ ad fraudandam futuram electionem, ut advertunt Castellinus *de election. cap.* 13. *numer.* 14. Pellizar. *in Manual. Regul. tract.* 9. *cap.* 2. *sect.* 2. *numer.* 8. Pignatell. *tom.* 10. *consult.* 18. *num.* 10. Non enim po- 93
test præses Capituli Religiosos voce activa, & passiva privare ipsis non citatis, nec eisdem data actorum copia, ut se possint via Juris defendere, quamvis a Superiore Generali haberet in mandatis, ut procederet sine strepitu, & figura Judicii, & quod posset Religiosos voce activa, & possiva privare, quia id debet intelligi, *Juris ordine servato*, scilicet citato reo, & in suis exceptionibus audito. Clementin. 2. §. *Ceterum*, *de sentent.*, *& re judicat.* Rodriq. *qq. Regul. part.* 2. *q.* 52. *artul.* 12., Miranda *in Manual. Prælator. tom.* 2. *quæst.* 23. *articul.* 22. *concluf.* 3., Castellin. *de elect. cap.* 13. *tit. direct. pacific. election.*, Lezana *tom.* 1. *qq. Regular. cap.* 15. *numer.* 34. Peyrin. *tom.* 1. *de subdito quæst.* 1. *de obedient. cap.* 31. §. 10., Pignatell. *tom.* 10. *d. consult.* 18. *numer.* 9. cum aliis adductis a 94
Passerin. *de elect. cap.* 2. *quæst.* 4. *numer.* 71. Si tamen citato Capitulo, & Vocalibus jam congregatis emergeret casus, propter quem Vocalis aliquis sit voce activa, vel passiva privandus, tunc ipso summarie audito, an aliquam excusationem

tionem pro se adducere posset, aut velit, posset sententia pronunciari, vel declarari incurrisse excommunicationem, & consequenter privationem vocis activæ, si esset notorius Clerici percussor, *ex Cap. Si quis suadente 29. caus. 17. quæst. 4.* vel privationem vocis activæ, vel passivæ incurrisse, ex quo non detulerit ad Capitulum attestationem juratam a Sacerdotibus sui Conventus super celebratione Missarum ad præscriptum Constitutionis Innoc. XII. incip. *Nuper*, sub talis privationis pœna id præcipientis, ut patet ex propriis suis verbis relatis supra *sub num.* 84.

95 Electio Canonice celebrata est confirmanda ab immediato, & proximo Superiore; *Cap. Nihil 44. de elect. §. Ceterum.*

96 Si electus ante confirmationem se immisceat administrationi, seu exercitio Prælaturæ, est ipso facto privatus jure acquisito per electionem; *Cap. Qualiter 17. de election., & cap.*

97 *Avaritiæ 5. eodem tit. in 6.* Excipiuntur tamen electiones Generalium Ordinum, qui ex variis privilegiis a Sede Apostolica ipsis concessis eo ipso quod sunt electi, sunt a Sede Apostolica confirmati, vid. Constitut. Sixti IV. incipien.

98 *Dum attenta*. In ordine Minorum, Generalis statim ac Canonice est electus, potest plenam, & liberam administrationem, & jurisdictionem exercere, ex concessione Clementis IV. Constitut. incipient. *Virtute conspicuos*. Provinciales vero ex eadem Constitutione confirmantur a Generali, vel ab ejus delegato Visitatore, & Præside; Guardiani autem eodem actu eliguntur, & confirmantur; ut cum aliis notat Hashensis *sum. 99. verb. Electio numer. 193.*, & docet praxis.

99 Abbatissæ quamvis debeant ab Episcopo, vel suo respective Superiore confirmari, adhuc possunt ante confirmationem administrare juxta dispositionem textus *in Cap. Indemnitatibus 43. de election.*, & declaravit *Sacr. Congregat. Episcop., & Regul. in Mazarien. 18. Martii 1700. referente Eminentissimo Colloredo*.

100 Quoad electionem Abbatissarum notanda sunt sequentia proposita, & resoluta dubia.

I. *An in electionibus Abbatissarum in Monasteriis sub disciplina Regularium Minorum de Observantia, possit Episcopus secum conducere Cancellarium? & quatenus affirmative?*

II. *An liceat eidem Cancellario interesse, & assistere scrutiniis, & electionibus Abbatissarum, quæ fiunt in Monasteriis Ordinis Minor. de Observantia Tiburis? & quatenus negative?*

III. *An saltem dictus Cancellarius durante scrutinio permanere possit intra Ecclesiam in casu &c.?*

Sacr. Congreg. Concil. in Tiburtina 26. April. 1727. respondit. Ad I. *affirmative*. Ad II. *negative*. Ad III. *nec Cancellarium, nec Fratres, exceptis Superiore, & Scrutatoribus permanere posse intra Ecclesiam*.

Insuper attendenda est sequens alia ejusdem S. C.C. resolutio sub *die 4. Maii 1675. in Neapolitana Electionis Abbatissæ lib. 29. Decr. pag. 65. a tergo*, ibi: Post editam Constitutionem *Inscrutabili* a Gergorio XV. consuevit Archiepiscopus Neapolis pro tempore, ut narrat Eminentiss. Caracciolus, interesse Electionibus Abbatissarum Monasteriorum Regularibus subjectorum, adhibito ultra seipsum, vel Vicarium, etiam Notario, qui gesta adnotaret, ac fidem de his faceret, ne res alioquin remaneret sub dispositione Superiorum Regularium, si controversia super electione, & nullitas occurrisset; utque ne Ordinarii interessentia frustratoria redderetur; Hoc non obstante Superior Monasterii Reginæ Cœli ex Canonicis Regularibus, in Electione nuper facta noluit admittere Notarium, & non obstante, quod Vicarius Generalis de nullitate protestaretur, ad electionem processit, allegans pro se declarationem hujus Sac. Congregationis tenoris sequentis: *Urbanæ 10. Septembris 1639. Sac. &c. Censuit Episcopum in Electione Abbatissæ Monasterii Monialium Regularibus subjectarum non posse exquirere, seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri, & recipi debere a Superiore Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo*. His stantibus, Eminentiss. Archiepiscopus, citato P. Procuratore Generali in Curia, instat declarari, primo, an in electionibus Abbatissarum, una cum Vicario Generali interesse possit etiam Notarius Archiepiscopalis; secundo, an dicta electio facta absque interessentia Vicarii, & Notarii sit contra Constitutionem prædictam, ac propterea nulla? *Sacra Congregatio Concilii ad utrumque respondit, negative*.

101 Circa aliqua concernentia electionem Officialium Curiæ Ordinis Minorum de Observantia attendenda est novissima Constitutio Clementis XII. incip. *Cum sicut*, edita 10. April. 1733. in qua decrevit, quod juxta Statutum Capituli Generalis Mediolanensis Ordinis Min. de Observantia, secuta electione Officialium Curiæ, Minister Generalis pro tempore existens sex saltem Religiosos debitis qualitatibus prædictos illius nationis, ex qua fuerit Officialis electus fratribus Definitorii Generalis proponere debeat, ut ex his tres ab ipso Definitorio seligantur, e quibus in eventum vacationis ejus Officii, idem Minister Generalis unum ad sui libitum deputare teneatur; & si contigerit alterum ex tribus Religiosis sic a Definitorio delectis decedere, aut inhabilem fore, facultas Ministri Generalis deputandi dictum Officialem ad duos reliquos, quatenus vero duo mortui, aut inhabiles fuerint, ad unicum superstitem limitata sit, & esse intelligatur; Sin autem omnes tres obierint, aut inhabiles reperiantur, tunc deputetur Religiosus dignior illius Nationis, de qua erit Officialis electus in Capitulo Generali; demandato in casu absentiæ Religiosi ita deputati exercitio Officii Secretario Officialis cedentis, vel decedentis: Quodque delectus trium Religiosorum prædictorum pro Fratribus de Observantia, Reformatis, Excalceatis, & Recollectis Franciæ nuncupatis dicti Ordinis, ab eorum respective Definitorio Generali perficiatur.

* Correctores tam Generales, quam Provinciales Ordinis 102
Minimorum S. Francisci de Paula facultatem habent decidendi de electionibus, aliisque negotiis, quæ ob paria post trinum scrutinum suffragia, ad Generale, vel Provinciale Tribunal devoluuntur. Benedict. XIV. Constitut. incip. *Injuncti Nobis tom. 4. Bull. n. 30.*

Additiones ex aliena manu.

Nulla in materia magis *incerto jure* vivimus, quam in 1
hac electionis. Quæ a jure Canonico enim sancita sunt circa electionem propriam, ea a *Doctoribus*, modo admittuntur, modo rejiciuntur in electione impropria. Infinita afferre, possemus exempla, si otium esset. At libet illud afferre, de quo novissime actum est in Sacra Rota *in Comen. Canonic. Theologalis*.

Pertinet Juspatronatus hujus Canonicatus ad Capitulum. 2
Ex octo vero Canonicis, qui Capitulum componunt, quinque elegerunt inhabilem *sub conditione dispensationis*, tres vero Habilem elegerunt. Obtenta intra terminum juris minime fuit dispensatio. Quæstio ideo fuit orta, num electo Habilis facta a tribus illis Canonicis, valida sit necne?

Pro invaliditate hujus electionis adducebatur, quod de 3
jure Canonico electio Habilis facta a minori parte minime valida est, ubi major pars inhabilem citra ullam culpam elegit, ut si *ignoranter* elegit. Culpa autem vacare contendebatur electio Inhabilis a majori parte sub conditione dispensationis facta.

Contra vero valida ex eo prætendebatur, & quidem jure 4
meritoque hæc electio habilis facta a minori parte, quod electio inhabilis a majori parte facta sub conditione dispensationis, non obtenta ipsa dispensatione *vel* referenda est ad casum non factæ electionis, *vel* ad casum electionis inhabilis voluntarie, & culpose factæ. Aut enim eligentes Inhabilem sub conditione dispensationis intendunt non eligere non obtenta dispensatione, & hoc in casu referenda est electio ad casum non factæ electionis; vel eligere intendunt non obstante quod dispensatio non obtineatur, & in hoc disparato casu referri electio debet ad casum electionis Inhabilis voluntarie, & culpose factæ. At sive ad unum, sive ad alterum casum referatur, totum jus Capituli consolidatur in minori parte eligente Habilem, & sic electio Habilis ab ipsa minori parte facta valida est dijudicanda.

Dispositio vero illa juris Canonici, quod eligente majori 5
parte sine culpa Inhabilem, nequeat valere electio Habilis facta a minori parte, trahi nequit ad casum hunc, idque quia qui absque culpa eligunt Inhabilem quantum in ipsis est, eligere intendunt. Lex vero est, quæ Electioni illi denegat effectum.

Adeo vero hic articulus implexus visus est, ut supremum 6
Rotæ Auditorium semel atque iterum scissum ex æquo fuerit, nullamque coperit resolutionem, ut *die 30. Aprilis, & die 21. Junii* anni 1762.

Addi-

Novæ additiones ex aliena manu.

1 PLura sunt, quæ hic cumulavit Auctor. De convocatione absentium ad Electionem diximus in Addit. ad verb. *Absens* quoad Electionem. Cætera illustrare haud patiuntur arcti limites Additionum. Satis sit de hisce duobus verba facere.

2 Verum est (ut de primo differam) quod regulariter ad coarctandum terminum Electioni præfixum non sufficiat major pars Capituli, sed requirantur duæ ex tribus partibus ejusdem Capituli. At gravis quæstio est, num id locum sibi vindicet, ubi Capitulum jam sit legitime coactum ad Electionem faciendam?

4 Affirmant Cardinal. *Petra in comment. ad Constit. Apostol. Constit. 1. Divi Leonis Magni sect. 2. numer. 33. Piton. discept. Eccles. 100. numer. 69. Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæst. 10. num. 7.*, Negant *Ricciardell. in Lyc. Eccles. cap. 4. §. 4. sect. 1. num. 1. Passerin. de Elect. cap. 11. num. 101., Ansald. in Adnot. ad dec. 86. n. 84.*

6 Sacrum Tribunal Rotæ opinioni affirmativæ adhæsit *coram Lanceti. decis. 182. num. 16., & plur. sequent., & in Placentina Provinciæ Compostellanæ Simultaneæ 26. Junii 1743. §. 10. coram Illustrissimo de Thun.* Licetque hanc revocaverit decisionem *die 4. Febr. 1744. coram eodem*: nihilo tamen minus in *decisione revocatoria* articulum hunc in medio reliquit,

7 ut patet *ex §. 6.*; *& sequent.* Recentius vero negativam sententiam tenuit, ut *in Leodien. Vicariæ 9. Decembris 1754. §. 15. coram Illustriss. Molin., & in Colonien. Decanatus 4. Julii 1755. §. final. coram bon. mem. Borull., & 14. Maij 1756. §. 7., & sequent.*

8 Ubi in Electione (en alterum, de quo differere proposui), in qua plures sunt Electi, suffragia excedunt eligentium numerum, nemo potest renunciari legitime Electus, quum Nemo possit majorem numerum sibi tribuere. Immo sola ambiguitas apta est infirmare Electionem hanc. Et quamvis

9 in Electionibus possit quandoque subduci redundans suffragiorum numerus, ut in reliquis veluti legitimis consistat Electio,

10 ne utile per inutile vitietur; Id tamen procedit, vel si unus tantum sit qui sui periculum faciat in suffragatione ad certum assequendum suffragiorum numerum ex iis qui Electioni præsunt; atque ea habeat suffragia, quæ sublatis redundantibus attingunt numerum ad actus firmitatem præstitutum, vel etiam si is in aliorum concursu tot enumeret vota, ut quæcumque contra ipsum deductio fiat adhuc cæteris antecellere

11 videatur; secus e contra. Vide hæc, & alia ad hanc Electionis materiam pertinentia apud *Rota in Nullius, seu Firmana Canonicatus 3. Julii 1741. coram Illustris. Clemente*.

Additio ex Auctore.

1 Quoad electionem Abbatissarum, præter jam supra allatas Sac. Congregat. Conc. Resolutiones, advertenda est sequens alia ejusdem S. C. C. resolutio sub *die 4. Maji 1675. in Neapolitana Electionis Abbatissæ lib. 29. Decr. pag. 65. a tergo*, ibi: Post editam Constitutionem *Inscrutabili* a Gregorio XV. consuevit Archiepiscopus Neapolis pro tempore, ut narrat Eminentissimus Caracciolus, modernus Archiepiscopus, interesse Electionibus Abbatissarum Monasteriorum Regularibus subjectorum, adhibito ultra seipsum, vel Vicarium, etiam Notario, qui gesta adnotaret, ac fidem de his faceret, ne res alioquin remaneret sub dispositione Superiorum Regularium, si controversia electione, & nullitas occurrisset, utque ne Ordinarii interessentia frustratoria redderetur; Hoc non obstante Superior Monasterii Reginæ Cœli ex Canonicis Regularibus in Electione nuper facta noluit admittere Notarium, & non obstante, quod Vicarius Generalis de nullitate protestaretur, ad electionem processit, allegans pro se declarationem hujus Sac. Congregationis tenoris sequentis: *Urbanæ 10. Septembris 1639. Sac. &c. Censuit, Episcopum in Electione Abbatissæ Monasterii Monialium Regularibus subjectarum non posse exquirere, seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri, & recipi debere a Superiore Regulari, sciente tamen, & audiente eodem Episcopo*. His stantibus, Eminentiss. Archiepiscopus, citato P. Procuratore Generali in Curia, instat declarari, primo, an in electionibus Abbatissarum, una cum Vicario Generali interesse possit etiam Notarius Archiepiscopalis? secundo, an dicta electio facta absque interessentia Vicarii, & Notarii sit contra Constitutionem prædictam, ac propterea nulla? *Sacra Congregatio Concilii ad utrumque respondit, negative*. Vide supra *num. 100.*

ELEEMOSYNA.

1 ELeemosyna est opus, quo datur aliquid indigenti ex commiseratione propter Deum; *Est in re communis* cum S. Thoma 2. 2. *quæst. 32. art. 1.* Eleemosyna est opus summe 2
meritorium, satisfactorium, & impetratorium, ut clare habetur ex pluribus Sacræ Scripturæ testimoniis, & signanter Tobiæ 4. *Quoniam Elemosyna ab omni peccato, & a morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras*. Ibidem 12. *Quoniam Eleemosyna a morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam*. Eccles. 3. *Eleemosyna resistit peccato*. Daniel. 4. *Peccata tua eleemosynis redime*. Lucæ 3. *Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet cibas similiter faciat*. Lucæ 12. *Quod superest, date Eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*. Matth. 25. *Venite benedicti &c. Esurivi* 3
& dedistis mihi manducare &c. 1. ad Timoth. 6. *Divitibus hujus sæculi præcipe facile tribuere*, & alibi sæpissime.

Datur præceptum obligans sub gravi ad dandam quandoque eleemosynam, juxta rationem necessitatis alienæ, & facultatis propriæ; *Est communis*, & colligitur clare *ex* 4. *Ecclesiastic.* ubi dicitur; *Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum*, sed debitum cadit sub stricto, & rigoroso præcepto, ergo &c. Et de facto transgressores hujus præcepti tamquam rei gravissimi criminis damnantur ad igem æternum, Matth. 25, *Discedite maledicti in ignem æternum &c. esurivi enim, & non dedistis mihi manducare &c.* Unde *in Cap. Sicut 7. dist. 47.* ex verbis S. Ambrosii, sic 4
expresse dicitur: *Neque enim minus est crimen habenti tollere, quam cum possis, & abundes, indigentibus denegare*. Dicitur autem notanter *juxta rationem necessitatis alienæ, & facultatis propriæ*, quia obligatio dandi eleemosynam pendet, & metienda est a facultate propria, idest ex parte dantis, ut habeat bona aliqua superflua, & a necessitate aliena, idest ex parte accipientis, ut habeat veram aliquam necessitatem.

Hinc ad clariorem, & faciliorem intelligentiam, adver- 5
tendum est quod bona ex parte dantis possunt esse superflua, vel necessaria tripliciter, scilicet, superflua, vel necessaria vitæ, superflua, vel necessaria statui, & superflua, vel necessaria decentiæ status. Bona superflua vitæ sunt illa, sine 6
quibus potest quis suam, familiæque suæ vitam congrue alere, & conservare, & econtra bona necessaria vitæ sunt illa, quæ requiruntur necessario ad alendam, & conservandam suam, familiæque suæ vitam. Bona superflua statui, sunt illa, sine quibus potest quis suum, familiæque suæ statum 7
sufficienter conservare; & econtra bona necessaria statui sunt illa, quæ requiruntur ad conservandum suum, familiæque suæ statum. Bona superflua decentiæ status sunt illa, sine 8
quibus potest quis suum, familiæque suæ statum adhuc decenter, & splendide conservare, & econtra bona necessaria decentiæ status sunt illa, quæ requiruntur necessario ad conservandum suum, familiæque suæ statum cum tali decentia, & splendore.

Sic ex parte accipientis tripliciter consideratur neces- 9
sitas, scilicet, necessitas extrema, necessitas gravis, & necessitas communis. Necessitas *extrema* est illa, quam patiuntur illi, quibus defectu cibi, potus, vesti- 10
tus, aut alterius rei imminet hic, & nunc vitæ, infirmitatis incurabilis, membri, aut sensus corporis amittendi periculum, aut imminet illis periculum incurrendi durissimam, ipsaque morte graviorem V.G. Turcicam captivitatem, & hujusmodi, nisi ope congrua adjuvantur. Necessitas *gravis* est illa propter quam imminet alicui periculum 11
gravis mali, ut carcerationis ob debita, infamiæ, gravis jacturæ bonorum, vel status, ita ut ad se sustentandum cogatur, quamvis nobilis, alteri famulari, vel similiter laborare, aut quamvis honestus civis cogatur mendicare. Necessitas 12
communis est illa, quam patiuntur communiter pauperes triviales ostiatim mendicando.

Ex istis colliges primo, quod homo sub mortali tenetur fa- 13
cere eleemosynam ex bonis superfluis vitæ, quamvis sint aliquo modo necessaria suo statui illis pauperibus, qui laborant necessitate extrema. *Est communis*; Et ratio est, quia quam-

quamvis bona superflua vitæ sint necessaria statui. Ordo ta-
men charitatis postulat, ut cæteris paribus gravissimum vitæ,
aut quasi vitæ bonum præferamus bono proprii status longe
inferiori, unde *Cap. Pasce* 21. *dist.*86. ex verbis divi Am-
brosii dicitur: *Pasce fame morientem, quisquis enim pascen-*
14 *do hominem servare poteris, si non paveris, fame occidisti*. Hinc
pauper extremam necessitatem patiens jure naturæ potest tol-
lere sibi necessaria sufficientia ad sublevandam talem suam ne-
cessitatem a quolibet similem necessitatem non patiente;
nec postea ad pinguiorem fortunam deveniens, tenetur resti-
tuere quidquam; accepit enim id, quod ratione talis necessi-
15 tatis erat jure naturæ suum. *Sic communissima omnium Do-*
ctorum. Sic etiam non tenetur restituere, qui in extrema
necessitate consumpsit id, quod antea acceperat commoda-
tum, vel mutuum, vel emptum nondum solutum, immo
quod antea furatus fuerat. Sic ex communi Lessius, & aliis
citatis Diana *part.*5. *tract.*8. *resolut.*8. Sporer *tom.* 1. *tract.*3.
in 4. *Præcept. Decalog. c.*6. *n.*53. (a).
16 Colliges secundo, quod homo sub mortali tenetur facere
eleemosynam ex bonis superfluis vitæ, & statui, quamvis
sint aliquo modo necessaria ad decentiam, & splendorem sui
status, illis pauperibus, qui laborant necessitate gravi. *Est*
communis; Et ratio est, quia lex Christianæ charitatis, immo
& humanitatis postulat, ut status splendorem aliqualiter ne-
gligamus, & quasi extremo, seu vere gravi proximi malo
occurramus, cum neglectus ille, scilicet splendoris status,
17 fere nihil sit in comparatione tanti mali passi ab inope gravi
necessitate laborante. Immo Layman *lib.* 2. *tract.*3. *cap.* 6.
*num.*4. cum S. Thoma aliisque ibi citatis, & Tamburin. *l.*5.
*decalog. cap.*1. §.1., & alii plures recte docent, quod homo
teneatur subvenire pauperi in gravi necessitate, etiam ex bo-
nis aliquibus suo statui necessariis, sed non valde necessariis,
quia homo parvo suo incommodo tenetur magnum incommo-
18 dum proximi impedire. Pauper tamen in gravi necessitate
constitutus nequit licite auferre ab aliis sibi necessaria ad sub-
levandam talem gravem necessitatem, ut colligitur *ex Cap.*
Si quis 3. *de furtis*, ubi sic dicitur: *Si quis ob necessitatem*
famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, aut pecus,
pœniteat hebdomadas tres, hæc enim pœnitentia non impone-
retur, si liceret in necessitate gravi furari, aut si necessitas
illa fuisset extrema, ut notavit S. Thomas 1. 2. *quæst.*66. *ar-*
*ticul.*7. *ad* 1. dicens: *Decretalis illa loquitur in casu, quo non*
erat urgens necessitas, & modo habetur hoc definitum ab In-
nocentio XI. qui *die* 2. *Martii* 1679. inter alias propositiones
damnavit sequentem 36. in ordine: *Permissum est furari non*
solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi. Colliges
19 tertio, quod homo sub mortali tenetur facere quandoque
eleemosynam ex bonis simpliciter superfluis vitæ, & statui;
& a fortiori ex superfluis decentiæ status, illis pauperibus,
qui laborant solum necessitate communi. Sic Divus Thomas
2. 2. *quæst.*32. *art.*5. Navarr. *cap.*24. *num.*5. Layman *lib.* 2.
*tract.*3. *cap.*7. *num.*5. Tannerus *tom.*3. *disp.*2. *quæst.*5. *dub.*2.
Richard. Bannes, Covarruvias, Valentia, Aragonius, Azo-
rius, Filiucius, quos citat, & sequitur Sporer *loc. cit. nu-*
*mer.*60. Bellarminus *lib.*2. *de bonis operibus cap.*7. cum aliis ibi
relatis, & alii contra plerosque modernos; Et ratio est, quia
cum erogatio eleemosynæ de se sit ardua, nisi daretur obli-
gatio sub gravi erogandi illam quandoque etiam pauperibus,
qui laborant solum necessitate communi, facile contingere
posset, quod hujusmodi pauperibus nemo subveniret, & sic
de communi necessitate in gravem, & de gravi in extremam
adigerentur. Tum quia etiam in necessitate communi reperi-
tur esuries, sitis, nuditas, & hujusmodi; sed ista sublevare dene-
gantes damnantur in ignem æternum, Matthæi 25. *Discendi-*
te a me maledicti in ignem æternum &c. esurivi enim, &
non dedistis mihi manducare, sitivi, & non dedistis mihi bi-
bere, nudus fui, & non cooperuistis me &c. ergo si pro tali
defectu damnantur ad tam gravem pœnam, stat clarum, quod
talis defectus imputatur eis ad gravem culpam; Et facit pro
nostra sententia propositio 12. ex damantis ab Innocentio XI.
Vix in sæcularibus invenies, etiam in Regibus superfluum statui;
Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tan-
tum ex superfluo statui; sic recte notat Viva super *dicta pro-*
*positione num.*10. Sporer *loc. cit. num.* 65. Damnatur enim ibi
sententia asserens, *Vix aliquem teneri ad eleemosynam ex su-*
perfluo statui; ergo a fortiori damnata videtur sententia asse-
rens, *teneri nunquam*. Omittuntur brevitatis gratia plurimi
textus Sacræ Scripturæ, plurimi Sacri Canones, & plurimæ
Sanctorum Patrum auctoritates clarissime sententiam nostram
corroborantes, & contrariam infirmantes; Quidquid igitur
dixerint alii, est in praxi tenenda tamquam certissima nostra
conclusio, quod nempe homo teneatur sub mortali facere
quandoque eleemosynam ex bonis simpliciter superfluis vitæ,
& statui, & a fortiori superfluis decentiæ status, illis etiam
pauperibus, qui laborant solum necessitate communi. Tales 20
autem pauperes laborantes solum necessitate communi ne-
queunt licite auferre ab aliis sibi necessaria ad sublevandam
talem communem necessitatem, quia si hoc fuit damnatum
in pauperibus laborantibus gravi necessitate, ut patet ex
propositione damnata, adducta supra *sub numer.* 18. a for-
tiori erit damnatum in pauperibus laborantibus solum neces-
sitate communi.

Eleemosyna est elargienda omnibus vere indigentibus, sive 21
fideles, sive infideles sint, sive indigenæ, sive alienigenæ; &
ut magis sit meritoria, debet distribui secundum ordinem Cha-
ritatis; itaut magis indigens præferatur minus indigenti Gloss.
in cap. Si quis 10. *dist.*90. Sic senex debilis debet præferri ju-
veni, pauper nobilis ignobili, invalidus sano; dignior di-
gno, fidelis infideli; bonus malo, & hujusmodi; Surd. *de*
*Aliment. tit.*1. *quæst.*93. Gratian. *discept. cap.* 22. *numer.*25.
Trullench. *in Decalog. lib.*1. *cap.*5. *dub.*11. *num.* 1. Valdes *de*
eleemosyn. 3. *p. fol.*72. *vers. Si autem omnibus*, Bellarmin. *de*
*bonis operibus lib.*3. *cap.*12. *litt. B.* Sic sunt præferendi indige- 22
næ alienigenis, amici & domestici benemeriti aliis pauperibus,
parentes naturales spiritualibus. Si Pater, & Filius sint in extre-
ma, vel gravi necessitate, præferendus est Pater; si Mater, &
Pater, præferendus est Pater; parentes præferendi sunt Uxori,
uxor propinquis propinqui extraneis, & hujusmodi; Trullenc.
*l.c. dub.*11. *n.*2. Villalobos 1. *part. tract.*22. *difficul.* 7. *num.*1.
Becanus *de extern. act. Charitat. cap.*21. *num.* 22. Barbos. *in*
Repertor. posthum. verb. Eleemosyna, & alii communiter. In
communi tamen necessitate debet quis potius prolibus subve-
nire, quam parentibus, quia proles sunt sub cura parentum,
& ab illis etiam extra gravem necessitatem jure postulant ali-
menta, non item parentes; Tamburrin., & alii cum Diana
in compend. verb. Debitum num. 12. La Croix *lib.* 3. *part.* 1.
num. 723. Sic maritus in communi necessitate debet uxorem
præferre Parentibus, & prolibus, ita Tamburrin. & la Croix
*loc. cit. num.*724. contra Castropal. qui dicit uxorem esse qui-
dem præferendam prolibus, sed non Parentibus; & ratio no-
stræ opinionis est, quia vir, & uxor civiliter sunt quid unum,
adeoque extra necessitatem extremam, vel gravem, ubi lex
naturæ non dictat aliud, uxor censeri debet conjunctior, &
sic in necessitate communi debet præferri; & ad hoc alluditur
Genes.2. *vers.*4. ibi: *Propter hoc relinquet homo Patrem, &*
Matrem. & adhærebit uxori suæ. Vid. verb. *Filius*, & verb.
Necessitas.

Eleemosyna non est danda otiosis pauperibus nolentibus la- 23
borare, quia ultraquam quod isti sunt fures eleemosynarum
aliis vere indigentibus debitarum, id esset eorum ruinam, &
vitia alere, quia ex otio ad maxima vitia prolabuntur; ut enim
dicitur *Ecclesiastici* 33. *Multam malitiam docuit otiositas*, & ut
scripsit Seneca *epist.* 86. *Otium est sentina omnium malorum,*
noverca virtutum, & cujusvis hominis sepultura, & istis otiosis,
qui ex acceptis eleemosynis nutriunt vitia, videtur eleemo-
synam fieri prohibere *Ecclesiast. cap.*12., ibi: *Da bono, & non*
receperis peccatorem. Benefac humili, & non dederis impio:
Prohibe panes illi dare; Vasquez *de eleemosyna cap.* 3. *dub.*1.
Turrian. *disp.*85. *dub.*1. Trullench *loc. cit. cap.*5. *dub.*10. *n.*8. 24
Amostaz *de causis piis tom.*2. *lib.*7. *cap.*12. *n.*10. & alii passim.
Elee-

(a) Male citatur hic Sporer, qui potius contrarium
sentit; ait enim, quod si facultas, & melior fortuna super-
venerit, debeat id restituere, quod antea furatus fuerat, &
hanc voluntatem restituendi debere semper in ipso manere,
etiam dum in extrema necessitate versatur, *Tom.*2. *tract.*4.
*pag.*66. Alii quoque quamplures gravissimi Theologi, explo-
sa Dianæ, ac Tamburini talem hominem ab onere restituen-
di eximentium Sententia, docent reipsa ad restitutionem te-
neri, quia delictum perpetratum contra justitiam semper re-
manet compensandum, licet tempore necessitatis obligatio
restituendi suspendatur. Necessitas non tollit debitum, sed
facit tantum, ut solutio licite differatur.

Eleemosyna potest denegari pauperibus forensibus, imo pos-
sunt juste a Civitate expelli, quando adest justa causa, ut si
Civitas fame laboret, nec possit simul forensibus, seu alie-
nigenis, & domesticis, seu indigenis subvenire, vel si foren-
ses pauperes morbos afferant, aut quando in otio putrescunt,
unde ad vitia perveniunt, & hujusmodi; tunc enim recte ex-
pelluntur; Layman *lib.*2. *tract.*3. *cap.*6. *num.*3. Valdes *de elee-*
*mosyn.*3. *part. fol.*80. *vers. Quarto quæritur*, Trullench *loc. cit.*
*dub.*10. *num.*8. Diana *part.*5. *tract.*8. *resolution.*36. Bonacina
*de Charitate disp.*3. *q.*4. *punct.*6. *proposit.*3. *num.*19. Amostaz
loc. cit. num. 32. & alii passim, & ad hoc facit *Concil. Turo-*
nens. 11. *cap.* 4. ubi statutum est, ut quælibet Civitas, aut
Oppidum suos alat pauperes, & ad id Presbyteri & Laici
concurrant.
25 Pauperes ficti graviter peccant, & tenentur ad restitutio-
nem eleemosynarum, quas se fingendo pauperes receperunt,
& ratio est, quia sic injuste auferunt eleemosynas aliis paupe-
ribus vere indigentibus, & per dolum, & deceptionem ex-
torquent pecuniam ab iis, qui seclusa deceptione, nullo mo-
do darent eis ejusmodi eleemosynas; Causa enim finalis elee-
mosynæ, est pauperi succurrere ad sublevandam ejus neces-
sitatem, quæ si non adsit, quia pauper est fictus, donatio illa
non sustinetur, adeoque suscipiens ad restitutionem tenetur;
Vasquez *de eleemosyna cap.*3. *dub. ultim.* Villalobos 1. *part.*
tract. 22. *difficult.* 9. *num.*2. Navarrus *in Manual. capit.* 17.
*num.*107. Navarra *de restitut. lib.*3. *cap.*1. *a num.*267. Delu-
26 go *tom.*7. *lib.*6. *dub.* 17. Trullench *loc. cit. dub.* 10. *numer.* 9.
Tapia *de charitat. lib.*3. *quæst.*4. *art.*8. Palao *tom.* 1. *tract.* 6.
*disp.*1. *punct.*14. *num.*5. & alii passim. Restitutio autem fieri
potest sive danti, sive pauperibus; Vasquez *loc. cit. dub. ult.*
*num.*24. Diana *part.*5. *tract.*8. *resolut.*22. Palao *loc. cit. punct.*14.
27 *num.*7. Petschacher *de restit. pag.*613. Tamburin. & alii. Quam-
vis autem qui actu non egeat ad victum, si tamen immineat
necessitas proxima, potest nunc petere, & acceptare eleemo-
synas, quia quod de proximo expectatur, præsens censetur,
*l.*2. *C. de transaction.* ubi Barbosa *num.*5. & alii; Delugo *l.c.*
28 *dub.*17. *num.*4. Amostaz *loc. cit. num.*29. Diana *part.*2. *tract.*1.
*resolut.*8. & alii passim. Sic etiam poterit eleemosynas petere,
qui Filias habet nubiles, quas commode dotare non potest,
etiamsi non desint necessaria ad vitam suam, & Filiarum su-
stentandam, Mandell. *consil.*69. *num.*7. Vivius *decis.*454. *n.*5.
29 Diana *part.*2. *tract.*1. *resolut.*8. Delugo *tom.*7. *in respons. mo-*
*ral. cit. cap.*16. *num.*5. Amostaz *loc. cit. num.*29. Sic pariter po-
terit eleemosynas petere puella, quæ non habet congruam
dotem ad sui status conditionem; quamvis habeat necessaria
30 ad victum; Sic cum Bartol. & aliis tradit Velasco *de privileg.*
pauper. 1. *part. q.*4. *num.* 43. Amostaz *loc. cit. num.* 29. Idem
etiam est dicendum de Filiis habentibus sibi necessaria, qui si
habeant Parentes necessario alendos, & ad non habeant, pos-
31 sunt petere; & suscipere eleemosynas; Delugo *loc. cit. in*
*respons. moral. dub.*17. *num.*5. Amostaz *loc. cit. num.* 30. Dia-
na, & alii. Idem pariter est dicendum de iis, qui habent Fra-
tres, aut Sorores, quibus alimenta præbere tenentur; Delugo
*loc. cit. num.*5: Amostaz *loc. cit. num.* 30. Velasco *loc. cit. q.* 4.
*num.*50. & alii.
Religiosi Mendicantes possunt eleemosynas ostiatim quæ-
32 rere; nec prohiberi possunt fideles, ne eas ipsis conferant,
textu expresso *in cap. Nimis prava* 17. *de excessibus Prælator.*
Unde si aliqui Ordinariorum, vel alii impediant per vim, vel
dolum, aut consulant, ne eleemosynæ dentur Regularibus
Mendicantibus, tunc ipso facto excommunicationem incurrunt,
ut Bullis ostendit Crux *de statu Religios. lib.*1. *cap.*6. *concl.*2.
33 Trullench *loc. cit. caq.*5. *dub.*8. *num.*22. Cassarub. *in comp. Pri-*
*vileg. verb. Eleemosyna num.*7.8.9. & 13. et signanter hoc sta-
tuit Sixtus IV. Constitution. incipient. *Sacri*. Non possunt ta-
men quæstuare extra districtus consuetos, et assignatos pro-
priis Conventibus, ut censuit *Sacra Congreg. Episcop. & Re-*
gul. 22. *Junii* 1674. dum partibus auditis, „ declaravit et de-
„ crevit, ne in posterum præfatorum Ordinum Conventus
„ (scilicet Observ. et Capucin. in Regno Corsicæ) proprios
„ suos districtus ad quæstuandum egrediantur, sed inter suos
„ limites se quisque contineat, ut ab his, quibus serviunt su-
34 „ stentari facilius possint; Necnon, ut ubi plures inveniun-
„ tur Conventus in eodem districtu inter eosdem ratio anti-
„ quitatis, ac fundationis rationabiliter habeatur, sicque
„ omnino observari mandavit. „ Et quod non possint quæ-
stuare Capucini in locis, in quibus id faciunt Patres Reforma-
ti, statuit auditis partibus *Sacr. Congregation. Episcop. in Vin-*
timilien. quæstuationis 2. *Augusti* 1715. *Ponente Cardin. S. Cle-*
mentis, & 16. *Septembris* 1718. *Cardin. Corsino*, ut ad lon-
gum variis notatis et discussis refert Ursaya *tom.* 1. *part.*2. *di-*
sceptat. 9. & *t.* 3. *part.* 1. *disceptat.* 17. Et jam emanaverat
prohibitio quæstuandi per quatuor milliaria prope Conven-
tus Mendicantes anteriores *ead. Sacr. Congreg.* 15. *Novem-*
bris 1647.

Regulares vere Mendicantes non tenentur petere licentiam 35
ab Ordinario, in cujus Diœcesi situm est ipsorum Monasterium,
cum eis in erectione concessa tacite videatur, et concessit
Leo X. Fratribus Minoribus in sua Constitutione, quæ refer-
tur *in compend. privileg. Mendicantium verb. Eleemosyna*
*num.*13. Unde *Sacra Congr. Episcop. & Regul.* 6. *Octob.* 1597.
ita rescripsit Episcopo Casalensi: *Non tenentur Regulares,*
qui ex institutione. aut facultate Sedis Apostolicæ eleemosynas
quæritare, aut mendicare possunt, petere ab Ordinariis licen-
tiam Eleemosynas per Dioecesim quærendi, cum in erectione
Monasteriorum hæc licentia eis tacite ab Ordinariis impertita
censeatur. Et eadem *Sacra Congregatio* 2. *Augusti* 1594. ita
rescripsit Collectori Portugalliæ. *I Vescovi per la licenza di*
cercar limosina non devano aver cosa alcuna, ancorchè meno-
ma, e così i loro Officiali. I Mendicanti non han bisogno di
simil licenza, la quale si presume data loro per sempre, quando
fu loro permesso, chè avessero Monastero nella Diocesi. Id ipsum
declaravit eadem Sacra Congregatio *in Ostunen.* 15. *Februar.*
1577. *in Papiensi* 22. *Augusti* 1581. & 3. *Decembr.* 1602. *in*
una Capuccinorum 5. *Octobris* 1646. & *in alia Observantium*
21. *Maji* 1640. & *sic alibi* sæpissime,

Nec tenentur Regulares vere Mendicantes ostendere Ordi- 36
nariis licentiam suorum Superiorum, dum eleemosynas quæ-
runt in locis, ubi existunt Conventus: sed solum si eas velint
colligere extra ipsa; sic declarasse Sacram Congregationem
Concilii refert Piasecus *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.*3. *art.*6.
*num.*60. his verbis: *An ut quæstores arceantur, possint Ordi-*
narii facultatem a Superioribus Regularium eleemosynæ quæren-
dæ concessarum aliquam cognitionem, & quidem habere? Con-
gregatio censuit, ex Concilio non prohiberi Regulares quominus
eleemosynas quærant, non tamen alios eorum nomine, & aucto-
ritate quoquomodo posse quæritare; illos tamen extra locum, ubi
sita sunt Monasteria, eleemosynas per eamdem Dioecesim corro-
gantes teneri ad ostendendam Ordinario licentiam suorum Supe-
riorum. Consimilem declatationem ejusdem Sacræ Congrega-
tionis de anno 1621. referunt Sperell. *decis.*38. *num.*27. & Lan-
tusca *verb. Eleemosyna num.*1. tenoris sequentis, *Sacra Con-*
gregatio Cardin. Concil. Trident. Interpretum censuit, Fratres
Ordinum Mendicantium nequaquam posse ab Episcopis prohibe-
ri, quominus per se ipsos in Dioecesibus, ubi habent Conventus,
eleemosynas quærant; sed tantum si extra loca; ubi Monaste-
steria existunt, quæritare voluerint, teneri Superiorum licen- 37
tiam Ordinario ostendere. Si tamen extra Diœcesim, in qua
erecti sunt Conventus, quæritare voluerint, debent obtinere
consensum ab Ordinario illius Diœcesis, ut declarasse Sacram
Congregationem Concilii referunt Fagnan. *in Cap. Tuarum* 11.
*de privil. num.*3. & Pignatell. *tom.* 8. *consult.*12. *num.*19. his
verbis: *Sacra &c. censuit Fratres Ordinem Mendicantium ne-*
quaquam posse ab Episcopis prohiberi, quominus per seipsos in
Diœcesibus, ubi habent Conventus, eleemosynas quærant, sed
tantum si extra loca, ubi Monasteria existunt, quæritare volue-
rint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere;
at si extra Diœcesim, teneri etiam illius consensum obtinere;
Ceterum nullatenus esse permittendum, ut eleemosynas, querant
per alios, quam per sui Ordinis Fratres.

Et quod non sit permittendum, quod Fratres etiam Men- 38
dicantes eleemosynas quærant per alios, quam per sui Ordi-
nis Religiosos, vel Oblatos, statuit *Sacra Congr. Conc. in Po-*
linianensi 24. *Septembr.*1622. *ex c. Tuarum* 11. *de privileg.* &
novissime cum PP. Augustiniani Terræ Mondulphi Senogal-
lien. Diœcesis opponente Capitulo Collegiatæ dicti loci pro-
poni curassent in Sacra Congregatione Episcop. & Regular. Du-
bium: *An ipsis PP. competeret jus quæstuandi in Terra, &*
Territorio Mondulphi? die 17. Januarii 1692. ad Relationem
Emintessimi Card: de Abdua prodiit rescriptum: *Posse Regu-*
lares Mendicantes quæstuare per seipsos, & ad suam utilitatem;
Per sæculares autem non posse, nisi de licentia Episcopi. Sic 39
sine licentia in scriptis Ordinarii loci nulli quantumvis privile-
giati possunt eleemosynas quærere pro aliquo opere Pio, etiamsi
essent Patentati, seu Commissarii Abbatiæ S. Antonii Vien-
nensis, nam nec isti quæstuant sine licentia Ordinarii, non
obstantibus eorum privilegiis. *Sac. Congreg. Conc. in Theanen.*
30. *April.*1678. in qua utraque parte informante censuit non

posse a prædictis Commissariis quæstuari, nisi ad formam Sacri Concilii *cap. 9. sess. 21. de reformat.* & Bullæ Gregoriæ incipient. *Romanum, lib. Decret. fol. 262.* Et iterum *in Cajacen. 28. Augusti 1683.* in qua censuit danda, & servanda esse decreta edita in dicta *Theanen.* Nec talis licentia eleemosynas quærendi potest concedi a Gubernatoribus, Judicibus, seu Magistratibus, vel Principibus sæcularibus, ut respondit *Sacra Congreg. Episcopor. & Regular. in Papien. 8. Novembris 1619.* & declaravit *Sac. Congr. Concil. in Regien. 9. Januarii 1582. & in Aversana 22. Febr. 1620.*

41 Confraternitatibus, & aliis locis piis, qui hospitalitatem actu non exercent, non est regulariter danda licentia quæstuandi. *Sacr. Congr. Episcopor. & Regular. in Laudens. 28. Augusti 1574. & in Panormitana 17. Februarii 1601.* Unde *Sacra Congr. Concil. in Maceraten. sub die 17. Novembris 1607.* censuit Ecclesiam, quæ non habet Hospitale, non posse mittere quæstuarium tempore vindemiarium, & messium. Secus si exerceant hospitalitatem, ut *in Nucerina 15. Novembris 1577. & in Theanensi 4. Julii 1589.* vel pro fabrica Ecclesiæ præsertim incœpta, ut *in Civitatis Plebis 29. Novembris 1610.* dummodo rationem reddant Ordinario, ut *in Nucerina 19. Augusti 1579.* & Concil. Trident. *sess. 22. cap. 9. de reformat.* Eleemosynas autem sponte oblatas recipere possunt, dummodo similiter rationem reddant, ut censuit *eadem*
42 *Sac. Cong. 14. Novembris 1642.* Ordinarii prohibere non possunt Regularibus, ne quæstuent ante Confraternitates, nisi probetur consuetudo in individuo. *Sacr. Congr. Episcop. & Reg.*
43 *in una Carmelitarum 4. Augusti 1603.* Eleemosynas, & oblationes ad offerentibus recipere non est prohibitum Regularibus inter Missarum solemnia, vertendo se ad populum, & generalem confessionem pro eo faciendo; non autem ei licet ab Altari discedere, & per Ecclesiam circuire, *Sacr. Congr. Concil. in Nullius Provinciæ Ravennaten. 15. Septemb. 1619.*
44 Ex eleemosynis Missarum nec minima pars retimeri potest ratione expensarum, quæ fiunt in celebratione; Nisi cum Ecclesiæ alios non habent redditus, quos in usu earumdem expensarum erogare licite possint; Quæ portio nullatenus excedere debet valorem prædictarum expensarum. Sic expresse fuit statutum *in decret. de celebration. Missarum in responsion. sion. ad septimum*, ubi subjungitur, quod *nihilominus absolute vot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ab offerentibus eleemosynas*. Sacerdos, qui Missam suscepit celebrandam
45 cum certa eleemosyna, non potest eamdem Missam alteri celebrandam committere parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta; *cit. Decret. §. 4.* Et id faciens quam pœnam incurrat? Vide
46 infra *num. 64.* Eleemosynæ pro Missis celebrandis recipi non possunt ab Ecclesiis, si iisdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, nisi de consensu illorum, qui eleemosynas tribuerent; *cit. decret. in responsione ad decimum quar-*
47 *tum*. Missæ ad satisfaciendum eleemosynis alicui Ecclesiæ traditis non sunt celebrandæ per exteros, ubi commode possunt satisfieri per Sacerdotes ejusdem Ecclesiæ. *Sac. Cong. Rit. 28. Jan. 1606. Et Sac. Cong. Concil. 5. Septemb. 1716. 19. Novemb. 1729. 13. Januar. 1732. & 12. Maji 1736.*
48 Eleemosynas peti per Ecclesiam, dum Divina celebrantur officia, prohibuit S. Pius V. *Constit. 5. §. 5.* & Clemens XI. injunxit prius Prædicatoribus in Quadragesima anni 1703. ut populo annunciarent majoris esse meriti sibique gratius non dare eisdem eleemosynas in Ecclesiis, sed vel in januis earumdem, vel alibi. Deinde vero intelligens adhuc continuari ta-
49 les abusus *die 11. Julii 1703.* fecit promulgari, & affigi in solitis locis Urbis, & in omnibus Ecclesiis tam sæcularibus, quam Regularibus sequens edictum: *Riconoscendosi, che tutto ciò non sii stato bastante ad impedire le suddette questuazioni, la Santità di Nostro Signore &c. espressamente proibisce a tutti fedeli dell' uno, e dell' altro sesso di qualsivoglia stato, grado, e condizione, il dare limosina di qualsivoglia somma, benchè tenuissima a' Mendicanti in qualunque tempo dentro le Chiese, avvertendo che quelli che in esse faranno a' poveri la limosina, non solamente per cagione delle sopra espresse circostanze, non faranno atto meritorio, ma saranno positivamente colpevoli, per avere benchè indirettamente cooperato all' irriverenza delle Chiese, & ai disturbi, e distrazioni delle preghiere, ed orazioni de' divoti, ed anche per aver trasgredito li premurosi comandamenti di Sua Santità, che hanno per unico oggetto la riverenza, il decoro, e la quiete che per divin precetto sono dovuti ai Sagri Tempj*. Quod fuit confirmatum in Edicto Cardinal. Carpinei Urbis Vicarii 20. *Januarii 1705. §. 8. in fine*, ut refert per extensum Monacell. *tom. 2. tit. 13. fol. 34. primæ impressionis. Romæ*, ibi: *Siccome anche è l' intenzione di N. S. dichiarata nell' ultimo Editto, in cui si proibisce ad ogni fedele dar nelle Chiese limosine a' poveri*. Et iterum confirmatum fuit *die 13. Augusti 1716.* a Cardinali Caracciolo Pro Vicario; Necnon a Cardinali Paracciano Vicario *die 23. Septembris 1718.* quando fuit etiam idem Edictum ampliatum multipliciter.

Eleemosyna est facienda solum ex bonis propriis, & quorum quis liberam habet administrationem; *Sic communis Doctorum*. Potest tamen fieri ex bonis alienis, quando pauper est in extrema necessitate, tunc enim omnia sunt communia; 54
Omnes. Non potest licite fieri eleemosyna ex bonis injustis, & obnoxiis restitutioni faciendæ certæ personæ; *Communissima*. Licet tamen fieri ex bonis acquisitis per opus illicitum, sed non cum injustitia, V. G. ex lucro meretricum, histrionum, & hujusmodi, quia tale lucrum licet turpiter, & illicite acquiratur; patrato tamen scelere, licite acceptatur, & possidetur, ut vere proprium; *Doctores communiter*. Uxor potest facere eleemosynam de bonis suis paraphernalibus, & acquisitis etiam constante Matrimonio ex hæreditate, Donatione, & propria industria familiæ non debita; item cum ipsa familiam gubernat, vel consentiente marito, vel marito absente, ægroto, aliaque causa impedito, dummodo eam non faciat in majori quantitate, quam vir, si gubernaret, faceret, vel facere deberet. Item potest uxor licite facere eleemosynam pro salute corporali mariti, prout fecit discreta Abigail *lib. 1. Regum cap. 25.* & a fortiori pro ipsius salute spirituali. Item potest uxor dare elee- 55
mosynas dari solitas a mulieribus sui status, & conditionis, dummodo non constet nolle maritum, quod illas præstet. Item quando a marito assignatur uxori certa summa pro sua sustentatione, & convenientia, tunc quando ei supereſt parce vivendo potest licite, & sancte erogare in eleemosynas; *omnium communissima*.

Filius familias nequit facere eleemosynas de bonis profecti- 56
tiis, & adventitiis, quia ususfructus talium bonorum spectat ad patrem; potest tamen facere eleemosynam de bonis castrensibus, & quasi castrensibus, quia horum est Dominus. Item
potest facere eleemosynas tenues de bonis parentum ex inter- 57
pretativa, & præsumpta eorum voluntate. Item quando peregrinatur, aut residet in scholis exteris, potest facere eleemosynas de sumptibus paternis, quas faciunt alii suæ conditionis, & status. Item quando a parentibus habet assignatam certam summam pro sua sustentatione, et convenientia quod supereſt, vel subtrahit potest licite, et sancte erogare in eleemosynam; *Sic communis Doctorum*. Servus, et Ancilla nequit facere eleemosynam de bonis Domini sui; nisi de expresso vel tacito ejus consensu, qui hic facile præsumi debet de rebus parvis, quæ alias inutiliter perirent, et maxime de iis, quæ sibi de victu concesso subtrahunt; *Communis*. Religiosus nequit sine expressa, vel præsumpta Superioris facultate facere ullam eleemosynam, quia non habet Dominium in rebus ab eo acquisitis, nec in bonis Monasterii; *cap. Non dicatis 11. cauſ. 12. quæſt. 1. cap. Cum ad Monasterium 6. de statu Monachor. Authent. Ingressi, C. de Sacrosanctis Ecclesiis*. Potest tamen Religiosus facere eleemosynam de bonis Monasterii, cum administrationem habet juxta cujuslibet Ordinis, vel Monasterii morem; Item cum licentia Superioris etiam præsumpta, ut si occurrente casu, vel necessitate, Superior nequit adiri, aut quid exiguum est erogandum, tunc rationabiliter præsumitur licentia Superioris. Item cum peregrinatur extra Monasterium studiorum, vel aliorum negotiorum causa, tunc ex assignata sibi pro sua sustentatione summa poterit aliquas moderatas eleemosynas facere, & maxime si parce vivat, & aliquid subtrahat (a). Item in casu extremæ necessitatis ali- 58
cujus pauperis, etiamsi in tali casu Superior injuste contradicat,

(a) Opinio Auctoris convenit cum opinione Antoin; quando enim Religiosus peregrinatur studiorum causa, tunc censetur habere sui Superioris licentiam saltem tacitam, vel ut ait D. Thomas probabiliter præsumptam; Vide Antoin *tract. de virtutibus theol. cap. 4. quæst. 4.* editionis Romanæ anni 1752. Consentit & Natalis Alexander *tom. 2. Theologiæ moralis lib. 4. de Decalogo, regula 34.*, cujus hæc sunt verba: *Ex congiario, aut viatico, seu pensione ad victum, & vestitum sibi concessa, si quid residuum fuerit, ex hoc parsimoniæ suæ residuo pauperes potest recreare: & apte citat in suæ propositionis præsidium D. Thomam quodlib. 3. quæst. 6. art. 1.* Nam hoc in casu tacita Superioris licentia præsumitur.

cat, quia Superior nequit rem justam, & necessariam contradicere, & tunc potius obediendum est Deo, quam hominibus; *Exod. cap. 1. vers. 17.*, ibi: *Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt juxta præceptum Regis*, & Act. Apostolor. *cap. 3. vers. 29.* S. Petrus ait, *obedire oportet Deo magis, quam hominibus*; Communis.

Pupillus nequit eleemosynas facere, quia non habet admi-
58 nistrationem, nec prodigus, cui a Prætore interdicta est ad-
59 ministratio. Administratores, Tutores, vel Curatores possunt facere illas eleemosynas, quas recte facerent minores, si jam adulti fuerint, & possunt concedere pupillis licentiam fa-
60 ciendi eleemosynas minutas; *Communis*. Administratores Reipublicæ possunt facere eleemosynas consuetas Hospitali-
61 bus, et aliis locis piis; *Communis*. Eremita petens eleemosynas pro Sacello, cujus cura, et custodia est ipsi demandata, potest ex ipsis licite, et honeste vivere, quia inter necessaria illi Sacello est etiam victus talis Eremitæ, qui in Sacello assistat, et curam ejus habeat. Reliqua vero expendenda sunt in servitium et bonum illius Sacelli, cum ad talem finem petantur, et dentur. Quod si aliqua superſint, poterit dare pauperibus tam cognatis, quam extraneis, nam non indigens potest mendicata dare aliis pauperibus, adeoque etiam talis Eremita ex superfluis sibi, et Eremitorio; nisi tamen tales eleemosynæ essent datæ ex speciali devotione ad tale Sacellum; Card. De Lugo *in respons. moral. lib. 6. dub. 17. num. 7.* La
62 Croix *lib. 3. part. 2. num. 163.* et alii. Eleemosynarum distributor relictus ex aliqua testamentaria dispositione, ut testatoris substantias distribuat in pauperes, et pia opera, potest illas sibi pauperi, vel suis consanguineis pauperibus appropriare; sic Religiosi, & Religiosæ in tali casu, quod ipsis esset demandata aliquarum eleemosynarum distributio, possunt distribuere suis Monasteriis, ut ex communi notat, & late probat Ursaya *tom. 5. part. 2. disceptat. 4. per tot.* & Fagnan. *lib. 1.*
63 *decretal. in cap. Dilectus 18. de offic. ordinar. num. 16.* Distributio Eleemosynarum, quæ colliguntur occasione alicujus Jubilæi, & aliarum oblationum, quæ fiunt in Ecclesiis etiam Cathedralibus, spectat ad Episcopum, & non ad Canonicos, ut decrevit *Sacra Congregat. Episcopor. & Regular. in Januens. Distributionis eleemosynarum die 5. Martii 1722.* in qua proposita causa per Cardinalem Corsinum responsum fuit: *Competisse & competere distributionem eleemosynarum Eminentissimo Archiepiscopo in Capsulis expositis occasione Jubilæi etiam in Ecclesia Metropolitana cum addito, ut causa amplius non proponeretur*.

64 Facientes celebrari ab aliis Missas minori eleemosyna, quam ipsi receperint, parte ejusdem pro se retenta, si sint Laici, incurrunt Excommunicationem Papæ reservatam, & si sint Sacerdotes, incurrunt suspensionem item Papæ reservatam, quamvis Sacerdos, qui eas tali minori eleemosyna celebrandas suscipit, expresse ad id consentiat; Sic noviſſime declaravit Benedictus XIV. Constitut. incipient. *Quanta cura*.

65 Eleemosyna pro unaquaque Missa manuali non potest tradi minor uno Julio; sic expresse statutum est de mandato Clementis XI. *die 23. Decembris 1706.* ut patet in ejus Bullario *Edicto XII.* & sic etiam statuit *Sacra Congregat. Concil. 13. April. 1726.* Unde Episcopus statuere potest, ne Sacerdotes recipiant quid minus eleemosyna taxata; *Sacra Congregat. Concil. in S. Severini Eleemosynæ Missarum 16. Julii 1697. & in Alexanen. 26. Januar. 1743.* Et id habetur etiam in Notificatione super Eleemosyna Missæ edita ab Eminentissimo Card. Lambertino, postea Summo Pontifice Benedicto XIV.

Eleemosynas colligendi pro subsidio locorum Terræ Sanctæ
66 speciale indultum habent PP. Minores de Observantia; & Ordinarii locorum tenentur illos suis subditis commendare in tota Diœcesi ad minus duabus vicibus quolibet Anno Adventus, & Quadragesimæ temporibus tam per Prædicatores in suis Sacris Concionibus, quam in aliis actionibus, & functionibus publicis, ut patet ex Constitutione 197. Urbani VIII. incipient. *Salvatoris*, Constitutione 11. Innocentii X. incipien. etiam *Salvatoris*, & Constitut. 39. Clementis X. incip. pariter *Salvatoris*, ac Constitutione Innocentii XIII. incipient. *Salvatoris, & Domini Nostri*, edita 21. Novembr. 1721. in qua confirmantur Litteræ Urbani VIII. confirmatæ jam ab Innocentio X. Clemente etiam X. Innocentio XI. Alexandro VIII. Innocentio XII. ac Clemente XI. in quibus mandatur omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium Generalibus, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno Adventus, & Quadragesimæ temporibus, tam per Verbi Dei Prædicatores in suis Sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis necessitates Locorum Terræ Sanctæ populo proponi, & commendari curent, & faciant. Et idem statuit Benedictus XIII. Constit. incip. *Loca Sanctæ Palestinæ*, edita 3. Martii 1727. in qua confirmat Constitutiones 63. diversorum Pontificum, quibus gratiæ, privilegia, ac Indulgentiæ Locis Terræ Sanctæ, ac Minoribus de Observantia inibi commorantibus concessa fuere. Et idem fuit statutum etiam a Clemente XII. Constit. incip. *Salvatoris* edita 12. Septembr. 1731.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

Eleemosynæ pro celebratione Missarum oblatæ, integre, & fideliter sunt in id erogandæ. Unde mercimonia exercentes super eleemosynis Missarum, Laici excommunicationem, Clerici vero, & Sacerdotes suspensionem Papæ reservatam incurrunt. Benedictus XIV. Tom. I. Constitut. 12. incip. *Quanta cura*, §. 3. & 5. Vide supra *num. 64.* & Tom. 5. 67
verb. *Missa art. 2. num. 16.* ubi integra affertur dicta Consti- 68
tutio Pedemontanæ Provinciæ Episcopi excitantur ad evellendos abusus circa eleemosynas Missarum invectos. Idem Constitut. 23. incip. *Pro eximia*.

Eleemosynæ pro expeditione adversus infideles collatæ, 69
ne in aliam quamlibet causam impendantur, prohibetur ab eodem Pontifice, Constitut. 86. incip. *Quoniam* §. 16. Eleemosynæ a Regularibus fieri, & distribui possunt, opportunis 70
facultatibus obtentis. Idem Tom. 2. Constitut. 25. incipien. *Ex quo*.

Quoad elcemosynam pro subsidio locorum Terræ Sanctæ, 71
attendenda est sequens noviſſima Constit. Bened. XIV.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Emanarunt nuper a Nobis quædam Litteræ in simili forma Brevis expeditæ tenoris sequentis, videlicet: Benedictus PP. XIV. Ad futuram rei memoriam. Salvatoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui pro humani generis redemptione se ipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem, vices licet immeriti gerentes in Terris, inter multiplices, graviſſimasque Apostolicæ servitutis curas, in eam præcipue Pastoralis sollicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, & tam salubris mysterii Monumenta, quæ in Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur. Cum itaque alias fel. record. Urbano Papa VIII. Prædecessori Nostro exposito, quod Ecclesiæ, & alia loca in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terræ Sanctæ existentia fere diruta erant, & quæ adhuc ibi existebant Monasteria ære alieno, ob impiam Turcarum, Hæreticorum, & Schismaticorum tyrannidem, & pro Sancte Fidei Catholicæ in eisdem locis conservatione contracto admodum gravata reperiebantur, idem Urbanus Prædecessor Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium Generalibus commiserit, & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet Anno, Adventus, & Quadragesimæ Temporibus, tam per Verbi Domini Prædicatores, in suis sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis, necessitates eorumdem Sanctorum Monumentorum Populo proponi commendari curarent, & facerent; & alias prout in ipsius Urbani Prædecessoris Litteris desuper in simili forma Brevis die 3. Februarii NDCXXXIV. expeditis, quarum tenorem præsentibus, pro expresso haberi volumus, uberius continentur. Et sicut pro parte dilecti filii moderni Commissarii Generalis Terræ Sanctæ Nobis nuper expositum fuit, ipse, quo præfatæ Urbani Prædecessoris Litteræ, quæ a rec. mem. Innocentio X. Clemente X. Innocentio XI. Alexandro VIII. Innocentio XII. Clemente XI, Innocentio XIII, & Clemente XII. Romanis Pontificibus, pariter Prædecessoribus Nostris confirmata fuerunt, exactius observentur, illas per nos etiam confirmari, & innovari, desideret; Nos eorumdem Sacrorum Monumentorum conservationi, & manutentioni consulere volentes, prædictas Urbani Prædecessoris Litteras auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus. Vo-

lumus autem ut Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi prædicti in relatione status Ecclesiarum suarum, quando visitabunt limina Apostolorum, facienda referant se prædictis Urbani Prædecessoris Litteris paruisse, contrariis non obstantibus quibuscumque, volumus insuper, ut earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Januarii MDCCXLI. Pontificatus nostri Anno Primo.

D. Cardinalis Passionеus.

Loco ✱ Annuli Piscatoris.

Cum autem sicut dilecti filii moderni Procurator, & Commissarius Generalis Terræ Sanctæ hujusmodi nobis nuper exponi fecerunt, licet necessitates Terræ Sanctæ prædictę propositæ, & commendatę sint, nihilominus Eleemosynæ pluribus ab hinc Annis ob præsentium temporum calamitates, ita tenues sint, ut exponentes prædicti necessitatibus hujusmodi præsto esse nequeant, ac propterea opportune sibi in præmissis a nobis provideri, & ut infra indulgeri summopere desiderent: Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium Generalibus per præsentes committimus, & mandamus, *ut ad minus quatuor vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadragesimæ Temporibus*, tam per Verbi Dei Prædicatores, in suis sacris Concionibus, quam in quibusvis aliis actionibus, & functionibus publicis, necessitates ejusdem Terræ Sanctæ proponi, & commendari curent, & faciant. Ac insuper, ut Parochialium Rectores, aliarumque Ecclesiarum Administratores unum, seu plures viros probos ad colligendas Eleemosynas hujusmodi in earum Ecclesiis statutis diebus deputent, qui statim ac Eleemosynas collectas in eorum manibus consignari debeant, & faciant, qui elapsis Adventus, & Quadragesimæ Temporibus ad proprios Ordinarios pecuniam sibi consignatam transmitti debeant, dictique Ordinarii eam Syndicis in earum respectivę Diœcesibus ad hoc deputatis consignari curent, & faciant, servata in reliquis prædictarum Litterarum forma, & dispositione, auctoritate Apostolica tenore præsentium, volumus, præcipimus, & ordinamus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus insuper, ut earumdem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Augusti MDCCXLIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Pro D. Card. Passioneo.

Cajetanus Amatus.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 NOn importune hic quæri potest, num jus colligendi eleemosynas per sæculum sonantem spectet ad actus Parochiales, ut Ecclesia Parochialis hoc jus tantum sibi adscribere, & alias Ecclesias non Parochiales ab usu ejusdem exclu-
2 re vigore Juris bannarii recte possit?

Argumenta opinionis tum affirmantis, tum negantis referunt *Wildovogel de Oblat. quæ fiunt in Eccles. per sæcul. so-*
3 *nat. & Bohemer. in Jur. paroch. sect. 4. cap. 1. §. 31.*, sed ambo negantem amplectuntur opinionem. *Ex his* (ita recte ait *Bohemer. loc. cit. §. 32.*) *in utramque partem adductis rationibus patet, rationem decidendi unice in eo positam esse, quidnam proprie dicatur actus parochialis? Hoc vero non rectius adjudicari potest, quam si in subsidium sumamus attributa Parochiarum, & exinde actus dijudicemus. Hinc breviter hanc Regulam constituo. Omnis actus, qui Ecclesiæ Parochiali qua tali competit ex jure perfecto cum jure prohibendi, excludendi, & cogendi, ille potest dici parochialis. Hanc Regulam uno ore confirmant Canonistæ &c. Hoc posito fundamento quilibet facile judicabit rationes eorum, qui negant jus colligendi* 4
eleemosynas esse actum parochialem fortiores esse, ut secundum has merito pronunciandum sit. 5

De eo etiam non inutilis est disputatio, an qui quotannis certam eleemosynam erogare consuevit compelli possit, ut & in futurum eam præstet? Negant communiter *Covarruv. in cap. Possessor. P. 2. §. 4. num. 6. de Regul. Jur. Befold. consil. 118. num. 78. part. 3. Strykius juridic. dissert. tom. 2. disput. 6. cap. 4. n. 15.* 6

Limitat vero *Menoch. de Arbitrar. cas. 160. n. 17. in fin.* ut non procedat favore piæ causæ, sed quod hic potius ex voluntaria etiam solutione necessitas in futurum inducatur, dissentiente tamen *Strykio, ubi supra*, qui: *quum nulla* (ait) 7
obligatio in specie sic dicta hic præcedat non imponendo videtur necessitas etiam ad favorem piæ causæ.

Vide tamen, quæ dicemus *in addit. ad verb. Oblationes.*

EMPHYTEUSIS.

ARTICULUS I.

Emphyteusis quoad ejus naturam, divisionem, & successionem in ipsam.

EMphyteusis provenit a verbo Græco *Emponema*, quod 1
latine idem significat ac *Melioratio*, juxta Speculatorem, & Accursium, §. *Adeo, verb. Emphyteusis, instit. de locatione*, Silvestrum *verb. Emphyteusis*, & alios, vel juxta Molinam *tract. 2. de justitia disp. 414.* Pirhing *lib. 3. decret. tit. 18 num. 31.* Alciatum, & alios idem significat ac *Implantatio*, seu *insitio*, eo quod ab initio nonnisi sterilia, seu inculta bona in Emphyteusim concedebantur ad hunc finem, ut Emphyteutarum diligentia, & labore per implantationem, insitionem, & culturam de infructiferis fructifera redderentur, & undequaque meliorarentur, *arg. lib. 2. & 3. C. de jure Emphyteutico*. Nunc autem etiam bona fertilia, & quæ non in- 2
digent melioratione nemine reluctante in Emphyteusim traduntur, ut docet quotidiana praxis, & experientia (a). Qui rem in Emphyteusim concedit vocatur *Dominus Directus*, seu *Proprietarius*, & qui rem in Emphyteusim accipit, vocatur *Emphytenta*, seu *Emphyteuticarius*, *leg. 1. & 3. Cod. de jur. Emphyteutico*.

Emphyteusis est contractus nominatus, quo res immobilis 3
cum translatione Dominii utilis, retento directo, seu proprietate sub onere certæ annuæ pensionis Proprietario solvendæ, alteri fruenda, & colenda conceditur, vel in perpetuum, vel ad determinationem tempus, non minus decennio, v. gr. ad vitam ejus, cui conceditur, vel ad unam, vel plures generationes. *Est in re communis*. Emphyteusis differt a contractu locationis primo, quia per Emphyteusim transfertur in Emphyteutam utile Dominium rei, *Leg. 1. & 2. ff. Si ager vectigalis, vel emphyteuticus*; per locationem vero non transfertur in conductorem nequidem utile dominium rei, sed usus tantum, seu commoditas fructuum: *L. non solet 39. ff. locati, & l. Qui rem, Cod. eodem tit.* Secundo, quia Emphyteu- 4
sis solum in rebus immobilibus, quæ cultura meliores effici possunt, constitui potest; locatio autem etiam in rebus mobi- 5
libus, ut de se patet, & quia locatio conceditur intra decennium, non sic Emphyteusis, & quia in locatione exigitur major pensio, quam in emphyteusi. Item Emphyteusis differt etiam a venditione, quia per venditionem transfertur in emptorem nedum dominium utile, sed etiam dominium directum, seu proprietas rei venditæ; & non tantum immobi- 6
lis, sed mobilis res vendi potest; *l. Si emptione 24. §. 1. ff. de con-*

(a) Emphyteusis provenit a verbo græco *Emphyteuo*, ideſt *implanto*, *infero*, & bene se habet, quod ex Alvato, aliisque Auctor. *Emponema* vero idem est ac *faticatio, labor*, & metaphoricè *melioramentum*, quia steriles terræ emphyteusi, ideſt cura, labore, sudoribus fructuariæ, meliorefque reddebantur.

tract-emption. & per Emphyteusim transfertur solum dominium utile, & non directum, & solum res immobilis, non autem mobilis in ipsam concedi potest, *l. 1. & 2. ff. Si ager vectigalis, vel Emphyteuticus*. Item differt Emphyteusis a mutuo, donatione, aliisque contractibus, per quos non solum 8
usus, sed etiam proprietas transfertur, nullumque jus in re tradita remanet penes tradentem. Item differt Emphyteusis a Feudo, quia in emphyteusi annua realis pensio solvitur; in Feudo autem personale tantum servitium, ac fidelitas exhibetur, & præstatur Domino a Vassallo, si Feudum sit verum nobile habens de emphyteusi permixtum.

Emphyteusis primo dividitur in Ecclesiasticam, & Laica- 9
lem. Emphyteusis ecclesiastica est illa, per quam bona, quorum proprietas ad Ecclesiam, Monasterium, aliumque pium locum pertinet, fruenda, & colenda conceduntur; *l. Joan. 14. C. de SS. Ecclesiis, & cap. Potuit 4. de locato, & conducto*. Emphyteusis laicalis est illa, per quam bona, quorum proprietas ad Laicum, vel Laicalem potestatem pertinet, fruenda, & colenda traduntur; *l. 1. C. de jure Emphyteutico, & Authent. Perpetua, C. de SS. Ecclesiis*. Emphyteusis Ecclesiastica potissimum differt a Laicali, quia in emphyteusi ecclesiastica requiruntur certæ juris solemnitates, scilicet assensus Pontificius, & necessitas, seu evidens Ecclesiæ utilitas juxta dispositionem *Extravagantis, Ambitiosæ Pauli II*, & juxta dicta *verb. Alienatio*. Quæ tamen Juris solemnitates non requiruntur in emphyteusi Laicali; & licet in rebus solitis emphyteuticari non sit necessarius assensus Pontificius, est tamen necessaria evidens Ecclesiæ necessitas, seu utilitas; & etiam differt Emphyteusis ecclesiastica a laicali, quia in Ec- 10
clesiastica inciditur in pœnam commissi si duobus continuis annis pensio non solvatur; *cap. Potuit 4. de locato & conducto, Authent. de non alienand. §. Scire, & Authent. de alien., & Emph. §. Si vero quis aut locator.* In Emphyteusi vero Laicali, 11
Emphyteuta non incidit in commissum, nisi desinat tribus sequentibus annis pensionem solvere; *l. 2. Cod: de jure Emphyteutico*. Incidere autem in commissum nihil aliud est, quam emphyteutam amittere jus emphyteuticum, & meliorementa in re emphyteutica facta.

Secundo, Emphyteusis dividitur in perpetuam, & temporalem; Emphyteusis perpetua est illa, per quam res fruenda, vel colenda non ad certum tantummodo tempus, nec pro certis dumtaxat personis, sed in perpetuum ita conceditur, ut jus emphyteuticum sic concessum perpetuo transeat ad heredes; Emphyteusis temporalis est illa per quam res fruenda, & colenda ad certum solummodo tempus, vel ad unius, alterius ve vitam, aut etiam ad certam generationem, vel fami- 12
liam conceditur. Tertio Emphyteusis dividitur in hæreditariam simpliciter, in hæreditariam mixte, seu qualificate, & in non hæreditariam, seu ex pacto, & providentia. *Emphyteusis hæreditaria simpliciter* est illa, quæ est concessa alicui cum facultate transferendi ad quoscumque hæredes etiam extraneos, & ad hanc succedere possunt omnes hæredes sive viri, sive fœminæ in perpetuum. Rota *p. 3. dec. 286. num. 2. part. 6. decis. 211. num. 1. part. 11. decis. 361. num. 1. & sæpe* alibi. *Emphyteusis hæreditaria mixte, seu qualificate* est illa, concessa alicui pro se, & suis hæredibus non quibuscumque, & quomodocumque, sed solum qualificate *hæredibus*, in quo casu ad succedendum requiritur utraque qualitas, et quod sit descendens et hæres, adeout non possit succedere descendens nisi sit hæres; nec hæres nisi sit descendens. Rot. *part. 4. tom. 2. decis. 483. num. 20. & decis. 504. num. 1. & sæpe alibi, Emphyteusis non hæreditaria, seu ex pacto & providentia* est illa, quæ est concessa alicui pro suis filiis, descendentibus, nulla facta mentione de hæredibus; & pro succedendo ad hanc emphyteusim non requiritur quod filius, vel descendens sit hæres, cum possit etiam repudiata hereditate paterna, succedere in tali Emphyteusi, quippe quam non jure hæreditatis, sed ex pacto, et providentia, seu prima ejus institutione accipiat. Rota *par. 11. decis. 230. num. 4. & 5. part. 12. dec. 40. num. 27. & decis. 135. num. 4. 5. & sæpe alibi.*

Scriptura, seu Instrumentum scriptum est de substantia con- 13
tractus Emphyteutici, ut colligitur *ex l. 1. C. de jure Emphyteutico*: ibi: *Pactionibus scriptura interveniente habitis, &* tenet expresse Glossa ibidem verb. *Alienationis*. Rota *par. 1. recent. decis. 400. num. 10.* Julius Clarus §. *Emphyteusis q. 4.* Molina *disput. 417. num. 4.* Mascard. *concluſ. 602. num. 2.* Fachin. *cap. 84.* Gomez *cap. 3. num. 6.* Azorius *part. 3. lib. 10. cap. 5. par. 2.* Layman, *lia. 3. tract. 4. cap. 23. num. 6.* Cardin. de Luca *disc. 37. de Emphyt. sub num. 4.* Pirhing *lib. 3. Decretal. tit. 18. num. 33.* Reiffenstuel *ibid. num. 133. & aliis passim.* Et quod ad Emphyteusim ecclesiasticam requiritur scriptura, expresse statutum est in *Novella 7. in fine præfationis, & Novella 20. cap. 5. & cap. 6. §. 2.* Emphyteusis dicitur Ecclesiastica, vel Laicalis in ordine ad res, quæ conceduntur, non autem in ordine ad personas, quibus conceduntur; *communis ac certa.* Emphyteusis vel debet esse perpetua, vel saltem ad decennium: *est communis.* 14

Emphyteusis Laicalis quando est concessa sine ulla expres- 15
sione temporis, & personarum præsumitur perpetua, & transit ad omnes hæredes, etiam extraneos. *Est communis* teste Julio Claro §. *Emphyteusis qu. 28. num. 1.*, & ratio est, quia cum ex primæva Emphyteusis institutione dari in perpetuum consueverit, §. *Adeo, Institut. de location. lib. 1. ff. Si ager vectigalis, vel Emphyteuticus*, & alibi; eidem institutioni confirmari debet Emphyteusis præsumptione Juris, quando in ipsius contractu nihil aliud fuit expressum, adeo- 16
que censeri debet perpetua; *L. ult. C. de legatis.* Sic etiam præsumitur, & transit ad omnes hæredes etiam extraneos Emphyteusis laicalis, quando est concessa cum clausula *Pro te, & hæredibus tuis. Est etiam communis*, teste ipso Julio Claro *loc. cit. num. 6.* & Molina *disp. 496. num. 3.* Et ratio est, quia nomen hæredis simpliciter psolatum est generale, comprehendens non tantum necessarios, sed etiam extraneos hæ- 17
redes, *In princip. Instit. hæredit. qualit. & different.* Emphyteusis Ecclesiastica, quando est concessa absque expressione temporis, & personarum non censetur perpetua, nec transit sicut Laicalis ad omnes hæredes etiam extraneos, sed ad solos descendentes usque ad tertiam generationem. Covarruv. *variar. resolut. lib. 2. cap. 17. num. 6. & cap. 18. num. 1.* Jason. *in l. 2. Cod. de Iure Emphyteutic. num. 160.* Jul. Clarus §. *Emphyteusis quæst. 28, num. 1. arg. Novell. 7. cap. 3.* ubi limitatio aperte habetur. Et ratio est, quia in dubio præsumptio stat pro conformitate Juris communis; §. *Emphyteusis, authent. de non alienand.* ut notat Rota *part. 17. recent. decis. 225. num. 29.* & quod Ecclesia concedens Emphyteusim voluerit servare consuetudinem solitam practicari in similibus ecclesiasticis Emphyteuticis concessionibus; Consuetudo autem est, quod regulariter Emphyteusis ecclesiastica concedatur solummodo usque ad tertiam generationem. Rota *part. 4. tomo 1. decis. 94. num. 7. part. 5. tom. 1. decis. 314. num. 9., & sequent. part. 11. decis. 335. num. 8. part. 14. decis. 195. num. 2. & decis. 463. num. 4. & part. 16. decis. 218. num. 1.* & sæpe 18
alibi. Emphyteusis Ecclesiastica quando est concessa cum clausula *Pro te, & tuis hæredibus*, transit ad solos hæredes descendentes, non vero ad extraneos, Sic Imola *in leg. Ex facta num. 14. ff. de hæredis instit.* Alexander *consil. 23. num. 4 l. 1.* Alvar. Valasc. *de jur. Emphyteutic. quæst. 39. num. 9.* & plurimi a Julio Claro copiose relati *cit. quæst. 24 num. 6.* cum communiori aliorum, & ratio est, quia regulariter loquendo nomine hæredis non venit extraneus in materia, quæ de sui natura non est transitoria ad extraneos, qualis est Emphyteusis Ecclesiastica, ex *l. Etiam in princip. ff. soluto Matrimonio*, ubi dicitur quod Emphyteusis Ecclesiæ non transit nisi ad filios, & nepotes, unde jure merito habetur, quod Ecclesia proprietaria possit ipsam revocare, si transeat ad alios, quam ad ipsos. *Authent. de alien. & Emphyt. §. 1. coll. 9.* Et hoc rationabili fundamento, quia Ecclesiæ bona, quantum fieri potest, debent esse a quocumque onere, & servitute immunia, ut facilius consolidari possit dominium utile cum directo, & ipsa Ecclesia possit consequi beneficium 19
frequentioris Laudemii. Plurimi tamen magnæ notæ Doctores contrarium sentiunt volentes quod Emphyteusis Ecclesiastica concessa cum dicta clausula *Pro te, & tuis hæredibus* transeant, sicut Laicalis, etiam ad hæredes extraneos, & sit proprie dicta Emphyteusis perpetua; sic pluribus citatis variis fundamentis adductis Reiffenstuel *lib. 3. Decretal. tit. 18. numer. 238.*

Certum est autem apud omnes, quod Emphyteusis Eccle- 20
siastica debitis Juris solemnitatibus concessa, æque ac Laicalis transeat ad omnes hæredes etiam extraneos, si sit expressa aliqua ex sequentibus, vel similibus clausulis, V. G. *Pro te, & tuis hæredibus etiam extrancis.* Vel *Pro te, & tuis hæredibus omnibus.* Vel *quibuscumque*, vel *quibus dederis*, & hujusmodi, quia ut communiter notant Doctores cum Julio Claro *loc. cit. num. 5.* & Covarruv. *loc. cit. cap. 17. num. 5.* similes clausulæ ex proprietate verborum comprehendunt omnes hæredes, nullo excepto. Et hoc etiam in perpetuum, quia 21
Emphyteusis Ecclesiastica potest etiam concedi in perpetuum, si ad-

si adsit legitima causa, & adhibeantur debitæ Juris solemnitates, præsertim Beneplacitum Apostolicum; Julius Clarus, §. *Emphyteusis quæst. 6. num.* 4. Abbas *in cap. In presentia, de probation. num.* 29. Covarruv. *lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 17. *num.* 5. & alii passim, & Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 314. *num.* 11. & 12. *part.* 17. *decis.* 46. *num.* 1. & sæpe alibi; *argum. cap. Sine exceptione* 52. *caus.* 12. *quæst.* 2. *cap. Dudum* 1. *de rebus Eccles. non alienand. in* 6. *Clement.* 1. *de rebus Eccles. non alienand. & Extravagant. Ambitiosæ eod. tit.* Ubi quævis alienatio, etiam perfecta venditio, qua Dominium utile, ac directum, simul alienatur, nedum Emphyteusis perpetua facta ex legitima causa, ac cum debitis Juris solemnitatibus tamquam valida, & licita approbatur.

22 Bona Ecclesiastica in Emphyteusim dari solita, si iterum redeant ad Ecclesiam, V.G. quia tempus est elapsum, vel quia deficiunt successores legitimi, potest Prælatus Ecclesiæ ea de novo concedere in Emphyteusim absque Juris solemnitatibus, dummodo eadem, vel similis utilitatis causa adhuc existat; textu expresso *in Extravagant. Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienand.* in qua a generali prohibitione alienandi res Ecclesiasticas, expresse excipiuntur bona ab antiquo concedi solita in Emphyteusim præcisis his verbis: *Præter quam de rebus, & bonis in Emphyteusim ab antiquo concedi solitis*. Et sic communis Doctorum cum Rota *recent. part.* 7. *decis.* 39. *num.* 6. & 7. *part.* 15. *decis.* 367. *num.* 17. *part.* 19. *tom.* 2.
23 *decis.* 590. *num.* 7. & 9. & sæpe alibi. Dummodo tamen solidum non alteretur; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 367. *n.* 22.
24 *part.* 8. *decis.* 39. *num.* 49. *part.* 10. *decis.* 165. *num.* 11. & sæpe alibi. Dicitur autem solitum alterari, quando Emphyteusis temporanea efficitur perpetua; Rota *part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 675. *num.* 3. vel quando superadduntur diversæ personæ, & generationes in prioribus concessionibus non vocatæ: Rota *part.* 8. *decis.* 39. *num.* 54. *part.* 10. *decis.* 165. *num.* 13. *part.* 13. *decis.* 119. *num.* 4. Etiamsi addita fuerit unica tantum persona; Rota *part.* 12. *decis.* 36. *num.* 36. & a fortiori si superaddantur fœminæ, earumque descendentes; Rot. *part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 89. *num.* 8. & 9. Vel quando sit notabilis diminutio Canonis; Rota *part.* 13. *decis.* 191. *num.* 5. Unde ad hoc ut non dicatur alterari solitum, debet Emphyteusis concedi cum iisdem pactis positis in antiqua investitura; Rota *part.* 7. *decis.* 201. *num.* 18. Non dicitur tamen alterari solitum per additionem novi pacti Ecclesiæ concedenti utilis; Rota *part.* 11. *decis.* 277. *num.* 12. dummodo substantiam contractus non tangat; Rota *ibid. num.* 12.

25 Ad hoc autem ut bona Ecclesiæ dicantur solita in Emphyteusim concedi, vel requiritur unica concessio expressa solemnis, & a principio valida; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 176. *num.* 42. & *decis.* 367. *num.* 18. *part.* 7. *decis.* 36. *num.* 6. & *part.* 9. *decis.* 114. *num.* 14. & 15. itaut ulterius non requiratur cursus temporis; Rota *part.* 5. *decis.* 367. *num.* 18. Vel requiruntur duæ concessiones, seu investituræ sine solemnitatibus, sed effectum fortitæ per spatium 40. annorum; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 367. *n.* 19. *part.* 7. *decis.* 36. *num.* 7. *part.* 9. *tom.* 1. *decis.* 114. *num.* 15. *part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 590. *num.* 8. Ex lapsu enim tanti temporis solemnitas præsumitur; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 367. *num.* 19. & *part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 590. *num.* 12. Et bona semel facta alienabilia remanent perpetuo alienabilia; Rota *part.* 16. *decis.* 155. *num.* 17. ideoque possunt iterum in Emphyteusim concedi sine solemnitatibus; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 367. *num.* 22. Non requiritur tamen, quod illæ duæ concessiones sint uniformes; Rota *in Pisana bonorum* 20. *Februar.* 1584. *coram Cantuccio*, & sufficit quod una sit valida; Rota *in dict. Pisana bonorum* 20. *Fe-*
26 *bruarii* 1584. *coram Cantuccio*. Si tamen bona Ecclesiæ solita dari in Emphyteusim, sint denuo incorporata Ecclesiæ, non possunt dari in Emphyteusim sine solemnitatibus; Rota *in Mediolanensi bonorum* 25. *Januarii coram Orano* 1593. & communis Doctorum.

27 In Emphyteusi Ecclesiastica non succedunt filii naturales, seu illegitimi; Rota *part.* 1. *decis.* 435. *n.* 10. *part.* 9. *tom.* 1. *decis.* 317. *num.* 15. & sic statuit S. Pius V. *Constitution.* 117.
28 Etiamsi fuerint legitimati ex rescripto Principis sæcularis, ut statuit S. Pius V. *in dict. Constitut.* 117. & cum communi tenuit Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 100. *numer.* 1. *decis.* 357. *n.* 23.
29 & *decis.* 359. *num.* 22. Succedunt tamen legitimati per subsequens Matrimonium, quia ab istis ob favorem Matrimonii utroque Jure tam Canonico, quam Civili omnis tollitur inhabilitas, & pœna, itaut per omnia legitime natis æquiparentur, adeoque etiam in Emphyteusi Ecclesiastica, & sæculari succedunt; *argum. Authent. Quibus modis natur. Effic. sui* §. *Si quis igitur, & cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi*, ibi: *Tanta est vis Matrimonii, ut qui antea sunt geniti post contractum Matrimonium legitimi habeantur*. Et sic *communis Doctorum.* 30
In Emphyteusi autem sæculari filii naturales, & illegitimi succedunt eo modo, quo succedunt in aliis bonis Defuncti. Nulla enim in Jure reperitur prohibitio, quæ magis arceat illegitimos a successione in Emphyteusi, quam in aliis bonis; Molina *loc. cit. disput.* 475. Julius Clarus *loc. cit. quæst.* 40. *nu.* 1. & communis aliorum.

Si hæres, Monasterium ingrediatur, in Emphyteusi hæreditaria succedit Monasterium, dummodo tamen ut saltem post 31
mortem Professi intra annum teneatur vendere, vel alio modo alienare talem Emphyteusim, quia Ecclesia non potest invito domino retinere Emphyteusim; Rota *part.* 9. *tom.* 2. *decis.* 474. *num.* 15. ne dominus directus privetur perpetuo ipse consolidationis, ex quo Ecclesia sit immortalis; *cap. Si gratiose* 5. *de rescriptis in* 6. ut recte observat Fagnanus *lib.* 3. *decretal. in cap. Potuit Emphyteuta* 4. *de locato & conducto num.* 30. *seqüent.* ubi dicit posse fieri pactum, & inhibitionem, ne bona Emphyteutica alienentur in Ecclesiam, & tale pactum non esse contra immunitatem Ecclesiasticam, ut fuit resolutum in Congregatione particulari de mandato Sanctissimi habita *die* 26. *Maji* 1630. Imo dicit ipse sub *num.* 31. hæc prohibitio est ex natura contractus Emphyteutici, qui etiam in casibus, in quibus licita est alienatio irrequisito domino, ut in donatione, non permittit illam fieri in personam potentiorem; Bald. *in Authent. Quas actiones n.* 13. *vers. Primo modo Cod. de SS. Eccles. Gregor. XV. post alios decis.* 519. *num.* 5. Et persona potentior, seu privilegiata dicitur Ecclesia, ut cum Glossa, & aliis concludit Fagnanus *ibid. sub num.* 32. & 33. Quod autem Monasterium succedat in tali Emphyteusi hæreditaria, nullum est dubium, quia cum Monasterium bonorum capax succedat in aliis bonis sui Religiosi, non est ratio cur non succedat in Emphyteusi hæreditaria. Imo Monasterium 32
succedit etiam in Emphyteusi ex pacto, & providentia competente suo Religioso Professo, ita ut quandiu Religiosus vivit, possit libere uti, & frui fructibus, & commoditate talis Emphyteusis, quamvis eam alienare non possit, sicuti hæreditariam; ex quo mortuo Religioso, talis Emphyteusis ex pacto, & providentia cedere debeat secundum ordinem illis, qui in investitura sunt vocati; Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 23. *num.* 15. Molina *tom.* 2. *disput.* 482. Sanchez *lib.* 7. *moral. cap.* 15. *num.* 59. Pirhing. *lib.* 8. *decretal. tit.* 18. *num.* 53. Reiffenstuel *ibid. num.* 251. & 259. & communis aliorum.

Emphytheusis cum specialibus clausulis concessa transit ad 33
solos vocatos per tales clausulas; *Communis ac certa arg. Regul.* 81. *Juris in* 6. quia contractus ex conventione legem accipiunt. Hinc in Emphyteusi concessa ad tertiam generationem 34
masculinam excluduntur omnes fœminæ descendentes ex masculo, & omnes descendentes masculi ex fœmina; Rota *part.* 12. *decis.* 34. *num.* 6. Tunc enim requiritur duplex qualitas, nempe quod sit masculus, & proveniat ex linea masculina primi instituti; Rota *ibid. num.* 5. Sic Emphyteusis concessa 35
pro masculis tantum excludit fœminas, itaut deficientibus masculis, censeatur Emphyteusis devoluta ad dominum directum ob lineam finitam; Rota *part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 737. *num.* 4. & 15. Imo non solum excluditur omnis fœmina a masculo, sed etiam masculus a fœmina descendens; Rota 36
part. 12. *decis.* 34. *num.* 6. Item Emphyteusis concessa pro se, filiis, & nepotibus, non comprehendit fœminas; Rota *part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 737. *n.* 3. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 176. *nu.* 4. & *part.* 15. *decis.* 381. *num.* 1. Et hæc est communis sententia Rotæ, quæ ab Emphyteusi Ecclesiastica ut supra concepta 37
excludit fœminas; Rota *part.* 14. *decis.* 476. *num.* 1. Item Emphyteusis concessa pro te, & filiis, non comprehendit fœminas; *Annotat. ad decis.* 262. *num.* 137. *part.* 8. *recentior.* & est communior, & verior opinio, *Annotat. ad decis.* 199. *a num.* 74. *usque ad num.* 101. *part.* 8. *recentior.* ubi pluribus adductis, & solide probata hac nostra assertione confutatur opinio contraria defensa a pluribus cum Saliceto *in leg.* 3. *n.* 29. *quæst.* 17. *prope fin. Cod. de Jure Emphyteutic.* quem, ut ibi *sub num.* 96. dicitur, multi Doctores more caprarum sequuntur: & signanter excluduntur fœminæ, ubi agitur de Emphyteusi Ecclesiastica; Rota *part.* 5. *tom.* 2. *decis.* 501. *n.* 11.

Revera tamen non caret sua probabilitate contraria senten- 38
tia volens, quod Emphyteusis tam Ecclesiastica, quam laicalis transeat etiam ad fœminas filias, quando est concessa cum dicta Clausula, *Pro te, & filiis tuis*, quia pronunciatio sermonis

nis in sensu masculino ad utrumque sexum plerumque porrigitur; *leg. Pronunciatio* 195. *in princip. ff. de verbor. significat.* & in specie nomine filii veniunt etiam filiæ; *leg. Si quis ita* 16. *in princip. ff. de testament. tutel.* ubi pro generali doctrina dicitur *Filiorum appellatione & Filiæ continentur*, & sic tenent Covarruv. *var. resolut. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 1. Alvar. Valasc. *de Jure Emphyt. quæst.* 41. *num.* 3. Alciat. *in leg.* 1. *ff. de verbor. significat.* Jul. Clarus §. *Emphyteusis quæst.* 32. *num.* 2. Molina *disput.* 574. *num.* 10. Barbosa *de appellat. appell. 99. num.* 56. *& sequent.* Reiffenstuel *lib.* 3. *decret. tit.* 81. *numer.* 245. Salicet. *in leg.* 3. *Cod. de Jure Emphyteutic.* quem sequuntur Bald. & alii, quos refert Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 208. *in fin.* Rota *part.* 4. *tom.* 2. *recent. decis.* 737. *num.* 4. & 5. & *part.* 17. *decis.* 221. *n.* 6.

39 Certum vero est, quod quando Emphyteusis fuit concessa a fœmina, vel ab ea stipulata, tunc nomine filiorum, & nepotum, filiæ & neptes comprehenduntur, quia existimandum non est, quod fœmina (quæ non minus diligit fœminam, quam masculum, imo plus filias fœminas, quam filios masculos, diligere censetur propter sexus similitudinem) sexum proprium, idest fœmininum odio habuerit; & ideo verba sunt intelligenda secundum qualitatem contrahentium; *leg. Plenum* §. *equitis ff. de usu, & habitat.* ac eorumdem conditionem; *cap. Si de benefic. de præbend. in* 6. Abbas *in cap. Pastoralis in fin.* post Innocent. ibi *de donat.* qualitas quippe contrahentium multum conducit ad assequendam eorum voluntatem, sicque satis verisimiliter credendum erit, quod fœmina suum proprium sexum ita dilexerit sicut masculum; & sic in terminis tenent Regulus *in leg. Gal.* §. *nunc de lege*, & ibi Soccin. *num.* 7. *ff. de lib. & posthum.* Jason. *in leg. Si quis id quod vol.* 4. *vers. tertiodecimo ff. de Jurisdict. omn. Judic.* Tiraquell. *ad leg. connubial.* 1. *gloss.* 1. *part.* 5. *sub nu.* 26. *vers. Hoc tamen fallit, si concessio fieret a fœmina*, Rolland. a Valle *consil.* 76. *num.* 6. *vers. quando Emphyteusis est concessa fœminis &c. lib.* 3. ubi affirmat id esse indubitatissimi juris, Menoch. *in consil.* 111. *num.* 51. *vers. Emphyteusis, & fœmina accepta pro se, & filiis, transit etiam ad fœminas &c. lib.* 1. Sic etiam sensit Senatus Mantuanus affirmante Surdo *decis.* 9. *numer.* 12. *vers. Hinc videmus, quod etiam ad fœminas transit Emphyteusis, quæ a fœmina originem habuit*. Et hanc opinionem explosa contraria firmavit Rota Bononiensis apud Bertrand. *decis.* 12. *sub num.* 1. *vers. contrarium tamen fuit concludum, quod quando fœmina conducit Emphyteusim pro se,*
40 *& filiis, comprehendantur fœminæ*. Sic etiamsi Emphyteusis stipulata sit per masculum & fœminam pro se, & filiis, tunc veniunt filii, & filiæ. Bero. *in consil.* 120. *num.* 12. & 49. *vol.* 2. & alii, quia tunc uterque stipulans censetur dilexisse suum sexum *per adducta num. antecedenti*.

41 In concessione Emphyteusis facta pro te, & hæredibus comprehenduntur etiam fœminæ; Rota *part.* 4. *tom.* 2. de-
42 *cis.* 309. *num.* 1. Item comprehenduntur in concessione facta pro hæredibus, & successoribus; Rota *par.* 13. *dec.* 363. *nu-*
43 *mer.* 8. Et a fortiori comprehenduntur in concessione facta pro hæredibus quibuscumque; Rota *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 309.
44 *n.* 4. Item Emphyteusis Ecclesiastica concessa benemerito Ecclesiæ pro se, & omnibus filiis, comprehendit etiam omnes
45 fœminas; Rota *par.* 17. *dec.* 182. *n.* 3. Sic pariter Emphyteusis concessa pro filiis natis, & nascituris, comprehendit etiam
46 fœminas; Rota *par.* 17. *dec.* 123. *n.* 24. Clausula *quibuscumque* posita in Emphyteusi Ecclesiastica comprehendit omnes extraneos tam masculos, quam fœminas; Rota *par.* 17. *decis.* 225.
47 *num.* 12. & *seq.* In concessione facta de illis, qui sunt de generatione masculina, veniunt etiam fœminæ, secus si sit facta usque ad tertiam generationem masculinam; *Annot. ad de-*
48 *cis.* 199. *num.* 166. & 167. *part.* 8. Ubi fœminæ succedunt in Emphyteusim, admittuntur etiam nepotes ex eis, Rota *par.* 17. *dec.* 46. *num.* 3. Imo admittuntur etiam fœminæ descendentes in Emphyteusi Ecclesiastica concessa fœminæ pro
49 se & filiis; Rota *par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 737. *num.* 1. & 2. Quia Emphyteusis de sui natura transitoria ad fœminas, sicut transit in masculos, ita etiam transit ad descendentes fœminas, &
50 fœminarum; Rota *par.* 17. *dec.* 46. *num.* 2. Itaut in Emphyteusi stipulata pro te, tuisque filiis, & descendentibus legitimis, & naturalibus, veniant etiam nepotes ex filia; Rota
51 *par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 371. *num.* 3. Imo in concessione facta pro te, filiis, & descendentibus per virilem sexum venit Neptis ex filio masculo; Annotat. *ad dec.* 199. *numer.* 194. & *sequent.*
52 *part.* 8. Sic appellatione descendentium per virilem sexum veniunt fœminæ, dummodo descendant a masculo; Rota *part.* 4. *tom.* 2. *dec.* 420. *num.* 16. Et appellatione filiorum con- 53
tinentur etiam fœminæ in Emphyteusi utili Ecclesiæ; Rota *par.* 17. *decis.* 182. *num.* 2.

In Emphyteusi concessa simpliciter ad tertiam generatio- 54
nem primus acquirens uti generatus ab aliquo numerandus est in prima generatione, ejus vero filius in secunda, Nepos autem in tertia; Rota *part.* 11. *decis.* 355. *numer.* 3. Unde talis 55
Emphyteusis concessa simpliciter ad tertiam generationem, incipit a primo acquirente, & terminatur in Nepotibus; Rota *part.* 11. *dec.* 357. *num.* 47. Præsertim si sit Emphyteusis Ec- 56
clesiastica, quæ conceditur solum pro tribus personis extensive ad solos nepotes, comprehensa prima persona receptoris; Rota *par.* 1. *dec.* 351. *num.* 1. *par.* 5. *tom.* 1. *dec.* 314. *num.* 10. *par.* 11. *dec.* 357. *num.* 40. *par.* 12. *dec.* 34. *nu.* 12. *par.* 14. *decis.* 195. *num.* 19. & 20. *par.* 16. *dec.* 218. *num.* 1. & Annotat. *ad dec.* 199. *a n.* 103. *usque ad num.* 141. *par.* 8. Quandoque 57
tamen Emphyteusis etiam Ecclesiastica ad tertiam generationem concessa comprehendit Pronepotes, ut V. Gr. quando fuit concessa ad tertiam ejus, seu ipsius generationem, quo casu generatio incipit in ejus filiis, & terminat in pronepotibus; Rota *par.* 3. *dec.* 211. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 94. *n.* 1. *dec.* 281. *num.* 1. & *dec.* 407. *num.* 2. & *par.* 14. *dec.* 463. *n.* 5. Vel quando in concessione adest pronomen *eorum*, quod 58
tamquam discretivum operatur exclusionem personæ, cui adjicitur, & sic generatio incipit a filiis, & terminat in Pronepotibus; Rota *par.* 17. *dec.* 221. *num.* 1. Vel quando est con- 59
cessa pro filiis, & ad eorum tertiam generationem, tunc enim primi acquirentes censentur filii, & Pater consideratur tamquam instrumentum, & minister filiorum, & dictio *eorum* est separativa primi acquirentis a tribus generationibus, pro quibus facta fuit stipulatio; Rota *par.* 12. *dec.* 34. *num.* 18. 19. & 20. Vel quando concessa fuit ad tertiam generationem comple- 60
tam, vel finitam; Rota *par.* 1. *dec.* 305. *numer.* 2. & *par.* 5. *tom.* 2. *dec.* 513. *num.* 1. nisi præcesserit expressa determinatio, seu designatio personarum; Rota *par.* 14. *dec.* 195. *numer.* 9. 22. & *seq.* quia si præcesserit determinatio, seu designatio personarum, dicendo V. G. pro ipso recipiente, filiis, & nepotibus ad tertiam generationem completam, vel finitam, tunc illa adjectio *completam* vel *finitam* deberet intelligi solum demonstrative, non autem argumentative; repeteret enim solum per compendium personas ante designatas, & determinatas; Rota *par.* 5. *tom.* 2. *dec.* 513. *num.* 18. 19. & 20. In Emphyteusi Ecclesiastica dato casu, quod instrumentum 61
diversimode cantaret, ac Beneplacitum Apostolicum, deberet potius attendi tenor Beneplaciti Apostolici, quam tenor instrumenti; Rota in Senensi Prædii coram Seraphin. *decis.* 868. *per tot. confirmata coram Cipsio* 7. *Maji* 1590. & *part.* 12. *recentior. dec.* 34. *numer.* 48.

Novissimæ additiones ex aliena manu.

MAteria in Foro frequentissima est ea de qua agit, & quidem recte *Auctor a num.* 54. *ad plur. sequent.* nimirum, quando Persona primi Acquirentis enumeranda sit in Emphiteusi concessa ad tres generationes. At nihilominus illustranda magis est materia hæc Actum de ipsa ex professo fuit a Rota *in Ferrarien. seu Ravennaten. Emphitheusis* 19. *Junii* 1750. & in confirmatoria 7. *Decembris ejusdem anni* 1750. *cor. clar. mem. Caprar.* Ex hisce *decisionibus* quæ veluti magistrales in subjecta materia sunt, sequentia excerpsimus. 2

I. Si Emphitheusis concessa sit Titio usque ad tertiam ge- 3
nerationem, numeratur Persona primi Acquirentis.

II. In Emphitheusi concessa Titio, & ejus discendentibus 4
usque ad tertiam generationem, neutiquam numeratur Persona primi Acquirentis.

III. Concessa Emphitheusi Titio pro se Filiis & Nepoti- 5
bus usque ad ejus tertiam generationem inclusive completam & finitam, Persona primi Acquirentis enumeratur.

Ratio a Rota in dicta prima *decisione* §. 7. hæc redditur 6
quod = *specifica Personarum & Graduum enumeratio nempe primi Investiti Filiorum & Nepotum, dubio procul demonstrat quod Emphitheutica concessio egredi non debet Personas eorumdem Nepotum. Unde subsequentia verba nimirum = usque ad tertiam ejus generationem inclusive completam & finitam = de diametro pugnarent cum literali pacto durationi concessionis adjecto, si acciperentur in sensu exclusivo primi Acquirentis, ut inde enumeratio graduum protendatur ad Pronepotes; Id quod esset absurdum, pro quo vitando ea sumenda est interpretatio per quam posteriora verba non repugnent, sed accessoria*

famu-

33 *decr. Altoviti pag.*252. Causa assertæ servitutis contra Emphyteutam Mensæ Episcopalis, spectat ad Curiam Ecclesiasticam ; *Ead. Sac.Congreg. in Tiburtina* 16. *Januarii* 1691. *lib.*
34 *decret. Martelli pag.*719. Non gaudent Emphyteutæ bonorum Ecclesiasticorum immunitate ab onere personali unius corbæ frumenti ; *Ead. Sac. Congreg. in Faventina* 14. *Decemb.*1688.
35 *lib. decret. Martelli pag.*388. Emphyteuta Ecclesiæ non potest declinare forum Ecclesiasticum respectu solutionis Canonis, vel quando agitur de Dominio Ecclesiæ ; *Ead. Sac. Congreg. in Casalen.* 14. *Februar.*1628. *lib.*1. *decr. Paul. pag.*84. Bona Ecclesiarum, & Locorum piorum in Emphyteusim laicis concessa, sive Canones, qui pro dictis bonis solvuntur, sunt
36 tenues, sive correspondentes fructibus, sunt exempta ab omnibus oneribus, & impositionibus laicalibus ; *Ead.S.Cong. in Oppiden.*23. *Julii* 1652. *lib.*4. *decret. Paul. pag.*191. *in Papien.* 24. *Augusti*,1694. *lib.*1. *decret. Valleman. pag.*141. Vineæ;
37 & Terræ Emphyteuticæ Ecclesiæ non comprehend untur sub Edictis, & aliis similibus publicatis a Laicis, sed sunt prorsus exemptæ ; *Sac.Congr. in Montisfalisci* 23. *Augusti* 1632. *lib.*2.
38 *decret. Paul. pag.* 361. Bona Emphyteutica Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum non possunt a Laicis collectari ; *Ead. Sac. Congreg. in Capacen.* 27. *Augusti* 2627. *lib.*1. *decret. Paul.pag.*62. *in Balneoregien.* 14. *Febr.*1633. *lib.*2. *decret. Paul. pag.*149. *in Senogallien.* 18. *Decemb.*1668. *lib.*1. *decret. Altovit. pag.*303. *&* 3. *Julii* 1696. *lib.*2. *decret. Valleman. pag.*34.

Novissimæ additiones ex aliena manu.

1 QUod ait *Auctor num.* 7. videlicet posse Emphitheutam repetere melioramenta finita Emphitheusi, id intellige si finiatur Emphiteusis sine culpa ipsius Emphiteutæ. Ceterum si Emphiteusis finiatur ex Emphiteutæ culpa,
2 puta quia alienavit sine consensu Domini directi, &c. nequit ipse Emphiteuta melioramenta repetere. *Befold. delibat. Jur. ex libr.* 6. *Pandect. quæst.* 11. *Anton. Fab. in Codic. Libr.*4. *titul.*43. *definit.*24. *Wurmser. Practic. observat. titul.* 34. *observ.*2. *Rot. in Albanea Devolutionis* 18. *Junii* 1734. *cor. bon. mem. de Vais.*

3 Nec indistincte admitti potest ; quod asserit *Auctor. n.*30., nimirum locum esse diminutioni annui Canonis ex damno in
4 substantia rei, si ipse magnus sit. Videndum quomodo fue-
5 rit Canon reservatus. Si enim reservatus sit Canon in recognitionem directi dominii, tametsi magnus sit, & fere fructibus respondeat, non esse locum ejus diminutioni ex damno in rei substantia respondit Rota *in Romana domorum super reductione pensionis* 17. *Januarii* 1746. §.2. 3. *&* 13. *cor. bon. mem. Lana.*

ARTICULUS III.

Emphyteusis quoad ea, quæ concernunt Dominum directum, seu Proprietarium.

1 DOminus directus esse, seu in Emphyteusim dare potest omnis ille, cui præter dominium competit libera rerum suarum administratio ; *Sic communis Doctorum arg. leg. In re mandata Cod. Mandati.* Hoc ipso enim, quod quis liberam habet potestatem disponendi de rebus suis, potest de iis disponere per quemcumque contractum licitum, qualis est
2 Emphyteusis ; Sive sit persona privata ; *l.*1. *& tit. de Jure*
3 *Emphyteutico* ; Sive sit integra Civitas, aut alia Communitas Dominium in communi habentes ; *l.*1. §.1. *ff. si ager vectigalis.* Sive sit Prælatus, aut Communitas Ecclesiastica ; dummodo requisitæ a Jure adhibeantur solemnitates ; *Cap. Apostolicus* 13. *causf.*12. *quæst.*2. *cap. Nulli* 5. *de rebus Eccles. non alie-*
5 *nand. & Extravagant. Ambitiosæ eod. tit.* Hinc quia libera administratione rerum suarum non gaudent, nequeunt in Emphyteusim concedere pupilli, & minores sub Tutoribus & Curatoribus constituti ; *arg. leg. Non solum* 4. *& leg. Etiam* 13.
6 *Cod. de prædiis &c. Minor. sine decreto*, Neque ipsi Tutores, & Curatores bona Pupillorum, & Minorum in Emphyteusim concedere possunt sine decreto, & auctoritate Judicis, quia in Jure specialiter cavetur, ne hoc sine Decreto, & auctoritate Judicis attentent ; *cit. l. Etiam* 13. *& toto tit. C. de prædiis &c. Minor. sine decreto.*

7 Dominus directus potest omnia sibi bene visa facere in re Emphyteutica, dummodo non impediat Dominium utile.
8 Rota *part.*8. *recentior. dec.* 40. *num.* 6. Dominus directus potest privare Emphyteutam re Emphyteutica, si per integrum triennium de Emphytheusi Laicali, vel per biennium de Emphyteusi Ecclesiastica non solvit debitam pensionem, textu expresso de Emphyteusi Laicali *in leg.*2. *Cod. de Jure Emphyteutico*, & de Emphytheusi Ecclesiastica *in cap. Potuit Emphyteuta* 4. *de locato, & conducto*, ibi : *Cessando a solutione Canonis per biennium*. Et hoc procedit etiamsi Emphyteuta pro 9
solutione pensionis, seu Canonis non fuerit interpellatus, ut expresse statutum est in *dict. cap. Potuit*, ibi : *Non obstante, quod ei, ut Canonem solveret, non extitit nunciatum, cum in hoc casu dies statuta pro Domino interpellet*. Excipiuntur 10
tamen aliqui casus, in quibus ob non solutum Canonem, seu pensionem Emphyteuta non cadit in commissum, & privari non potest a Domino directo, Primo igitur excipitur, quando nulla culpa intercessit Emphyteutæ ; v. g. quando canonem non solvit ex ignorantia, vel alia hujusmodi justa causa, ut si hæres succedens ignoret rem esse Emphyteuticam, vel etsi sciat esse Emphyteuticam, nesciat se teneri ad annuam pensionem, seu Canonem ; *Sic communis Doctorum*, quia ubi culpa non est, neque pœna commissi locum habere debet. Secundo excipitur, quando ipse Dominus ex alia ratione tantumdem debet Emphyteutæ, quia saltem in materia odiosa, & ad evadendam pœnam compensatio hujusmodi locum habet *Sic communis Doctorum*, teste Molina *disp.* 453. *num.* 10. *arg. leg. Si constat* 4. *Cod. de compensat.* Tertio excipitur, quando Dominus Canonem, seu pensionem loco, & tempore debito ab Emphyteuta oblatum non acceptavit, quia in tali casu per Emphyteutam non stetit, quo minus pensionem, seu Canonem solveret ; *Communis*. Quarto excipitur, quando Dominus postquam Emphyteuta pœnam commissi incurrit ob neglectas pensiones, sequentis temporis pensiones acceptat ; tunc enim præsumitur jus revocandæ Emphyteusis condonare ; teste Julio Claro §. *Feudum quæst.* 49. *num.* 10. Quinto excipitur, quando Emphyteuta præsertim in Emphyteusi Ecclesiastica post tempus elapsum purgavit moram ; *arg. cap. Potuit Emphyteuta* 4. *de locat. & conduct.*, ibi : *Nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuisset*.

In Emphyteusi autem Laicali, quamvis de rigore Juris 11
nulla Emphyteutæ competat facultas purgandi moram, nihilominus ex æquitate, etiam in ista purgatio moræ admittenda videtur ; Julius Clar. §. *Emphyteusis quæst.* 8. *num.* 15. Bald. *in leg. Si pacto quo penam, Cod. de Pactis*, Sarmient. *lib.*3. *select. interpret. c.*5. Pirhing *lib.*3. *Decretal. tit.* 18. *num.*37. Reiffenstuel *ibid. num.*202. & alii, quos citat Jason *arg. leg. Si servum* 91. §. *sequitur* 3. *ff. de verbor. obligat.* ubi expresse statuitur, *quod si quis sit in mora solvendi, moram ex æquitate purgare possit. Æquitas autem est præferenda rigori Juris*, ut dicitur *ibidem*, sicut *leg. Placuit* 8. *Cod. de Judiciis*, ibi : 12
Placuit in omnibus rebus præcipuam esse justitiæ, æquitatisque, quam stricti Juris rationem. Quantum autem tempus ad purgandam moram concedatur, cum in Jure non habeatur statutum, & controvertant inter se Doctores, ut notat Glossa *in cit. cap. potuit, verb. Cleri*, ubi dicit aliquos velle, quod sit tempus decem dierum, eo quod hoc tempus in Jure modicum dicatur ; *leg. Promissor* 21. §. 1. *ff. De Pecun. constit.*, ibi : *Modicum tempus statuendum est non minus decem dierum*, & alios velle, quod sit tempus usque ad litis contestationem, per varia Jura adducta, ibi : *sub. verb. Cleri*, & alios velle, quod sit tempus ante sententiam per jura *ibidem adducta*. Hinc cum nullum ad hoc sit a Jure determinatum tempus relinqui videtur determinandum arbitrio Judicis, eo quod ordinarie loquendo, quando quæstio est de termino *celeriter statim*, & hujusmodi, temporis definitio relinquatur Judicis arbitrio, ut notant Abbas *in dict. cap. Potuit num.*12. Reiffenstuel *loc. cit. num.*200. Jul. Clarus *loc. cit. num.*15. ubi testatur hoc esse de communi aliorum.

Dominus directus potest privare Emphyteutam re Emphy- 13
teutica, si absque suo consensu, & absque debitis Juris conditionibus assignatis *articul. antecedent. sub num.* 13. vendat Emphyteusim, textu claro *in cit. leg. ultim. Cod. de Jure Emphyteutico, & cit. cap. Potuit* 4. *de locato, & conducto*. Cum hac tamen advertentia, quod si Emphyteuta vendat, seu alienet sine consensu Domini totam rem Emphyteuticam, potest tota privari ; si alienet solam partem, tota ipsa parte privari potest. *arg. cap. Si Vassallus unic. de Vassallo, qui contra Constitutionem Lotharii tit.* 38. *lib. Feudorum*, ibi : *Si Vassallus contra Constitutionem Lotharii Regis Beneficium alienaverit ; si totum, perdat totum ; si partem, partem perdat, & ad Dominum revertatur*. Non enim debet quis puniri ultra, quam delin-

deliquit ; Jul. Clarus *lib.* 4. *sentent.* §. *Emphyteusi quæst.* 13. *num.*10. ubi ait hanc sententiam esse communiorem, & æquiorem. Pirhing *lib.*3. *Decretal. tit.*18. *num.*42. *verf. Notandum tertio*, Zoesius *eod. titul. num.*98. Alexander *in consil.*99. *Visis processibus col. final. vol.*5. Annotat. *ad decis.*56. *num.*18. *p.*2. *tom.*2. *Rotæ recentior.* & alii contra Silvestrum verb. *Emphyteusis quæst.*5. Molinam *disput.*459. & Rossignolum *de Emphyteusi prænot.*7. *sect.* 3. *num.* 11. volentes non improbabiliter, quod Emphyteuta possit privari tota re Emphyteutica, etiamsi
14 alienet solum partem sine consensu Domini. Item Dominus directus potest privare Emphyteutam re Emphyteutica, si sua culpa lata, vel levi talis res fuit notabiliter deteriorata, imo potest eum cogere, ut id, in quo rem læsit, resarciat, textu expresso *in Authentic. Qui rem Cod. de SS. Ecclesiis*, ibi : *Qui rem in Emphyteusim acceptam fecerit deteriorem . . . . hac lege expelli potest, ut tamen id in quo rem læsit, resarciat.* sic com-
15 muniter Doctores. Quoties tamen expellendus est ab Emphyteusi, Emphyteuta non debet a possessione repelli, nisi inventa, & auctoritate Judicis ; *arg. leg. Creditores* ; *C. de pignor.*, ibi : *Creditores, qui non reddita sibi pecunia conventionis legem ingressi possessionem exercent, vim quidem facere non videntur. Attamen auctoritate Præsidis possessionem adipisci debent*. Unde etiam Domini directi nonnisi eadem auctoritate possessionem alteri auferre, & sibi dare debent, quia nemo sibi ipsi Judex esse debet ; *leg.* 1. *Cod. ne quis in sua causa judicet*. Tum quia si quivis propria auctoritate Emphyteutam a possessione expelleret, passim scandala, & rixæ orirentur, & ideo *l. Non* 176. *ff. de Reg. Jur.* fuit provide statutum, ut sequitur : *Non est singulis concedendum, quod per Magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi*.

16 Dominus directus, quoties Emphyteusis transit de uno ad alium, potest a novo Emphyteuta propter investituram, quam ei impertitur, laudemium exigere ; textu expresso *in leg.*3.
17 *Cod. de Jure Emphyteutico*. Laudemium sic dictum, ex quo Dominus directus suo consensu, & auctoritate approbet, ac veluti laudet talem translationem factam, de Jure communi est quinquagesima pars pretii, quo bonum Emphyteuticum æstimatur ; *cit. leg.*3. *Cod. de Jure Emphyteutico*, ibi : *Quinquagesimam partem pretii, vel æstimationis loci, qui trans-*
18 *fertur, accipere liceat Domino*. De consuetudine tamen alicubi trigesima, alicubi vigesima, & alicubi etiam decima pars pro laudemio dari solet, unde servanda est in hoc loci
19 consuetudo ; *arg. c. Cum tanto* 11. *de consuetud.* Tale autem laudemium non est mensurandum secundum valorem, quem res habebat, quando primo tradita est in Emphyteusim ; sed secundum eum, quem res habet pro illo tempore, quo in alium transfertur ; *cit. l.*3. *Cod. de Jure Emphyteutico*, ubi præscribitur, ut mensuretur dicta quinquagesima pars juxta mensuram pretii, quo æstimatur res Emphyteutica, adeoque si crescit mensura pretii, crescit etiam quinquagesima, vel trigesima, vel vigesima pars ejusdem.

20 In variis casibus transit Emphyteusis de uno ad alium, & non est solvendum laudemium ; Primo quando defuncto Emphyteuta, Emphyteusis jure hæreditariæ successionis transit ad hæredem necessarium, ut de Patre in filium ; *Authent. de hæredibus* ; *Et communis Doctorum*. Et ratio est, quia laudemium datur pro ea investitura, & immissione novi Emphyteutæ in possessionem ; *citat. leg.* 3. *Cod. de Jure Emphyteutico*, quando autem Emphyteusis transit ad hæredem necessarium, non est opus nova investitura & immissione in possessionem, cum hæres auctoritate propria possit a-
21 dire hæreditatem, adeoque &c. Secundo quando plures habentes rem Emphyteuticam in communi, eam inter se dividunt proportionaliter in singulis ; talis enim divisio videtur
22 necessaria ; *leg.*22. *Cod. Mandati*. Et sic tenet communis Doctorum. Tertio quando ante hæreditatem, venditio Emphyteusis iterum rescinditur ; *Sic communis* cum Barbosa *in c. Potuit Emphyteuta* 4. *de locat. & conduct. num.*38. Et ratio est, quia Laudemium, seu Honorarium datur propter novam investituram, & immissionem in possessionem, quæ nova investitura non datur, ut de se patet, cum ante traditionem rescinditur venditio. Emphyteuta enim remanet adhuc in pacifica possessione Emphyteusis ratione primæ investituræ. Quarto quando res Emphyteutica transfertur ex necessitate
23 dotandi filiam, cum aliunde non habeatur quo dotari possit ; Sic Doctores communiter cum Barbosa *loc. cit.* & Bartolo *in leg. Et ideo ff. de cond. furt.* & ratio est, quia laudemium dum-taxat debetur ex alienatione voluntaria, & non necessaria,

qualis est illa dotandi filiam, quam Pater necessario dotare debet, textu expresso *in leg. ultima Cod. de Dotis promissione*.

Novissimæ additiones ex aliena manu.

DE eo gravis est quæstio an assumpta ab Emphitheuta obligatione aliquid in re emphitheusi faciendi intra præfinitum tempus sub pœna devolutionis, eoque non facto, locum sibi vindicet devolutio Emphitheuta non interpellato ?

Affirmandum videretur ex notissima illa Regula quod in 1
obligationibus in quibus appositus est, dies ipse interpellare dicatur pro Homine.

Sed contrarium resolvit *Rot. in Romana Devolutionis* 8. *Junii* 1744. *coram bon. memor. Lana* Regulæ vero illi ita §.5. respondet : *Regula vero hæc quod sine ulla admonitione sit locus pœnæ conventionali procedere visum fuit tantummodo ad* 2
effectum inducendi obligationem, nempe ut quis, ubi pervenerit dies præfixus solutionis, teneatur ad interesse sive ad fructus conventos non quidem per viam pœnæ sed solum ratione moræ, prout in casu non solutionis Canonum, ac etiam in casu, Alienationum, antequam locum habeat cadutius &c. nec non in omnibus aliis Contractibus, in quibus purgatio moræ non admittitur &c. nunquam vero locum sibi vindicat in pœnalibus ad durum effectum Caducitatis, in quo casu dies non interpellat pro Homine, sed ut pœna incurratur necessaria est præcedens interpellatio.

Regula est quod Dominus directus in venditione rei em- 4
phitheuticæ valeat vel soluto pretio habere prælationem vel petere Laudemium, At Regula hæc duas patitur exceptiones. Prior est si Dominus directus jam petierit laudemium. Hac enim peritione renunciasse censetur competenti si- 5 6
bi prælationi. Altera si agatur de Emphitheusi, in cujus instrumento fuit concessa libera facultas alienandi. Neque obstat si in eodem instrumento fuerit prohibita alienatio irrequisito Domino directo. Duplicitur enim consensus à Do- 7 8
mino directo præstari potest, et ante alienationem, & post alienationem, atque in hac Hypothesi secundus consensus necessarius est, qui prælationem haud tribuit. Ita decidit 9
Rot. in Romana Prælationis 16. *Junii* 1738. *coram bon. mem. Canilliac*.

EMPTIO, ET VENDITIO.

ARTICULUS I.

Emptio, & Venditio quoad suum esse, & a quibus, ac de quibus fieri possit, & debeat, vel non ?

EMptio *est pactio pretii pro merce*. Venditio *est pactio mercis pro pretio* ; *l.*1. *ff. de contrahenda emptione*. Vel emptio *est contractio rei pro pretio*. Venditio vero *est distractio rei pro pretio* : *l.*1. *Cod. de rescindenda venditione*. Sensus integer, & clarus definitionis est iste : *Emptio, & Venditio est contractus mutuo consensu initus ultro, citroque obligatorius de determinata merce pro determinatio pretio, & e contra de determinato pretio pro determinata merce tradenda. Est in re communis* ; *arg. cit. l.*1. *ff. de contrahenda empt., & vendit.* Di- 2
citur primo *contractus mutuo consensu initus*, quia emptio, & venditio essentialiter perficitur mutuo consensu de tali pretio pro tali merce, dando, & accipiendo, non enim requiritur actualis traditio pretii pro merce, & e contra, sed solus sufficit mutuus contrahentium de hoc faciendo consensus, textu expresso *Instit. de empt. & vendit. in princip.* ibi : *Emptio, & venditio contrahitur simul atque de pretio convenerint, quamvis nondum pretium numeratum sit*. Dicitur secundo *ultro, citro-* 3
que obligatorius, quia uterque contrahentium ex tali contractu obligatur, emptor quidem ad tradendum pretium conventum, venditor autem ad tradendam mercem venditam ; *l. Ex empto* 11. §.1. *ff. de action. Empti* ibi : *Cum nihil magis bonæ fidei congruat, quam id præstari, quod inter contrahentes actum est*. Dicitur tertio *de determinata merce pro determinato* 4
pretio, & e contra de determinato pretio, pro determinata merce tradenda, quia ad hoc ut valeat emptio, & venditio, debet determinata merces pro determinato pretio vendi, &

emi, aliter nullus erit contractus, *l. Quod sæpe* 35. §. *de contrahenda emptione*. Nomine autem mercis venit quælibet res pretio æstimabilis, sive sit mobilis, sive immobilis, sive sit actio, sive jus, sive officium, sive hujusmodi; *l. Si in emptione* 24. §. *Omnium* 1. *ff. de contrahend. emption.* Nomine vero pretii venit solus nummus, seu numerata pecunia; §. *Item* 2. *Instituti de emption., & vendit.* ibi: *Pretium in numerata pecunia consistere debet*. Pretium enim definitur, quod *sit pecunia Valori rei commensa*.

7 Nummum a Numa Rege, qui nummos primum apud Latinos imaginibus notavit, & titulo nominis sui præscripsit, vocatum tradit Isidor. *lib.*16. *Orig. cap.* 17. ut refert Calvinus *verb. Nummus*, ubi infra subjungit: *Quid tamen si vocem latinam a verbo, & ipso latino derives, nempe a numero; nam nummi functio, non minus opinor, numero constat, quam pondere*. Pecunia vero ex S. Augustino relato *in Cap. Tuam* 6. *caus.* 1. *quæst.* 3. dicta est a pecoribus, ibi: *Ideo autem pecunia vocata est, quia antiqui totum, quod habebant in pecoribus habebant*. Unde nummi appellatio strictior est quam pecuniæ; *leg. Litigatores*, §. *Quod ait Prætor, de arbitris, leg.* 1. *de contrahend. emption.* Calvin. *loc. citat.* Ubi nummus, seu pecunia non intervenit, sed res una pro altera; merx pro merce datur, permutatio, vel alius contractus, non autem emptio, & venditio erit; *arg. leg. Origo* 1. *ff. de contrahend. emption.* ubi etiam emptionis, & venditionis nummi, seu pecuniæ, & pretii origo narratur his verbis: „ Origo emendi, „ vendendique a permutationibus cœpit. Olim enim non ita „ erat nummus, neque aliud merx, aliud pretium vocaba„ tur; sed unusquisque secundum necessitatem temporum, „ ac rerum, utilibus inutilia permutabat, quando plerumque „ evenit, ut quod alteri superest, alteri desit, sed quia „ non semper, nec facile concurrebat, ut cum tu haberes, „ quod ego desiderarem, vicissim haberem, quod tu ac„ cipere velles: electa materia est (pecunia nempe, „ seu nummus) cujus publica, & perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis subveniret, „ Eaque materia, forma publica perçusa usum, dominium„ que non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate; „ Nec ultra merx utrumque, sed alterum pretium vocatur.

11 Pretium id appellari Varro auctor est, quod æstimationis, emptionisque causa constituitur, dictum quasi *peritium*, quia statui debet ex opinione communi eorum, qui istarum rerum periti sunt, non prout cuique videtur. *Gædd. ad Leg. Hæc verb.* 192. *num.* 2. *ff. de verb. signific.* Revard. *Leg. Imaginar. venditio, ff. de Regul. Juris*, Calv. *verb. Pretium*.

12 Pretium generaliter loquendo est duplex, scilicet legitimum, seu legale, & naturale, seu vulgare; Legitimum, seu legale, sic dictum a lege, est illud, quod a lege publica, seu decreto Principis, vel Magistratus habentis ad id potestatem, omnibus prudenter, & attente consideratis, pro communi totius Reipublicæ bono taxatur. Pretium naturale, seu vulgare est, quod non a lege publica, seu decreto Principis, aut Magistratus, sed communi ac prudenti hominum æstimatione constituitur, considerata non solum ipsa rei natura, sed etiam ejusdem utilitate, vel necessitate, abundantia, vel penuria, ipsaque hominum affectione, *arg. l. Pretia rerum* 63. *ff. ad l. Falcid.* Quia tamen diversa est hominum opinio, & consequenter diversa rei æstimatio, hinc hoc pretium non consistit in indivisibili, seu in certa, ac determinata pecuniæ quantitate uti pretium legitimum, seu legale, sed patitur latitudinem pretii infimi, seu pii, pretii medii, seu moderati, & pretii summi, seu rigorosi; quod idem est ac dicere quod pretium naturale, seu vulgare dividitur in infimum, seu pium, in medium seu moderatum, & in summum, seu rigorosum.

13 Pretium infimum, seu pium est infra quod non potest juste res emi. Pretium summum, seu rigorosum est supra quod non potest juste res vendi. Pretium medium est supra quod juste potest res vendi usque ad pretium summum, & infra quod potest res juste emi usque ad pretium infimum. Quantam autem latitudinem patiatur hoc pretium naturale, seu vulgare ob varia hominum judicia, nequit omnino certa & determinata mathematica regula statui: Hoc solum certum videtur, nempe res pretiosiores majorem pati latitudinem, & viliores minorem; Unde si pretium rei medium sit 10. summum erit 11. cum dimidio, & infimum 8. cum dimidio, & erit latitudo trium graduum; Si autem medium sit 100. summum erit 105. & infimum 95. & erit latitudo decem graduum; Et sic proportione servata regulanda sunt pretia; sed semper cum dependentia a Judicio prudentis consideratis circumstantiis, seu ut in foro, & communibus negotiationibus sine fraude apparet.

Quodvis trium horum pretiorum justum est ac licitum; Unde quandiu emptio, & venditio sit intra limites pretii summi, & infimi, est justa, & licita in utroque foro, quamvis eadem res specifica ab aliis infimo, ab aliis medio, & ab aliis summo pretio vendatur, & respective ematur. Scotus *in* 4. *dist.*15. *quæst.*2. *art.*2. Navarr. *in Manual. cap.*23. *numer.* 7. Layman *lib.*3. *trat.*4. *cap.*17. §.1. *num.*4., & communis aliorum. In foro conscientiæ omnis venditio notabiliter excedens pretium summum, seu rigorosum, & omnis emptio non attingens pretium infimum, seu pium, est injusta, & illicita, & per restitutionem ad æqualitatem reducenda. S. Augustinus *lib.*3. *de Trinitat. cap.*3. S. Thomas *quæst.* 77. *art.*1. Scotus *in* 4. *dist.*15. *quæst.*1. S. Antonin. *part.*2. *tit.*1. *c.*16. §.3., & communis aliorum, & colligitur ex Levit. *cap.* 25. *num.*14., ibi: *Quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum*; & ex Apostolo 1. *ad Thessalon.*4., ibi: *Ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus de iis omnibus*. Unde S. Augustinus *loc. citat.* ait, *Velle vili emere, & caro vendere, utrumque vitium est*. Nec faciunt contra nostram conclusionem Legislatorum placita, quibus dicitur licitum esse contrahentibus in emptione, & venditione se invicem circumvenire, seu decipere, & quod res tanti valet, quanti vendi potest, juxta vulgare Jurisstarum dictum; Quia statim respondetur hoc totum verum esse intra limites justi pretii, ita ut venditor rem summo pretio vendere, & emptor infimo pretio emere possit, ut recte respondent Lessius *lib.*1. *cap.*21. *dub.*1. *num.*13. Reginald. *lib.*25. *num.*309. Covarruv. *lib.*2. *var. res. cap.*3. *numer.* 2. Navarr. *cap. Qualitas num.*45. *de pœnit.* Layman *loc. cit. numer.* 5. Reiffenstuel *loc. cit. num.*122., & alii. Vel respondetur, quod hoc est permissum, seu toleratum solum in foro externo, in quo, ut mox dicetur, non puniuntur contrahentes se invicem circumvenientes, seu decipientes, nec datur actio contra illos, nisi sit læsio ultra dimidium; Non autem in foro conscientiæ, nam in conscientia nemini licet proximum suum ne in obulo quidem decipere. Sporer *tom.*2. *trat.*6. *cap.* 5. *sect.*1. *num.*27. Molina *tom.*2. *disp.*349. Castrop. *de justit. commutat. disp.*1 *punct.*17. *num.*4. Lugo *disp.*26. *num.*82. Reiffenstuel *loc. cit. num.*122., & alii.

In foro externo utroque Jure, tam Civili, quam Canonico (ob vitandam litium multitudinem, cum quasi connaturale sit homini velle vili emere, & caro vendere) permittitur, & toleratur rem quovis pretio emere, & vendere, dummodo ex parte alterius non fiat læsio, seu deceptio ultra dimidium; non enim conceditur actio contra deceptorem, nisi alter ultra dimidium justi pretii sit deceptus, taliter quod neque dimidiam justi pretii partem receperit, ut si merx, quæ justo suo pretio valebat 10. aureis, fuit empta minus quinque aureis, vel vendita plus quidecim aureis, tunc enim competet contrahenti decepto actio adversus deceptorem, ut vel rescisso contractu mercem restituat, restituto ei pretio, vel stante contractu, justituto ei pretio, vel stante contractu, justi pretii defectum suppleat; sic habetur *leg.*2. *Cod. de rescindend. vendit.*, *& cap. Cum dilecti* 3., *& cap. Cum causa* 6. *de emption, & vendit*. Quamvis autem per mox citata jura beneficium illud rescindendi contractum ob deceptionem ultra dimidium justi pretii, expresse soli venditori decepto reperiatur concessum; tamen per æquiparationem etiam emptori decepto concessum intelligendum est, si ultra dimidium justi pretii deceptus sit. *Sic communis Doctorum*; ut tenent, & testantur Sporer *loc. cit. num.*28., & Layman *loc. cit. numer.* 6. Sic etiam quamvis non sit modica controversia, quomodo dimidium justi pretii computandum sit in emptore decepto, ex quo Abbas *in cit. cap. Cum dilecti* 3. *de emptione n.* 2. Fachin. *part.*1. *lib.*2. *controv. cap.*16. Arius Pinellus *part.*1. *cit. l.*2. *cap.* 3., & alii velint, quod emptor deceptus sit supra duplum, idest plus duplo solverit, quam solvere debuerat, V. G. supra aureos 20. si justum mercis pretium fuit 10. Tamen communis aliorum Doctorum sententia apud Molin. *tom.* 2. *disp.* 349. Layman *loc. cit. num.*7. Sporer *loc. cit. num.*28. tenet eodem modo, sicut in decepto venditore, ita etiam in decepto emptore dimidium computandum esse cum ordine ad justitiam pretii, aut si merx pretio summo valebat 10. aureis, & emptor solvit supra quindecim, contractus rescindendus sit, vel excessus justi pretii sit restituendus emptori decepto.

Pretium legitimum, seu Legale juste taxatum obligat omnes in utroque foro, & ipsum malitiose transgredientes, tam in emendo, quam vendendo peccant contra justitiam, et tenentur ad restitutionem. *Certa, & communis*. Et ratio est quia lex a Superiore legitimo justo lata obligat etiam in conscientia, juxta illud Apostoli *ad Rom. cap.*13. *num.*1. dicentis: *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit*, et mox infra *n.*5. *Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam*, ubi notanda est illa particula: *Propter conscientiam*, idest ut explicant Comentatores: *subditi estote non solum metu pœnarum, non solum propter iram, sed etiam ne peccatum, sed etiam propter conscientiam*. Unde *Cap. Quo jure* 1. *dist.*8. dicitur: *Ipsa jure humana per Imperatores, & Reges sæculi Deus distribuit humano generi*. Atque ideo *Generale pactum est societatis humanæ obedire Regibus suis*, ut dicitur S. Augustinus *lib.*3. *Confess. cap.*8. ac referetur *in cap. Quæ contra* 2. *dist.*8. Et Lex juste lata in materia violatæ justitiæ per vulgaria Juris, & communem Doctorum exigit restitutionem. Pretium juste taxatum observare tenentur etiam peregini, nisi specialiter eximantur; *Communis, & certa*. Et ratio est, quia pretium mercibus statutum pertinet ad contractus, *& ratione contractus forum regulariter quis sortitur, c. Licet* 20. *de foro competenti*.

Si manifeste constet pretium indebite, irrationabiliter, ac injuste taxatum esse, nemo in foro conscientiæ illud observare tenetur. Layman *loc. cit. num.* 3. Molina *loc. cit. disp.* 364. *num.*3. Lessius *lib.*2. *cap.*12. *num.*14., & alii communiter; & ratio est, quia talis lex injuste taxans pretium utpote injusta nullam in foro conscientiæ obligationem parit, cum ad hoc ut lex obliget in conscientia, debeat esse justa, honesta, & conveniens; textu expresso *in cap. Erit autem Lex* 2. *dist.*4. Hinc infertur, quod si Magistratus, vel ab eo deputati ex odio, vel passione, aut muneribus corrupti, vel errore, seu ignorantia seducti, pretium rerum injuste determinent; ut si Pistoribus V. G. taxetur pondus panis non secundum proportionem valoris tritici; aut si lex jubeat, ut frumentum superveniente sterilitate, eodem pretio vendatur, quo ante vendebatur, cum esset frumenti copia, & hujusmodi, & reduci ad æqualitatem cum valore mercis. Immo possunt in tali casu venditores, quando alio modo justum pretium obtinere nequeunt, mercibus aliam rem, vel eamdem specie, minus tamen bonam V. G. optimo tritico aliud mediocre, generoso vino aliud debile, vel etiam aquam, stamno plumbum immiscere, dummodo in modica solum quantitate sufficienti ad seipsos reddendos indemnes, & ita fiat, ut nullum exinde detrimentum emptoribus sequatur (a), & merx adhuc sit idonea ad usum, vel finem, pro quo emptori fit injuria, cum adhuc, uti supponitur, inter mercem, & pretium servetur justa æqualitas, ac justitia commutativa; Molina *loc. cit. disp.*353. *in fine*, Layman *loc. cit.* §. 2. *numer.*15. Lessius *loc. cit. cap.*21. *dub.*11. Lopez *part.*2. *instruct. cap.*42. Gabriel *in* 4. *dist.*14. *quæst.*10. *art.*3. *dub.*1. Silvest., *verb. Emptio quæst.*19. Bonacina *disp.*3. *de restit. q.*2. *punct.*4. *num.*7., *& punct.*6. *num.*17. Lugo, Conrad. & alii passim. *&c. num.*24. Requiritur tamen semper, quod certo, & manifeste constet pretium esse injuste taxatum; quia si solum sit dubium, an taxatio pretii sit justa, nec ne; tunc non licet taxatum pretium transgredi, quia tunc præsumendum est, legem taxativam esse justam, eique standum est etiam pro foro interno, eo quod universaliter in dubio præsumptio stet pro superiore; *arg. cap. Quid culpatur* 4. *caus.* 23. *quæst.*1., *& ibi Gloss. verb. Sacrilego*, & sic tenet communis Doctorum teste Molina *disp.*346. *n.*5.

Emptio, & venditio potest fieri ab omnibus, qui jure non prohibentur. *Communis, ac certa arg. Cap. Jan. nunc* 8. *caus.*28. *quæst.*1. *cap.*1. *de Procuratoribus in* 6. juxta illud vulgatum axioma Glossæ marginalis *in Cap. Inter corporalia* 2. *de translat. Episcop. verb. Non invenitur*, ibi: *Concessum intelligitur quod expresse non prohibetur*. Emere tamen, & vendere solius lucri, & negotionis gratia nequeunt Clerici, quia omnis negotiatio solius lucri causa Clericis est prohibita; *Cap. Consequens* 2. *cap. Episcopus* 3. *Cap. Prælatum* 4. *Cap. Canotum* 3. *Cap. Si quis*, 4. *& Cap. Quicumque* 9. *caus.*14. *quæst.*4. *Cap. Clerici Officia* 15. *de vit. & honest. Clericor. cap. Cum multa negotia* 1. *Ne Clerici, vel Monachi, & cap. Secundum* 6. *cod. intul. & Concil. Trident. sess.*22. *de reformat. cap.*1. Dicitur autem notanter *solius lucri, & negotiationis gratia*, quia ob suam, vel suorum necessitatem emere, & vendere valide, & licite possunt; sed de his vide *verb. Clericus art.* 3. *per tot.* Item provinciarum, & locorum Gubernatores, Præsides, Rectores, Vicedomini, Præfecti, Judices, & eorum officiales, ac ministri in ipsis locis, in quibus jurisdictionem exercent, emere non possunt nisi necessaria ad victum, & vestimentum, & usum quotidianum, ne videlicet horum potentia, & auctoritate plebei, & inferioriores terrefacti, coacte potius, quam libere contractus ineant, non sine magno Reipublicæ detrimento; *l. Unic. Cod. de contract. Jud. juncta l. Principalibus, & l. Præsidis, ff. si certum petatur*; *l. Non licet, l. Qui in Officiis ff. de contrahend. emption. l. Asfertur*, §. *Quod a Præside, ff. de Jure Fisci*. Hodie tamen tales leges videntur contraria consuetudine abrogatæ, cum fere ubique vigeat praxis, quod omnes supradicti non minus, ac alii libere emant, & vendant. Item Administratores rerum alienarum de jure nec per se, nec per alium emere possunt res illas, quas administrant, nisi id eis specialiter concedatur; *l. Non licet* 46. *de contrab. empt.* Item Tutores, & Curatores prohibentur emere bona Pupillorum & Minorum, quæ administrant.; *l.*34. §. *fin. ff. de contrab. emption. leg. Pupillus* §. *fin. ff. de auctor. Tutor.* Possunt tamen Tutores, & Curatores talia bona emere, & vendere cum auctoritate Judicis, & interventu propinquorum eorum Pupillorum, et Minorum; *l. Pupillus* 5. §. 2., *& sequent. ff. de auctorit. Tutor.* Sicuti etiam emere possunt a pupillis illi Tutores, qui non habent administrationem eorum bonorum, cum in ipsis non adsit occasio, et commoditas illos decipiendi, textu expresso *in l. Tutores* 6. *ff. de auctorit. Tutor.*, ibi: *Tutores quibus administratio decreta non est, tamquam extraneos, recte a pupillo emere placet*. Emere, & vendere non possunt Pupilli, & Minores, nisi accedat auctoritas Judicis, & consensus Tutorum, seu Curatorum; *leg. Quamvis* 32. *ff. de acquirend., & amittendum possession.*

Omnis res humano commercio subjecta emi, & vendi potest, nisi specialiter prohibeatur, textu expresso *in leg. Si emptione* 34. §. 1. *de contrab. emption.* ibi: *Omnium rerum, quas sui habere, vel possidere, vel prosequi potest, venditio recte fit. Quas vero naturæ, vel gentium jus, vel mores Civitatis* (adde, vel jus Divinum, Civile, Canonicum, aut statutum locale, ut cum aliis recte Azorius *lib.*7. *cap.* 5. *nu.*2.) *commercio exuerunt, earum nulla venditio est*. Hinc emi, & vendi possunt omnes res, sive mobiles, sive immobiles; *cit. leg. Si emptione*, & communis Doctorum. Item emi, & vendi possunt Nomina, idest jura, seu actiones, credita, debita, Chyrographa, etiam ignorante, & invito debitore, textu expresso *in leg. Nominis* 3. *C. de hæreditate, vel actione vendita*, ibi: „ Nominis venditio etiam ignorante, & in„ vito eo, adversus quem actiones mandantur, contrahi so„ let; & concordat *leg. Nomina* 17. *ff. de hæreditat. & action. vendit.* ibi: *Ea enim res est, quæ emi, & vendi potest*. Dummodo tamen talia Nomina, seu Jura, Credita, & hujusmodi sint certa, ac liquida, & liti nondum subjecta, nam incerta, illiquida, aut litigiosa vendi & emi non possunt; *l. Lite pendente* 2. *leg. Quicumque* 3. *leg. Censemus* 4. *Cod. de Litigiosis, & tot. tit. de rebus litigiosis*.

Officia publica temporalia, ut Præfecti, Cancellarii, Consiliarii, Judicis, Scribæ, Tabellionis, & hujusmodi, spectando leges positivas humanas vendi, & emi non possunt; Ita clare patet *ex Novella* 8. *cap.* 7. *leg. Nemo, Cod. Quæ res vendi non possunt, leg.* 14. *Cod. de re militari*, et ratio est, quia hujusmodi venditio, et emptio solet esse Reipublicæ per-

(a) Advertat hic prudens Confessarius, ne huic adhærendo opinioni præbeatur ven ditoribus ansa vitiandi merces, eisque alias non bonas quandoque plus æquo immiscendi; nam præter fraudem, quæ in tali mixtione committitur in damnum emptoris, quæve numquam est licita, opponitur etiam iis, quæ Deus præceperat *Deut.*25. vid. P. *Paul. Gabriel. Antoine moral. tom.*1. *tract. de Contractibus, quæst.*14. *cap.*5. Addo, ipsum quoque Constantinum Roncaliam, qui dixit, posse Confessarium permittere venditoribus, ut aliquid diminuant de quantitate, quando pretium taxatum est evidenter injustum; nihilominus in hoc valde cautos vult esse Confessarios ob rationes, quas affert in fine *capitis* 5. *dict. tract.* 13. *de contract. num.*2.

pernicioſiſſima, cum ſic ad officia applicentur non qui idonei, et digni, ſed ditiores plus offerentes, quamvis aliunde inepti, et incapaces exiſtant, qui una ſemel, quod officium, per pecuniam ſunt adepti, omnibus modis per fas, et nefas ſtudent pretium expenſum recuperare, quotidie juſtitiam ſui
39 Officii violantes: ſic docent Joannes Medina, Adrianus, et alii apud Card. de Lugo *tom. 2. diſput. 34. ſect. 3. num. 24. verb. Secunda ſententia*. Supradictis tamen legibus poſitivis non obſtantibus, ubi legitima introducta eſt conſuetudo, valide ac licite talia Officia publica temporalia vendi poſſunt, dummodo ut licite vendantur, ſerventur quædam conditiones mox aſſignandæ: Ita D. Thomas *in Epiſtola ad Ducissam Brabantiæ opuſcul. 21.* a qua de hoc dubio interrogatus fuerat, *Covarr. in Manuali cap. 25. num. 7.* La Croix *lib. 3. part. 2. num. 991.* Azorius *part. 3. lib. 8. cap. 7.* Caſtropalao *de juſtitia commut. diſput. 5. punct. 18. num. 13.* Thomas Sanchez *l. 2. conſil. cap. 1. dub. 37.* Vaſquez *opuſc. de benefic. cap. 2. §. 3. dubit. 14.* Turrianus *diſput. 23. dub. 2.* Diana *tom. 2. tract. 5. Miſcell. reſolut. 108.* Cajetanus, Silveſter, Armilla, Roſella, Navarra, Paludan., Salonius, Aragonius, Sotus, Tanerus, Silvius, Rebellus, Filiuccius, et fere communis aliorum, et ratio eſt, quia contra leges poſitivas humanas valida, et licita eſt conſuetudo legitime introducta: *cap. Cum tanto 11. de conſuetudine*.

40 Conditiones autem, quas, ut talis venditio licite fiat, aſſignant prædicti Doctores, ſunt ſequentes. Prima ut ſit auctoritas in vendente. Secunda ut vendantur dignis. Tertia ut non vendantur pretio adeo exceſſivo, ut neceſſe ſit emptorem officio abuti, ut pretium ſolutum ſibi compenſet. Quarta, ut id fiat ob Reipublicæ neceſſitatem, cui aliter conſuli bene non poſſit. Quintam addit Vaſquez, ut hi Officiales ſuis temporibus examinentur, et viſitentur, ut conſtet, an recte ſua officia exerceant. Denique addunt aliqui, Officium Judicis nunquam poſſe licite vendi, ut cum Soto, et aliis fatetur idem
41 Vaſquez, & idem cum aliis, quos affert, ſentire videtur Sanchez *loc. cit. num. 6.* Non deſunt tamen magni nominis Doctores, qui ſuſtinent, non ſolum Principes ſupremos poſſe valide, & licite ſervatis ſupradictis conditionibus talia officia temporalia vendere, ſed etiam valide & licite poſſe id facere alios inferiores de licentia Principis expreſſa, vel tacita, quæ tacita facultas præſumitur in multis caſibus, quos enumerat Sanchez *dict. cap. 1. dub. 38. a num. 10.* Unde circa hoc ſtandum eſt legitimæ cujuſque Regni, & Provinciæ introductæ conſuetudini; *argum. cit. cap. Cum tanto XI. de conſuetudine*. Dummodo tamen per abuſum vendendi talia officia perſonis minus idoneis, & pretio exceſſivo, non ſit conſuetudo inductiva culparum per quotidianas fraudes, & injuſtitias in nimium Reipublicæ detrimentum; talis enim conſuetudo nullibi, & nemini, quantumvis Principi ſupremo liceret, cum verius dicenda eſſet corruptela; *cit. cap. Cum tanto*, ibi: *Quacumque conſuetudine, quæ dicenda eſt verius in hac parte corruptela*.

42 Emptio & venditio fieri nequit de rebus mere ſpiritualibus, aut ſpiritualibus annexis; quia talis venditio eſſet Simoniaca *ex cap. Altare 14. & cap. Si quis 15. cauſ. 1. qu. 3.* Idem eſt de rebus ſacris, ſeu Sacratis qua talibus. Concordat Jus civile *Leg. Sed Celſus 6. leg. Hanc legem 22. leg. Littera 51. de contrahend. empt.* juncta *l. Sancimus, C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & clarius patet verb. *Simonia*. Item emptio. & venditio fieri nequit de rebus litigioſis; clare patet *ex toto titulo de rebus litigioſis, & l. Pendente 2. l. Quicumque 3. & l. Cen-*
44 *ſemus 4. Cod. de litigioſis*. Homo liber vendi, & emi non poteſt; *l. Si emptione §. Omnium rerum, ff. de contrahend. emption. §. 1. Inſtit. de inutil. ſtipul.* niſi tamen major 25. annis conſentiat; *§. 4. Inſtit. de Jur. perſonar.* Vel niſi ſit Filius,
45 qui a Patre in ſumma paupertate victus cauſa vendatur; quia *in titul. 2. Cod. de Patribus, qui filios diſtraxerunt*, conceditur Patri, *quod propter nimiam paupertatem, egeſtatemque victus cauſa filium, filiamque vendere poſſit*. Quod ipſum etiam de jure naturali licitum videtur, prout recte advertunt Covarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 14. num. 4.* Tiraquell. *lib. 1. de Retract. §. 26. num. 17.* & alii paſſim. Et ratio eſt, quia proles poſt Deum maxime obligatę exiſtunt Patri, unde naturæ omnino conveniens reputatur, ut proles ad contervandam vitam Pa-
46 tris, libertate privari ſe ſinat. Item nequit a Domino vendi ſervus, ut cum beſtiis pugnet; *L. Circumcidere, ff. ad l. Cornel. de Sicariis*; *l. Domini, ff. de contrahend. emption. l. Junia,*
47 *ff. de manumiſſionibus*. Arma, Equi, lignamina, funes, & alia hujuſmodi nequeunt vendi, & deferri ad Saracenos, Turcas, & alios Chriſtiani nominis hoſtes, & id facientes quicumque ſint, incurrunt excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini, ut expreſſe habetur in ipſa §. 7.

Ordinarie loquendo nemo invitus cogi poteſt ad vendendam 48
rem propriam; vel emendam alienam; *leg. Invit. 11. Cod. de contrahend. emption. leg. Nec. emere 16. Cod. de Jure deliberandi*, & communis Doctorum. Excipiuntur tamen aliqui caſus, in quibus poteſt quis cogi a legitimo Superiore ad vendendam rem propriam juſto pretio. Primus caſus eſt ob pu- 49
blicam neceſſitatem, vel inopiam v. gr. frumenti, aliorumque victualium ad quotidianum uſum, tunc enim cogi poſſunt Cives a Magiſtratu ad vendendam juſto pretio *arg. l. 1. §. Cura carnis ff. de Offic. Præf. Urbis l. Civitatum 2. Cod. Ut nemini liceat, l. 14. & 18. Cod. de operibus publicis*. Et in tali caſu 50
publicæ neceſſitatis cogi poſſunt ad talem venditionem etiam Clerici, non quidem a Judice Laico, ſed a proprio ſuo Eccleſiaſtico; *Sacr. Congreg. Immunitat. in Neapolitana 10. Novembr. 1694. In Caſalenſi 12. Febr. 1695. In Neocaſtren. 1. Decembr. 1696*. Secundus caſus eſt ob bonum publicum, aut fa- 51
vorem Religionis, v. gr. ſi fundus perſonæ privatæ neceſſarius ſit pro conſtructione, vel ampliatione Civitatis, Arcis, Viæ publicæ, Principis, Palatii, Templi, Monaſterii, Collegii, Hoſpitalis, & hujuſmodi *arg. l. Si locus §. Cum via ff. Quemadmodum ſervitus amittatur, l. Si quis Sepulcrum 12. de Religioſis, & ſumptibus Funerum, & ſic communis Doctorum*. Tertius caſus eſt, ſi duo communem ſervum habeant, 52
quorum alter velit eum manumittere, cogitur etiam alter partem ſuam vendere, libertatis favore, ſi adſit, qui redimere velit; *l. 2. Cod. de communi ſervo manumittendo*. Quar- 53
tus caſus eſt, quando Dominus nimis ſevere, ac inhumane tractat ſervum ſuum, tunc enim cogi poteſt eum vendere; *§. 2. Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni Juris*.

Dantur etiam aliqui caſus, in quibus poteſt quis cogi ad 54
emendum, maxime quando id exigit bonum commune Reipublicæ, ſic poſſunt cives cogi ad coemendum frumentum, & alia vitę neceſſaria ob evitandam communem inopiam, Item poſſunt ſic cogi Cives, dum timetur obſidio Civitatis. Item poſſunt ſubditi cogi ad emenda inſtrumenta ſicut et alias res, ſine quibus nequeunt ſatisfacere Officio, Obedientię, vel obligationi ſibi incumbenti. *Ita Doctoris communiter*.

Noviſſimæ additiones ex aliena manu.

COntractus emptionis perficitur ex mutuo conſenſu de 1
tanto pretio pro tali merce, ut *ait auctor numer. 2.* Quid autem ſi Contrahentes dum hunc præſtiterunt conſenſum reſervaverint aliqua pacta poſtea concordanda? Num 2
perfectus nihilominus dicti queat contractus. Affirma, & quidem etiamſi ipſi Contrahentes diſcordaverint poſtea circa pacta illa, quæ utpote reſpicientia accidentalia ipſius contractus, nequeunt obeſſe ipſius perfectioni reſultanti ex præfato conſenſu. Diſcordia vero illa Contrahentium arbitrio boni 3
viri dirimenda eſt, ut reſpondit *Rota in Colonien. venditionis 12. Junii 1750. §. 7. cor. clar. mem. Caprar.*

In Foro, ut inquit, & *Auctor num. 18.* non ſuccurritur 4
venditori læſo, niſi læſio ſit ultra dimidium juſti pretii, idque ex allegata ab ipſo *leg. 2. Cod. de Reſcindend. vendit.* Ceterum, ſi dicendum quod res eſt, neſcitur quomodo ex hac *leg. 2. Cod. de Reſcindend. vendit.* Regula hæc excerpta ſit, 5
& in Foro obtinuerit. Continetur enim in ea non conſtitutio aliqua generalis ſed ſimplex Reſcriptum Imperatorum diocletiani, & Maximiani; Hi ſane conquerenti de venditione facta cum læſione ultra dimidium juſti pretii, reſcripſerunt vel recipiendum ab ipſo eſſe rem venditam reſtituto pretio accepto, vel, juſtum pretium et ſupplendum eſſe. Sed ex Reſcriptis 6
efformari haud poſſe Regulam generalem vim habituram in aliis caſibus tritiſſima res eſt, & poſt alios obſervavit *Hilliger. in ſuo Donell. enucleat. libr. 1. cap. 5. in notat. lit. D.*

Idque eo vel maxime locum ſibi vindicere debebat in ſpecie de qua agitur, propterea quod Regula quæ ex dicta 7
Leg. 2. Cod. de Reſcindend. vendition. efformata eſt, adverſatur juri naturæ, quod æqualitatem in contractibus oneroſis demandat.

Sed altas adeo radices in Foro præfato Regula egit, ut dif- 8
ficulter evelli poſſit. Optandum tamen eſſet, ut ea reſtringeretur intra terminos emptionis, & Venditionis, de qua loquitur ipſa *Lex 2. Cod. de Reſcindend. vendition.*; nec protraheretur ad alios contractus oneroſos obſtante jure naturæ, quod ut modo dictum eſt, & hic eſt repetendum æqualitatem demandat.

9 Altera in Foro invaluit Regula, quod Emptio, & venditio cum enormiſſima læſione facta ſit nulla. Sed ſi dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, non item in illum incidens
10 reddit contractum nullum *leg. 7. ff. de dol. l. 16. §. 1. junctis 1. ff. de minor. leg. 5. §. 2. de Auctorit. Tutor. l. 3. §. ultim. ff. Pro ſocio leg. 1. §. 7. ff. Quarum rerum actio non datur. Voet in Commentar. ad Pandect. lib. 4. titul. 3. num. 3., Bocer. ad leg. 23. ff. de Regul. Jur. cap. 2. num. 15.* non, eſt quod ex læſione enormiſſima contractus emptionis, & venditionis nullus eſſe poſſit, & quidem etiamſi læſio hæc enormiſſima do-
11 lum re ipſa contineat, idque quia dolus hic non dat cauſam contractui, ſed incidit in ipſum contractum. *Incidere vero* (recte inquit *Voet ubi ſupra*) *in contractum cenſetur, quum quis ſponte quidem contrahit, ſed in modo contrahendi veluti in pretio, aut aliter decipitur*.

12 Sed hoc parum eſt. Ex enormiſſima Læſione in Foro nulli etiam declarantur Contractus ſtricti juris, ut tranſactio, quando ad Legum præſcriptum nec dolus dans cauſam con-
13 tractui ſtricti juris, ipſum nullum reddit. *leg. 36. ff. de verb. Obligation. l. penultim. Cod. de Inutil. ſtipulatione*.

Articulus II.

Quoad ea, quæ concernunt Emptorem.

1 EMens bona fide rem furtivam, ſeu alienam tenetur eam reſtituere Domino ſtatim, ac diſcit eſſe ſuam; *l. Mater 3 & l. Adverſus 4. C. de rei vindicatione*. et ratio eſt, quia, a fure, cujus non erat talis rei furtivæ Dominium, non potuit transferri in emptorem; juxta *regulam 79. Juris in 6.* ibi: *Nemo poteſt plus juris transferre in alium, quam ſibi competere*
2 *dignoſcitur*. Et ſic communior Doctorum. Nec talis emens bona fide rem furtivam reſtituendo eam Domino, poteſt ab ipſo repetere expenſum pro ea; Textu expreſſo *in leg. Mater 3. Cod. de rei vindicatione* ibi: *Rem tuam a poſſeſſore etiam non oblato pretio vindicare poteris*, peccaret enim graviter, ſi nollet eam rem reſtituere niſi a Domino refunderetur pretium pro tali re bona fide ſolutum; *l. Incivilem 2. Cod. de furtis*, ibi: *Incivilem rem* (hoc eſt, ut explicat Gloſſa, juri, ac ratioui contrariam) *deſideratis, ut agnitas res furtivas non prius reddatis quam pretium ſolutum fuerit a Domino. Curate igitur cauſſius negotiari, ne non tantum in damna hujuſmodi, ſed etiam in criminis ſuſpicionem incidatis. Et ſic tenet communis Doctorum* cum S. Raymundo, qui *lib. 2. Summæ tit. 6. de furtis §. 7.* ſic præcise habet: *Si quis emit rem furtivam ignorans, & bona fide, & in foro publico, & publice, numquid poteſt ſaltem pretium, quod numeravit petere a Domino, cum deprehendit rem eſſe furtivam, vel numquid poterit retinere rem, donec pretium ſit ei ſolutum? Reſpondeo non*. Immo
3 non tantum rem ipſam furtivam, ſed et omnes ejuſdem rei fructus adhuc extantes, et quos collegit, et conſumpsit a tempore cognitæ rei furtivæ, et eos ex quibus jam antea bona fide perceptis factus eſt debitor, tenetur emptor in utroque foro reſtituere Domino: Sic communiter Doctores, et habetur clare ex variis Legibus, & ſignanter *ex l. Certum eſt 22. Cod. de rei vindicatione*, ibi: *Certum eſt malæ fidei poſſeſſores omnes fructus ſolere cum ipſa re præſtare, bonæ fidei vero extantes; Leg. Senatus conſultum 1. Cod. de petitione hæreditatis*, ibi: *Fructus bonæ fidei poſſeſſores reddere coge.di ſunt, niſi ex his locupletiores extiterint*; & concordat *l. Si rem 22. ff. de petition. hæredit. l. Utrum 23. ff. eod. tit.*

4 Emens bona fide rem furtivam, ſi durante bona fide eam conſumpſit, vel vendidit, vel donavit, non tenetur ad reſtitutionem. *Communis* cum D. Thoma 2. 2. *quæſt. 100. art. 6.* S. Raymundus *in Summa lib. 2. tit. 6. §. 7.* ibi ſic habet: *Bonæ fidei emptor, ſi durante bona fide ipſius, periit, reſtituere non tenetur. Idem credo ſi alienavit durante ſimiliter bona fide, &* habetur clare *ex l. Qui vas 48. §. final. ff. de furtis*, ibi: *Quod enim ex re furtiva redigitur, furtivum non eſſe, nemini dubium eſt; nummus ergo hic qui redactus eſt ex pretio rei furtivæ, non eſt furtivus. Et Inſtitut. lib. 4. tit. 17. de Officio Judicis*, Sic expreſſe dicitur; *Si vero bonæ fidei poſſeſſor fuerit, non habetur*
5 *ratio neque conſumptorum, neque non perceptorum*. Si vero emens plus pretii recepiſſet in venditione quam in emptione rei furtivæ, teneretur id plus, in quo factus eſſet ditior, reſtituere Domino comparenti; *l. Utrum 23. ff. de petitione hereditatis, & communis Doctorum*. Emens bona fide rem furtivam probabilius non poteſt eam reddere furi, ſi prevideat non eſſe reddendam Domino, etiamſi aliter pretium ſuum re- 6
cuperare non poſſit, ſed debet eam reſtituere Domino. Sic Molina *diſp. 722.* Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 3. num. 24.* Covarruv. *in Regul. Peccatum, part. 3. num. 3.* Caſtropolao *de juſtitia commutat. diſputat. 1. punct. 9. num. 7.* La Croix *lib. 3. par. 2. num. 100.* Cajetan. Medina, Sotus, Armilla, Ledeſma, Major cum communiori, & probabiliori aliorum, teſte Reiffeſtuel *lib. 3. decretal. tit. 17. a num. 105.* ubi ſolide defendit hanc opinionem, ſicuti facit Molina *loc. cit.* Covarruv. *loc. cit.* La Croix *loc. cit.* ſolvendo rationes adverſariorum, aliique apud ipſos videndi *loc. cit.* Revera tamen eſt etiam probabile, quod talis emptor poſſit rem furtivam reddere fu- 7
ri ad pretium recuperandum, ſeque indemnem ſervandum; Ita Navarr. *in Manuali cap. 17. num. 9.* Silveſter *verb. Reſtitutio 3. quæſt. 7.* Sayrus, Angelus, Alenſis, Beja, Petr. Navarr., Vaſquez, Turrian., Dicaſtill., aliiſque plurimis citatis Leſſius *lib. 2. c. 14. dub. 3.* Lugo *tom. 1. de juſtit. diſp. 17. ſect. 2.* Diana *part. 1. de contractibus reſol. 69.* Haunold. *tomo 3. num. 260.* Illſung. *tom. 4 dict. 3. num. 40.* Sporer *tom. 2. tract. 4. a num. 121.* ubi ſolide defendit hanc opinionem ſolvendo rationes adverſariorum; Vide *ibi*.

Emens rem pecunia furtiva, licet acquirat ejus rei Dom- & 8
nium, per textum *in leg. 1. & penult. Cod. Si quis alteri, & leg. Si ex ea pecunia 6. Cod. de rei vindicat.* tamen non obſtante rei emptæ Domino obligatur ad reſarciendum omne damnum, ac lucrum ceſſans tum illi, a quo pecuniam abſtulit, tum etiam Venditori, caſu quo ab ipſo pecunia evincatur; D. Thomas 2. 2. *quæſt. 78. art. 3.* Molina *diſp. 127. concluſ. 2.* Covarruv. *variar. reſolut. lib. 3. cap. 3. num. 6.* Layman *lib. 3. tract. 4. cap. 17. §. 3. num. 22.* & alii paſſim. Venditor autem 9
non acquirit dominium talis pecuniæ furtivæ, ſed eam debet comparenti Domino reſtituere, ſi adhuc in ſpecie extet. Non tenetur vero reſtituere, ſi eam jam conſumpſit, vel cum propriis nummis ita commiſcuit, ut amplius diſcerni nequeat (a); textu expreſſo *in leg. Si alieni 78. ff. de ſolutionibus*. ibi: *Si alieni nummi inſcio, vel invito Domino ſoluti fuerint, manent ejus, cujus fuerint; Si mixti eſſent, itaut diſcerni non poſſent, ejus fieri, qui accepit*; Sic Gloſſa *ibid.* & cum multis Layman *loc. cit. num. 23.* Emens rem alienam modico pretio, 10
ut eam reſtituat proprio Domino, qui eamdem rem non erat alias reacquiſiturus non niſi majoribus expenſis, poteſt ab ipſo Domino repetere pretium ſolutum, & ipſe Dominus tenetur in utroque foro ipſum refundere, quia talis emptor utiliter geſſit negotium Domini, ob quod Dominus recompenſare tenetur quidquid utiliter in rem ejus alter impenderit; *l. 2. ff. de negotiis geſtis. Et ſic communis Doctorum*; *arg. cap. Rapina 5. cauſ. 13. quæſt. 6.* ibi: „ Rapinam emere non licet, „ niſi ea intentione, ut cui ablata eſt, reddatur „.

Emens communi pretio agrum, in quo ſcit eſſe theſaurum, 11
vel ſimilia alia pretioſa, licite emit, & nihil tenetur reſtituere venditori ignoranti, quia theſaurus ille omnino ignotus, & ſoli emptori cognitus, revera in communi æſtimatione non auget pretium agri, adeoque pretium commune, & vulgare eſt juſtum, & licitum; & hoc ipſum innuit Chriſtus recte factum eſſe *Matthæi 13.* ibi: „ Simile eſt Regnum Cœlorum „ theſauro abſcondito in agro, quem qui invenit homo ab- „ ſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit univerſa, quæ „ habet, & emit agrum illum, *& colligitur ex l. A Tutore, ff. de rei vindic.* ſic tenet D. Thomas 2. 2. *quæſt. 66. artic. 5.* Sotus *lib. 6. de juſtit. quæſt. 3. art. 3.* Navarr. *in Manual. cap. 17. num. 175.* Molina *diſp. 56.* Leſſius *lib. 2. cap. 5. dub. 15. n. 62.* Layman *loc. cit. c. 5. num. 23.* Lugo *diſp. 6. num. 128.* Burgh. *cent. 3.*

(a) Sive pecunia illa conſumpta fuerit, ſive propriis nummis commixta, ſive extet, ſive non extet ad obligationem tenetur; Dominus enim, a quo pecunia illa fuit ablata, dominum rei ſuæ nequaquam perdidit, eo quod ipſi ablata fuerit; unde ſemper illi eſt reſtituenda, ſi extet, tametſi commixta, vel id in quo ex ea factus eſt ditior, ſi non extet apud ſe: Ratio enim exigit, ut ſi injuſte alteri damnum intulit, æquale ipſe ſubeat damnum, etiamſi nullum ex re aliena habuerit emolumentum; ut colligitur ex D. Thom. 2. 2. *qu. 62. art. 6.* & videatur etiam Antoine *Tom. 1. de Juſt. & Jur. cap. 3 qu. 18.* inſuper videatur dict. Antoine *cap. 5. qu. 7.*

cent.3. caſ. 72. Sporer *tom.2. tract.6. cap.1. num.175. & c.5. num.70.* Bonacina *de reſtitut. d.1. quæſt.3. punct.6. numer.7.* La Croix *lib.3. part.2. num. 942.* Card. de Luca *de emptione diſc. 44. per. totum, ubi aſſert deciſionem Rotæ*, Reiffenſtuel *loc. cit. n. 194.* & alii paſſim contra Taſquez, Turr. & alios paucos cum Diana *part. tract.5. reſolut. 17.* Sic emens communi pretio rem mobilem v. gr. piſcem, in quo reperiatur gemma, vel capſam ferro, vel plumbo plenam, in qua reperiatur aurum, vel aliud quidpiam pretioſum penitus ignotum etiam venditori, non tenetur ad ullam reſtitutionem venditori quia invenit in re ſua, venditor enim non fuit Dominus illius auri, ſeu alterius rei pretioſæ, cum ignoravit omnino ibi talia eſſe, adeoque nullum habet jus ad aliquid repetendum ab emptore, qui tale aurum, ſeu gemmam, aliamque rem pretioſam acquirit ſibi titulo inventionis in re ſua, & non titulo purę emptionis. Ita Sporer *loc. cit. numer.179.* aliique citati.

13 Emens rem, ſua, & communi æſtimatione, vilem, ſi poſt emptionem cognoſcat eſſe pretioſam, non tenetur aliquid reſtituere venditori; quia res tanti valet, quanti æſtimatur communiter, adeoque ſi rem emit pretio communiter juſto æſtimato, juſte, & licite tali pretio emit. Hinc ſi quis aliquod vas, vel quid ſimile communiter putatum eſſe ex vili metallo, & poſtea reperiat eſſe ex auro, vel argento, nihil tenetur reſtituere venditori, quia revera tanti emit, quanti tunc valebat ſecundum communem æſtimationem, a qua deſumitur juſtum pretium naturale, & vulgare rerum. *Communis.*

14 Secus autem eſſet, ſi emptor ante emptionem cognoviſſet pretioſitatem rei penitus incognitam venditori ſimplici, & ignaro: tunc enim teneretur emptor manifeſtare ignaro venditori pretioſitatem rei. Hinc ſi venditor ignarus vendat gemmam pretioſam putans eſſe ſtamneum, & hujuſmodi, emptor conſcius majoris perfectionis, & pretii rerum, peccat graviter, & tenetur ad reſtitutionem, ſi minoris emat. Venditor enim quamvis actu ignoret valorem rei, tamen niſi aliter exprimat, ſemper cenſetur intendere, & velle vendere rem ſecundum ſuam pretioſitatem, vel valorem juſtum ei correſ-

15 pondentem. Nec talis emptor conſcius majoris valoris rei, qui a venditore ignoratur, manet tutus in conſcientia per hoc, quod dicat venditori ſe velle rem illam ſine ſcrupulo emere, & ideo videat, an velit eam pro tali pretio dare, condonando ei, ſi quid amplius valeat, & venditor conſentiat. Et ratio eſt, quia venditor in eo caſu non condonat libere, & ſponte nee, ſed ex pacto, quia emptor alias non vult emere, unde non eſt condonatio gratuita, ſed ceſſio onoroſa, ut emptor rem emat; ſicuti mutuatarius promittit uſuras, ut obtineat mutuum aliter ſibi non dandum. Tum quia hoc modo excuſari poſſet omnis emptio infra juſtum pretium infimum, interrogando venditorem, an contentus eſſet tali pretio, condonando, ſi amplius res valeret. Immo eodem modo excuſari poſſet uſurarius interrogando mutuatariam, an vellet gratis promittere, vel condonare uſuras, quæ ob mutuum non debentur, ut recte obſervat Lugo *diſp.26. ſect.3. num.137. &* tenent Molina *diſp.353. §. Cajetanus*, Palatius, Bannus, Salonius, Ledeſma, & alii, quos affert, & ſequitur Salas *dub.36. num.3.* Sporer *tom. 2. tract. 6. cap.5. num. 69.* contra Cajetanum *verb. Emptio num. 2.* Armillam, & alios apud Salas *dict. dub. 36. num.2.*

16 Qui ſcientia privata ſcit brevi pretium augendum poteſt licite emere pretio currenti. D. Thomas 2. 2. *qu.77. artic. 8. ad 4.* Covarruv. *in Regul. Peccatum part.2. §.4. num.6.* Leſſius *lib.2. cap.25. dub.5.* Silveſter *verb. Emptio qu.15. num.16* Caoropalao *de Juſtitia cummutativa diſp.5. punct.15. num.3.* Reiffenſtuel *loc. cit. num.197.* La Croix *lib.3. par.2. num.938* & alii paſſim, & clare patet ex illo *Geneſis 41.* ubi commendatur Joſeph, qui pretio currenti emit copioſiſſimam quantitatem frumenti, ex quo ſciverit certo futuram ſterilitatem, &

17 conſequenter pretium multo augendum. Item ſi quis ſcientia privata ſciat pretium mercis, ſeu valorem monetæ eſſe brevi minuendum, vel mercem aliquam, ſeu monetam eſſe prohibendam, poteſt mercem licite vendere pretio currenti, & expendere monetam ſecundum valorem præſentem, & ratio eſt, quia valor juſtus eſt valor publicæ currens ſecundum communem exiſtimationem, vel ſecundum taxationem legis, & ſecundum privatam cognitionem, ſeu exiſtimationem unius: Unde cum in tali caſu adhuc duret valor communis antiquus, vel ex communi exiſtimatione, vel ex taxatione legis, ex quo lex prior nondum ſit revocata, licite ſine ulla injuſtitia potest merx vendi, & moneta expendi ſuo pretio, & valore præſen-

18 ti. Dicitur tamen notanter *ſcientia privata*, quia communis Doctorum cum Cardinali de Lugo *tom.2. diſp.26. num.140.* tenet, non excuſari Magiſtratus ipſos, qui ex induſtria, legis promulgationem differunt, ut interim ſuas merces, vel pecunias majori valore, ſeu pretio vendant, & reſpective expendant. Recte tamen addit Cardinalis de Lugo poſſe illos de Magiſtratu non aliter ac alios bona fide diſtrahere ſua, non obſtante tali notitia, quando in eadem quantitate, ſecluſa illa notitia, diſtracturi fuiſſent; & ſic tenent alii cum Illſung. *tom.4. num. d. 2. num.403.*

Chirographa, & aliena credita quantumvis certa, ſi ſint 19 moleſtia, difficultate, odioſitate, damno emergente, vel lucro ceſſante exigi nequeunt, poſſunt valide, ac licite emi minori pretio juxta qualitalem difficultatis, periculi, damni, & hujuſmodi. *Sic communis Doctorum* cum Molina *diſput.361.* Layman *lib.3. tract.4. cap.17. §. 5. numer.32.* Leſſius *lib.2. cap.21. dubit. 8. num. 65.* Haunold. *tract.10. cap.1. controv. 14. num.100.* Reiffenſtuel *loc.cit. num.47.* Card. de Lugo *loc. cit. num.93. arg. leg. Minus 204. ff. de Regul. Jur.* Immo ut 20 ſubjungit Sporer *loc. cit.* Doctores merito addunt tantam poſſe eſſe difficultatem, vel incertitudinem ſolutionis, ut ejuſmodi Chirographa & credita aliena poſſint interdum dimidio valore emi, & aliquoties etiam minoris, ut habet communis ſententia, & praxis; Et ratio eſt clara, quia illud eſt juſtum pretium naturale rerum, quod communi æſtimatione ſtatuitur; *l. Pretia rerum 63. ff. ad leg. Falcid.* communi autem æſtimatione minoris, ac in ſe ſint, æſtimantur illa aliena credita, & Chirographa, quæ ſine difficultate, periculo, expenſis, lucro ceſſante, & damno emergente exigi nequeunt; Et tanto minoris æſtimantur, quanto majoribus ſubjacent periculis, difficultatibus, expenſis & hujuſmodi, adeoque &c. Chirographa 21 & aliena credita poſſunt etiam licite emi minori pretio ab aliquo particulari, qui ob ſuam induſtriam, vel favorem Principis, aut officialium, vel ipſiusmet debitoris, poteſt illa exigere ſine difficultate, periculo aut damno ſine quibus non poteſt illa exigere creditor, aut alter, ſic Molina *cit. diſp.361. n.10* Leſſius *loc. cit. dubit. 9. n.75.* Layman *loc cit. num.35.* Lugo *loc. cit. num. 94.* Bonacina *diſp. 3. de contractibus quæſt. 3. punct.10.* Reiffenſtuel *loc. cit. num.62.* Sporer *loc. cit. num.48.* & alii paſſim contra Malderum *tract. 5. cap.7. dub.4.* Molfeſium *in ſumm. tom. 2. tract. 12. cap. 5. num. 116.* & nonnullos alios; Et ratio noſtra eſt, quia valor rei non debet deſumi ex privata induſtria, favore, aut utilitate alicujus particularis, ſed ex communi æſtimatione, qua communiter æſtimaretur, ſi proponeretur palam venalis; *cit. l. Pretia rerum 63. ff. ad leg. Falcid.* cum ergo communi æſtimatione chirographa, & credita illa minoris æſtimentur ratione difficultatum, & incommodorum in illis exigendis, ſic etiam minoris poterit illa emere talis particularis, quamvis ob ſuam ſpecialem induſtriam, vel favorem Principis, aut Officialium, ſeu etiam ipſiusmet debitoris poſſit ipſe illa exigere ſine difficultate, & incommodo; hoc enim imputandum eſt ſuæ ſpeciali fortunæ, & induſtriæ.

Imo etiam ipſemet Miniſtri, & Officiales, qui Principum, 22 vel aliorum debitorum pecunias adminiſtrant, poſſunt licite chyrographa, & aliena credita erga ſuos Principales, minori pretio emere, ſicut alii, dummodo ipſi non ſint cauſa difficilis, aut periculoſæ ſolutionis, & fecerint quantum in ſe erat, ut ſine difficultate creditoribus ſatisfieret, Non enim in tali caſu debent eſſe deterioris conditionis, ac ſint alii, cum penes ipſos non ſtet ejuſmodi difficultates tollere; Leſſius *cit. dubit. 9.* Layman *l. cit. n.39.* Reiffenſtuel *l. cit. numer. 64.* Sporer *l. cit. num.48.* & alii. Si autem ipſi, ex dolo, vel ex negligentia, aut alia culpa ſint cauſa, quod exactio creditorum evadat difficilis, periculoſa, aut onoroſa, nullimode poſſunt illa credita minoris emere ne ex dolo, & & malitia commodum reportent contra *leg. ſi Legatarius Cod. de Legati*, ibi: *Ut non accipiat fructus ſuæ calliditatis*, *leg. In fundo ff. de rei vindicat.*, ibi: *Neque malitiis indulgendum eſt*; *leg. Cum hi ff. de tranſact.*, ibi: *Non debet via aperiri malitiis*; *cap. Ex litteris 2. de dolo, & contumac.*, ibi: *Nos attendentes, malitiam, & dolum nulli patrocinari debere*; *cap. Sedes 15. de reſcriptis*, ibi: *Quia fraus & dolus ei patrocinari non debent*; *cap. Tuæ 12. de Clericis non reſidentibus*, ibi: *Cum fraus & dolus nemini debeat patrocinium impartiri*. 24 Neque ex tali malitia poſſunt ipſi Miniſtri, & Officiales ſuggerere amico, ut emat minori pretio aliena credita erga Regem, vel Principem; & poſtea integra ſolvere emptori, diviſo inter ipſos lucro illius emptionis; Molina *diſp. 318.* *§. Solent præterea*, & alii per mox *citata jura*. Cyroprapha, 25 & alie-

& aliena credita in caſu quo poſſunt ab alio tertio minoris emi, ſimiliter poſſunt minoris emi, ſeu redimi, vel extingui ab ipſomet debitore, dummodo ipſe non ſit cauſa minoris æſtimationis, & quod ſolutio præfixo futuro tempore non evadat ex ſua malitia, aut negligentia difficilis & periculoſa, ſed difficultas vel periculum aliunde originem trahat, V. G. quia ratione belli, aut corroſionis fluminum, aut hujuſmodi alterius periculi timendum eſt, ne bona debitoris pereant, ſicque ipſe tempore ſolutionis præſtandæ ſolvendo amplius non ſit; Lugo *l. cit. num.101.* Leſſius *lib.2. cap.21. num.70.* Burghef. *cent.1. caſ.10.* Sporer *l. cit. num.50.* Reiffenſtuel *l. cit. n. 66.* La Croix *l. cit. num.988.* Navar. Facundez, Tamburin. aliique apud Sanchez *lib.1. conſ. cap.7. dub.18.* contra Molinam, & alios. Secus tamen, ſi ipſe debitor ſit malitioſa, & culpa- 26 bilis cauſa cur ſolutio evadat difficilis, & periculoſa, vel onoroſa Communis Doctorum per *jura citata ſub num.23.* Unde cavendum eſt a ſimilibus emptionibus, quæ pretio minori fiunt a debitoribus, vel a ſupradictis Miniſtris, & Officialibus, quia ſunt valde periculoſæ & ſuſpectæ, ut recte advertunt Layman, Reiffenſtuel, Sporer *l. cit.*

Chyrographa, & aliena credita certa, & liquida, pro qui- 27 bus ſuo tempore exigendis nulla penitus occurrit difficultas, moleſtia, vel periculum, neque ullum lucrum ceſſans, aut damnum emergens, nequeunt licite emi minori pretio; Silveſter *verb. Uſura 2. q.14.* Valentia *tom.3. diſp.5. q.10. p.2.* Petrus Navarr. *lib. 3. cap. 2. num. 162.* Haunold. *tract. 10. cap.1. controv. 14. num.104.* Layman *l. cit. num. 32.* Sannig. *lib.3. decr. tit.17. cap.3. num.2.* Reiffenſtuel *ibid. numer. 71.* Sporer *l. cit. num.49.* Sotus, Angelus, Gabriel, Medina, Lopez, Reginald., Turrian., Rebell. alique innumeri, quos citant, & ſequuntur Lugo *l. cit. num. 69.* Molina *l. cit. diſp. 361.* Leſſius *lib.2. cap.21. dub.8.* contra Abbat., Navarr., Cajetanum, Tolet., Bellarmin., Armillam, & alios, quos affe- runt Lugo *l. cit. num.95.* Leſſius *l. cit. dub.8.* & Layman *loc. cit. num.32.* Et ratio noſtra eſt, quia, ut fatentur etiam adverſarii, ad hoc ut ſit juſta & licita emptio, & venditio, debet ſervari æqualitas inter pretium, & mercem, ſeu rem, quæ emitur, & venditur, *arg. leg. Si ſervum 33. ff. Ad Leg. Aquiliam, & leg. Pretia rerum 63. ff. Ad leg. Falcid.* atqui ſi creditum certum & liquidum, V. G. 100. aureorum, pro quo exigendo nulla penitus eſt difficultas, aut periculum, ſeu damnum &c. emitur minori pretio V. G. 90. aureis. non ſervatur æqualitas; ergo &c. Major admittitur ab ipſiſmet adverſariis, et minor clare oſtenditur, quia creditum certum, & liquidum 100. aureorum, pro quo exigendo nulla penitus eſt difficultas, aut periculum ſeu damnum &c. in ſe revera valet 100. aureis, unde ut ſervetur æqualitas inter pretium, & mercem non poteſt pro eo dari minus 100. aureorum, aliter minueretur ejus valor propter ſolam dilationem temporis, quod non eſt dicendum, ne videatur admitti pro licita uſura ratione dilationis ſolvendi, ſeu numerandi pecuniam contra expreſſe damnatam ab Innocentio XI. propoſitionem in ordine 41. ibi: *Cum numerata pecunia prætioſior ſit numeranda, & nullus ſit qui non majoris faciat pecuniam præſentem quam futuram, poteſt creditor aliquid ultra ſortem a mutuatario exigere, & in eo titulo ab uſurâ excuſari.*

Non licet ſine juſto titulo ob ſolam anticipatam ſolutionem 28 infra pretium infimum emere; *arg. cap. Conſuluit 10. de uſuris.* Non enim minus intervenit uſura palliata in emendo viliori pretio ob anticipatam ſolutionem, quam in vendendo majori pretio ob dilatam ſolutionem; Sic Doctores communiter cum Divo Thoma 2. 2. *quæſt. 78. articul. 2.* ad 7. ubi ſic expreſſe dicit: *Si quis emptor velit emere rem vilius, quam ſit juſtum pretium eo quod pecuniam ante ſolvit, quam poſſit res tradi, eſt peccatum uſuræ, quia etiam iſta anticipatio ſolutionis pecuniæ habet mutui rationem, cujus quoddam pretium eſt quod* 29 *diminuitur de juſto pretio rei emptæ.* Dicitur autem notanter *ſine juſto titulo*; quia poteſt emptor minoris emere mercem, ſi adſit juſtus titulus, utpote ſi adſit periculum nonniſi cum difficultate, & moleſtia, ſeu incommodo habendi mercem emptam ſtatuto tempore, ſi emptori propter expectationem mercis emptæ lucrum ceſſet, aut damnum emergat, & hujuſmodi.

Minori pretio quam valeat poteſt res emi ob varias cauſas. 30 Primo quando emptor emit in gratiam venditoris, & ratione ipſius ceſſat emptori lucrum, vel damnum emergit, *arg. c. Precariæ 4. §.3. cauſ.10. q. 2. leg. Hoc jure 19. §. 1. ff. de donat. leg.2. §. fin. leg.4. ff. Eo quod certo loco*, Secundo ratio- 31 ne multitudinis mercium; *Communis*. Tertio ratione multi- 32 tudinis mercium ſimul emptarum; *Communis*. Quarto ratio- 33 ne paucitatis emptorum; *Communis*. Quinto ratione inopiæ, 34 vel paucitatis pecuniæ; *Communis*. Sexto ratione modi ven- 35 dendi, ut cum venditor rem ſponte, & ultronee offert, & enixe rogat ad emendum; merces enim ultroneæ vileſcunt pro tertia parte pretii, cum id arguat paucitatem emptorum, & modicam mercis neceſſitarem, vel utilitatem (a); Lugo *diſp.26. ſect.4. n.45.* Leſſius *lib.2. cap.22. dub.4. num.38.* Cajetanus, & alii paſſim. Imo eaſdem ultroneas merces vileſcere uſque ad dimidium docent Rebell. Megala, Bartholomæus a S. Fauſto apud Dian. *tract. 1. tract.8. reſolut. 53. &* 78. Septimo quando res venduntur ſub haſta, ſeu foro ſcru- 36 tatorio ſine ulla fraude, tunc enim poſſunt etiam emi infra dimidium ejus pretii quo emerentur in officina; Ita Molina, Bonacina, alii, quos citat Layman. *l. cit. num.10.* Diana *par.4. tract.4. reſolut.12.* La Croix *lib.3. par.2. num.935.* Sporer *l. cit. num. 23.* Dicitur notanter *ſine ulla fraude*, quia ſi interveniat dolus, vel fraus, ut ſi inter ſe conveniant emptores de certo pretio, ultra quod non aſcendatur, juſtitia læditur, & defectus pretii reſtituendus eſt juxta fraudem, & damnum Domino cauſatum, quia ex dolo, & malitia nemo commodum reportare debet; *Sic Doctores communiter* per Jura allata *ſub n. 23.*

Deputatus ad aliquam rem emendam certo & determinato 37 pretio, ſi pretium ſolummodo determinatur, ne excedatur, non poteſt ſibi retinere aliquid, ſi minoris emit; *Certa ac Communis.* Poteſt tamen ſibi retinere, ſi Dominus ita deter- 38 minavit pretium, ut nihil aliud deſideret, quam ipſam rem emendam pro tali pretio, relicto emptori, ſi quid minus expenderit in ipſa re emenda; *Iterum certa & communis.* Regu- 39 lariter vero luquendo quando aliter non conſtat de voluntate Domini, deputatus ad emendam rem determinato pretio V. G. pro decem, ſi ei contingat emere pro octo, non poteſt tuta conſcientia ſibi retinere illa duo, quia eo ipſo quod annuit emere alteri, ejuſque nomine, & commodo, tacite promiſit per moralem diligentiam utiliter rem alterius gerere, & emere quanti minoris poterit, perinde ac ſi ſimulus ejus eſſet, vel mercede conductus, adeoque nihil ſibi acquirere poterit; Caſtropalao *de Juſtitia commutat. diſp. 5. punct. 16.* Navarr. *in Manual. cap.23. n.97.* Molina *diſp.363.* Leſſius *lib.2. cap.21. dub.19.* Silveſter *verb. Emptio q. 24.* Reiffenſtuel *l. cit. numer.433.* Sporer *l. cit. num.37.* & alii paſſim. Unde de ſimilibus deputatis, ſeu mandatariis ad emendum ſic dicit Cicero *in Oratione pro Sexto Roſcio: Ergo idcirco hæc culpa eſt, quod duas res ſanctiſſimas violat, amicitiam, & fidem. Nam neque mandat quiſquam, niſi amico, neque credit, niſi ei quem fidelem putat; Perditiſſimi eſt igitur hominis, ſimul amicitiam diſſolvere, & fallere eum, qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet.*

Deputatus autem ad emendam aliquam rem, ſi ultra in- 40 tentum Domini ſpecialem, & extraordinariam diligentiam, induſtriam, & laborem adhibuit pro emendo minori pretio, ut ſi rogatus emere in hoc loco citra ſuum ſpeciale incommodum ſe transferat cum ſuo ſpeciali incommodo, & diſpendio ad alium locum diſtantem, & ibi rem commiſſam emat longe minori pretio, quam Dominus intenderat, vel ſperabat, tunc poterit aliquam partem pretii incommodo, & induſtriæ ſuæ proportionatam ſibi retinere; *Sic communis Doctorum*; Talis enim deputatus in emendo alteri tenetur ſolummodo ordinariam, & moralem diligentiam adhibere, dicta autem adhibita diligentia eſt extraordinaria, & qui utitur tali extraordinaria diligentia non intendit Domino, ſed ſibi negotiari. Sic etiam poteſt deputatus ad emendam aliquam 41

(a) Caute procedat hic Confeſſarius, ne ſententiæ Rebell. Megalæ, & Bartholomei a S. Fauſto plus æquo indulgeat; Advertat ulterius, quod etiamſi pateat effatum illud, quod nempe: *merces ultroneæ vileſcunt*, non licet tamen vilius emere res pauperum, quas ipſi neceſſitate compulſi venales proponunt, eo ſolum prætextu, quod offeruntur venales; imo ob neceſſitatem præciſe, qua proximus rem ſuam vendere cogitur, pretium imminuere injuſtum eſt, ut opportune docet Antoine *Tractat. de Contr. cap.5. quæſt. 5. reſp. 3. numer. 1.*

rem V. G. Sartor deputatus ad emendum pannum, ſerica, & hujuſmodi pro veſtimentis conficiendis, poteſt ſibi retinere id quo minus emit, ſi Mercator, vel venditor in ſolam ſui gratiam partem aliquam pretii juſti remiſit, quod evenit, quando Mercator dicit Sartori, quia tu frequentas continue meam officinam, emptores ſæpe ſæpius ad me adducis, & ad hoc ut majores deinceps adducas, de pretio juſto a Domino ſolvendo V. G. de decem argenteis remitto, & dono tibi unum pro ſingula ulna; Tunc enim juſte retinere poteſt, quia in tali caſu Mercator vere de ſuo remittit, & donat. Dummodo tamen, ut recte advertunt paſſim Doctores, duo
42 concurrant. Primo, ut Sartor prius adhibeat diligentiam moralem ad emendum pannum, ſerica, & hujuſmodi ab hoc, vel alio Mercatore, quantum poteſt minori pretio, & vere inſtet, & urgeat ſufficienter venditorem pro minuendo pretio, & non diſſimulet, & facile conveniat in pretio ſpe illius lucri, & præmii ſibi a venditore tradendi; alioquin dolum contra dominum ſine dubio committet, & reſtituere debebit. Secundo, ut mercator vere & ſine fallacia pannum illum, ſerica, & hujuſmodi, juſto pretio, ſcilicet pro decem vendere conſueſcat, & ita vendant & alii; adeoque argenteus ille unus Sartori remiſſus, & donatus vere ſit de juſto pretio panni, & hujuſmodi, nam alioquin mercator non de ſuo, ſed de alieno dabit Sartori, cum damno Domini, & ambo ſimul furtum palliabunt cum onere reſtitutionis; Unde quia iſta plena ſunt ſcopulis, atque ſcrupulis, antequam fiant, ſunt diſſuadenda; poſtquam vero facta ſunt, quomodo contigerint, ſunt diligenter, & ſerio examinanda.

Emens frumenta tempore meſſis, quo minus valent, ut ſer-
43 vet vendenda ad tempus, quo magis valere ſolent, ſi non faciat animo inducendi caritatem, & poſtea vendat intra limites juſti pretii, nullimode eſt culpandus; Sic communis cum S. Antonino 2. *part. ſummæ Theologiæ tit. 2. cap. 23. §. 16.* ubi ſic expreſſe habet: *De ementibus tempore meſſium, bladа, & tempore vindemiarum vinum, & aliis fructibus, ut poſtea carius vendant in futurum.... Si.... propter privatum commodum, tunc ſit tripliciter... ſecundo fieri poteſt ſecundum juſtitiam commutativam, ut faciunt mercatores, & licite poſſunt pro opera ſua recipere lucrum, ut ſuſtententur, dummodo non intendant cariſtiam inducere.* Ipſe enim utitur jure ſuo, nec alios impedit quo minus etiam emant, ſi velint, & differant venditionem ad tempus, quo magis blada, & hujuſmodi valere ſolent; & ita fecit *Joſeph Geneſ.* 41. Dicitur notanter,
44 ſi non faciat animo inducendi caritatem, quia ſi unus, aut pauci coemunt omnia frumenta, & hujuſmodi, ut poſtea illa vendant ad ſuum libitum eo pretio, quo voluerint, injuſtiſſime agunt, & monopolium committunt: *leg. unic. C. de Monopoliis*: Et tanquam pernicioſi Reipublicæ legibus, & poenis coerceri debent, cogendo ipſos in annonæ caritate frumenta, et hujuſmodi, minori, juſto tamen pretio, divendere: *leg. Annonam, ff. De extraordinariis criminibus*: Unde merito *in cit. leg. unic. Cod. de Monopoliis* inhibetur ſub poena proſcriptionis omnium bonorum, et exilii perpetui ne mercatores inter ſe conveniant de non emendis, aut vendendis mercibus, niſi conſtituto ab ipſis pretio. Tales enim mo-
45 nopolæ nedum peccant graviter contra charitatem, ſed etiam contra juſtitiam cum onere reſtitutionis, quia quando ſic conveniunt monopolæ, et coemunt omnia frumenta V.G. in Urbem invecta, ſicque privant alios emendi facultate, ut ipſimet carius pro ſuo libito poſtea vendant, violentiam, adeoque injuriam faciunt communitati, ſeu Reipublicæ: Sic Angelus, Silveſter, Navarr. uterque aliique cum Layman *lib. 3. tract. 4. num. 17. nu. 41.* Sporer *loc. cit. num. 103.* La Croix *loc. cit. num. 946.* Henno *tom. 2. tract. 2. diſput. 7. quæſt. 3. concluſ. 4.* et alii.

Noviſſimæ additiones ex aliena manu.

DE his, qui emere poſſunt vel non poſſunt neutiquam agit Auctor hoc in articulo, quamvis agere debuiſſet. Regula tamen juris eſt, quod emere poſſunt quilibet non prohibi-
1 ti. Videndum igitur Ecquinam emere prohibeantur.
2 Tutor in auctione publica Pupilli rem emere poteſt *leg. 5.*
3 *Cod. de Contrahen. Emption.* uti & a Contutore, ſi bona fide negotium geratur *leg. 5. §. 2. ff. de Auctoritat. Tutor.* non vero clam, nec per interpoſitam Perſonam, nec mala fide;
4 quibus tamen in caſibus ſi Pupillus Major factus emptionem
5 comprobaverit, ea valeret *dict. leg. 5. §. 2. 3. & 4. ff. de Auctoritat. Tutor.*

Quæ de Tutoribus cauta, ea quoque in Curatoribus, Procuratoribus, Exequutoribus Teſtamentariis, aliiſque ſimilibus, qui aliena gerunt negotia procedere debent *leg. 34. §. ultim. ff. de Contrahend. Emption.* 6

Æconomis in univerſum vetita eſt Emptio rerum ad Eccleſiam pertinentium. *Authen. Quibuſcumque Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* At moribus idem in his, quod in Tutoribus ſervari 7 8
monet *Groenevvegen ad l. 5. in fine Cod. de Contrahend. Empt.*

Milites emere prohibentur Prædia ea in Provincia, in quam militant, exceptis Paternis a Fiſco diſtractis. *L. 9. ff. de Re militar.* 9

Magiſtratibus tum eorum Domeſticis ac Miniſtris per ſe, vel interpoſitam Perſonam, ſive palam, ſive clam in Provincia illa, cui præſunt, interdictum eſt emere. Idque quia emptio per Ipſos facta non tam a libera Venditorum voluntate profecta, quam metu potentiæ & auctoritatis extorta crederetur, & magis ereptio, quam emptio eſſe; in eos, qui contra fecerint conſtituta pœna quatrupli, tum amiſſionis rei emptæ, ſi emerint ex officio, nimirum ſi emerint dum Ipſi officio ſuo fungentes eam vendiderunt, aut vendi juſſerunt, atque ita ipſi ſimul eſſent emptores, ac venditores *leg. 46. ff. de Contrahend. Emption.* Excipe tamen & hic Prædia Paterna, uti & res ad victum, & amictum pertinentes *leg. 62. ff. de Contrahend. Emption. leg. Unic. Cod. de Contract. Judic.* 10 11 12 13 14

Nemo emere Domum poteſt eum in finem, ut deſtruat, conſtituta dupli Fiſco inferendi pœna, ita tamen, ut Venditor Emptori ſolventi Fiſco duplum, acceptum pretium reddere teneatur. *Leg. 52. ff. de Contrahend. Emption.* Fit hinc ut inſpecto effectu Emptor, & Venditor ſimplo ſinguli mul- 15 16
ctentur.

Hæc de his, qui emere poſſunt, vel non poſſunt. Nunc illud diſpiciendum, an Emptor propria auctoritate poſſeſſionem rei emptæ apprehendere poſſit, ſi ei permiſſa ipſa ſit in emptionis Inſtrumento? Negans opinio arridet & jure 17
meritoque Doctiſſimo *Leyſer in Meditat. ad Pandect. ſpecial. 207. §. 3. & dub. ſequent.* Permiſſio enim apprehenſionis poſſeſſionis in Inſtrumento facta, ſecundum leges, quibus con- 18
trahentes ſemper ſe conformaſſe cenſentur, a legitima ap- 19
prehenſionis poſſeſſione, quæ voluntate Venditoris, aut Judicis cauſa cognita conſentientis, explicanda eſt. Idque verum adeo eſt, ut ſi alia fuerit Contrahentium mens; atque 20
ſic privatam vim indulgere voluerint, irritum ſit pactum, tanquam juri publico bonis moribus, & ordini contrarium. Confer *Stryk de Cautel. Contract. ſect. 2. cap. 1. §. 36.*

ARTICULUS III.

Quod ea, quæ concernunt Venditorem.

VEnditor ob ſolam dilatam ſolutionem, ſeu vendendo credito ſine juſto titulo, nequit rem vendere plus juſto 1
pretio, ideſt ſupra pretium ſummum: Sic communis Doctorum textu expreſſo *in cap. Conſuluit 10. de uſuris*, ubi ad interrogationem, *An negotiator pœna conſimili (uſuræ) debeat condemnari, qui merces ſuas longe majori pretio diſtrahit, ſi ad ſolutionem faciendam prolixioris temporis dilatio prorogetur, quam ſi ei incontinenti pretium perſolvatur?* reſpondet ſummus Pontifex Urbanus tertius: *Verum quia quid in his caſibus tenendum ſit, ex Evangelio manifeſte cognoſcitur, in quo dicitur, Date mutuum, nihil inde ſperantes, hujuſmodi homines pro intentione lucri quam habent, cum omnis uſura, & ſuprabundantia prohibeatur in lege, judicandi ſunt male agere, & ad ea, quæ taliter ſunt accepta, reſtituenda in animarum judicio efficaciter inducendi.* Idem ſtatuit *Concilium Mediolanenſe primum 2. part. tit. 68. de uſuris*, ibi: *Ne quis rem aliquam ob dilatam ſolutionem carius vendat juſto pretio*; & Concilium *Burdigalenſe tit. de uſuris*, ibi: *Ne quis ob dilatam ſolutionis diem carius vendat, quam juſti pretii ratio ferat.* Di- 2
citur autem notanter *ſine juſto titulo*, quia ſi in venditione crediti facta, interveniat aliquis juſtus titulus, V.G. periculum, vel difficultas pretii poſtea recuperandi, lucrum ceſſans, aut damnum emergens, poteſt Venditor rem pluris vendere juxta proportionem incommodi, periculi, aut damni, vel hujuſmodi; Sic Molina *diſput. 356.* Caſtropalao *de juſtitia commutative diſput. 5. punct. 12. num. 6.* Leſſ. *loc. cit. num. 21. dub. 6. n. 54.* Medina *de reſtit. quæſt. 38. caſ. 3. & 4.* Reiffenſtuel *loc. cod num. 151.* Sporer *loc. cit. n. 31.* Henno *tom. 2. tract. 2. diſp. 7. quæſt. 4. concl. 1.* Diana *part. 1. tom. 8. reſol. 57.* La Croix *l. 7. cit.*

cit. a num. 943. Valentia, Sa, Moya cum communiori, & probabiliori eorum, quibus etiam favet S. Thomas *2. 2. q. cit. art. 4. ad 2. & opuſc. 73. cap. 10. arg. cap. In Civitate 6. 7. uſuris.*

Ut autem liceat Venditori ſupra ſummum pretium vendere
3 pluris ad creditum ratione lucri ceſſantis, notant paſſim Doctores requiri ſequentes conditiones. 1. Ut Venditor, ſeu Mercator fuiſſet revera venditurus mercem alteri numerata pecunia, niſi vendidiſſet huic credito; qui alias ſi non vendidiſſet numerata pecunia, non habuiſſet jam pecuniam, qua negotiando potuiſſet aliquid lucrari, & ſic nullum ei lucrum ceſſaſſet; Unde paſſim delinquunt mercatores, qui indifferenter, quibuſvis vendunt carius credito; etiam cum pauci, vel nulli ſint, qui emiſſent numerata pecunia. 2. Ut propter hoc quod ad creditum vendat, non ideo habeat plures Emptores, alioquin, ſic compenſaretur damnum ſuum. 3. Ut revera illa pecunia ſtatim ſoluta fuiſſet negotiaturus ante tempus, quo ſolvetur, aliter ſi manſura erat otioſa, jam non ideo ceſſat mercatori lucrum, quia ad creditum vendidit. 4. Ut de lucro exigendo minuatur, ſeu detrahatur, quod ratione expenſarum, & periculorum arbitrio boni viri in ea negotiatione fuiſſet expenſurus. 5. Ut Mercator de ſuo lucro ceſſante admoneat Emptorem, maxime cum credit, aut ſuſpicatur quod nollet Emptor incommodum lucri ceſſantis ſubire; unde ipſo non monito non poteſt ei res ſupra ſummum pretium vendi
4 ratione ſolius lucri ceſſantis in Venditore ex ſola dilata ſolutione Emptoris: Quæ conditiones ſunt attente conſiderandæ, & obſervandæ a Mercatoribus vendentibus res credito pluris ratione ſolius lucri ceſſantis.

Ratione autem periculi perdendi pretium, vel ex toto, vel
4 ex parte, poſſe Mercatores pluris vendere ad creditum, docent cum aliis Diana *part. 1. tom. 8. reſol. 57.* Leſſ. *lib. 2. cap. 25. num. 33.* aliique viginti apud Moyam *tom. 1. tom. 6. quæſt. ultim. n. 6.* Item poſſe Mercatores pluris vendere ad
5 creditum ratione difficultatum, moleſtiarum, & expenſarum, quæ probabiliter timentur, ſeu ſolent accipere in exigendo poſtea pretio, docent cum communi S. Thomas *opuſc. 73. num. 10.* Sotus, Bannes, Prado, Moya *loc. cit. num. 7.*
6 aliique teſte Claudio la Croix *loc. cit. num. 945.* Abſque ullo titulo licitum eſt vendere pluris ad creditum ſolum intra fines juſti pretii, ideſt uſque ad ſummum pretium: & quamvis mercator eaſdem ſpecifice merces ſoleat numerata pecunia vendere pretio medio, vel etiam infimo, poteſt ipſas ad creditum vendere pretio ſummo: Et ratio eſt, quia nunquam quis tenetur per ſe loquendo vendere infra ſummum pretium juſtum, cum venditio uſque ad ſummum juſtum pretium etiam numerata pecunia ſit juſta in utroque foro ex dictis *in articulo primo num. 14.* ergo multo magis erit juſta uſque ad ſummum juſtum pretium venditio ad creditum, quæ ſolet habere multa pericula, & incommoda adjuncta; Sic communis Doctorum teſte Azorio *lib. 8. cap. 8. §. In primis conſtat.*

Supra ſummum autem juſtum pretium poteſt res pluris ven-
7 di generaliter loquendo ob varias cauſas. Primo, ratione damni emergentis, ſi nempe Venditor ex eo quod rem ſuam Emptori vendat, damnum emergat, non ſecuturum, ſi eamdem ſervaret: *Communis, arg. cap. Precariæ 4. §. 3. cauſ. 10. qu. 2.*
8 juncta *leg. Hoc jure 19. §. 1. ff. de dotat.* Secundo ratione lucri ceſſantis; *Communis arg. cit. cap. Precariæ, & cap. Naviganti 19. de uſuris, juncta leg. 21. §. 3. ff. de action. empt.*
9 dummodo tamen concurrant conditiones aſſignatæ *ſub num. 2.* Tertio ratione penuriæ, ſeu raritatis mercium: *Communis argum. cap. Legimus 24. diſt. 93.*, ibi: *Omne, quod rarum eſt, plus appetitur, ac pretioſius eſt.* Quarto, ratione multitudi-
10 nis Emptorum: exiſtentibus enim, & concurrentibus multis Emptoribus, merces communiter pluris æſtimatur, quæ communis æſtimatio pretium juſtificat: *Communis argum. leg. Pretia rerum 63. ff. ad leg. Falcidiam.* Quinto, ratione ſpecialis
11 ad rem affectus Venditoris, cauſantis eidem honeſtam oble-
12 ctationem (a); *Communis.* Sexto, ratione periculi faciendi
13 expenſas in exigendo poſtea pretio; *Communis.* Septimo, ra-

Ferr. Biblioth. Tom. III.

tione periculi perdendi pretium ſive ex toto, ſive ex parte; *Communis.* 14

Venditor interrogatus ab Emptore de certo vitio rei ven- 14
dendæ, tenetur illud ei manifeſtare; aliter ſi fraudulenter negat, vel doloſa æquivocatione celat vitium, venditio eſt illicita, & iniqua, & tenetur de omni damno, *argum. cap. Sedes 15. de reſcriptis*, ibi: *Quia fraus, & dolus ei patrocinari non debent*; *cap. Ex tenore 16. eod. tit.*, ibi: *Quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent*; *cap. Tuæ 12. de Clericis non reſident.*, ibi: *Cum fraus, & dolus nemini debeat patrocinium impartiri*: *cap. Ex litteris 2. de dolo, & contum.*, ibi: *Nos attendentes, malitiam, & dolum nulli patrocinari debere*; *leg. Cum hi ff. de tranſact.*, ibi: *Non debet via aperiri malitiis*, *leg. Si Legatarius, C. de Legatis*, ibi: *ut non accipiat fructus ſuæ calliditatis*, *leg. Labeo 13. ff. de actionibus empti, & venditi*, ibi: *Si vero ſciens reticuit, & emptorem decepit, omnia detrimenta, quæ ex ea emptione Emptor traxerit, præſtaturum ei.* Si autem Venditor non interrogetur 15
de vitio rei, poteſt licite ipſam vendere cum vitio occulto, dummodo vendat minori pretio proportionato rei vitio (b), & ſit res adhuc utilis emptori juxta proportionem pretii: Sic D. Thomas *quodlib. 2. art. 10. in corpor.*, ibi: „ Si ergo vitium „ rei venditæ non faciat rem minus valere, quam pretium „ impoſitum, quia forte Venditor minus pretium imponit „ propter vitium, tunc non peccat tacens vitium, quia ven- „ ditio non eſt injuſta; & forte eſſet ſibi damnoſum, ſi vitium „ diceret, quia Emptor vellet habere rem etiam minori pre- „ tio, quam valeret, & ſic Doctores paſſim. Nec tenetur 16
Venditor indicare vitium rei manifeſte patens, textu expreſſo *in leg. Ea, quæ 43. §. 1. ff. de contrahend. emption.*, ibi: „ Si „ quis hominem luminibus effoſſis emat, & de ſanitate ſtipu- „ letur..... de cetera parte corporis potius ſtipulatus vi- „ detur, quam de eo, in quo ſcipſe decipiebat, & ſic habet communis Doctorum cum S. Thoma 2. 2. *quæſt. 77. art. 3. in corp.* ubi ſic expreſſe dicit: „ Si vero vitium ſit manifeſtum, „ puta ſi equus ſit monoculus, vel cum uſus rei, etſi non „ competat Venditori, poteſt tamen conveniens eſſe aliis, „ & ſi ipſe propter hujuſmodi vitium ſubtrahat, quantum „ oportet de pretio, non tenetur ad manifeſtandum vitium „ rei, quia forte propter hujuſmodi vitium emptor vellet „ plus ſubtrahi de pretio, quam eſſet ſubtrahendum: unde „ poteſt licite Venditor indemnitati ſuæ conſulere, vitium „ rei reticendo „. Teneretur tamen Venditor tale vitium 17
manifeſte patens indicare, ſi adverteret Emptorem eſſe tam rudem, & imperitum, ut nequidem vitium manifeſte patens agnoſceret, quia reſpectu talis vitium cenſeretur occultum; *Sic communis Doctorum* cum Molina *diſput. 353. num. 17.* Layman *loc. cit. §. 2. num. 14.* Petr. Navarr. *de reſtitut. cap. 2. dub. 7. num. 54.* Silvio *in 2. 2. quæſt. 77. art. 3. concluſ. 4.*

Venditor tenetur manifeſtare vitium, ſeu defectum rei in 18
ſubſtantia, V. G. indicare Emptori eſſe aurichalcum, quod credit eſſe verum aurum, eſſe vitrum, quod putat eſſe gemmam, & hujuſmodi: aliter nedum venditio eſt illicita, ſed etiam invalida: quia ubi eſt error, ſeu defectus in ſubſtantia, deeſt conſenſus, qui eſt de eſſentia venditionis, & emptionis, textu expreſſo *in leg. In venditionibus ff. de contrahend. emptione*, ibi: „ In Venditionibus, & emptionibus conſenſum de- „ bere intercedere palam eſt „; & quod talis emptio, & venditio ſit invalida, & nulla, habetur clare *ex eadem cit. leg. In venditionibus*, ibi: „ Si igitur ego me fundum emere, „ ut putarem, Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronia- „ num putaſti, quia in corpore diſſenſimus (ſeu erravimus) „ emptio nulla eſt „. Et ſic Doctores omnes. Venditor te- 19
netur manifeſtare vitium etiam circa qualitatem rei, quando cauſat damnum, & reddit mercem inutilem ad finem mentis: Sic communis Doctorum: *argum. leg. Labeo 1. §. Proinde ff. de Ædilit. edicto*, ibi: „ Proinde ſi quid tale fuerit vitii, ſive „ morbi, quod uſum miniſteriumque impediat, id dabit re- „ dhibitioni locum „. Non tenetur tamen Venditor manife- 20
ſtare vitium rei, ſi ita ſit modicum, ut eo non obſtante adhuc

(a) Circumſtantia illa de ſpeciali venditoris affectu ad rem, aſſignatur etiam ut ſufficiens ad carius vendendum a Reiffenſtuel *Theol. Moral. pag. 201. num. 192.*, quia venditor in gratiam emptoris ſe ſpoliat re illa, quam valde diligit, ipſique eſt valde utilis, & pretioſa. Eamdem pariter approbat circumſtantiam Antoine *pag. 130. col. 1.*

(b) Idipſum quoque docet Antoine *Tract. de Contract. quæſt. 15. Reſp. 3.* Cum ipſo tamen eſt obſervandum, quod ſi venditor probabiliter judicat rem illam ſe eſſe venditurum tanto pretio, quanto ſi careret defectu, ſeu vitio tenetur ei aperire defectum, ſaltem poſt contractum, quia hoc ipſo, quod rem ſuam venalem exponit cum occulto vitio, tenetur ex officii ſui lege cavere ex parte ſua, ne quis inde aliquod damnum patiatur, alias occaſionem præberet inferendi proximo damnum.

res sit æque, aut ferme æque utilis ad finem ementis; Sic Doctores communiter, *argum. cit. leg. Labeo* 1. §. *Proinde ff. de Ædilit. edicto*, ibi „ Non utique quodlibet quam leviss„ simum efficere, ut morbosus, vitiosusve habeatur; Pro„ inde levis febricula, aut vetus quartana, quæ tamen jam
21 „ sperni potest, vel vulnusculum modicum, nullum habet „ in se delictum, contemni enim hæc potuerunt „. Venditor tenetur manifestare vitium occultum etiam in quantitate: idest si emptor putet mercem majorem in pondere, numero, & mensura, tenetur venditor ei manifestare, quod sit minor, aliter manifesta committeretur fraus, & injustitia cum onere restitutionis totius damni: *Est communissima*,

22 Venditor, qui ad alliciendos frequentiores Emptores vendit merces pretio infimo, sed occulte non tradit integrum pondus, & mensuram, partem sibi reservando ad compensandum velut sibi debitum pretium, quo ab aliis Mercatoribus venduntur, peccat graviter, & tenetur restituere tum Emptoribus, quia non stat contractui, & pacto inito cum illis tradendo integro pondere, & numero, & mensura: tum aliis Mercatoribus, qui jus habent, ut Emptores per talem fraudem a suis officinis non abstrahantur; Molina *disput.* 351. Sporer *loc. cit. num.* 75. Turrian. *disput.* 58. *dub.* 6. Lugo *disput.* 26.
23 *num.* 135. La Croix *lib.* 3. *part.* 2. *num.* 954. & alii passim. Possunt tamen Venditores occulte tantum diminuere de pondere, numero, & mensura mercium, quantum requiritur ad complendum justum pretium in casu, quo vel pretium a Magistratu, vel a Deputatis sit injuste taxatum, vel Emptores inique conveniant, quod nonnisi certo minus justo pretio vulgari merces emere velint: & ratio est, quia nulli fit injuria, cum uti supponitur servetur æqualitas inter mercem, & pretium, & Mercatores possint juste suæ consulere indemnitati sine damno alterius: Molina *disput.* 353. Layman *tract.* 4. *cap.* 17. *num.* 15. Lugo *disput.* 26. *num.* 125. Sporer *loc. cit. n.* 76. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 182. Sotus, Tolet. Valent. Rebell.
24 apud Tamburin. *lib.* 8. *cap.* 7. §. 11. *num* 5. & alii passim. Venditores habentes mercem V. G. triticum extraordinariæ bonitatis, & majoris, quam illud, quod communi, vel taxato pretio venditur, possunt licite admiscere aliquid inferioris materiæ quousque reddatur æquale tritico communi pretio ab aliis in Foro vendi solito. Res enim notabiliter, & manifeste melior alia, jure meretur majus pretium, quod cum venditores obtinere non possint, juste tali admixtione compensant; Salvo tamen semper quod exinde sit apta ad usum, & finem, pro quo emitur; Molina *disput.* 353. Less. *cap.* 21. *dub.* 11. Diana *part.* 1. *tract.* 8. *resol.* 51. Layman *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 15. Lopez *part.* 2. *instruct. cap.* 42. Sporer *loc. cit. num.* 80. & alii passim.

25 Venditor vini valde præstantis, seu generosi potest ipsi admiscere vinum vilius, ut ad commune Fori vinum accedat,
26 & ipsum vendere pretio communi; *Omnes*. Sic etiam si Venditor vini nequit consequi justum ejus pretium, vel ex quo sit injuste taxatum, vel ex quo emptores ob suam iniquitatem nolint justo pretio emere, potest ipsi infundere modicam aquam ad se reddendum indemnem, dummodo nullum damnum sequatur Emptoribus, uti sequeretur, si essent conservaturi illud vinum ad longum tempus, cum vinum aqua dilutum facilius acescat, & tandiu non conservetur; Layman *loc. cit. num.* 15.
27 Sporer *loc. cit. num.* 81. & alii passim. Item si emptores abhorreant a vino nimis meraco, vel rigido emendo, ut nisi aqua aliquantulum temperetur, non appareat Emptoribus ejus præstantia, & justus valor, & ideo venditor cogatur minoris justo pretio vendere, vel omnino repellatur; tunc potest Venditor aliquantulum aquæ ipsi infundere ad reddendum ipsum tenuius, & suavius, & se reddendum indemnem, dummodo Emptoribus nullum omnino sequatur damnum, & dummodo Venditor tantum minuat de pretio vini, quantum auget de admixtione aquæ. Et ratio est, quia venditor non potest vendere majorem quantitatem vini, quam habeat, ut de se patet: majorem autem quantitatem, quam habeat, venderet, si quantum auget de aqua, non minuat de pretio vini, quia vendens decem V. G. urnas, quibus una urna aquæ admixta
28 est, is nonnisi novem vini urnas vendit, unam vero aquæ, adeoque committit inæqualitatem inter datum & acceptum. Nec valet dicere, vinum valde meracum, & rigidum admixtione modicæ aquæ fieri suavius, & quandoque melius: Non valet, inquam, quia hæc ars reddendi suavius, seu melius vinum per admixtionem aquæ est notissima etiam Emptori, qui poterit ipse aquam vino admiscere, si temperari expediat; unde non est cogendus ad emendam aquam pro vino: Sic Rebellus *de contractib. lib.* 9. *quæst.* 19. Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 17. *num.* 15. Sporer *loc. citat. num.* 81. & alii passim cum S. Antonino 2. *part. tit.* 1. *cap.* 17. §. 4. ubi sic concludit: *Debent tamen venditores in hujusmodi casibus minus vendere, quam si esset purum, alias venderent aquam pro vino*.

Venditor sciens scientia privata pretium mercis brevi mi- 29
nuendum esse, potest licite vendere pretio currenti, nihil indicando Emptori, quia pretium currens adhuc est justum: *Communis*. Vid. *articul. antecedent. a num.* 16. *ad* 18. Deputatus ad aliquam rem vendendam certo, & determinato pretio, si 30
pretium solummodo determinatur, ne minoris vendatur, non potest sibi retinere aliquid, si majori pretio vendat: *Communis*. Potest tamen sibi retinere, si Dominus rei ita determinavit 31
pretium, ut nihil aliud desideret, quam tale pretium, relinquens deputato si quid majoris obtinuerit ab emptore: *Communis*. Non possunt autem sibi aliquid retinere famuli, & fa- 32
mulæ, quibus a Dominis indeterminato pretio traditur res vendenda meliori modo quo possunt in utilitatem ipsorum Dominorum: *Communis*. Regulariter loquendo quando aliter non constat de voluntate Domini, quilibet deputatus ad venden- 33
dam rem determinato pretio V. G. pro decem, si ei contingat vendere pro duodecim, non potest tuta conscientia retinere illa duo: Vid. *articul. antecedent. a num.* 39. *ad* 41. Venditor non potest plus justo augere pretium mercis solum ex eo, 34
quod videat emptorem valde indigere illa, aut valde affici erga illam, quia indigentia illa, vel affectus non est res venditis, nec merci intrinseca, sed est res mentis, unde injustissimum est ob illam solam indigentiam, vel specialem ad talem rem affectum mentis, plus justo pretio exigere: Lessius *lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 4. *num.* 31. Filiucc. *tract.* 35. *num.* 77. Sporer *loc. cit. num.* 25. & alii passim.

Venditor pro re valde rara, & peregrina, probabilius non 35
potest repetere ab Emptore quodcumque sibi arbitrarium, & excessivum pretium, sed solum illud quod peritorum arbitrio spectatis omnibus circumstantiis industriæ, raritatis, pretiositatis, pulcritudinis, periculi, laboris &c. justum censetur, quia pretia debent commensurari valori rationabili rerum; *leg. Pretia rerum* 63. *ff. Ad Leg. Falcidiam*; Sic Cajetan., Navarr., Molina, Rebell., Less., Salas, Castropal. *dist.* 5. *punct.* 3. Henno *tom.* 2. *tract.* 2. *quæst.* 6. *Petes* 7. Lugo *tom.* 2. *disput.* 26. *num.* 47. Burghes. *Cent.* 2. *cas.* 58. La Croix *loc. cit. num.* 941. & alii. Est tamen probabilis etiam contraria 36
sententia, quod scilicet Venditor pro gemmis extraordinariis, picturis antiquis, avibus Indicis, aliisque animalibus, & rebus valde raris, & peregrinis valeat licite accipere quantum vult, & potest, quia talia valde rara, & peregrina, nec legitimum, nec vulgare pretium habent, quia cum non sint necessaria usibus humanis, non veniunt in commercium, aut taxationem communem. Unde venditor potest pro ipsis repetere pretium sibi arbitrarium quantumvis excessivum; & de facto apud Japones, & alias incultas, & remotissimas nationes pro vilissima re peregrina sæpe accipitur maximum pretium; sicuti in dies videmus vendi maximo pretio res raras, & peregrinas etiam minoris momenti, quæ a remotissimis nationibus ad nos deferuntur; Sic Sotus, Medin., Ledesm., Solon., Valentia, Sa, Petr. Navarr., Bauny, & alii cum Sporer *tom.* 2. *tract.* 6. *cap.* 5. *num.* 25. Cum enim in his nulla necessitas cogat emptorem, judicatur is donare excessum supra pretium vulgare,

Vendens in fraudem creditorum, quibus re vendita fit in- 37
capax solvendi, quod debet, peccat graviter, & tenetur quantum potest ad restitutionem, quia fraus & dolus nemini debent patrocinium impartiri per jura tum Civilia, tum Canonica adducta *supra num.* 14. Et quamvis talis fraudulenta venditio, si 38
sit facta ignoranti fraudem, remaneat valida; tamen si sit facta scienti fraudem, rescindi potest a creditoribus etiam non restituto pretio ipsi emptori; *l. Si debitor*, *l. Si a debitore*, *ff. quæ in fraudem creditorum facta sunt*. Si autem creditores in- 39
tra annum, quo repetendi potestas est, non repetant rem in suum damnum a debitore fraudulenter venditam, tunc emptor remanet securus in foro externo, *l.* 1. *& l. ait Prætor* 10. *ff. eod.* In foro tamen interno, seu conscientiæ emptor sciens fraudem 40
venditoris non remanet securus, quia cum sciat venditionem fieri fraudulenter cum injusto damno creditorum, videtur cooperari ad talem injustam venditionem consentiendo, & acceptando, unde ratione talis cooperationis ad fraudem non remanet tutus in conscientia, *arg. cit. Jur. supra num.* 14. Ita S. Antonin. *p.* 2. *tit.* 1. *cap.* 12. §. 18. Paludan. *in* 4. *dis.* 13. *q.* 2. *art.* 5. *ad finem*, Cajetan. *in opusc. de usuris q.* 4. Cordulb. *lib.* 1.

lib. 1. *qq.* 9. 39. *p.* 3. *dicto* 3. Navarr. *cap.* 17. *num.* 271. Layman.
41 *loc. cit. num.* 30. Sporer *loc. cit. num.* 88. & alii non desunt tamen magni nominis Doctores, qui dicunt, talem emptorem remanere tutum etiam in conscientia; Sic Petrus Navarr. *l.* 3. *cap.* 4. *num.* 218. Molina *tom.* 2. *disp.* 328. Lessius *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 168. quam sententiam probabilem affirmant Layman, & Sporer *locis citatis* (a).

42 Venditor fingens Litteras de submersis navibus, quæ merces advehebant, vel spargens falsum rumorem de penuria, & caritate mercium in aliis proximis regionibus, vel de proxima obsidione Urbis, & de aliis similibus, quæ solent pretium mercium valde augere, si ob talem fraudem vendat carius, quam venderet suas merces, peccat graviter, & tenetur ad restitutionem; *arg. cit. Jur. supra num.* 14. Castropal. *dis.* 5.
43 *p.* 35. La Croix *loc. cit. num.* 995. Rebell. & alii passim. Unde generaliter omnis venditor, qui fraude, aut mendacio inducit emptorem ad emendum majori pretio, quam empturus esset, quamvis pretium, quod tradit, adhuc fuerit intra limitis justi pretii, ratione suæ fraudis, seu consimiliter malitiosi mendacii graviter peccat, & tenetur ad restitutionem; *arg. toties cit. Jur. supra num.* 14. Sic Castropalao *loc. cit.* La Croix *loc. cit.* & habetur expresse *in l. Julianus* 13. *ff. de action. empti & venditi*, ibi: *Si venditor dolo fuerit, ut rem pluris venderet, empti cum judicio teneri, ut præstet quanto pluris servum*
44 *emisset*. Rebell. & alii. Si tamen venditor, vel mercator solum dicat, aut etiam juret mercem sibi pluris constare, se pluris vendidisse aliis, & hujusmodi, quamvis emptor sic inducatur ad dandum majus pretium, quam non daret, non obligatur ad restitutionem, si sistat intra limites justi pretii, quia licet peccet venditor, seu mercator sic mentiens, aut juratis, tamen quia omnibus notum est, talia solere communiter dici a venditoribus, & mercatoribus, quamvis vera non sint, debet sibi imputare emptor, qui ipsis credit; Sic Rebell. Castropalao, la Croix *loc. cit. num.* 956. & alii.

45 Vendens quid pro quo malitiose, v.g. aurichalcum pro vero
46 auro, & hujusmodi, peccat graviter, & tenetur ad restitutionem; *Communis*. Vendens quid pro quo æque utile ad finem emptoris, ut sæpe solet accidere in Pharmacopola, qui ne cogatur fateri non habere certum petitum medicamentum, & sic minus frequentetur sua officina, dat unum medicamentum pro alio, tunc si tale aliud medicamentum sit æque utile infirmo, & ejusdem virtutis, ac petitum, & præscriptum a Medico, non peccat saltem graviter, nec tenetur ad ullam restitutionem, si tale aliud datum medicamentum non sit inferioris pretii seu valoris, ac præscriptum; quia tunc emens probabiliter non est invitus graviter, & periculum omne absit; Sic Toletus, Valentia, Ledesma, Henriquez, Sotus, Salonius, Bannes, Emmanuel, Vega, & alii, quos affert, & sequitur Salas *dub.* 35. *num.* 1. Tamburr.
47 *lib.* 8. *decalog. cap.* 7. §. 11. *num.* 8. *& 9.* Si tamen Pharmacopola prævideat, vel metuat tale aliud medicamentum graviter periculosum, & damnosum fore, vel esse posse infirmo. graviter peccabit dando unum pro alio, & tenebitur ad restitutionem omnium damnorum; *sic communis Doctorum*. Unde caveant Pharmacopolæ ab hujusmodi prava praxi dandi quid pro quo infirmis cum tot eorum gravissimis periculis, & damnis; serio reflectant, quod pro conscientia tenentur tradere infirmis medicamenta, ut sunt a Medicis præscripta, & aliter faciendo, non ut debent, infirmorum saluti consulunt, & utinam sæpissime non nocerent, cum tale aliud medicamentum sibi visum non absimile a præscripto sit sæpe sæpius, & possit esse reipsa, & virtute dissimile, cum nimio periculo, & damno infirmorum, quisi id scirent, certe talia medicamenta non sumerent.

48 Venditor habens frumentum venale (& sic dices de aliis: mercibus) & sit illud revera servaturus usque ad tempus, quo solet plus valere, potest licite nunc vendere majori pretio, quam actu valeat; si ab emptore rogetur, ut ipsi nunc vendat; desumitur *ex cap. In Civitate 6. & cap. Naviganti* 19. *de usuris*, & tenent communiter Doctores cum S. Antonino 2. *p. Summ. Theolog. tit.* 1. *cap.* 8. §. 1. ubi sic expresse dicit, *Cumquis vendit merces quascumque, lanam, linum, pannos, victualia, & hujusmodi certo pretio majori, quam sit illud, quod tunc valent, cum venduntur, ex eo quod non intendebat eas vendere, sed servare usque ad tempus, quo probabiliter æstimabat tantum valituras, vel plus quantum nunc vendit, sed ad instantiam alterius vendit; istud est etiam pretium justificatum, & licitum, ut expresse dicitur in cap. In Civitate, de usuris*. Sic etiam licite vendit pro pretio solvendo, quo 49
valebit v. g. ultima hebdomada Maji, & prima Junii, quando solet plus valere, dummodo revera esset illud servaturus vendendum usque ad illud tempus, textu expresso *in c. Naviganti* 19. *de usuris*, ibi: *Ratione hujus dubii etiam excusatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vendit, ut amplius, quam tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem; si tamen eo tempore contractus non fuerat venditurus*. Et sic communis Doctorum. Et dato quod pre- 50
tium ultimæ hebdomadæ Maji contingat esse diversum a pretio primæ hebdomadæ Junii, tunc debet sumi pretium medium, idest si pretium unius hebdomadæ erat 80. & alterius erat 70. pretium solvendi erit 75. Debebit tamen ab hoc pretio deducere expensas, quas facturus erat venditor in secundo triticum, vel alias merces, quæ ad tempus præfinitum venditionis; ut recte ex Angelo de Clavasio, Navarro, Petro Navarra, & Covarruvias notat Cabassutius *juris Canon. theor. & praxi lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 13., ibi: „Oportet, ut expensas 51
„ deducat, quas facturus idem venditor fuerat ad servandum „ merces suas usque ad præfinitum diem; ut est pretium „ conductionis horreorum, apothecarum, cellariorum .... „ præterea æstimationem computet diminutionis, deterjora„ tionis, & periculi harum mercium, in id tempus reservanda„ rum; Cum enim venditor, aut creditor fiat ab his omni„ bus expensis, & damnis immunis, ex quo res istas vendi„ dit, aut mutuavit; si ista non computaret, plus exigeret, „ quam sibi ex justitia deberetur, & ultra suam indemnita„ tem in illa anticipata pretii, aut mutui taxatione.

Venditor non potest licite vendere triticum de mense No- 52
vembris summo pretio, quo veniet toto tempore intermedio usque ad Novembrem sequentis anni; Non enim servatur in hoc contractu æqualitas, sortis, & periculi inter venditorem, & emptorem; & ideo merito fuit damnatus similis contractus ab Innocentio III. *in cap. In Civitate 6.* & ab Urbano III. *in cap. Const duit* 10. *de usuris*, & in *Concilio Parisiensi* VI. *c.* 53. habito *anno* 829. in Mediolanensi I. habito *anno* 1565. & in 53
Burdigalensi habito *anno* 1583. Venditor graviter peccat, & tenetur ad restitutionem, si triticum aqua madefaciat, lanam, & hujusmodi in loco humido reponat, ut plus ponderet; pannos, & hujusmodi ad majorem mensuram, vel pondus, quam in se sint, dolosis artibus trahit; Sic communis Doctorum *arg. c. Jur. sup. n.* 14. Unde S. Antoninus 2. *p. Summ. Theolog. tit.* 1. *cap.* 17. §. 5. sic expresse habet: „Lanifices, qui faciunt pan„ nos trahere ad tractarorium ultra debitum artis, unde po„ stea madefactus, & tonsus ut moris est, retrahitur ad lon„ ge minorem mensuram, quam debet, fraudem faciunt, „ & *S. Thomas* 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 2. *in corp. sic ait*: Si quis „ scienter utatur deficienti mensura in vendendo, fraudem „ committit, & est illicita venditio; unde dicitur Deutero„ nomii 25. Non habebis in sacculo diversa pondera, majus „ & minus, nec erit in domo tua modius major & minor.... „ Abominatur enim Dominus Deus tuus eum, qui facit hæc, „ & averlatur omnem injustitiam.

Venditor potest licite vendere rem cum pacto retrovendendi, seu redimendi, in futurum, *l.* 2. *Cod. de pact. inter Empt.* 54
& vendit. & communis Doctorum cum Molina *disput.* 375. Less. *lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 14. Cardin. de Lugo *tom.* 2. *disp.* 26. *sect.* 13. §. 1. & patet *ex Levitici* 25. ubi præcipit Dominus, ut omnes Terræ Populi Israel sub conditione redemptionis venderentur, tum ex censibus, qui venduntur cum pacto implicito redemptionis; Illo tamen casu res debet minoris vendi, eo quod imponatur onus emptori revendendi, quod est pretio æstimabile. Quantum vero diminui debeat de pretio propter 55
tale onus revenditionis impositum emptori; aliqui dicunt esse fere tertiam partem; alii aliter; At rectius docent alii cum Molina *disp.* 375. *num.* 8. & Card. de Lugo *loc. cit. num.* 189. non posse certam regulam generalem assignari; Minus enim diminuendum erit, si facultas redimendi ad breve tempus; plus, si facultas sit ad longius tempus; & adhuc plus, si facultas sit ad longius tempus; & adhuc plus, si facultas redimendi sit perpetua; unde relinquendum est arbitrio prudentum, qui attentis rerum circumstantiis, & Regionum consuetudini-

(a) Antequam sententiam, quam probabilem adfirmant Layman, & Sporer, amplectatur Confessarius, conferat auctoritatem S. Antonini, & Cajetani cum auctoritate Molinæ, & Lessii, atque insuper illorum, ac istorum expendat rationes.

tudinibus, quantum sit de pretio minuendum propter tale onus
56 revenditionis pronunciabunt. Cavendum tamen, ne in similibus pactis revenditionis intercedat damnatus contractus dictus *Mohatra*, vel *Baratra*, Hispanicæ; Et *Stocco*, seu *Stoccola*, aut *Varacola* Italice; Contractus hic intercedit quando aliquis indigens pecunia præsenti, nec illam mutuo inveniens, emit credito a mercatore, seu venditore merces pretio summo, v. gr. 100. & 10. cum pacto revendendi ipsimet venditori pretio infimo, numerata pecunia, v. gr. 100. ut sic per talem numeratam pecuniam provideat suæ præsenti necessitati, cui non potest providere per tales merces, quibus non indiget ad suum usum; Hinc Contractus, ut vides, est palliata usura, cum nihil aliud sit, quam mutuare 100. cum obligatione restituendi postea 100. & 10. unde merito fuit damnata ab Innocentio XI. sequens propositio in ordine 40. *Contractus Mohatra licitus est etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis prævie inito cum intentione lucri.*

Novissimæ additiones ex aliena manu.

NOtabilis est differentia quæ intercedit Socium inter & Fiscum circa venditionem rei communis. Socius tantum suam partem in re communi vendere valide potest.
1 Quinimo si mala fide rem gesserit, & rem totam quasi in solidum Dominus vendiderit, eamdemque sibi cum alio communem esse reticuerit, quum species furti sit rem alienam,
2 absque Domini consensu alienare §.2. *versicul. unde in rebus mobilibus institut. de Usucap.* aut actione furti conveniri potest *L.* 4. *ff. de Reivindicat. L.* 45. *ff. Pro socio L.* 45. *ff. Pro Socio* aut certe in stellionatus crimen incidit *L.*16.§.1.*& L.*36. *ff. de Pignorat. action.* Confer *Reiters de Alienation. part.*2. *cap.*2. *section.*2. *num.*3. *& plur. sequent.*

4 At Fisco ex privilegio rem sibi cum alio communem in solidum vendere permissum est; idque quia publice interest ut
5 res fiscales facilius inveniant Emptorem. Debet tamen Fiscus pretium pro rata partis ad Socium pertinentis, ei refundere.
6 *L.*2. *C. de Commun. rer. alienat. Voet in Commentar. ad Pandect. libr.* 18. *titul.* 1. *num.* 14. *Peregrin. de Jur. Fisc. lib.* 6. *titul.*4. *num.*23.

Num Christiani Mercatores merces ad Infideles licite transferre possint eas ipsis vendendi ergo? Affirmant de tempore
7 pacis, nequaquam vero de tempore belli *Trenucinq. variar. resolut. Libr.*3. *titul. de Verb. obligation. Resolut.*3. *n.*1. *Molin. de Justit. & Jur. tom.*2. *tractat.*2. *disputat.*343. *num.*9.

ARTICULUS IV.

Quoad ea quæ concernunt commodum, periculum, & retractum rei venditæ.

1 COmmodum, & fructus rei venditæ post traditionem pertinent ad Emptorem. Per traditionem enim emptor evadit Dominus rei emptæ; *l. Traditionibus* 20. *C. de pactis*, etiamsi pretium nondum sit solutum, modo cautio fidejussoria, aut pignoratitia ab Emptore præstita fuerit, aut Venditor fidem habeat Emptori, rem eidem credito vendendo, §.41. *Institut. de rerum divis.* Res autem Domino suo fructificat, sicuti ipsi perit, *l. Lectos* 12. *l. Quod si neque* 14. *ff. de periculo, & com-*
2 *modo rei venditæ*; *Est communis, & certa*. Fructus rei venditæ adhuc pendentes tempore contractus venditionis etiam ante traditionem pertinent ad Emptorem, sive sint maturi, sive immaturi; *l. Julianus* 13. §.10. *&* 18. *de action. empt. l. Fructus* 13. *& l. Post perfectam* 16. *Cod. de action. empti, l.final.* §. *Fructus, ff. Quæ in fraudem Creditoris*. Et ratio clara est, quia fructus pendentes censentur pars fundi, vel rei fructiferæ; *l. Fructus* 44. *de rei vindicatione*, adeoque uno indivisibili pretio simul cum fundo, seu re fructifera venduntur, nisi aliter sit in contractu conventum, quia in tali casu standum esset conventioni *ex Regul.*85. *Juris in 6.*, ibi: *Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur; Est communis, ac certa*.

3 Imo nedum fructus pendentes, seu extantes tempore contractus Venditionis, sed etiam fructus nati, & producti post celebratum, & absolutum contractum, pertinent jure Emptionis ad Emptorem; etiamsi res nondum tradita sit; nec cautio fidejussoria, aut pignoratitia præstita, nisi aliter inter contrahentes conventum fuerit; Sic Silvester *verb. Usura* 2.*q.*11. Petrus Navarr. *lib.*4. *cap.*2. *num.*148. Palao *de justit. commut. disp.*5. *punct.*26. *num.*4. Lessius *lib.*2. *cap.*21. *dub.* 13. *n.*109. Rosella *verb. Usura num.* 47. Armilla *eodem verb. numer.*15. Layman *lib.*3. *tract.* 4. *cap.*17. *num.*18. Lopez *de contractib. cap.*36. *ad* 1. Reiffenstuel *lib.* 3. *Decret. tit.* 17. *numer.* 232. Sporer *loc.cit. num.*94. S.Antoninus, Gabriel, & alii cum communiori Theologorum. Et ratio est, quia æquissimum est, ut ad eumdem spectet commodum fructus, & accessio rei, ad quem ejusdem rei damnum, & periculum spectat; textu expresso *in* §.3. *Institut. de empt. & vendition.* ibi: Si post emp-
„ tionem fundo aliquid per alluvionem accesserit, ad Empto
„ ris commodum pertinet; nam & commodum ejus esse de-
„ bet, cujus periculum est; & l. Id quod 7. ff. de pericul. &
„ commod. rei venditæ, ibi: Si Totus ager post Emptionem
„ flumine occupatus esset, periculum esset Emptoris, sic igi-
„ tur, & commodum ejus esse debet; *& clarissime* in l. Se-
„ cundum 10. ff. de diversis regulis Juris antiqui, ibi: Secun-
„ dum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem
„ sequuntur incommoda„. Atqui periculum totum, & damnum rei in specie venditæ, etiam ante traditionem, & pretium solutum ab Emptorem pertinet, adeout si absque venditoris culpa pereat, vel deterior fiat, nihilominus integrum pretium Emptor solvere cogatur; textu expresso *in* §.3. *Institut. de Empt. & Vendition.*, ibi: „Cum Emptio, Venditio contracta sit 4
„ (quod effici diximus simul atque de pretio convenerit) pe-
„ riculum rei venditæ statim ad Emptorem pertinet. Itaque
„ si ædes totæ, vel aliqua ex parte incendio consumptæ fue-
„ rint.... Emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem
„ non fuerit nactus, pretium solvere: Quidquid enim sine
„ dolo, & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus
est„. Ergo commoda quoque: & fructus rei venditæ etiam ante traditionem, & pretii solutionem ad eumdem Emprorem pertinere debent.

Contraria tamen sententia, quod scilicet ad venditorem, & non Emptorem pertineant fructus provenientes ex re vendita post celebratum, & absolutum contractum, casu, quo res nondum sit tradita, vel si tradita, pretium tamen nondum sit solutum, nec cautio præstita, nec fides de pretio habita, ne dilatio ad solvendum expresse concessa sit, defenditur communiter a Legistis, & etiam a variis Theologis, inter quos Navarr., Covarruv., Angelus, Binsfeldius, & alii cum Molina *tom.*2. *disp.* 368. Et ratio non spernenda ipsorum est, quia inter contrahentes debet esse æqualitas, neque unus eorum tenetur implere contractum, nisi & alter vicissim impleat, juxta *l. Bona fides* 50. *ff. de action. empt.* atqui in nostro casu Emptor contractum nondum implevit solutione pretii, transferendo in venditorem Dominium, usumfructum, & commodum pecuniæ, ergo neque venditor tenetur transferre in Emptorem Dominium, usumfructum, & commodum rei venditæ, sed eousque sibi retinere potest, donec Emptor sibi pretium solvat; Venditor enim manet Dominus rei venditæ, donec tradatur, & simul pretium solvatur, vel cautio præstetur; vel saltem fides ejusdem habeatur, §.41. *Institut. de rer. divis*, ibi: *Venditæ vero res, & traditæ, non aliter Emptori acquiruntur, quam si venditori pretium solverit, vel alio modo ei satisfecerit, vel ex promissore, aut pignore dato .... sed si is, qui vendidit, fidem Emptoris secutus fuerit; dicendum est statim rem Emptoris fieri*. Et pro hac sententia adducunt plures Leges, *ut l. Curabit* 5. *Cod. de actionibus Empt. l. Julianus* 13. §.8. *ff. de actionib. Empt. l. Qui pendentem* 25. *ff. eod.* quas omnes tamen clare solvit Reiffenstuel *loc. citat. a numer.* 236. aliis pluribus jam pro nostra sententia adductis *a num.*232.

Notanter autem in conclusione nostra posita *sub num.*4. fuit dictum, *Nisi aliter inter contrahentes conventum fuerit*, quia si circa perceptionem fructuum provenientium ex re vendita fuerit facta aliqua specialis conventio inter Emptorem, & Venditorem, erit omnino observanda; *arg. leg. Si in venditione* 10. *ff. De pericul. & commod. rei Venditæ, leg. Qui fundum* 40. §. 18. *ff. de contrah. Empt. l. Julianus* 13. §. 18. *de actionibus Empt. &* §. *Cum autem, Institut. de Emption. & Vendition.* & ratio est clara, quia *ex Reg.* 85. *Juris in 6. Contractus ex conventione Legem accipere dignoscuntur*. Hinc licitus est contractus, cum fundus fructuosus, ut prædium, domus, hortus, aut aliud hujusmodi emitur eo pacto; ut post tot annos duntaxat Emptor pretium, de quo conventum est, solvere teneatur venditori, & interim venditor usuras summæ capitalis percipiat, donec ipsa soluta sit; *leg. Julianus* 13. §. *Ex venditio ff. De action. Empti, & Venditi*, ibi: ibi: „Ex vendito actio
„ venditori competit ad ea consequenda, quæ ab Emptore præ-

„ stari oportet: veniunt autem in hoc judicio infrascripta;
„ in primis pretium quanti res venit, item usuræ pretii post
„ diem traditionis, nam cum re Emptor fruatur, æquissimum
„ est eum usuras pretii pendere, leg.11. Cod. de usuris, ibi:
„ Quod hujusmodi usuræ, & non quasi usuræ, sed quasi in-
„ teresse putantur. Et sic communis Doctorum *cum Glossa*
„ in cap. Conquestæ, Extravagant. de usuris, ibi: Usuræ
„ possunt etiam peti, secundum Canones, ut cum vendo tibi
„ prædium, & trado, & percipis fructus, nec solvis mihi
„ pretium ad terminum.

7 Sic etiam licitus est contractus, quando venditor per specialem conventionem tantum sibi reservat de fructibus rei venditæ, quantum ex dilatione solutionis prudenter sibi timet imminere damni emergentis, vel lucri cessantis; utpote quia venditor pecunias illas negotiationi exposuisset, aut iis quoquomodo lucratus fuisset, si solutio statim facta fuisset; *Communis, & certa*, teste Cardin. de Lugo *tom.*2. *disp.*25. *n.*140.

8 Postquam autem venditor jam transtulit Dominium in Emptorem, nullumque apparet periculum lucri cessantis, vel damni emergentis, non potest ob solam dilatam solutionem pretii, sibi reservare fructus rei venditæ; Ob solam enim talem dilationem solutionis sibi fructus reservare, vel aliquid recipere est usurarium, textu expresso *in cap. Consuluit* 10. *de usuris, & Concil. Mediolanen.*1. *part.*2. *tit.*68. *& Concil. Bardigalens.*
9 *tit. de usuris*. Item licitus est contractus quando venditor ita convenit cum Emptore, ut Dominium, & periculum rei venditæ ad ipsummet pertineat ante pretii solutionem, & perinde ad se pertineant fructus interim ex ipsa provenientes; Hoc enim casu venditio censetur celebrata non absolute, sed sub conditione, ut non antea rata sit, quam pretium constitutum solvatur; nam tunc quia ad venditorem spectat periculum talis rei, ad ipsum quoque spectare debet commodum, & jus fructus ex ea provenientes recipiendi, donec pretium sit solutum, *nam & commodum ejus esse debet, cujus periculum est*, §.3. *Institut. de Emption. & Venditione*.

10 Periculum rei venditæ post traditionem pertinet statim ad Emptorem; *leg. Lectos* 12. *leg. Quod si neque* 14. *ff. de pericu-*
11 *lo, & commod. rei venditæ. Communis ac certa*. Imo periculum rei venditæ pertinet ad Emptorem etiam ante traditionem, si vendatur res certa, & determinata in individuo, ut hæc Domus, hic ager, hic equus; tunc enim non obstante interitu, vel deterioratione rei, debet Emptor solvere totum pretium, si nondum solvit; & si jam solvit, nihil potest repetere; §. *Cum autem* 3. *Institution. de Emption. &*
„ *Vendition.*, ibi: „ Cum Emptio, Venditio contracta sit
„ (quod effici diximus simul atque de pretio convenerit)
„ periculum rei venditæ statim ad Emptorem pertinet. Ita-
„ que si ædes totæ, vel aliqua ex parte incendio consumptæ
„ fuerint.... Emptoris damnum est, cui necesse est, licet
„ rem non fuerit nactus, pretium solvere. Quidquid enim
„ sine dolo, & culpa venditoris accidit, in eo venditor se-
12 „ curus est. *Sic* communis Doctorum „. Limitatur tamen hæc conclusio in pluribus casibus. Primo quando Emptor, & venditor specialiter inter se conveniunt, ut periculum remaneat penes venditorem, donec res Empta tradita sit Emptori; *arg. leg. Qui fundum* 40. §. 18. *ff. De contrah. Empt. l. Julianus* 13. §. 18. *de action. Empt. leg. Si in venditione* 10. *ff. De periculo, & commodo rei venditæ*, & §. *Cum autem* 3. *Institut. de emption. & vend.* Et in hoc nullum est dubium, quia, ut expresse habetur *in Regula* 85. *Juris in 6. Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur*.

13 Limitatur secundo, quando venditor est in mora tradendi, & res interea casu fortuito perit, vel deterior fit, tunc enim periculum est solius venditoris, *leg. Illud* 7. *leg. Quod si* 14. *de peric. & commod. rei venditæ*, ibi: „ Si..... venditor mo-
„ ram adhibuerit, cum posset se exsolvere, æquum est....
„ moram venditori nocere; „ *leg. Quod te* 5. *ff. De rebus cre-*
„ *ditis*, ibi: „ Quod te mihi dare oporteat, si id postea pe-
„ rierit, quam per te factum erit, quo minus hic mihi da-
„ res, eum fore id detrimentum constat„ & concordat *leg. Si quis* 4. §. *final. leg. Illud* 17. *ff. De peric. & commod. rei venditæ*; *leg. Si fundus* 33. *ff. Locati conducti*. Et ratio est,
14 quia *ex Regul.*25. *Juris in 6. Mora sua cuilibet est nociva*. Si autem non solum venditor in tradendo, sed etiam emptor in rem sibi oblatam recipiendo, fuit in mora, tunc periculum spectat ad illum, qui est in posteriori mora, sive tradendi, sive recipiendi, textu expresso *in leg. Illud* 17. *ff. de pericul.*
„ *& com. rei venditæ*, ibi: „ Si interpellavero venditorem,
„ & non dederit id, quod emeram, deinde posteriore offeren-
„ te illo, ego non acceperim; sine hoc casu nocere mihi de-
„ beret: sed si per emptorem mora fuisset; deinde cum om-
„ nia in integro essent, venditor moram adhibuerit, cum pos-
„ set se exsolvere, æquum est posteriorem moram venditori
„ nocere„. Si vero res æque periisset, vel deterior facta 15
fuisset apud emptorem, si ei tradita fuisset, ad nihil tenetur venditor ob talem moram; *arg. leg. Si plures* 14. §. *Si autem ff. Depositi, vel contra*; ubi statuitur, quod Depositarius ratione moræ ad nihil tenetur, si res depósita etiam periisset apud Dominum, casu, quo eidem restituta fuisset, & concordat *leg. Item* 15. §. *final. ff. De rei vindicat.*, ibi: „ Si servus
„ petitus, vel aliud animal demortuum sit sine dolo malo,
„ & culpa possessoris, pretium non esse præstandum pleri-
„ que ajunt, sed est verius, si forte distracturus erat petitor,
„ si accepisset, moram passo debere præstari; Nam si ei re-
„ stituisset, distraxisset, & pretium esset lucratus„; ubi vides, quod ratio propter quam periculum est imputandum venditori, est quia si rem restituisset, seu tradidisset emptori, ipse emptor eam forsan distraxisset, & sic omne damnum evasisset, unde a sensu contrario si rem non distraxisset, sed æque apud ipsum, ac apud venditorem periisset, ad nihil tenetur venditor ratione moræ, quia per ipsam in tali casu nullum damnum causavit emptori; *Sic Glossa in* §. *Cum autem* 3. *Institut. de emption. & vendit.* Lugo *tom.* 2. *disp.*26. *n.* 217. Molina *disp.*366. *num.*13. & alii communiter.

Limitatur tertio, quando res vendita ante traditionem pe- 16
rit ex dolo, aut culpa lata, vel levi venditoris, *leg. Custodiam* 3. *ff. De periculo, & commodo rei venditæ*, ibi: „ Custodiam
„ autem venditor præstare debet, quam præstant hi, quibus
„ res commodata est, ut diligentiam præstet exactiorem,
„ quam in suis rebus adhiberet„; & concordat *leg. Si ven-*
dita 11. *ff. de pericul. & commod. rei venditæ*, ibi: „ Si ven-
„ ditor eam diligentiam adhibuisset in insula custodienda,
„ quam debent homines frugi, & diligentes præstare, si quid
„ accidisset, nihil ad eum pertinebit. Unde si eam diligen-
tiam in custodienda re vendita, donec tradatur, non adhibuit, ut debuit, ipsi venditori periculum est imputandum; 17
Communis. Limitatur quarto, quando res vendita ante traditionem ex delicto venditoris addicitur Fisco. Tunc enim periculum est imputandum venditori, & si jam receperit pretium, tenetur iterum restituere emptori; textu expresso *in*
„ *leg. Si fundus* 33. *ff. Locati*, ibi: „ Si vendideris mihi
„ fundum, isque prius quam vacuus traderetur, publicatus
„ fuerit, teneuris ex empto, ut pretium restituas„. *Commu-*
nis. Limitatur quinto, quando venditio est facta conditiona- 18
te; & ante impletam conditionem res totaliter perit; V. G. cum emitur equus sub conditione faciendi experimentum de ejus qualitatibus per decem dies, per quos solum si placuerit emptori, censeatur emptus, tunc si antequam elabantur dicti decem dies experimenti, equus sine culpa emptoris, vel pereat, vel a grassatoribus auferatur, periculum imputatur venditori; *leg. Necessario* 8. *ff. De pericul. & commod. rei*
„ *venditæ*, ibi: „ Si sub conditione res venierit, si quidem
„ defecerit conditio, nulla est emptio„; *leg. Apud* 20. §. 1.
ff. De præscriptis verbis, ibi: „ Si mulas tibi dedero, ut ex-
„ periaris, & si placuissent, emeres; si displicuissent, ut in
„ dies singulos aliquid præstares; deinde mulæ a grassatoribus
„ fuerint ablatæ intra dies experimenti, quid esset præ-
„ standum? Utrum pretium? an merces tantum? Et ait
„ Mela, interesse utrum emptio jam erat contracta, an
„ futura? ut si facta, pretium petatur; si futura, merces spe-
ctatur„; *leg. Is, qui* 13. §.1. *ff. Commodati. vel contra*, ibi:
„ Si quem quæstum fecit is, qui experiendum quid accepit;
„ veluti si jumenta fuerint, eaque locata sint, idipsum præ-
„ stabit ei, qui experiendum dedit, neque enim ante eam
„ rem quæstui cuiquam esse oportet, priusquam periculo
„ ejus sit„. Si vero res sub conditione vendita totaliter non 19
pereat, sed tantum deterior evadat, totum periculum conditione impleta ad emptorem spectabit, itaut propter deteriorationem neque pretium minuere possit, textu expresso *in leg. Necessario* 8. *ff. de periculo, & commodo rei venditæ*, ibi: *Si extet res* (vendita sub conditione) *licet deterior effecta, potest dici esse damnum emptoris*. Et ratio est, quia adimpleta conditione, contractus retrotrahitur ad tempus conventionis, & redditur venditio absoluta, & perfecta; *leg. Hæc venditio* 7. *ff. De contrahenda emption. & vendit.*, ibi: „ Conditio-
„ nales autem venditiones tunc perficiuntur, cum impleta
„ fuerit conditio„. Unde cum sic perfecta, & completa ven-
ditione evadat emptor Dominus equi, ipsi debet imputari
ejus

ejus deterioratio; Rebell. *part.*2. *de obligat. justit. lib.*9. *q.*15. *num.*4. Hannold. *tract.*10. *controv. 9. num.*48. Palao *de justitia commutat. punct.*24. *num.*4. Molina *l. cit. n.*8. Reiffenstl. *cit. n.*220. & alii passim.

20 Quando res in pondere, numero, aut mensura consistens venditur ad mensuram, tunc antequam res ipsa tradatur mensurata, ponderata, aut numerata, omne periculum pertinet ad venditorem, textu expresso *in leg. Quod sæpe* 35. §.5. *ff. De contrah. empt.*, ibi: „ Si omne vinum, vel frumentum, „ vel argentum quantumcumque esset, uno pretio venierit, „ idem juris est, quod in ceteris rebus. Quod si vinum ita „ venierit, ut in singulas amphoras, item oleum, ut in sin„ gulas metretas, item frumentum, ut in singulos modios, „ item argentum, ut in singulas liberas certum pretium di„ ceretur, quæritur quando videatur emptio perfici? Quod „ similiter quæritur, & de his, quæ numero constant, si pro „ numero corporum pretium fuerit statutum. Sabinus, & „ Cassius tunc perfici emptionem existimant, cum adnume„ rata, adpensa, admensave sint; quia venditio sub hac con„ ditione videtur fieri, ut in singulas metretas, aut in singu„ los modios, quos quasve admensus eris, aut in singulas li„ bras, quas adpenderis, aut in singula corpora, quæ adnu21 „ meraveris; Sic communis Doctorum „. Sic etiam si vinum, mel, vel quid simile vendatur ad corpus quidem, non ad mensuram, attamen cum pacto, ut degustetur antequam omnino rata, vel perfecta venditio sit; tunc ante degustationem factam periculum spectat ad venditorem; *leg.* 1. *in princip. & leg. Si quis vina* 4. §. 1. *ff. de peric. & commod. rei*
22 *venditæ*; *Communis*. Si tamen certus terminus mensurationi, ponderationi, numerationi, vel degustationi præfixus fuit, aut venditor coram testibus emptorem moneat, ut intra certum tempus ad mensurandam, ponderandam, numerandam, vel degustandam rem emptam accedat, post culpabilem ejus moram, periculum ad emptorem ipsum pertinebit; *leg. Si quis vina* 4. *ff. De pericul. & commodo rei venditæ*; *Communis*.

23 Quando res aliqua vendita est ad corpus totum, Ver. Gr. venditur totum dolium vini, totus cumulus frumenti, & hujusmodi, dicendo, vendo tibi totum hunc cumulum tritici, totum hoc dolium vini sine ordine ad mensurandum; quidquid dein contineat, tunc periculum spectat ad emptorem, textu expresso *in leg. Cum convenit* 2. *Cod. de periculo*, & *commodo rei venditæ*, ibi: „ Cum universum, quod in horreis „ erat positum, venisse sine mensura, & claves emptoribus „ traditas alleges, post perfectam, venditionem, quod vino „ mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet. Hæc om„ nia locum habent non solum si vinum, sed etiam si oleum, „ vel frumentum, vel his similia venierint, & ea, aut dete24 „ riora, aut penitus corrupta fuerint. Communis „. Si autem vendatur totum corpus quidem, sed ad mensuram, dicendo V. Gr. vendo tibi totum hoc dolium vini, totum hunc cumulum tritici, & pro quavis urna, vel mensura dabis unum argenteum, tunc cum venditio sit ad mensuram, donec vinum, & triticum non sit mensuratum, periculum pertinet ad venditorem: *cit. leg. Quod sæpe* 35. §. 5. *de contrab. empt.*
25 *Communis*. Item erit venditio ad mensuram, si ex toto grege vendantur 10. oves, & ex toto cumulo tritici 10. modii, ex toto dolio vini 10. urnæ, & sic donec oves fuerint designatæ, modii tritici, & urnæ vini mensuratæ, periculum spectat ad venditorem; *cit. l. Quod sæpe* 35. §. 5. *ff. de contrab. empt. Communis*.

26 Retractus gentilitius est jus, quod habet proximior consanguineus venditoris rescindendi, & ad se revocandi, seu retrahendi intra certum tempus venditionem rei immobilis, oblato eodem pretio, quo illa ab extraneo, vel remotiore consanguineo empta fuerat; *Est in re communis*. Hujus Juris fit mentio *Levitici* 25. *& in l. Dudum* 14. *Cod. de contrab. empt. & cap. Constitutus* 8. *de in integrum restit.* Et ratio hujus introducti Juris est, ut possessiones paternæ, & avitæ facilius conserventur in proxima posteritate, & difficilius transeant ad extraneos, quod nimis lugubre esse dicitur *in l. Lex quæ*
27 *tutores*, §. *Et tolerabilius*, *Cod. de administrat. tutor.* Sola bona immobilia retrahi possunt; *Sic communis Doctorum*, *arg. l.*62. *ff. de contrab. empt. l. Si in* 35. *de Minor.* Inter bona autem immobilia computantur etiam annui redditus, usufructus, decimæ, aliaque Jura, ac res incorporales super re immobili constitutæ; *arg. Clement. Exivi de Paradiso*, §.
28 *Cumque annui*, *de V. S.* Retrahere possunt omnes venditoris consanguinei, non tantum Laici, sed etiam Clerici; *Sic Communis* Doctorum, *argum. cap. Constitutus* 8. *de integrum restitut.* Religiosus autem consanguineus, vel ejus loco Mona- 29
sterium retrahere nequit, quia per hujus retractum elude-
retur ratio finalis retractus gentilitii, quod nempe possessiones paternæ, & avitæ conserventur in proxima posterioritate, & non transeant ad extraneos; Engel *lib.*3. *Decr. tit.*17. *nu.* 25. Tiraquell. *de Retract. par.*1. §.1. *gloss.*8. *n.*19. *&* 20. & alii communiter. Jus retrahendi ante omnes competit liberis, si- 30
vé masculis, sive fœminis; *arg. l.* 1. *ff. De verbor. signific. l. final. Codic. Quorum bonorum*, *l. Voluntas* 4. *l. Cum acutissimi* 30. *ff. De Fideic.* Dummodo tamen liberi sint legitimi, quia 31
ab hoc Jure excluduntur filii, & filiæ naturales, & spuriæ; *arg. l. Spurius* 4. *ff. Unde cognati*, *l. Humanitas* 8. *Cod. de Natur. liber.* Libertis non extantibus competit hoc jus consangui- 32
neis collateralibus cum prælatione semper ad proximiorem venditoris; *arg. l. Peto* 2. *ff. De Legatis*. Si plures sint con- 33
sanguinei ejusdem gradus, possunt omnes simul retrahere, & rem retractam possidere in communi, vel si dividi potest, dividere, aut forti committere; *arg.* §. *Optionis* 25. *Instit. de Legatis*. Cum fratre superstite nequeunt simul retrahere li- 34
beri fratris, vel sororis defunctæ; quia Frater superstes est proximior venditori; *arg. l. Tutela* 3. §. 5. *de legit. tutor.* Si 35
consanguineus proximior retrahere nolit, competit tale jus consanguineo remotiori, ordine gradus semper servato; & si unus ex æqualier propinquis cedat Juri suo, admittendi sunt ad retrahendum reliqui in solidum; *Communis*.

Legitime retrahere volens debet quatuor potissimum con- 36
ditiones observare, Primo debet retrahere intra annum, & diem; *cap. Constitutus* 8. *de in integrum restit.* ibi: *Infra annum, & diem*, Titul.9. §. *final. lib.*2. *Feud.* Computatur autem hoc tempus a die cognitæ venditionis; Engel. *loc. citat. n.*34. & communis aliorum; *arg. citat. tit.*9. §. *final. lib.* 2. *Feud.* ibi: „ Annali silentio, ex quo sciverit, computando „. Secundo 37
debet offerre integrum pretium ab emptore extraneo solutum, una cum omnibus sumptibus, & expensis ratione contractus necessario factis, itaut emptor servetur omnino indemnis: *argum. l. Debet autem* 27. *ff. de Ædilit. Edict. l. Cum dubitatur* 3. §. *Et si quidem Cap. de Jure Emphyteutico*. Tertio de- 38
bet refundere factas interea ab emptore in rem expensas necessarias, & utiles, quas ipse consanguineos, vel retrahens fecisset, *l. Ultim.* 8. *ff. de impens. in res dot. l. Si servus* 25. *ff. de pignorat. act. l.*27. *ff. Ædilit. Edict.* Non tamen expensas voluptarias, *citat. l. Utilium* 8. *de impens. in res dot. & l. Sine* 32. *ff. de administrat. & peric. tutor.* Quarto debet suo 39
nomine, & in suum, non vero in alterius commodum retrahere, Non enim potest tale Jus cedere extraneo, quia Jus retractus gentilitii, seu sanguinis est personale, adeoque extraneus nequit esse, & fieri illius particeps, aliter rueret natura retractus, qui, ut diximus, introductus est, ne possessiones paternæ, & avitæ in alienas & extraneas manus deveniant: *Communis*,

Hinc si proximior consanguineus venditoris ad impedien- 40
dos alios remotiores consanguineos a tali retractu, fraudulenter, & dolose retrahat pro alio extraneo, fingens retrahere pro se, & in suum commodum, peccat contra justitiam, & tenetur ad compensanda damna illis inde secuta; *arg. l. Si venditor* 14. *ff. de in diem additione*, quia illos malitiose impedivit a consecutione boni, ad quod habent legitimum Jus, privative quoad omnes extraneos, qui nequeunt fieri participes talis Juris, ne, ut diximus, evertatur natura retractus introducta ad hunc specialem finem, ut possessiones paternæ, & avitæ conserventur, & remaneant in proxima po- 41
steritate, & familia, & non transeant ad extraneos. Sic etiam peccat contra justitiam, & tenetur ad compensanda damna inde secuta extraneus ille, qui emit agrum, seu domum a Petro pro centum V. G. aureis, sed timens, ne domus, seu ager retrahatur a consanguineis, ut hos deterreat, cum consensu Petri scribit fraudulenter, & dolose in instrumento, se emisse pro ducentum aureis; Talis enim committit dolum, qui in Jure dicitur *Stellionatus*, & injuste impedit consanguineos venditoris a consecutione boni, ad quod privative quoad ipsum extraneum, habent verum Jus. Unde si ex tali frau- 42
dulenta, & dolosa emptione, consanguinei patiuntur aliquod damnum, tenetur extraneus ad compensationem; *arg. citat. l. Si venditor* 14. *ff. de in diem additione*. Et præsertim si consanguineus habens Jus retrahendi, refudisset tali emptori extraneo ducentos aureos, teneretur ipse extraneus hos centum aureos restituere, quia nullo justo titulo posset retinere: Sic recte La Croix *lib.*3. *part.*2. *n.* 995. Unde laudabilis est con-

consuetudo illorum locorum, in quibus ad evitandas omnes fraudes, occurrente dubio similis malitiæ, & doli, cogitur venditor, & extraneus emptor ad jurandum, quod revera solutum sit tale pretium, & cogitur consanguineus retrahens ad jurandum, quod pro se & suo commodo, & non pro alio retrahat.

Novissimæ additiones ex aliena manu.

QUod emptione & venditione perfecta tametsi res vendita non sit tradita si casu fortuito pereat, damno Emptoris pereat liquet ex §. 5. Instit. de Empt. & Vendit. *ut monet Auctor n.*11. At nihilominus inter alios magnus *Cujacius tract.*81. *ad African.* in contrariam ivit sententiam. Innititur ipse *L.* 12. *& duab. sequent. ff. de Pericul. & commod. Rei vendit.* tum & maxime *L.*33. *ff. Locat.* Ex professo vero eum refutavit, respondituque omnibus hisce legibus clarissimus *Alef de eo quod justum est circa pericul. & commod. rei vendit cap.*2. *per tot.*

Inter eos vero qui tenent perfecto contractu emptionis & venditionis, rem venditam licet non traditam, fortuito casu peremptâ damno Emptoris perire non convenit de ratione hujus dispositionis. Vide qui varias Variorum rationes referunt *Alef. cit. cap.* 2. *num.*12. *& Vasmuth. exercitationum ad obscuriora quædam juris Romani capita cap.* 1. *per tot.*

Mox laudatus *Alef eod. cap.*2. *n.*13. hanc reddit rationem. = *Quid igitur. Cape sequentia. Est contractus emptionis, & venditionis frequentissimus, atque adeo necessarius, ut dubites possit ne Res publica sine ejus adminiculo vel per horam subsistere. Debebat proinde esse constans, quia alias continuo vacillasset subditorum* (*suis per hunc contractum necessitatibus prospicientium securitas*) *vacillasset Reipublicæ salus. Si hoc, ergo necesse erat statuere, quod emptione & venditione perfecta, periculum sit penes Emptorem. Quemadmodum enim rerum pretia continuis mutationibus sunt obnoxia; ita timendum erat, ne eo decrescente Emptor, accrescente autem Venditor, a contractu recederet. His proinde vulneribus mederi oportebat, ideoque* (*quod audisti*) *necesse erat statuere, quod contractu perfecto, & commodum, & periculum sit apud Emptorem*=. *Debebat sane* (*quod fatemur omnes*) *utrumque esse apud alterutrum. Æquitas postulat eum sentire commodum, qui sentit damnum, ut hoc pensetur illo, neque leonina fiant jura. Utrumque vere si Venditori ferendum, consequens est ut admittas esse contractum, venditionem nempe esse perfectam, nullam tamen inde natam esse obligationem. Nollet enim pretio accrescente stare contractui Venditor, quia ante traditionem, (quod ne vis) hunc sequitur commodum. Decrescente vero pretio, nollet Emptor, quia dum Venditor captat lucrum damnum etiam ferat, necesse est. Utrumque igitur in Emptorem conjici prudentissime Leges volunt., ut sic contractum* (*quæ cumque obvenerit sive rei, sive pretii mutatio*) *donarent firmitate Contrahente certitudine & Rempublicam quiete*= Sed utrum bene an male differat Auctor hic Alii dicant.

Mihi penitius materiam hanc intuenti videtur Jus Romanum sibi non consentire. Juxta ipsum, ut dictum est perfecta emptione, & venditione, res vendita licet non tradita, si perit, damno Emptoris perit At quomodo hoc stare potest cum eo, quod dispositum est *in L.* 14. *Cap. de Rei vindicat.* in qua habetur = *Quoties duobus in solidum prædium jure distrahitur, manifesti juris est ei cui priori traditum est in detinendo Dominio esse potiorem* = Si Venditor emptione perfecta potest ex jure Romano rem illam Alii vendere eumque facere Dominum traditione ipsius, a justitiæ & æquitatis Regulis abhorrere videtur, ut interim ea, si casu fortuito periisset, damno primi Emptoris periisset.

Libet hic sententiam *Grotii* hac de re afferre = *De venditione* (inquit *lib.*2. *cap.* 12. §.15.) *& emptione notandum, etiam sine traditione ipso contractus momento transferri dominium posse, atque id esse simplicissimum. Ita Seneca venditio alienatio est, & rei suæ, jurisque sui in alium translatio: nam & ita fit in permutatione. Quod si actum sit ne dominium statim transeat, obligabitur Venditor ad dandum dominium, atque interior res erit commodo & periculo venditoris. Quare quod venditio & emptio constat præstando ut habere liceat & evictionem, item quod res periculo est Emptoris, & ut fructus ad eum pertineant antequam dominium transeat, COMMENTA SUNT JURIS CIVILIS, quod nec ubique observatur, imo plerisque Legum Conditoribus placuisse ut ad traditionem usque res commodo & periculo venditoris sit, notavit Theophrastus in loco, qui apud Stobæum est* =.

Ferrar. Biblioth. Tom. III.

ARTICULUS V.

Quoad ea, quæ concernunt Actiones ex empto, & vendito, & Actionem ob læsionem ultra dimidium, & pactum legis Commissoriæ, & Addictionis in diem.

ACtio ex empto, seu empti est jus, quod competit emptori ad consequenda ea, quæ a venditore vi contractus debentur; *l. Ex empto* 11. *ff. de action. empti*. Hoc Jus, seu actio oritur statim ac perfecta, & absoluta habetur venditio, §.1. *Instit. de emptione, & venditione*. Non potest tamen cum effectu institui contra venditorem, nisi prius sit pretium ex integro solutum, aut saltem realiter ei oblatum; *l.*3. §.8. *ff. de action. empti*. Actio ex vendito, seu venditi est jus, quod competit venditori ad consequenda ea, quæ ab emptore vi contractus debentur; *l. Julianus* 13. §. 9. *ff. de action. empti*. Hoc Jus, seu actio oritur statim ac perfecta, & absoluta habetur emptio; §. 1. *Instit. de emption., & vendit.* Non potest tamen cum effectu institui contra emptorem, nisi prius a venditore res tradita sit ipsi emptori; *l. Qui pendentem* 25. *ff. de action. empti*.

Actio adhibitoria est jus ex empto competens emptori contra venditorem ad redhibendam, idest iterum habendam, vel resumendam rem venditam, & e contra ad pretium, cunctaque in integrum restituenda, quando venditor malitiose occultavit, vel non manifestavit rei vitium, defectum, vel morbum, ratione cujus ipsa res, vel ex toto, vel notabiliter est inutilis ad finem, & intentum ementis, adeout si emptor sciviset, non emisset. *Est in re communis*, & desumitur clare *ex l. Cum autem* 23. §. *Julianus*, *& l. Facta* 60. *& Legibus sequentibus ff. de Ædilitio Edicto*. Vocatur autem *redhibitoria* ab effectu, quem habet; redhibere enim est facere, ut venditor iterum habeat, quod jam habuit, & sic malitiose vendidit, & quia redhibendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio; *l. Redhibere* 21. *ff. de Ædilitio Edicto*. Actio Redhibitoria competit non solum Emptori, sed etiam ejus heredibus; *l. Sciendum* 19. §.5. *ff. de Ædilitio Edicto*. Et potest intentari non solum contra venditorem, sed etiam contra omnes ejus heredes, *l. Cum autem* 23. *ff. de Ædilitio Edicto*.

Actio æstimatoria, seu quanto minoris, est jus, quod ob venditam rem vitio laborantem competit adversus venditorem, ad hoc ut tantum restituatur emptori, quanto minoris emisset, si vitium, vel morbum sciviset. *Est in re communis*, & desumitur clare *ex l.*1. *l.*35., *& aliis pluribus Legibus, ff. de Ædilitio Edicto*. Vocatur autem *æstimatoria*, seu *quanto*, vel *quanti minoris* ab effectu, quem habet, tenetur enim venditor restituere emptori tantum pretium secundum peritorum æstimationem, quanto minoris emptor, si vitium, vel morbum rei sciviset. *Sic communis Doctorum ex citatis Legibus de Ædilitio Edicto*. Actio æstimatoria, seu quanto minoris, vel quanti minoris competit non solum emptori, sed etiam ejus hæredibus; *l. Sciendum* §.5. *ff. de Ædilio Edict.* Et potest intentari, non solum contra venditorem, sed etiam contra omnes ejus hæredes; *l. Cum autem* 23. §.5. *ff. de Ædilit. Edict.*

Si venditor ignorans vitium rei, ipsam sine ulla malitia, & fraude vendidit tamquam bonam, non tenetur de damnis inde secutis, sed sola actione æstimatoria conveniri potest ad restituendum pretium, quanto minoris emptor emisset, si vitium rei sciviset; *l. Julianus* 13. *ff. de actionibus empti*. Si autem venditor rem notabili vitio laborantem scienter, & malitiose vendidit emptori, potest conveniri ab emptore actione Redhibitoria, vel Æstimatoria, non solum ad restituendum pretium, vel partem ejus, sed etiam ad compensanda omnia inde secuta damna, textu expresso *in cit. l. Julianus* 13. *in ff. de actionibus empti*, ibi: Qui pecus vitiosum „ vendidit, si quidem ignorans fecit, id tantum ex empto „ actione præstaturum, quanto minoris esset empturus, si ita „ esse sciviset; Si vero sciens reticuit, & emptorem decepit, omnia detrimenta, quæ ex ea emptor traxerit, præ„ staturum ei; sive igitur ædes ligni vitio corruerunt, ædium „ restitutionem, sive pecora contagione morbosi pecoris perie„ runt, quod interfuit idonee venisse, erit præstandum; I„ tem qui furem vendidit, aut fugitivum &c. *Concordat l.*1. *Cod. de Ædilitiis actionibus, & l. Quæro* 58. *de Ædilitio Edicto. Est communis.*

Pro instituenda Actione redhibitoria conceduntur sex mensL ses

ſes, textu expreſſo *in l.19. §. final. ff. de Ædilitio Edicto*,
18 „ ibi: Tempus autem redhibitionis ſex menſes utiles habet. Pro inſtituenda autem actione æſtimatoria conceditur annus integer, textu expreſſo *in cit. l.19. §. final. ff. de Ædilitio Edicto*, ibi: Si autem non redhibeatur, ſed quanto minoris „ agitur, annus utilis eſt, & concordat *l.2. Cod. eodem* „. Quando ob vitium rei conceditur Actio redhibitoria, poteſt
19 emptor intra ſex menſes loco ipſius aſſumere æſtimatoriam; ita tamen ut aſſumpta, variare amplius non poſſit; *l. Si quid 18. in princip. ff. de Ædilit. edicto l. Si is, qui §.1. ff. de except. rei judic.* Si autem intra ſex menſes emptor nullam
20 intentaverit Actionem; poteſt poſt illos ſex menſes adhuc intra annum intentare Actionem æſtimatoriam; *l. Si tamen 42. §. de Ædilit. edict.*, ibi: „ Non nocebit emptori, ſi „ ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus, velit intra
21 „ annum æſtimatoriam agere. Anno tamen elapſo nullam amplius actionem, nec Redhibitoriam, nec Æſtimatoriam poterit emptor intentare; quia tales Actiones in foro externo eo tempore præſcribuntur; *leg. Cum proponas 2. Cod. de Ædilit. Action.*, ibi: Etenim Redhibitoria actionem ſex „ menſium temporibus, vel quanto minoris anno concludi,
22 „ manifeſti juris eſt. In foro autem interno nunquam eximitur venditor ab obligatione reſtituendi, vel compenſandi damna per talem deceptionem illata emptori; *arg. Regul. 4. Juris in 6.*, ibi: Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ab- „ tum, & ſic communis Doctorum cum Molina *diſp.* 353. „ *concluſ.2.* Layman *lib.3. tract.4. c.17. n.15.*

23 Actio ob læſionem non conceditur de jure Civili, niſi læſio ſit ultra dimidium; habetur expreſſe ex *l.2. Cod. de reſcindend. vendit. & l. Si voluntate 8. Cod. eodem*. Sic etiam
24 de Jure Canoniço loquendo de foro externo *cap. Cum dilecti 3. & cap. Cum cauſa 6. de emption. & vendit.*, ibi „: Cum „ conſtituiſſet nobis Monaſterium in venditione ultra dimidium „ juſti pretii fuiſſe deceptum; ſententiando decrevimus, ne „ præfati Cives, aut recepto poſſeſſiones reſtituerent me- „ moratas, aut ſupplerent quantum conſtaret legitime ven- „ ditionis tempore juſto pretio defuiſſe. Communis. In
25 foro autem interno etiam infra dimidium lædens tenetur ad reſtitutionem, etiamſi ex ignorantia, & bona fide læſerit; *arg. Regul.206. ff. de Regul. Juris*, ubi dicitur quod jure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento, & injuria fieri locupletiorem, & concordat *Regul. 48. Juris in 6.*, ibi: *Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura*, & ſic communis Doctorum cum D. Thom. 2.2.q.77. *art.1.* Molina *diſp.350. num.5.* Pirhing. *lib.3. decretal. tit.17.*
26 *num.26.* Minoribus 25. annis conceditur actio contra graviter lædentem, etiamſi læſio ſit infra dimidium, habetur *ex leg. Quiſquis 15. Cod. de reſcindend. vendit.*, & ex toto *titul. ff. de Minoribus, & Cod. de in integrum reſtitution. Communis*.
27 Sic etiam conceditur Eccleſiis, ac Communitatibus, eo quod Eccleſia gaudeat Jure Minorum; *cap. Auditis 3. de in integ-*
28 *grum reſtitut. Communis*. Sic etiam conceditur univerſaliter omnibus læſis infra dimidium, ſi læſio facta eſt ex dolo, & fraude, datur enim tunc actio ex dolo, *l. Et eleganter, ff. de dolo malo*; *l. Julianus 12. ff. de action. empti*. Et ratio eſt, quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debet; *cap. Ex litteris 2. de dolo, & contumac, cap. Sedes 15., & cap. Ex tenore 16. de reſcriptis*; *cap. Tuæ 12. de Clericis non reſidentib. l. Si in fundo, ff. de rei vindicat. leg. Cum hi, ff. de tranſact. & l. Si Legatarius, Cod. de Legatis*.
29 Ob læſionem ultra dimidium competit actio venditori contra emptorem; *l.2.*, *& l.3. Cod. de eſcind. vendit. cap. Cum*
30 *cauſa 6. de empt.*, *& venditione. Communis*. Item competit emptori contra venditorem. In correlative enim oppoſitis, uti ſunt emptor, & venditor, quod ſtatuitur de uno, cenſetur etiam ſtatutum de altero, ſi eadem de utroque militat ratio; ut hoc caſu, *arg. leg. fin. Cod. de Indict.*, *& l. Cum emptor 5. de reſcind. vend.* Sic communis Doctorum cum Abbat. *in cit. cap. Cum dilecti num.3.* Molina *diſp.349.* Pirhing. *lib.3. decretal. tit.17.num.25.* Reiffenſtuel *ibid. num.335.* Haunold. *tract.10. cap.1. num.340.* Læſio ultra dimidium eodem modo, & æqualiter computari debet in venditore, & emptore. Sic 31
Gloſſa *in cit. l. 2. Cod. de reſcindend. vendit.*, *& in cit. cap. Cum cauſa 6. de emption.*, *& vendit. verb. dimidiam*, Covarruv. *lib.2. variar. reſolut. cap.3.num.8.* Guttierez *2. part. 22. q.133.* Leſſius *cap.21. num.20.* Reiffenſtuel *loc. cit. numer.336.* Pirhing. *loc. cit. num.25.* dicens hanc ſententiam eſſe communem, veriorem, & æquiorem, licet Fachin. *lib. 2. cap.16.* Mynſig. *centur.4. obſerv.73. num.4.*, & alii contrarium ſentiant. *Vid. articul.1. num.17. 18.*, *& 19.* Emptor 32
ultra dimidium lædens tenetur, vel defectum pretii ſupplere, vel rem iterum reſtituere: textu expreſſo *in cit. l.2.*, *& 8. Cod. de reſcind. vendit.*, *& in cap. Cum Dilecti 2. de emption. & vendit.*, ibi „: In arbitrio emptoris eſt, ſi velit ſupplere ju- „ ſtum pretium, aut venditionem reſcindere, cum res mi- „ nus dimidia juſti pretii comparatur, & concordat *cap. Cum cauſa 6. eodem tit.* per verba adducta *ſuper num.24.* Sic etiam 33
venditor ultra dimidium lædens tenetur, vel exceſſum pretii reſtituere emptori, vel rem venditam iterum recipere, reſtituto toto pretio accepto. Sic communiter omnes citati Doctores ob paritatem rationis; *arg. cit. l.2. & 8. Cod. de reſcindend. vendit.*, *& cit. cap. Cum dilecti 3.*, *& cap. Cum cauſa 6. de emption.*, *& vendit.* Nec emptor, nec venditor 34
ſatisfacit reſtituendo tantum, quantum ſufficit, ne læſio ſit amplius ultra dimidium, ſed debet integre reſtituere totum id, quod deeſt juſto pretio. Sic communis Doctorum, *arg. cit. l.2. & 8. de reſcindend. vendit. cit. c. Dilecti 3.*, *& cap. Cum cauſa 6. de emption. & vendit.*

Quando læſio ultra dimidium facta eſt bona fide, & em- 35
ptor iterum reſtituit rem emptam, poteſt fructus interea perceptos ſibi retinere in utroque foro (a), *arg. cap. Cum ad noſtram 11. de rebus Eccleſ. alienan. vel non*; ubi ob enorme diſpendium illatum Monaſterio ob venditionem Feudi, jubetur emptor recepto pretio Feudum reſtituere, fructus autem interea perceptos retinere permittitur, ibi: *Cum ſibi fructus percepti ſufficere debeant pro labore*. Sic Guttierez *2. par. qq. q.134.* Molina *diſp. 349.* Layman *lib.2. cap.24.* Leſſius *lib.2. c.p.21. dub.15.*, Pinell. *part.4. num.1.* 36
Reiffenſtuel *loc.cit.n.343.*, & alii paſſim. Quando vero læſio ultra dimidium facta eſt mala fide, ſeu doloſe, & fraudulenter, tunc emptor tenetur una cum re etiam omnes fructus 37
perceptos reſtituere. Et ratio eſt, quia nemo debet ex iniquitate ſua commodum reportare, & fraus, & dolus alicui patrocinari non debet per Jura *cit. ſupra numer. 28.* Quando 38
læſio eſt facta bona fide, & reſcinditur contractus, venditor tenetur refundere emptori expenſas quas interea in neceſſarias, & utiles rei meliorationes fecit; Univerſaliter enim bonæ fidei poſſeſſori caſu, quo res iterum reſtituitur, ſumptus, ac meliorationes reſtitui debent; *leg. Si prædium 16. Cod. de prædiis minor. Communis*. Actio contra lædentem ultra dimi- 39
dium bona fide inſtitui poteſt uſque ad triginta annos. Gloſſa *in cit. l.2. Cod. de reſcindend. vendit.*, *& communis Doctorum*, *arg. l. Sicut 3. Cod. de præſcript.30. ann.* Contra lædentem vero mala fide poteſt inſtitui actio uſque in perpetuum, quia cum mala fide nullo tempore præſcribitur; textu expreſſo *in Cap. Quoniam 20. de præſcriptionibus*, ibi: Defini- „ mus, ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam Ca- „ nonica, quam Civilis, & Regul.2. Juris in 6., ibi: Poſ- „ ſeſſor mala fide ullo tempore non præſcribit. Com- „ munis.

Pactum Legis Commiſſoriæ, ſeu Lex Commiſſoria eſt pa- 40
ctum a contrahentibus emptioni, & venditioni appoſitum ad hoc ut, niſi intra certum tempus emptor ſolverit pretium, nulla ſit ipſa emptio, & venditio. *Eſt in re communis*, & patet *ex l.2.*, *& 5. ff. de Lege commiſſoria. & cap. Significante 7. de pignoribus*, ubi vocatur pactum Legis commiſſoriæ. Si Emptor determinato per pactum tempore pretium non ſol- 41
vit, dicitur Lex commiſſa & ſtatim ipſo jure res ad venditorem redit; *l. fin. ff. de Lege commiſſor. Communis*. Etiam- 42
ſi emptor a venditore ad ſolvendum non moneatur, aut interpellatur; *leg. Si fundus 4. §. final. ff. de Lege Commiſſor.* In hoc enim dies interpellat pro homine; *leg. Magnam 12.*
43 *Cod. de contrab.*, *& commit. ſtip.* Immo non ſolum res ipſa iterum redit ad venditorem, ſed etiam fructus interea ab emptore percepti, & reliqua commoda, vel acceſſiones rei eidem venditori reſtitui debent; *l. Si fundus 4.*, *& l. Fundo 5. ff. de lege Commiſſor.*, quia ut ibi dicit textus, nihil pe-
44 nes eum reſidere oportet ex re, in qua fidem fefelliſſet. Venditor tamen Lege commiſſa, ſeu pretio per emptorem, ſtatuto tempore, non ſoluto, habet in ſua libertate, vel pretium adhuc petere, vel rem venditam una cum fructibus repetere, dummodo ſtatim ſe reſolvat, & ſemel alterutro electo, non amplius variet, textu expreſſo *in l. Si fundus 4. ff. de Lege commiſſor.*, ibi: Eleganter Papinianus ſcribit, ſtatim „ atque commiſſa eſt Lex, ſtatuere venditorem debere, „ utrum Commiſſoriam velit exercere, aut potius pretium „ petere, nec poſſe, ſi Commiſſoriam elegerit, poſtea va- „ riare: concordat *leg.4. Cod. de pactis inter empt.* Emptor
45 autem non habet hanc libertatem eligendi, ſed debet præſtare id, quod venditor elegerit; *arg. leg.3.*, *& 4. ff. de Lege Commiſſor.* & ratio eſt clara, quia, quod eſt introductum in favorem venditoris, cederet in ejus odium, & damnum, quod iniquum eſt, *leg. 46. §. final. ff. de fideic. lib. leg.6. Cod. de Legibus*, *& facit Regul.61. Juris in 6.*, ibi: *Quod ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum*.

46 Pactum addictionis in diem eſt pactum a contrahentibus venditioni appoſitum ad hoc, ut liceat venditori rem venditam denuo alteri emptori vendere, ſi intra certum tempus aliquis meliorem conditionem pro tali re offerat; *Eſt in re communis*, & deſumitur *ex l.1. ff. De in diem addict.* Dicitur
47 *Addictio in diem*, quia non ſtatim addicitur, ſeu datur primo emptori irrevocabiliter, & perpetuo, ſed in diem, ideſt ad certum tempus, intra quod ſi nullus emptor meliorem conditionem offerens appareat; addicitur tandem perpetuo, &
48 irrevocabiliter. Ille autem cenſetur offerre meliorem conditionem, qui offert aliquid, quod ad majorem utilitatem, & commoditatem venditoris pertineat; *l. Quicquid 5. ff. de in*
49 *diem addict.* Si venditione cum pacto addictionis in diem celebrata, intra tempus determinatum, alius emptor meliorem conditionem offerat, ut eam venditor acceptet, ſtatim ipſo jure abſque ulla alia actione res vendita iterum redit ad venditorem, *leg. Si quis hac Lege 41. in princip. ff. de rei vendic.*
50 Et tunc debet emptor reſtituere venditori nedum ipſam rem, ſed etiam omnes fructus interea ex illa perceptos, & acceſſiones, & commoda illius, *l. Item 6. ff. de in diem addict.*
51 Poteſt tamen emptor deducere expenſas, quas interea in neceſſarias facit, & venditor tenetur eas ipſi compenſare; *leg. Imperator 16. ff. de in diem addict.*

52 Pactum addictionis in diem non poteſt ſuum ſortiri effectum, niſi concurrant ſequentes conditiones. Prima eſt, ut vere, & ſincere abſque dolo, & ſimulatione ab alio emptore melior conditio offeratur venditori, aliter ſi doloſe ſimulata meliori oblata conditione æquali ſolum, vel minori pretio reipſa alteri venderetur, ſecunda venditio eſſet nulla, & dolo- ſus venditor teneretur ad omnia damna emptoris; *l. Si ven-*
53 *ditor 14. ff. de in diem addict.* Secunda eſt, ut emptor primus nolit ipſe oblatam meliorem conditionem præſtare, vel adæquare, quia ſi prior emptor velit præſtare totum id, quod ſincere offert alius, ſubſiſtet venditio; *l. Licet ff. de in diem*
54 *addict.* Tertia eſt, ut venditor oblatam a ſecundo emptore meliorem conditionem reipſa acceptet, quia ſi ſecundo huic emptori pro oblata meliori conditione rem vendere recuſet, uti revera poteſt, *ex l. Sabinus 9. ff. de in diem addict.* tunc ſubſiſtet prima emptio etiam invito primo emptore; *citat. l. Sabinus*, niſi ipſe primus emptor expreſſe convenerit cum venditore, ut ſibi liceret reſilire, meliori ei conditione oblata; *citat. l. Sabinus*, quia *ex Regul. 85. Juris in 6. Contractus ex conventione legem accipere dignoſcuntur*. Quarta eſt, ut infra diem, ſeu tempus addictionis venditor non moriatur, vel ſi moriatur, adſit intra illud tempus hæres idoneus, cui melior conditio poſſit offerri; *l. Si prædia 15. ff. de in diem addict.*

Noviſſimæ additiones ex aliena manu.

1 Actio empti competit emptori. Eaque petitur ut res
2 vendita corporalis tradatur, incorporalis cedatur, vel alio ſimili modo ejus quaſi traditio fiat, una cum fructibus perceptis à tempore venditionis, tum omnibus acceſſionibus,

(a) Si per legis diſpoſitionem emptor ille poteſt fructus interea perceptos ſibi retinere in utroque foro, ex eo quod læſio illa ultra dimidium facta fuerit non mala, ſed bona fide, non apparet, cur debeat id reſtituere, in quo factus eſt ditior. Dum enim rem emptam cum læſione, dum eam retinebat, ipſam bona fide retinebat, ac læſionem eſſe cognovit, rem emptam reſtituit, nullus igitur in tali emptore dolus apparet, nulla intentio nocendi proximo; adeoque ſi permittitur ipſi fructuum perceptorum retentio, cogi non debet ad reſtituendum id, in quo factus eſt ditior eo tempore, quo rem emptam bona fide poſſidebat.

aut pacto ſpeciali comprehenſis, aut ex generali natura emptionis ſolitis præſtari. Clariſſimus *Voet in Comment. ad Pandect. lib.19. tit.1. a num.4. ad plur. ſequent.* illuſtrioribus exemplis, quæ acceſſionis jure in emptorem tranſire debeant, oſtendit.

Actio venditi competit venditori. In id ea tendit, ut em- 3
ptor pretium ſolvat, impenſas reſtituat à venditore poſt venditionem factas, præſtetque inſuper omnia illa, quæ vel ex 4
ſpeciali pacto appoſito, vel ex emptionis natura præſtari debent; potiſſime vero uſuras ex mora; Idque quia æquum eſt, ut dum re fruitur Emptor uſuræ venditori cedant *leg. 5. Cod. de Action. Empt.* 5

Nec ab hac uſurarum præſtatione, ſe ex eo ſubducere poteſt emptor, quod ob imminentem rei venditæ ac traditæ 6
evictionem, denegaverit ſolutionem pretii, aut venditor noluerit illud legitimo modo oblatum acceptare; quum hiſce in caſibus oportuiſſet illud conſignatum deponere, eo quod 7
uſuræ pretii rerum venditarum non ex conſideratione moræ ex Perſona per interpellationem introductæ, ſed propter 8
conventionem, aut moram ex re debentur: ne ſcilicet Emptor ſimul lucretur uſuras pretii, & fructus rei, qualiun- 9
uſurarum curſus neutiquam ſola fiſtitur oblatione, ſed accedat oportet depoſitio. *leg. 19. Cod. de Uſur. Carpzov. Juriſpond. Forenſ. part.2. Conſtitut. 34. Definit. 38. Sande Deciſ. Friſic. lib.3. tit.14. Diſinit. 8.*

Quæri hic ſolet, uter prior Contractum implere debeat, 10
Emptor an venditor. Facilis vero eſt reſponſio, nimirum, quod Is qui agit ſive emptor, ſive venditor ſit prius ex latere ſuo implere, ac præſtare debeat omnia, ad quæ præſtanda ex Contractu illo obſtrictus eſt, ne alioquin per reum conventum exceptione contractus ex latere actoris nec dum impleti, repellatur. *leg.13. §.8. leg.25. ff. de action. Empt. & vendit. leg.25. leg.57. Ædilit. edict.*, *& leg. 5. Cod. de Evictione.*

Et, quod notandum eſt, exceptio contractus non impleti 11
ex parte actoris non à reo ipſam proponente, probanda eſt, ſed per actorem ex contractu veluti impleto agentem, implementum probari debet. Et ſumma ratione. Totum enim Actoris fundamentum in Contractu ex parte ſua impleto conſiſtit; neceſſario propterea implementum illud ab adverſario negatum probari debet *Zanger. de exception. part.3. cap. 22. num.6.*, *& plur. ſequenent.*

Inquacumque vero Judicii parte actori ſi obiiciatur exceptio 12
contractus non impleti, liberum ei eſt implementum quantocius offerre, atque hoc pacto efficacem reddere ſuam, quæ ab initio laborabat petitionem *arg. leg.9. §. ult. ff. de Pignorat. Action.*

ENERGUMENI. Vide *Irregularitas, art.1. n. 12.* & verb. *Exorciſta, num.17.*

EPICHEJA. Vid. verb. *Lex, art.5. a n.41. ad 43.*

EPILEPTICI. Vide verb. *Irregularitas, artic.1. num. 13.*

EPIPHANIA DOMINI. Vide verb. *Magi*.

EPISCOPATUS.

Epiſcopatus probabilius eſt Ordo Sacramentalis realiter 1
diſtinctus ab Ordine Presbyterali. Sic Hoſtienſis *in cap. Cum contingat num.6. de ætat. & qualit.* quem ibi ſequuntur Joann. Andr. Butr. Card. Ancharan. Abbas, & ceteri omnes Canoniſtæ, Gloſſa *in proœm. ſexti Decret. verb. Epiſcopus*. Gloſſa unic. *in cap. ſolicitudo*, & ibi etiam propoſit. *num. 4. diſt.12.* Gloſſa *in Clementin. In pleriſque, verb. Aliquid de election.* Abbas *in cap. Aqua, de conſecration. Eccleſ. vel. Altar.* Butr. *in cap. unic. da Cleric. per ſaltum promot.* Præpoſit. *in cap. Cler. 9. diſt.21.* Fagnan. *in cap. Requiſivit 1. de Ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatus*, & ibi Canoniſtæ communiter teſte Card. *ibid. num.1.* Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſcop. par.2. allegat.1. num.18.* ubi pro hac ſententia citat pluſquam 18. etiam ex Theologis, quos ſequuntur alii moderniores cum La Croix *lib.6. par.2. num.2206.* Henno *tom.2. tract.7. de Sacramento Ordinis qu.3. concluſ.2.* Averſa *qu.2. ſect.7.* Illſung. *num.18.* aliique plures contra torrentem

ſes, textu expreſſo *in l.19. §. final. ff. de Ædilitio Edicto*,
18 „ ibi: Tempus autem redhibitionis ſex menſes utiles habet. Pro inſtituenda autem actione æſtimatoria conceditur annus integer, textu expreſſo *in cit. l.19. §. final. ff. de Ædilitio Edicto*, ibi: Si autem non redhibeatur, ſed quanto minoris „ agitur, annus utilis eſt, & concordat *l.2. Cod. eodem* „. Quando ob vitium rei conceditur Actio redhibitoria, poteſt
19 emptor intra ſex menſes loco ipſius aſſumere æſtimatoriam; ita tamen ut aſſumpta, variare amplius non poſſit; *l. Si quid 18. in princip. ff. de Ædilit. edicto l. Si is, qui §.1. ff. de except. rei judic.* Si autem intra ſex menſes emptor nullam
20 intentaverit Actionem; poteſt poſt illos ſex menſes adhuc intra annum intentare Actionem æſtimatoriam; *l. Si tamen 42. §. de Ædilit. edict.*, ibi: „ Non nocebit emptori, ſi „ ſex menſium exceptione redhibitoria excluſus, velit intra
21 „ annum æſtimatoriam agere. Anno tamen elapſo nullam amplius actionem, nec Redhibitoriam, nec Æſtimatoriam poterit emptor intentare; quia tales Actiones in foro externo eo tempore præſcribuntur; *leg. Cum proponas 2. Cod. de Ædilit. Action.*, ibi: Etenim Redhibitoria actionem ſex „ menſium temporibus, vel quanto minoris anno concludi,
22 „ manifeſti juris eſt. In foro autem interno nunquam eximitur venditor ab obligatione reſtituendi, vel compenſandi damna per talem deceptionem illata emptori; *arg. Regul. 4. Jaris in 6.*, ibi: Peccatum non dimittitur, niſi reſtituatur ab- „ tum, & ſic communis Doctorum cum Molina *diſp.* 353. „ *concluſ.2.* Layman *lib.3. tract.4. c.17. n.15.*

23 Actio ob læſionem non conceditur de jure Civili, niſi læſio ſit ultra dimidium; habetur expreſſe ex *l.2. Cod. de reſcindend. vendit. & l. Si voluntate 8. Cod. eodem*. Sic etiam
24 de Jure Canonico loquendo de foro externo *cap. Cum dilecti 3. & cap. Cum cauſa 6. de emption. & vendit.*, ibi „: Cum „ conſtitiſſet nobis Monaſterium in venditione ultra dimidium „ juſti pretii fuiſſe deceptum; ſententiando decrevimus, ne „ præfati Cives, aut recepto poſſeſſiones reſtituerent me- „ moratas, aut ſupplerent quantum conſtaret legitimæ ven- „ ditionis tempore juſto pretio defuiſſe. Communis. In
25 foro autem interno etiam infra dimidium lædens tenetur ad reſtitutionem, etiamſi ex ignorantia, & bona fide læſerit; *arg. Regul.206. ff. de Regul. Juris*, ubi dicitur quod jure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento, & injuria fieri locupletiorem, & concordat *Regul. 48. Juris in 6.*, ibi: *Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura*, & ſic communis Doctorum cum D. Thom. 2.2.q.77. *art.1.* Molina *diſp.350. num.5.* Pirhing. *lib.3. decretal. tit.17.*
26 *num.26.* Minoribus 25. annis conceditur actio contra graviter lædentem, etiamſi læſio ſit infra dimidium, habetur *ex leg. Quiſquis 15. Cod. de reſcindend. vendit.*, & ex toto *titul. ff. de Minoribus*, & *Cod. de in integrum reſtitution. Communis*.
27 Sic etiam conceditur Eccleſiis, ac Communitatibus, eo quod Eccleſia gaudeat Jure Minorum; *cap. Auditis 3. de in integ-*
28 *grum reſtitut. Communis*. Sic etiam conceditur univerſaliter omnibus læſis infra dimidium, ſi læſio facta eſt ex dolo, & fraude, datur enim tunc actio ex dolo, *l. Et eleganter, ff. de dolo malo*; *l. Julianus 12. ff. de action. empti*. Et ratio eſt, quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debet; *cap. Ex litteris 2. de dolo, & contumac, cap. Sedes 15., & cap. Ex tenore 16. de reſcriptis*; *cap. Tuæ 12. de Clericis non reſidentib. l. Si in fundo, ff. de rei vindicat. leg. Cum hi, ff. de tranſact. & l. Si Legatarius, Cod. de Legatis*.

29 Ob læſionem ultra dimidium competit actio venditori contra emptorem; *l.2.*, & *l.3. Cod. de eſcind. vendit. cap. Cum*
30 *cauſa 6. de empt.*, & *venditione*, *Communis*. Item competit emptori contra venditorem. In correlative enim oppoſitis, uti ſunt emptor, & venditor, quod ſtatuitur de uno, cenſetur etiam ſtatutum de altero, ſi eadem de utroque militat ratio; ut hoc caſu, *arg. leg. fin. Cod. de Indict.*, & *l. Cum emptor 5. de reſcind. vend.* Sic communis Doctorum cum Abbat. *in cit. cap. Cum dilecti num.3.* Molina *diſp.349.* Pirhing. *lib.3. decretal. tit.17.num.25.* Reiffenſtuel *ibid. num.335.* Haunold. *tract.10. cap.1. num.340.* Læſio ultra dimidium eodem modo,
31 & æqualiter computari debet in venditore, & emptore. Sic Gloſſa *in cit. l. 2. Cod. de reſcindend. vendit.*, & *in cit. cap. Cum cauſa 6. de emption.*, & *vendit. verb. dimidam*, Covarruv. *lib.2. variar. reſolut. cap.3. num.8.* Guttierez *2. part. 22. q.133.* Leſſius *cap.21. num.20.* Reiffenſtuel *loc. cit. numer.336.* Pirhing. *loc. cit. num.25.* dicens hanc ſententiam eſſe communem, veriorem, & æquiorem, licet Fachin. *lib. 2. cap.16.* Mynſig. *centur. 4. obſerv.73. num.4.*, & alii contrarium ſentiant. *Vid. articul.1. num.17. 18.*, & 19. Emptor ultra dimidium lædens tenetur, vel defectum pretii ſupplere,
32 vel rem iterum reſtituere: textu expreſſo *in cit. l.2.*, & 8. *Cod. de reſcind. vendit.*, & *in cap. Cum Dilecti 2. de emption. & vendit.*, ibi „: In arbitrio emptoris eſt, ſi velit ſupplere ju- „ ſtum pretium, aut venditionem reſcindere, cum res mi- „ nus dimidia juſti pretii comparatur, & concordat *cap. Cum cauſa 6. eodem tit.* per verba adducta *ſuper num.24.* Sic etiam
33 venditor ultra dimidium lædens tenetur, vel exceſſum pretii reſtituere emptori, vel rem venditam iterum recipere, reſtituto toto pretio accepto. Sic communiter omnes citati Doctores ob paritatem rationis; *arg. cit. l.2. & 8. Cod. de reſcindend. vendit.*, & *cit. cap. Cum dilecti 3.*, & *cap. Cum cauſa 6. de emption.*, & *vendit.* Nec emptor, nec venditor
34 ſatisfacit reſtituendo tantum, quantum ſufficit, ne læſio ſit amplius ultra dimidium, ſed debet integre reſtituere totum id, quod deeſt juſto pretio. Sic communis Doctorum, *arg. cit. l.2. & 8. de reſcindend. vendit. cit. c. Dilecti 3.*, & *cap. Cum cauſa 6. de emption. & vendit.*

Quando læſio ultra dimidium facta eſt bona fide, & em-
35 ptor iterum reſtituit rem emptam, poteſt fructus interea perceptos ſibi retinere in utroque foro (a), *arg. cap. Cum ad noſtram 11. de rebus Eccleſ. alienan. vel non*; ubi ob enorme diſpendium illatum Monaſterio ob venditionem Feudi, jubetur emptor recepto pretio Feudum reſtituere, fructus autem interea perceptos retinere permittitur, ibi: *Cum ſibi fructus percepti ſufficere debeant pro labore*. Sic Guttierez *2. par. qq. q.134.* Molina *diſp. 349.* Layman *lib. 2. cap.24.* Leſſius *lib.2. c.p.21. dub.15.*, Pinell. *part.4. num.1.*
36 Reiffenſtuel *loc.cit.n.343.*, & alii paſſim. Quando vero læſio ultra dimidium facta eſt mala fide, ſeu doloſe, & fraudulenter, tunc emptor tenetur una cum re etiam omnes fructus
37 perceptos reſtituere. Et ratio eſt, quia nemo debet ex iniquitate ſua commodum reportare, & fraus, & dolus alicui patrocinari non debet per Jura *cit. ſupra numer. 28.* Quando læſio eſt facta bona fide, & reſcinditur contractus, venditor tenetur refundere emptori expenſas quas interea in neceſſarias, & utiles rei meliorationes fecit; Univerſaliter enim bonæ fidei poſſeſſori caſu, quo res iterum reſtituitur, ſumptus,
38 ac meliorationes reſtitui debent; *leg. Si prædium 16. Cod. de prædiis minor. Communis*. Actio contra lædentem ultra dimidium bona fide inſtitui poteſt uſque ad triginta annos. Gloſſa
39 *in cit. l.2. Cod. de reſcindend. vendit.*, & *communis Doctorum*, *arg. l. Sicut 3. Cod. de præſcript.30. ann.* Contra lædentem vero mala fide poteſt inſtitui actio uſque in perpetuum, quia cum mala fide nullo tempore præſcribitur; textu expreſſo *in Cap. Quoniam 20. de præſcriptionibus*, ibi: Defini- „ mus, ut nulla valeat abſque bona fide præſcriptio tam Ca- „ nonica, quam Civilis, & Regul.2. Juris in 6., ibi: Poſ- „ ſeſſor mala fide ullo tempore non præſcribit. Com- „ munis.

Pactum Legis Commiſſoriæ, ſeu Lex Commiſſoria eſt pa-
40 ctum a contrahentibus emptioni, & venditioni appoſitum ad hoc ut, niſi intra certum tempus emptor ſolverit pretium, nulla ſit ipſa emptio, & venditio. *Eſt in re communis*, & patet *ex l.2.*, & *5. ff. de Lege commiſſoria. & cap. Significante 7. de pignoribus*, ubi vocatur pactum Legis commiſſoriæ. Si Emptor determinato per pactum tempore pretium non ſol-
41 vit, dicitur Lex commiſſa & ſtatim ipſo jure res ad venditorem redit; *l. fin. ff. de Lege commiſſor. Communis*. Etiam-
42 ſi emptor a venditore ad ſolvendum non moneatur, aut interpellet-

(a) Si per legis diſpoſitionem emptor ille poteſt fructus interea perceptos ſibi retinere in utroque foro, ex eo quod læſio illa ultra dimidium facta fuerit non mala, ſed bona fide, non apparet, cur debeat id reſtituere, in quo factus eſt ditior. Dum enim rem emptam cum læſione, dum eam retinebat, ipſam bona fide retinebat, ac læſionem eſſe cognovit, rem emptam reſtituit, nullus igitur in tali emptore dolus apparet, nulla intentio nocendi proximo; adeoque ſi permittitur ipſi fructuum perceptorum retentio, cogi non debet ad reſtituendum id, in quo factus eſt ditior eo tempore, quo rem emptam bona fide poſſidebat.

terpelletur; *leg. Si fundus 4. §. final. ff. de Lege Commiſſor.* In hoc enim dies interpellat pro homine; *leg. Magnam 12.*
43 *Cod. de contrab.*, & *commit. ſtip.* Immo non ſolum res ipſa iterum redit ad venditorem, ſed etiam fructus interea ab emptore percepti, & reliqua commoda, vel acceſſiones rei eidem venditori reſtitui debent; *l. Si fundus 4.*, & *l. Fundo 5. ff. de lege Commiſſor.*, quia ut ibi dicit textus, nihil penes eum reſidere oportet ex re, in qua fidem fefelliſſet. Ven-
44 ditor tamen Lege commiſſa, ſeu pretio per emptorem, ſtatuto tempore, non ſoluto, habet in ſua libertate, vel pretium adhuc petere, vel rem venditam una cum fructibus repetere, dummodo ſtatim ſe reſolvat, & ſemel alterutro electo, non amplius variet, textu expreſſo *in l. Si fundus 4. ff. de Lege commiſſor.*, ibi: Eleganter Papinianus ſcribit, ſtatim „ atque commiſſa eſt Lex, ſtatuere venditorem debere, „ utrum Commiſſoriam velit exercere, aut potius pretium „ petere, nec poſſe, ſi Commiſſoriam elegerit, poſtea va- „ riare: concordat *leg.4. Cod. de pactis interempt.* Emptor
45 autem non habet hanc libertatem eligendi, ſed debet præſtare id, quod venditor elegerit; *arg. leg.3.*, & *4. ff. de Lege Commiſſor.* & ratio eſt clara, quia, quod eſt introductum in favorem venditoris, cederet in ejus odium, & damnum, quod iniquum eſt, *leg. 46. §. final. ff. de fideic. lib. leg.6. Cod. de Legibus*, & *facit Regul.61. Juris in 6.*, ibi: *Quod ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum*.

46 Pactum addictionis in diem eſt pactum a contrahentibus venditioni appoſitum ad hoc, ut liceat venditori rem venditam denuo alteri emptori vendere, ſi intra certum tempus aliquis meliorem conditionem pro tali re offerat; *Eſt in re communis*, & deſumitur *ex l.1. ff. De in diem addict.* Dicitur
47 *Addictio in diem*, quia non ſtatim addicitur, ſeu datur primo emptori irrevocabiliter, & perpetuo, ſed in diem, ideſt ad certum tempus, intra quod ſi nullus emptor meliorem conditionem offerens appareat; addicitur tandem perpetuo, &
48 irrevocabiliter. Ille autem cenſetur offerre meliorem conditionem, qui offert aliquid, quod ad majorem utilitatem, & commoditatem venditoris pertineat; *l. Quicquid 5. ff. de in*
49 *diem addict.* Si venditione cum pacto addictionis in diem celebrata, intra tempus determinatum, alius emptor meliorem conditionem offerat, ut eam venditor acceptet, ſtatim ipſo jure abſque ulla alia actione res vendita iterum redit ad venditorem, *leg. Si quis hac Lege 41. in princip. ff. de rei vendic.*
50 Et tunc debet emptor reſtituere venditori nedum ipſam rem, ſed etiam omnes fructus interea ex illa perceptos, & acceſſiones, & commoda illius, *l. Item 6. ff. de in diem addict.*
51 Poteſt tamen emptor deducere expenſas, quas interea in rem neceſſario facit, & venditor tenetur eas ipſi compenſare; *leg. Imperator 16. ff. de in diem addict.*
52 Pactum addictionis in diem non poteſt ſuum ſortiri effectum, niſi concurrant ſequentes conditiones. Prima eſt, ut vere, & ſincere abſque dolo, & ſimulatione ab alio emptore melior conditio offeratur venditori, aliter ſi doloſe ſimulata meliori oblata conditione æquali ſolum, vel minori pretio reipſa alteri venderetur, ſecunda venditio eſſet nulla, & doloſus venditor teneretur ad omnia damna emptoris; *l. Si ven-*
53 *ditor 14. ff. de in diem addict.* Secunda eſt, ut emptor primus nolit ipſe oblatam meliorem conditionem præſtare, vel adæquare, quia ſi prior emptor velit præſtare totum id, quod ſincere offert alius, ſubſiſtet venditio; *l. Licet ff. de in diem*
54 *addict.* Tertia eſt, ut venditor oblatam a ſecundo emptore meliorem conditionem reipſa acceptet, quia ſi ſecundo huic emptori pro oblata meliori conditione rem vendere recuſet, uti revera poteſt, *ex l. Sabinus 9. ff. de in diem addict.* tunc ſubſiſtet prima emptio etiam invito primo emptore; *citat. l. Sabinus*, niſi ipſe primus emptor expreſſe convenerit cum venditore, ut ſibi liceret reſilire, meliori ei conditione oblata; *citat. l. Sabinus*, quia *ex Regul. 85. Juris in 6. Contractus ex conventione legem accipere dignoſcuntur*. Quarta eſt, ut infra diem, ſeu tempus addictionis venditor non moriatur, vel ſi moriatur, adſit intra illud tempus hæres idoneus, cui melior conditio poſſit offerri; *l. Si prædio 15. ff. de in diem addict.*

Noviſſimæ additiones ex aliena manu.

1 ACtio empti competit emptori. Eaque petitur ut res
2 vendita corporalis tradatur, incorporalis cedatur, vel alio ſimili modo ejus quaſi traditio fiat, una cum fructibus perceptis à tempore venditionis, tum omnibus acceſſionibus, aut pacto ſpeciali comprehenſis, aut ex generali natura, emptionis ſolitis præſtari. Clariſſimus *Voet in Comment. ad Pandect. lib.19. tit.1. a num.4. ad plur. ſequent.* illuſtrioribus exemplis, quæ acceſſionis jure in emptorem tranſire debeant, oſtendit.

Actio venditi competit venditori. In id ea tendit, ut em- 3
ptor pretium ſolvat, impenſas reſtituat à venditore poſt venditionem factas, præſtetque inſuper omnia illa, quæ vel ex 4
ſpeciali pacto appoſito, vel ex emptionis natura præſtari debent; potiſſime vero uſuras ex mora; Idque quia æquum eſt, ut dum re fruitur Emptor uſuræ venditori cedant *leg. 5. Cod. de Action. Empt.* 5

Nec ab hac uſurarum præſtatione, ſe ex eo ſubducere, poteſt emptor, quod ob imminentem rei venditæ ac traditæ evictionem, denegaverit ſolutionem pretii, aut venditor noluerit illud legitimo modo oblatum acceptare; quum hiſce 6
in caſibus oportuiſſet illud conſignatum deponere, eo quod uſuræ pretii rerum venditarum non ex conſideratione moræ 7
ex Perſona per interpellationem introductæ, ſed propter conventionem, aut moram ex re debentur: ne ſcilicet Em- 8
ptor ſimul lucretur uſuras pretii, & fructus rei, qualium 9
uſurarum curſus neutiquam ſola fiſtitur oblatione, ſed accedat oportet depoſitio. *leg. 19. Cod. de Uſur. Carpzov. Jurispond. Forenſ. part.2. Conſtitut. 34. Definit. 38. Sande Deciſ. Friſic. lib.3. tit.14. Diſinit. 8.*

Quæri hic ſolet, uter prior Contractum implere debeat, 10
Emptor an venditor. Facilis vero eſt reſpontio, nimirum, quod Is qui agit ſive emptor, ſive venditor ſit prius ex latere ſuo implere, ac præſtare debeat omnia, ad quæ præſtanda ex Contractu illo obſtrictus eſt, ne alioquin per reum conventum exceptione contractus ex latere actoris nec dum impleti, repellatur. *leg.13. §.8. leg.25. ff. de action. Empt. & vendit. leg.25. leg.57. Ædilit. edict.*, & *leg. 5. Cod. de Eviction.*

Et, quod notandum eſt, exceptio contractus non impleti 11
ex parte actoris non à reo ipſam proponente, probanda eſt, ſed per actorem ex contractu veluti impleto agentem, implementum probari debet. Et ſumma ratione. Totum enim Actoris fundamentum in Contractu ex parte ſua impleto conſiſtit; neceſſario propterea implementum illud ab adverſario negatum probari debet *Zanger. de exception. part.3. cap. 22. num.6.*, & *plur. ſequenent.*

Inquacumque vero Judicii parte actori ſi obiiciatur exceptio 12
contractus non impleti, liberum ei eſt implementum quantocius offerre, atque hoc pacto efficacem reddere ſuam, quæ ab initio laborabat petitionem *arg. leg.9. §. ult. ff. de Pignorat. Action.*

ENERGUMENI. Vide *Irregularitas, art.1. n. 12.* & verb. *Exorciſta, num.17.*

EPICHEJA. Vid. verb. *Lex, art.5. a n.41. ad 43.*

EPILEPTICI. Vide verb. *Irregularitas, artic.1. num. 13.*

EPIPHANIA DOMINI. Vide verb. *Magi*.

EPISCOPATUS.

EPiſcopatus probabilius eſt Ordo Sacramentalis realiter 1
diſtinctus ab Ordine Presbyterali. Sic Hoſtienſis *in cap. Cum contingat num.6. de ætat. & qualit.* quem ibi ſequuntur Joann. Andr. Butr. Card. Ancharan. Abbas, & ceteri omnes Canoniſtæ, Gloſſa *in proœm. ſexti Decret. verb. Epiſcopus*. Gloſſa unic. *in cap. ſolicitudo*, & ibi etiam propoſit. *num.4. diſt.12.* Gloſſa *in Clementin. In pleriſque, verb. Aliquid de election.* Abbas *in cap. Aqua, de conſecration. Eccleſ. vel. Altar.* Butr. *in cap. unic. da Cleric. per ſaltum promot.* Præpoſit. *in cap. Cler. 9. diſt.21.* Fagnan. *in cap. Requiſivit 1. de Ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatus*, & ibi Canoniſtæ communiter teſte Card. *ibid. num.1.* Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſcop. par.2. allegat.1. num.18.* ubi pro hac ſententia citat pluſquam 18. etiam ex Theologis, quos ſequuntur alii moderniores cum La Croix *lib.6. par.2. num.2206.* Henno *tom.2. tract.7. de Sacramento Ordinis qu.3. concluſ.2.* Averſa *qu.2. ſect.7.* Illſung. *num.18.* aliique plures contra torrentem alio-

aliorum Theologorum. Et ratio est, quia Episcopatus, ut a Presbyteratu distinctus habet omnia requisita ad verum Ordinem, verumque Sacramentum novæ legis. Est enim cæremonia sensibilis, cum Episcopatus physicè constet ex impositione manuum, & verbis, quibus utitur Minister, dum Sacerdotem consecrat in Episcopum. Et talis cæremonia fuit instituta a Christo, cum hujus uon legatur in Ecclesia initium, semper enim, & ubique gentium servata fuit in Episcoporum consecratione manuum impositio etiam ab ipsismet Apostolis, ut patet ex utraque Epistola mox citanda D. Pauli Apostoli ad Timotheum; quod signum est a Christo descendere. Et per talem sensibilem cæremoniam confertur gratia sanctificans, ut expresse asserit Apostolus *in prima epist. ad Timoth. cap.*4. ibi: „ Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi cum impositione manuum Presbiterii, *& epist.* 2 „ *ad eumd. cap.*1. ibi: Admoneo te, ut resuscites gratiam „ Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum „; quem duplicem locum Chrysostomus, Theophylactus, & passim alii Patres intelligunt de manuum impositione, quam Paulus adhibuit, cum Timotheum ordinavit Episcopum; & Tridentina Synodus *sess.*23. *cap.*3. iisdem Pauli verbis utitur, ut probet ordinationem esse Sacramentum; adeoque cum ea verba Paulus de Episcopali Ordinatione intellexerit; manifestè probant ipsum Episcopatum esse vere, ac proprie novæ legis Sacramentum distinctum a Presbyteratu. Tum quia per Episcopatum, ut Episcopatum confertur specialis potestas spiritualis, nempe confirmandi, conficiendi Chrisma, ordinandi Sacerdotes, Diaconos &c. quæ potestas non confertur per Presbyteratum; unde cum talis potestas valide conficiendi dicta Sacramenta neque per Summum Pontificem possit ab Episcopis auferri, ex quo Episcopalis Ordinatio tamquam characteristica sit irrepetibilis, & indelebilis, stat evidenter quod non sit potestas solius jurisdictionis, sed potestas Ordinis.

2 Hæc nostra sententia deducitur ex pluribus sacris Canon. Primo ex *cap. Requisivit* 1. *de ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui*, ubi declaratur, quod ordinati scienter ad Sacros Ordines ab Episcopo, qui renuntiavit loco, & dignitati, ordinem accipiunt, licet officii executionem non habeant, quod non esset, nisi Episcopus indelebilem characterem haberet impressum, ut clare sensit Glossa communiter
3 recepta *in cit. cap. Requisivit, verb. Execution.* Secundo in Concilio Chartaginensi IV. ubi præscribitur ritus observandus in singulis Ordinibus conferendis, & incipitur ab ordinatione Episcopi, ut patet *in cap. Episcopus cum ordinatur* 7. *in cap. Presbyter cum ordinatur* 8. *cap. Diaconus cum ordinatur* 11. *cap. Subdiaconus cum ordinatur* 15. *cap. Acolythus cum ordinatur* 16. *cap. Exorcista cum ordinatur* 17. *cap. Lector cum ordinatur* 18. *cap. Ostiarius cum ordinatur* 19. *dist.*23. Qui Canones sicut intelliguntur de Ordinatione Presbyteri, Diaconi, & aliorum, prout sunt Sacramentum, eodem modo intelligendi sunt de Ordinatione Episcopi, cum per eademmet verba loquantur de Presbytero cum ordinatur, ac de Episcopo cum ordinatur. Et eo magis, quia si egissent de Ordinibus prout sunt Officia, & gradus Ecclesiastici, eodem modo debuissent præscribere ritum observandum in ordinatione Abbatis, Archiepiscopi, Primatis, & Patriarchæ, ut recte no-
4 tat ad litteram Fagnan. *loc. cit. num.*43. Tertio *ex cap. Cleros* 1. *dist.*21. *cap. Perlectis* 1. *dist.* 25. *cap. Omnium Sacerdotum* 1. *dist.*31. *cap. Quia Sanctitas* 16. *dist.*50. *cap. Illud* 1. *dist.*77. *cap. Diaconus* 13. *dist.*93. *cap. Veritatis* 4. *de dolo, & contumac. cap. Quorundam* 1. *de Testamentis*; *cap. Aqua* 9. *de consecrat. Eccles.* qui omnes Canones cum aliis recte expenduntur pro nostra sententia a Fagnano *loc. cit. a num.* 34. *ad* 49. inclusive.

5 Colligitur etiam hæc nostra sententia ex Concil. Trident. *sess.* 23. *capit.* 4. adeoque oppositum tenere, ut recte dicit Reiffestuel *lib.* 1. *decretal. tit.*11. *num.* 26. sit periculosum; siquidem Concilium Trident. *ibi* Episcopatum expresse inter Ordines connumerat, dum ait; *docet insuper Sacrosancta Synodus in Ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, & ceterorum Ordinum &c.* quæ verba satis clare innuunt Ordinem Episcopalem non solum esse distinctum ab ordine Sacerdotali sed etiam esse Sacramentum. sicuti est Presbyteratus, & ceteri Ordines, ponderando illam dictionem *Ceterorum*, quæ ex propria significatione est implicativa similium. Glossa *in cap. Deinde* 3. *dist.*26. *& ibi* Geminian., & Præposit. Glossa *in c. Et si illa* 23. *caus.*1. *qu.* 7. *verb. scienda sunt.* Præsertim vero quia in *Canone* 6. *ejusdem sess.* Sancta Synodus definit Sacram Ordinationem vere, & proprie esse Sacramentum a Christo Domino institutum: & pro sacra ordinatione intelligenda est ordinatio illa, de qua prius mentionem fecerat *in d. cap.* 4. videlicet *Episcoporum, Sacerdotum, & ceterorum Ordinum*. Sic egregie Fagnan. *loc cit. n.* 47. *&* 48. qui *a n.* 68. *ad* 71. inclusive varia adducens, & Tridentinum latius expensens concludit, constare ex Divina institutione, seu Jure Divino Ordinem Episcopalem esse prorsus distinctum ab Ordine Presbyterali, adeoque dicendum esse, quod non tantum partialiter, sed etiam integre distinguantur tamquam duo integri Ordines Sacramentales.

Probabilius est, materiam Episcopatus adæquatam esse manuum impositionem, Formam vero hæc verba *Accipe Spiritum Sanctum*. Prima pars Conclusionis patet ex continua praxi Ecclesiæ, tum latinæ, tum græcæ semper, & ubique adhibendi manuum impositionem in conferendo Episcopatu; ut fecit Apostolus ordinando Episcopum Timotheum, & alios ex citatis suis Epistolis prima, & secunda ad Timotheum, & non semper, & ubique adhibendi traditionem annuli, & baculi Pastoralis, impositionem libri Evangeliorum super caput ordinandi, & unctionem ipsius, uti fit nunc apud Latinos; Annulus enim, & baculus Pastoralis non traditur apud Græcos; immo nec tradebatur apud Latinos Sæculo IV. quia Concilium IV. Carthaginense exponens ritum
6 hujus ordinationis *in cap. Episcopus cum ordinatur 7. dist.* 23. nullam de illis mentionem facit. Sic impositio libri Evangeliorum licet observata fuerit in Ecclesia Africana Sæculo quarto,
7 cum illam referat dictum Concil. Carthaginense IV. *loc. cit.*, primo tamen, secundo & tertio Sæculo nondum adhibebatur, nullum enim est monumentum, quo id possit probari; Immo Alcuinus *in lib. de Divinis Officiis scripto de anno* 760. asserit cæremoniam illam non fuisse adhibitam ab Ecclesia Romana, sicuti nec fuit adhibita a Germanis initio sæculi IX. ut scribit Amalarius *l.* 2. *de Officiis Ecclesiasticis c.* 14. Sic etiam unctio Episcopi, licet sit antiquissima utpote recensita a S. Leone *serm.*8. *de passione Domini*, & a S. Gregorio Magno *in cap. decimo primi libri Regum*; non fuit tamen semper, & ubique in usu, utpote non memorata a supradicto *Concilio Carthaginensi* IV. *in cit. c. Episcopus cum ordinatur 7. dist.* 23. nec a Conciliis Hispanicis celebratis ante septimum Sæculum, neç illam adhibent Græci. Practice tamen non est tenendum materiam Episcopatus esse solam manuum impositionem; Fagnan. *loc. cit. numer.*57. La Croix *loc. cit. num.*2148. & alii. Secunda pars conclusionis deducitur ex majori congruentia, quia nihil convenientius assignari potest pro forma Episcopatus, quam verba ipsa prolata tempore applicationis materiæ; tempore autem applicationis materiæ proferuntur: *Accipe Spiritum Sanctum*, & non alia; Fagnan. *loc. cit. num* 59. unde credibile est, D. Paulum ordinando Timotheum, illa verba adhibuisse, cum *Concil. Tridentin. sess.*23. *can.*4. sic dicat: *Ter Sacram Ordinationem dari Spiritum Sanctum, ac proinde Episcopum non frustra dicere: Accipe Spiritum Sanctum*, & hoc præsertim colligat ex verbis Apostoli adhibitis in ordinatione Timothei in Episcopum.

8 Episcopatus secundum aliquos fuit institutus quando *Joann. cap.*21. *vers.*18. Christus dixit Petro: *Pasce oves meas*, fuit enim Petrus primus Episcopus a Domino institutus, & quidem Episcopus universalis Ecclesiæ per dicta verba: *Pasce oves meas*, ut scribit Fagnan. *loc. cit. num.*45. adducens *Cap. Considerandum* 53. *& Cap. Fidelior* 55. *dist.* 50. *Cap. Significasti* 4. *de election. &* Glossam *in Cap. In novo Testamento* 2. *distinct.*21. Aversa tamen *qu.*2. *sect.*10. probabiliter dicit institutum fuisse cum Sacerdotio. Vide La Croix *loc. cit. num.*
9 2207. Episcopatus probabilius conferri non potest eodem die cum Presbyteratu. Campail. *in diverf. Juris Canon. rub.* 6. *cap.* 4. *num.*5. Innocent., S. Antoninus, Suarez, Barbosa, Aversa, quos citat, & sequitur La Croix *loc. cit. num.*2296. dicens, quod cum tam novus Sacerdos, quam novus Episcopus debeat celebrare cum Ordinante, saltem ex hoc capite fieri non posse; sed nostra vera ratio desumitur ex Concilio Tridentino prohibente conferri eidem duos sacros Ordines eodem die. Cum enim dixerimus probabilius Episcopatum esse Ordinem Sacramentalem realiter distinctum ab Ordine Presbyterali, consequenter tenemur dicere probabilius non posse conferri eodem die cum Presbyteratu, cum Concilium Tridentinum *sess.*23. *cap.* 13. expresse prohibeat conferri eidem duos Sacros Ordines eodem die, ibi: „ Duo Sacri Ordines „ non eodem die etiam Regularibus conferantur, Privilegiis, „ ac Indultis quibusvis concessis non obstantibus quibuscum-

„ que

10 „ que „, Ordo Episcopatus debet conferri die Dominica; *Cap. Qui in aliquo* 5. *dist.*51. ibi: *die Dominico consecrabitur, &* concordat *cap. Ordinat.* 1., *& cap. Quod die Dominico* 5. *dist.* 75.

11 Hic juvat adducere Episcopatuum omnium totius Orbis novam & exactam notitiam traditam a Barbosa *de Offic., & Potest. Episcop. part.*1. *titul.*1. *cap.*7. a Franc. *de Ecclesiis Cathedralibus cap.*35. & præsertim a Graveson *ad Calcem Indicis Generalis suæ Historiæ Ecclesiasticæ*, additis tamen mutationibus, erectionibus, unionibus, & elevationibus ex post secutis.

12 *EPISCOPATUS, qui sunt sub summo Pontifice in districtu Urbis & a sex antiquioribus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus optantur.*

Ostiensis vulgo *Ostia* ad Decanum Sacri Collegii pertinens, cui unitus est Episcopatus Veliternus, vulgo *Veletri*, in Campania Romana, Ditionis Ecclesiæ.

Portuensis, vulgo *Porto*, prope Romam.
Albanensis, vulgo *Albano*, prope Romam.
Tusculanus, vulgo *Frascati*, prope Romam.
Prænestinus, vulgo *Palestrina*, prope Romam.
Sabinensis, vulgo *La Sabina*, prope Romam.

13 Episcopatus alii, qui Summo Pontifici in Provincia Romana immediate subjiciuntur.

In Campania Romana Ditionis Ecclesiæ.

Tiburtinus, vulgo *Tivoli*.
Anagninus, vulgo *Anagni*.
Segninus, vulgo *Segni*.
Alatrinus, vulgo *Alatri*.
Verulanus, vulgo *Veroli*.
Tarracinensis, vulgo *Terracina*, cui æque principaliter unita est Ecclesia Setina declarata Cathedralis novissime a Benedicto XIII. anno 1725. tertio Kalendas Maji Anno primo sui Pontificatus Constit. incipient. *Romanus Pontifex*. Et Ecclesia Civitatis Priverni declarata Cathedralis ab eodem Benedicto XIII. anno secundo sui Pontificatus, quarto Idus Septembris 1725. Constitutio incipien. *Super universos*.
Centumcellensis, vulgo *Civita vecchia*.

In Provincia Patrimonii Ditionis Ecclesiæ.

14 Nepesinus, vulgo *Nepi*, & Sutrinus, vulgo *Sutri*, invicem uniti.
Viterbiensis, vulgo *Viterbo*, & Tuscanensis, vulgo *Toscanella* invicem uniti.
Hortanus, vulgo *Orta*, & Civitatis Castellanæ, vulgo *Città Castellana* invicem uniti. Lege librum a Cl. Abbate *Justo Fontanini* editum, de *antiquitate Hortæ, Coloniæ Etruscorum*.
Cornetensis, vulgo *Corneto*, & Montisflasconis, vulgo *Montefiascone*, invicem uniti.
Balneoregensis, vulgo *Bagnarea*.
Urbevetanus, vulgo *Orvieto*.
Aquipendii, & Aquæpendentis, vulgo *Acquapendente*.

In Umbria ditionis Ecclesiæ.

15 Perusinus, vulgo *Perugia*.
Spoletinus, vulgo *Spoleto*. & Mevanensis, vulgo *Bevagna*, uniti.
Civitatis Castelli, vulgo *Città di Castello*.
Civitatis Plebis, vulgo *Città della Pieve*.
Interamnensis, vulgo *Terni*.
Narniensis, vulgo *Narni*.
Amerinensis, vulgo *Amelia*.
Tudertinus, vulgo *Todi*.
Reatinus, vulgo *Rieti*.
Fulginatensis, vulgo *Foligno*.
Assisiensis, vulgo *Assisi*.
Nucerinus, vulgo *Nocera*.
Aretinus, vulgo *Arezzo* in Tuscia.

In Marchia Anconitana, Ditionis Ecclesiæ.

16 Anconitanus, vulgo *Ancona*.
Lauretanus, vulgo *Loreto*, & Recinatensis, vulgo *Recanati*, invicem uniti.
Asculanus, vulgo *Ascoli*.
Æsinus, vulgo *Jesi*.
Auximanus, vulgo *Osimo*.
Camerinensis, vulgo *Camerino*; Cui æque principaliter unita est Ecclesia S. Venantii Civitatis Fabriani erecta in Cathedralem a Benedicto XIII. 15. Novembris 1728. decret. incipient. *Notoriæ sunt*.
Fanensis, vulgo *Fano*, intra Ducatum Urbinatem.

In Regno Neapolitano. 17

Aquilanus, vulgo *l'Aquila*.
Sulmonensis, vulgo *Sulmona*, & Valvensis, vulgo *Valva*, invicem uniti.
Civitatis Ducalis, vulgo *Città Ducale*.
Aprutinus, vulgo *Teramo*.
Marsicanus, vulgo *Marsi*.
Archiepiscopatus, & Episcopatus Italiæ, cum suis Suffra- 18
ganeis.
Archiepiscopatus Pisani, vulgo *Pisa* in Hetruria, seu Tuscia, Episcopatus Suffraganei.
Alerienſis, vulgo *Aleria*, in Corsica Insula Ditionis Genuensis.
Adjacensis, vulgo *Ajaccio* in eadem Corsica Insula.
Sagonensis, vulgo *Sagona* in eadem Corsica Insula.
Lucensis, vulgo *Lucca* sui Juris, & ab ejus Jurisdictione immunis. Novissime autem a Benedicto XIII. Const. incip. *Inscrutabili* erectus est in Archiepiscopatum,
Lunensis Sarzanensis, vulgo *Luni*, *e Sarzana* Ditionis Genuensis, sed ab ejus Jurisdictione immunis.
Archiepiscopatus Florentini, vulgo *Fiorenza*, Episcopatus 19
Suffraganei in Hetruria, seu Tuscia, vulgo *Toscana*.
Fesulanus, vulgo *Fiesoli*.
Pistoriensis, vulgo *Pistoja*, unitus cum Episcopatu Pratensi, vulgo *Prato*.
Volaterranus, vulgo *Volterra*, ab ejus tam en Jurisdictione immunis.
Collensis, vulgo *Colle*.
Sancti Miniatis Teutonis, vulgo *San Miniato al Tedesco*.
Burgi Sancti Sepulcri, vulgo *Borgo San Sepolcro*.
Montis Politiani, vulgo *Monte Pulciano*, ab ejus tamen Jurisdictione immunis.
Cortonensis, vulgo *Cortona*, sed ab ejus Jurisdictioue immunis.
Archiepiscopatus Senensis, vulgo *Siena*, Episcopatus Suf- 20
fraganei in Hetruria.
Suanensis, vulgo *Soana*.
Clusinus, vulgo *Chiusi*.
Grossetanus, vulgo *Grossetto*.
Massanensis, vulgo *Massa*.
Pientinus, vulgo *Pienza*, ab ejus tamen Jurisdictione immunis.
Ilcinensis, vulgo *Mont'Alcino*.
Archiepiscopatus Firmani, vulgo *Fermo*, in Marchia Anco- 21
nitana, Ditionis Ecclesiæ, Episcopatus Suffraganei.
Maceratensis, vulgo *Macerata*, unitus cum Episcopatu Tolentino, vulgo *Tolentino*.
Ripanus, vulgo *Ripa Transona*.
Montis Alti, vulgo *Montalto*.
Sancti Severini, vulgo *San Severino*.
Archiepiscopatus Urbinatensis, vulgo *Urbino*, in Ducatu 22
Urbinate, Ditionis Ecclesiæ Episcopi Suffraganei.
Callensis, vulgo *Cagli*.
Foro-Sempronensis, vulgo *Fossombrone*.
Feretranus, vulgo *Monte Feltro*.
Pisaurensis, vulgo *Pesaro*.
Urbanensis, vulgo *Urbania*, unitus cum Episcopatu S. Angeli in Vado, vulgo *Sant'Angelo in vado*.
Archiepiscopatus Ravennatensis, vulgo *Ravenna* in Ro- 23
mandiola, Ditionis Ecclesiæ, Episcopi Suffraganei.
Hadriensis, vulgo *Adria*; cujus Sedes Rhodigii, in Ditione Veneta.
Ariminensis, vulgo *Rimini*.
Bertinorensis, vulgo *Bertinoro*.
Cervensis, vulgo *Cervia*.
Cæsenatensis, vulgo *Cesena*.
Comaclensis, vulgo *Comacchio*.
Faventinus, vulgo *Faenza*.
Ferrariensis, vulgo *Ferrara*. Sed hic Episcopatus exemptus est a Metropolitano Jure Ecclesiæ Ravennatensis, & fuit resolutum a Congregatione particulari trium Sanctæ R.E. Cardinalium, & 14. Episcoporum deputata a Synodo Romana die 21. Maii 1725. adversus quam resolutionem a toto Synodo, Congregatione habita die 25. ejusdem mensis, denegata fuit nova audientia; Et ex post erectus est in Archiepiscopatum anno 1735. a Clemente XII. Constit. incip. *Paterna Pontificii*.
Imolensis, vulgo *Imola*.

Foro-

Forolivienſis, vulgo *Forli*.
Sarſinatenſis, vulgo *Sarſina*.
24 Archiepiſcopatus Bononienſis, vulgo *Bologna* in Ditione Eccleſiæ, Epiſcopatus Suffraganei.
Parmenſis, vulgo *Parma*, in Ditione Ducis Parmenſis.
Placentinus, vulgo *Piacenza*, in ditione Ducis Parmenſis.
Burgi S. Domnini, vulgo *Borgo San-Donnino*, in ditione Ducis Parmenſis.
Regienſis, vulgo *Reggio*, in ditione Ducis Mutinenſis.
Mutinenſis, vulgo *Modena*, in ditione Ducis Mutinenſis.
Cremenſis, vulgo *Crema*, in ditione Reipublicæ Venetæ.
25 Archiepiſcopatus Genuenſis, vulgo *Genova*, in Ora, & Ditione Genuenſi, Epiſcopatus Suffraganei.
Albiganenſis, vulgo *Albenga*.
Naulenſis, vulgo *Noli*.
Brugnatenſis, vulgo *Brugneto*.
Nebienſis, vulgo *Nebio*, in Corſica Inſula.
Marianenſis, vulgo *Mariana*, in Corſica Inſula, unitus cum Epiſcopatu Accienſi, vulgo *Acci*, in Inſula itidem Corſica.
Bobienſis, vulgo *Bobio*, in Ducatu Mediolanenſi.
26 Archiepiſcopatus Taurinenſis, vulgo *Torino*, in Pedemontio, Epiſcopatus Suffraganei.
Eporedienſis, vulgo *Ivrea*.
Montis Regalis, vulgo *Mondovì*.
Salariarum, vulgo *Saluzzo*.
Foſſinenſis, vulgo *Foſſano*.
Pinarolienſis, vulgo *Pinarolo*, noviſſime erectus a Benedicto XIV. anno 1748. Conſtitut. incip. *Sacroſancta*.
27 Archiepiſcopatus Mediolanenſis, vulgo *Milano*, in Ducatu Mediolanenſi, Epiſcopatus Suffraganei.
Cremonenſis, vulgo *Cremona*.
Novarienſis; vulgo *Novara*.
Laudenſis, vulgo *Lodi*.
Alexandrinus, vulgo *Aleſſandria*.
Dertonenſis, vulgo *Tortona*.
Viglevanenſis, vulgo *Vigevano*.
Ticinenſis, ſeu Papienſis, vulgo *Pavia*, ſed ab ejus Juriſdictione immunis; etenim Benedictus XIV. huic Epiſcopatui perpetuo univit Archiepiſcopatum Amaſienſem, & ſubdidit immediate Sedi Apoſtolicæ, etiam quoad cauſarum appellationes, & abſolvit Epiſcopum ab obligatione ſibi eligendi Metropolitanum. Plura de de hac re vide infra verb. *Epiſcopatus*, *articul.7. numer.52. & 53.*
Bergomenſis, vulgo *Bergamo*, in ditione Veneta.
Brixienſis, vulgo *Breſcia*, in ditione Veneta.
Albenſis, vulgo *Alba*, in ditione Ducis Sabaudiæ.
Aſtenſis, vulgo *Aſti*, in ditione Ducis Sabaudiæ.
Vercellenſis, vulgo *Vercelli*. in ditione Ducis Sabaudiæ.
Aquenſis, vulgo *Acqui*, in Ducatu Montis Ferrati.
Caſalenſis, vulgo *Caſale*, in Ducatu Montis Ferrati.
Savonenſis, vulgo *Savona*, in Ora, & Ditione Reipublicæ Genuenſis.
Vintimilienſis, vulgo *Vintimiglia*, in Ora, & ditione Reipublicæ Genuenſis.
28 Patriarchatus Aquilejenſis, vulgo *Aquileja*, in Foro Julio, extinctus a Benedicto XIV.
Archiepiſcopatus Utinenſis, vulgo *Udine*, erecti ab eodem Pontifice anno 1752. Epiſcopi Suffraganei.
Patavinus, vulgo *Padova*, in dominio Venetæ Reipublicæ.
Vicentinus, vulgo *Vicenza*, in dominio ejuſdem Reipublicæ Venetæ.
Veronenſis, vulgo *Verona*, in dominio itidem Reipublicæ Venetæ.
Tarviſinus, vulgo *Treviſo*, in dominio Venetæ Reipublicæ.
Cenetenſis, vulgo *Ceneda*.
Bellunenſis, vulgo *Belluno*, in dominio Reipublicæ Venetæ.
Feltrenſis, vulgo *Feltre*, in dominio Reipublicæ Venetæ.
Concordienſis, vulgo *Concordia*, in dominio Reip Venetæ.
Juſtinopolitanus, vulgo *Capo d'Iſtria*, in dominio Venetæ Reipublicæ.
Œmonienſis, vulgo *Città Nuova*, in dominio Venetæ Reipublicæ.
Parentinus, vulgo *Parenzo*, in dominio Reipub. Venetæ.
Polenſis, vulgo *Pola*, in dominio Reipublicæ Venetæ.
Archiepiſcopatus Goritienſis, vulgo *Gorizia*, item a Benedicto XIV. ann. 1752. erecti, Epiſcopi Suffraganei.
Tridentinus, vulgo *Trento*, in ditione Imperatoris.
Comenſis, vulgo *Como*, in Ducatu Mediolanenſi.
Tergeſtinus, vulgo *Trieſte*, in ditione Imperatoris.
Mantuanus, vulgo *Mantova*, ab ejus Juriſdictione exemptus in ditione Ducis Mantuani.
Petinenſis, vulgo *Pedena*, in ditione Imperatoris.
Labacenſis, vulgo *Laubach*, in Carniola ab ejus Juriſdictione immunis.
Patriarchatus Veneti, vulgo *Venezia*, in ditione Reipublicæ Venetæ, Epiſcopatus Suffraganei. 29
Clodienſis, vulgo *Chiozza*.
Torcellanus, vulgo *Torcello*.
Caprularum, vulgo *Caorle*.
In Regno Neapolitano Archiepiſcopatus Neapolitani, vulgo *Napoli*, in Provincia Laboris, Epiſcopatus Suffraganei. 30
Puteolanus, vulgo *Pozzuolo*.
Nolanus, vulgo *Nola*,
Acerrarum, vulgo *Acerra*.
Iſclanus, vulgo *Iſchia*.
Averſanus, vulgo *Averſa*, ſed ab ejus juriſdict. immunis. 31
Archiepiſcopatus Capuani, vulgo *Capua*, in Provincia Laboris, Epiſcopatus Suffraganei.
Teanenſis, vulgo *Tiano*.
Calvenſis, vulgo *Calvi*.
Caſertanus, vulgo *Caſerta*.
Calatinus, vulgo *Cajazzo*.
Carinolenſis, vulgo *Carinola*.
Iſernienſis, vulgo *Iſernia*.
Sueſſanus, vulgo *Sueſſa*.
Aquinatenſis, vulgo *Aquino*, ab ejus juriſdictione exemptus, cui æque principaliter eſt in perpetuum unita Ecclesia Pontis Curvi, ſeu Fregellarum declarata Cathedralis noviſſime a Benedicto XIII. Conſtitut. incipien. *In excelſa*.
Archiepiſcopatus Salernitani, vulgo *Salerno*, in Principatu citeriori, Epiſcopi Suffraganei. 32
Campanienſis, vulgo *Campagna*, cui unitus eſt Epiſcopatus Satrianenſis.
Caputaquenſis, vulgo *Capaccio*.
Policaſtrenſis, vulgo *Policaſtro*.
Nuſcanus, vulgo *Nuſco*.
Sarnenſis, vulgo *Sarno*.
Marſicenſis, vulgo *Marſico*.
Nucerinus, vulgo *Nocera delli Pagani*.
Acernenſis, vulgo *Acerno*.
Cavenſis, vulgo *la Cava*, ſed ab ejus Juriſdictione exempt.
Archiepiſcopatus Amalphitani, vulgo *Melfi*, in Principatu citeriori, Epiſcopi Suffraganei. 33
Litterenſis, vulgo *Lettere*.
Capritanus, vulgo *Capri*.
Minorenſis, vulgo *Minori*.
Scalenſis, vulgo *Scala*, unitus cum Epiſcopatu Ravellenſi, vulgo *Ravello*, qui tamen ab ejus juriſdictione eſt exemptus.
Archiepiſcopatus Surrentini, vulgo *Sorrento*, in Provincia Laboris, Epiſcopatus Suffraganei. 34
Vicanus Equensis, vulgo *Vico*.
Maſſenſis, & Maſſalubrenſis; vulgo *Maſſa*.
Caſtrimaris, vulgo *Caſtel a mare*.
Archiepiſcopatus Compſani, vulgo *Conza*, in Principatu ulteriori, Epiſcopatus Suffraganei. 35
Muranus, vulgo *Muro*, in Baſilicata Provincia.
Satrianenſis, vulgo *Satriano*, unitus Epiſcopatui Campaniensi, in Principatu Citeriori.
Laquedonensis, vulgo *Lacedogna*, in Principatu ulteriori.
Sancti Angeli Longobardorum, vulgo *S. Angelo de' Lombardi*, in Principatu Ulteriori, & unitus cum Epiſcopatu Biſacciensi, vulgo *Biſaccia*, in eodem Principatu.
Montis viridis, vulgo *Monte verde*, unitus Archiepiſcopatui Nazareno, in eodem Principatu.
Archiepiſcopatus Acheruntini, vulgo *Accerenza*, Epiſcopatus Suffraganei. 36
Venuſinus, vulgo *Venoſa*.
Anglonenſis, vulgo *Auglona*, ſive *Turſi*.
Potentinus, vulgo *Potenza*.
Gravinenſis, vulgo *Gravina*.
Tricaricenſis, vulgo *Tricarico*.
Montis Piloſi, vulgo *Monte Peloſo*, ſed ab ejus juriſdictione exemptus.

Mel-

Melphienſis, vulgo *Melfi*, unitus cum Epiſcopatu Rapollenſi, vulgo *Rapolla*, & ab ejus juriſdictione exempt.
37 Archiepiſcopatus Tarentini, vulgo *Taranto*, in Provincia Hydruntina, vulgo *Otranto*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Motulenſis, vulgo *Motula*.
Caſtellanenſis, vulgo *Caſtellaneta*.
Uritanus, vulgo *Oria*.
38 Archiepiſcopatus Brunduſini, vulgo *Brindiſi*, in Provincia Hydruntina, Epiſcopatus ſuffraganeus.
Oſtunenſis, vulgo *Oſtuni*.
39 Archiepiſcopatus Hydruntini, vulgo *Otranto*, in Provincia Hydruntina, Epiſcopi ſuffraganei.
Caſtrenſis, vulgo *Caſtro*.
Gallipolitanus, vulgo *Gallipoli*.
Ugentinus, vulgo *Ugento*.
Aletienſis, vulgo *Lecce*.
Aleſſanenſis, vulgo *Aleſſano*.
Neritonenſis, vulgo *Nardò*, ſed ab ejus Juriſdict. immunis.
40 Archiepiſcopatus Barenſis, vulgo *Bari*, in Provincia Barenſi, Epiſcopatus ſuffraganei.
Bituntinus, vulgo *Bitonto*.
Juvenacenſis, vulgo *Giovanazzo*, cui æque principaliter eſt in perpetuum unita Eccleſia Terlitienſis declarata Cathedralis a Benedicto XIV. ann. 1749. Conſtitution. incipien. *Unigenitus*.
Malphitenſis, vulgo *Molfetta*, ſed ab ejus Juriſdictione immunis.
Ruvenſis, vulgo *Ruvo*.
Converſanenſis, vulgo *Converſano*.
Minerbienſis, vulgo *Minervino*.
Monopolitanus, vulgo *Monopoli*, ſed ab ejus Juriſdictione immunis.
Bitectinus, vulgo *Bitetto*.
Polignanenſis, vulgo *Polignano*.
Lavellenſis, vulgo *Lavello*.
Catharenſis, vulgo *Cataro*, in Dalmatia, & ditione Veneta.
Archiepiſcopatus Tranenſis, vulgo *Trani*, in Provincia
41 Barenſi, Epiſcopatus ſuffraganei.
Vigilienſis, vulgo *Biſeglia*.
Andrienſis, vulgo *Andria*.
Archiepiſcopatus Nazarenus in oppido Barulo vulgo *Barleta*, nullum habet Epiſcopatum ſuffraganeum, ſed ei
42 unitus eſt Epiſcopatus Montis viridis. Eſt autem Archiepiſcopatus Nazarenus in Provincia Barenſi.
Archiepiſcopatus Sipontini, vulgo *Manfredonia*, in Capitanata provincia, Epiſcopatus ſuffraganei.
43 Veſtanenſis, vulgo *Vieſte*.
Trojanenſis, vulgo *Troja*, ſed ab ejus Juriſdictione exempt.
Archiepiſcopatus Lancianenſis, vulgo *Lanciano*, in Aprutio, nullos habet Epiſcopatus ſuffraganeos.
44 Archiepiſcopatus Theatini, vulgo *Chieti*, in Aprutio, Epiſcopi ſuffraganei.
45 Adrienſis, vulgo *Atri*, & Pennenſis, vulgo *la Penna*, invicem uniti, & ab ejus Juriſdictione exempti.
Orthonenſis, vulgo *Ortona*, unitus cum Epiſcopatu Campianenſi, vulgo *Campli*.
46 Archiepiſcopatus Beneventani, vulgo *Benevento*, in Principatu ulteriori, & ditionis Eccleſiæ, Epiſcopatus ſuffraganei.
Aſculanus, vulgo *Aſcoli di Puglia*. Hic Epiſcopatus diverſus eſt ab Epiſcopatu Aſculano, qui eſt in Piceno Suburbicario, ſeu in Marchia Anconitana, Ditionis Eccleſiæ.
Teleſinus, vulgo *Teleſe*.
Sanctæ Agathæ Gothorum, vulgo *Sant'Agata de'Goti*.
Montis Marani, vulgo *Monte Marano*.
Abellinenſis, vulgo *Avellino*, unitus cum Epiſcopatu Frequentino, vulgo *Frigento*.
Arianenſis, vulgo *Ariano*.
Trevicenſis, vulgo *Vico della Baronia*.
Triventinus, vulgo *Triveuto*, ſed ab ejus Juriſdictione immunis.
Bojanenſis, vulgo *Bajano*.
Bovinenſis, vulgo *Bovino*.
Vultuarienſis, vulgo *la Vulturara*.
Larinenſis, vulgo *Larino*.
Therminarum, vulgo *Termoli*.
Lucerinus, vulgo *Lucera*.
Guardienſis, *Guardia Alfiera*.

Sancti Severi, vulgo *San Severo*.
Archiepiſcopatus Roſſanenſis, vulgo *Roſſano*, in Calabria 47
citeriori, nullum habet Epiſcopatum ſuffraganeum, & Epiſcopatus Biſinianenſis, vulgo *Biſignano*, ab ejus Juriſdictione exemptus.
Archiepiſcopatus Conſentini, vulgo *Coſenza*, in Calabria 48
citeriori, Epiſcopatus ſuffraganei.
Marturanenſis, vulgo *Martorano*.
Sancti Marci, vulgo *San Marco*, ſed ab ejus juriſdictione immunis.
Melitenſis, vulo *Mileto*, ſed ab ejus juriſdictione immunis.
Caſſanenſis, vulgo *Caſſano*, ſed ab ejus juriſdict. exemptus.
Archiepiſcopatus Sanctæ Severinæ, vulgo *Santa Severina* 49
in Calabria ulteriori, Epiſcopatus ſuffraganei.
Umbriaticenſis, vulgo *Umbriatico*.
Belcaſtrenſis, vulgo *Belcaſtro*.
Strongulenſis, vulgo *Strongoli*.
Inſulanus, vulgo *Iſola*.
Geruntinus, vulgo *Gerenza*, unitus cum Epiſcopatu Cariatenſi, vulgo *Cariati*.
Archiepiſcopatus Rheginenſis, vulgo *Reggio*, in Calabria 50
ulteriori, Epiſcopatus ſuffraganei.
Catacenſis, vulgo *Catanzaro*
Crotonienſis, vulgo *Crotone*.
Tropejenſis, vulgo *Tropea*.
Oppidenſis, vulgo *Oppido*.
Nicoterenſis, vulgo *Nicotera*.
Neocaſtrenſis, vulgo *Nicaſtro*.
Hieracenſis, vulgo *Geraci*.
Squillacenſis, vulgo *Squillace*.
Bevenſis, vulgo *Bova*.
Archiepiſcopatus in Sicilia Inſula; Archiepiſcopatus Pa- 51
normitani, vulgo *Palermo*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Agrigentinus, vulgo *Girgenti*.
Mazarienſis, vulgo *Mazara*.
Melitenſis, vulgo *Malta*, in Inſula Melitenſi.
Archiepiſcopatus Meſſanenſis, vulgo *Meſſina*, Epiſcopa- 52
tus ſuffraganei.
Cephaludenſis, vulgo *Cefalù*.
Pactenſis, vulgo *Patti*.
Liparenſis, vulgo *Lipari*.
Anchiepiſcopatus Montis Regalis, vulgo *Monreale*, Epiſ- 53
copatus ſuffraganei.
Cathanenſis, vulgo *Catania*.
Syracuſanus, vulgo *Siracuſa*.
Archiepiſcopatus in Sardinia Inſula. 54
Archiepiſcopatus Calaritanus, vulgo *Cagliari*, unicum habet Epiſcopatum ſuffraganeum, videlicet Sulcitanenſem; vulgo *Villa d'Igleſias*, qui etiam Archiepiſcopatui eſt unitus.
Archiepiſcopatus Arborenſis, vulgo *Oriſtagni*, unicum 55
habet Epiſcopatum ſuffraganeum, ſcilicet Vallenſem, ſeu Lezitatum vulgo *Alez*.
Archiepiſcopatus Turritani, vulgo *Saſſari*, Epiſcopatus 56
ſuffraganei.
Algarienſis, vulgo *Alguer*.
Boſanenſis, vulgo *Boſa*.
Ampurienſis; vulgo *Caſtell'Aragoneſe*.

Hi ſunt Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus Italiæ, de quibus ſi plura ſcire aveas, leges Italiam Sacram quam in lucem edidit *Ferdinandus Ughellus* Monachus Ordinis Ciſtercienſis, eamque in novem tomos diſtribuit, quorum primus exhibet Epiſcopatus, qui immediate Sanctæ Sedi ſubjiciuntur. Alter tomus complectitur Epiſcopatus Emiliæ, Flaminiæ, Piceni, & Umbriæ. Tertius tomus continet Epiſcopatus Hetruriæ, ſeu Tuſciæ. Tomus quartus comprehendit Epiſcopatus Inſubriæ, Liguriæ, & Pedemontii. Quintus tomus repræſentat Epiſcopatus Foro Julii, & Venetorum dominii. Sextus Tomus continet Epiſcopatus Campaniæ, Aprutii & Hirpinorum. Tomus ſeptimus complectitur Epiſcopatus Baſilicatæ, & Apuliæ. Tomus octavus continet Epiſcopatus Samnii. Tomus ultimus exhibet Epiſcopatus 57
Salentinorum, & Calabriæ. De his Epiſcopatibus Italiæ, & Archiepiſcopatibus, quorum ſuffraganei ſunt, de eorum antiquitate, Juribus, ac Privilegiis, necnon de Archiepiſcopis, qui doctrina, & pietate præditi, eis præfuerunt, fuſo calamo diſſerit clariſſim. Scriptor *Ferdinandus Ughellus*, quem ſi tibi per otium liceat, conſulere poteris.

Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei, qui nunc Ar-

ſunt in Galliarum Regno.

Archiepiſcopatus Lugdunenſis, vulgo *Lion*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Auguſtodunenſis, vulgu *Autun*.
Matiſconenſis, vulgo *Macon*.
Cabillonenſis, vulgo *Cchalons ſur Saone*.
Lingonenſis, vulgo *Langres*.
Divionenſis, vulgo *Dijon*.
Sancti Claudii, vulgo *S. Claude*.
58 Archiepiſcopatus Senonensis, vulgo *Sens*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Trecensis, vulgo *Troyes*.
Altiſſiodorensis, vulgo *Auxerre*.
Nivernensis, vulgo *Nevers*.
Bethleemensis, vulgo *Bethleem*.
59 Archiepiſcopatus Pariſiensis, vulgo *Paris*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Carnotensis, vulgo *Chartres*.
Aurelianensis, vulgo *Orleans*.
Meldensis, vulgo *Meaux*.
Bleſensis, vulgo *Blois*, ab Innocentio XII. ad petitionem Regis Ludovici XIV. erectus anno 1697.

60 Archiepiſcopatus Remensis, vulgo *Rheims*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Sueſſionensis, vulgo *Soiſſons*.
Catalaunensis, vulgo *Chalons*.
Laudunensis, vulgo *Laon*, ſeu *Lan*.
Noviomensis, vulgo *Noyon*.
Silvanectensis, vulgo *Senlis*.
Bellovacensis, vulgo *Beauvais*.
Ambianensis, vulgo *Amiens*.
Bononiensis, vulgo *Boulogne*.
61 Archiepiſcopatus Rothomagensis, vulgo *Roven*. Epiſcopatus ſuffraganei.
Ebroicensis, vulgo *Eureux*.
Bajocenſis, vulgo *Bayeux*.
Conſtantiensis, vulgo *Cautances*.
Abrincensis, vulgo *Auranches*.
Sagiensis, vulgo *Seez*.
Lexoviensis, vulgo *Liſieux*.
62 Archiepiſcopatus Turonensis, vulgo *Tours*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Andegavensis, vulgo *Angres*.
Cenomanensis, vulgo *Le Mans*.
Redonensis, vulgo *Rennes*,
Nannetenſis, vulgo *Nantes*.
Venetensis, vulgo *Vannes*.
Maclovienſis, vulgo *Saint Malò*.
Briocenſis, vulgo *Saint Brieux*.
Colenſis, vulgo *Dole*.
Trecorenſis, vulgo *Treguiers*.
Coroſopitenſis, vulgo *Kempertorentin*, vel *Cornovaille*.
Leonenſis, vulgo *Saint Paul de Leon*.
63 Archiepiſcopatus Bituricenſis, vulgo *Bouges*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Claemontenſis, vulgo *Clermont*.
Sancti Flori, vulgo *Saint Flour*.
Lemovicenſis, vulgo *Limoges*.
Anicienſis, vulgo *le Puy*, ſed ab ejus juriſdiction. exempt.
Tulenſis, vulgo *Tulle*.
64 Archiepiſcopatus Albienſis, vulgo *Alby*, in Occitania, vulgo *Languedoc*, erectus die 3. Octobris 1728. Epiſcopatus ſuffraganei.
Caſtrenſis, vulgo *Caſtres*.
Mimatenſis, vulgo *Mende*.
Rutenenſis, vulgo *Rodez*.
Cadurcenſis, vulgo *Cahors*.
Vabreniis, vulgo *Vabres*.
65 Archiepiſcopatus Burdegalenſis, vulgo *Bordeaux*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Aginnenſis, vulgo *Agen*.
Engoliſmenſis, vulgo *Angoulemme*.
Santonenſis, vulgo *Saintes*.
Pictavienſis, vulgo *Poictiers*.
Petrocoricenſis, vulgo *Perigueux*.
Condomenſis, vulgo *Condom*.
Sarlatenſis, vulgo *Sarlat*.
Rupellenſis, vulgo *la Rochelle*.
Lucionenſis, vulgo *Luſſon*.

Archiepiſcopatus Auxitani, vulgo *Auſch*, in Vaſconia, vulgo *Gvaſcogne*, Epiſcopatus ſuffraganei. 66
Lectorenenſis, vulgo *Leictoure*.
Convenenſis, vulgo *Comiuges*.
Vaſatenſis, vulgo *Bazas*.
Conſeranenſis, vulgo *Conſerans*.
Tarbenſis, vulgo *Tarbes*.
Aturenſis, vulgo *Aire*.
Laſcurienſis, vulgo *Leſcar*.
Oleronenſis, vulgo *Oleron*.
Aquenſis, vulgo *Acqs*.
Bajonensis, vulgo *Bayone*.
Archiepiſcopatus Tolosani, vulgo *Touloſe*, in Occitania ſuperiori, vulgo *Languedo*, Epiſcopatus ſuffraganei. 67
Apamiensis, vulgo *Pamiers*.
Mirapicenſis, vulgo *Mirepoix*.
Montalbanensis, vulgo *Montauban*.
Vaurensis, vulgo *Lavaur*.
Sancti Papuli, vulgo *Saint Papul*.
Lombariensis, vulgo *Lombez*.
Rivensis, vulgo *Rieux*.
Archiepiſcopatus Narbonensis, vulgo *Narbone*, in Occitania inferiori, vulgo *Languedoc*, Epiſcopatus ſuffraganei. 68
Biterrensis, vulgo *Beziers*.
Nemauſenſis, vulgo *Niſme*.
Lutevensis, vulgo *Lodeve*.
Ucetiensis, vulgo *Uzes*.
Electenſis, vulgo *Alet*.
Carcaſſonenſis, vulgo *Carcaſſone*.
Agathenſis, vulgo *Agde*.
Montiſpeſſulanus, vulgo *Montpelliers*.
Sancti Pontii Tomeriarum, vulgo *Saint Pons*.
Aleſenſis, vulgo *Alais*.
Elnenſis, vulgo *Perpignan*.
Archiepiſcopatus Arelatenſis, vulgo *Arles*, in Provincia, vulgo *Provence*, Epiſcopatus ſuffraganei. 69
Maſſilienſis, vulgo *Marſeilles*.
Tolonenſis, vel Telonenſis, vulgo *Toulon*.
Arauſicanus, vulgo *Orange*.
Tricaſtienſis, vulgo *Saint Paul de trois Chateaux*.
Archiepiſcopatus Aquenſis, vulgo *Aix*, in Provincia, vulgo *Provence*, Epiſcopatus ſuffraganei. 70
Aptenſis, vulgo *Apt*.
Rejenſis. vulgo *Ricz*.
Foro-Juliensis, vulgo *Frejus*.
Vapicensis, vulgo *Gap*, in Delphinatu, vulgo *Dauphiné*.
Siſtericensis, vulgo *Ciſteron*.
Archiepiſcopatus Avenionensis, vulgo *Avignon*, in Provincia, ſeu Comitatu Venaſino, vulgo le Comtat Venaiſſin, & in ditione Eccleſiæ, Epiſcopatus ſuffraganei. 71
Carpenctoractensis, vulgo *Carpentras*.
Vasionensis, vulgo *Vaiſon*.
Caballicensis, vulgo *Cavaillon*.
Archiepiſcopatus Viennensis, vulgo *Vienne*, in Delphinatu, Epiſcopatus ſuffraganei. 72
Gebennensis, vulgo *Geneve*, intra Sabaudiam.
Gratianopolitanus, vulgo *Gerenoble*, in Delphinatu.
Vivariensis, vulgo *Viviers*, in Occitania.
Valentinus, vulgo *Valence*, in Delphinatu.
Maurianensis, vulgo *Saint Jean de Maurienne*, in Sabaudia.
Diensis, vulgo *Die*.
Archiepiſcopatus Biſuntini, vulgo *Beſanzon*, in Burgundiæ Comitatu, Epiſcopatus ſuffraganei. 73
Baſileensis, vulgo *Basle*, in Helvetia.
Lauſanensis, vulgo *Lauſanna*, in Helvetia.
Bellicensis, vulgo *le Bellei*, in Beugesia, vulgo *le Beugé*.
Archiepiſcopatus Ebredunensis, ſeu Alpium Maritimarum, vulgo *Ambrun*, Epiſcopatus ſuffraganei. 74
Digniensis, vulgo *Digne*.
Niciensis, vulgo *Nice*.
Seniciensis, vulgo *Senez*.
Cemelensis, vulgo *Cimiez*. non longe a Nicia.
Glannatensis, vulgo *Glandeve*.
Venciensis, vulgo *Vence*.
Graſſensis, vulgo *Graſſe*.
Archiepiſcopatus Tarantaſiensis, vulgo *Tarantaiſe*, in Alpibus Graiis, ſeu Penninis, in Sabaudia, Epiſcopatus ſuffraganei. 75

Auguſtanus, vulgo *Aouſta*; in Sabaudia.
Sedunenensis in Vallesia, vulgo *Syon*, vel *Sitten en Velez*.
Archiepiſcopatus, Epiſcopatus ſuffraganei, qui nunc extant in Regno Hiſpaniæ.
76 Archiepiſcopatus Toletani, vulgo *Toledo*, in Caſtella nova, Epiſcopatus ſuffraganei.
Cordubensis, vulgo *Cordova*, in Vandalitia Provincia, ſic dicta a Vandalis, qui Hiſpanias occuparunt, vulgo dicitur *Andlauya*.
Segobienſis vulgo *Segovia* in Caſtella veteri.
Carthaginenſis, vulgo *Carthagena*, in Regno *Murcia*.
Seguentinus, vulgo *Siguenza*.
Conchenſis, vulgo *Cuenza*.
Giennenſis, vulgo *Jaen*, in Vandalitia.
Valliſoletanus, vulgo *Vailladolid*, in Caſtella veteri.
77 Archiepiſcopatus Burgenſis, vulgo *Burgos*, in Caſtella veteri, Epiſcopatus ſuffraganei.
Pampilonenſis, vulgo *Pampelona*, in Regno Navarræ.
Calaguritanus, vulgo *Calahorra*, unitus Epiſcopatui Calciatenſi, vulgo *la Calzada*, in Caſtella veteri.
Palentinus, vulgo *Palenzia* in Regno Regionis, vulgo *Leon*.
78 Archiepiſcopatus Compoſtellani, vulgo *Compoſtella*, in Gallæcia, Epiſcopatus ſuffraganei.
Salmaticenſis, vulgo *Salamanca*, in Regno Legionis.
Abulenſis, vulgo *Avila*, in Caſtella Veteri.
Placentinus, vulgo *Plaſencia*, in Extremadura.
Lucenſis, vulgo *Lugo*, in Gallæcia,
Aſtoricenſis, vulgo *Aſtorga*, in Regno Legionis.
Zamorenſis, vulgo *Zamora*, in Regno Legionis.
Aurienſis, vulgo *Orenſe*, in Gallæcia.
Tudenſis, vulgo *Tuy*, in Gallæcia.
Pacenſis, vulgo *Badajos*, in Extremadura.
Mindonenſis, vulgo *Mondoncdo*, in Gallæcia.
Caurienſis, vulgo *Coria*, in Extremadura.
Civitatenſis, vulgo *Ciudad Rodrigo*, in Regno Legionis.
Legionenſis, vulgo *Leon*, in Regno Legionis.
Ovetenſis, vulgo *Oviedo*, in Aſturia.
79 Archiepiſcopatus Hiſpalenſis, vulgo *Sevilla*, in Vandalitia, ſeu vulgo *Andaluſia*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Gaditanus, vulgo *Cradix*, in Vandalitia.
Guadicenſis, vulgo *Guadix*, in Regno Granatæ.
Canarienſis, vulgo *Canaria*, Inſula ejuſdem cognominis in Africa.
80 Archiepiſcopatus Granatenſis; vulgo *Granada*, in Regno Granatæ, Epiſcopatus ſuffraganei.
Malacitanus, vulgo *Malaga*, in Regno Granatæ.
Almerienſis, vulgo *Almeria*, in Regno Granatæ.
81 Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani vulgo *Saragoſſa*, in Aragonia, Epiſcopatus ſuffraganei.
Oſcenſis, vulgo *Hueſca*, in Aragonia.
Jacenſis, vulgo *Jaca*, in Aragonia.
Taraſonenſis, vulgo *Tarazona*, in Aragonia.
Balbaſtrienſis, vulgo *Balbaſtro*, in Aragonia.
Terulenſis, vulgo *Teruel*, in Aragonia.
Albaricienſis, vulgo *Albaricin*, in Aragonia.
82 Archiepiſcopatus Tarraconenſis, vulgo *Tarragona*, in Cataiaunia, Epiſcopatus ſuffraganei.
Barchinonenſis, vulgo *Barcelona*.
Gerundenſis, vulgo *Girona*.
Herdenſis, vulgo *Lerida*.
Vicenſis, vulgo *Vich*.
Urgellenſis, vulgo *Urgel*.
Dertoſenſis, vulgo *Tortoſa*.
83 Archiepiſcopatus Valentini, vulgo *Valencia*, in Regno Valentino, Epiſcopatus ſuffraganei.
Majoricenſis, vulgo *Majorica*, in Inſula ejuſdem cognominis.
Oriolensis, vulgo *Orihuela*, in Regno Valentino.
84 Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus Suffraganei, qui nunc ſunt in Germania.
Archiepiſcopatus Moguntini, italice *Magonza*, Germ. *Mainz*. Gallice *Mayence*. Epiſcopatus ſuffraganei.
Argentinensis, Germ. *Strasburg*, in Alſatia.
Auguſtanus, Germ. *Augsburg*, in Suevia ad Laycum fluvium.
Conſtantiensis, Germ. *Coſtanz*, in Suevia.
Curiensis, Germ. *Chur*, vulgo *Coira*, in Rhætia.
Eichſtetensis, Germ. *Eichſtet* in Franconia.
Halberſtadiensis Germ. *Halberſtad*, in Saxonia inferiori.

Herbipolensis, Germ. *VVurtzburg*, in Franconia.
Hildesheimensis, vulgo *Hildesheim*, in Saxonia inferiori.
Paderbonensis, vulgo *Paderbona*, in VVeſtphalia.
Spirensis, Germ. *Speier*, intra Palatinatum Rheni.
Verdensis, vulgo *Verden*, in Saxonia inferiori.
VVormatiensis, vulgo *VVormes*, intra Palatinatum Rheni.
Fuldensis, ex Abbatia celeberrima noviſſime erectus a Benedicto XIV. anno 1752. Conſt. incip. *In Apoſtolicæ dignitatis*, cum omnibus juribus & prærogativis, præſervato tamen ſtatu Regulari; itaut idem Epiſcopus & Abbas ſit, & nuncupetur; atque Moguntinæ Archiepiſcopali Eccleſiæ jure Metropolitico ſubjectus ab eod. Pontifice Conſtit. incip. *Saluberrimum*
Archiepiſcopatus Trevirensis, Germ. *Trier*, Gallice *Treves*, Epiſcopatus ſuffraganei. 85
Tullensis, vulgo *Toul*, in ditione Gallorum.
Metensis, vulgo *Metz*, in ditione Gallorum.
Verdunenſis, vulgo *Verdun*, in ditione Gallorum.
Archiepiſcopatus Coloniensis, Germ. *Coln*, Gallice *Cologne*, Epiſcopatus ſuffraganei. 86
Leodiensis, Germ. *Liek Luttig*, Gallice *Liege*, Italice *Liegi*.
Monaſteriensis, vulgo *Munſter*, in VVeſtphalia.
Osnaburgensis, vulgo *Oſnabrugk*, in circulo VVeſtphaliæ.
Mindensis, vulgo *Minden*, in VVeſtphalia, qui tamen Epiſcopatus, perinde ac Epiſcopatus Alberſtadiensis transiit in Dominium Electoris Brandeburgensis.
Archiepiſcopatus Salisburgensis, vulgo *Salzburg*, Epiſcopatus ſuffraganei. 87
Paſſaviensis, vulgo *Paſſau*, in Bavaria; ſed modo a Benedicto XIII. Conſtitut. incip. *Arcan. Divin.* eſt declaratus exemptus, & insignibus Archiepiſcopalibus Palii, & Crucis præviæ ferendæ integratus.
Friſingensis, vulgo *Freiſingen*, in Bavaria.
Ratiſponensis, vulgo *Ratisbona*, in Bavaria, ſed ab ejus juriſdictione exemptus.
Brixinenſis, vulgo *Brixens*, in Comitatu Tirolis.
Gurcenſis, vulgo *Gurck*, in Carinthia.
Laventinenſis, vulgo *Lavant*, in Carinthia.
Chiemenſis, vulgo *Chiemſe*, in Bavaria.
Seccovienſis, vulgo *Seckkavv*, in Stiria.
Archiepiſcopatus Magdeburgenſis, vulgo *Magdeburg*, Epiſcopatus ſuffraganei. 88
Miſnenſis, vulgo *Meiſſen*, in Saxonia Superiori ad Albim, qui tamen ab ejus juriſdictione eſt exemptus.
Merſeburgenſis, vulgo *Mersburg*, in Miſnia.
Citizenſis, vulgo *Zeitz*.
Naubergenſis, vulgo *Naumburg*, in Miſnia.
Brandeburgenſis, vulgo *Brandeburg*.
Havelbergenſis, vulgo *Havelberg*.
Archiepiſcopatus Bremenſis, vulgo *Bremen*, in Saxonia inferiori, Epiſcopatus ſuffraganei. 89
Lubecenſis, vulgo *Lubeck*, in Hollandia.
Raceburgenſis, vulgo *Ratzburg*, in Ducatu Pomeraniæ.
Suerinenſis, vulgo *Schverin*, in Ducatu Meckelburgenſi.
Præter hos ſex Germaniæ Archiepiſcopatus, moxque recenſitos Epiſcopatus ſuffraganeos, ſex adhuc ſunt in Germania Epiſcopatus, qui ſunt exempti, videlicet Epiſcopatus Neoſtadienſis, vulgo *Neuſtatt*, in Auſtria: Epiſcopatus Uratislavienſis, vulgo *Breslau*, in Sileſia: Epiſcopatus Bambergenſis, vulgo *Bamberg*: Epiſcopatus Olmutcenſis, in Moravia, vulgo *Olmitz*: Epiſcopatus Tridentinus, vulgo *Trento*: & Epiſcopatus Labacenſis, Italice *Lubiana*. Denique Viennenſis in Auſtria Epiſcopatus, qui antea erat itidem exemptus, nuperrime ad petitionem Imperatoris Caroli VI. fuit a Summo Pontifice Innocentio XIII. in Archiepiſcopatum erectus. 90
Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei, qui nunc ſunt in Anglia. 91
Archiepiſcopatus Cantuarienſis, vulgo *Canturbery* Epiſcopatus ſuffraganei.
Roffenſis, vulgo *Rochester*.
Londinenſis, vulgo *London*, Gallice *Londres*.
Licolnienſis vulgo *Liucoln*.
Ciceſtrienſis, vulgo *Chichester*.
Vintonienſis, vulgo *Vinchester*.
Sarisburienſis vulgo *Sarisbury*.

Exonienſis, vulgo *Exceſter*.
Vigornienſis, vulgo *VVorceſter*:
Gloceſtrienſis, vulgo *Gloceſter*.
Bathonienſis, vulgo *Bathe*, unitus Epiſcopatui Vellenſi, vulgo *VVelles*.
Lichfeldiensis, vulgo *Lichfeld*.
Herefordiensis, vulgo *Hereford*.
Elienſis, vulgo *Ely*.
Norvicensis, vulgo *Norvvich*.
Oxoniensis, vulgo *Oxford*.
Petriburgensis, vulgo *Peterborough*.
Briſtoliensis, vulgo *Briſtol*.
Landavensis, vulgo *Landaff*.
Bangoriensis, vulgo *Bangor*.
Menevenſis; ſeu Sancti Davidis, vulgo *Saint David*.
Aſaphenſis, vulgo *Saint Aſaph*.
92 Archiepiſcopatus Eboracenſis, vulgo *Yorch*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Ceſtrienſis, vulgo *Cheſter*.
Dunelmenſis, vulgo *Durham*.
Carleolenſis vulgo *Carlile*.
93 Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei, qui nunc ſunt in Scotia.
Archiepiſcopatus Andreopolitani, vulgo *Sanct. Andrevvs*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Aberdonenſis vulgo *Aberdene*.
Duckeldenſenſis, vulgo *Dunckel*.
Moravienſis, vulgo *Murray*.
Dumblanenſis, vulgo *Dumblant*.
Brechinenſis, vulgo *Brechin*.
Edemburgenſis, vulgo *Edeombourg*.
Roſſenſis, vulgo *Roſſe*.
Cathanenſienſis, vulgo *Caitnes*.
Orcadenſis vulgo *Orkney*.
94 Archiepiſcopatus Glaſcuenſis, vulgo *Glaſcovv*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Gallovidenſis, vulgo *Gallovvay*.
Argadienſis, vulgo *Argyle*.
Inſularum ſive Sodorenſis, vulgo *Colomkill*, *& Illes*.
95 Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei, qui nunc ſunt in Hibernia.
Archiepiſcopatus Armachani, vulgo *Armagh*, in Ultonia Epiſcopatus ſuffraganei.
Midenſis, vulgo *Mith*.
Clochorenſis; vulgo *Clogher*.
Dunenſis, vulgo *Dovun*.
Derrenſis vulgo *Derry*.
Rapotenſis, vulgo *Rapoe*.
Kilmorenſis vulgo *Kilmore*, unitus Epiſcopatui Ardachadenſi, vulgo *Ardach*.
Dromorenſis vulgo *Dromore*.
Clonmacnaiſenſis, vulgo *Cluan*, qui Epiſcopatui Midenſi eſt unitus.
Connorenſis, vulgo *Conner*, qui Epiſcopatui Dunenſi unitus eſt.
96 Archiepiſcopatus Dublinenſis, vulgo *Dublin*, in Lagenia, Epiſcopatus ſuffraganei.
Darenſis vulgo *Kildare*.
Fernenſis, vulgo *Fernes*, unitus Epiſcopatui Leghlinenſi vulgo *Leighlin*.
Oſſorienſis, vulgo *Oſſery*.
97 Archiepiſcopatus Caſſilienſis, vulgo *Caſhell*, in Momonia, Epiſcopatus ſuffraganei.
Limericenſis, vulgo *Lymerick*.
Vatefordienſis, vulgo *Wateford*, qui unitus eſt Epiſcopatui Liſmorenſi, vulgo *Liſmora*.
Clonenſis, ſeu Claunenſis, vulgo *Cloncy*.
Corcagrenſis, vulgo *Corch*, unitus Epiſcopatui Roſſenſi, vulgo *Roſs*.
Laonenſis, vulgo *Killalo*.
Ardfertenſis, & Fibrienſis, vulgo *Kilfenor*.
98 Archiepiſcopatus Thuamenſis, vulgo *Toam*. in Connacia, Epiſcopatus ſuffraganei.
Magionenſis, vulgo *Moy*, & Enaghounenſis, vulgo *Enaghodovvne*, qui uniti ſunt Archiepiſcopatui Thuamenſi.
Elphinenſis, vulgo *Elphen*.
Duacenſis, vulgo *Kilmagough*. unitus Epiſcopatui Clonfertenſi, vulgo *Clonfert*.

Aladenſis, vulgo *Killala*, unitus Epiſcopatui Achadenſi, vulgo *Achoury*.
Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, qui nunc ſunt in Bohemia.
Unicus eſt in Regno Bohemiæ Archiepiſcopatus, videlicet Pragenſis a Clemente VI. Pontifice Maximo anno 1334. Inſtitutus.
Archiepiſcopatus Pragenſis, vulgo *Praga*, in Bohemia, 99
Epiſcopatus ſuffraganei.
Olmucenſis, vulgo *Olmitz*.
Litomericenſis, vulgo *Leutmeritz*.
Reginohradecenſis, vulgo *Konigſgratz*.
Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Dania.
Unus duntaxat in Dania, vulgo *Dannemarch*, extat Archiepiſcopatus, ſcilicet Lundenſis.
Archiepiſcopatus Lundenſis vulgo *Lunden*, in Dania, Epi- 100
ſcopatus ſuffraganei.
Roſchildenſis, vulgo *Roſchild*, in Zelandia Inſula.
Ottonienſis, vulgo *Odenſee*, in Fionia.
Slevicenſis, vulgo *Sleſvvik*, in Jutia.
Ripenſis, vulgo *Ripen*, ibidem.
Viburgenſis, vulgo *VViborg*, ibidem.
Alburgenſis, vulgo *Alborch*, ibidem.
Arhuſienſis, vulgo *Arhuſen*, ibidem.
Obſervari tamen debet, hunc in Dania Archiepiſcopatum Lundenſem ab anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo octavo, ex quo Lundis Civitas ſubeſt Suecis, deſiiſſe eſſe Archiepiſcopatum, & nunc eſſe tantum Epiſcopatum, quia ejus loco Civitas Hafnia, a qua parum diſtat Lundenſis Civitas, Archiepiſcopali titulo fuit decorata a Friderico III. Daniæ Rege anno MDCLX.
Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Svecia.
Archiepiſcopatus Uſpalienſis, vulgo *Vſpal*, Episcopatus 101
ſuffraganei.
Lincopenſis, vulgo *Linkoping*.
Scarenſis, vulgo *Scara*.
Aroſienſis, vulgo *Aroſen*.
Vexionenſis, vulgo *Vexſio*.
Aboenſis, vulgo *Abo*, in Finnonia.
Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Hungaria.
Archiepiſcopatus Strigonienſis, vugo *Gran*, ſub Turcis, 102
Epiſcopatus ſuffraganei.
Nitrienſis, vulgo *Nitra*, ſub Auſtriacis.
Javarienſis, vulgo *Jevver*, ſub Auſtriacis.
Agrienſis, vulgo *Egher*.
Vacienſis, vulgo *VVatzen*.
Quinqueccleſienſis, vulgo *Otegiazac*.
VVeſprimenſis, vulgo *Veſprim*.
Archiepiſcopatus Colocenſis, vulgo *Colocza*, Epiſcopatus 103
ſuffraganei.
Bathienſis, vulgo *Bath*, qui unitus eſt Archiepiſcopatui, & eſt ſub Auſtriacorum Dominio.
Zagrabienſis, vulgo *Zagrab*.
Varadienſis, vulgo *Varad*.
Sirmienſis, vulgo *Szerem*, ſeu *Sirmich*.
Chanadienſis, vulgo *Chanad*.
Boſnenſis, vulgo *Boſna*, ſedes Jatzæ in Boſnia.
Cibinenſis, ſive Tranſilvaniæ vulgo *Szeben*.
Bachoviensis, vulgo *Backovv*, in Valachia.
Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Polonia. 104
Archiepiſcopatus Gneſnenſis, vulgo *Gneſna*, Epiſcopatus
ſuffraganei.
Cracoviensis, vulgo *Cracovv*, in Polonia minore.
Uladislaviensis, ſeu Cujaviensis vulgo *VVladislavv*, in
Cujavia.
Vilnensis, vulgo *Vilenski*, in Lituania.
Poſnaniensis, vulgo *Poſnan*.
Plocensis, vulgo *Ploczko*, in Maſſovia.
Varmiensis, vulgo *Varmia*, unitus Epiſcopatui Sambiensi, vulgo *Szamland*.
Luceoriensis, vulgo *Lucko*, in Volhinia.
Samogitiensis, sive Medniciensis, vulgo *Samodzka Zcmbla*.
Culmenſis, vulgo *Culmſee*, unitus cum Epiſcopatu Pomeſaniensi, vulgo *Pomeſan*.
Uratislaviensis, vulgo *Breslavv*, in Silesia.
Lebuſſensis, vulgo *Lebuſs*, in Marchia Brandeburgica.
Caminensis, vulgo *Camin*, in Pomerania.
Smolocensis, vulgo *Smolensko*, in Moſcovia.
Archiepiſcopatus Leopoliensis, vulgo *Luvov*, Epiſcopatus 105
Preſ-
ſuffraganei.

Preſmiliensis, vulgo *Prezemyzl*, in Ruſſia nigra.
Chelmensis, vulgo *Chelm*, in Ruſſia nigra.
Chiovensis, vulgo *Kiovv*, in Volhinia.
Camenecensis, vulgo *Kaminiec*, ſub Turcis, in Podolia.
106 Præter latinos in Regno Poloniæ Epiſcopos, ſunt & Ruſſici, ſeu Ruthenici Ritus, Epiſcopi ſub ditione Regis Poloniæ in communionem Orthodoxæ Ecclesiæ a Clemente VIII. Pontifice maximo anno MDXCVI. recepti, qui tamen in Comitiis Polonicis locum non habent.
107 Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Lusitania, vulgo *Portugallia*.
Hic in primis eſt obſervandum, quod noviſſime de anno MDCCXVI. a Clemente XI. Conſtitut. incipient. *In ſupremo Apoſtolatus ſolio* Archiepiſcopatus Ulliſiponensis fuit diviſus in duos Archiepiſcopatus, uno vocato Archiepiſcopatu Ulliſiponensi Orientali, & altero vocato Archiepiſcopatu Ulliſiponenſi, & Occidentali, qui & in Patriarchatum fuit erectus cum plurimis privilegiis, & utrique fuerunt aſſignati ſuffraganei ut ſequitur.
108 Patriarchatus Ulliſiponensis Occidentalis, vulgo *Lisbona Occidentale*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Leyriensis, vulgo *Leira*, in Portugallia.
Lamacensis, vulgo *Lamego*.
Funchalensis vulgo *Funchel*, in Madera Inſula.
Angrensis, vulgo *Angra*, in Tercera Inſula.
109 Archiepiſcopatus Ulliſiponensis Orientalis, vulgo *Lisbona Orientale*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Egitaniensis, ſeu Guardiensis, vulgo *La Guardia*. Portalegrensis, vulgo *Portalegra*.
Promontorii Viridis, ſeu Capitis Viridis, vulgo *Ribera grande*, in inſulis Capitis viridis.
Sancti Thomæ, vulgo *San Thomé*, in Inſula ejuſdem cognominis, verſus Guineam.
Congensis, vulgo *San Salvador*, in Regno Congi.
Sub Benedicto XIV. unicus Ulliſiponensis Archiepiſcopatus agnitus eſt.
Archiepiſcopatus Bracarensis, vulgo *Braga* Epiſcopatus
110 ſuffraganei.
Portucalensis, vulgo *Porto*.
Viſensis, vulgo *Viſeu*.
Conimbricensis, ſeu Colimbriensis, vulgo *Coimbra*.
Mirandensis, vulgo *Miranda*.
111 Archiepiſcopatus Eborensis, vulgo *Evora*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Algarbiensis, ſeu Pharensis, vulgo *Faro*, in Algarbia.
Elvensis, vulgo *Elvas*, in Portugallia.
Tingitanus, vulgo *Tanger*, & Septensis, vulgo *Ceuta*, uniti ſub eodem Epiſcopo in Barbaria.
Angolæ, vulgo *Angola*, in Urbe Laonda.
112 Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei, in Livonia.
Archiepiſcopatus Regiensis, vulgo *Riga*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Revaliensis, vulgo *Revel*.
Torpatensis, vulgo *Derpt*.
Hapalensis, vulgo *Hapſel*.
Oſſiliensis, vulgo *Oeſel*.
Vendensis, vulgo *Vindovv*, nunc Livoniensis.
Nunc Civitas Riga, quæ erat Sedes illius Archiepiſcopatus in manus Magni Ducis Ruſſiæ venit, quia eam expugnavit anno MDCCX.
113 Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei, in Valachia, Moſcovia, & Ruſſia.
In Valachia unus tantum eſt Epiſcopatus, ſeu Bacchoviensis a Clemente VIII. Pontifice Maximo erectus.
In Moſcovia, itemque in Ruſſia alba, Epiſcopi e Cœtu Monachorum Ordinis Sancti Baſilii, ut plurimum eliguntur, ſolentque undecim Epiſcopi in universo Moſci Imperio numerari, quorum Metropolita, in urbe *Moſcau* ſedem habebat. Duo etiam in Moſcovia ſunt Archiepiſcopatus, nimirum Reſtoviensis, & Novogardiæ Magnæ. Extant vero Epiſcopatus in Civitatibus Cortinę, Reſaniæ, Columnæ, Caſani, Volgdæ, Tueriæ, Smoleſeki, & Sudaliæ.
114 Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Dalmatia.
Archiepiſcopatus Jadrensis, vulgo *Zara*, ſub Venetis, Epiſcopatus ſuffraganei.
Arbensis, vulgo *Arbe*.

Veglianensis, vulgo *Veglia*.
Auſarensis, vulgo *Oſſaro*.
Archiepiſcopatus Spalatensis, vulgo Spalatro, ſub Venetis, 115
Epiſcopatus ſuffraganei.
Signiensis, vulgo *Segna*, in Croatia ſub Imperatore.
Nonensis, vulgo *Nona*, ſub Venetis in Dalmatia.
Pharensis, & Lesinensis, vulgo *Leſina*, ſub Venetis in Dalmatia.
Traguriensis, vulgo *Trau*, ſub Venetis in Dalmatia.
Scardonenſis, vulgo *Scardona*, ſub Venetis in Dalmatia.
Macarienſis, vulgo *Macarska*, ſub Turcarum Dominio
Sebenicenſis, vulgo *Sebenico*, ſub Venetis in Dalmatia.
Tinienſis, vulgo *Tinc*, ſub Turcis.
Dulmenſis, vulgo *Dulmo*, in Boſnia ſub Turcis.
Archiepiſcopatus Raguſini, vulgo *Raguſi*, ſui Juris, in 116
Dalmatia, Epiſcopatus ſuffraganei.
Stagnenſis, vulgo *Stagno*, ſub Raguſæis.
Mercanenſis, vulgo *Merca*, ſub Raguſæis, unitus cum
Epiſcopatu Tribunenſi, vulgo *Trebingo*, ſub Turcis.
Stephanenſis, vulgo *Marenta*, ſub Turcis.
Bracienſis, vulgo *La Brazza*, ſub Venetis.
Roſonenſis, vulgo *Riſano*, ſub Turcis.
Curzolenſis, vulgo *Curzola*, ſub Venetis.
Archiepiſcopatus Nidroſienſis, vulgo *Dronsheim*, Epiſ- 117
copatus ſuffraganei in Norvegia.
Bergenſis, vulgo *Bergen*, unitus Epiſcopatui Stavangrenſi, vulgo *Staffanger*.
Hammarienſis, vulgo *Hammer*.
Ansloenſis, vulgo *Hola*, in Islandia Inſula.
Scalhotenſis, vulgo *Scalhot*, in Islandia Inſula.
Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Albania, 118
Archiepiſcopatus Antibarenſis, vulgo *Antivari*, ſub Turcis. Epiſcopatus ſuffraganei.
Scutarenſis, vulgo *Scuttari*.
Polatenſis, vulgo *Pulati*.
Drivaſtenſis, vulgo *Drivaſto*.
Dulcinienſis, vulgo *Dulcigno*.
Sappatenſis, vulgo *Sappa*, unitus cum Epiſcopatu Sardanenſi, vulgo *Sardania*.
Piſrenenſis, vulgo *Priſſcren*, in Servia.
Samandrienſis, vulgo *Semender*, in Servia.
Belgradenſis, vulgo *Belgrado*, in Servia.
Buduenſis, vulgo *Budoa*, ſub Venetis.
Archiepiſcopatus Dyrrachini, vulgo *Durazzo*, in Albania 119
ſub Turcis, Epiſcopatus ſuffraganei.
Alexienſis, vulgo *Aleſſio*.
Liſſenſis, vulgo *Liſſa*.
Bendenſis, vulgo *Benda*.
Canovienſis, vulgo *Canovia*.
Crojenſis, vulgo *Croja*.
Archiepiſcopatus Scupienſis, vulgo *Vſcub*, in Servia. 120
Archiepiſcopatus Sardicenſis, vulgo *Sofia*, in Bulgaria. 121
Archiepiſcopatus Ochredenſis, vulgo *L'Ocrida*, in Mace- 122
donia.
Archiepiſcopatus Corcyrenſis; vulgo *Corfù*, in Epiro ſub 123
Venetis, Epiſcopatus ſuffraganei.
Zacynthienſis, vulgo *Zante*, unitus cum Epiſcopatu Cephalonienſi, vulgo *Cefalonia*, ſub Venetis in Inſulis.
Archiepiſcopatus Candienſis, vulgo *Candia*, in Creta in- 124
ſula ſub Turcis, Epiſcopatus ſuffraganei.
Cydonienſis, vulgo *la Canea*.
Rhetimnenſis, vulgo *Retimo*, unitus cum Epiſcopatu Milopotamenſi, vulgo *Milopotamo*.
Sithienſis, vulgo *Sethia*, unitus cum Epiſcopatu Hierapetrenſi, vulgo *Hierapetra*.
Sichimenſis, vulgo *Sichimo*, unitus cum Epiſcopatu Archadienſi, vulgo *Arcadia*.
Archiepiſcopatus Naxienſis, vulgo *Naxia* in Mari Ægeo, 125
Epiſcopatus ſuffraganei.
Thienenſis, vulgo *Tiene*, ab ejus juriſdictione exemptus, in Inſula ejuſdem cognominis ſub Venetis.
Milenſis, vulgo *Milo*.
Scirenſis, vulgo *Sira*.
Chienſis, vulgo *Scio*.
Andrenſis, vulgo *Andro*.
Theraſienſis, vulgo *Santorini*.
Theramnienſis, vulgo *Termia*.
Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Indiis Orientalibus, ſub Luſitanis.

126 Archiepiſcopatus Goani, vulgo *Goa*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Cochinenſis, vulgo *Cochin*.
Malacenſis, vulgo *Malaca*.
Macaonenſis, vulgo *Macao*, in Sinarum Imperio.
Meliaporenſis, ſeu Sancti Thomæ, vulgo *San Thomè*.
Nangazachienſi, vulgo *Nangazachi*, quem Epiſcopatum Sixtus V. Pontifex Maximus erexit in Nangazaco, Urbe Japoniæ.
Cranganorenſis, aut Angamelenſis, vulgo *Angamale*, in India intra Gangem, qui Archiepiſcopatus nullum Epiſcopatum ſuffraganeum habet.
127 Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Indiis Occidentalibus ſub Hiſpanis.
128 Archiepiſcopatus Mexicani, vulgo *Mexico*, Epiſcopatus ſuffraganei.
Antequarenſis, ſive Quaxacanus, vulgo *Guaxaca*.
Mechoacanus, vulgo *Mechoacan*.
Taxcalenſis, ſive Angelopolitanus, vulgo *Puebla de los Angelos*.
Guatiamalanus, vulgo *Guatimala*.
Meridæ, vulgo *Merida*, in Yucatania.
Nicaragua, vulgo *Nicaraga*.
Chiappenſis, vulgo *Chiappe*.
Veræ pacis, vulgo *Vera paz*.
Durangi, vulgo *Durango*.
Sanctæ Fidei de novo Mexico, vulgo *Santa Fè*.
129 Archiepiſcopatus Sancti Dominici, vulgo *San Domingo*, in Hiſpaniola Inſula, Epiſcopi ſuffraganei.
Epiſcopatus Conceptionis, vulgo *la Conception de la Vega*, unitus Archiepiſcopatui.
Sancti Jacobi de Cuba, vulgo *Sant jago de Cuba*.
S. Joannis de portu divite, vulgo *San Juan de puerto ricco*.
Venetiolæ, vulgo *Venezuela*.
Hondruæ, vulgo *Honduras*.
130 Archiepiſcopatus Limen., vulgo *Lima*, Epiſcop. ſuffrag.
Cuſcenſis, vulgo *Cuſco*.
Quitenſis, vulgo *Quito*.
Arequipæ, vulgo *Arequipa*.
De Truxillo, vulgo *Truxillo*.
Gamangæ, vulgo *Guamanga*.
Panamanus, vulgo *Panama*, in Terra Firma.
Sancti Jacobi Ciles, vulgo *Santjago de Chile*.
Conception, vulgo *la conception de Chile*.
131 Archiepiſcopatus Sanctæ Fidei, vulgo *Santa Fè de Bogota*.
Archiepiſcopatus ſuffraganei in novo Regno Granatenſi, ſub Hiſpanis.
Sanctæ Marthæ, vulgo *S. Marta*, in novo Regno Granatenſi.
Carthaginis novæ, vulgo *Cartagena*, la Inda in Terra Firma.
Popajani, vulgo *Popayan*, in Regione ejuſdem cognominis.
132 Archiepiſcopatus Platenſis, vulgo *de la Plata*, Epiſcopatus ſuffraganei.
De pace, vulgo *la Paz, o Cuquiaca*, in Peruvia.
Tucumanenſis, vulgo *San Miguel de el eſtero*, in Tucumania.
Sanctæ Crucis de Serra, vulgo *Santa Crux de la Sierra, o de Baranca*.
Sanctæ Trinitatis, vulgo *S. Trinidad de Buenos Ayres*, in Paraguaja.
Fluvii de Plata, vulgo *l'Aſſomcion*, in Provincia Fluvii de Plata.
133 Archiepiſcopatus Manilani, vulgo *Manila*, in Inſulis Philippinis ſub Hiſpanis, Epiſcopatus ſuffraganei.
Nominis Jeſu, ſeu Cebuenſis, vulgo *Nombres de Jeſus*.
Novæ Segoviæ, *Nuova Segovia*.
Cazerenſis, vulgo *Caceres de Camerina*.
134 Archiepiſcoparus Sancti Salvatoris, vulgo *San Salvador*, in Braſilia ſub Luſitanis, Epiſcopatus ſuffraganei.
Olindanus, vulgo *Olinda de Pernambuco*.
Sancti Sebaſtiani, vulgo *San Sebaſtiano de Rio de Janiero*.
Maraniani, vulgo *San Luis de el Maraham*.

Notandum quod Epiſcopatum Fluminis Januarii in Braſilia, ejuſque ampliſſimam Diœceſim in quinque partes diviſit Benedictus XIV. an. 1746. Conſtit. incip. *Candor lucis æternæ*, & una earum antiquo Epiſcopatui relicta, ex aliis duos Epiſcopatus, nempe Marianenſem, & S. Pauli, & totidem Prælaturas, ſcilicet Gojaſienſem, & Cujabaenſem, ſub jure Metropolitico Archiepiſcopi S. Salvatoris erexit.

135 In Francia nova nullus eſt Archiepiſcopatus, ſed unus tantum extat Epiſcopatus, ſeu Quebecenſis, qui nemini ſuffraganeus eſt, & vulgo dicitur *Quebec*.

Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus ſuffraganei in Belgio, vulgo *Flandria*. 136
Archiepiſcopatus Mechlinenſis, vulgo *Malines*, in Belgio Hiſpanico, Epiſcopatus ſuffraganei.
Antuerpienſis, vulgo *Anvers*, ad Scaldim fluvium in Brabantia.
Brugenſis, vulgo *Bruges*.
Gandavenſis, vulgo *Gand*.
Iprenſis, vulgo *Ipres*.
Ruremundenſis, vulgo *Ruremonde*.
Boſcoducenſis, vulgo *Bolduc*.
Archiepiſcopatus Cameracenſis, vulgo *Cambray*, in Bel- 137
gio Gallico, Epiſcopatus ſuffraganei.
Atrebatenſis, vulgo *Arras*.
Tornacenſis, vulgo *Tournay*.
Namurcenſis, vulgo *Namur*.
Sancti Audomari, vulgo *Saint'Omer*.
Archiepiſcopatus Ultrajectini, vulgo *Utrecht*, Epiſcopa- 138
tus ſuffraganei.
Davetrenſis, vulgo *Daventer*.
Harlemenſis, vulgo *Harlem*, in Hollandia.
Leovardienſis, vulgo *Leuvarden*, in Friſia.
Middelburgenſis, vulgo *Middelborg*, in Zelandia.

§. 17. *Adde*.

In Regno Neapolitano Epiſcopatus.
Cajetanus, vulgo *Gaeta*.
Fundanus, vulgo *Fondi*,

Additio ex Auctore.

Epiſcopatus Pinarolienſis noviſſime erectus fuit, & ejus 139
Epiſcopus Suffraganeus Archiepiſcopi Taurinenſis deſignatus a Benedict. XIV. tom. 2. Conſtit. 66. incip. *Sacroſancta* emanat. Die 23. Decembr. 1748.

Epiſcopatus Fluminis Januarii in Braſilia, ejuſque ampliſ- 140
ſima Diœceſis dividitur in quinque partes, & una earum antiquo Epiſcopatui relicta, ex aliis duo Epiſcopatus, nempe Marianenſis, & S. Pauli, & totidem Prælaturæ, ſcilicet Gojaſienſis & Cujabaenſis ſub jure Metropolitico Archiepiſcopi Sancti Salvatoris eriguntur noviſſime a Benedicto XIV. die 6. Decembris 1746. Conſtitut. incip. *Candor Lucis æternæ*.

Epiſcopatui Papienſi perpetuo unitur Archiepiſcopatus A- 141
maſienſis, & ſubditur immediate Sedi Apoſtolicæ etiam quoad cauſarum appellationes, & abſolvitur ab obligatione ſibi eligendi Metropolitanum; Benedict. XIV. tom. 1. Conſtitut. 74. incip. *Ad Supremam*.

Epiſcopatus cum Cardinalatus Officio incompatibilis olim 142
cenſebatur, nec alii Epiſcopi inter Cardinales erant, præter ſeptem prius, poſtea vero ſex ſuburbicarii. Dein tamen uſus 143
invaluit, ut etiam Cardinales Cathedralibus Eccleſiis præficerentur; idque approbatum fuit a Concilio Tridentino, dummodo ipſi Cardinales apud ſuas Eccleſias reſiderent; Idem tom. 2. Conſtitut. 36. incip. *Cum a Nobis*.

Epiſcopatus Titulares Eccleſiarum in partibus Infidelium 144
laudabiliter conferuntur, ubi hujuſmodi Epiſcoporum opera aliquam Eccleſiæ utilitatem afferat; Idem *ibid.* Epiſcopatus Titulares poſſe conferri Cardinalibus fuſe probat idem Pontifex *ibid.* adducens ad id jura, congruentias, & exempla.

Epiſcopatus non extinguitur per extinctionem Capituli; 145
Idem tom. 2. Conſtitut. incip. *Notum tibi*.

Noviſſimæ additiones ex aliena manu.

Opportunum hic eſſet oſtendere Epiſcopos jure divino dignitate & poteſtate ſimplicibus Presbyteris eſſe Superiores, & in hac potiſſimum ſententia fuiſſe divum Hieronymum quidquid blaterent *Salmaſius Blondellus aliique Calviniſtæ*. Sed anguſti limites Additionum haud patiuntur ut materiam hanc adeo vaſtam hic tractemus. Vide qui de ea pro dignitate agit, affert plura D. Hieronymi Loca, tum reſpondet Locis ejus Sancti Doctoris, quibus abutuntur Adverſarii Doctiſſimum Drovven de Re Sacramentaria *tom. 2. lib. 8. ſect. 6. fer. per tot.*

EPISCOPUS.

ARTICULUS I.

Epiſcopus quoad ejus nomen, originem, & dignitatem.

NOmen Epiſcopi eſt nomen græcum idem importans ac 1
latine *ſpeculator*; *cap. Cleros §. Epiſcopus diſt.* 21. vel ſupe-

ſuperintendens; *cap. Qui Epiſcopatum* 8. *quæſt.* 1. *cap. Legimus diſt.* 93. Præcipuum enim Epiſcopi munus eſt gregis ſibi commiſſi mores, & vitam explorare, & inſpicere; Unde S. Ambroſius *de dignitate Sacerdotum cap.* 6. Epiſcopum dici cenſet, quaſi ſuperinſpectorem, ideoque & in ſolio eum in Eccleſia editiori reſidere, ut & cunctos reſpiciat, & a cunctis reſpiciatur. Epiſcopus vocatur *Summus Sacerdos* ratione
2 Ordinis, ad differentiam ſimplicium Sacerdotum; *cap. Deus ergo* 3. *q.* 1. *cap. Videntes* 12. *quæſt.* 1. *cap.* 1. §. *Per fontis, de Sacram. Unct.* Epiſcopus enim congrue dicitur Sacerdos ſummus, quia ultra ſuum Ordinem nullus eſt alius Ordo; *cap. De his, cap. Munus, de conſec. diſt.* 5. nam Epiſcopatus eſt maximus Ordinum, qui ſint in Eccleſia Dei, *Gloſſ. verbor. Epiſcopus in proœmio libr.* 9. *Decretal. Gloſs. verbor. de Epiſcopis in cap. Quia periculoſum, de ſentent. Excom. in* 6. Epiſcopus dicitur *Præſul*, quia in Concilio præſidet; *cap. Quod translationem, de temporib. Ordinat.* Dicitur *Antiſtes*,
3 quia ante alios ſtans præeminet populo, & eſt primus templi
4 & Diœceſis Sacerdos; §. *Nos autem, Inſtitut. de Attiliano Tutore, leg. Si quemquam, & leg. Decernimus Cod. de Epiſcopis, & Clericis, Calvin. verb. Antiſtes*. Dicitur Pontifex, *cap. Pontifices* 7. *q.* 1. *cap. Meſſana de election. cap. Quia periculoſum de ſentent. Excomm. in* 6. Pontifex enim, ut ait ſcævola, relatus a Calvino *verb. Pontifex*, eſt ſic dictus a *poſſe*, & *facere*, quia, ut Alciatus arbitratur, jus illi erat ſacrificandi, facere enim apud veteres ſacrificare eſt, & Epiſcopus poteſt ſacrificare, & facere ſacrificare per Sacer-
5 dotes, quos efficit, & ordinat. Appellatur interdum *Legatus Chriſti*, ut in *cap. Accuſatio quoque in fin.* 2. *q.* 7. *&* in
6 *Clement.* 1. §. *Nec ſuper, de pœnis*; Epiſcopus enim tamquam Chriſti Legatus deſtinatur ad regendas animas.

Vocatur propriiſſime *Paſtor* ab officio, quod habet paſcendi Oves ſibi commiſſas verbi Dei prædicatione, ac Sacra-
7 mentorum adminiſtratione, ut Paſtoris Officii eſſe proprium, docet, & monet, & ſapius inculcat Concilium Tridentin. *ſeſſ.* 6. *de reform. cap.* 1. *& ſeſſ.* 23. *cap.* 1. Vocatur etiam *Præ-*
8 *co*, quia annuntiat populo ſcelera eorum; *cap. ſit. rector.* 1.
9 *diſt.* 43. Vocatur item *Medicus*, ut ſciat attemperare vinum oleo in curandis vulneribus: *cap. Diſciplina* 9. *diſt.* 44. Vocatur *Lucerna* ſuper Candelabrum poſita, *Matth. cap.* 5. ut om-
10 nibus luceat probitatis, & Doctrinæ radiis. Vocatur *Sal terræ Matth. eod. cap.* 5. ut condiat aliorum mores ſapientiſſimis
11 inſtitutis, & præceptis. Dicitur *Angelus Luc.* 6. quia mittitur ut Nuncius prædicaturus verbum Dei. Vocatur *Sanctiſ-*
12 *ſimus in Authentic. de Sanctiſſimis Epiſcop. coll.* 9. *&* in *Cle-*
13 *ment. num.* 1. §. *Nec ſuper, de pœnis*, quia cum Epiſcopus debeat alios ſanctos efficere, oportet, ut ſit prius Sanctiſſimus, & potius exemplis, quam verbis populum ſibi commiſſum ad Sanctitatem alliciat, & provocet: Unde recte *Eccleſ.* 2. dicitur *Ab immundo quis mundabitur?* cui concinit illud S. Gregorii *lib.* 7. *Moral. Manus ſordida aliam non lavat, & oculus plenus pulvere maculam non conſiderat; ita mundus debet eſſe, qui vult aliena corrigere*. Hinc communiter tenetur, quod ſtatus Epiſcopalis perfectior ſit, quam ſtatus
14 Religionis, & Epiſcopus debet eſſe Sanctior Religioſo; nam, ut inquit S. Dionyſius *de Eccleſ. Hierarch. cap.* 5. *Pontificum quidem Ordo conſummativus eſt, & perfectivus, Sacerdotum autem illuminativus, & lucidativus, Miniſtrantium vero Purgativus, & diſcretivus*; Fagnan. *lib.* 1. *Decret. in cap. Niſi cum pridem* 10. *de renunciatione n.* 6. *&* 7.

Ordo Epiſcopalis quamvis quoad rem, ſeu eſſentiam ſit unus ſolus, ex Anacleto Papa *Epiſt.* 3. *&* 15 *capitul. Nova-*
15 *tianus* 6. *cauſ.* 7. *quæſt.* 1. tamen quoad nomen, & gradum eſt quadripartitus: textu expreſſo *in cap. Cleros* 1. *diſt.* 21. §. *Or-*
„ *do Epiſcoporum*, ibi: „ Ordo vero Epiſcoporum quadri-
„ partitus eſt, ideſt in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metro-
„ politis, atque Epiſcopis „; Sic tenent Fagnanus *libr.* 1. *Decretal. in cap. Requiſivit de ordinatis ab Epiſcopo, qui numer.* 1. Barboſa *lib.* 1. *Juris Eccleſ. univerſ. cap.* 6. *num.* 4. Patriarcha eſt nomen græcum, idem importans, ac latine Sum-
16 mus, ſeu Princeps Patrum, ideſt Epiſcoporum: *citat. cap. Cleros, verb. Patriarchæ diſt.* 21. Patriarchæ præcipui, & veri in principio fuerunt tantum quatuor, ſcilicet Conſtanti-
17 nopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus: *cap. Antiqua, de privilegiis, cap. Renovantes: cap. Definimus diſt.* 22. *cap. Grave nimis, de prebend. & Extravagant. Sacroſancta Romana Eccleſia, de elect. inter communes*, ubi Benedictus XI. ſic expreſſe ſcribit: „ Sacroſancta Roma-
„ na Eccleſia, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias or-
„ dinariæ poteſtatis obtinet principatum a Deo, utpote Ma-
„ ter univerſorum Chriſtifidelium, & Magiſtra, quatuor Pa-
„ triarchales ſedes inſtituit, inter quas poſt ipſum Romanam
„ Eccleſiam, Conſtantinopolitanam primum, Alexandrinam
„ ſecundum, Antiochenam tertium, & Hieroſolymitanam
„ quartum locum voluit obtinere, ipſaſque multis prærogativis, et honoribus, ac privilegiis decoravit „ (a). Præter dictos quatuor primarios reperiuntur etiam alii Patriarchæ non ita principales, videlicet Gradenſis, ſeu Venetus, Patriarcha Indiarum, et Patriarcha Æthiopiæ, cum aliis, de quibus Gloſſ. *in citat. cap. Cleros* 1. *diſtinct.* 21. *verb. Ar-* 18
ceiepiſcopi, et noviſſime inſtitutus eſt novus Patriarcha Eccleſiæ Uliſſiponenſis Occidentalis de *anno* 1716. a Clemente XI. *Conſtit. incip. In ſupremo Apoſtolatus ſolio*.

Patriarchæ, & Primates late ſumpto vocabulo, idem ſunt, licet differant nomine, colligitur *ex cap. Provinciæ* 1. *diſt.* 99., ibi: *Ipſis quoque in Civitatibus, vel locis noſtros Patriarchas, vel Primates, qui unam formam tenent, licet diverſa ſint nomina, leges Divinæ, & Eccleſiaſticæ poni,* & 19
eſſe juſſerunt, & cap. Nulli 2. *eadem diſt.* 99., ibi: *Nulli Archiepiſcopi Primates vocentur, niſi illi, qui primas ſedes tenent, quarum Epiſcopos Apoſtoli, eorumque Succeſſores regulariter Patriarchas, vel Primates eſſe conſtituerunt, & cap. Duo ſimul* 9. *de Offic. Ordinar.*, ibi: *Cum ſit in Canonibus definitum, Primates, vel Patriarchas nihil Juris præ ceteris habere, niſi quantum &c.* Unde Gloſſa *in cap. coram* 7. *de in integrum reſtitut. verb. Super primatia*, auctoritate *cit. cap.* 1. *& cap.* 2. *diſt.* 99. ſic concludit: *Primatia, & Patriarchatus una tantum dignitas eſt, licet nomina ſint diverſa*, & Gloſſa *in cit. cap. Duo ſimul* 9. *De Offic. Ordinar. verb. Patriarchas* ſic etiam concludit: *Diverſitas in nomine eſt, dignitas eadem*. Stricte tamen loquendo Primates non idem habent Officium, eamdemque auctoritatem, quam habent Patriarchæ: ut late oſtendit Barboſa *lib.* 1. *Juris Eccleſ. univ. cap.* 6. *a num.* 10., *& ſequentib.* Et concluſio Gloſſæ ex citatis Canonibus, quod nulla detur realis differentia, ſed ſolum verbalis inter Prima- 20
tes, & Patriarchas, eſt intelligenda de Patriarchis minoribus, & non de ſupradictis primariis, qui vere, & realiter diſtinguuntur, ut notat Gigas *de reſignat. Epiſcop. cap.* 18. *numer.* 5. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 41. *num.* 14. Frances *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 1. *num.* 81. Unde Primates rigoroſe loquendo dicuntur nonnulli Metropolitani qui primarias tenent Civitates, & majores regunt Metropoles. Sic Bituricenſis Archiepiſcopus eſt Primas in Burdigalenſi Provincia, ut de ipſo fit mentio *in cap. Conqueſtus* 9. *q.* 3. Archiepiſco- 21
pus Piſanus vocatur Primas Sardiniæ, & Corſicæ, ut notat Additio Marginalis ad Gloſſam *in cap. Definimus diſt.* 22. Archiepiſcopus Toletanus, & Archiepiſcopus Bracharenſis contendunt de Primatu Hiſpaniæ, ut fit mentio *in cap. Coram* 22
7. *de in integrum reſtitut.*, & pro utroque varii varia ſcripſerunt, ut videre eſt apud Barboſ. *loc. cit. num.* 48. Sic in Galliæ Provinciis ultra Archiepiſcopum Bituricenſem ſe Primates appellant Archiepiſcopus Remenſis, Lugdunenſis, Arelatenſis, & Viennenſis. Hiberniæ Primas eſt Archiepiſcopus Armacanus; Angliæ Cantuarienſis; Scotiæ Archiepiſcopus S. Andreæ; Africæ Carthaginenſis; Hungariæ Strigonienſis; Poloniæ Gneſnenſis; Germaniæ olim Magdeburgenſis, nunc vero Salisburgenſis.

Metropolitanus ſic dictus a *Metros*, quod idem ſonat quod *Mater*, & *Polis*, quod idem ſonat quod *Civitas*, eſt ille, qui reſidet, & Epiſcopatum gerit in Metropoli, ſeu Civitate præcipua, quæ eſt veluti Mater, ſeu Matrix aliarum Eccleſiarum, ſeu Civitatum totius Provinciæ, Metropolis 23
enim caput Provinciæ appellatur; *l.* 4. §. *Ingreſſus, & leg.* 7. *ff. de Offic. proconſ. l.* 6. *ff. de excuſ. tutor. l. unic. Cod. ut omnes inde*. Unde Provincia, cui præeſt Metropolitanus, decem, aut undecim Civitates, & totidem Epiſcopos ſuffraganeos olim ſub ſe continere ſolebat; *cap. Scitote* 2. *cauſ.* 6. *quæſt.* 3. *Gloſſa in cap. Clericos diſt.* 1. 21. *verb. A menſura*.

Nunc

(a) In principio non quatuor, ſed duo tantum fuerunt veri Patriarchæ, videlicet Alexandrinus, atque Antiochenus. Vid. Benedict. XIV. *De Synod. Diœc. l.* 2. *cap.* 4. §. 7. et Domin. Macri *Hierolexicon* voce *Patriarcha*.

Nunc vero *constitutio d. cap. Scitote*, abiit in desuetudinem, & numerus Episcoporum major, vel minor decem, aut undecim fuit constitutus in unaquaque Provincia sub Metropolitanis, prout singulis magis expedire in dies videbatur, ut recte observat Petrus Gregor. *Sintagm. Juris lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 3. (a)

24 Archiepiscopus sic dicitur tanquam primus, seu Princeps omnium Episcoporum suae Provinciae; *Archos* enim est nomen graecum, quod latine significat *primum* vel *Principium*;
25 *cap. Cleros* 1. *dist.*21. *verb. Archiepiscopus*, & Archiepiscopus sic captus idem est, ac Metropolitanus, ut innuit Ordo Romanus *tit: Qualiter Episcopus in Romana Ecclesia ordinetur*, ut tradit Barbosa cum pluribus aliis *loc. cit. cap.*7. *num.* 4., & deduci potest etiam *ex cap. Pastoralis, de Offic. ordinar.*, *& Extravag. Salvator, de praebend. inter communes, cap. Referente, de praebend.*, ibi: *Ad Metropolitanum, vi-*
26 *delicet Remensem Archiepiscopum*. Non tamen omnis Archiepiscopus est semper Metropolitanus, sicuti omnis Metropolitanus est semper Archiepiscopus; Dantur enim varii Archiepiscopi, qui nullos suffraganeos habent, ut inter alios sunt Rossanensis, & Lancianensis Archiepiscopi, ut notavit Barbosa *loc. cit. cap.*7. *num.*6., & de ipsis, ac aliis patet in notitia supra adducta omnium Archiepiscopatuum, & Episcopatuum. Tales enim Archiepiscopi nullos habentes suffraganeos, licet sint vere, realiter Archiepiscopi, non tamen vere sunt Metropolitani, ut ex Barbosa, & Azorio recte notat Frances *de Eccles. Cathedr. cap.* 1. *num.* 114. Quid autem possit Metropolitanus, seu Archiepiscopus in suos suffraganeos, vide *verb. Archiepiscopus art.* 1.

27 Episcopus, ut jam fuit dictum *num.*1. est nomen Graecum idem significans ac latine *Speculator*, *cap. Cleros §. Episcopus dist.*22. vel *Superintendens*, *cap. Qui Episcopatum* 8. *quaest.*1.
28 *cap. Legimus* 24. *dist.*93. Et sub nomine Episcopi Ecclesia semper eos intellexit, qui sunt Presbyteris superiores; *cap. Decretis dist.*21., ibi: Simpliciter majorum, & minorum „ Sacerdotum discretio in novo Testamento ab ipso Christo „ sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos, tamquam „ majores Sacerdotes, & septuaginta duos discipulos, quasi
29 „ minores Sacerdotes instituit. In locum vero Apostolorum Episcopi, & in locum Discipulorum Presbyteri successerunt, *cap. In novo* 2.*dist.*21. *& cap. Quorum vices* 6. *dist.*68. (b).
30 Et quamvis in primitiva Ecclesia Episcopi, & Presbyteri non distinguerentur quoad nomen; *cap. Olim* 5. *dist.*95., ibi: *Olim idem erat Presbyter, qui, & Episcopus*; Tamen quo ad rem semper fuit distinctio inter ipsos etiam tempore Apostolorum in primo exordio Ecclesiae; Sic expresse S. Thomas *in* 2. 2. *q.* 184. *art.*6. *ad primum*, ibi: De Presbytero, „ & Episcopo dupliciter loqui possumus, uno modo quantum ad nomen, & sic olim non distinguebantur Episcopi, „ & Presbyteri; nam Episcopi dicuntur ex eo; quod superintendunt, sicut dicit Augustinus 19. Civit. Dei; Presbyteri autem in Graeco dicuntur quasi seniores; Unde, & Apostolus communiter utitur nomine Presbyterorum, quantum ad utrosque, cum dicit, 1. *ad Timoth.*5. *Qui bene praesunt Presbyteri duplici honore digni habeantur*, & similiter etiam nomine Episcoporum, unde dicit Actor. 20. Presbyteris Ephesinae Ecclesiae loquens „ Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos „ regere Ecclesiam Dei „ Sed secundum rem semper inter eos fuit distinctio etiam tempore Apostolorum, ut patet per Dionys. *cap.*4. *Ecclesiast. Hierarch.*, *& Lucae* 10. super illud: „ Post hec autem designavit Dominus &c. Dicit Gloss. Sicut in Apostolis forma est Episcoporum, sic & in septuaginta duobus discipulis forma est Presbyterorum secundi „ Ordinis; Postmodum tamen ad schisma vitandum necessarium fuit, ut etiam nomina distinguerentur, ut scilicet „ majores dicerentur Episcopi, minores autem Presbyteri; Dicere autem Presbyteros non differre ab Episcopis inter dogmata haeretica numerat Augustinus „ in lib. de haeresibus, „ ubi quod Ariani dicebant Presbyterum ab Episcopo nulla
31 „ differentia debere discerni. Et Episcopos tam in potestate Jurisdictionis, quam in potestate Ordinis superiores esse Presbyteris expresse declarat Concilium Tridentin. *sess.* 23. *cap.* 4., *& ibidem Canon.* 7. subjicit anathemati contrarium „ dicentes, ibi „ Si quis dixerit Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi, „ & ordinandi, vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem.... anathema sit.

Episcopus appellatur *Ordinarius*; *cap. Pastoralis* 11. *de* 32
Offic. Ordinar. quia ordinariam in sua Dioecesi habet jurisdictionem. Barbosa *lib.*1. *Juris Ecclesiast. univers. cap.*8. *nu.*47.
Appellatur *Dioecesanus* respectu, & ratione suae Dioecesis, 33
idest Civitatis, & Territorii Episcopalis, *Cap. Statuto* 2. §. *Dioecesani, de decimis in* 6. *Clement. unic. de suppl. negli-*
gent. Praelator. Clement. 1. *de Jurepatron.* Ejus autem Ec- 34
clesia Episcopalis dicitur Cathedralis, quia ibi Cathedra Episcopalis, & Sedes sita est. Archidiacon. *in cap. Statutum col.*1. *de rescript. in* 6., & quia ejus ratione Episcopus recipit Cathedraticum; *Cap. Conquerente* 16. *de Offic. Ordinar.*, *& cap. Pastoralis* 7. *de Donationibus*. Dicitur *Suffraganeus*
respectu Metropolitani, seu Archiepiscopi, cui subditur; 35
cap. Suffraganeis 11. *de electione*; *cap. Pastoralis* 11. *de Offic. Ordinar. cap. Romana Ecclesia* 1. *de foro competent. in* 6. Vel quia suffragium in ejus electione praestare consueverant Episcopi, vel quia suffragantur ipsi in consecrando alios Episcopos, in celebrando Concilia, & hujusmodi. Abbas *in cap. Suffraganeis* 11. *de election. num.* 1. Barbos. *loc. cit. num.*46.

Chorepiscopi non erant Episcopi, nec eorum Ecclesiae 36
erant Cathedrales; *Cap. Ecclesiis* 3. *dist.*68., ibi: Inter Epi- „ scopos autem, & Chorepiscopos haec est differentia, quod „ Episcopi non in Civitatibus, Chorepiscopi, & in Vicis „ ordinari possunt; Episcopi formatas tribuunt litteras, Cho- „ repiscopi non nisi Commendatitias, & pacificas dare va- „ lent; Episcopi Jus consecrandi habent, Chorepiscopi „ tantum minores tribuunt, Leviticam autem, & Sacerdo- „ talem benedictionem non valent praestare; cap. Quamvis „ 4. 68., ibi: Quamvis Chorepiscopis, & Presbyteris plu- „ rima cum Episcopis ministeriorum communis sit dispensa- „ tio; quaedam tamen sibi prohibita noverint, sicut est Pres- „ byterorum, Diaconorum, & Virginum consecratio, con- „ stitutio Altaris, ac benedictio, vel unctio, siquidem nec „ erigere Altaria, nec Ecclesias consecrare eis licitum est, „ nec per impositionem manuum fidelibus baptizatis, vel „ conversis hereticis Paraclitum Spiritum Sanctum tradere, „ nec Chrisma conficere, nec Chrismate baptizatorum fron- „ tes signare, nec publice quidem in Missa quemquam poe- „ nitentem reconciliare, nec formatas cuilibet Epistolas mit- „ tere; Haec omnia illicita sunt Chorepiscopis.... Quoniam „ quamvis consecrationem habeant, Pontificatus tamen api- „ cem non habent, & concordat *cap. Chorepiscopi* 5. *eadem*
*dist.*68. Chorepiscopi praeficiebantur solum Villis, & Oppi- 37
dis; *cit. cap. Ecclesiis* 3. *dist.*68. idque vox illa graeca *Chore*, quae latine idem importat ac *Villanus*, seu ruralis, pagum iterum seu Villam significat. Episcopi autem in Villis, pagis, seu locis inferioribus collocati nunquam fuerunt; *cap.*1. *de privileg. cap. Episcopi* 3. *dist.* 80., ibi: Episcopi non in „ Castellis, nec in modicis Civitatibus debent constitui; cap. „ Illud sane 4. eadem dist. 80., ibi: Illud sane quod ad Sa- „ cerdotalem pertinet dignitatem inter omnia volumus Ca- „ nonum statuta servari, ut non in quibuslibet locis, neque „ Castellis, & ubi ante non fuerant, Episcopi consecrentur; „ cap. Non debere 5. eadem dist. 80., ibi: Non debere in „ Vicis, & in Castellis Episcopos ordinari. Et Zacharias 1. „ Epist. 9. ad Bonifacium sic ait: Memineris quid in Sacris „ Canonibus praecipimur observare, ut minime in Villulas, „ vel modicas Civitates Episcopos ordinemus, ne vilescat „ nomen Episcopi (c).

Chorepiscopi erant Vicarii Episcoporum, & in Oppidis, 38
& in Villulis gerebant curam animarum vice ipsorum, eodem fere modo, quo nunc Parochi. Petrus Gregor. *Syntagm. Juris lib.*15. *cap.*12. *a num.*44. *usque in finem*, Barbosa *in Collectan. ad text. in cap. Quamvis* 4. *dist.* 68. *num.* 6. Antonius Ric-

(a) Metropolis graecum nomen a *meter*, sive *mitir*, mater, et *polis*, civitas. *num.*24. *Archos* significat eum, qui imperium obtinet, ducem; *arche*, sive *Archi*, principium, imperium.

(b) Jo: Baptista du Hamel in c. 20. Actor. vers. 17. haec habet: Non Ephesinae tantum, sed et Asianae Ecclesiae Presbyteros vocavit, quos infra vocat Episcopos *Mittens Ephesum* jussit vocari singularium urbium Episcopos. Nam singulis in locis unus erat Episcopus ob paucitatem fidelium.

(c) *Choros*, sive *Chora*, non *Chore*, idem latine importat ac ager, praedium, regio. Videsis Dominici Macri Hierolexicon.

Ricciullus *lucubrationum Ecclesiasticarum lib.*2. *cap.*1. *num.*2. Bellarmin. *in Controvers. tit. de Cleric. lib.*1. *cap.* 17. *tom.* 1.
39 *controv.* 5. Frances *de Eccles. Cathed. cap.*1. *numer.* 131., & alii. Conferebant Ordines minores, *textu expresso in cit. cap. Ecclesiis* 3. *dist.*68. §. *Inter Episcopos. Chorepiscopi tan-*
40 *tum minores tribuunt, Leviticam autem, & Sacerdotalem benedictionem non valent praestare*. Aliqui eorum consecrabantur, & creabantur Episcopi, & isti non solum Ordines minores, sed, & majores conferebant, & alia munia Episcopalia obibant, non ex vi Chorepiscopatus, sed virtute Ordinis Episcopalis, ad quem erant promoti, & consecrati, & sic vice Episcoporum ministrabant, sicuti faciunt hodie Episcopi Titulares, seu Coadjutores, & de istis solis Chorepiscopis in Episcopos consecratis loquuntur Canones Conciliorum, ut constat ex Antiocheno *can.* 10. *tom.*3. *Concil. pag.* 1322., & intelligendi sunt Doctores asserentes Chorepiscopos fuisse olim eosdem, ac sint hodie Episcopi Titulares, seu Coadjutores, ut recte observant Bellarm. *loc. cit. vers. Respondeo quosdam fuisse*, Ricciullus *loc. cit. num.*8. Barbosa
41 *loc. cit. num.*2. Frances *loc. cit. num.* 133. Chorepiscopi fuerunt aboliti, & ablati ab Ecclesia Dei ob illorum insolentiam, & ambitionem, qua Episcoporum officia sibi temere usurpabant, & ne tertius Ordo in Ecclesia poneretur, cum Christus Dominus duos tantum gradus in Ecclesia instituerit, Episcoporum videlicet, & Presbyterorum, & Chorepiscopi de primis, scilicet Episcopis non fuerint, & secundi Ordinis, scilicet Presbyterorum officium despicerent; *cap. Quamvis* 4. *dist.*68., ibi: Hi vero, scilicet Chorepiscopi, propter in- „ solentiam suam, qua officia Episcoporum sibi usurpabant, „ ab Ecclesia prohibiti sunt; cap. Chorepiscopi 5. eadem „ dist.68., ibi: Chorepiscopi tam ab hac Sacra Sede, quam „ ab Episcopis totius Orbis prohibiti sunt: Nimis enim „ eorum institutio improba est, & prava, quia, & si de summo Sacerdotii ministerio aliquid praesumant, omni tamen „ auctoritate carent. Nam non amplius quam duos Ordines „ inter discipulos Domini esse cognovimus, idest duodecim „ Apostolorum, & septuaginta duorum Discipulorum; unde „ iste tertius processerit, ignoramus, & quod ratione caret, „ extirpare necesse est, & sic Barbosa *loc. cit. num.*5., *&* 6. Frances *loc. cit. num.*54. *&* 142. Bertachin. *tract. de Episcop. in prael. num.*4., & alii passim.

42 Quamvis Apostolos omnes a Christo Domino fuisse ordinatos sit valde controversum, ut patet ex pluribus traditis a Cardinal. Bellarmin. *de Romano Pontifice lib.*4. *cap.* 13. Soto *in* 4. *dist.*24. *quaest.*2. *art.*1. *conclus.* 2. Diana *resolut. moral. part.*12. *tract.* 3. *resol.*80., & id videatur inferri ex verbis Divi Augustini *in lib. qq. veter.*, *& nov. testam.* 2. *qu.*97., „ ibi: Nemo ignorat Episcopos Ecclesiis Salvatorem instituisse; Ipse enim priusquam Coelos ascenderet imponens manus Apostolis instituit eos Episcopos, & ordinavit. Tamen communior opinio tenet solum Petrum fuisse immediate ab ipso Christo Domino Episcopum consecratum. Bellarmin. *lib.*1. *de Summo Pontifice cap.*23. Turrecremata *lib.*2. *Summae de Ecclesia cap.*32. Barbosa *in Collectan. ad textum in cap. In novo* 2. *dist.*21. *numer.* 5. Henriquez *in summa de Sacram. Ordin. lib.*10. *cap.*4. §. *Cum sequent.* Frances *de Ecclesia Cathedral. cap.*1. *num.*13. Fagnanus *lib.*1. *decr. in cap. Requisivit* 1. *de Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit num.*18., *&* 85., & alii passim; *arg. cap. Porro* 2. *dist.*66. ubi dicitur, Jacobum Alphaei fuisse ordinatum Episcopum ab Apostolis Petro, & Jacobo, & Joanne. Sanctus Petrus alios Apostolos in Epi-
43 scopos consecravit, ex quibus primi fuerunt Filii Zebedaei Jacobus, et Joannes, quorum interventu facta fuit consecratio Jacobi Alphaei in Episcopum Hierosolymitanum, *cit. c.* „ *Porro* 2. *dist.*66., ibi: Porro Hierosolymitanus primus Ar- „ chiepiscopus B. Jacobus, qui Justus dicebatur, et secun-
44 „ dum carnem frater Domini nuncupatus est, a Petro, Jaco- „ bo, et Joanne Apostolis est ordinatus. Alios item Apostolos tempore discessionis ad praedicandum Evangelium Episcopos ordinavit, ut late probat Rodulphus Cupers. *in cap. Oportebat* 3. *dist.*79. *fol.*139. *num.*33., *& fol.*206. *num.* 25. relatus, et sequutus a Frances *loc. cit. cap.*2. *num.*49. Sicuti consecratos de facto fuisse in Episcopos Paulum, et Barnabam, quando missi fuerunt ad praedicandum Evangelium, habetur expresse *ex cap. Quod die Dominico* 5. *dist.*75., ibi: Cum „ Apostoli Paulum, et Barnabam ex Spiritus Sancti praece-
45 „ pto ad Evangelium gentibus mitterent praedicandum, jejunantes, et orantes imposuerunt eis manus. Hinc patet, Episcopos antiquiores esse Cathedralibus, ut observat Frances *loc. cit. c.*2. *n.*43. *ex c. Omnes dist.*22.

Episcopi positi sunt in Civitatibus loco Flaminum, et Ar- 46
chiflaminum, ad tollendum veterum Idolorum cultum; *cap. Urbes* 1. *cap. In illis Civitatibus* 2. *dist.*80. *cap. Beati Petrus, & Paulus* 36. *caus.*2. *quaest.*7. Petrus Gregor. *Syntagm. Juris lib.*15. *cap.*2. *num.*8., *&* 9. Frances *loc. cit. cap.* 1. *nu.*30.
Flamines autem antiquitus erant Sacerdotes, et ab illo Deo, 47
cui sacra faciebant, nomen accipiebant; Hinc Sacerdos Martis Flamen Martialis vocabatur, et sic de aliis. Dicti sunt Fla-
mines, a filo laneo, quo caput tegebant, unde Flamines quasi 48
Filamines vocabantur, teste Plinio *lib.*18. *cap.*11., et Calvin. *in suo magno Lexico verb. Flamines*; Servius dicit, eos habuisse pileum, quem cum per aestum ferre non possent, nec capite intecto eos esse liceret, capita filo religare soliti erant, et habetur expresse *in cap. Cleros* 1. *dist.*21. *verb. Sacerdotes*, „ ibi; Sacerdotes autem gentilium Flamines dicebantur; hi „ in capite habebant pileum, in quo erat brevis virga desu- „ per habens lanae aliquid, quem cum propter aestum ferre „ non possent, filum tantum in capite religare caeperunt, nam „ nudis eos penitus capitibus incedere nefas erat; Unde, et „ a filo, quo utebantur, Flamines dicti sunt, quasi Filami- „ nes. Verum in festis diebus filo deposito, pileum imponae-
„ bant pro Sacerdotii eminentia. Flamines erant in magna 49
veneratione, primumque locum post Regem sacrificulum in Conviviis tenebant; Calvinus *in suo magno Lexico verb. Fla-*
mines. Sic Episcopi prae ceteris digniorem obtinent locum, 50
cum ad differentiam Presbyterorum, quorum nomen est aetatis, nomen Episcoporum sit dignitatis, textu expresso *in cap. Legimus* 24. *dist.*93., ibi: Recordentur conditionis suae Presbyter, et Episcopus, aliud aetatis, aliud dignitatis est nomen.
Praecedentia Episcoporum in Conciliis provincialibus attendi 51
debet secundum tempus Ordinationis, non secundum dignitatem Ecclesiarum; Sic decrevisse Sacr. Congregat. Concil. refert Fagnan. *lib.*1. *Decretal. in cap. Cum certum, de major., & obedient. num.*13.

Supplementa Auctoris, e II. Editione.

Episcopi excitantur ad exactum sui muneris implementum. 52
Benedictus XIV. tom.1. Constitut.2. incip. *Ubi primum.*
Episcopis commendatur ministrorum delectus, nempe ut sin- 53
gulos curiarum suarum ministros & officiales pietatis, probitatis, doctrinae, prudentiae, aliarumque christianarum virtutum laude praestantiores, & diuturna experientia commendatos diligenter exquirant & seligant. Idem Constit. 85. incip.
Nimiam §.20. Episcopi sacrorum ministrorum adjumenta 54
petere debent pro recta suarum Dioecesium institutione. Idem
tom.1. Constit. 180. incip. *Gravissimum* §. 5. Ipsi exemplo 55
praeire, Dioeceses visitare, & in eis residere enixe monentur; Idem *ibid.* §. 18.
Episcopalis Ordo ratione ipsius Ordinis praestat dignitati 56
Cardinalis Presbyteri, aut Diaconi, quia multa facit Episcopus ratione Ordinis, quae Cardinales facere non possunt. Idem tom.2. Constit.36. incip. *Cum a Nobis*.

Supplementa Auctoris, e III. Editione.

Episcopatus nihil superaddit Sacerdotio per relationem ad 57
Corpus Domini verum, sed multo majorem jurisdictionem affert quoad Corpus Domini mysticum, idest Ecclesiam. Benedict. IV. in Append. ad tom. 4. sui Bullar. Constitut. incip. *Ex tuis precibus* §.9.
Titulus *Venerabilis Frater*, ita est annexus characteri Epis- 58
copali, ut Episcopis quoque schismaticis modo valide ordinatis, a Papa concedatur. Idem tom.4. Constit.64. incip. *In postremo* §.20.
Episcopatu indignus est, qui illum petit vel appetit; neque 59
enim quisquam ignorare debet, a peccati labe immune non esse desiderium ipsum Episcopatus. Idem tom. 4. Const.15. incip. *Inclytum* §.6. *&* 7. ubi dicit hujusmodi desiderium esse semper vitiosum, juxta Angelici Doctoris doctrinam 2. 2. *q.*183. *art.*1. *in corp. in quodlib.* 2. *art.* 11. *in corp.*, *in quodl.* 3. *art.*9. *in corp.* & ad id affert verba S. Basilii in Constitutionibus Monasticis *cap.*9. *tom.*2. ibi: *Caeterum nequaquam convenire, ut Asceta cupiat unquam ingredi in Clerum*, (ecce Episcopatus desiderium) *aut fratribus praefici* (ecce desiderium Archimandriae, seu Praepositurae) *nam diabolica haec pestis est, labesque libidinis dominandi, quae res summae diaboli nequitiae insigne est*. Ac etiam verba S. Bernardi *lib.*4. *de* Con-

Consideratione cap.5. ibi : *Alius pro alio , alius forte & pro se rogat . Pro quo rogaris fit suspectus . Qui ipse rogat pro se , jam Judicatus est .* Et insuper verba S. Thomæ 2. 2. *qu.* 100. *art.5. ad tertium* , ibi : *Si vero aliquis pro se rogat, ut obtineat curam animarum , ex ipsa præsumptione redditur indignus .*

60 Hic juvat adducere novissimam Clementis XIII. Epistolam Encyclicam Episcopis omnibus datam , qua eos ad rectum sanctumque regimen Ecclesiarum hortatur & informat , ut sequitur .

CLEMENS PAPA XIII.

Venerabiles Fratres salutem , & Apostolicam Benedictionem .

AQuo die Nobis præter opinionem nostram , incredibile illud accidit, ut ad Sacram B. Petri Sedem , omnium Ecclesiarum Verticem , nostra divinitus tolleretur humilitas , in acerrima illa cogitatione , perpetuaque cura versati , nimio plus oneris , quam quantum ferre possimus , esse nobis impositum ; tristitiæ, & lacrymis nos plane tradidissemus , nisi quidam simile , quod Sanctissimo Prophetæ, Israelisque impigro Duci contigit , a nimio nos mœrore deterruisset . Inclamans enim Moyses Dominum (*Num. XI.* 11. 14.) : Cur inquit, afflixisti Servum tuum ? Et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me? Non possum solus sustinere omnem hunc populum , quia gravis est mihi . Quem , ne deficeret animo, quodque susceperat onus bene ut perferret , congregare sibi jussit Deus septuaginta Viros de Senibus Israel , quibus Moysis spiritum indidit , ut populi essent magistri , & sustentarent cum illo onus , nec solus Moyses gravaretur . Nunc igitur illa consolatio nos una sustentat , venerabiles Fratres , quod vos multo antea Deus ipse a reliqua Fidelium multitudine ad regendarum curam animarum adsciverit ; Socios Nobis , & adjutores dederit ; ac suo ipsius spiritu , cum Episcopalibus Mysteriis initiati estis abunde repleverit: ut Nos jam Dei ope primum , virtuteque confisi , singulari deinde , quo flagratis , vestri muneris obeundi studio , vestraque freti sapientia , plurimum de nostra tristitia , & sollicitudine ademptum esse arbitremur . Itaque tum ut consolemur in nobis (*Rom.* I. 12.) per eam , quæ invicem est , fidem vestram atque nostram , tum ut vestram (*II. Petri III.* 1.) excitemus in commonitione sinceram mentem , has litteras ad vos scribimus ; tum vero maxime, ut , quos adversus teterrimum humani generis hostem , veluti instructa acie ardentes novimus , & erectos; tamen quo alacriores , erectioresque ascendatis ex adverso, stantesque (*Ezech. XIII.* 5.) in prælio pro domo Israel dimicetis , ad rem bene gerendam vos adhortemur .

Quo quidem in bello tam multiplici , tamque periculoso spes victoriæ eo melior erit , & exploratior, quo (*Ephes. IV.* 3.) arctiore vinculo pacis unitatem servabimus. Eo igitur , Venerabiles Fratres , viribus omnibus incumbat caritas vestra, ut funditus e Fidelium animis vel ipsa tollantur hujuscemodi certaminum semina . Vestrum est id sedulo præstare, ut omnes (*I. Petri III.* 11.) inquirant pacem , (*Rom. XIV.* 19.) omnes sectentur , quæ pacis sunt . Ipse enim Dominus Jesus, paulo antequam Passioni se dederet , (*Joan. XIV.* 27.) Pacem relinquo vobis , ait Apostolis , pacem meam do vobis . Nec Apostolis tantum , sed & nobis reliquit pacis hereditatem : (*Joann. XVII.* 20. 21.) Non pro eis , inquit , tantum , sed & pro eis , qui crediturisunt per verbum eorum in me , ut omnes unum sint , sicut Pater in me , & ego in te : ut & ipsi in nobis unum sint . Hanc tantam hereditatem , tamque præclaram a Christo Domino nobis traditam , videte quæso, Venerabiles Fratres , ut animorum dissensionibus extinguendis constanter , & perpetuo retineamus . Hujus autem hereditatis pignus , ait Apostolus , esse Spiritum Sanctum . Cum autem in ipsius conspectu ipsi nos ponimus , eumque obsecramus, ut ad sanctificandum Ecclesiæ Sacrificium Spiritum Sanctum de Cœlo demittat, nihil aliud nobis postulare videmur, nisi ut per gratiam spiritalem in Ecclesia, caritatis unitas indisrupta servetur. Illud vero nos omnes commeminisse oportet , quod quærente Domino , quem dicerent homines esse Filium hominis , & quem ipsum Discipuli crederent ; cum alias de eo respondissent aliorum esse opiniones ; B. Petrus *Matth. XIV.* 14. *& seqq.* ex omnium mente , Filium Dei vivi non carne , & sanguine , sed Patre revelante confessus est . Quo quidem omnibus facile apparuit, inter filios lucis, filiosque sæculi illud jam tum fuisse discrimen , ut hi variis inter se , diversisque , opinionibus discreparent ; illi unitatis mysterio , per omnium Caput, unam omnium per os unius confessionem profiterentur .

Omnes igitur curas vestras , Venerabiles Fratres , in Fidelium coagmentanda pace defigite. Turbæ , (*II. Cor. XII* 10.) contentiones , æmulationes , animositates , dissensiones conflescant ; ut qui Catholici nominis sunt , omnes in (*I. Cor. I.* 10) eodem sensu , in eadem sententia perfecti sint , idem unanimes dicant , (*II. Cor. XIII.* 11.) idem sapiant : illudque intelligant probe , atque animo imbibant , se , qui Christi membra esse velint , non posse concordiam habere cum capite , si discordes voluerint esse cum membris ; nec Fratres a summo Patre in Filiis numerari , qui in fratrum caritate non fuerint .

Insignes vero notas , certissimaque caritatis indicia , ne quis erraret in ea re , qua salus humani generis continetur , ostendit nobis Apostolus : Caritas , inquit , patiens est , benigna est. (*I. Cor. XIII.* 4.) Caritas non æmulatur , non agit perperam , non inflatur , non est ambitiosa , non quærit quæ sua sunt , non irritatur . Ex quo illud intelligi debet , unde caritas absit , illam ibi maxime vigere malignitatem , quam homines ab ipsa origine nostra contraximus . Inde , tamquam animorum faces , exardescunt arrogantia superbumque fastidium, & contumacia , & avaritia , & intolerantia , & ambitio , & invidentia , & inanis gloriæ cupido , ceteræque animi pravitates, quæ omnes (*II. Petri I.* 4.) ex ejus , quæ in mundo est , concupiscentiæ corruptione gignuntur . Facessant igitur ab Episcopali regimine animi rumor , & contumaces mores . Qui dicimus , nos manere in Christo , (*I. Joan. II.* 6.) debemus , sicut ille ambulavit , & ipsi ambulare ; nec aliunde quam a Domino Jesu petendum , quod imitemur, exemplum. Ille enim , orta inter Discipulos contentione , quis eorum videretur esse major , *Luc. XXII.* 25.) Reges Gentium , inquit, dominantur eorum ; vos autem non sic : sed qui major est in vobis fiat sicut minor , & qui præcessor est sicut ministrator : Ego autem in medio vestrum sum , sicut qui ministrat . Itaque cum Apostolis interdictus sit a Christo Jesu dominatus , non ad Ecclesiæ principatum , sed ad Ecclesiæ servitutem nos venisse existimemus : atque illuc omnes cogitationes, labores, & consilia nostra conferamus , ut , quæ oves a Domino fidei nostræ commissæ sint , eas integras , & salvas in Ecclesia retineamus; nec quidquam tantopere voluisse videamur, quam earum incolumitati consulere . Quapropter (*I. Petri V.* 1. 2.) Seniores , Apostolorum Principis vos alloquar verbis , obsecro consenior , & testis Christi passionum, qui & gloriæ communicator ; pascite , qui in vobis est Gregem Dei ; providentes non coacte quemadmodum mercenarius , (*Joan. X.* 12.) qui videt lupum venientem , & dimittit oves , & fugit ; sed spontanee (*I. Petri ubi sup.*) secundum Deum , quemadmodum Pastor , qui dat animam suam (*Joan. ubi sup. v.* 11.) pro Ovibus suis : neque (*I. Petri ibid.*) turpis lucri gratia , sed voluntarie ; neque ut dominantes in Cleris , sed forma facti Gregis ex animo . Nullum enim tetrius venenum , aut pernicioſius dominandi libidine ; qua si forte Episcopus corripiatur , Ecclesiam illi creditam , si non interire , vehementer certe labefactari necesse est . Non igitur præesse tantummodo velit Episcopus , sed potissimum prodesse ; & forma Gregis factus ex animo , vitæ suæ innocentiam , morum integritatem , pietatem , religionem tamquam facem præferat ; in quam populus intuendo , lætus & alacer in via Domini gradietur , cum viderit ducem sibi datum esse , non dominum.

Illud etiam caritatis est maxime proprium præcipua quadam lætitia perfundi , seu potius gaudio efferri , cum quis in Ecclesia Dei pietatis , doctrinæque floreat laude , & salutis animarum vehementer cupidus Sacerdotalis officii munus industria , labore , diligentia graviter exequatur . Ejusmodi vero hominem (*Eccl. IV.* 4.) invidiæ patere proximi sæpiuscule animadvertimus , quem nemo sanus non videat invidorum obtrectationibus prosterni , atque obteri non oportere . Prophetantibus in (*Num. XI.* 27.) castris Eldad , & Medad , Moyses monenti se Josue filio Nun , ut eos prohiberet , se maxime velle , respondit, ut vel omnis populus prophetaret: Quid (*Ibid. v.29.*) inquit , æmularis pro me ? Quis tribuat , ut omnis populus prophetet , & det eis Dominus spiritum suum ? Irritari vero , & ita incendi nefas sibi putat Episcopi caritas: abductum noxiis cupiditatibus hominem , illum quidem (*II. Tess. III.* 15.) non quasi inimicum existimat , sed ut fratrem corripit ; & blandiendo , cohortando , monendo , ab errore revocat , & in rectam reducit viam . Quod si quid acciderit, in quo graviore verborum castigatione oporteat uti; cavet , ne quid sibi verbum excidat inclementius , & severitate adhibita ab omni abstinet contumelia .

Sed de inanis gloriæ cupiditate , quam quis Episcoporum Scopulum recte appellaverit , fileri non potest . Ea profecto nihil caritati fortasse inimicius: quem enim Episcopum exitialis illa pestis corripuerit, & infecerit , adhuc obrepit adulatio; hujus nobilissimam partem , animam scilicet adoritur ; hunc venenatis assentationibus capit ; huic perpetuo assidet ; pravamque illam , qua quisque nostrum maxime decipimur , æstimationem sui nimiam immaniter augendo , eo miserum redigit , ut non amplius Dei , sed sui gloriam quærat: quamtamen vel ipse Christus Dominus negavit (*Joann. VIII.* 50.) se quærere . Adulationem pernicioſissimi veluti satellites , & ministri affectantur detractio , & mendacium ; ut , bonis egregiisque summotis viris , in Episcopi comitatu jam nihil sani , nihil integri reliquum sit . Propterea monet sapientissimus Salomon , (*Eccles. VII.* 6.) melius esse a sapiente corripi,quam multorum adulatione decipi : Et (*Prov. IV.* 24.) Remove a te os pravum : detrahentia labia sint procul a te : Et illud , quod in memoria semper esse debet Episcopis , (*ibid. XXIX.* 12.) Princeps , qui libenter audit verba mendacii , omnes ministros habet impios. Ne (*Galat. v.26.*) igitur efficiamur inanis gloriæ cupidi : ejusmodi (*Philip. III.* 19.) gloria sit in eorum confusione , qui terrena sapiunt . Nos alte spectemus , cœlestem illam æternæ gloriæ domum contueamur, nec in ore hominum nostram arbitremur veram , solidam , gravem , esse positam gloriam . (*Rom. III.* 23.) Omnes peccavimus ; omnes egemus gloria Dei , omnes necesse habemus , ut (*I. Petri II.* 24.) peccatis mortui , in nobis non ipsi glorificemur , sed (*Joan. XIV.* 13.) glorificetur Pater in Filio ; utque (*Philip. I.* 11.) repleti simus fructu justitiæ per Jesum Christum in gloriam Dei , cui soli (*Judæ v.25.*) gloria , magnificentia , & imperium .

Atque inter justitiæ quidem fructus misericordia in pauperes potissimum est numeranda . Justitia autem illa, (*Phil. III.* 9.) quæ ex fide est Christi Jesu . Verum (*Jacobi II.* 15.) si frater , & soror nudi sint , & indigeant victu quotidiano; dicat autem aliquis ex nobis illis : Ite in pace , calefacimini , & saturamini , non dederimus autem eis quæ necessaria sunt corpori , quid proderit nobis fides ? Sic enim Christianos omnes interrogat Jacobus Apostolus . Et cujuslibet quidem Fidelis , ejus maxime , qui paulo ditior sit , opitulari debet pauperibus misericordia : ii tamen largitatem præcipuo quodam jure suo nostram requirunt , qui res Ecclesiæ , quæ sunt vota Fidelium , pretia peccatorum, patrimonia pauperum , non ut proprias , sed commendatas habemus ; nec ea æquum est in usus nostros ita nos vindicare , ut nihil reliqui sit iis , quibus fas esset : Nostrum est quod expenditis , clamitare . Etenim undenam plerique , nisi de bonis Ecclesiæ tanta abundamus affluentia rerum , & copia ? De bonis igitur Sponsæ tantum sumendum , quo præsto sint (*I. Timoth. VI.* 8.) alimenta , & quibus tegamur ; hisque contenti simus (*ibid. v. 6.*) quæstum magnum existimantes pietatem cum sufficientia . Quæstus autem ille sane præclarus , cum nobis ea suppetunt abundantius , quibus opus est ad custodiendam Sponsam, nutriendam , ornandamque , omnium vero quæstus luculentissimus , quod eleemosynis a Deo gratiam impetramus , qua cæca mens nostra illustratur ; nostque ingenito languore fracti , & jacentes erigimur , & sustinemur . Nam cum esurienti effuderimus (*Isai. LVIII.* 10. 11.) animas nostras , & animam afflictam repleverimus , orietur in tenebris lux nostra , & tenebræ nostræ erunt sicut meridies, & implebit Dominus splendoribus animas nostras .

Profecto ad lumen a Deo menti impetrandum , obtinendamque devotionis gratiam , sine qua Episcopalia officia necesse est languescere , magna vis est eleemosynæ : sed oratione , & sacrosancto Missæ Sacrificio nihil efficax magis. Orare (*I. Thessal. v.* 17. 18.) sine intermissione nos jubet Apostolus , & in omnibus gratias agere ; hanc enim esse voluntatem Dei ne fidei , & caritatis spiritum velimus extinguere : qui quidem spiritus (*Rom. VIII.* 26.) infirmitatem adjuvat nostram , & postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus . Equidem , si quis alius , sapientia Episcopus indiget : quam propterea (*Jacobi I.* 5.) postulet a Deo, & ipse dabit : postulet autem in fide nihil hæsitans : tantamque , si fieri posset , optandum, ut in animo fidem suo excitaret, quanta fide fuit Moyses , qui Deum (*Hebr. XI.* 27.) invisibilem , tanquam videns sustinuit . Ad eam fidem humilitas accedat , oportet : Ego vero, (*Psalm. LIX.* 6.) clamabat David , egenus & pauper sum ; Deus adjuva me . Quanti vero sit ponderis perseverantia in oratione , & assiduitas , declarant illa Christi Domini verba : (*Luc. XVIII.* 1.) Oportet semper orare , & non deficere . Atque in ea assiduitate , & constantia Dei numen , (*Habacuc. II.* 3.) si moram fecerit, expectemus : apparebit , & non mentietur: quia veniens veniet, & non tardabit. Cumque non nostras tantummodo curare debeamus infirmitates , sed etiam putare, aliorum mala ad nos pertinere , & ea æque habere ac nostra ; vehementius , diutius intendenda nobis ad Dominum nostra est oratio ; qua tanquam Ecclesiæ Fidelium interpretes , omnium fidem , spem , & caritatem ante oculos Domini statuentes , quod omnibus in universum , quodque cuique Fidelium opus est , a Domino impetremus . Dei autem exorandi viam nobis muniet, et quidvis adipiscendi etiam aperiet augustissimum Eucharistiæ Sacrificium . Idcirco vel maximis nostri muneris occupationibus etiam implicati , Sacrosanctum Jesu Christi Corpus , & Sanguinem non recusabimus , quominus frequenter Deo offeramus; nullumque majus putemus nobis datum esse negotium , quam crebro placationis hostiam pro nostris , populique peccatis Deo Patri immolare .

Cumque medii quodammodo simus Deum inter et homines: quemadmodum ad Deum vota hominum , ita Dei voluntatem ad populum perferamus . Hæc est autem (*I. Thessal. IV.* 3.) voluntas Dei , sanctificatio nostra . Itaque nostrum est , Venerabiles Fratres , aperire) *Coloss. IV.* 3. 4.) ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi , ut manifestemus illud ita ut oportet nos loqui . Illud potissimum docendi sunt populi . Christum carnem suam, nostræ , excepto peccato , similem , illam quidem non modo sanctam , sed etiam sanctificantem ; passibilem tamen , et morti obnoxiam , quæ omnium nostrum vicem repræsentaret , justitiæ divinæ , simulque (*I. Petri III.* 18.) nos itidem obtulisse : eam item , et nos eodem tempore omnibus objecisse cruciatibus , quibus digna erant nostra crimina: damnatam fuisse mortis doloribus: maledictum adversus peccatores in lege pronunciatum subiisse: inter acerbissimos dolores mortuam , legi satisfactum , quidquid esset peccati simile , per Jesu Christi mortem , et sepulturam abolitum : E sepulcro Dominum Jesum , cum eadem quidem carne , sed mortalitatis exuviis exuta , et immortalitatis honoribus exornata revixisse : Idcirco peccatoribus , quo justificentur , opus esse mori cum Christo , qui pro illis , eorumque nomine mortuus est: cum Christo sepulcrum ingredi , ut ibi culpa temeratam carnem relinquant : veterem hominem iræ Dei , et mortis maledictioni tradendum , relinquendumque ; ut per Baptismum novus in bonis homo , nova factus creatura , novumque figmentum , possit cum Christo ad immortalitatem , æternamque gloriam revivisc ere . Propterea Christianis omnibus de illa perpetua , non de hac exigua vita cogitandum : tum abjiciendas voluptates , et divitiarum , quæ voluptatum sunt instrumenta , cupiditatem ex animo avellendam ; tum etiam maxime , qua noxiæ omnes cupiditates continentur , exuendam esse superbiam : (*I. Joann. II.* 17.) mundum transire , ejusque concupiscentiam: qui autem facit voluntatem Dei , manere in æternum .

Hæc vero, reliquamque doctrinam mysteriorum Dei, quanti negotii sit populum docere , ipsi vos , Venerabiles Fratres, pro sapientia vestra facile perspicitis . Porterea considerandum maxime est , quam multa in iis esse oporteat , quos ad Sacerdotale ministerium , instruendumque Christianis institutionibus populum elegeritis ; quanta vitæ innocentia , quanta morum integritas , quanta castitas , justitia , pietas , religio : Quam magnum sit , si quid pravum, si quid vitiosum , si quid improbum consuetudine mala inhæserit moribus , illud Parochos caute , & prudenter avellere : proximum quemque salutaribus monitis , consiliisque juvare , & instruere : animæ fideli denique pennas dare , quibus se homo tollat ad rerum divinarum contemplationem ; eam mundo ereptam Deo tradere,divinamque in illa imaginem in pristinum revocare. Contra , quam non ferendum , a Fidelibus sibi commissis eos Parochos rationem vitæ reposcere, qui reddere non possint suæ; & ita mores in altero reprehendere , ut quominus ipsi redarguantur, recusare non queant. Ad puros sanctosque mores accedat oportet digna Ecclesiastico homine ab iis percepta doctrina : Scripturas cognitas habeant ; Omnis enim (*II. Timoth. III.* 16.) Scriptura divinitus inspirata , utilis est ad docendum , ad arguendum , ad corripiendum , ad erudiendum in justitia , ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum ,

instructus. Sacrum igitur utriusque Fœderis Codicem, Ecclesiæ Traditiones, Sanctorumque Patrum scripta, veluti fontes adeant, unde pura, & incorrupta fidei, morumque doctrina profunditur: Romanum vero Catechismum, Catholicæ Doctrinæ Summam, assidue versent, & lectitent; unde sacras conciones ad populum habendas depromant. Non studiis igitur privatis, nec ex cujusquam commendatione, sed optimum quemque, illumque præsertim, cujus timida virtus ministerium defugiat, fidelem fore putetis ministrum, cui partem Gregis Dominici committatis. In universum manus cito nemini imposueritis: (*I. Timoth. V.* 22.) quod tunc cito fieri arbitramur, cum nonnisi semel aut iterum hominem expendimus, & probamus; quem contra accurate, exquisiteque exploratum, ac severe judicatum oportuit, ne alienis peccatis (*Ibid.*) communicantes inconsulte temeritatis Deo pœnas demus. Neque vos tædeat, Venerabiles Fratres, si in ea re, quæ magnam cautionem habet, paulo diutius immoremur. Cujusmodi enim sunt Sacerdotes, ejusmodi plerumque esse solet & populus. In eos, præsertim si Parochi sint, tanquam in speculum omnes inspiciunt. Quapropter neminem perniciosius de Ecclesia mereri, quam vitiosos Clericos existimandum est, quia sua vitia infundunt in populum, eumque ita corrumpunt, ut plus exemplo suo, quam peccato nocere videantur.

Adscitis autem in sacrum ministerium viris quamvis egregiis, non propterea evangelizandi munere nos esse defunctos arbitrabimur sic enim in aliorum manus retia dimittere videremur, quæ tamen tradidit nobis Dominus, ut ipsi simus hominum (*Matth. IV.* 19.) piscatores. Præcipuum Episcoporum officium est Verbum Dei prædicare. Væ mihi, clamabat Apostolus, (*I. Cor. IX.* 16.) si non evangelizavero: necessitas enim mihi incumbit: Nec præcipue ad baptizandi munus quamvis sanctum, sed potissimum ad (*Ibid. I.* 17.) evangelizandum a Christo Domino se missum esse. Ipso autem Apostolorum judicio primos tenere novimus Verbi ministerium, quod (*Act. VI.* 2. 4.) non æquum derelinquere existimarunt sanctissimi viri; ac propterea reliqua opera, quæ ad misericordiam erga proximum pertinerent, Diaconis censuerunt oportere committi. Et Beatissimus Paulus ad Timotheum scribit: (*I. Timoth. IV.* 13.) Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Si quis autem se carere sentiat facultate dicendi, nec ingenii sui esse dicat id munus exequi; in rejquis saltem, quæ ad Verbum Dei quoquomodo pertinent, non patiatur officium suum requiri. Itaque si mandaverit Clericis, ut Christianæ Doctrinæ rudimenta pueris tradant, in eam rem det operam quoque suam. Parochis etiam in docendo populo socium se adjungat, ut suum annunciandi Verbi munus aliqua ex parte tueatur: quæ res alacritatem etiam summam omnibus afferet, qua suum quisque obeat officium. Quamobrem ne gravetur cum Consacerdotibus suis aliquoties Sacramenta Fidelibus ministrare; Chorum interdum adire, & Psalmos cum Canonicis canere; Collationibus quas in ti tuerit, coram præesse: ex quo fiet, ut non minimum sacri Ministri de illius spiritu, quemadmodum septuaginta viri de spiritu Moysis, accipiant. Huc accedit, quod populum, qui hæc viderit, summa de divini sanctitate cultus opplebit opinio, & ejusmodi augusto spectaculo homines maculosi deterriti, ad sacrum Ministerium ne aspirare quidem audebunt.

Quoniam vero Ecclesiæ procurationem, gregisque tutelam sui nullo pacto potest gerere, si absit, Episcopus; propterea suæ quisque vestrum Ecclesiæ nullo non tempore adsideatis oportet. Id & naturali lege, & sacris etiam Canonibus. & Tridentinis præsertim Decretis sancitum est. Universæ quoque Diœcesis loca adeunda, ut quarum legum vires deficere cœperint, eas vel a ministrorum indiligentia, vel a subditorum contumacia vindicetis. Quod si qua gravior, & necessaria causa exiterit, quamobrem de vestra Diœcesi discedendum vobis sit, atque ab ea aliquandiu vos abesse oporteat; ne, quæso, patiamini Pastoris desiderio sui confici Ecclesiam, a cujus periculo nunquam putetis absentiam vestram esse sejunctam.

Præterea verbis conjungatur exemplum: *Tit. II.* 7.) in omnibus nosmetipsos prebeamus exemplum bonorum operum; ut is, qui (*Ibid. v.* 8.) ex adverso est, vereatur, nihil habens dicere de nobis. Ne opera absque sermone sint tacita; neque dicta, factis deficientibus, erubescant. atque illud animo reputemus, perfectum Ecclesiæ Principem perfectis maximarum virtutum bonis ita esse instructum, ut & vita ejus dicendo, & doctrina vivendo exornetur. Domus autem cujusque nostrum sit pudoris, & modestiæ magistra; Ecclesiasticæ Disciplinæ officina; plena dignitatis atque concordiæ; quod tum assequemur, si nullius voluntati, aut gratiæ dediti, nihil animi imbecillitati, & mollitiæ indulgeamus, neminemque habeamus eximium: quod in Ecclesia, administranda magnas plerumque turbas creat, & offensionem habet gravem, & Episcopo invidiam, & contemptum parit.

Quod ad nos attinet, vigilias (*Psal. LXXVI.* 5.) anticiparunt oculi nostri, ut per Civitates constituamus Episcopos, qui ad Episcopatum afferant doctrinam sanam, vitam irreprehensibilem, mentem ad omnia paratam pro Christo; quique id sibi munus obvenisse arbitrentur, cui qui præsit, non intumescat amplitudine dignitatis, sed humilitate decrescat. Et in exquirendis quidem explorandisque viris, quos tanto muneri præpositos esse velimus, sancta testimonii vestri religione, & fide confisi, vobis testibus utemur, & auctoribus: quos minime dubitamus, nullam carnis, & sanguinis rationem habituros, sed ejus tantummodo, qui vocavit vos (*Ephes. IV.* 12. 12.) in opus ministerii, in ædificationem Corporis Christi.

Reliquum est, Venerabiles Fratres, ut vos de fortitudine moneamus, & animi robore, quo maxime est opus adversus ea, quæ vel orthodoxam Fidem oppugnant, vel pietatem lædunt, vel morum integritatem infringunt. Repleti (*Michææ III.* 8.) simus, obsecro, fortitudine Spiritus Domini, judicio, & virtute. Ne (*Isaia LVI.* 10.) tamquam canes muti, non valentes latrare, Greges nostros patiamur (*Ezech. XXXIV.* 8.) fieri in rapinam, & oves nostras in devorationem omnium bestiarum agri: neque nos quidquam deterreat, quominus pro Dei gloria, & salute animarum ad omnes dimicationes nosmetipsi obiiciamus. Recogitemus (*Hebr. XII.* 3.) eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem. Quod si nequissimorum timeamus audaciam, actum est de Episcopatus vigore, & de Ecclesiæ gubernandæ sublimi, ac divina potestate; nec Christiani ultra aut durare, aut esse jam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas, aut insidias pertimescamus. Fidentes (*II. Cor. I.* 9.) igitur non in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, alti, excelsi, humanas res despicientes, Dominum inclamemus: Spes (*Jerem. XVII.* 17.) mea tu in die afflictionis: nec unquam animis, aut corporibus defatigemur: Dei enim (*I. Cor. III.* 9.) adjutores sumus: Dominus autem Jesus nobiscum est (*Matth. XXVII.* 20.) omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Itaque nullis scandalis, nullis persecutionibus infirmemur, ne electioni Dei videamur ingrati cujus tam valida sunt adjutoria, quam vera promissa.

Denique, quoniam in æterno examine pro omnibus, & pro omnibus, qui Christi censentur nomine, rationem reddituri sumus: vos obtestamur, Venerabiles Fratres, & obsecramus, ut si quæ scandala, & dissensiones oriantur, quibus sedandis impares sitis, ad hanc Beatissimi Apostolorum Principis Sedem, tamquam ad Caput, & Episcopatus apicem referatis, unde ipse Episcopatus, & tota auctoritas nominis hujus emersit. Hinc, veluti de natali suo fonte aquæ cunctæ procedunt, & per diversas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ dimanant, Ecclesiæ omnes sumant quid præcipere, quos abluere, quos, veluti in cœno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus unda devitat. Nos quidem Dei primum virtute nixi, deinde B. Petri tutela confisi, cujus cura omnes habet præsentes, consilio, ope, auctoritate vos juvabimus. Parati sumus ipsi pro vobis (*II. Cor. XII.* 15.) impendere, & superimpendi, ut incolumes Ecclesias, incolumes Fratres tueamur. Cæterum sub ipsa suscepti oneris mole (*Thessal. II.* 2.) fiduciam habuimus Deo, qui, cum nobis oneris sit auctor, nobis fiet etiam adjutor; & ne sub magnitudine gratiæ succumbat infirmitas, dabit virtutem, qui contulit dignitatem. Interea misericordissimam Dei nostri clementiam supplices obsecrate, ut in diebus nostris expugnet impugnantes Nos; muniat fidem vestram; multiplicet devotionem; augeat pacem: meque servulum suum, quem ad ostendendas divitias gratiæ suæ, gubernaculis Ecclesiæ voluit præsidere, sufficientem tanto operi, & utilem vestræ defensioni dignetur efficere; & ad hæc tempora nostræ servitutis extendere, ut proficiat devotioni, quod fuerit largitus ætati. Gratia Domini Nostri Jesu Christi vobiscum, quibus benedicimus; vosque salutamus in osculo sancto: omnibusque itidem Consacerdotibus vestris, cæterisque Ecclesiarum vestrarum Fidelibus Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XIV Septembris Anno MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno I.

Novissimæ additiones ex aliena manu.

1 EPiscopi olim de semetipsis loquentes *servos* semet hujus
2 vel illius Ecclesiæ sive *fideles & servos Dei* appellarunt, quam formulam retinet etiamnum Papa. In Apostolorum locum successisse Episcopos quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, convenit inter Catholicos. Apostolos Christus Dominus non ad certas regendas Ecclesias, sed misit ad universum
3 mundum. Quum autem singuli ubique Evangelium prædicare nequiissent, varias divisim regiones ipsi peragrarunt, in quibus ordinarunt Episcopos cum potestate alios ordinandi, & Sedes Episcopales constituerunt.
4 Primis nascentis Ecclesiæ Seculis, Episcopi communem habebant sollicitudinem ad fidem informandi non modo suas, sed & Ecclesias aliorum Episcopatuum.
5 Moribus vero introducta sensim fuit divisio Parochiarum, diœcesium, & Provinciarum Episcopalium; Atque hinc factum fuit, ut intra suos quisque fines subditosque potestatem contineret Episcopalem, & injuriam aliis facere censeretur si
6 eam ultra extenderet *Canon.* 15. 16. & 17. *Concilii Nicæni*.
Concilium Sardicense statuit ut in Magnis tantum Urbibus starent Sedes Episcopales, ne Episcopi nomen & auctoritas vilesceret in Ecclesiis parvarum Urbium vicorumque, quarum regimini sufficit Presbyter. *Vide Can. 6. citati Concilii Sardicensis*.
8 Dum Episcopi cogebantur derelinquere Urbes Christianorum jugo Infidelium subactas, Sancta Sedes consuevit non nullos eorum præficere aliis Ecclesiis inter Christianos vacantibus, ea lege ut captivitate cessante redirent quasi jure postliminii ad primas Sedes. Illi vero qui alibi non obtinebant sedem permanentem, appellabantur Episcopi *vacantes* vel *peregrini* vel *scoti* Episcopatus amissæ Sedis Civitatisque retinebant absque Plebe, ac exercitio muneris pasto-
10 ralis. Quinimo ne memoria periret harum Ecclesiarum in partibus Infidelium, nec voluntas eas in libertatem vindicandi, ordinari cœperunt Episcopi *Titulares*, & ordinantur in diem. Sed de hisce Titularibus Episcopis suo loco dicemus.

ARTICULUS II.

Episcopus quoad ea, quæ concernunt ejus electionem, confirmationem, & consecrationem.

1 EPiscopi olim eligebantur a toto Clero, accedente præsentia, acclamatione, seu consensu populi; *c. Nosse* 12. *dist. 63.* ibi: *Sacerdotum quippe electio est, & fidelis populi consensus adhibendus, quia ducendus est populus, non sequendus; cap. Cum longe* 25. *eadem dist. 63.* ibi: *Sed quia Populus aut Princeps jubetur electioni interesse, non præcipitur advocari ad electionem faciendam sed adconsensum electioni adhibendum. Sacerdotum enim* (ut in fine superioris capituli Stephani Papæ legitur) *est electio, & fidelis populi est humiliter consentire,* concordat *cap. Cleri* 27. *ead. dist. 63.* in cujus summario sic præcise dicitur. *Plebis non est eligere, sed electioni consentire*. Plurimi tamen sustinent, Populos, Magistratus, & Prin-
2 cipes interveniisse electionibus Episcoporum, nedum per præsentiam, acclamationem, & consensum, sed etiam per propria vota seu suffragia. Barbosa plurimis citatis *lib.* 1. *Juris Eccles. univers. cap.* 8. *a num.* 64. & *de Offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *a num.* 4. & alii passim variis suffulti sacris Canonibus, & signanter *c Qui aliquo* 5. *dist.* 51. ibi: *Sed nec ille deinceps Sacerdos* (idest Episcopus) *erit, quem neque Clerus, nec Populus propriæ Civitatis elegit; cap. Episcopos* 13. *dist. 63.* ibi: *Post electionem Cleri, & populi*; *cap. Lectis* 18. *ead. dist. 63.* ibi: *Clerum, & Plebem ejusdem Ecclesiæ elegisse*; *cap. Factus* 5. *caus.* 7. *quæst.* 1. ibi: *De plebis, quæ tunc adfuit suffragio*, & concordat *cap. Quanto* 10. *cap. Plebs* 11. *c. Nosse* 12, *cap. Episcopus* 13. *cap. Metropolitano* 10. *dist. 63.*
3 Quidquid autem observatum fuerit in primis Ecclesiæ temporibus circa admissionem Laicorum in electionibus Episcoporum, & Pontificum, certum est, nunc Laicos non habere suffragia in talibus electionibus; *cap. Nullus Laicorum Principum* 1. *cap. Adrianus Papa* 2. *cap. Valentinianus Imperator* 3. *cap. Non est permittendum* 6. *cap. Omnis electio* 7. *cap. Non licet* 8. *cap. Nosse* 12. *dist. 63. capit. Contingit* 8. *de arbitris*, *cap. Decernimus* 2. *de Judiciis*, *c. Sacrosancta* 51. *de electione*.

Et electio Episcopi per Laicos etiam cum Canonicis facta est nulla non obstante contraria consuetudine, quæ potius dicenda est corruptela, textu expresso *in cap. Massana* 56. *de elect.*

Separatis progressu temporis Clericis a Religiosis, qui 5
omnes ad electionem Episcoporum concurrebant, ex claro, & expresso textu *in cap. Obeuntibus* 35. *dist.* 3. fuit exinde statutum, ut Religiosi suorum Abbatum, aliorumque Superiorum, Canonici vero Cathedralium suorum Episcoporum facerent electionem, *cap. Nullus* 1. *cap. Cum terra* 14. *cap. Congregatio* 13. *& per tot. de elect. cap. Congregatio* 43. *caus.* 16. *quæst.* 7. Et sic tota facultas eligendi Episcopos fuit redacta ad solos Cathedralium Canonicos. Bertachin. *de Episcopo lib.* 1. *p.* 3. *a princip.* Petrus Gregor. *de elect. c.* 6. *num.* 9. Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *& l.* 1. *Juris Eccles. univers. cap.* 8. *num.* 68. Talis facultas eligendi 6
Episcopos duravit in Capitulis, & Canonicis Cathedralium usque ad tempora Clementis V. ut cum multis observat Barbosa *ltc. cit.* Clemens enim V. cæpit reservare suæ dispositioni Cathedrales Ecclesias, quæ apud Romanam Curiam vacare contigisset, ut constat ex Extravag. *Et si temporalium, de præbend. inter commun.* Postea Benedictus XI. *in Extravag. Sancta Romana, de election. inter commun.* statuit, quatuor Patriarchalibus Ecclesiis vacantibus illis non posse provideri Romano Pontifice inconsulto. Deinde Joannes XXIII. *in extravagant Ex debito, de election. inter commun.* provisioni suæ reservavit Episcopales, & earum Superiores Sedes, quæ apud Sedem Apostolicam illo vivente vacare contigissent. Ex post Benedictus XII. *in Extravagant. Ad regimen, de præb. inter commun.* sibi reservavit provisiones omnium Ecclesiarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopalium, tunc apud Sedem Apostolicam quomodocumque vacantium, & vacaturarum. Exinde per sequentes Romanos Pontifices reservatio facta fuit simpliciter, & generaliter quoad omnes Ecclesias Episcopales, tam apud Sedem Apostolicam, quam extra Curiam vacantes, seu vacaturas, ut patet in secunda, & tertia regula Cancellariæ, quas cum aliis quilibet Summus Pontifex in initio sui Pontificatus constituere solet. Exceptis 7
tamen Regnis, & Principatibus privilegiatis, ubi Reges, & Principes per specialia Concordata Episcopos nominant, & 8
præsentant ab ipso Summo Pontifice instituendos. Et exceptis Cathedralibus Germaniæ, ubi servatur vetus consuetudo canonicæ electionis, ut Collegium Canonicorum Cathedralium Episcopos, vel Archiepiscopos eligat, & electi a Romano Pontifice confirmentur, ut clare ostendunt Concordata Germaniæ, & cum pluribus aliis observat Barbosa *loc. cit.* 9
Electio Episcopi facienda non est ante diem tertium a morte Episcopi; *cap. Nullus* 7. *dist.* 79. 10

Electus in Episcopum debet intra mensem a præsentatione electionis præstare consensum, alias mense elapso redditur nulla electio, textu expresso in *cap. Quam sit, de elect. in* 6.
„ ibi: „ Electus vero illum (*scilicet consensum*) adhibere
„ infra mensem a tempore præsentationis hujusmodi tene-
„ tur quem si electus ipse ultra præstare distulerit, jure, si
„ quod ei ex sua electione fuerat acquisitum, ex tunc se no-
„ verit eo ipso privatum. Et intra tres menses a consensu 11
præstito debet petere confirmationem, alias elapsis tribus mensibus electio eo ipso est nulla, textu expresso *in cit. cap. Quam sit* 6. *de election. in* 6. ibi: *Ceterum quivis electus infra tres menses post consensum electioni de se celebratæ præstitum, confirmationem electionis ipsius petere non omittat. Quod si justo impedimento cessante infra hujusmodi trimestre tempus omiserit, electio eadem eo ipso viribus vacuetur*. Sufficeret tamen ad 12
evadendam talem pœnam, quod electi amicus ejus nomine confirmationem peteret quamvis sine mandato, dummodo tamen electus ratam haberet illam amici petitionem intra illos tres menses; Gloss. *in cit. cap. Quam sit verb. Petere*, Tiraquell. *de pœnis tempor. causa* 22. *num.* 37. Azor. *part.* 2. *cap.* 29. *quæst.* 1. Barbos. *de Offic. & potestat. Episcop. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. Tres menses computari debent prout in Kalen- 13
dario occurrunt, incipiendo scilicet a die præstiti consensus, & dies qui desunt ex uno mense accipiuntur de sequenti; Glossa *in cit. cap. Quam sit, vero mensem*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloss.* 11. *num.* 7. Garzias *de benefic. part.* 10. *cap.* 2. *num.* 42. *& sequent.* Menoch. *de arbitr. casu* 50. *numer.* 21. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *disput.* 24. *num.* 15. Barbosa *lib.* 1. *Juris Eccles. univers. cap.* 9. *numer.* 4. *& de Offic. & potestat. Episcop. loc. cit. num.* 2.

Confirmatio Episcoporum olim poterat fieri a suis respecti- 14
ve Metropolitanis; *cap. Quoniam* 1. *dist.* 100. *cap. Cum dilectus*

15 *ctus* 32. *de elect.* Hodie tamen non ab alio, quam a Romano Pontifice fieri potest *ex regula* 2. alias 3. *Cancellariæ*, quæ Sedi Apostolicæ reservat provisiones omnium Cathedralium. Et licet in Germania ex vi Concordati Episcopi adhuc eligantur a Collegiis Canonicorum Cathedralium, Romani tamen Pontificis auctoritate confirmantur. Sicuti etiam confirmantur, & instituuntur a Romano Pontifice Episcopi illi, qui vi privilegiorum Apostolicorum a Regibus, & Principibus nominantur, & designantur; Azor. *part.* 2. *cap.* 29. *qu.* 1., & 2. Barbos. *lib.* 1. *Juris Eccles. cap.* 9. *n.* 9. & *de Offic. & potest. Episcop. tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. Pro hujusmodi electione, et confirmatione facienda servatur in Curia sequens praxis.

16 Formato processu de vita, & moribus promovendi, ac de statu Ecclesiæ juxta interrogatoria in particulari institutione tradita a Barbosa *lib.* 1. *Juris Eccles. univers. cap.* 8. *a n.* 141. & *de Offic. & potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *a num.* 4. fit ab ipso professio Fidei juxta formulam præscriptam a Pio IV. in sua Constitutione incipient. *In Sacrosancta*, & deinde fit instrumentum dictæ professionis Fidei a Notario subscriptum in hunc modum, prout ad litteram tradit Barbos. *d. l.* 1. *cap.* 9. *num.* 11. & *seq.*

17 *In nomine Domini. Amen. Præsenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum, Quod Nativitate Domini &c. coram Eminentissimo & Reverendiss. D. N. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali &c. meque Notario publico infrascripto comparuit Supradictus adm. R. N. omni meliori modo &c. genibus flexis Professionem Sanctæ, & Catholicæ Fidei juxta suprascriptam formam tactis Sacrosanctis Scripturis ad Sancta Dei Evangelia in manibus D.S. Eminentissimæ de verbo ad verbum emisit. Quam Fidei professionem, idem Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis accepit, & admisit præmisso, & alias omni meliori modo. Super quibus &c. Actum Romæ in Offic. &c. Præsentibus ibidem N. & N. testibus ad præmissa vocatis, habitis specialiter, atque rogatis. Ego Adomdus Tibaldescus, Clericus Spoletanæ Diœcesis Publicus Apostolica auctoritate Notarius, & ad scribendos, & rogandos processus Reverendissimorum D.D. Archiepiscoporum, & Monasteriorum Consistorialium, privative quoad omnes alios specialiter a S. S. A. deputatus de præmissis rogatus præsens instrumentum subscripsi, & publicavi requisitus.* Et subscribitur Cardinalis relator sic *Ego N.S.R.E. Presbyter Cardinalis N. Fidei professionem a suprædicto R.N. de verbo ad verbum in manibus meis emissam recepi; & ita testor.*

18 Finito examine testium, et emissa professione subscribitur processus ab eodem Cardinali Ponente in hunc modum: *Ego N. S. R. E. Presbyter Cardinalis N. relationem facturus in proximo Consistorio de præmissis censeo R. N. esse habilem, & idoneum, qui ad supradictam Ecclesiam N. promoveatur, illum ei præficiendo Episcopum, & Pastorem; Romæ ex nostro Palatio die &c. Ego N. Cardinal. N. qui supra;* Et subscribitur idem processus a tribus Cardinalibus Ordinum Capitibus, scilicet a primo Cardinali Episcopo, a primo Cardinali Presbytero, et a primo Cardinali Diacono.

19 Hoc facto præconizatio fit in primo Consistorio, quæ vicem electionis habet, cujus præconii formula pro Romano Pontifice, sic se habet: *Beatissime Pater, Vacat Ecclesia N. per obitum N. &c. Ad jussum Sanctitatis Vestræ Ego N. Cardinal. N. proponam R. N. &c. Civitatis &c.* Pro Cardinali autem ita fit: *Illustriss. & R. D. In proximo Consistorio si S. D. N. placuerit Ego N. Cardin. N. præconium faciam Ecclesiæ N. vocantis per obitum N. in personam R. N. &c. Civitatis &c.* & refertur status Ecclesiæ, & promovendi juxta formam Institutionis prædictæ.

20 Fit positura in secundo Consistorio, & transmittitur schedula pro reassumptione posituræ, transmissa in prima præconizatione, & hæc secunda præconizatio habet vim confirmationis, & demum transmittitur fides provisionis Apostolicæ a Cardinale Ponente ad Cardinalem Vicecancellarium facta in hunc modum: *Reverendiss. Domine. Hodie Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Urbanus Papa VIII. in suo Consistorio secreto, ut moris est; ad relationem meam Ecclesiæ N. cui N. dum viveret, præsidebat, & per obitum ejusdem Pastoris solatio destitutæ de Persona R. N. Diœcesis N. ex Catholicis, ac honestis parentibus, & legitimo matrimonio nati, in utroque jure Doctoris, in ætate legitima constituti, ac demum ceteris omnibus qualitatibus a jure, & Concil. Trident. Decretis requisitis præditi, qui professionem Fidei juxta articulos pridem a Sede Apost. propositos in manibus meis solemniter emisit, de Reverendiss. D. D. meorum Cardinalium consilio, Apostolica auctoritate providit, ipsumque illi in Episcopum præfecit, & Pastoralem curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ sibi in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, absolvens eundem R. N. electum a censuris ad effectum &c. In quorum fidem præsentem schedulam fieri, & mei parvi soliti sigilli impressione muniri jussi, eamque propria manu subscripsi. Datum Romæ in ædibus meæ solitæ residentiæ, sub anno &c. D. V. S. Humillimus Servus N. Cardinalis N.*

Electus, & canonice confirmatus tenetur intra tres menses a die confirmationis munus consecrationis suæ suscipere 21
sub pœna amissionis fructuum, etiamsi sit S. R. E. Cardinalis, & si intra tres alios menses id non impleverit, Ecclesia, & Episcopatu ipso Jure privatur, *cap. Quoniam* 2. *dist.* 75. *cap. Quoniam* 1. *dist.* 100. & *Concil. Trid. sess.* 7. *de reform. cap.* 9. & *sess.* 23. *etiam de reform. cap.* 2. ibi: *Ecclesiis Cathedralibus, seu Superioribus, quocunque nomine, ac titulo præfecti, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, si munus consecrationis intra tres menses non susceperint, ad fructuum perceptorum restitutionem teneantur & si intra totidem menses postea id facere neglexerint, Ecclesiis ipso Jure sint privati.* Dictum trimestre tempus, infra quod Episcopus con- 22
firmatus debet munus consecrationis accipere, incipit currere a tempore habitæ notitiæ confirmationis de sua electione factæ. Glossa *in cap. Cum in cunctis* §. *Cum vero, verb. temeore, de elect.* Sanchez *in opuscul. moral. lib.* 1. *cap.* 1. *dub.* 15. *num.* 13. Flamin. *de resignat. lib.* 7 *quæst.* 1. *num.* 92. Barbosa *lib.* 1. *Juris Eccles. univers. cap.* 9. *num.* 34. & *de Offic. & potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. & *part.* 2. *alleg.* 2. *numero* 40.

Consecratio Episcopi debet fieri die Dominica; *cap. Qui* 23
in aliquo 5. *dist.* 51. *cap. Ordinationes* 1. & 2. *Quod die Dominico* 5. *dist.* 75. Consecratio Episcopi non debet fieri a minori 24
numero, quam trium Episcoporum saltem necessitate præcepti; *cap. Episcopus cum ordinatur* 7. *dist.* 23. *cap. Episcopi* 1. *cap. Comprovinciales* 4. *cap. Episcopum* 7. *dist.* 64. *cap. Porro* 2. *dist.* 66. *cap. Si Archiepiscopus* 6. & *cap. Nec Episcopi* 7. *de temporibus ordinationum*. Et si in Provincia non adsint 25
tot Episcopi, accersendi sunt ex vicina Provincia, textu expresso *in cap. Si forte* 9. *dist.* 65. Valida tamen est consecra- 26
tio Episcopi facta ab uno solo Episcopo ex dispensatione Apostolica assistentibus duobus Sacerdotibus, uti constat ex praxi Sancti Gregorii Magni, Gregorii III. & S. Pii V. quam confirmarunt Innocentius X. & Alexander VII. uti referunt, ac docent Allatius *de concord. Eccles. Occid. & Orient. lib.* 5. *cap.* 7. §. *ultimo*, Schilderc. *tom.* 2. *num.* 117. Stephanus *t.* 5. *d.* 7. *num.* 2. Cardan. *in* 2. *Crisi dissert.* 2. *num.* 502. Gormaz *de Sacram. d.* 5. *num.* 319. & *late* Pignattell. *tom.* 1. *consult.* 182. Barbosa *lib.* 1. *Jur. Eccles. univ. cap.* 9. *num.* 51. Et de facto Fagnan. *lib.* 1. *Decretal. in cap. Nec Episcopi* 7. *de temporibus ordinationum num.* 10. *in fine*, refert quod hodie in litteris pro consecratione Episcoporum in Indiis apponitur clausula infrascripta videlicet: *Tibi Presbytero, ut a quocunque malueris Catholico Antistite gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente, accitis, & in hoc illi assistentibus duabus, vel tribus dignitatibus, minus consecrationis recipere valeas &c.*

Ipse tamen Fagnanus *loc. cit. num.* 3. & 9. & *in cap. Re-* 27
quisivit 1. *de Ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui num.* 86. tenet, quod consecratio Episcopi necessario facienda est a tribus Episcopis ex necessitate Sacramenti, & est ita de substantia ut a paucioribus facta non teneat; & plures tum Canonistas, cum Theologos pro se adducit, & Sacros canones cumulat, & dicit, quod non est Episcopus, qui minus quam a tribus, auctoritate etiam Metropolitani, factus est Episcopus, afferens Epistolam Joannis III. ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ, quæ habetur *tom.* 2. *Concil. par.* 2. *pag.* 250. *col.* 2. *lit. D.* ubi sic legitur: *Omnia quoque maxima Concilia affirmant eum non esse Episcopum, qui minus, quam a tribus Episcopis, auctoritate etiam Metropolitani fuerit factus Episcopus, ideoque illos, quos Chorepiscopos vocatis, qui ab uno*, ut audivimus, *fiunt Episcopo, Episcopos non esse, nec aliquid de Pontificali privilegio agere debere perspicuum est, & cap. Porro* 1. *dist.* 66. ibi: *Porro & Hierosolymitanus primus Archiepiscopus Beatus Jacobus, qui Justus dicebatur, & secundum carnem frater Domini nuncupatus est, a Petro, Jacobo & Joanne Apostolis est ordinatus successoribus suis formam dantibus*, videlicet, *ut minus, quam a tribus Epis-*

copis, reliquisque omnibus assensum præbentibus, nullatenus Episcopus ordinetur. Potest autem Papa immutare hanc 28
formam tamquam traditam ab Apostolis. Archid. *in dict. c. Porro*. Geminian. quia non est Juris divini forma. Præposit. Card. *in dict. cap. Porro*, & expensius *in cap. Archiepiscopatus* 1. *dist.* 65. Et Papa solus ordinando videtur dispensare 29
super tali forma. Card. Præposit. *in dict. cap. Porro*. Sic Fagnan. *in cit. cap. Neque Episcopi* 7. *de temporibus Ordination. num.* 9. & 10. ubi dicit, hæc reperisse in libris publicis Sacræ Congregationis Concilii adnotata manu bonæ memor. Card. Alciati illius Præfecti *ad sess.* 7. *cap.* 9.

Consecrandus in Episcopum debet necessario prius esse Sa- 30
cerdos, adeo ut si Sacerdotium non præcesserit, invalida sit Ordinis Episcopalis collatio (a), *arg. cap. Ex litteris X. de excessibus Prælator.* ibi: *Cum igitur Pontificale officium sine Altaris ministerio non valeat adimpleri; cap. Osius X. dist.* 61. ibi: *sed non eligitur aliquis* (scilicet Episcopus) *nisi in Sacris Ordinibus constitutus*, & tenent Glossa *in fin. in cap. unico de Clerico per saltum promoto*, S. Thomas *in* 4. *sentent. dist.* 24. *qu. est.* 1. *art.* 2. Hugo, & Archid. *in cap. Solicitudo* 1. *dist.* 52. Raymund. *in cap. Gratia* 2. *quæst.* 1. ubi dicit hujus opinionis esse fere omnes Doctores, ut refert Turrecremata eamdem opinionem sequutus in *dict. cap. Solicitudo num.* 4. Silvester *verb. Ordo* 2. *num.* 1. Borg. *de irregular. part.* 5. *rub. de Clerico per saltum promoto num.* 5. Majol. *de irregular. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 3. Henriq. *in summa lib.* 10. *cap.* 7. §. 1. Azor. *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæst.* 9. Emanuel Sa *verb. Ordo num.* 25. Suarez *tom.* 5. *de Censuris disp.* 50. *num.* 57. Bonacin. *de Censur. extra Bullam disp.* 3. *qu. est.* 1. *punct.* 2. *num.* 7. Averta *quæstion.* 1. *sect.* 6. La Croix *lib.* 6. *par.* 2. *nu.* 2210. Fagnan. *lib.* 1. *Decretal. in cap. Requisivit* 1. *de ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit num.* 15. & 31. 82. Et ratio est, quia actus principalis Episcopi est ordinare Sacerdotes; *cap. Cleros* 1. *dist.* 21. *cap. Quamvis* 4. *dist.* 68. potestatem autem exercendi hujusmodi actum non potest Episcopus in sua consecratione accipere, nisi etiam sit Sacerdos, cum nequeat alteri conferre Ordinem Sacerdotalem, quem non habet secundum Innocent. *in cap. Quanto, de consuetudine*. Silvester *in verb. Ordo* 1. *num.* 1. *vers. sed si sit Sacerdos*, Fagnan. *loc. cit. nu-* 31
mer. 83. *adeoque &c.* Multi tamen tenent, vali lam esse collationem Ordinis Episcopalis, licet ordinatus sit Sacerdos, ita Abbas *in cap. unico, de Clerico per saltum promoto num.* 5. *vers. Quod secundum*, Glossa *in cap. Solicitudo* 1. *dist.* 52. ubi dicit, quod si Laicus ordinetur Episcopus, bene reciperet characterem, Joann. Andreas, Ancharan. Covarruvias, & alii, quos citat, & sequitur Barbosa *de Offic. & potest. Episcopor. par.* 2. *alleg.* 1. *num.* 38.

Ante consecrationem non potest Episcopus exercere ea, 32
quæ sunt Ordinis, sed tantum ea, quæ sunt Jurisdictionis, *cap. Transmissam* 15. *de election.* Fagnan. *lib.* 3. *Decretal. in* 33
cap. Nullus, de Parochis num. 5. Non consecratus Ordines conferre non potest, *cap. Transmissam* 15. ubi Glossa *in verb. de talibus*, & *cap. Quod sicut* 78. *de election.* Fagnan. *lib.* 1. 34
Decretal. in cap. Quanto 4. *de consuetud. numer.* 26. Potestatem enim conferendi Ordines accipiunt Episcopi in consecratione; *cap. Quamvis* 4. *cap. Chorepiscopi* 5. *dist.* 68. *cap. Transmissam* 25. & *cap. Quod sicut* 28. *de election.* Fagnan. *lib.* 1. *Decretal. in cap. Statuimus* 1. *de Supplend. negligent.* 35
Prælator. num. 19. Potestas, quæ confertur Episcopo per consecrationem, est indelebilis, nec potest ab Ecclesia auferri, unde remanet in Episcopo etiam Excommunicato, Hæretico, Deposito, & Degradato; *cap. Ordinationes* 9. *quæst.* 1. *cap. Quod quidem* 1. *quæst.* 1. *cap. Ostenditur*, & ibi Archid. *dist.* 4. *de consecr. cap. unico*, cum ibi notatis, de ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui; *cap.* 2. *vers. Sicut enim Episcopus, de translatione Episcop.* S. Thom. 2. 2. *quæst.* 39. *art.* 3. Silvester, verb. *Degradatio num.* 9. Fagnan. *in cit. cap. Statuimus num.* 8. & alii passim. Jurisdictionem accipit Episcopus in confirmatione, etiam ante consecrationem, unde Episcopus confirmatus, licet nondum consecratus, potest excommunicare, suspendere, interdicere, visitare, corrigere, punire, synodum convocare, Beneficia conferre, Ecclesias minores conjungere, annectere, dividere, voti & jurisjurandi vincula solvere, quorundam peccatorum absolutionem sibi reservare, & hujusmodi; *cap. Transmissam* 15. *de election.* & Glossa *ibid. verb. de talibus, & arg. cap. Nosti* 9. & *cap. Quæliter* 19. *de election. & cap. Inter corporalia* 2. *de translation. Episc.* Barbosa *de Offic. & potest. Episc. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. Fagnan. *in cit. cap. Statuimus num.* 21. & alii communiter. Episcopus electus, 37
& confirmatus ante consecrationem potest concedere indulgentias. Sic communiter Doctores cum S. Thoma *in* 4. *dist.* 20. *art.* 3. *quæst.* 2. *ad primum*, & *ibid. art.* 4. *quæst.* 2. *in corpore*, ibi: *Potestas concedendi indulgentias sequitur jurisdictionem, & quia Diaconi, & alii non Sacerdotes possunt habere jurisdictionem, vel commissam, sicut Legati, vel Ordinariam, sicut electi, ideo possunt indulgentias concedere, etiam non Sacerdotes, quamvis non possint absolvere in foro pœnitentiali, quod est Ordinis*, quæ Divi Thomæ Doctrina communiter recipitur, teste Navarr. *in tract. de indulgent. in* 31. *not. ab. vers. Possunt autem hi conferre etiam si non sint in Episcopos consecrati.* Fagnan. *lib.* 5. *Decretal. in cap. Accedentibus* 12. *de excessibus Prælator. num.* 10. & *seq.* Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 88. *num.* 7. cum plurimis aliis ibi citatis.

Episcopi appellatione venit tantum consecratus in con- 38
cernentibus exercitium, & decorem Ordinis Episcopalis; *cap. Transmissum* 15. *de election.* cum ibi notatis; & tradit Butrius *in consil.* 19. *Quia hic agitur* cum aliis congestis a Felino *in cap. Eam te* 7. *de rescriptis num.* 1. *col.* 3. *in princip. vers. Et ideo dicit Butrius*, & Fagnan. *in dict. cap. Eam te num.* 38. In concernentibus autem Jurisdictionem Episcopa- 39
lem venit etiam electus, confirmatus, vel provisus per Papam, quia cum hæc competat etiam electo confirmato *ex c. Transmissam* 15. *de elect.* & Glossa *ibidem verb. de talibus*, & ex adductis *supra num.* 15. ideo dispositio loquens de Episcopo, verificatur etiam in electo confirmato, seu provito, licet non consecrato, ut notat Glossa *in Clement.* 1. *verb. Episcopi*, & ibi Abbas *num.* 2. *de foro competent.* Fagnan. *loc. c. num.* 39. cum aliis ibi a se citatis. Episcopi appellatione ve- 40
nit etiam nondum consecratus in materia proportionabili, tam confirmato, quam consecrato. Fagnan. *lib.* 5. *Decretal. cap. Quod nonnullis* 25. *de privil. numer.* 23. & aliis ibi citatis. Provisio, seu pronunciatio Papæ in Consistorio habet vim 41
electionis, & confirmationis; Innocent. *in cap. Cum olim in princip. de caus. posses. & proprietat.* Glossa *in cap.* 1. *verb. Provisionem, de election. in* 6. ubi quod Papa providendo eligit, & confirmat; Abbas *in cap. Tua, de his, quæ fiunt a Prælatis num.* 2. & *in cap. Cum in cunctis, de elect. num.* 2. Fagnan. *in cit. cap. Eam te* 7. *de rescript. num.* 15. Provisi, 42
seu pronunciati a Papa in Consistorio appellantur promoti, etiamsi nondum fuerint consecrati, Extravagam. *Injunctæ* 1. *de election. inter Communes*, ibi: *Qui apud dictam Sedem promoventur*; & Concil. Trident. *sess.* 7. *cap.* 9. ibi; *Ad majores Ecclesias promoti minus consecrationis infra tempus a jure statutum suscipiant.* Fagnan. *loc. cit. num.* 24. & 27. Provisi 43
quamvis consecrati accedentes ad Eccles. ante levatas Bullas incidunt in pœnas d. Extravagantis *Injunctæ* 1. *de elect. inter commun.* Sic Doctores communiter. Civitas interficiens 44
suum Episcopum consecratum privatur Sede & dignitate Episcopali, textu expresso *in cap. Ita nos* 24. *caus.* 25. *quæst.* 2. Non privatur tamen tali Episcopali dignitate Civitas interfi- 45
ciens Episcopum solum electum, & nondum consecratum, Bald. *in l. Si nondum; post princip. C. de furt.* Felin. *in d. cap. Eam te* 7. *de rescriptis num.* 1. *vers. unde Baldus*, Fagnan. *ibid. num.* 17. Glossa *in Clement. Si quis suadente* 1. *de pœnis vers. Quamvis Pontificem* dicens, quod in materia pœnali, uti est ista, appellatione Episcopi, vel Pontificis, non venit electus, & confirmatus, si nondum sit consecratus.

Cum consecratur Episcopus inungitur chrismate in capite 46
& manibus, quod si fuerit omissum, per tres Episcopos est supplendum, textu expresso *in cap. Cum venisset* 1. *de sacra un-*

(a) In contrariam sententiam declinavit Clariss. Mabillonius in Comment. prævio ad Ordinem Romanum §. 18., plures Romanos Pontifices asserens, qui a Diaconatu immediate in Episcopos fuerunt ordinati: Huic sententiæ subscribit Clar. Franciscus Pagi, Breviar. RR. PP. in Sabiniano a num. II. ad VI. & in Constantino Antipapa num. I.

Cæterum Benedictus XIV. in epistola ad Carolum electum Episcopum Justinopolitanum, inpostremo 20. Octobris 1756. §. X. subscribit Morino, & Ju enin. asserentibus nullum extare exemplum episcopatus non presbytero collati.

unctione, ibi: *Cum venisset ad Apostolicam Sedem Bracarensis Episcopus, qui in consecratione sua sacram non acceperat unctionem, quoniam apud vos (Græcos) non consueverunt Pontifices, cum consecrantur, inungi; Nos, quod illi defuerat, mandavimus in ipso suppleri, faciente caput ejus, & manus per Alban. Episcopum (assistentibus ei duobus Episcopis secundum*
47 *morem Ecclesiasticum) Sacro Chrisma deliniri*. Ungitur autem Episcopus incapite, ut declaretur eum esse caput, & Principem Ecclesiæ suæ; *cap. Cum venisset 1. de Sacra unctione*, Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 5. nu-*
48 *mer. 10.* Reges vero non in capite, sed in humero unguntur, primo, ut proprius honor sit illius, quem Deus constituit excessum super omnes Reges terræ, & quem oleo lætitiæ excellentius, & augustinus unxit præ consortibus suis. Deinde ut ostendatur quod primo ante omnes Reges, & Principes persona capitis Pontificali officio repræsentetur. Ungitur tamen & Rex in humero, ut neque ipse plane excludatur a repræsentatione ejusdem capitis; nam & hujus Principatus ut dicitur *Isai. 9.* factus fuit super humerum ejus, & ut sciat se esse ministrum ad portandam Crucem Jesu Christi ad laudem bonorum, vindictam autem malorum, *Apost. ad Roman. 13.* Sic ad litteram Barbosa *loc. cit. num. 11. ex cap. Cum venisset*
49 *1. de Sacra unctione* §. 2, Ungitur Episcopus in manibus, ut sciat dignitatem non propter otium, sed propter negotium susscipere, & ut ostendatur accipere potestatem benedicendi, & consecrandi; *cap. Cum venisset 1. de Sacra Unctione*.
50 Barbosa *loc. cit. num. 12.* Annulus sacer novo Episcopo traditur, ut Sanctam Ecclesiam sponsam suam intemerata fide
51 custodiat; Barbosa *loc. cit. num. 15.* Mitra deinde tamquam bicorni galea armatur novus Episcopus, ut intelligat, duo illius cornua, duo designare testamenta, anterius novum, posterius vetus, quæ duo Episcopus debet memoriter scire, & illis tamquam duplici cornu Fidei inimicos ferire; Barbosa *loc. cit. num. 18.* Hieronymus Vielonius *de Episcopis Titula-*
52 *ribus part. 2. fol. 13.* Traditur in manibus novi Episcopi baculus, quo non utitur Summus Pontifex; *cit. cap. Cum venisset 1. de Sacra Unctione in fine*. Et quare hoc? Vide *verb. Baculus*. Alia de istis vide apud Barbosam *de Offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 5. & part. 2. allegat. 1.* & Andream du Saussay *in sua Panoplia Episcopali de Sacro Episcoporum ornatu* libros septem continente; in quorum primo agitur de Mitræ Episcopalis antiquitate, in secundo de virga Episcopali, vel Pastorali baculo, in tertio de annulo Episcopali, in quinto de Chirothecis Episcoporum, in sexto de Dalmatica, in septimo de compagis, & sandaliis, Pontificum.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

53 EPiscopus electus & confirmatus consecrationem petere debet intra tres menses, sub pena amittendi fructus, atque etiam Ecclesiam. Benedictus XIV. tom. 2. Constit. 36. incip. *Cum a nobis*.

Additio ex Auctore e III. Editione.

54 EPpiscopus an unquam factus fuerit diaconus, non collato ipsi antea Sacerdotali Ordine, disputant Doctores, in contrarias opiniones abeuntes. At non constat, nec probatur perspicue fuisse unquam Diaconum in Episcopum, vel Pontificem maximum consecratum, quin Ordinem Presbyteratus antea susceperit. Benedict. XIV. tom. 4. Constit. 63. incip. *In postremo* §. 10. *& seq.*

55 Episcopus eligi nequit, qui antea saltem sex mensium spatio non fuerit in Sacro Ordine constitutus. Idem *ibid.* §. 13. ex Concilio Trident. *sess. 22. cap. 2. de Reformat.* sic præcise statuente: *Quicumque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, vita, ac aliis, quæ a Sacris Canonibus requiruntur, plane sit præditus, verum etiam in Sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio constitutus.*

56 * Episcopi consecratio ab uno ne, vel a tribus fieri necessario debeat, ut valeat, quamquam sit quæstio inter Theologos, cum tamen Pontifices consueverint in locis, ubi desunt Episcopi, ut ab uno tantum Episcopo consecratio ista fiat, facultatem concedere; hinc videtur probabilior sententia asserens unicum Episcopum sufficere. Solent tamen Pontifices præcipere ut Episcopo consecranti adjungantur duo Abbates, vel duo Sacerdotes in dignitate Ecclesiastica constituti. Ita pluribus allatis exemplis Benedict. XIV. *de Synodo Diœces. l. 13. cap. 13. §. 5. nov. edit.* Ibi pariter decernitur, valere consecrationem Episcopi ab uno Antistite, uno tantum adjecto presbytero consecta; quin etsi nullus alius preter consecrantem assistat. *Ibid. lib. 7. cap. 3. §. 9.*

Pactiones initæ a Capitulo electore, & juratæ ab Episcopis electis in Germania, ut sibi non liceat contra ipsos electores procedere, aut obsistere officialibus Capituli, si quid egerint, & decreverint: pactiones inquam *illæ*, si electionem præcedat, nullæ omnino & irritæ declarantur ab Innoc. XII. Constit. incip. *Ecclesiæ Catholicæ*. Earum vero quæ subsequuntur, executionem suspendit, donec Sedes Apostolica judicium de illis ferat; *ibid.* §. 17. Hæ vero pactiones vetitæ, & irritæ censentur, etiamsi fuerint honesta, ut ex DD. *ibid.* §. 19. Insuper adsunt ea de re litteræ Apostolicæ Bened. XIII. in forma Brevis, legendæ, *ibid.* §. 23. 57

Alia de Episcopali Consecratione, vide verb. *Consecratio a num. 1. ad 4.* 58

Novissimæ additiones ex aliena manu.

LIbet hic paucis a primordio Ecclesiæ historiam afferre electionis Episcoporum quod attinet ad eligentes.

Ipse Christus misit duodecim Apostolos in universum Mundum, sicut eum miserat Pater suus. Apostoli vero primum omnium S. Matthiam ad vacantem Episcopatum ex suspendio Judæ proditoris elegere in prima Synodo Hierosolymitana. In electione hac turbam hominum fere 120. adfuisse eruitur ex Sacro Textu. 1 2 3

Profecti Apostoli in diversas Regiones, consueverunt ad Episcopale ministerium attollere primos cujusque Urbis Viros amplexos fidem evangelicam. Ab Apostolis vero creati eorumque Successores Episcopi alios similiter constituerunt. Principio Plebs vix præsentiam ac testimonium præstabat, at 4 5 postmodum paulatim præsentiam ac testimonium extendere 6 tentavit ad suffragium.

Prima Synodus Nicæna Episcopis Provinciæ ad minus tribus in unum Congregatis jus tribuit eligendi vacantis in ipsa Provincia Ecclesiæ Episcopum confirmatione Metropolitis reservata solumque testimonium, & consensum Populo reliquisse videtur. 7

A seculo IV. ad seculum nonum usque Synodus Provinciæ consuevit Episcopos ordinare, non nisi a Clero, & Populo, vel postulatos, vel electos unanimiter. Quod si in duas, pluresve personas eligentium suffragia scinderentur, præferebat Metropolitanus digniorem & ornatum majoribus suffragiis ac meritis. 8 9

Frequentia electionum dissidia in causa fuere ut Populi jura ad Principes tandem devolverentur. Hi vero IX. seculo, ad XII. seculum usque adorti sunt vetustum electionibus assentiendi jus in novam vertere formam investiendi per annulum, & virgam seu instituendi Episcopos auctoritate sua absque ullo decreto Judicioque Synodorum Provincialium, & sine Metropolitarum confirmatione. At eodemet seculo IX. octava Synodus œcumenica reprimere studuit recentem invasionem, sanxitque nequis Principum Laicorum & Potentium, se Episcoporum electioni ingereret. Gliscentibus autem in dies in oriente laicalibus Investituris Leo IX. Victor II. Stephanus X. Nicolaus II. Alexander II. B. Gregorius VII. aliique Successores Ecclesiasticam in ea re libertatem tueri novis Conciliorum sanctionibus satagerunt, nullus ut auderet Clericorum, aut Monachorum accipere de manu Laici investituram Ecclesiæ vel Beneficii. Seculo demum XII. abolendis reapse Investituris consentire Principes orti sunt pactis 14 cum S. Sede conventis, quæ dicimus Concordata. 10 11 12 13

Tunc itaque omnino desierunt suffragia Laicorum, relictæque Clero fuere Canonicæ electiones. Cleri vero nomine venit Capitulum Ecclesiæ Cathedralis. 15 16

Ineunte seculo XIV. abrogatum est jus Capitulorum Cathedralium Ponficiis collationibus & reservationibus, idque ex frequentissimis discordiis ad supremum Judicium Sedis Apostolicæ deferri solitis, ac turbis Laicorum libertatem eligentium ut plurimum opprimentibus. In Germania vero Capitula retinuerunt jus eligendi Episcopo. Sunt & Reges quibus jus nominandi Episcopos competit. 17 18

AR-

ARTICULUS III.

Episcopus quoad ea, quæ concernunt ejus residentiam, translationem, & renunciationem.

1 EPiscopi etiamsi Cardinales tenentur de Jure Divino residere in suis Episcopatibus; Colligitur ex Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 1.* & tenent expresse Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 53. num. 2.* ubi plusquam triginta Auctores adducit, Pignatell. *tom. 4. consult. 17. num. 18.* ubi plusquam quadraginta Doctores pro hac sententia adducit, & ex Turriano refert Romæ in quadam Congregatione habita omnes convenisse, residentiam esse de Jure Divino; Fagnan. *lib. 1. Decretal. in cap. Bonæ memoriæ 3. de postulat. Prælat. num. 27. & lib. 3. Decretal. in cap. Ex parte 3. de Clericis non residentibus num. 28. & sequentibus*,
2 ubi solide, & late id probat. Nec obstat, quod Papa super tali residentia aliquando dispenset quod judicet residentiam personalem non esse de jure Divino, cum super ipso Ecclesia nequeat dispensare, *ex cap. Sunt quidem 25. quæst. 1. cap. Sicut cum ibi not at. dist. 15.* D. Thom. *in 1. 2. quæst. 97. art. 4. ad 3.* Non obstat, inquam, quia ex Richardo de Medavilla *in 4. senten. dist. 38. quæst. 9. art. 1.* & Cardin. *in c. Cum ad Monasterium* §. *Abbas num. 16. de statu Monachor.*, dispensatio potest capi dupliciter, primo modo pro Juris relaxatione, & secundo modo pro juris declaratione. & hoc secundo modo Papa dispensare potest super Jure Divino, videlicet illud declarando, & interpretando, ut factum fuisse constat *ex cap. In omni 4. & cap. Licet 23. de testibus & attestationibus*, & notat Glossa *unic. in dict. cap. Sunt quidam*, ubi expresse dicit, Papam dispensare in Evangelio interpretando ipsum. Papa igitur licet proprie & rigorose sumpta dispensatione pro Juris relaxatione non dispenset cum Episcopo super residentia; dispensat tamen dispensatione sumpta pro Juris declaratione, interpretando, & declarando Jus Divinum eo casu propter aliquam circumstantiam non obligare. Et sic respondent Covarru. *variar. resolut. lib. 3. cap. 13. num. 9. verb. Fateor enim*, Sotus *de just. & Jur. lib. 10. q. 3. art. 1.* Vasquez *in opusc. mor. in tract. de Benefic. cap. 4. §. 2. dub. 1. num. 122. in fin.* S. Thom. *quod l. 6. art. 1.* Fagnan. *in cit. c. Ex parte n. 57. & sequent.* & alii plures.

3 Episcopus ob aliquas causas excusatur a vinculo necessariæ continuitatis residendi in Diœcesi; & tales causæ sunt Christiana Caritas, urgens necessitas, debita Obedientia, ac evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas. *Concil. Trident. sess. 23. de reformat cap. 1.* Christiana Caritas intelligitur,
4 quando urget proximorum utilitas, ut si aliqua Ecclesia veretur in magno periculo hæresis, & Episcopi prædicatione posset succurri, vel ob pacem Magnatum componendam, dummodo ex tali absentia in propria Ecclesia non sequatur notabile detrimentum, quia esset contra Ordinem Caritatis. Tolet. *in instruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 4. num. 3.* Marc. Anton. Genuens. *in Manual. Pastorum c. 31. num. 3.* Barbosa *loc. cit. num. 6.* & alii passim. Urgens necessitas intelligitur, quando
5 Episcopus residendo grave malum vitæ incurreret, vel propter morbum curabilem tamen, & temporaneum, vel propter aeris intemperiem ad aliquod tempus, vel propter aliquam personalem persecutionem, vel ob inimicitias, aut ob Principis, & populi furorem declinandum, dummodo tamen ex tali absentia Ecclesia sua nullum patiatur detrimentum spirituale, nam si immineat suarum ovium detrimentum spirituale, quia v. g. Tyrannus, vel Hæreticus studet nocere ovibus in spiritualibus, tunc debet potius mori, quam deserere Gregem, quia bonus Pastor animam suam dat pro Ovibus suis, *Joan. 10.* S. Thom. *2. 2. quæst. 185. art. 5.* Tolet. *d. cap. 4. num. 3. vers. 3.* Genuens. *dict. cap. 31. num. 3.* Caran. *tract. de residentia Episcoporum cap. 12. vers. 2.* Barbosa *loc. cit. num. 7.* Munus enim Episcopale adeo stricte obligat, ut minus æstimare debeat bonus Pastor detrimentum propriæ vitæ, quam detrimentum in spiritualibus suarum ovium, quarum curam susscipit, ut egerunt S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis, S. Stanislaus Episcopus Cracovienfis, & alii plures. Debita Obedientia intelligitur quando
6 Papa propter aliquod negotium ad se vocat Episcopum. Sic Cardinales Romano Pontifici assistentes justam habent causam, ut absint ab Ecclesiis, quarum sunt Episcopi, Azorius *institut. moral. part. 2. l. 7. cap. 4. quæst. 4. & 7.* Barbosa *loc. cit. n. 13.* cum pluribus ibi citatis.

Evidens Ecclesiæ utilitas intelligitur, quando Episcopus abest ad defendenda jura suæ Ecclesiæ, vel vocatus accedit ad Concilium Generale, vel Provinciale, quamdiu scilicet durat Concilium. *Communis*. Evidens Reipublicæ utilitas intelligitur, quando Episcopus abest pro utilitate suæ Civitatis, aut totius Regni, ut cum mittitur Legatus ad Pontificem, aut ad Reges pro tractandis negotiis Fidei, aut pro Pace componenda, ubi non facile invenitur alius, quam Episcopus, ita dextre ea negotia tractaturus. *Communis*. Episco- 9
pus evidenti Reipublicæ exigente utilitate potest etiam esse Legatus, sive Orator Principis sæcularis, ut habetur *in c. Cum parati, de Appellationibus*, & tenet expressa Glossa *ibid. verb. in Legatione, arg. cap. Si Episcopus 13. dist. 18. & cap. Salonitanæ 24. dist. 63.* & cum pluribus aliis Barbosa *loc. cit. num. 16.* Episcopus solum de licentia Summi Pontificis potest 10
eximi a residentia sui Episcopatus, ut in Curia Regum fungatur munere, & Officio Regii Præsidis, Consiliarii, Prorogis, Confessarii, & hujusmodi, si ea sit hominum penuria, ut alii satis idonei minime reperiantur, qui talia officia præstare possint. Azorius *institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 6.* Diana *part. 2. tract. 1. resolut. 5. in fine*, & cum aliis Barbosa *loc. cit. num. 17.* Unde ab Episcopis sunt attente consideranda verba undequaque Eminentissimi Cardinalis a
Turrecremata *in cap. Si vobis 23. quæst. ultima*, ibi: *Turpe* 11
est, ut Episcopi se inferant ad servitia Imperatoris, vel alterius Principis sæcularis, ut deferant causam subditorum, & officia devotionis; Hoc non facerent, si mortem spiritualem timerent, & intelligerent se reddituros rationem de ovibus suis Deo Summo Judici: Utinam etiam de Curia Romana hoc in parte observaretur, in qua plures Episcopi conveniunt, non devotionis gratia, sed ambitionis spiritu propulsati, ut altiora quærant, aut beneficia addant Beneficiis, aut honores honoribus, utque officia, & Legationes quærant, quæ Curæ animarum sibi commissarum afferunt plurimum impedimenti; Utinam Summi Pontifices considerarent quanta negligentia circa animas committitur ex absentia Prælatorum ab Ecclesiis suis.

Decretum factum pro Parochorum residentia quod tenentur ministrare etiam tempore pestis, & cum periculo vitæ, Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ, & editum *a Sac. Congregatione Concilii 23. Septembris 1576.* multo magis debet procedere in Episcopis ob majorem eorum obligationem, qui tamen poterunt in locis tutioribus manere, & inde providere. Sic declaravit Gregorius XIII. *die 18. ejusdem anni 1576.* 12
teste Fagnano *lib. 3. decret. in cap. Clericos 17. de Clericis non residentibus num. 46. & 47.* Episcopus residere tenetur, licet 13
habeat Coadjutorem. *Sacra Congreg. Episcopor. in Neapolitana 24. Martii 1597. & in Nicoteren. 7. Septembr. 1616.* etiam tempore Contagii. Eadem Sacra Congregatio *in Murana 23. Julii 1602.* Potest Episcopus residere in qualibet parte Diœcesis, modo vadat ad Cathedralem temporibus præ- 14
scriptis a Sacro Concil. Tridentin. *sess. 23. cap. 1. Sacr. Congr. Episcoporum 17. Decembr. 1649.* Episcopus propter aeris intemperiem residens in aliqua parte suæ Diœcesis non tamen removere debet Vicarium, & Tribunal a Civitate, ut declaravit *Sacra Congregatio Episcoporum 28. Januarii 1603. die 3. Octobris 1611. die 22. Februarii 1647. & die 17. Decembris 1649.* Pignatell. *consult. 64. tom. 7.* Episcopus ex causa 15
mali aeris, cui subjacet Civitas Episcopalis, non potest in aliqua anni parte degere extra Diœcesim ultra trimestre, maxime cum intra fines Diœcesis adsint loca salubrioris aeris, in quibus residere potest absque periculo. Nec ei suffragatur prætensa consuetudo degendi extra residentiam; Unde a Metropolitano cogi potest ad residentiam, juxta dispositionem Sacri Concil. Trident., ut declaravit *Sacr. Cong. Concil. sub die 18. Septembr. 1683.* in qua propositis dubiis.

I. *An Episcopus ex causa mali aeris, cui subjacet Civitas Episcopalis, possit in aliqua anni parte degere extra Diœcesim ultra trimestre, licet intra fines Diœcesis adsint loca salubriora aeris, in quibus residere potest absque periculo? Et quatenus negative.*

II. *An Episcopo suffragetur prætensa consuetudo, ut supra, degendi extra residentiam? Et quatenus negative;*

III. *An, & quibus mediis possit a Metropolitano cogi ad residendum?*

Sacra Congregatio respondit:

Ad primum, & secundum negative.

Ad tertium servetur dispositio Sacri Concilii Tridentini.

Super residentia Episcoporum edita est *die 12. Decembr.* 16
1634. ab Urbano VIII. Constitutio incipiens: *Sancta Syno-*

no-

nodus, in qua multa scitu digna statuuntur, & hic prout sunt a Fagnano *in cap. Qualiter 9. de Clericis non residentibus a num.11. ad 27.* summarie transcripta, traduntur. Primo
17 igitur Sanctitas sua innovat decreta Concil. Trident. Constitut. Apostolicas, & decreta Consistorialia super residentia Episcoporum: Multæ enim Constitut. super hoc ante prodierunt, ut Pii IV. & Pii V. Item multa decreta Consistorialia, & in specie Gregorius XIII. declaravit decreta Concilii, & pœnas ejusdem habere locum etiam in S. R. E. Cardinalibus; Et Clemens VIII. suo decreto Consistoriali addidit pœnam inhabilitatis Episcoporum non residentium ad
18 majores Dignitates, & Ecclesias obtinendas. Secundo jubet jam Præfectos Cathedralibus, & majoribus Ecclesiis etiam S. R. E. Cardinales se itineri committere, & ad residentiam conferre infra unum mensem, si in Urbe existant, infra duos si extra Urbem in Italia, si extra Italiam, infra quatuor computandos a die publicationis Bullæ. Nondum autem Præfectos infra terminos superius expressos computandos a die eorum promotionis. Indeque nec suprædictos, nec alios jam residentes abscedere absque licentia per breve, vel litteras missivas sub pœna Interdicti ab ingressu Ecclesiæ, amissionis fructuum, & facultatum testandi ipso jure incurrenda, necnon privationis a regimine, & administratione Ecclesiarum, aliisque pœnis arbitrio Sanctitatis suæ infligendis. Quo-
19 ad pœnas Pius IV. in Constitutione, quæ incipit: *In suprema*, edita post Concilii publicationem similiter præcipit Episcopis, ut in suis Ecclesiis personaliter resideant sub pœna privationis a regimine, & administratione Ecclesiarum suarum ac aliis suo arbitrio imponendis pœnis, & bona decedentium extra residentiam decernit tamquam spolia ad Cameram Apostolicam pertinere, etiamsi facultatem specialem, de illis testandi obtinuerint; Et pœnam Interdicti ab ingressu Ecclesiæ imponit in alia ejus Constitutione edita ante publicationem Concilii, quæ incipit: *De salute gregis*.

20 Tertio declarat contrafacientes non excusari a pœnis prætextu servitii Imperatoris, aliorumque Principum, aut Regnorum, defensionis litium, etiam Ecclesiarum, ineundi fœderis, aut alterius negotii, etiam gravissimi, speciali nota digni, distantiæ locorum, brevitatis temporis expectandi licentiam ab Urbe, vel alterius causæ, etiam publicæ, ac piæ utilitatis, vel necessitatis Ecclesiarum, vel personarum.

21 Quarto excipit causam interessentiæ in Synodis Provincialibus, vel Congregationibus, seu Assembleis generalibus, quibus Ecclesiastici interesse sedem ratione muneris, aut Reipublicæ officii Ecclesiis adjuncti, quandiu tamen actu duraverint; Hanc ipsam causam excepit Tridentinum Concilium *in cit. cap.1. sess.23.*, ibi „ Nisi cum absentia inciderit pro„ pter aliquod munus, & Reipublicæ officium Episcopali„ bus adjunctum, cujus quoniam causæ sunt notoriæ, & in„ terdum repentinæ, ne eas quidem significari Metropolita-
22 „ no necesse erit. Quinto declarat S.R.E. Cardinales priores in Ordine habentes Episcopatus prope Urbem, etiamsi in illis, vel in Urbe in suis titulis residerent, non excusari a residentia in Cathedralibus, & majoribus Ecclesiis, quibus Præfecti sunt, nec ex eo quod Papa eos videat, aut toleret, & ad functiones etiam Pontificales, & solemnes admittat.

23 Sexto præcipit Auditori Cameræ, ut summarie procedat adversus non residentes usque ad sententiam diffinitivam exclusive, quam sibi reservavit in Consistorio. Hoc ipsum ordinavit Pius IV. Constitutione incipient. *Cum tam Sacro-sanctum*.

24 Septimo indulget, ut existentes ultra montes abesse possint ex causa Visitationis Liminum per septem menses, & citra montes per quatuor, dummodo eo tempore ad alios actus
25 non divertant. Octavo indulget Cardinalibus, Præfectis Cathedralibus, & aliis majoribus Ecclesiis, ut ex causa vacationis Sedis Apostolicæ possint non solum ad solum ad Conclavis accedere, dummodo a Diœcesibus non discedant, nisi habita certa notitia mortis Pontificis, sed etiam in Urbe commorari usque ad peractam electionem, & per duos menses post Coronationem Pontificis, quo tamen tempore elapso, nisi præfati Cardinales illico, ut præfertur, ad Ecclesias præfatas, quibus præsidere eos contigerit, se contulerint, vult Pontifex, quod subjaceant pœnis prædictis. Nono de-
26 clarat eos, qui pluribus Ecclesiis præsunt, excusari quidem a pœnis, dummodo resideant in earum altera, in qua tenentur de jure. Non tamen propterea excusari Cardinales habentes aliquem ex sex Episcopalibus prope Urbem, quin teneantur residere in aliis, quibus Præfecti sunt. Ultimo statuit, ut nemo possit prædictam Constitutionem interpretari, aut de- 27
clarare præter Romanum Pontificem, & adjicit clausulas generales in forma amplissima.

Episcopus æqua ex causa potest abesse a sua Ecclesia, & 28
Diœcesi singulis annis per duos, vel tres menses, sive continuos, sive interrupte, absque alia Superioris approbatione, dummodo tamen id non fiat temporibus Adventus, & Quadragesimæ, & Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & Corporis Christi diebus; Concilium Tridentinum *sess.23. de reformat. cap.1. §. Quoniam, & communis Doctorum*. Episcopus abesse potest a sua Ecclesia, & Dioe- 29
cesi per tres menses, etiam causa animum relaxandi; Barbosa *Collectan. Tridentin. dict. sess.23. cap.1. num.16.* Azorius, Sanctarell. ibi citati, & alii passim. Nec trimestre spatium, 30
quo Episcopis æqua ex causa singulis annis a suis Ecclesiis abesse licet ex decreto Concilii Tridentini *in dict. cap. 1. sess.23.* fuit sublatum ab Urbano VIII. in cit. Constitutione incipient *Sancta Synodus*, ut Sacra Congregatio Concilii in hæc verba „ respondit: Die 3. Februarii 1635. requirentibus nonnullis „ Episcopis, Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tri„ dentini interpretum, habito prius verbo cum Sanctissimo „ Domino nostro, respondit, per Constitutionem super Epi„ scoporum, etiam S.R.E. Cardinalium residentia ab eodem „ S. D. N. nuper editam non fuisse sublatam facultatem ab „ eodem Sacro Concilio cap.1. sess.23. de reformat. conces„ sam æqua ex causa abessendi aliquantisper a residentia, „ dummodo absentiæ spatium, duos, vel summum tres
„ menses non excedat. Episcopi temporibus a Concil. Tri- 31
dent. præscriptis, scilicet Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes item, & Corporis Christi diebus, tenentur quidem apud suam Cathedralem Ecclesiam residere, itaut aliter suæ obligationi non satisfaciant nisi munia Episcopalia in sua Diœcesi eos alio vocent; Ceterum non incidunt in pœnas a Sancta Synodo *cap.1. sess.6. & cap.1. sess.23. de reformat.* Episcopis non residentibus inflictas; Sic decrevisse Sacr. Congregat. Concilii refert Fagnan. *lib.3. decret.in cap. Qualiter 9. de Clericis non residentibus numer.39.* Non licere tamen ipsis quotannis abesse tribus mensibus sine justa causa, statuit novissime Benedictus XIV. Constitut. incipient. *Ubi primum*.

Episcopus, dum residet, non potest citari ad comparendum 32
in Curia, nisi de Papæ commissione; Pius IV. Constitut. 33
incipient. *De salute Gregis*. Episcopus residens in sua Diœcesi liber est a residentia suarum Dignitatum, & beneficiorum simplicium, quæ obtinet in alia Diœcesi, nec aliud amittit, nisi quotidianas distributiones, & alia, si quę sunt, quæ absentes justa de causa non percipiunt; Sic decrevisse Sacr. Congreg. Concilii refert Armend. *in addit. ad recop. Legum Navarr. lib.2. tit.23. leg.2. sub Rubr. Utrum Episcopi possint se absentare a suis Episcopalibus num.4.*, & ex ipso Barbosa *Collectan. Apostolicar. decis. verb. Episcopus circa residentiam* 34
num.8. Episcopus absens non gaudet beneficio Alternativæ etiam quando abest ex causa a Concilio approbata; Sic decrevisse Sacram Congregat. Concilii referunt Nicol. Garcias *in addit. ad suum tract. de benefic. part.5. cap.1. numer.463.* Massobr. *in sua praxi habendi conversum prælud. 23. dub.3.* & 35
ex ipsis Barbosa *loc. cit. num.9.* Episcopus absens a sua Diœcesi ultra tempus a jure statutum, qui commonitus non redit ad residentia, videtur habere Ecclesiam pro derelicta, & potest ea spoliari per Papam sine citatione, & sententia; *cap. Qualiter 9. de Clericis non residentibus*, ubi Papa Innocent. III. dedit licentiam Canonicis Ragusinis eligendi alium Archiepiscopum, absque eo quod præceserit formalis citatio, vel sententia privationis, ut bene observat, & tenet Abbas *ibid. in tertio notabil.* Fagnanus *ibid. num.4.*, & 6. Condi- 36
tio personæ excusat interdum Episcopum a personali residentia, ut cum Episcopus est talis conditionis, ut melius, aut saltem æque bene per ipsum absentem regatur Ecclesia, quam regeretur per alium Episcopum præsentem; S. Th. *quodque lib.9. art.15.*, ibi: *Ut puta si sit necessitas in pluribus Ecclesiis ejus obsequii, & possit plus servire Ecclesiæ, vel tantundem absens; quam alius præsens, & si quæ adsunt hujusmodi*. Et sic videmus in Germania cum sublimibus personis non raro dispensari super retentione plurium Episcopatuum, non quidem principaliter, ut ex illorum fructibus se alere possint, sed ut Catholicam Religionem, expulsis hæresibus, consilio, opibus, auctoritate, & potentia sartam tectam tueantur, ut observat Fagnanus *lib.1. decret. in cap. Dudum 22. de elect. num.29.* dicens, Principem Electorem Colonien sem suis temporibus

poribus, obtinuisse simul Archiepiscopatum Coloniæ, & Episcopatum Leodiensem, Monasteriensem, Paderbonensem, & Hildesceimensem, & de facto *de anno* 1737. Clemens Augustus Frater Ducis Bavariæ erat Archiepiscopus, & Elector Coloniæ, & simul obtinebat Episcopatum Monasterien sem, Paderbonensem, & Osnabrugensem, & hac ratione sex Episcopi Cardinales prope Urbem habent Romæ residentiam, ut docet praxis, & observat Fagnanus *lib. 1. decr. in cap. Bonæ memoriæ de postulat. Prælator im num. 38. in cap. Ex part. 8. de Clericis non residentibus n.86.*

Episcopus nequit jungere trimestrem absentiam unius anni
37 cum trimestri absentia anni sequentis, V. G. nequit licite abesse a sua Ecclesia per menses Octobris, Novembris, & Decembris anni 1737., & continuare absentiam per menses Januarii, Februarii, & Martii 1738. Et ratio est, quia talis semestris absentia complectitur illius temporis spatium Dominici Adventus, & Quadragesimæ, quo nedum Episcopo non licet abesse a sua Diœcesi, sed ne quidem a sua Cathedrali, ut in Concil. Trident. *dict. sess.23. cap.1. vers. Eosdem interim admonet*. Tum quia in eo, qui abest sex mensibus continuis, non verificatur illud verbum *Aliquantisper*, quo utitur Concilium *dict. cap.1.* dum ait: *Quoniam autem qui aliquantisper tantum absunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse*, cum Concilium illud restringat ad duos, vel ad summum tres menses, & absentia Episcopi per sex continuos menses ab eodem Concilio non reputetur brevis, ut patet *sess.6. cap.1.*, ibi: *Si quis sex mensibus continuis extra suam Diœcesim morando abfuerit quartæ partis fructuum unius anni pœnam ipso jure incurrat*. Sic Sacra Congregatio super residentia Episcoporum habita in Quirinali exordine Sanctissimi *die 17. Julii* 1657. Episcopus, qui Beatorum Apostolorum Limina visitavit, V. G. in fine unius triennii, non po-
38 test immediate in principio sequentis triennii iterum visitare, ac proinde nec Visitationis titulo per octo continuos menses a sua Ecclesia abesse; *Sic eadem Sacra Congregatio*. Episcopo,
39 qui antea per multum temporis, V.G. per decem continuos annos in sua Ecclesia resedit, & vel ab ipsa vacatione per S. Concilium ex rationabili causa singulis annis permissa semper se abstinuit, nequit aliquando concedi facultas non residendi per aliquod tempus, si non adsit ulla causa ex approbatis ab eodem Sacro Concilio Trident. *Sic eadem Sac. Cong.* Quam Congregationis sententiam S. D. N. ad se relatam in omnibus approbavit, teste Fagnano *lib. 3. Decretal. in cap. Qualiter 9. de Cleric. non resident. a num.40. ad* 48.

Translatio Episcopi de una in aliam Ecclesiam sola auc-
40 toritate Papæ fieri potest; sic expresse habetur *in cap. Sicut alterius 39. caus.7. quæst.1. cap. Cum ex illo 1. cap. Inter corporalia 2., & cap. Licet in tantum 4. de translatione Episcopi*.
41 Episcopus propria auctoritate se transferens de sua Ecclesia ad aliam, carere debet utraque; *cap. Si quis Episcopus 31. caus.7. quæst. 1. cap. Quanto 3. de translatione Episcopi*. Et
42 hoc procedit sive Episcopus fuerit jam consecratus, sive solummodo electus, & confirmatus; *cap. Inter corporalia 2. & c. Licet in tantum 4. de translatione Episcopi*. Metropolitanus,
43 aut Patriarcha, si Episcopum sine mandato Papæ transferret, a confirmatione Episcoporum esset suspensus, textu expresso *in cap. Cum ex illo 1. de translatione Episcopi*. Causæ justæ
44 transferendi Episcopum generatim sunt duæ, scilicet necessitas, & utilitas Ecclesiæ; *cap. Mutationes 34. caus.7. quæst. 1.*, ibi: *Mutationes Episcoporum scitote communi utilitate, atque necessitate fieri licere; cap. Scias frater 35. caus., & quæst. eadem*, ibi: *Non ergo bene intelligunt Ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis, vel utilitatis fieri posse, quoties communis utilitas, vel necessitas persuaserit; cap. Quanto, de translatione Episcopi*, ibi: *Ecclesiarum necessitate, vel utilitate pensata*. Hinc translatio facta in favo-
45 rem solius translati, & maxime propter ejus ambitionem, aut avaritiam improbatur expresse a Sacris Canonibus, *citat. cap. Mutationes 34. pauc.7. quæst.1.*, ibi: Sed non propria „ cujusquam voluntate, aut dominatione . . . . . Non am„ bitu, nec propria voluntate; *cit. cap. Scias frater*, ibi: „ Non avaritiæ causa, aut dominationis, aut propriæ vo„ luntatis, vel delectationis suæ; *cap. Episcopus 37. caus. 7.* „ *quæst.1.*, Episcopus de loco ignobili ad nobilem per am-
46 „ bitionem non transeat. Episcopus enim transiens ad aliam Ecclesiam sine justa causa dicitur adulterium committere; *cap. Sicut vir 11., & cap. Sicut alterius 39. caus.7. quæst. 1.*, & expresse Fagnan. *in cit. cap. Quanto 3. de translatione Episcop. num.94.*, & 109.

Translatio Episcopi regulariter fit a minore ad majorem 47
Ecclesiam; *cap. Cum ex illo 1. de translation. Episcop.* ubi Innocent. III. sic scribit Patriarchæ Antiocheno: Miramur, „ quod . . . . novo quodam mutationis genere parvificasti „ majorem, & magnum quodammodo minorasti Episcopare „ Archiepiscopum, imo potius dearchiepiscopare præsu„ mens; & arg. cap. Legimus dist. 93., ibi: Qui provehitur, „ de minore ad majus provehitur; & cap. Licet in tantum 4„ de translation. Episcop., ibi: Quod si ad majorem voca„ retur forsitan dignitatem, eam sibi liceret assumere, & ibi „ Glossa 2. & Butrius, Imola, & Fagnan. in cit. Cap. Cum „ ex illo n.9. Nam gradatim conferuntur honores; leg. Ut 48
„ gradatim ff. de muner., & honor „ Dictum fuit notanter
regulariter, quia ob causas peculiares potest interdum fieri translatio Episcopi ab una ad aliam Ecclesiam Episcopalem, quamvis hæc non sit major altera, imo ab Ecclesia Archiepiscopali ad Episcopalem, & aliquando ob gravem causam ad subveniendum necessariæ sustentationi, etiam ab Ecclesia Episcopali fit translatio ad Parochialem, *ut in cap. Pastoralis 42. caus.7. quæst.1., & cap. Ad supplicationes 9. de renunciation.* ubi Archiepiscopus, qui absque mortis periculo in sua Ecclesia morari non poterat, ex concessione Papæ ita de-
scendisse legitur. Archiepiscopo enim, qui ex justa causa 49
cessit Archiepiscopatui, licite de Episcopatu vacante provideri potest, & sic fuisse judicatum per Clementem IV. refert Hostiensis *in cit. cap. Cum ex illo num.6.*, & ibidem Fagnan. *num.* 20. quando Nelfrancus Archiepiscopus Salisburgensis cessit, & Dux Poloniæ ad eamdem Ecclesiam promotus extitit, & prædicto Archiepiscopo de Episcopatu Jesionensi Ecclesiæ etiam eidem Salisburgensi subjectæ provisum fuit. 50
Secus autem si cessio facta fuerit in fraudem ad obtinendum Episcopatum Archiepiscopatu, seu priori Episcopatu locupletiorem, quod est evitandum; *arg.cap. Quanto 3. de translation. Episcopor.*, ibi: Cum secundum traditiones Canonicas, „ qui ad majorem se plebem transtulerit, a Cathedra repelli „ debeat aliena, & carere propria, ut nec illas possideat, „ quas per superbiam sprevit, nec illas, quas per avaritiam „ concupivit, & concordat *cap. Si quis Episcopus 31.*, & *cap. Si quis de Ordin.32. caus.7. quæst.1.* Fagnanus cum multis aliis *loc. cit. n.22.*

Episcopus electus, & confirmatus, sed nondum consecra- 51
tus non potest transferri invitus ad alium Episcopatum; Sic Hostiensis *in cap. final. de postulat. Prælatorum num.1. vers. Et hoc intelligas* Joan. And. *ibidem num.2. vers. Quod intelligat de voluntarie confecrato* Abbas ibid. *num. 11. vers. Et hoc verum*, Fagnan. *in cap. Quanto 3. de translation. Episcop. n.12.* 52
& alii passim. Et ratio est, quia nemo ab initio cogitur Episcopari, seu nemo potest invitus consecrari; *cap. Innotuit 23., & cap. Cum inter Canonicos 21. de elect.* Unde satis est, quod Episcopus confirmatus, & nondum consecratus, dum transferri recusat, omnino cedat Dignitati, allegando se nolle umquam consecrari in Episcopum, ut *in Cap. Quoniam 2. dist. 75. cap. Quoniam 1. dist. 1000., & cap. Inter Corporalia 2. §. Sed neque, de translation. Episcop.*, & Concil. Trident. *sess.23. cap.2. de reformat.*, ubi statuitur, quod Episcopus confirmatus ipso jure sit privatus sua Ecclesia, si intra sex menses munus consecrationis recipere neglexerit, quod satis indicat esse in sua libertate velle consecrari, vel non; Et idem docet S. Thomas *in 4. dist. 25. qu.2. art.1.* ubi dicit, ad Episcopatum, ubi in corpus Christi mysticum accipitur potestas, requiri actum suscipientis curam 53
Pastoralem. Tum quia character Sacramentalis non imprimitur præcise coacto, *cap. Majores 3. de Baptismo §. fin.*, ibi: *Tunc ergo characterem Sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non invenit obsistentem*. 54

Episcopus consecratus ex rationabili, & justa causa potest a Papa transferri invitus de una in aliam Ecclesiam; *cap. Scius frater 35. caus.7. quæst.1.* ubi Papa Pelagius sic scribit Benigno Archiepiscopo: *Scias frater dilectissime, aliud causam necessitatis, & utilitatis, aliud præsumptionis, ac propriæ voluntatis; Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, idest qui non avaritiæ causa, aut dominationis, aut propriæ voluntatis, vel delectationis suæ migrat de Civitate ad Civitatem, sed causa necessitatis, & utilitatis, mutatur: nam plurimorum utilitas unius utilitati, vel voluntati præferenda est; Aliud est enim mutare, & aliud mutari; nam aliud est sponte transire, aliud est coacte, aut necessitate venire; unde non isti mutant Civitatem, sed mutantur, quia non sponte, sed coacte hoc agunt. Non ergo bene intelligunt Ecclesiasticas regu-*

regulas, qui hoc negant causa necessitatis, vel utilitatis fieri posse, quoties communis necessitas, aut utilitas persuaserit. Et sic expresse tenet Glossa in *cap. Omnis qui gemebat 7. q. 1. verb. Coacte*, ubi dicit, Papam posse absolute Episcopum cogere, ut transeat de una ad aliam Ecclesiam; *arg. cap. Per principalem 9. quæst. 3.* Idem tenet Ugo, & post eum Turrecremata *in cap. Scias frater, vers. Surgit hic quæstio*, ubi formaliter dicit, Papam ex toto vel simpliciter absolute posse cogere Episcopum, ut ad alium locum transeat, & abrenunciet primo; Calderin. *Consil. 56. circa finem numer. 4. vers. Fateor, quod est primum in tit. de translation. Prælator.* Baldus *in leg. rescripta num. 8. Cod. De precibus Imperat. offerend. vers. Item omnia beneficia*, Abbas *in Cap. ult. de postulat. Prælat. num. 13.*, & ibi Hostiensis *num. 1.* Joan. Andreas *num. 2.* Rhedoan. *de simonia part. 2. cap. 12. numer. 6.* Alexander *cons. 74. num. 29. lib. 4.* Decius *consil. 123. numer. 4.* Cephal. *cons. 235. num. 2.* Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 8. num. 3.* Barbat. *in tract. de præstant. Card. in part. 1. sub numer. 14. vers. Et ideo*, Cined. *Canonicus quæst. 22. sub num. 3. vers. Et respectu Papæ*, & est communis opinio, prout testantur, & tenent Præpositus *in cit. cap. Omnis, qui gemebat num. 1.* Roman. *consil. 345. num. 3., & seq.* Barbos. *lib. 1. Juris Eccles. univers. cap. 19. num. 34.* Flamin. Paris *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 17. num. 14.*

55 Et ratio est, quia licet ab initio nemo possit cogi invitus Episcopari, seu consecrari in Episcopum, ut dictum est supra *sub num. 51.* ex cap. *Innotuit 20.*, & *cap. Cum inter Canonicos 21. de election.* tamen ex quo semel consensit potest per Papam de una ad aliam Ecclesiam etiam invitus transferri; *cap. Scias Frater 35. caus. 7. quæst. 1.* Una enim est Ecclesia universalis per totum orbem terrarum diffusa, *cap. Loquitur 18. caus. 24. quæst. 1.* adeoque qui semel consensit in hac Ecclesia universali Episcopali, non potest amplius resistere Papæ ipsum transferenti ex rationabili, & justa causa de una Ecclesia particulari ad aliam, siquidem hic solummodo mutatur locus, non autem dignitas Episcopalis respectu Ecclesiæ universalis, *cit. cap. Scias Frater*, ibi: *Non ergo mutat Sedem, qui non mutat mentem, ideft qui non avaritiæ causa, aut Dominationis, aut propriæ voluntatis, vel delectationis suæ migrat de Civitate in Civitatem, sed causa necessitatis, & utilitatis mu-*
56 *tatur*. Vide totum Canonem *supra numer. 54.* Tum quia quantum ad hoc Episcopus comparatur Monacho, qui Superiori transferenti non potest resistere, cum velle aut nolle non habeat; *Cap. Nolo, & cap. Non dicatis 12. quæst. 1. Cap. Religiosus, de testamentis in 6.*, & imputandum est illi, quod a principio consenserit se ita indissolubiliter alligari; *arg.*
57 *leg. Sicut Cod. de action.*, *& obligat.* Tum etiam quia Papa in Beneficialibus habet plenariam potestatem disponendi; *Cap. Licet 2. de præbend. in 6.*, & *Clement. 1. §. fin. Ut lite pendente*, ubi dicitur, quod ad Romanum Pontificem omnium Ecclesiarum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum *plena, & libera dispositio ex suæ potestatis plenitudine noscitur pertinere*, adeoque etiam de plenitudine potestatis potest Episcopum invitum ex rationabili, & justa causa transferre de una ad aliam Ecclesiam, alioquin ipsi quoad hos non competeret plena dispositio.

58 Non pauci tamen magni nominis Doctores tenent, quod Episcopus nolens consentire translationi per Papam factæ, possit quidem auctoritate Papali a vinculo prioris Ecclesiæ absolvi, idque tum in pœnam suæ obstinationis, & inobedientiæ, *arg. Cap. Placuit dist. 74.* tum ob causam communis utilitatis, vel necessitatis; Non tamen possit omnino invitus, & coactus alteri alligari, seu ad aliam transferri; Ita expresse Glossa *in Cap. Episcopus de loco 7. quæst. 1.* Joan. Andr. *in cap. Quod ob gratiam num. 1. in fin. de Regul. Juris in 6.* dicens, quod Papa possit transferre Episcopum invitum, saltem ut careat prima Ecclesia; Sannig. *lib. 1. Decretal. cap. 3. num. 2.* asserens, quod si translatus nollet consentire, nullum sequeretur conjugium spirituale inter ipsum, & novam Ecclesiam; sic etiam Reiffenstuel *ibidem num. 30.*, *& 32.*, & late Fagnan. *in cit. Cap. Quanto 3. de translatione Episcopi*
59 *num. 101.*, *& sequent.* Et ratio sua est, quia Episcopus translatus contrahit novum spirituale conjugium cum Ecclesia, ad quam transfertur; *arg. Cap. Sicut vir 11.*, *& Cap. Sicut alterius 39. caus. 7. quæst. 1. cap. Inter corporalia 2.*, *& cap. Licet in tantum 4. de translatione Episcopi*. Ad validitatem autem spiritualis conjugii, sicut, & carnalis, necessarius est consensus contrahentium, *Cap. Cum inter Canonicos 21. de election.*, ibi: *Ut per mutuum consensum eligentium, & electi, quasi conjugale vinculum spiritualiter sit contractum; c. Locum, Cap. Cum apud, & Cap. Tuæ, de sponsalibus, leg. Nuptias, ff. de Regul. Juris*, adeoque talis consensus etiam requiritur ex parte Episcopi translati, & consequenter omnino invitus nequit transferri ad aliam Ecclesiam, ut inter ipsum, & Ecclesiam censeatur ortum vinculum conjugii spiritualis.

Quando Episcopus sciens, & volens transfertur, prior Se- 60
des Episcopalis vacat illico a die factæ in Curia, seu Consistorio Papæ translationis; *Communis, ac certa* cum Abbat. Panorm. *Consil. 101. num. 3., & 4. lib. 2.* Rota *part. 1. recent. decis. 475. num. 6., & sequent.*, ibi sub *numer. 16.* ostendit, opinionem illorum, qui dixerunt non induci vacationem Episcopatus, nisi post adeptam possessionem secundi, esse erroneam veluti innixam auctoritati Gloss. *in Cap. Si quis jam translatus 21. dist. 2.* quæ loquitur de translatione abusiva; Fagnan. *in cit. Cap. Quanto 3. de translat. Episcop. numer. 99.* Barbos. *in Collectaneis ad cap. 1. num. 5. de translat. Episcop.*, *& lib. 1. Juris Eccles. univers. cap. 19. num. 37.* ubi refert notabilem declarationem desuper emanatam in hæc verba.

„ Die 14. Decembr. 1624. Sacra Congregatio Illustrissi- 61
„ morum Cardinalium negotiis Episcoporum præposita San-
„ tis. D. N. approbante, censuit Ecclesiam, a qua volens
„ transfertur, seu quam admittit Episcopus, vacare ab eo
„ tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absolvitur
„ in Consistorio Sanctitatis suæ, etiam ante expeditionem
„ litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem se-
„ cundæ Ecclesiæ. Et postquam hujusmodi absolutionis no-
„ titiam Episcopus habuerit, etiam ex testimonio, seu do-
„ cumento Secretarii Sacri Collegii, illico teneri eum absti-
„ nere exercitio ordinariæ jurisdictionis, eamque transire
„ in Capitulum Sede vacante, & ita posse, & debere Ca-
„ pitulum statim ea jurisdictione uti, ac Vicarium juxta
„ Trident. Concilii præscriptum eligere, sedemque vacan-
„ tem publicare.

Si transfertur Episcopus absens, & ignorans, non vacat 62
prior Ecclesia ante præstitum a translato consensum, nisi secus exprimatur a Papa; Ita Abbas *in citat. consil. 101. numer. 4. lib. 2.* Fagnan. *in cit. cap. Quanto num. 96., & sequent. citans alios*, Reiffenstuel *lib. 1. Decretal. tit. 7. numer. 41.* Et ratio est, quia quando Papa transfert Episcopum absentem, & ignorantem de una ad aliam Ecclesiam, non aliter solet transferre (nisi secus exprimat) quam sub conditione, quod is consentiat, vel expresse, vel saltem tacite, acquiescendo videlicet translationi de se factæ; Ita Joan. Monachus *in Cap. Generali num. 10. de election. in 6.* asserens, se hoc vidisse pluries in Curia declarari. In ipsa enim Beneficiorum Ecclesiasticorum collatione subintelligitur conditio illa; *Si provisus consenserit*, ut legitur *in cap. Si tibi absenti 17. de præbend. in 6.* Episcopus translatus potest secum deferre fru- 63
ctus jam perceptos; Ita Rota *decis. unic. de translat. Episcop. in antiquis*, Card. Tuscus *litt. T. conclus. 364. n. 10.* Calderinus *consil. 264.* alias *2. de rebus Eccles. non alienand.*, & alii passim; Redditus enim, seu fructus Beneficiorum dantur Clericis, ipsisque Episcopis ob ministerium, quod Ecclesiis exhibent in earum regimine, & cura, aliisque divinis obsequiis, *cap. Cum secundum, ibi de præbend.* adeoque justum est, quod Episcopus translatus possit secum deferre tales fructus jam perceptos, & exactos. Episcopus translatus potest etiam secum asportare bona sua immobilia acquisita in priori Ecclesia, seu ex ejus fructibus comparata, dummodo hæc nondum sint Ecclesiæ dedicata; Ita Cardin. Tuscus *cit. conclus. 364. num. 10.* Calderin. *cit. consil. 264.* alias *2. de rebus Eccles. non alienand.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 43.* Si enim Episcopus translatus potest secum asportare fructus jam perceptos, poterit etiam secum deferre bona sua immobilia ex talibus fructibus comparata, quia res, quæ succedit in locum alterius, eodem jure censetur cum illa, *Cap. Ecclesia 3. ut lite pendente*, junctis pluribus concordantiis, tum Canonicis, tum Civilibus, *ibidem verb. Successerunt* a Glossa allegatis.

Fructus pendentes, et inexacti non pertinent ad Episco- 65
pum translatum pro rata temporis, sed debent in utilitatem Ecclesiæ expendi, aut futuro successori asservari; Colligitur *in cap. Cum vos 4. de offic. Ordinarii, cap. Præsenti 9. eod. in 6.* & tenet Gloss. *ibid. verb. Reservari*, Petrus Barbosa *in l. Divortio n. 56. ff. soluto matrimonio*, citans Rotam *decis. unic. de translatione Episc. in antiquis*, Bartolum, Paulum Castrensem, & Calderinum *consil. 2. De pecul. Cleric.* qui asserit, secundum Juris communis traditiones istud esse indubitatum

tatum, Navarr. *consil. 7. num. 7. de successionib. ab intestato*, hanc appellans communem opinionem, Rota *in causa Pharensi Pensionis 19. Junii 1573.* relata per Garziam *part. 2. de Beneficiis cap. 1. num. 95. 108. & 109.* hanc appellans communem opinionem, Hostiensis, Cardinal. Imola *in cap. ult. de pecul. Cleric.* Et ratio est, quia *fructus pendentes pars fundi esse videntur*, ut loquitur textus *in l. Fructus pendentes, ff. de rei vindicat.*, unde donec fuerint collecti, seu a solo separati, una cum fundo spectant ad Ecclesiam, vel ad successorem in Beneficio ipsos colligentem, *l. Si usufructuarius, ff. Quibus modis usufructus amittitur, & §. Is vero Instit. de rerum division.* ubi sic legitur: *Is vero, ad quem usufructus fundi pertinet, non aliter Dominus fructuum efficitur, quam si ipse eos perceperit. Et ideo si maturis fructibus, nondum tamen perceptis decesserit, ad hæredes ejus non pertinent, sed Domino proprietatis acquiruntur.* Accedit Constitutio Julii III. incipiens: *Cum sicut* confirmata per Urbanum VIII. in sua Constitut. incipient. *Æternus rerum conditor*, in qua expresse statuitur, quod fructus Beneficiorum tempore obitus Beneficiariorum, etiam Episcoporum, vel Cardinalium inexacti spectant ad Successores in Beneficiis, ubi non debent Reverendiss. Cameræ Apostolicæ persolvi, & consequenter Episcopus translatus, utpote quoad priorem Ecclesiam civiliter mortuus, *cap. In apibus 41. caus. 7. q. 1.*, nequit eos præ-
66 tendere, cum debeantur Successori. Non desunt tamen magni nominis Doctores, qui tenent, quod fructus etiam pendentes propter spiritualia ministeria Ecclesiæ exhibita, pertineant pro rata temporis ad Episcopum translatum; Sic Covarruvias *lib. 1. variar. resolut. cap. 15. num. 12.* Flamin. Parisius *lib. 1. de resignat. Benefic. cap. 6. num 79. & 80.* Nicolaus Garzias *part. 2. de Beneficiis cap. 1. num. 96. ex seq.* allegans alios, & Cardinal. de Luca *de Beneficiis disc. 84. n. 4., & disc. 100. num. 10.* Et quantum attinet ad dictam Constitutionem Julii III. incipient. *Cum sicut*, & allegatam pro opinione contraria, Navarr. *consil. 4. num. 1. de successionibus ab intestato* arbitratur, non esse ubique receptam in Galliis, nec etiam in Hispaniis, & concordat Nicolaus Garzias *de Beneficiis p. 2. cap. 1. num. 103. & 104.* citans insuper Zec. *de Beneficiis, & pensionibus cap. 13. num. 8.* atque ulterius ostendens, ipsam in Provincia Mediolanensi nunquam usu fuisse receptam; Unde quantum ad hoc standum est locorum consuetudini.

67 Renunciatio Episcopi non valet, nisi per Papam fuerit admissa, *cap. Inter corporalia 2., & cap. Licet in tantum 4. de translation. Episcop.* Fagnan. *in cap. Cum ex illo 1. de translat.*
68 *Episcop. num. 11., & communis aliorum*. Causæ, ob quas Episcopus potest renuntiare Episcopatui, & Papa solet admittere renunciationem, sunt sex, quæ enumerantur *in cap. Nisi cum pridem 10. de renunciation.* Prima est *conscientia criminis*, non quidem cujuslibet, sed illius duntaxat, quod post actam pœnitentiam impedit executionem Officii. Secunda est *Imbecillitas corporis*, per quam quis impotens redditur ad exequendum Officium Pastorale. Tertia est *defectus scientiæ*, etiam competentis. Quarta est *malitia Plebis*, ob quam interdum cogitur Prælatus ab ipsius regimine declinare. Quinta est *Grave scandalum*, quod aliter sedari non potest. Sexta est *Irregularitas Personæ*. Et istæ sex causæ exprimuntur in duobus sequentibus vulgatis versiculis allegatis in Summario *cit. cap. Nisi cum pridem*.

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis,
Quem mala Plebs odit, dans scandala, cedere possit.

69 Renunciatio Episcopatus potest fieri dupliciter, scilicet renunciando loco tantum, & renunciando loco, & Dignitati simul, textu expresso *in cap. Requisivit 1. de Ordinatis ab Epis-*
70 *copo, qui renunciavit Episcopatui*. Renunciatio Episcopatus renunciando loco tantum fit, quando Episcopus ob aeris intemperiem, vel ob persecutionem, & odium, sive malæ Plebis, sive Principis Episcopatum in manus Papæ renunciat, dimittendo Diœcesim duntaxat, titulum tamen Episcopalem,

& auctoritatem retinendo. Renunciatio autem Episcopatus, 71
renunciando loco, & Dignitati simul fit, quando Episcopus ob zelum v. g. ingrediendæ Religionis, vel ut præveniat promeritam Depositionem, renunciat in manus Papæ nomen, & omne jus Episcopalis administrationis, atque Ordinis exequutionem respectu cujuscumque loci, retinendo solum ea, quæ sunt Episcopalis Ordinis, seu Characteris. Episcopus 72
simpliciter renuncians Episcopatui censetur in dubio renunciasse loco tantum, non autem loco, & Dignitati simul, nisi propter criminis conscientiam, seu ex metu Depositionis ita renunciaverit; Ita Hostiensis *in Summa tit. de Ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit §. Sed quid si simpliciter*, Abbas *ibid. num. 8.* Reiffenstuel *ibid. num. 3.* Renunciatio non sub- 73
trahit Episcopo Ordinem, sed solum executionem Ordinis; Glossa *in cit. cap. Requisivit verb. Executionem*, Hostiensis *ibidem num. 3.* Fagnan. *ibid. num. 4. & communis aliorum arg. cit. cap. Requisivit*. Nequit enim Episcopus renunciare Cha- 74
racteri Episcopali, neque ab Ecclesia potest ipsi auferri, unde tamquam indelebilis remanet in Episcopo etiam excommunicato, hæretico, Depositio, & Degradato, *cap. Quod quidam 1. quæst. 1. verb. Si forte militiæ, cap. Ordinationes 9. quæst. 1. cap. Licite 32. q. 7. cap. Ostenditur dist. 4. de consecr.* cum concordantiis. *Vid. articul. antecedent. num. 35.* Unde 75
Episcopus, qui renunciavit Ordini, seu Dignitati, potest de licentia Papæ executionem reassumere sine nova consecratione; *sic communis Doctorum* teste Fagnano *in cit. cap. Requisivit num. 6.* ubi ex multis recte observat, quod idem sit renunciare Dignitati, & renunciare Ordini, cum renunciare Ordini sit renunciare executioni Ordinis, vel Dignitatis, ut communiter Doctores *in cap. Post translationem, de renunciatione.*

Episcopus, qui renunciavit Episcopatui, quoad locum 76
tantum, potest conferre Ordines etiam majores, textu expresso *in cit. cap. Requisivit 1. de Ordinatis ab Episcopo, qui* 77
renunciavit Episcopatui. Dummodo tamen sit rogatus ab aliquo Episcopo, textu expresso *in cit. cap. Requisivit*, ibi: 78
Rogatus ab Episcopo aliquo poterit de ratione conferre. Aliter si ordinaret sine proprii Episcopi licentia, ab eo ordinati essent suspensi, non quia sunt ordinati ab Episcopo poit suam renunciationem, sed quia sunt ordinati ab Episcopo alieno sine proprii Episcopi licentia; Suarez *Disp. 31. de Censuris sect. 1. n. 3.* Pirhing. *lib. 1. Decret. tit. 13. num. 3.* Reiffenstuel *ibid. num. 5.* Episcopus, qui renunciavit Episcopatui quoad locum, 79
& Dignitatem simul, nequit licite Ordines Sacros conferre; *cit. cap. Requisivit*, & ibi *Doctores communiter* Si autem de 80
facto ordinaret, quamvis illicite, valide tamen ordinaret; *cit. cap. Requisivit*, & ibi *communis Doctorum*. Et ratio est, quia Episcopus licet potuerit renunciare Episcopatui quoad locum, & Dignitatem simul, Characterem autem Ordinis Episcopalis indelebilem, sicque potestatem valide conferendi Ordines a se abdicare non potuit, cum Character animæ a Deo infixus per ministerium hominis deleri, aut auferri non possit; *cap. Quod quidam 1. quæst. 1. cap. Ordinationes 9. q. 1. arg. cit. cap. Requisivit, & cap. Quod a prædecessore nostro 1. de schismaticis*, & ibi Glossa, & Doctores communiter, & 81
patet ex dictis supra *num. 74. & art. antecedent. num. 35.* Ordinati tamen ab ipso remanent suspensi ab exercitio, & usu Ordinum receptorum, donec cum eisdem fuerit legitime dispensatum, *cit. cap. Requisivit, & communissima Doctorum sententia* (a).

Cum Ordinatis a tali Episcopo ignoranter ad Sacros Ordi- 82
nes dispensat Episcopus suus, cum Ordinatis vero scienter ad Sacros Episcopus non dispensat; *cit. cap. Requisivit*, & ibi Fagnan. *num. 1.* testans hoc *de communi*. Episcopus, qui re- 83
nunciavit Episcopatui quoad locum, & Dignitatem simul, potest conferre Ordines Minores, nedum valide, sed etiam licite, si de consensu proprii Ordinandorum Episcopi id faciat, textu expresso *in cit. cap. Requisivit*, ibi: *Quia & hujusmodi Ordines a non Episcopis quandoque conferuntur*. Si tamen 84
sine consensu proprii Episcopi fuerint aliqui ab ipso ordinati, remanent suspensi ab executione susceptorum Ordinum, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, non quia sunt

(a) Episcopi Sacræ Congregationi de Propaganda fide Subordinati munia Episcopalia extra districtus jurisdictionis sibi ab eadem Sacra Congregatione assignatos exercere nequeunt, etiamsi Ordinariorum licentia & facultas accedat, sub pœna suspensionis Papæ reservatæ. Ex Decreto ejusdem Congregationis habitæ coram san. mem. Innoc. PP. X. die 28. Martii 1651. Qui vero contra hujus Decreti formam ordinibus fuerint initiati, suspensi declarantur a Sacr. Congregatione Episcoporum & Regularium, Decreto edito die 23. Aprilis 1655. Regest 35. Ita Macri. Hierolexico verb. *Episcopus p. 219.*

ordinati ab Episcopo post talem suam renunciationem ; sed quia sunt ordinati ab Episcopo alieno ; Unde indigent dispensari a proprio Episcopo, *cap. Eos qui 2. de temporibus Ordinationum in 6. cap. Nullus alterius, & cap. Nullum Episcoporum, & cap. Lugdunens. 9. quæst. 2.* & Concilii Tridentini *session. 23. capitul. 8. de reformation.*, ibi : *Unusquisque autem a proprio Episcopo ordinetur .... Si secus fiat, Ordinans a Collatione Ordinum per annum, & Ordinatus a susceptorum Ordinum executione, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus*, & sic novissime statuit Innocentius XII. in Constitutione incipient. *Speculatores Domus Israel*, & quod Ordinati ad minores a tali Episcopo debeant dispensari a proprio Diœcesano Episcopo colligunt ex ipsomet *cap. Requisivit 1. de Ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui*, Vincentius Goffredus, Tancredus, & Fagnanus, qui exponunt litteram ibi, *poterit*, ideſt *Dispensative*.

Supplementa Auctoris è II. Editione.

85 EPiscopi etiamCardinales residere tenentur ; Benedictus XIV. Tom.II. Constitut.36. incip. *Cum a nobis*,

86 Episcopis non licet abesse ab Ecclesia per tempora Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, item & Corporis Christi, nisi forte Episcopalia munia in aliis Diœcesibus eos detineant ; Idem Const.18. incip. *Ad universæ*.

87 Episcopi post suam promotionem transacto mense ad suam Diœcesim se conferre tenentur ; Idem *ibid.*

88 Episcopi rarione visitationis sacrorum Liminum, si præsint Ecclesiis citra montes, & citra mare positis, abesse possunt per quatuor menses ; Si vero præsint Ecclesiis ultramarinis, & ultramontanis, abesse possunt per septem menses continuos ; Idem *ibid.*

89

90 Ubi insuper ad præcavendos abusus assignat, quæ præcipiuntur Episcopis postulantibus licentiam abessendi a propriis Ecclesiis causa insalubritatis aeris ; & quæ petentibus dictam licentiam aliis de causis, & qua forma, & quibus cautelis concedi eis debeat talis licentia, mandans denique, quod Episcopi residentes denunciare teneantur alios Episcopos non residentes. Videatur dicta Constitut. incip. *Ad universæ*, merito legenda, & observanda.

Supplementa Auctoris è III. Editione.

91 HIc juvat legere, quæ tradit Benedictus XIV. *de Synodo Diœcesana lib.13. cap. 8. a num.7. ad 9. inclusive*, circa moderationem adhibendam in concedenda plurium Episcopatuum in una persona coacervatione ; inter quæ præstat delibare sequentia.

Verum sel. record. Prædecessor noster Clemens Papa XII. cum sapienter animadvertisset, ex eo quod uni eidemque personæ tot Episcopales Ecclesiæ permitterentur, eam ab Ecclesia Catholica utilitatem, quæ sperabatur minime percipi, ex Pastoralis officii sui munere huic rei remedium aliquod censuit adhibendum.Itaque cum vidisset, plurimum Episcopatuum consecutionem, ex earum litterarum concessione pendere, quibus eligibilitas indulgetur, cum scilicet hujusmodi Indultorum vigore, qui unicum habebat Episcopatum, & ad alium transire non poterat, nisi per ordinariam postulationis viam, faciliorem exinde semitam sibi aperiret ad aliam Ecclesiam assequendam ; duo saluberrima Decreta edidit ; quorum altero, tamquam regula, uteretur in posterum Congregatio Consistorialis, altero autem Brevium Secretaria. Hæc typis impressa, quantum scire potuimus, cum nondum fuerint, optimum esse ducimus hic ea inserere, ut perpetua eorum memoria servetur ; cum ea plurimum conferre posse putemus, nisi ad tollendam penitus, at saltem cohibendam in Germania immoderatam in una, eademque persona Episcopatuum pluralitatem.

92 Primum pro Congregatione consistoriali sic habet: Sanctissimus Dominus Noster Clemens Papa XII. animadvertens, minime expedire, quod Episcopis in Germania, etiamsi sublimibus familiis orti sint, tam facile concedatur dispensatio ad effectum retinendi simul tres vel quatuor, ac etiam quinque Cathedrales Ecclesias ; quarum Præsules temporali quoque dominatu potiuntur, præsertim cum experientia compertum sit, eas Diœceses ab hæreticorum erroribus magis esse immunes, quarum singulæ ab uno gubernantur Episcopo; hinc majorem deinceps circumspectionem in hoc adhiberi mandat, nec solum attendi exempla, sed peculiares perpendi singulorum casuum circumstantias, habita nimirum ratione temporum, personarum, & Ecclesiarum : ita quidem, ut dispensationum impertiendarum norma sumatur potissimum a majori Ecclesiarum ipsarum bono, ac utilitate. Quod si iis, qui alicui jam præsint Ecclesiæ, justis de causis a Sede Apostolica, aut jam fuerit concessum, aut deinceps concedi contigerit Indultum eligibilitatis ad aliam, declarat Sanctitas sua, non per hoc censeri debere concessam dispensationem ad effectum simul retinendi prædictam quoque aliam Ecclesiam, post quam electio peracta fuerit ; sed, antequam electio ipsa a Sede Apostolica confirmetur, summa maturitate esse examinandum, an utilitas, vel necessitas talium Ecclesiarum, & Catholicæ Religionis tuendæ ratio postulet, impertiri hujusmodi dispensationem pro omnium retentione, vel potius in ejusdem electionis confirmatione poni oporteat Decretum de alia Ecclesia dimittenda.

Dedlarat itidem Sanctitas sua, non convenire, ut indiscriminatim, nulloque delectu, & sine causæ cognitione, tribuatur Episcopis facultas retinendi simul plures dignitates, aut Canonicatus Cathedralium, vel Collegiatarum Ecclesiarum, tam in Germania, quam in Poloniæ Regno : per hoc quippe Divino cultui non mediocre detrimentum affertur, Ecclesiæ debitis fraudantur obsequiis, & ecclesiastica stipendia, quæ congruæ plurium Ministrorum Dei sustentationi destinata sunt, in unam collata personam, incitamentum præbent ad luxum. Mandat itaque Sanctitas sua, cautius, quam hactenus forsan factum fuerit, hac etiam in re in posterum agi, & exemplis sepositis sectari in primis id, quod, juxta locorum, Ecclesiarum, personarumque conditiones, ad ampliorem Dei gloriam expedire visum fuerit. Ne autem saluberrimi hujus moniti memoria abolescat, vult Sanctissimus Pater, præsens hoc Decretum asservari apud Acta Sacræ Congregationis rebus consistorialibus præpositæ, atque illud ab ejusdem Congregationis Secretario pro tempore, quotiescumque opportunum fuerit in memoriam revocari eorum, qui his de rebus consilium Pontifici Maximo daturi sunt. Hac die 6. Januarii anno 1731. 93

Altero Decreto, quod pro Brevium Secretaria conditum est, ita cavetur: Quamquam invaluerit usus dispensandi præsertim cum sublimibus personis, ut plures Episcopatus in Germania simul retinere possint ob eam quidem justam, & laudabilem rationem, ut adversus hæreticorum conatus Catholicam Religionem opibus, auctoritate, potentia sartatecta tueantur ; ex inconsulta tamen hujusmodi dispensationum frequentia, immoderatoque usu, gravissima in Christianam Rempublicam incommoda manare posse, exploratum satis est: vix enim, ac ne vix quidem sperari potest, ut qui tribus, vel quatuor, vel etiam quinque Cathedralibus Ecclesiis, magno locorum intervallo disjunctis præsit cum summa etiam in temporalibus potestate, eas omnes solerter, ac fructuose, & cum animarum sibi commissarum salute regere valeat - Quo sane fit, ut ob Pastorum absentiam, & curarum, quæ ad temporales ditiones pertinent, copiam, neglecta spirituali Diœcesium cultura, nec Catholicorum mores, qui a veteri instituto deflexerint, corrigi, nec Ecclesiasticæ disciplinæ nitor redintegrari, nec dogmata a fide aliena extirpari, nec eorum veneno polluti homines ad Religionis Orthodoxæ veritatem reduci commode possint. Itaque, ne plurium Episcopatuum in una persona coacervatio, sacris alioquin legibus adeo inviſa, quæ exApostolica auctoritate in ædificationem recte aliquando permittitur, pernicioſe cedat in destructionem, de Consilio plurium Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium decernimus, & mandamus, ut in posterum ei, qui uni jam præsit Ecclesiæ, nonnisi causæ cognitione præmissa, concedatur Indultum eligibilitatis ad aliam ; si vero hujusmodi Indultum justa pariter caussa concedendum videatur ei, qui. Jam duas regat Ecclesias, semper eidem Indulto inferatur conditio, ut prædictam Ecclesiam, ad quam eum eligi contingat, non aliter possit obtinere, quam una, quam maluerit, ex prioribus dimissa. Tres denique obtinenti Ecclesias Indultum eligibilitatis ad aliam nullo modo tribuatur. Enixe autem rogamus, atque obsecramus in Domino Romanos Pontifices Successores nostros, ut ipsi quoque memores sapientissimi moniti Tridentinorum Patrum in cap.18. sess.25 de reformat. salubrem hanc moderationis normam in dispensationibus prædictis omnino servari curent. 94

Datum ex Palatio nostro Quirinali hac die 15. Jan.1731.

* Episcopatuum resignationes,quas sibi permitti postulant Epis- 95

Episcopi non admittuntur a Congregatione Consistoriali, nisi ex canonicis causis recensitis in *cap. Cum pridem, de renunciat.* ; quæ tamen omnes ad id referuntur, ut clare constet, ipsos plebis suæ saluti prodesse amplius non posse. Benedictus XIV. *de Synodo Diœcesan. lib.13. cap.16. §.3. nov. edit.*

96 Causæ resignationis non tam rigoroſe examinandæ sunt in ordine ad Cardinales Episcopatum resignantes, dum volunt se conferre Romam ut assistant Summo Pontifici. Ita ex Fagnan. *ibid.* §.5.

97 Episcopus translatus ex uno in alium Episcopatum frui potest redditibus Ecclesiæ, a qua discedit, usque ad illum temporis articulum, quo a Summo Pontifice in Consistorio a vinculo prioris Ecclesiæ absolvitur ; ex tunc enim prior Ecclesia vacare censetur, ut ex definitione Congregationis Concilii per Urbanum VIII. approbata ; *ibid.*§.7.

98 Neque idem Episcopus post absolutionem a vinculo, jure potest conferre beneficia, quæ post idem tempus vacaverint, ut decisum est in Tribunalibus Romanis ; *ibid.*§.9.

99 Interim tamen post pronunciationem, scilicet Pontificis in Consistorio, quoad usque hæc pronunciatio innotuerit Episcopo, remanet in eodem Episcopo jurisdictio non quidem ad conferenda beneficia, sed ad Diœcesim gubernandam necessaria, uti provisum est in eodem decreto, seu in Brevi illud confirmante Urbani VIII. *ibid.* §. 10.

100 Si Episcopus in manus Paganorum, aut Schismaticorum incidat, & fiat captivus, Ecclesiæ administratio transit in Capitulum, quoadusque aliter disponat Sedes Apostolica *Can. si Episcopus, de sup. neglig. Prælat. in 6.* quæ tamen vera sunt, si carcer Episcopi sit adeo arctus, ut Episcopum suum nequidem per litteras adire Diœcesani valeant. *ibid.* §.11.

Novissimæ additiones ex aliena manu.

1 DE tribus hic agit *Auctor* videlicet de residentia, de translatione, tum de Renunciatione Episcopi.

Ad residentiam quod attinet, ea satis præcipitur actorum xx. 28. *Attendite* (inquit Apostolus) *vobis & universo Gregi in quo Vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam*
2 *Dei*. Quomodo enim attendere quomodo regere poterit, qui
3 præsens haud est. Attendere non in absentem, sed in præsentem convenit. Non potest sibi attendere, nisi apud se sit,
4 & secum habitet ; sic neque Gregi nisi apud eum fuerit. Pari modo nec absens poterit pascere regere & dirigere
5 Gregem.

Audiendi non sunt qui putant posse Episcopum Gregem pascere per Vicarium. Recte *Maldonatus in summa quæst.10. articul.3. 5. & 6.* nomen *Pastoris* (ait) *significat actionem pastoralem, sicut nomen Medici. Itaque sicuti nemo potest per alium curare ita nemo potest per alium suas oves pascere. Nec quicquam valet responsio communis satis esse per Vicarium laborare ; quia per eamdem Regulam satis esset manducare per*
6 *alium, quia sic scriptum ; Qui non laborat non manducat.*

Nec residentiæ facit satis Episcopus, si pro lubitu non in sua Ecclesia Cathedrali, sed alibi in Diœcesi residet. Canon:5.Concilii Carthaginensi V.prohibitum fuit *ne quis relicta principali Cathedra ad Ecclesiam aliam in sua Diœcesi constituzam si conferat* Conformisque est Canon duodecimus Concilii Aquisgranensis II., quem Carolus Magnus *Capitular.*
7 *libr.5. cap.177.* repetiit.

Prohibitio translationis, si dicendum quod res est, fundata est
8 in avaritia &ambitione,quæ solet Episcopos impellere ad transeundum de una ad aliam Ecclesiam.Non ignoro esse qui eam fundent in vinculo matrimoniali Ecclesiam inter.& Episcopum, de quo loquuntur Epistolæ Decretales sub nomine Callixti, & Evaristi, quarum fragmenta extant apud *Gratianum caus.7.q.1. Can.11. &* 39. Sed epistolas hasce Decretales suppositilias
9 esse jam dudum monuerunt Viri eruditi. Vide *Labeum in nota*
10 *marginali ad Epistolam Callisti I. , & Antonium Augustinum Dial.4.lib.2.de emendatione Gratiani.* Innocentius vero III., non inficior *in Cap.4.de Translation.* hoc ipsum vinculum matrimoniale urget, atque hinc inffert *in Cap. 2. & 3. eodem Titulo* translationem soli Summo Pontifici esse reservatam ; sed confer hic Van-Espen *Jur.Eccles. univers. part.1. Tit.15.*
11 *Cap.4. §.18. & plur. sequent.* caute tamen legendam.

De renunciatione vide, qui ex priscis Ecclesiæ Canonibus recte de ea disserit *Bohemer. ad Decretal. Tit. hoc de renunciatione*.

ARTICULUS IV.

Episcopus quoad ea, quæ concernunt ejus Præcedentiam, Sedem, Celebrationem, & Pontificalia.

EPiscopi ubique gentium habent locum a Protonotariis Apostolicis, & quod in Episcopis sancitum est, ad Ecclesiarum Cathedralium auctoritate Apostolica electos pariter, & confirmatos extendit Pius II. Constitutio incipient. *Cum servare*. Episcopus licet Titularis, qui retinet Canonicatum, vel Dignitatem in aliqua Cathedrali, debet præcedere omnibus aliis Dignitatibus, & Canonicis etiam ipso antiquioribus. *Sacr. Congreg. Rituum in Ragusina 22. Iunii* 1594. *in Ruthenen. 24. Septembris* 1605. *in Compostellana 11. Julii* 1617. *& in Calaguritana in Sardinia 13. Novembr.* 1621. Episcopus prius promotus, seu electus ad Episcopatum debet præcedere alteri Episcopo post ipsum promoto, vel electo, etiamsi sit ipso dignior, & illustrior. *Sacr. Cong. Rit. in Segobien. 21. Martii* 1609. Circa præcedentiam inter Suffraganeos Episcopos Latinorum, & Episcopos Græcos ceteris partibus nulla alia ratio habenda est, quam temporis, seu promotionis ad Episcopatum. *Sac. Congr. de propaganda Fide pro Polonia 16. Februarii* 1630. Episcopus Diœcesanus in sua Ecclesia, & Diœcesi in functionibus Episcopalibus præferendus est omnibus Archiepiscopi, & Episcopis, etiam ipso antiquioribus, & dignioribus, Metropolitano suo tantum excepto. *Sacr. Congreg.Rit. in Barchinonen.10. Januarii* 1609. sed ex urbanitate debet honorare in sua Diœcesi alios Episcopos advenas, & extraneos. *Eadem Sacra Congreg. Rit. in d. Barchinonen.* Præcedentia Episcoporum in Conciliis Provincialibus statuenda est juxta tempus Ordinationis, non autem secundum Dignitatem Ecclesiarum. *Sacr. Congreg. Concilii 19.Aprilis* 1596. Episcopus debet habere pacis osculum ante Præsidem, & Consiliarios Regios, & omnes alios. *Sacra Congreg. Rit. in Granaten. 9. Maii* 1606. Et quod Episcopus præcedere debeat quoscumque etiam Principes sæculares in sua Ecclesia, & Diœcesi late ; & solide probat Pignatell. *tom.1. consult.7. per tot.* adducens plura jura, & Concilia, & præsertim Concil. Trident. *sess. 25. cap.17. de reformat.* & & varia Sacrar. Congreg. Decreta. 1 2 3 4

Episcopus in Ecclesia debet in sublimiori loco sedere ; *cap. Episcopus 10.dist.95*. Episcopus in omnibus suæ Diœcesis Ecclesiis, quantumvis exemptis, & privilegiatis est honorndus, eique in Choro, in Capitulo, in Processionibus, ac in aliis actibus publicis primus locus, & prima sedes, quam ipse elegerit danda est. *Sacr. Congreg. Rit. in Tullen.7. Decembris* 1613. Episcopus debet habere sedem pulchriorem, & majorem, quam Gubernator Civitatis, non tamen coloris rubei. *Sac. Congr. Rit. in perusina 3. Octobris* 1615. Episcopi sedes debet esse fixa, & immobilis. *Sacr. Congreg. Rit. in Colimbrien.23. Maii* 1603. Episcopi sedes semper est ornanda. *Sac Congr. Rit. in d. Colimbrien. 23. Mati* 1603. *& in Elven.* 10 *Januarii* 1605. Episcopi sedes apud parietem contra Altare constituenda, & locanda est cum decenti ornamento, & apud sedem Episcopi hinc inde sedes, seu stalla pro Dignitatibus, & Canonicis deponi debent. *Sacr. Congr. Rit. in Trojana 9. Octobris* 1610. Potest tamen Episcopus sibi sedem in Ecclesia extra Chorum ubicumque voluerit parare, dummodo etiam pro Canonicis locus paretur. *Sacr. Congr. Rit. in Granaten. 9. Maii* 1606. Episcopus ad Matutinum in nocte Nativitatis potest sedere vel in sede Chori, vel in sede Episcopali a cornu Evangelii prout melius sibi videbitur, & magis populo satisfecerit. *Sac. Cong.Rit. in Alexandrina 25. Martii* 1605. *ad 15.* Sedes Episcopi in Ecclesia exempta, ubi Abbas usum Mitræ habens etiam sedem tenet, quando illuc accedit, est in cornu dextro Chori, sive Ecclesiæ collocanda uno gradu eminentiori, cum ornatu congruo, & situ aliquatenus superiori respectu sedis Abbatis, quæ in sinistro ponenda est uno gradu humilior absque ornatu. & loco aliquatenus inferiori, adeo ut non sit opposita sedi Episcopali ; *Sacr. Cong. Rit. in Alexandrina S. Penri in Borgolio 7. Februarii* 1603. *&in Lecreto generali circa usum Pontificalium in resposion. ad 15. edit. 27. Septembris* 1659. & declarat. ab *eadem Sacr. Congreg. 20. Julii* 1660. Vid. verb. *Abbas, ubi refertur per extensum*. 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

Episcopus tantum, & non alius, dum private celebrat, potest accipere paramenta in ipso Altari, & duos habere ministros superpelliceis indutos, praeter alium ministrum Clericum 1

cum, sive Laicum communi veste indutum *Sacra Congreg. Rit. in Cremonen. 7. Julii* 1608 Episcopus potest de jure in
19 omnibus Ecclesiis suæ Diœcesis quantumvis exemptis, & privilegiatis Missas, & Divina Officia cum assistentia suorum Canonicorum etiam in Pontificalibus celebrare, sive ab aliis sine tamen Pontificalibus, celebrari facere, & in eis habere circulos, contradictores per censuras cogendo, *Sacr. Congreg. Rit. in Ferrarien. 16. Jul.* 1600. *& in Tullen. 6. Decembris*
20 1613. Episcopus extra suam Cathedralem etiam in Ecclesiis exemptis, & Sanctæ Sedi Apostolicæ immediate subjectis intra fines tamen suæ Diœcesis existentibus, dum ibi celebrat, aut Missæ, seu Vesperis solemnibus quacumque ex causa interest, potest sibi assumere suos Canonicos, & ibi habere cum eis circulum ad Gloriam, & ad ipsum pertinet confessionem facere cum Sacerdote, incensum ponere, & benedicere, ac benedictionem post Vesperas, vel post Missam dare. *Sacr. Congr. Rit. in Alexandrina S. Petri in Borgolio 7. Februar.* 1604. in dict. Decreto generali circa usum Pontificalium
21 *in respons. ad* 15. Unde Regulares tenentur in propriis Ecclesiis erigere Baldachinum Episcopo volenti ibi Pontificales functiones exercere; *Sac. Cong. Episcop. & Regul. 10. Junii* 1603. & expresso mandato Clementis VIII. & pœnis, & Censuris ad id, vel statim ac impediant, quin Episcopus ipse illud attollere faciat, compelli possint, ut apparet ex verbis ipsius Decreti relati ad litteram *sub verb. Baldachinum num. 6.*
22 vid. *ibi.* Non possunt tamen Episcopi in Regularium Ecclesiis invitis ipsis Regularibus exercere illas functiones Episcopales, quæ habent mixtam considerationem honoris, & Jurisdictionis, ut ordinare, degradare, chrismare, vel similia facere, quia hæc in litteris non exprimuntur. Pignatell. *tom. 10. consult. 106. num. 21.* ubi dicit: Immo nec fortasse prædicare. Diana *part. 3. tract. 2. resolut. 109.* Fagnan. *lib. 1. Decretal. in cap. Quia nos 7. de auctoritate tom. 1. p. 2. tract. 13. de Exemption. Religios. quæst. 74. numer. 9.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. Disp. 15. q. 15. num. 10.* Matthæucci *Officialis Curiæ. cap. 19. num. 36. & alii.*
23 Monaceli tamen *tom. 4. supplement. ad 2. tom. num. 362. ex Ventriglia in praxi part. 2. annotat. 26. §. unico. num. 6. vers. His præmissis*, tenet tamquam verius, quod Episcopus possit etiam supradicta omnia facere in Ecclesiis Regularium, &
24 exemptis, quia est in sua Diœcesi. Hoc autem certum est, si Ecclesia Regularis, & exempta, sit Parochialis. quia ut refert Pignatell. *loc. cit. num. 21.* cum quæreretur in Sacra Congregat. Concilii: *An Eminentissimus Episcopus Brixiensis in Ecclesia Parochiali Monacorum exemptorum possit administrare Sacramentum Confirmationis invitis ipsis Regularibus, & quatenus possit, an contra eosdem Regulares impedientes dictam administrationem valeat censuris procedere. Sacra Congregatio re pluries proposita, & mature examinata utraque parte informante, affirmative ad utramque dubitationem respondit 9. Junii* 1657. *arg. c. Responso 43. de sentent. excomm.* Sicut enim Episcopus tamquam primus Parochus potest procul dubio baptizare in Ecclesiis Parochialibus Regularium, ita etiam ibi Chrisma conficere, illudque ministrare, *arg. cap.*
25 *Quoniam, de sentent. excomm. in 6.* Supradicta autem non debent extendi ad Vicarios Episcoporum etiam absente Episcopo, ex declaratione *Sacræ Rit. Congreg die 10. Julii* 1621. quæ declaravit *non posse hujusmodi Vicarios invitis Regularibus, erigere Baldachinum in eorum Ecclesiis.* Nec etiam supradicta extendi debent ad Episcopum Titularem suffraganeum; Si enim accederet ad Regularium Ecclesiam Episcopus Titularis suffraganeus ad celebranda Pontificalia, non deberent ei erigere Baldachinum, nam talis usus, & honorificentia, nec in Ecclesiis suis, nec in exemptis Diœcesis, nec extra Diœcesim illi competit, quamvis accederet de licentia Ordinariorum, ut respondit *Sacr. Congr. Rit.* Episcopo Titulari suffraganeo *Hildesimen. 6. Martii* 1706.
27 Episcopus, qui celebrat tempore Quadragesimæ singulis diebus, quando non celebrat solemniter, debet uti habitu quotidiano cum Stola *Sacr. Congr. Rit. in Spoletan. 23. Novembris* 1613. Episcopum celebrantem non decet, ut Prælatos,
28 Canonicos, & alios quoscumque thurificet, & aqua benedicta aspergat. *Sacr. Congr. Rit. in Vladislavien. 2. Martii* 1613.
29 Episcopo celebranti, sive faciat ordinationes, sive non, tenentur assistere quinque personæ juxta formam libri Pontificalis. *Sacr. Congr. Rit. in Iacen. 5. Januar. 1606. & in Barbastren. 17 Junii* 1606. Episcopo celebranti debet assistere prima Dignitas in Ordine Presbyterali constituta quocumque nomine appelletur. *Sacr. Congreg. Rit. in Vercellen. 7. Augusti* 1610.

Episcopus volens exercere Pontificalia extra Ecclesiam Cathedralem, potest secum aliquos de Capitulo ducere, qui sibi 31
assistant, & administrent. *Sac. Congreg. Rit. in Egitanien. 3.* 32
Augusti 1602. *in respons. ad dub. 4.* Episcopo Pontificaliter celebranti in Ecclesia collegiata, vel Parochiali assistere spectat ad Canonicos Cathedrali, si adsint, non ad Canonicos Collegiatæ. *Sac. Cong. Rit. in Brundusina 15. Jul.* 1617. Epis- 33
scopus debet habere assistentes digniores, & honoratiores, & si aliquas functiones exerceat in Ecclesia non Cathedrali nec Collegiata, debent ei assistere Canonici Cathedralis, vel Collegiatæ, etiamsi in illis Ecclesiis sufficiens sit alioquin numerus Presbyterorum. *Sacr. Congr. Rit. in Calaguritana 1. Junii* 1601. Episcopus, si in die Palmarum, una cum Capitulo, 34
& Clero personaliter ad Monasterium Regularium accedere teneatur, debet ipse benedicere Palmas privative quoad Abbatem. *Sacr. Congr. Rit. in Faven. 11. Aprilis* 1601.

Episcopus non debet cum Cappa Vesperas celebrare. *Sac.* 35
Congr. Rit. in Alexandrina 23. Martii 1608. *in respons. ad dub. 8.* Episcopus assistens Divinis Officiis cum Cappa non 36
debet singulos Canonicos ante ipsum salutare detegendo caput, sed satis est illis manu benedicere. *Sacr. Congr. Rit. in Elven. 10. Januarii* 1604. *in respons. ad dub. 5.* Episcopo as- 37
sistenti Divinis Officiis cum Cappa non debent Canonici ponere, & deponere birretum in ejus capite, nec isto casu ei assistere. *Sacr. Congr. Rit. in Thelesina 22. Decembris* 1609. 38
Episcopus, qui nullum habet Episcopatum, non potest in Ecclesia sua Jurisdictionali, veluti si esset Præpositus, Chrisma conferre, nec alia Pontificalia exercere, nisi de expressa licentia Episcopi, intra cujus Diœcesis fines Præpositura exis- 39
tit. *Sac. Congreg. Concil.* quam refert Aldan. *in compend. canon. resol. lib. 3. tit. 24. num. 87.* Episcopus non potest ministrare Chrisma sine licentia Ordinarii loci, etiam vocatus ab inferiore intra fines Diœcesis existente, etiamsi ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Episcopum quem
maluerit, ad ministrandum Confirmationis Sacramentum. Si vero locus talis exempti non sit intra fines Diœcesis, sed nul- 40
lius, tunc potest. *Sacr. Congr. Concilii apud Aldan. loc. cit. tit. 24. num. 88.* Episcopus potest olea Sacra Cathecumenorum, & infirmorum, si a Cathedrali abfuerit, in alia Eccle- 41
sia consecrare, & benedicere. *Sac. Cong. Rit. in Oriolen. 17. Novembris* 1600. Episcopus ex causa necessitatis potest conficere olea Sacra cum minori numero ministrorum, quam
præscribatur in libro Pontificali. *Sac. Congreg. Rit. in Curien.* 42
21. Augusti 1604. *apud Aldan. loc. cit. num. 86.*

Episcopus in publicis Processionibus cum Cappa, & Birreto, non inter dignitates, sed solus incedere debet. Quod si deferatur aliqua imago, seu Reliquia, ipse cum Cappa, & Birreto incedere debet post Imaginem, seu Reliquiam, nisi adsit consuetudo in contrarium. *S. R. C. in Savonen. 20. Novembris* 1620. Vide Decreta *Sac. Rit. Congregat.* in nostro Tomo VIII.

Novissimæ additiones ex aliena manu.

EPiscopus inter Antiquior præcedentiam obtinet supra juniorem. At si junior ad Archiepiscopatum promoveatur indubie præcedentiam supra antiquiorem obtinere debet. 1
Quid si antiquior ad Archiepiscopatum & ipse postmodum 2
promoveatur adhuc præcedentia debetur Episcopo juniori 3
prius ad Archiepiscopatum promoto ut tradunt *Card. de Luc. de Præeminent. discurs. 9. num. 6. Piton. disc ept. Ecclesiast. 116. num. 53.* & dixit *Rot. in Augustana Juris præcedendi 28. Februarii* 1746. §. 11. *Cor. clar. mem. Bussio.*

Obstare tamen videntur plura exempla. Inter Canonicos, 4
(ut unum hic afferam.) junior Sacerdos digniorem in choro locum tenet respectu senioris non Sacerdotis. At si deinde 5
senior factus & ipse sit Sacerdos præcedit Juniori Sacerdoti *Ceccoper. Lucubrat. Canonicar. libr. 1. titul. 11. a n. 10. Panimoll. decis. 1. adnot. 8. num. 26. Rot. cor. Emer. jur. decis. 66. num. 2. Sacra Rit. Congr. in Eugubina Præcedentiæ 15. Septembris* 1736.

Sed pronta est responsio. Ideo Episcopus senior postea promotus & ipse ad Archiepiscopatum cedere in præcedentia 6
debet Episcopo juniori prius ad Archiepiscopatum promota *quia*, (ut hisce verbis inquit *Rota in d. Augustana Juris præcedendi 28. Februarii* 1746. *d.* §. 1. *cor. clar. mem. Bussio (per assumptionem ad precellentem dignitatem Archiepiscopalem pereunt jura primævi status, ac semel ac quis Archiepiscopatum acquirit desinit esse Episcopus. propterea que allegare amplius non*

7 *non valet antiquitatem status Episcopalis jam extinctam* Sed in oppositio exemplo remanet status canonicalis, ideoque data paritate Sacerdotii, præcedentia desumenda est ab antiquioritate ipsius canonicales status.

ARTICULUS V.

Episcopus quoad absolutionem, & dispensationem.

1 EPiscopus non potest absolvere a Casibus, & Censuris publicis reservatis Summo Pontifici; *Cap. Cum inferior,*
2 *de majoritat. & obedient.* Nec a Casibus, & Censuris occultis in Bulla Cœnæ contentis, & maxime ab hæresi, ut aliunde ostensum est sub verb. *Absolutio a num. 2. ad. 5.* Fagnan. *in lib. 1. Decretal. in cap. Dilectus 15. de temporibus Ordinationum num. 30.*, ubi refert sic declarasse Sacram Congregat. Concilii, quæ interrogata, *sed numquid Episcopus facultate sibi tributa in d. cap. 6. sess. 24. in casibus occultis post Concilium ex nova lege Sedi Apostolicæ reservatis* etiam cum clausula non obstantibus, *absolvere possit?* Censuit, *non posse.* Et in specie de hæresi, dum dubitatum fuerit: *An Episcopus, & Inquisitores possint hodie ex d. cap. 6. sess. 24. absolvere lapsos in hæresim, non obstante Bulla Cœnæ Domini?* Censuit *Bullam derogasse Decreto cap. 6.* Vid. verb. *Absolutio a num. 2*
3 *ad 5.* Potest tamen Episcopus absolvere a casibus occultis reservatis Summo Pontifici extra Bullam Cœnæ ex Concil. Trident. *sess. 24. cap. 6. de reformat.* ibi: *Liceat Episcopis .... in quibuscumque casibus occultis etiam Apostolicæ Sedi reservatis delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro*
4 *conscientiæ gratis absolvere.* Unde Episcopum vigore talis Decreti absolvere posse sive per se, sive per alium Confessarium specialiter delegatum a Censuris incursis ob violatam Clausuram, & Papæ reservatis, dummodo sint occultæ, tenent Monacelli *part. 1. in append. adnotat. ad Constit. 8. S. Pii V. num. 4.* Pignatell. *tom. 10. consult. 100. num. 25. & ex multis* late probat Navarr. *tom. 2. lib. 5. de sententia excommun. consil. 43. in 1. edit. num. 1.* Rodriq. *in expositi. Bullæ. S. Pii V. num. 33.* Sorbus *in annotat. verb. Ingredi Monasteria Fratrum post num. 1. vers. Circa autem secundum supra notatum*, Sanchez *in summa part. 2. lib. 6. cap. 15. num. 76. & cap. 17. num. 41.* Thesaur. late *in 1. part. prax. de pœnis Ecclesia c. 23. & 24.* Bonacin. *de clausur. quæst. 1. punct. 5. numer. 7. vers. secundo quæritur, & de Censuris disp. 1. q. 3. punct. 2. num. 1.* Diana *part. 7. tract. 2. de potestat. Episcop. resolut. 20.* Alphonsi. de Leon. *de Censuris verb. mulieres pag. 361.* paucis positis ait: hodie est communis. Donat. *prax. Regul. to. 1. de violata Clausur. Monasterii tract. 4. q. 33.* & alii.
5 Fagnanus tamen *lib. 1. Decretal. in cap. Dilectus 15. de temporibus Ordinat. num. 32. & 33.* tenent, hodie per Bullam S. Pii V. incipientem, *Decori* non posse Episcopum absolvere Monialem in materia Clausuræ secreto delinquentem, & adducit ad hoc declarationem Sacræ Congregationis, ibi: *Præterea cum dubitasset Archiepiscopus Florentinus, an vigore cap. 6. sess. 24. posset absolvere quamdam Monialem, quæ occulte ad malum finem fregerat Clausuram non obstante Bulla S. Pii V. quæ videtur habere locum in casu publico, variatum est sententiis; nam e decem Cardinalibus tres censuerunt Bullam intelligendam esse etiam in occultis, quia illius verba sunt generalia & est tantum exceptus casus: Nisi in mortis articulo &c. Et quia jam declaratur Bullam Cœnæ Domini, quæ prohibet ab aliis absolvi, habere locum etiam in occultis. Et quia cum Bullam Cœnæ Domini, quæ prohibet ab aliis absolvi, habere locum etiam in occultis; Et quia cum Bullam sit confecta post Concilium, censetur derogasse Concilio. Quatuor censuerunt eam Bullam non habere locum in casibus occultis. Reliqui autem tres dixerunt agendum cum Sanctissimo, qui declaravit, Bullam Sancti Pii V. habere locum etiam in occultis. Tamen concessit facultatem Archiepiscopo absolvendi illam Monialem. Unde postea Sacra Congregatio generaliter consulta: An si Monialis Monasterii Jurisdictioni Regularium subjecta secreto deliquerit in materia Clausuræ in foro conscientiæ absolvi possit vigore ejusdem Decreti ab Episcopo, cui tamquam delegato in iis, quæ ad Clausuram pertinent, auctoritas tributa est; Decr. c. 5. sess. 25. de Regularibus stante prædicta Bulla S. Pii V. respondit non posse.*
6 Cum impeditis personaliter adire Pontificem, vel in perpetuum, vel ad longum tempus, potest Episcopus directe absolvere ab hæresi, & aliis casibus in Bulla Cœnæ reservatis; Diana *part. 12. tract. de Conclavi resol. 24.* Layman *lib. 1. tract. 5. part. 2. cap. 6. num. 5.* qui ex communi Doctorum ponit hanc Regulam: *Casus Papalis superveniente impedimento adeundi Papam fit Episcopalis*, quia id congrua subordinatio inter Prælatos requirere videtur Abbas *in cap. De cetero, de sentent. excommunic. numer. 1.* Castropalao *de Fide tractat. 4. disp. 4. punct. 3. §. 5. num. 4.* Navarrus *in Summo cap. 27. n. 98.* Felinus *in cap. Quamvis, de sentent. excommunic.* Ancharan. *in cap. Eos qui, de sentent. excomm. in 6.* Reiffenstuel *lib. 5. Decretal. tit. 7. numer. 372.* Covarruvias *in cap. Alma Mater par. 1. §. 11. num. 15.* cum communi, Viva *ad propositi. 3. Alexandri VII. num. 5.* ubi testatur, hoc affirmari communissime apud Card. de Lugo *disp. 20. de Pœnit. num. 218.* & Martinum Perez *disp. 50. arg. cap. Mulieres 6. cap. De cetero 11. capit. Ea noscitur 13. cap. De Monialibus 33. cap. Quamvis 58. de sent. excommun. & cap. Eos qui 22. eod. in 6.* Nec obstat, quod 7
in citatis Canonibus sit sermo de excommunicatione contracta ob percussionem Clerici, quæ *in cap. Si quis suadente Diabolo 29. caus. 17. quæst. 4.* extra mortis periculum Summo Pontifici reservatur. Non obstat, inquam, quia eadem ratio, ac proinde idem jus est in omnibus excommunicationibus reservatis, ut tradunt communiter Doctores, ne scilicet excommunicatus ob impedimentum adeundi Papam pro dilatione pœnitentiæ incurrat periculum salutis æternæ, & facit *c. Eos qui 22. de sentent. excomm. in 6.* ubi Glossa *verb. Canonis* hoc extendit ad alios casus a jure communi Papæ reservatos; Et licet Bulla Cœnæ etiam excipiat solum articulum mortis, Jus tamen Canonicum exceptionem hanc ampliavit ad casum necessitatis, uti est in impeditis in perpetuum, vel ad longum tempus, ut recte observat Viva *loc. cit. num. 5.* Est tamen ad- 8
vertendum, quod si impedimentum est perpetuum, absolvuntur sine ullo onere comparendi. Si tamen impedimentum est solum ad tempus, debent absolvi cum onere adeundi Pontificem, cessante impedimento, non ad obtinendam absolutionem, cum jam sint directe, & plene absoluti; sed ad obediendum mandato Papæ; *cap. Eo noscitur 13. & cap. Quamvis 58. de sentent. excommun. & cap. Eos qui 22. eodem in 6.* Alias non comparendo, elapso impedimento, incidunt in 9
aliam similem excommunicationem; *cap. De cetero 11. de sentent. excomm. & cap. Eos qui eod. in 6.*

Impediti personaliter adire Pontificem non tenentur mitte- 10
re Procuratorem, vel scribere ad Sacram Pœnitentiariam pro obtinenda absolutione a casibus, & Censuris Papæ reservatis, quia Jura præscribunt solum, ut rei personaliter adeant Pontificem, & ubi lex non aggravat, neque nos aggravare debemus pœnitentes ultra id, quod a Jure exigitur; Sic communiter Doctores cum Barbosa *part. 2. de Offic. & potestat. Episcop. allegat. 41. num. 7.* Et si impediti adire Pontificem sint 11
etiam impediti adire Episcopum, probabilius non possunt a casibus publicis reservatis Papæ absolvi in foro conscientiæ a Parocho, aut ab alio Confessario. Sicuti etiam impediti 12
adire Episcopum pro casibus Diœcesanis publicis sibi reservatis non possunt absolvi ab inferiori extra casum necessitatis, quia Jura in dictis impedimentis pro casibus Papæ reservatis concedunt recursum ad solum Episcopum, & pro casibus reservatis Episcopo ad nullum alium inferiorem reperitur concessus pro absolutione recursus, cum non sit tam difficilis personaliter accessus ad ipsum, uti communius tenent Doctores, cum Vasquez, Navarr. Suarez, Lugo, Bonacin. teste Viva *loc. cit. sub num. 7.*

Episcopus nequit absolvere Censuratos ratione violatæ Im- 13
munitatis Ecclesiasticæ, cum non habeat talem facultatem in Denunciatis in foro exteriori; *Sacr. Congreg. Immunitat. in Nuscana 5. Februarii* 1635. *lib. 2. Decret. Paulic. pag. 217.* Unde Episcopus absolvens Censuratos hujusmodi sine facul- 14
tate Sedis Apostolicæ incidit in excommunicationem eidem S. Sedi reservatam, a qua regulariter datur facultas, ut se faciat absolvere a suo Confessario privatim, & cum Sanctissimo agitur pro dispensatione irregularitatis quatenus incurrerit, *Sacr. Congreg. Immunit. in Acernen. 29. Januar.* 1636. *lib. 2. Decret. Paul. pag. 241.* & alibi in Squillacen. *16. Decembris* 1664. *lib. Decret.* Rocci *pag. 608.* Quare injungitur 15
Archiepiscopo, qui sine dicta facultate absolvit Censuratos ex causa extractionis confugiti ab Ecclesia, ut reaffigat cedulones contra ipsos; *Sacr. Congreg. Immunit. in Brundusina 28. Aprilis* 1671. *lib. 1. Decret. Altovit. pag. 546.* Quinimmo 16
tenetur notificare sic a se absolutis, non potuisse absolvere; *Sac. Congreg. Immunit. in Bobbien. 2. Martii* 1700. *lib. 2. Decret. Valleman. pag. 275.*

Episco-

17 Episcopus absolvere potest Excommunicatos ob percussionem Clerici, vel Monachi levem etiam publicam; *cap. Pervenit* 17. *de sentent. Excommun. & ibi* Joan. Andr. *num.* 5. Fagn. *num.* 9. & alii passim cum Barbos. *de Offic. & potest. Episcop. part.* 2. *allegat.* 41. *num.* 2. Excommunicatos autem
18 ob percussionem mediocrem, & enormem potest Episcopus absolvere tantummodo, si sit occulta; *Concil. Trident. sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. Vide verba præcisa relata *sub num.* 3.
19 Et si fuerit publica, potest Episcopus ab ea absolvere; si personæ excommunicatæ sint impeditæ adire Pontificem impedimento perpetuo, vel longissimi temporis; *cap. Mulieres* 6. *cap. De cetero* 11. *cap. Ea noscitur* 13. *cap. De Monialibus* 33. *& cap. Quamvis* 58. *de sentent. excommun. & c. Eos qui* 22.
20 *eod. in* 6. Si impedimentum est perpetuum, absolvuntur sine onere comparendi; si impedimentum est solum temporale, absolvuntur cum onere comparendi cum primum commode poterunt, alias reincidunt in aliam similem Excommunicationem; *cap. De cetero* 11. *de sentent. excommun. & capit. Eos*
21 *qui* 22. *eod. in* 6. Quænam autem censeantur personæ impeditæ adire Pontificem. Vide verb. *Absolutio art.* 1. *n.* 6. 7. 8.
22 *& sequent.* Episcopus non potest concedere suo subdito, ut absolvatur in aliena Diœcesi a Sacerdote non habente jurisdictionem; Gloss. communiter recepta *in cap. Omnis utriusque* 12. *de pœnitentiis, & remissionibus, verb. Alieno Sacerdoti, & in Clementin.* 1. *de privileg.* & utrobique notat Abbas, & tenet Fagnan. *in dict. cap. Omnis utriusque numer.* 85.
23 Nec potest Episcopus prohibere quominus sunt subditus absolvatur in aliena Diœcesi a Sacerdote jurisdictionem habente a suo Episcopo, ex regula *l. Nemo qui condemnare, ff. de regul. Juris, & cap. Non potest, de re judicat.* Fagn. *loc. cit.*
24 Episcopus dispensare potest cum suis subditis, & in sua Diœcesi in omnibus Irregularitatibus provenientibus ex delicto occulto, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario injusto, & aliis deductis ad forum contentiosum; Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. *de reformat.*, ibi: *Liceat Episcopis in Irregularitatibus, omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscumque casibus occultis etiam Sedis Apostolicæ reservatis delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ gratis absolvere imposita pœnitentia salutari.*

Hinc potest dispensare in Irregularitate ex homicidio occulto patrata causa defensionis, non servato moderamine inculpatæ tutelæ, quia hujusmodi homicidium colitum causa
25 defensionis, non comprehenditur sub homicidio voluntario, imo potius licet non sit mere necessarium, necessarii tamen vim habet, quatenus sit causa vitandæ mortis, ut cum multis tenet Barbosa *de Officio, & potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 39.
26 *num.* 35. *&* 54. Potest etiam Episcopus dispensare in Irregularitate orta ex mutilatione membri occulta, quamvis voluntaria, cum hæc in Jure non sit excepta, & in iis, quæ concernunt rigorem, non sit facienda extensio; *arg. cap. Odia restringi* 15. *de regul. Juris in* 6. & sic tenet *communis* cum Barbosa *loc. cit. num.* 49. Potest insuper Episcopus dispensare in
27 Irregularitate orta ex homicidio casuali, modo delictum sit occultum; Concilium enim concedit Episcopis facultatem dispensandi in Irregularitate ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario, homicidium autem casuale non est proprie voluntarium, ut patet in eo, qui mandavit Servo, ut Petrum percuteret, sed caveret, ne occideret, si mandatarius percusserit, & occiderit, homicidium inde sumptum non est proprie voluntarium respectu mandantis, sed est casuale culpabile, sic cum plurimis Barbos. *loc. cit. num.* 48. *&* 51.

28 Item potest Episcopus dispensare in Irregularitate, quæ contrahitur ex reiteratione Baptismi occulta, etiamsi incurratur ab aliquo publice baptizante, dummodo nesciatur, an qui baptizatur; fuerit ante baptizatus; *Communis* cum Barbos.
29 *loc. cit. num.* 36. *& super Concil. sess.* 24. *cap.* 6. *num.* 10. Item potest Episcopus dispensare in Irregularitate contracta ab eo, qui duos Sacros Ordines, vel Acolythatum cum Subdiaconatu eodem die suscepit, dummodo delictum sit occultum;
30 *Communis* cum Barbos. *loc. cit.* Item potest Episcopus dispensare in Irregularitate occulta proveniente ab administratione in Ordinibus male susceptis, dummodo Episcopus ipse non fuerit quoque scienter particeps ejusdem culpæ; Barbosa
31 *in Concil. loc. cit. numer.* 12. *& de potest. Episcop. loc. citat. numer.* 41. & alii *communiter*. Item potest Episcopus dispensare id Irregularitate, quam quis contraxit in exercendo Ordines, quos non habebat, ut exerceat susceptos, & alios suscipiat, dummodo delictum sit occultum; Barbos. *in Tridentin. loc. cit. num.* 13. *& de potest. Episcop. loc. citat. num.* 43. &
32 alii passim. Item potest Episcopus dispensare in Suspensione, & Irregularitate contracta ab eo, qui ante legitimam ætatem Ordines suscepit, si jam ad legitimam ætatem pervenerit, & delictum sit occultum, licet celebratio sit publica; Sic decisum fuisse a Sacra Congregatione Concil. refert Garzias *part.* 2. *de Beneficiis cap.* 5. *num.* 51.

Episcopus dispensare potest cum Ordinario ad Ordines mi-
33 nores, vel ignoranter ad Sacros ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui, & Dignitati, aut Censura irretito, schismatico, hæretico, depositio, vel Degradato, dummodo delictum sit occultum; *arg. cap. Requisivit* 1. *de Ordinatis ab Episcopo, qui renunciavit Episcopatui*, & communis Doctor. cum Fagnan. *ibid. numer.* 1. Barbos. *in Trid entin. loc. citat. numer.* 21. *& de potest. Episcop. loc. cit. num.* 42. Item potest
34 Episcopus dispensare in Suspensione, quam quis contraxit recipiendo Ordines sine litteris dimissoriis, dummodo sit occulta; Barbos. *in Trident. loc. cit. num.* 18. *& de potest. Episcop. loc. cit. num.* 39. & alii. Item potest Episcopus dispensare in
35 Suspensione contracta ab eo, qui furtive, idest nesciente, Episcopo, neque probante, neque examinante, Ordines suscepit, si occulta sit; Suarez *de Censuris disp.* 42. *sect.* 2. *n.* 5. Coninch *tom.* 2. *disp.* 18. *dub.* 5. *num.* 43. Ugolin. *de Offic. & potest. Episcopi cap.* 57. §. 2. *num.* 4. *vers. quarto* & alii passim. Item potest Episcopus dispensare cum eo, qui per saltum pro-
36 motus ad Ordines celebravit, ubi delictum fuerit occultum; Ugolin. *loc. cit.* §. 2. *num.* 4. *vers. Tertio*, Barbos. *de Offic. & potest. Episcop. loc. cit. num.* 40. & alii passim. Item potest
37 Episcopus dispensare cum Simoniaco occulto, non tamen illum rehabilitate ad Beneficia in posterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per simoniam occultam obtinuit; Ita decisum fuisse a Sacra Congregatione testantur Suarez *de Religion. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 61. *num.* 11. Garzias *de Benefic. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 74. Barbos. *de Offic. & potestat. Episcop. loc. cit. num.* 44. & alii apud ipsos.

Episcopus non potest dispensare in Irregularitate orta ex
38 hæresi occulta exteriori; desumitur *ex cap. Cum illorum* 32. *de sentent. Excomm.* ubi habetur, quod Episcopi non habent facultatem dispensandi in illis casibus, in quibus non habent facultatem absolvendi, sed hodie per Bullam Cœnæ est abrogata Episcopis facultas absolvendi a crimine occulto hæresis cum derogatione Concilii Tridentini, ut sæpius declaravit Sacra Congregatio, cum Bulla dicat expresse, & aperte, *Ac cujusvis Concilii Decreta*, ergo etiam intelligitur ipsis ablata facultas dispensandi in Irregularitate ab illa proveniente,
39 vid. verb. *Absolutio art.* 1. *num.* 2. 3. *&* 4. Episcopus dispensare potest cum occulto excommunicato, qui publice celebravit, quia licet actus celebrationis sit publicus, non tamen publica est illius malitia. Secus vero, si publice sit excommunicatus, & celebraverit occulte; Sic decisum fuisse a Sacra Congregatione Concilii refert Fagnan. *lib.* 3. *Decretal. in cap. Vestra* 7. *de cohabitat. Clericor. & mulier. num.* 148. Cum enim, ut ibi dicit, quæsitum fuisset: *An vigore c.* 6. *sess.* 24. *de reformat. possit Episcopus absolvere ab Irregularitate proveniente ex delicto, quod licet publicum sit in se, tamen tamquam causa Irregularitatis occultum censeri potest, quia licet actus publicus sit delictum, publice tamen nescitur esse delictum; die* 9. *Septembris* 1582. *S. C. censuit, quando delictum, ex quo provenit Irregularitas, est publicum, quamvis actus ille, quo interveniente irregularitas incurritur, occultus sit, Episcopum dispensare non posse; veluti si Sacerdos publice excommunicatus, vel notorie simoniacus occulte Missam celebraverit. Quod si delictum occultum est, ut puta ex communicatio, vel fornicatio, actus vero Missam celebrandi, ex quo Irregularitas incurritur, publicus, posse nihilominus Episcopum ab omni Irregularitate absolvere ex dict. cap.* 6.

Episcopus dispensare non potest cum Inquisitis de delicto, 40
quod non potuit probari, si nec definitive, nec alio modo fuerunt absoluti, sed dimissi cum cautione de se præsentando; Sic decisum fuisse a Sacra Congregatione Concilii refert Fagn. *lib.* 3. *Decret. in cap. Vestra* 7. *de cohabitat. Clericor. & mulier. num.* 137. cum proposito dubio: *An illi, qui occasione delictorum suorum fuerunt Inquisiti, sed quia non potuerunt delicta probari, non fuerunt quidem definitive, vel alio modo absoluti, sed simpliciter dimissi, recepta promissione de se præsentando, possint uti beneficio cap.* 6. *sess.* 24. *Sacra Congregatio cen-*

censuit, non posse: quia scriptura deducta est ad forum contentiosum; sicque sufficit sola deductio, quidquid inde sequatur.
41 Episcopus dispensare non potest in materia delicti ad forum contentiosum deducti, & jam finito judicio puniti. Et ratio est, quia per sententiam condemnatoriam delictum efficitur notorium, ut dicitur *in cit. cap. Vestra* 7. *de cohabitat. Clericor. & Mulier.*, ibi: *Notorium definitur, de quo Presbyter canonice condemnatur, & cap. Quæsitum* 10. *eodem tit.*, ibi: *Nisi peccatum hujusmodi sit notorium per sententiam.* Ridiculum enim est, ut post sententiam remaneat delictum occultum; *cap. De hoc* 11. *de Simonia.* Tum quia si ex declaratione Sacræ Congregationis allata *num. antedenti* non licet Episcopo dispensare in delictis deductis ad forum contentiosum, quando adhuc incertum est, an inquisitus sit culpabilis nec ne, longe minus licebit, quando per sententiam condemnatoriam certum, & notorium est, reum esse culpabilem; Sic Fagnan. *loc. cit. num.* 140. Barbos. *de Offic. & potest. Episcop. alleg.* 39. *num.* 35. cum multis ibi citatis contra Sanchez, Henriquez, Reginal., & alios ibi citatos sentientes, etiam in hoc casu
42 posse Episcopum dispensare. Potest tamen Episcopus dispensare cum reo, qui finito judicio contentioso obtinuit absolutionem ab injecto crimine, quia adhuc manet occultum, & non potest dici deductum cum effectu, ex quo probatum non
43 fuit; Barbos. *loc. cit. n.* 32. cum plurimis ibi adductis. Etiamsi mediis depravatis obtinuerit absolutionem, adhuc cum ipso poterit dispensare Episcopus; Barbos. *loc. cit. num.* 33. cum Suarez, Sanchez, Sayr., Campanil. & aliis ibi adductis.
44 Imo etiamsi judicium non fuerit sententia absolutoria finitum, si accusator per annum tacuerit, poterit Episcopus, elapso anno, cum ipso dispensare, ut tenet Campanil. *in diversor. Juris canon. rubr.* 7. *cap.* 5. *num.* 8. *& rubr.* 11. *cap.* 23. *n.* 144. *& allegat. Gloss. verb. Obrepsit in cap. Tantis dist.* 81. *& capit. Omnipotens Deus, de accusat.* Majol. *de Irregularit. libr.* 4. *cap.* 17. *sub num.* 9. Marchin. *tract.* 1. *part.* 9. *diffic.* 4. *num.* 8. *&* 9. Barbos. *loc. cit. num.* 34. cum Sayr., Bossi. Sigismund. a Bonon. ibi citat.

45 Quando Episcopus possit, vel non dispensare quoad Sacros Canones, Constitutiones Apostolicas, & Decreta Conciliorum Generalium, Vid. verb. *Dispensatio a num.* 22. *usque ad finem*. Quoad Bigamiam, Vid. verb. *Bigamia*. Quoad observantiam Festorum, Vid. verb. *Festum*, Quoad jejunia. Vid. verb. *Jejunium*, Quoad impedimenta Matrimonii. Vid. *Matrimonium*. Quoad Irregularitatem, Vid. *Irregularitas*. Quoad juramenta, & vota, Vid. *Juramentum*, Vid. *Votum*. Quoad pœnas simoniæ, Vid. *Simonia*.

EPISCOPUS QUOAD VISITATIONEM.
Vide verb. *Visitare*, *Visitatio*.

EPISCOPUS QUOAD ORDINATIONEM, SEU ORDINES.
Vid. verb. *Ordinare*, *Ordo*.

EPISCOPUS QUOAD REGULARES.
Vide verb. *Regularis*.

EPISCOPUS QUOAD PRÆDICATIONEM, ET PRÆDICATORES.
Vide verb. *Prædicare*, *Prædicator*.

EPISCOPUS QUOAD PROCESSIONES.
Vid. verb. *Processio*.

Novissimæ additiones ex aliena manu.

1 RECte *Auctor tom.* 2. *lit. D. verb. Dispensatio num.* 24. inquit Episcopum non posse dispensare a Legibus Eccle-
2 siæ nisi in casibus ipsi permissis. Falsa enim est opinio illa quod Episcopus modo speciatim non sit prohibitus valeat ab Ecclesiæ Legibus dispensare, Fuit olim, non inficior opi-
3 nio hæc *D. Antonini* 1. *part. tit.* 17. §. 20. *Sot. in* 4. *distinct.* 27. *quæst.* 1. *articul.* 4. *Victor. in Relection. de potest. Eccles. n.* 18., &
4 & in præsens omnium fere Gallorum. At opinionem hanc confutarunt *Wiestner ad titul. Decretal. de Constitut. num.* 199. *Leuren. ad eumdem titul. quæst.* 182. *& sequent. Suarez de Legibus. libr.* 6. *cap.* 14. *fer. per tot. Pont. de Matrimon. libr.* 8. *cap.* 6, *per* novissime *Mazzei de Matrimon. Conscient. cap.* 2 *Ferrar. Biblioth. Tom. III.*

§. 5. *& not.* 2. & qui priori loco commemorandus erat *Benedict. XIV. de Synod. diœcesan. libr.* 9. *cap.* 1. §. 5. *& sequent.* & jure quidem meritoque. Nulla enim Inferiori potest esse 5
potestas dispensandi a Legibus superioris, nisi hæc ei potestas fiat ab ipso Superiore.

Frustraque objicitur *Canon.* 29. *de sentent. Excommunicat.* 6
Respondetur, (ita optime ad rem *Cap. hoc* 29. explicat *Suarez de Legib. libr.* 6. *cap.* 14. *num.* 7.) *sermonem ibi esse de absolutione a censuris, de qua longe diversa ratio est, quam de dispensatione. In quo multi errant ab una ad aliam argumentantes, non considerando differentiam inter illas, quam supra posuimus. Absolutio enim non est contra, aut præter legem Superioris, sed secundum illam, & ideo nihil mirum, quod possit ab Inferiore dari, quamdiu non reservatur. Præterea absolutio a censura, præsertim ab excommunicatione ordinatur ad bonum animæ, & est necessaria ad usum Sacramentorum, & ideo meritò concessa intelligitur, quando non reservatur. Quod secus est de dispensatione ab irregularitate v. gr. & similibus. Hujus etiam evidens argumentum est, quod in dicto Cap. Nuper non solum Episcopo, sed etiam Parocho censetur concessa absolutio a censura Canonis non reservantis. Nemo autem dicet Parochum posse dispensare in omni lege, vel pœna, non specialiter ipsi reservata.*

De Regulis ex quibus dignosci queat an Episcopo permis- 7
sum necne sit dispensare a Legibus Ecclesiæ consule *Wiestner. & Leuren. locis modo citatis.*

ARTICULUS VI.

Quoad ea, quæ Episcopus potest, & debet, vel non.

EPiscopus prohibere potest, ne in Ecclesiis etiam Regu- 1
larium canantur Cantilenæ, vel laudes idiomate italico; *Sacr. Congreg. Rit. in Novarien.* 7. *Augusti* 1628., & hoc auctoritate tributa a Concilio Trident. in Decreto *de evitand. celebrant. Missar.* Imo non obstante quacumque contraria 2
consuetudine poterit Episcopus prohibere, ne in Ecclesiis, & Oratoriis publicis canatur Musica lingua vernacula, quantumvis Cantiunculæ, & verba spiritualia sint; *Sacr. Congr. Rit. in Hispalen.* 3. *Septembris* 1695. *&* 24. *Novembr.* 1696. *referente Eminentissimo D. Cardinali Colloredo in responsione ad quartum*, quia cantus hujusmodi est contra Ritum Ecclesiæ. Episcopus potest suo arbitrio moderari scamna, & lo- 3
ca Laicorum in Ecclesia; *Sacr. Congreg. Rit. in Vintomilien.* 10. *Decembris* 1604., *in Fundana* 5. *Octobris* 1697., *& in Verulana* 6. *Septembris* 1698. *& Sacr. Congreg. Episcopor. in Januensi.* 7. *Aprilis* 1583. *in Camerinen.* 12. *Januar.* 1588. *in Sarzanen.* 21. *Novembris* 1600., *& in Recanaten.* 10. *Febr.* 1645.
Episcopus potest prohibere, ne sedes Laicorum, etiam Præ- 4
fecti, & Commendatarii locorum locentur in Presbyterio apud Altare, non obstante quacunque consuetudine in contrarium; *Sacr. Congr. Rit. in Equitanien.* 10. *Junii* 1602. *in respons. ad* 6. Episcopus potest removere indecentia, & scanda- 5
losa in Ecclesiis arbitrio suo; *Sac. Congr. Rit. in dict. Equitan. in respons. ad* 5. *dubium*. Episcopus potest prohibere Ludi- 6
magistris exercitium Scholæ, quamvis fuerint nominati a Communitatibus Laicorum, nisi prius fuerint ab eodem approbati, ut respondit *Sacr. Congr. Concil. in Asculana Apuliæ* 23. *Julii* 1691.

Episcopus potest ordinare, ut Canonici sedeant in sedibus 7
Chori, vel in Scamnis apud Altare hinc inde juxta usum introductum, prout sibi melius videbitur; *Sacr. Congr. Rit. in Alexandr.* 25. *Mart.* 1608. *in respons. ad* 11. *dub.* Episcopus 8
potest decretum edere, ne Canonici, & alii de Capitulo discedant ab Ecclesia tempore Concionis, & quod illi intersint quotidie sub pœna amissionis distributionum illius diei, in qua defecerint; *Sacr. Congr. Episcopor. in Comens.* 10. *Maji* 1589. *& in Castellaneten.* 20. *Augusti* 1602. *& Sacr. Congreg. Concil. in Nicien.* 18. *Novembr.* 1628. *& in Melevitana* 9. *Ap.* 1707. *& Congregatio Particular. in Casalensi* 11. *Martii* 1708. *ad* 19. apud Card. Petram *tom.* 3. *Comm. in Constitut.* 2. *Nicolai III. num.* 18. Episcopus potest reducere consuetudinem longioris 9
vacationis Canonicorum a servitio Ecclesiæ ad tempus præscriptum a Sacro Concilio Tridentino; *Sacr. Congreg. Concil. in Egitanien.* 22. *Novembr.* 1602. *ad* 1. *dub.* Episcopus potest 10
auctoritate ordinaria, & etiam Apostolica sibi delegata a Sacra Congregatione prohibere Decano, & aliis quibuscun-

que Dignitatibus, & Canonicis, ne audeant, vel præsumant quidquam statuere, vel determinare, quod ad Ecclesiæ commodum, vel incommodum pertineat extra locum Capitularem, & non vocatis omnibus Canonicis, & Capitularibus;
11 *Sacr. Congreg. Rit. in Lamacen.* 7. *Octobris* 1606. Episcopus potest Regularem exemptum, qui ob notorium delictum in Censuras incidit, denunciare pro publico excommunicato, ut tamquam talis evitetur ab omnibus; *Sacra Congr. Concil. in Messan.* 11. *Decembris* 1626. *& in Limana* 29. *Januar.* 1633. & tenent Fagnan. *in cap. Grave num.* 75. *de Offic. Ordinarii, & in cap. Non potest a num.* 15. *ad* 25. *de sentent. & re judicat.* Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. alleg.* 105. *num.* 73. Card. de Luca *in Miscellan. disc.* 14. *num.* 6. *&* 7. *& de jurisdict. disc.* 29. *num.* 2. *&* 3. Panimoll. *decis.* 84. *adnot.* 1. *numer.* 65. Pignatell. *consult.* 10. *a num.* 1. *ad* 6. *tom.* 7. *& consult.* 52. *n.* 6. *& sequent. tom.* 9. Ventrigl. *prax. part.* 1. *adnotat.* 48. *n.* 234. Tamburrin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 7. *num.* 38. Nicol. *Lucubrat. Canon. lib.* 5. *tit.* 39. *de sentent. excommunic. num.* 29. Pirhing *lib.* 5. *decretal. tit.* 31. *num.* 115. & alii plures. Contrarium tamen tenent plures alii, quos congerunt,
12 & sequuntur Pasqualig. *ad Lauret. de Franc. contr. part.* 1. *num.* 138. Donat. *prax. rer. Regular. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 13. *quæst.* 26. *&* 27. quibus favere videtur D. Raynald. *observat. crimin. suppl. ad c.* 32. *Supplem.* 4. *num.* 31. *& seqq.*

13 Episcopus potest rationem administrationis officii exigere a Vicario Capitulari tempore Sedis vacantis constituto, & si reus reperiatur, punire, ut declaravit *Sac. Cong. Conc.* 8. *Apri-*
14 *lis* 1595. *ad c.* 16. *sess.* 24. *de reformat.* Imo Episcopus omittens scienter, & negligenter facere syndicatum Vicario Capitulari secundum graves Doctores peccat mortaliter, quia Concilium Tridentinum *dict. cap.* 16. *sess.* 24. *de reformat.* non consulit, aut hortatur Episcopum, ut recipiat rationem administrationis officii a Vicario, & aliis Officialibus Capituli, sed ei præcipit, & imperat illis verbis: *rationem exigat*; Unde Episcopus omittens scienter, & negligenter id facere contra præceptum Concilii, non est, ut refert Monacell. *part.* 3. *tit.* 1. *formul* 40. *num.* 2. immunis a culpa mortali per text. satis clarum *in cap. Nulli fas* 19. *dist.* & ex aliis Juribus ad hoc probandum adductis a Fagnan. *in cap. Quoniam numer.* 22. *de constitut., & in cap. Acrapula num.* 21. *de vita, & honest.*
15 *Clericor.* Episcopus potest exigere juramentum de fidelitate administrandi ab administratoribus Locorum, & Legatorum piorum *Sacr. Congreg. Concil. in Aliphana* 18. *Junii* 1705. *&*
16 8. *Maji* 1706. Et potest Episcopus ab ipsis rationes; & computa administrationis exigere, tam in Visitatione, quam extra, etiam per suum Delegatum, non obstantibus quibuscumque privilegiis; Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 8. *& 9. de reformat. Sac. Congreg. Concil. in Hispalen.* 11. *Januarii* 1596. *& in Fe-*
17 *rentina* 15. *Martii* 1604. & sæpe alibi. Imo Episcopus potest ab ipsis rationes, & computa administrationis exigere, etiamsi defunctus disposuisset, quod Legatum esset nullum, quando se immisceret Episcopus, & rationem requireret ab Executore, & Administratore, quem voluit, & vult a nemine posse cogi ad reddendam rationem: Sic expresse declaravit *Sacra Congr. Concil.* apud Fagnan. *in cap. Tua nobis, de testament. num.* 16. & iterum *in una Civitatis Plebis* 10. *Decembr.* 1695. in qua bis resolvit, Episcopum tamquam Exequutorem omnium Legatorum piorum posse ad formam *dict. capit. Tua nobis, de testament.* cogere Administratores ad exequendam, & adimplendam Testatoris voluntatem, non obstante, quod expresse excluderetur in Testamento his verbis: *Che Monsignor Vescovo, o suo Vicario pro tempore non possa mai in alcun modo, nè sotto qualsivoglia pretesto, e causa ingerirsi, nè ad effetto d'eseguire, esortare, e persuadere, nè ad altro effetto nelle cose contenute nella presente donazione, disposizione, ed istromento, ma il tutto sii esente dalla sua giurisdizione ordinaria, e delegata, e dalla lege diocesana, che con questa condizione espressa il detto Donatore dichiara aver fatta, e voler fare donazione, che altrimenti non avrebbe fatta, nè vorrebbe averla fatta, mentre questi potessero ingerirsi.* Vide verb. *Administratio*, & verb. *Confraternitas art.* 3. ubi late ostenditur, posse Episcopum rationem administrationis exigere a locis piis, & Confraternitatibus, etiamsi sint sub immediata Regum protectione.

18 Episcopus potest ex aliqua rationabili causa convocationem Capituli Canonicorum habere, & suspendere; *Sac. Congr. Episcoporum in Rigien.* 4. *Junii* 1604. *& Sacr. Congreg. Con-*
19 *cil. in Lauretana* 6. *Februarii* 1700. Episcopus potest intervenire in actibus Capitularibus, dummodo non agatur de interesse suo, non obstante quacunque consuetudine in contrarium; *Sacr. Congreg. Concil.* 2. *Martii* 1619. Episcopus potest cogere Canonicos ad præstandum juramentum de fideliter punctando in Choro; *Sacr. Congr. Concil.* 17. *Mart.* 1619. Episcopus potest retinere penes se unum, vel duos Canonicos, qui fructus Præbendæ, non tamen quotidianas distributiones percipiant, ac si Choro præsentes essent, etiam stante consuetudine in Ecclesia Cathedrali, quod Canonici non interessentes divinis non percipiant fructus Præbendæ; *Sacr. Congr. Concil.* teste Nicolao Garzia *de Benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 347. Episcopus potest, & debet providere juxta formam *cap.* 12. *in fine sess.* 24. *de reform.* ne una pars Chori aliquando vacua remaneat per absentiam Canonicorum, dum Canonici habentes assignatas sedes in alia parte, sedes suas egredi renuunt; *Sacra Congreg. Concil. in Gienen.* 7. *Septemb.* 1595. Episcopus potest concedere, ut Canonici ob aeris intemperiem valeant horam Matutini protrahere, prout pro tolerantia respondit *Sacra Congreg. Concil. in Trojana* 14. *Februar. &* 14. *Novembr.* 1699. *favore Capituli Collegiatæ Civitatis Foggiæ*. Episcopus de consensu Capituli erigere potest Dignitatem etiam in Cathedrali; *Sacra Congregat. Concil. in Clodien.* 5. *Julii* 1608. *in Aquinaten.* 20. *Februarii* 1677. *in Mazarien.* 20. *Sept.* 1692. *& in Sabinen.* 14. *Apr.* 1696.

Episcopus potest diebus Festis larvas prohibere, non obstante asserta contraria consuetudine, & licentia præstita a Gubernatore, ut declaravit *Sacra Congregat. Episcopor. & Regular. in Viterbien. seu Aquipendii* 16. *Januarii* 1693. Item potest etiam Episcopus meretricibus larvam prohibere, quamvis Gubernator eisdem illam deferendi permissionem, & facultatem dederit, prout *Sacr. Congregat. Episcoporum respondit V. Legato Marchiæ* 9. *Martii* 1604. Episcopus potest prohibere, nedum Clericis sæcularibus, sed etiam Regularibus, ne incedant cum larva. *Sacra Congregat. Episcopor. & Regul. in Ferrarien.* 5. *Februar.* 1586. Potest Episcopus carcerare Regulares offendentes suos Ministros, & Officiales. *Sacra Congreg. Episcoporum in Theatina* 27. *Martii* 1692. Episcopus potest coercere, & punire Militem Hierosolymitanum, & alios exemptos offendentes personam Officialium suæ Curiæ Episcopalis in actu exercendi suum Officium, aut alios suam jurisdictionem impedientes. *Sacra Congregat. Concil. in Panormitana*, ubi proposito dubio; *An Milites Hierosolymitani offendentes personam Officialium Curiæ Archiepiscopalis Panormitanæ in actu exercendi suum officium, aut alias Illustrissimi Archiepiscopi jurisdictionem impedientes, ab eodem coerceri, & puniri possint? Sac. Congr. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, partibus auditis, dubioque accurate discusso, censuit posse*. Card. Ubaldinus.

Episcopus potest retinere familiam armatam, & Satellites. *Sacr. Congr. Episcopor. in Civitat. Castell.* 14. *Aprilis* 1615. *in responsione ad tertium dubium*; & sic *Doctores communiter.* Et si non habeat familiam armatam, potest concedere licentiam Lictoribus Tribunalis Laici, ut capiant Clericos deferentes arma, modificatione tamen contenta in Decreto emanato sub *die* 3. *Februar.* 1635. *in Turritana*, quod est sequentis tenoris: „ In locis, ubi adest abusus inter Clericos defe„ rendi arma, & Episcopus non habet familiam armatam, de„ bet publicare edictum, ne Clerici sæculares, vel Regu„ lares arma deferant, & si parere detrectent, & ubi neces„ sitas exposcit, Ministris Curiæ sæcularis facultatem tri„ buere, Clericos contra prohibitionem arma deferentes ca„ piendi, etiam quoad Regulares, si hi ita notorie deferant, „ & delinquant extra Claustra, ut populo scandalo sint, ac „ in aliis casibus in jure, & Constitutionibus Apostolicis ex„ pressis, ita tamen, ut ea, qua decet, decentia capiantur, „ & recto tramite ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ ducantur, *lib.* 15. *decret. pag.* 162. juxta dispositionem Concilii *cap.* 3. *sess.* 25. *de reformat.* Episcopus in sua Diœcesi utitur familia armata Tribunalis Laici absque Judicis licentia; quia Lictores requiruntur tamquam personæ privatæ materialiter ut velint nomine suo (a quo recipiunt auctoritatem) exequi ejus mandata, quod Judex Laicus nullo modo potest prohibere; *cap. final. de immunit. in* 6. Pignatell. *tom.* 1. *consult.* 171. & pluries declaravit Sacr. Congreg. Immunitat. & præsertim *in Narnien.* 23. *Junii* 1648. *lib.* 4. *decretal. Paul. fol.* 13. *& in Maceraten.* 2. *Septemb.* 1664. in qua injunctum fuit extrahi rubricam Decreti alias editi sub *die* 30. *Junii* 1632. *in causa Vercellen.* tenoris sequentis .... „ Judices, & Ministros „ Laicos non posse prohibere executoribus Curiæ laicalis, „ quominus exequantur monitoria, & mandata Curiæ Ec„ clesiasticæ, etiam nulla petita licentia, vel assensu, *libr. decretal. Rocci fol.* 568.

33 Episcopus contra Clericos non deferentes habitum postquam ter monuit, potest illos privilegiis Clericalibus privare. *Sac. Congr. Immunit. in Aquilana* 5. *Martii* 1641. in qua sic respondit Episcopo, „ quod Clericis delinquentibus, & non in„ cedentibus in habitu, & tonsura, non inservientibus Ec„ clesiis, fiat præceptum cum termino competenti sub pœ„ na privationis privilegiorum Clericalium, quod si non pa„ ruerint, poterit procedere ad illorum privationem ser. ser. „ qua sequuta, gaudere non poterunt, *lib.* 3. *Decretal. Paul. fol.* 139. Et similiter decrevit *in Castrens. die* 21. *Martii* 1645. *libr.* 3. *Decret. Paul. fol.* 246. Et *in Anglonen.* 15. *Julii*
34 1654. *libr. Decret. Rocci folg.* 565. Episcopus potest punire Clericum delinquentem, & requisita Concilii non habentem, & tamquam Laicum se habentem, etiamsi Judex Laicus prævenerit, a quo repetere possit, dummodo ille per declarationem a jure, vel ab homine servatis servandis factum, non fuerit privilegiis Clericalibus denudatus. *Sac. Congreg. Concil.* 12. *Novembris* 1630. quam refert Sperell. *decis.* 17. *num.* 33. *in fine*; ubi testatur, hanc resolutionem fuisse a Sanctissimo D. N. Urbano VIII. canonizatam, & approbatam, & ad hoc facit casus sequens.

35 *Clericus primæ Tonsuræ, a die quo fuit Ordinatus per septem annos continuos non incessit in habitu, & Tonsura; immo intra dictum tempus exercuit Officium Judicis: commisso delicto, fuit a Judice Laico inquisitus, citatus, & domi sistere jussus; sed arrepta fuga, reassumptoque habitu, cœpit Ecclesiæ inservire. Pro sua directione supplicat Episcopus Nicien. declarari:*

I. An iste Clericus gaudeat privilegio fori?
II. An Episcopus possit Judici Laico fundanti super notorietate a reassumptione habitus in fraudem, inhibere, ne procedat, nec quoad personam, nec quoad bona, donec ipse cognoscat, an gaudere debeat?
III. An saltem id possit visis litteris primæ Tonsuræ?
IV. An contra Judicem Laicum nihilominus non desistentem possit procedere ad Censuras?
V. An possit Episcopus hanc causam sibi vindicare?
VI. An debeat?

Die 30. *Maii* 1676. Sacra Congregat. Concil. respondit *ad omnia affirmative*.

36 Episcopus punire potest contrahentes Matrimonia contra suam prohibitionem. *Sac. Congr. Concil. sub die* 10. *Februa-*
37 *rii* 1626. Item punire potest illos, qui contrahunt coram Pa-
38 rocho dissentiente. *Ead. Sac. Congr.* Item punire potest eos, qui contrahunt omissis denunciationibus. *Eadem Sac. Congr.*
39 Item punire potest testes, si sint in dolo. *Ead. Sac. Congr.* in qua propositis sequentibus quæsitis.

I. An Episcopus possit punire contrahentes Matrimonium contra ejus prohibitionem contractum?
II. An eos, qui contrahunt coram Parocho ex causa justa dissentiente?
III. An eos, qui contrahunt omissis denunciationibus?
IV. An possit punire testes intervenientes in supradictis casibus?
V. An possit in eisdem casibus punire pœnis pecuniariis locis tamen piis applicandis? *S. Congr. &c.*

Ad primum, secundum, & tertium respondit Episcopum posse.

Ad quartum posse, quatenus testes sint in dolo.

Ad quintum pariter respondit posse, & novissime censuras latas in Synodalibus constitutionibus contra Sponsos, qui Matrimonium absque præviis denunciationibus inierant, esse validas, respondit *Sacra Congregat. Concil. in Placentina* 3. *Februarii* 1725. *ad* 2. *dub.* ubi erat lata excommunicatio.

40 Et in Savonen. 2. Martii 1595. respondit: *Matrimonium contractum servata forma Concilii esse validum, etiamsi antea Episcopus inhibuisset Parocho, licet hic puniri valeat ob inobedientiam, lib.* 8. *Decr. fol.* 106.

41 Episcopus potest contra Concubinarios nullis præcedentibus monitionibus procedere; quando non procedit ad Censuras; *Sac. Congr. Concil. die* 23. *Junii* 1629. Et iterum Epi-

scopus potest contra Concubinarios procedere eos carcerando, quando timetur de fuga juxta formam traditam *in c.* 6. absque monitione. Vel sic Episcopus potest ipse solus ex Decreto Conc. *sess.* 23. *de reform. cap.* 14. in crimine concubinatus ad informationem summariam, & incarcerationem procedere, ubi de fuga timetur, idque absque forma & monitione illa, quæ præscripta est dicto Decreto Concilii. Sac. Congr. Concil. Utrumque refert Nicol. Garcias *de Benefic. par.* 11. *cap.* 10. *num.* 186. Episcopus absque Inquisitore potest cognoscere, decidere & determinare causas illorum, apud 42
quos reperiuntur libri prohibiti non sapientes manifestam hæresim. *Sac. Congr. generalis & universalis Inquisitionis* 2. *Decemb.* 1612. Episcopus potest procedere contra Laicum, qui 43
subornare attentavit testes in causa pendente coram Judice Ecclesiastico. *Sac. Congr. Immun. in Regien.* 18. *Martii* 1631. Episcopus potest delegare alicui Sacerdoti sibi benevisо Be- 44
nedictionem Ecclesiæ, seu Capellæ in agro existentis, si alias est legitime constructa. *Sac. Congr. Rit. in Fanen.* 14. *Februarii* 1632. Episcopus solus potest habere fenestram e domo re- 45
spicientem in Ecclesia. *Sac. Congr. Rit. in Elboren.* 19. *Junii* 1604. Episcopus potest ex causa concedere Confraternitatibus 46
Laicorum, ut in eorum Ecclesia conservent Sanctissimum Sacramentum. *Sac. Congr. Rit. in Iscolen. de Ferro* 11. *Junii* 1604. Episcopus potest pro contributione Seminarii taxare bona 47
Confraternitatum, quatenus sint Ecclesiastica. *Sac. Congregat. Concil. in Sinuina* 19. *Novembris* 1628.

Episcopus debet esse vitæ irreprehensibilis. D. Paulus 1. 48
ad Timoth. cap. 3. & late Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. par.* 1. *tit.* 2. *Glossa* 3. Debet esse Episcopus hospitalis, & eleemosynarius; 1. *ad Timoth. cap.* 3. *ad Titum cap.* 1. *cap. Fratrem* 49
dist. 86. *cap. Episcopus, cap. Res Ecclesiæ, & cap. seq.* 12. *quæst.* 1. Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform.* & late Barbosa *loc. cit. Glossa* 9. Episcopus debet esse pudicus, & continens, 50
unde debet fugere consortia mulierum; 1. *ad Timoth. cap.* 3. *ad Titum cap.* 1. *cap. Interdixisti, & cap. sequent. dist.* 32. & late Barbosa *loc. cit. Glossa* 8. Episcopus debet esse sobrius, & 51
non vinolentus, nec epulator; 1. *ad Timoth. cap.* 3. *ad Titum cap.* 1. & late Barbosa *loc. cit. Glossa* 5. *&* 11. Episcopus 52
debet esse modestus, mansuetus, & humilis; 1. *ad Timoth. cap.* 3. *ad Titum cap.* 1. *cap. Licet plerumque dist.* 45. Concilio Trident. *sess.* 13. *cap.* 1. *de reform.* & late Barbosa *loc. cit. Glossa* 12. *&* 13. Debet avaritiam, & iracundiam fugere; 1. *ad* 53
Timoth. cap. 3. *ad Titum cap.* 1. *cap. Exparte, de Censibus, c. Episcopus* 11. *quæst.* 3. & late Barbosa *l. cit. Glossa* 14. *&* 15. Episcopus debet esse Doctor, & prudens, ut omnibus omnia 54
factus, sciat pro exigentia monita salutis præbere, & Oves sibi commissas pascere verbo Dei. 1. *ad Timoth. cap.* 3. *ad Titum cap.* 1. *cap. Qui Episcopus dist.* 23. *cap. Episcopus dist.* 88. *cap. Placuit* 10. *qu.* 1. *cap.* 1. §. *Sane, de Censur. in* 6. Concil. Trident. *sess.* 4. *c.* 2. *de reformat.* & late Barbosa *loc. cit. Glossa.* 6. *&* 10.

Episcopus debet concordiam, pacem, & unitatem non 55
solum inter Ecclesiasticos, sed etiam inter laicos fovere; *cap. Præcipimus, & per tot. distinct.* 90. *cap. Episcopus, cap. Res Ecclesiæ, & cap. seq.* 12. *qu.* 1. Graff. *decis. aur. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 21. Episcopus debet pupillis, viduis, aliisque pauperibus oppressis providere, tueri, & justitiam mi- 56
nistrare; *cap. Pervenit, & cap. sequent. dist.* 84. *cap.* 1. 2. *& per tot. distinct.* 87. *cap. Scire* 23. *qu.* 8. *c. Super quibusdam in fin. de verb. signific.* Episcopus debet quotidie Missam 57
celebrare, vel saltem audire; *c. Quoniam Episcopi* 12. *de privileg. in* 6. ibi: „ Nec semper possunt commode ad Ec„ clesias accedere pro Missa celebranda, vel audienda in „ ipsis, sine qua eos transire non decet absque causa ra„ tionabili ullam diem; „ ac si celebret, pro ovibus suis sacrificium applicare. Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat.* Monacell. *tom.* 1. *tit.* 1. *form.* 1. *num.* 8. qui *tom.* 2. *tit.* 16. *formul.* 2. *a num.* 23. *& tom.* 3. *tit.* 2. *form.* 8. late probat, quod Episcopus teneatur frequenter pro populo Sacrificium offerre. Immo *tom.* 3. *tit.* 2. *form.* 7. *num.* 24. dicit, quod Episcopus debet saltem diebus Dominicis interesse Choro. Episco- 58
pus debet mores in populo, disciplinam in Clero, nitorem, & decorem in Ecclesiis totis viribus fovere, & promovere. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 3. *de reformat.* Bellet. *disquisit. Clerical. par.* 1. §. 5. *de favor. Cleric. real. numero* 67. *& seq.* Crispin. *de visitat. p.* 2. §. 14. *num.* 8. Episcopus debet delicta 59
Clericorum præsertim publica punire, & mores reformare; *c. Nemo quippe, & c. Si quis Episcopus dist.* 83. *c. Quid autem* 8. *quæst.* 1. *c. Est injusta* 33. *q.* 4. *c. final. de excessibus Præla-*

60 *tor. c.*1. §. *Sane*, *de cenſib. in 6.* Epiſcopus debet per ſe ipſum legitime non impeditum Dieceſim viſitare ſingulis annis, & ſi propter ejus latitudinem non poſſit viſitare totam quotannis, debet ſaltem toto biennio per ſe, vel ſuos Viſitationem complere. Sic expreſſe Concil. Tridentin. *ſeſſ.* 24.
61 *cap.*3. *de reform.* Epiſcopus debet Officiales, & Miniſtros bonis moribus, bonaque fama præditos retinere, & improbos arcere. Concil. Trident. *ſeſſ.* 2. *de reformation. c. unico*.
62 Epiſcopus debet Sacramentum Ordinis ſine labe, & ſuſpicione Simoniæ, aut ſpe munerum, & tantum dignis conferre; *c. Sacerdotes diſt.*49. *c. Presbyter* 1. *q.*1. *c. Per tuas*, *de Simonia* cum concordant.

63 Epiſcopus debet mulctas, & pœnas pecuniarias locis, & uſibus piis applicare; *c. Presbyteris*, *de pœnitent.* Concil. Trident. *ſeſs.*6. *cap.*1. *ſeſs.* 23. *c.* 1. *&* *ſeſs.* 25. *de reformat.*
64 *c.*3. Unde debet conſtituere fidelem Depoſitarium, qui ipſas recipiat, & fideliter de ſuo mandato locis, & uſibus piis applicet. *Sacr. Congregat. Epiſcop. in Caven.* 5. *Octob.* 1577. *in Nicoteren.* 1. *April.* 1596. *in Cantanzaren.* 16. *Aug.* 1604. *& alibi ſæpiſſime*. Vide verb. *Pœna art.*1. *a n.*50. *ad* 72.

65 Et debent applicari pauperibus, vel locis piis Dieceſis ad arbitrium Epiſcopi. *Sac. Congreg. Epiſc. in Orien.* 21. *Maii*
66 1580. *in Motulana* 21. *Junii* 1652. Nec poteſt Epiſcopus ipſas ſibi applicare, quamvis ſit pauper, & egenus, niſi ſibi a Sede Apoſtolica fuerit hoc ſpecialiter permiſſum, & conceſſum. Nicolius *Lucubrat. Canon. lib.*5. *tit.* 37. *ſub num.* 1. *amplia* 3. ubi refert ad hoc plura Decreta, Fagnan. *in cap. Presbyteri num.*18. 39. *& per tot. de pœnis*, Monacell. *tom.*1. *titul.*1. *formal.*13. *a num.*2. *ad* 4. Quarant, *in ſumm. Bullar. verb. pœna pecuniariæ*, Riccius *prax. fori Eccleſ. par.* 1. *reſolut.* 321. Graff. *deciſ. aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.*123. *numero* 18.
67 Nec Epiſcopus poteſt partem ipſarum pœnarum applicare ſuo Fiſcali, vel alteri Officiali *Sac. Congregat. Concil. in Alexandrina* 18. *Januar.*1613. *& in Cluſina* 23. *Novembr.* 1640. Vide d. Verb. *Pœna n. cit.*

68 Epiſcopus debet Beneficium Parochiale conferre per concurſum, ſi conferat jure devoluto ob negligentiam Patroni
69 Laici. *Sac. Congr. Concil.* 29. *Novembris* 1600. Epiſcopus in collatione Beneficii debet ſervare formam a Fundatore præſcriptam, etiamſi conferat jure devoluto, & ſic debet conferre uni ex vocatis, Garcias *de Benefic. par.*10. *cap.*3. *n.*42. Monacell. *tom.*1. *tit.*2. *formul.* 10. *num.* 13. & alii paſſim,
70 Epiſcopus in fundatione Beneficii debet admittere conditiones præſcriptas a Fundatore, quamvis Juri communi contrarias, dummodo non ſint turpes, impoſſibiles, & contra naturam Juriſpatronatus; & hoc ne Laici a fundationibus retrahantur; *c. Eleutherius* 18. *quæſt.*2. *Clement. Quia contingit*, *de Religioſ. domib.* & communis Doctor cum Gonzal. *ad reg.*8. *Cancellar. gloſs.*5. *num.*47. 102. *&* 103. Barboſa *ſupra Concil. cap.*9. *ſeſs.*22. *de reform. num.* 27. *&* 28. Lotter.
71 *de re Benef. lib.*1. *qu.*32. *num.*14. *&* 15. Epiſcopus debet in publicatione Decretorum Synodi, Capituli conſilium exquirere, aliter nulliter agit. *Sac. Congr. Concil. in S. Marci Synod.*
72 10. *Maii* 1660. *& in Boven. Synod.* 17. *Febr.* 1680. in Beneficiorum unione Epiſcopus adhibere debet conſilium, & aſſenſum Capituli, *Clement.* 2. *de rebus Eccleſ. non alienand.* Seraphin. *deciſ.*108. *num.*2. Monacell. *tom.* 4. *ſupplement. ad*
73 *tom.*2. *num.*313. Item debet Epiſcopus adhibere conſilium, & aſſenſum Capituli in erectione novæ Dignitatis, & novi Canonicatus. *Sac. Cong. Concil. in Clodien.* 5. *Julii* 1608. *in Aquinaten.* 20. *Febr.* 1677. *in Mazarien.* 20. *Sept.* 1692. *& in Sabin.* 14. *Apr.*1699.

74 Quid poſſit, & debeat Epiſcopus quoad Regulares, &
75 Moniales. Vid. verb. *Regularis*, & verb. *Monialis*. Epiſcopus non poteſt erigere Collegiatam, neque in actu Viſitationis; *Sacr.Congr.Concil. in Catanien. erectionis Collegiatæ* 1. *Septembris* 1691. in qua cum queſitum fuiſſet: *An erectio Collegiatæ facta per Epiſcopum in actu Viſitationis Eccleſiæ S. Antonii Oppidi S. Philippi de Augirò ſuſtinenetur?* reſponſum fuit
76 *negative*. Neque poteſt Epiſcopus curam ſupprimere, ut erigat Dignitatem; *Sac.Cong.Concil. in Pientina* 14. *Febr.* 1693.
77 Neque poteſt Epiſcopus de novo concedere Canonicis Almutiam; *Sac.Congr.Rit. in Placentina* 16. *Januar.* 1620. Neque Cappam ſine privilegio & expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ; *Ead. Sacr.Congr.Rit. in Elven.* 16. *Januar.* 1604. *in Brunduſina* 10. *Decembris* 1612. *in Hydruntina* 1. *Septemb.* 1618. *in Taurinen.* 21. *Junii* 1641. *in Tarviſina* 8. *Februar.* 1659. Epiſcopus
78 non poteſt ſtatuere, quod Canonici, qui non ſunt in Sacris. non lucrentur diſtributiones; *Sacr. Congr. Concil. in Tatavina* 23. *Auguſti* 1631. Neque poteſt ſtatuere, quod Canonicis Jubilatis vigore Indulti non debeantur diſtributiones extraordinariæ, quæ vel ob abſentiam, vel vacationem Canonicorum intereſſentibus accreſcunt, nam pro his indultum ſuffragatur; *Sacra Congr.Concil. in Romana* 5. *Maji* 1703. *& in Burg. S. Domini* 19. *April.*1704. Neque poteſt ſtatuere, quod diſtributiones, quæ amittuntur a Canonicis abſentibus, & accreſcunt inſervientibus, applicentur Fabricæ Eccleſiæ, aliiſve uſibus piis: *Sac.Congr.Concil. in S. Severini* 16. *Julii* 1695. *& in Cathacen.* 18. *Julii* 1699. Epiſcopus, ſicuti & Capitulum non poteſt amiſſas diſtributiones ob non reſidentiam remittere, aut condonare illi ipſi, qui eas amiſit; Concil. Tridentin. *ſeſſ.*24. *cap.*12. *de reformat.* verb. *Diſtributiones*, & *Sac.Cong. ejuſdem Concilii in Gienuen.* 24. *Aprilis*, *& in Aveniouen.* 25. *Septembris* 1700.

Epiſcopus non poteſt uti Oratorio privato extra Domum propriæ habitationis; Sic mandante, & approbante Clement. XI. in Decreto Generali de celebratione in Oratoriis privatis ſtatuit *Sac.Congr.Concil.* 15. *Decembris* 1703. Vide tamen Pontificiam declarationem ad id datam ſub verb. *Oratorium num.* 70. Epiſcopus non poteſt cogere, ſed hortari Curatores, & Rectores Eccleſiarum, ut neceſſaria miniſtrent Presbyteris celebrare volentibus in eorum Eccleſiis; *S.Cong. Rit. in Equitanen.*10. *Junii* 1602. *ad* 3. *dub.* Epiſcopus non poteſt concedere licentiam, ut quis celebrare poſſit Miſſam cum Bireto, ſeu Beretino, aut Pileolo in capite, ſed ſpectat tantum ad Summum Pontificem eam dare; *Sac.Congr. Epiſc. & Regul.* 2. *Januar.* 1590. *&* 17. *Junii* 1595. Idem cenſuit etiam *Sac.Cong.Concil.* 16. *Februar.*1619. Imo neque ipſe Epiſcopus poteſt eo uti ſine Sedis Apoſtolicæ licentia; *Sacr. Rit. Congr.*31. *Januar.*, *&* 24. *April.*1626., quia *c. Nullus* 56. *de conſecrat. diſt.*1. etiam Epiſcopo prohibet velato capite celebrare. Epiſcopus non poteſt ultra duos menſes uti opere
86 Parochi; *Sac.Cong.Concil. die* 8. *Januar.*1638. Epiſcopus non
87 poteſt concedere licentiam Canonicis ſe a reſidentia abſentandi ultra tres menſes; *Sac.Cong.Concil. teſtibus* Nicol. Garzia *de Benefic. p.*3. *cap.*2. *num.*406. Armendar. *in addit. ad Recop. ad leges Navarræ lib.*2. *tit.*23. *de reſident. ſub tit. An Canonici &c. num.*84., & cum ipſis tenent Fagnan. *in cap. Licet n.*37. *de Præbend.*; Monacell. *tom.*1. *tit.*4. *form.* 7. *num*8. Barboſa, & alii paſſim firmantes, quod Epiſcopus licentiam abſentiæ ultra tres menſes extendere non poſſit, niſi ex cauſis expreſſis in Jure; & juxta formam *c. Unici*, *de Cleric. non reſident. in 6.* Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ut Dignitas in Eccleſia Cathedrali non habens Curam animarum poſſit con-
88 ferri illi, qui non habuerit 22. annos completos; *Sacra Cong. Concil. die* 20. *Septemb.* 1631.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ut habens duo Beneficia
89 etiam ſimplicia, & ad honeſtam Cleri ſuſtentationem non ſufficientia, poſſit obtinere, & retinere tertium Beneficium, etiamſi omnia ſimul ad Beneficiati ſuſtentationem non ſuffi-
ciant; ſic fuit pluries declaratum *a Sacr. Congr.Concil.*, & ſignanter *die* 10. *Maij* 1607. *& die* 16. *April.*1628. *in una Anagnina* ſic; *Beneficium tertium ſimplex retineri non poteſt abſque proviſione Sedis Apoſtolicæ*, *quamvis duo priora ſint ad obtinentis ſuſtentationem inſufficientia*, *& ſic in Aquilana* 11. *Auguſti* 1732., & hæc eſt vera mens Sacri Concil. Trident., ut teſtatur Fagnan. *in cap. Cum jam dudum* 18. *de Præbend n.*71. de mente ipſius Sacr. Congr. Concilii, quæ, ut dicit ipſe, ſæpe ſæpius in caſibus contingentibus reſpondit: *Epiſcopum habenti unum ſimplex Beneficium*, *quod non ſufficiat ad ejus ſuſtentationem*, *poſſe aliud ſimile conferre*, *ſed non poſſe ultra duo abſque dispenſatione Sedis Apoſtolicæ*, *etiamſi omnia ſimul ad illius ſuſtentationem non ſufficiant*. Imo neque poteſt Epiſco-
90 pus diſpenſare, ut quis retineat tertium Beneficium ſimplex, etiamſi eſſet de Jurepatronatus, ut decrevit *Sacr. Cong. Concil. in una Boven.* 13. *Novembris* 1629., in qua cum dubitatum fuiſſet, an habens duo beneficia ſimplicia, tertium de Jurepatronatus ad præſentationem Patronorum auctoritate ordinaria aſſequi, & retinere poſſit abſque diſpenſatione Apoſtolica? *Sacra Congr. censuit*, *tertium Beneficium ſimplex*, *etiamſi de Jurepatronatus non poſſe retineri cum duobus aliis absque*
91 *Sedis Apoſtolicæ dispenſatione*. Epiſcopus non poteſt Beneficiatis addere nova onera in fundatione non appoſita, aut Sacris Canonibus non impoſita; Barboſa *ſupra Concil. Trident. cap.*5. *ſeſſ.*25. *de reformat. num.*7. Ricci *in prax. part.*4. *reſolut.*468. *num.*2., ubi hoc ampliat, etiamſi aliquo tempore ex ſua voluntate præſtiterint; Garzias *de Benefic. part.*7. *cap.* 1. *num.*111., *&* 112. Fagnan. *in cap. Conquerente n.* 24. *&* 25. *de*

de Cleric. non reſident. & etiamſi conſenſus Canonicorum antece ſorum intereſſiſſet: Ric. *loc.cit. reſolut.*463. *per tot. Sac. Congr.Concil. in Sarnen.* 3. *Julii* 1690. in qua reſponſum fuit, Epiſcopum non potuiſſe addere onus Pœnitentiariæ Canonicatui erecto per Teſtatorem cum ſolo onere Miſſarum, *& in Aſten.* 14. *Februar.*1699. in qua fuit reſponſum, onus perſonalis reſidentiæ, & celebrationis Miſſarum per ſe ipſum a Fundatore non injunctum non potuiſſe addi per Executorem teſtamentarium, neque in proviſione Epiſcopi.

92 Epiſcopus non poteſt primam præbendam vacantem aſſignare pro Pœnitentiario, quamvis in loco videretur magis neceſſarius, ſed prius debet erigi Theologalis propter verba Concil. *ſeſſ.*5. *cap.* 1. *de reform.* Si tamen in aliqua Civitate fuerit judicatum magis expediens, ut prius de Pœnitentiario, quam de Theologo provideatur, habenda eſt confirmatio a Sede Apoſtolica ad omnem difficultatem tollendam; *S. Cong.*
93 *Concil. in Civitatis Caſtellanæ* 17. *Novemb.*1629. Epiſcopus non poteſt conferre Canonicatus Pœnitentiariæ, & Theologalis niſi per viam concurſus ex noviſſima diſpoſitione Bened. XIII.
94 in Conſtitut. incipient. *Paſtoralis*. Epiſcopus non poteſt ſine conſenſu Capituli Canonicatum de novo erigere; *Sac. Cong. Concil. in Clodien.* 5. *Julii* 1608. *in Aquinaten.* 20. *Febr.*1677. *in Mazarien.* 20. *Septemb.* 1694. *& in Sabinen.* 14. *Apr.*1696.
95 Epiſcopus non poteſt transferre in Cathedralem Capellanos habentes ſervitium Chori in Capella prope Cathedralem exiſtentem ob parvum numerum Capellanorum, propter quod minus decenter ibidem Chorus reſtituetur; *Sac. Congr.*
96 *Concil. in Burgen.* 12. *Auguſti* 1618. Epiſcopus non poteſt ad privationem procedere ob non ſuſceptos Ordines contra Canonicos ſuæ Eccleſiæ abſque ſolemnitate a Concilio requiſita; Sic deciſum fuiſſe a Sacr. Congreg. Concil. refert Aldan. *in*
97 *compend. canon. reſolut. lib.*3. *tit.*24. *num.*125. Epiſcopus non poteſt cogere, ſed hortationibus invitare Clericos, & Preſbyteros non Confeſſarios ad intereſſendum conferentiis caſuum conſcientiæ; Sic pluries declaravit *Sacr. Congr. Concil.* & noviſſime *in Civitat. Plebis* 15. *Martii* 1692. in qua collatis decretis, quæ adinvicem videbantur pugnare, ad dubium propoſitum: *An Episcopus poſſit compellere Canonicos Confeſſarios*, *ceterosque presbyteros Cathedralis sub pœna pecuniaria*, *ut accedcrent ad Congregationem casuum conscientiæ?* Reſponſum fuit, *poſſe compellere omnes Sacerdotes ſæculares Confeſſarios*, *etiamſi Canonici ſint*, *ceteros autem hortari*. Hæc reſolutio, quæ cum antiquis decretis relatis a Pignatell. *conſult.*18. *tom.*8. a Panimoll. *deciſ.*1. *annotat.*18. *num.*20. concordat, fuit deinde confirmata *a Congr. particulari deputata in Vigilien. Synodi* 20. *Maji* 1699. *in reſponſione ad* 35. *decretum*, & iterum *in Congreg. Generali in Ariminen.* 18. *Julii ejusdem anni*, & prius in alia S. Angeli *Biscciorum* 15. *Aprilis* 1690.

98 Epiſcopus, aliique Prælati, & Superiores Monaſteriorum Monialium clauſuram ingredi non poſſunt, niſi in caſu neceſſitatis, & nonniſi ſociati a paucis ſenioribus, & Eccleſiaſticis viris; Sic expreſſe Gregorius XIII. in Conſtitut. incipient. *Dubiis*; ubi volens declarare dubium exortum ſuper intelligentia alterius ſuæ Conſtitutionis incipient. „ Ubi gratiæ, *ſic* „ *ait*: Conſtitutione item noſtra fuit proviſum, ne cui in „ poſterum, niſi in caſibus neceſſariis ſepta Monaſteriorum „ Monialium ingrediendi concederetur licentia, a nonnullis „ dubitatum fuiſſe ſciamus circa perſonas, quæ ulterius ad id „ licentia non indigent, ſed ſui auctoritate officii nituntur, „ an liceat eis pro libito ſuæ voluntatis hujuſmodi ſepta in„ gredi, vel potius ſervare debeant ipſi quoque regulam a „ Concilio præſcriptam. *Hæc in proemio*; *& in diſpoſitiva*: „ Nos omnem hæſitationis materiam tollere, & viam ſcan„ dali præcidere, ac Sanctimonialium quieti conſulere „ volentes, harum tenore auctoritate Apoſtolica decla„ ramus, Prælatos omnes tam ſæculares, quam Regulares, „ quibus cura, & regimen Monaſteriorum Monialium quo„ vis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa in„ grediendi Monaſteria prædicta, ita demum uti poſſe, ſi id „ faciant in caſibus neceſſariis, & a paucis, iiſque Senioribus, ac Religioſis perſonis comitati &c, *& etiam expreſſum* „ *in Jure*, *ut* in cap. Ut juxta 17. de Offic. Ordinarii, & in „ Clementina Attendentes, de ſtatu Monachor. §. Ipſos autem, *& declaratum* a Sacr. Cong. Epiſcopor., & Regul. „ in Gallipolitana 22. Maji 1615. *his verbis*: Congregatio decrevit, Epiſcopum non niſi in neceſſitatis articulo, et gravibus, maturæque ætatis Eccleſiaſticis perſonis aſſociatum „ Monaſteriorum Monialium ſepta ingredi poſſe, *& eadem* „ *repetit Gavant. in* Manual. Epiſcopor. verb. Monialium „ Clauſura num. 46. *ubi ait*; Quibus cura eſt Monialium, „ non poſſunt ingredi, niſi in caſibus neceſſariis, cum pau„ cis ſenioribus, ac Religioſis viris. Unde non poteſt Epi- 99
ſcopus ſecum ducere ullos Laicos tamquam comites, et ſocios, ſolum quia ſint ſui, aut alicujus Monialis amici, aut videre curioſi; *cap. Ut juxta* 17. *de Officio Ordinarii*, ibi: *Firmiter inhibemus*, *ut nullus de cetero ſæcularis . . . ſecum Viſitationis tempore introducat*, et cit. Conſt. incip. *Ut dubiis*, ibi: *A paucis*, *iiſque ſenioribus*, *& Religioſis perſonis comitati*.

Nec valet objicere, quod dicta Clementina *Attendentes*, *de ſtatu Monachor.* §. *Ipſos autem*, loquitur ſimpliciter *de aliis* 100
viris honeſtis, *& maturis*, & non diſtinguit, an debeant eſſe Clerici, vel Laici? Non valet, inquam, quia licet id non declaravit dicta Clementina, declaravit tamen ex poſt Gregorius XIII. in dicta Conſtit. incipient. *Dubiis* per allata verba, & Sacra Congregatio Epiſcopor. & Regular. in relata Gallipolitana, quæ etiam alibi ſemper prohibuit Laicos ullo modo intervenire Viſitationi Monaſteriorum Monialium, ut in *Tarviſina* 20. *Novembris* 1601. quæ habetur in originali regiſtro *fol.*105. etiamſi eſſent Officiales, ſeu Sanctiſſii ejuſdem Monaſterii, ut *in Gennen.* 16. *Januar.* 1607. in regiſtro *fol.* 2. *&* 3. & in *Lucana* 22. *Januar.*1616. *fol.*15. uti refert, & tenet Fagnan. *in cit. cap. ut juxta* 17. *de Officio Ordinarii numer.* 23. Si tamen Epiſcopus occaſione ingreſſus ad ſuccurrendum ne- 101
ceſſitati, vel ad promovendam utilitatem Monaſterii indigeret conſilio, & auxilio alicujus periti Laici, tunc poſſet unum, aut plures ſecum ducere ad talem ſolum finem, quia tunc Laicus, non tamquam comes, & ſocius ingrederetur, quod eſt prohibitum, ſed tamquam Peritus neceſſarius, prout deducitur ex alia ejuſdem Sacræ Congr. reſolutione emanata 18. *Febr uar.* 1593., quam refert, & originaliter in Archivo Tragurien. ſervari teſtatur Pax Jord. *elucubrat. tom.*2. *lib.* 7. *tit.*12. *num.*103., in qua ſic habetur: *Nel viſitare i Monaſteri delle Monache entrino con V. S. o ſuo Vicario ſolamente perſone Religioſe*, *ed oneſte ſecondo la Bolla di Pio V.*, *e non v'entri alcun Laico*, *ſe non quando l'Ordinario lo giudicaſſe neceſſario per alcun giuſto riſpetto*.

Numerus perſonarum qualitates requiſitas habentium, quas 102
Epiſcopus poteſt ſecum introducere in Clauſuram Monialium, quamvis in dict. Conſtitutione Gregorii XIII. non ſit determinatus, tamen non debet eſſe major, quam octo, ut recte reſolvit Fagnan. *in cit. cap. ut juxta num.*30. his verbis: *Tondera primo*, *nam in declaratoria Gregorii non determinatur numerus perſonarum*, *quas Prælati poſſint ſecum ducere intra ſepta Monaſterii Monialium*, *determinatur tamen in præc'tata Clementina Attendentes*, *de ſtatu Monachor. a qua Conſtitutio Gregorii recipit interpretationem paſſivam juxta text. in leg.* 2. *Cod. de Noxali. Unde ſi Viſitatores introducerent plures*, *quam octo ibi* (ideſt in dict. Clementina) *præfinitas utique pœnas conſtitutionis non evaderent*, *& hoc planum*. Nam, ut 103
ipſe Fagnanus *num.*31. *& ſequent.* probat, cum ſignificatio illius verbi *paucis* in jure ſit varia, non valet reſtringere dictum numerum, ſed arbitrio judicantis relinquitur, ut notat Gloſſ. *in cap. Cupientes* §. *Ceterum*, *in verb. Contradicentium paucitas*, *de election. in* 6. *& in cap. Statuim*, §. *Inſuper*, *in verb. Paucis*, *de rescript. in* 6. Arbitrium vero ad Juris correctionem non extenditur, cum potius debeat a Jure regulari, ut notat Bart. *in Extrav. Ad reprimendum in verb. Videbitur num.*8. Cæſar, de Glaſſ. *deciſ.*7. *num.*7. *& deciſ.*8. *num.* 2. *&* 4. *de ſentent. & re judicat.* Rota *part.*7. *recent. deciſ.*264. *num.*1. Unde cum *in dict. Clementina Attendentes*, præfixus ſit numerus ad octo perſonas, talis numerus eſt attendendus, & ſic intelligendo verba illa *a paucis comitati*, declaratoria Gregorii eſt conformis prædictæ Clementinæ *Attendentes*, & in ſpecie quod pauci dicantur octo, notat Bartol. *in leg. Scire etiam oportet num.*1. *ff. de excusator. tutor.* & concordare videtur Pirhing *lib.*1. *decret. tit.*31. *de Offic. Ordinarii num.*98. *verſ. Notandum tertio*, ubi loquens de eadem re concludit ſic: *Verum Conſtitutio hujus cap. locum tantum habet*, *quando viſitantur Monaſteria virorum*, *in viſitatione vero Monaſteriorum Monialium ſervandum eſt*, *quod ſtatuitur in Clementina* 2. §. *Ipſos autem Viſitatores*, *de ſtatu Monachorum*, *ubi definitur numerus admittendorum tempore viſitationis Monialium &c.* Ex quibus recte refert Monacell. *tom.*3. *tit.*1. *formul.* 41. *num.*16. quod Epiſcopus, & quilibet alius Prælatus Viſitator excedens dictum numerum octo, pœnas Conſtitutionis Gregorii incurrit; qui vero dicto numero contentantur, legem non lædit, qui autem utitur minori melius facit.

Epiſ-

104 Episcopus contrafaciens dispositioni dictæ Constitut. Gregorii XIII. incipient. *Dubiis*, pro prima vice incurrit interdictum ab ingressu Ecclesiæ, pro secunda incurrit suspensionem a munere Pontificali, & a Divinis, & pro tertia, ac deinceps incurrit excommunicationem ipso facto absque alia declaratione, textu expresso in dicta Constitut., ibi: *Quod si contrafecerint, eadem auctoritate statuimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contrafecerint, ab ingressu Ecclesiæ interdictos, pro secunda a munere Pontificali, & a Divinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia*
105 *declaratione excommunicatos existere.* Absolutio tamen ab istis Censuris, in quas incidit Episcopus, qui sui auctoritate, Officii septa Monasterii Monialium ingreditur, non servata forma dictæ Constitutionis Gregorii XIII. non est Papæ reservata, unde potest ab inferiore absolvi, cum Pontifex absolutionem sibi non retinuerit, ut late probat Fagnan. *in c. Nuper 29. de sentent. excommun. num. 38.*

106 Episcopus nequit delegare simplici Sacerdoti facultatem benedicendi Sacra paramenta, nisi ad hoc habeat speciale privilegium Sedis Apostolicæ, a qua tamen interdum conceditur personis in Dignitate Ecclesiastica constitutis dummodo in eis non sit adhibenda sacra unctio, vel oleum Sanctum, quæ ab ipso tantum Episcopo ordinato, & consecrato benedicenda, inungenda, & consecranda sunt, ut censuit *Sacr. Rit. Congr. in Brixien. 9. Octob. 1616. in Imol. 4. Novem. 1615. in Januen. 12. & 14. Maji 1616. in lacen. 3. Decem. 1616. in Taurin. in Pistor. & Tarvisina 2. Maji 1619. in Novar. 21. Mar. 1620. in Tridentina 7. Augusti 1621. & in Caputaquen. 20. Julii 1730.* Et de facto hæc facultas benedicendi paramenta, & Ecclesiastica ornamenta, & vasa, in quibus non adhibetur sacra unctio fuit concessa diversis Archidiaconis, Decanis, Archipresbyteris, aliisque personis Ecclesiasticis a Sacr. Congreg. Rit. & signanter *in Aquilejens. 20. April. 1599. in Elven. 17. Maii 1600. in Laudunen. 29. Januarii 1603. in Zamoren. 15. Novembr. 1603. in Meten. 18. Novembris 1606. in Ruthen. 9. Maii 1609. in Augustana 12. April. 1614. & in Gnesnen. 4. Septembr. 1623.* quod clare denotat, non posse Episcopum hanc facultatem concedere sine speciali privilegio Sedis Apostolicæ.

107 Episcopus non potest recipere munera occasione receptionis habitus, seu emissionis Professionis Monialium. Clemens VIII. in Constit. de largitione munerum incipient. *Religiosæ Congregationes*, & expresse *Sacr. Congr. Episcop. & Regul. in Aversana 22. Januarii 1591.* his verbis: *Non liceat Episcopis cum Novitiæ vestiuntur, vel professionem emittunt, a propinquis, vel ab alio quocumque dona tam comestibilia, quam linea etiam parvi valoris accipere, neque ab Abbatissis in ingressu Officii, sed ab eisdem comestibilia tantum in aliquibus solemnitatibus nomine totius Monasterii, etiamsi antiquissima*
108 *inoleverit consuetudo, & Taxa Innocentiana.* Episcopus, & quilibet alius Superior Ordinarius in his transgressor juxta tenorem dictæ Constitutionis Clementis VIII. tenetur ad restitutionem, quatenus munera non comestibilia, & præter formam alterius Bullæ Urbani VIII. incipient. *Nuper a Congregatione* moderatoriæ, & declaratoriæ, & confirmatoriæ illius Clementis VIII. recipiat, adeout neque a Summo Pœnitentiario (si munus summam scutorum decem excedat) absolvi possit, nisi facta restitutione, prout patet ex novissima Constitucione Innocentii XII. declaratoria facultatis Cardinalis Pœnitentiarii emanata tertio nonas Septembris 1692. incipient. *Romanus Potifex*, in qua §. 17. sic expresse habetur: „ Munera a Regularibus contra recolen. memor. Clementis „ Papæ VIII. pariter prædecessoris nostri anno Incarnationis „ præfatæ 1594. tertiodecimo Kal. Julii editam Constitut. „ ultra valorem decem scutorum monetæ recipientes, ex„ ceptis rerum medicinalium, seu devotionis muneribus an„ te factam restitutionem non absolvat, nec mandet absolvi. „ Infra vero prædictum valorem non nisi facta arbitrio ipsius „ Majoris Pœnitentiarii, seu per eum eligendi Confessarii „ eleemosyna, quæ in beneficium Religionis, seu Conven„ tus, cui de Jure faciendæ esset restitutio, si caute fieri po„ test, erogetur, absolvat, seu mandet absolvi.

109 Episcopus, qui habet congruam pinguem excedentem taxam a Concilio præscriptam, non potest exigere caritativum subsidium. *Sac. Congreg. Concil. in Gerunden. 17. Febr. 1663. & Sac. Congr. Episcop. in Policastren. 19. April. 1697.*
110 Episcopus non potest prohibere, quod Judices Synodales, aut Capitulum non valeant uti opera alterius Notarii, quam Cancellarii Episcopalis, præterquam in Visitatione. *Sacr. Congr. Episcopor. in Neritonens. 15. Octob. 1613.* Immo nec
111 etiam quoad Moniales pro instrumentis Depositorum dotalium; possint enim talia instrumenta rogari a quolibet Notario ad arbitrium Monialium, dummodo exhibeatur copia authentica in Cancellaria Episcopali. *Sacra Congr. Episc. in Aquilana 8. Novembr. 1652.* Quinimmo nec pro conficiendis in-
112 strumentis censuum, & aliorum quorumcunque contractuum. *Sacra Congregat. Episcop. in Forosempronien. 20. Maii 1661.* Episcopus, sive ejus Delegatus non potest pro revisione com-
113 putorum locorum piorum, mercedem, seu propinam exigere, sed gratis hoc munus tenetur implere, non obstante quacunque contraria consuetudine, prout mandat Taxa Innocentiana, & ratio clara est, quia Ordinarius habet redditus mensæ ut onera officii sustineat; *cap. Statutum, de rescript. in 6.* ubi plane Passerini. §. *Si quid autem a num. 366. cum seqq.* & sic *Sacr. Congr. Concil. in Panormitana 4. Martii 1690.* Epis-
114 copus non potest pro administratione Sacramenti Confirmationis in locis Diœcesis procurationem exigere. *Sacr. Congr. Episc. in Amalphitana 12. Junii 1693. & Sacr. Cong. Concil. in eadem Amalphitana 18. Julii 1699. in responsione ad secundum*; Et taxa Innocentiana his verbis: „ Non potrà esige„ re emolumento alcuno, cosi in denaro, come in qualunque „ altra cosa in tutto quello, che riguarda l' amministrazione „ de' Sacramenti „. Episcopus non potest taxare in pecunia
115 id quod pro victu necessario sibi contingeret visitando, sed victualia tantum recipere debet, neque alia utensilia, vecturas equorum, & expensas prætendere, quia nomine *victualium* veniunt tantum ea, quæ consistunt in victu. *Sac. Congr. Conc. in Larinen. 12. Aprilis 1698. & in d. Amalphitana 18. Julii 1699. in responsione ad tertium.*

Episcopus non potest concedere nec permittere, ut Con-
116 fessarii ingrediantur Clausuram Monialium pro funere peragendo; Constitutio enim Alexandri VII. incipiens, *Felici*, specificat actus ad licitum ingressum in Clausuram adjecta dictione *nisi*, quæ est exclusiva ceterorum per Sperellum *decis. 66. num. 32.* unde cum ibi Pontifex inter casus ad licitum ingressum non enumeret nisi sequentes, scilicet: „ Nisi ad Sa„ cramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis „ ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis, ibi de„ gentibus, nec non ad commendandam animam Agonizan„ tium „ ingressus pro funere agendo videtur aperte prohibitus, & sic jam expresse decrevit *Sac. Congr. Episcopor. 10. Martii 1577. & 30. Januar. 1582. & 4. Septemb. 1583.* ubi semper respondit non permitti, nec licere Confessario ingredi in Clausuram pro funere agendo in sepulturam Monialium. Neque consuetudo excusat a Censura inflicta adversus violatores clausuræ, nec ab ea, quæ habetur in d. Constitut. Alexandri VII. qui omnibus, & singulis etiam consuetudinibus quoad ea, quæ statutis in d. Constitutione adversantur, expresse, & specialiter derogat, sublata cuilibet facultate, & auctoritate aliter judicandi, & interpretandi, ac adjecta clausula decreti irritantis, & sic tenent Pax Jordan. *tom. 2. lib. 7. tit. 12. n. 28. vers. Item neque prætextu, & n. 173.* Nicol. *in Flosc. verb. Sepultura n. 6.* Monacell. *tom. 1. tit. 9. formul. 4. n. 7.* §. *& 9.* Matthæucc. *Officialis Curiæ c. 13. num. 9.*
117 & alii passim. Episcopus non potest permittere, quod Puellæ educandæ recipiantur in Monasterium, nisi sint Sacræ Congreg. licentia suffultæ. Sacræ Congreg. Episcop. in decreto Generali emanato 17. *Maji 1603.* his verbis: „ Nullatenus „ permittant Episcopi Puellas educationis causa in Sanctimo„ nialium Monasteria introduci, nisi Sacræ Congregationis „ licentia suffultas „. Et si alicubi reperiretur introducta aliqua Puella educationis gratia absque licentia Sacræ Congreg. Superior, aut Episcopus qui id permiserit, esset incursus excommunicationem, prout *Sac. Congr. 9. Augusti 1594.* monuit Archiepiscopum Pragensem, qui hoc attentave rat.
118 Episcopus non debet auferre Monialibus jus, quod habent eligendi Officiales; libertas enim tales Officiales eligendi non est ab eis auferenda, neque ad certas personas coarctanda, quoties electio fiat de personis, ætate, moribus, & experientia habilibus, ut declaravit *Sacr. Congr. Episcop. in Surrentina 31. Januar. & 12. Maii 1717. & in Januen. 12. Junii 1693.*
119 Neque debet & potest Episcopus tale jus auferre a Laicis, qui illud habent. *Sacr. Congr. Episcop. in Surrentina 4. Novemb. 1698.* in qua prætendente Archiepiscopo nominationem Deputatorum Monasterii Monialium SS. Trinitatis per Magistrum Civitatis (ad quem jus nominandi spectabat) factam non admittere, eosque ad libitum removere, ac administrationem redditurum ejus impedire, & prohibere, partibus „ audi-

„ auditis prolit rescriptum: „ Nominationem Deputato„ rum faciendam esse a novo Syndico Civitatis, & electis „ competere administrationem cum superintendentia Ar-
120 „ chiepiscopi ad formam Concilii „ *c. 3. & 9. sess. 22.* Episcopus non debet, nec potest cogere simplices Sacerdotes, qui non habent Officium, neque Beneficium in Ecclesia Cathedrali, ut inserviant ibi in functionibus Ecclesiasticis, seu munere Diaconi, & Subdiaconi in Missis cantatis, non obstante exiguo numero Canonicorum, ut pluries declaravit *Sacr. Congr. Concil.* apud Nicol. *Lucubr. can. lib. 1. num. 3. & 4. & in Sarnen. servitii Ecclesiæ 17. Junii 1690. in Nullius S. Laurentii in campo 27. Januar. 1691. in Auximana 26. Novembr. 1701. & 19. Augusti 1702. & in Signina 15. Novembr. 1703.* Et de simplicibus Sacerdotibus, quod non valeant compelli ad interessendum, & assistendum functionibus Ecclesiasticis in Cathedrali, adest resolutio *Sacr. Cong. Episc. in una Castri Maris 20. Martii 1692. emanata partibus informantibus ad relationem clar. mem. Card. Petrucci*, nisi adsit contraria consuetudo. *Sac. Congr. Conc. in Trojana 20. Sep-*
121 *tembr. 1704. & in Bellicastrens. 11. Augusti 1706.* Episcopus non debet Clericis permittere ludum alearum, quia *cap. 1. dist. 38. & cap. penult. de vita, & honest. Cleric.* canones ludum alearum Clericis prohibentes, fuerunt a Concilio Tridentino *sess. 22. cap. 1. de reform.* expresse innovati, ibique abrogantur consuetudines contrariæ, & injungitur Episcopis, ut iis non obstantibus, Canones quoad hoc observari faciant.
122 Unde a fortiori non debet Episcopus ipse aleis ludere. Mo-
123 nacell. *tom. 3. tit. 2. formul. 6. n. 16.* & alii passim. Quid non possit, nec debeat Episcopus quoad Regulares, & Moniales? Vide verb. *Regularis*, verb. *Monialis*.

124 Episcopus nequit prohibere Clericis, ne conveniat Laicos in Causis profanis coram Judice Laico. *Sacr. Congr. Immun. in Tudertina 20. Decemb. 1667. lib. 1. decret. Altov. pag. 183.* Vide apud Riccium *in Synops.* verb. *Prohibitio per tot.*

Supplementa Auctoris, e III. Editione.

125 ALbaniæ Episcopis facultas conceditur concordandi, transigendi, atque etiam relinquendi bona Ecclesiastica Albanis, licet injustis detentoribus; ad præcavenda deteriora incommoda. Benedictus XIV. tom. 4. Constit. 33. incip. *Cum Cyclicas*, in qua præfatis Albanis Episcopis traditur methodus, qua satagant, ut a Catholicis illius regionis sua Ecclesiis bona restituantur, vel aliquo modo super illis transigatur, & si neutrum queat obtineri, facultas sit Episcopis derelinquendi fundos, fructusque possessoribus, eosdemque absolvendi a censuris. Videatur hac de re in tom. 3. ejusdem Bullarii Constitutio 57. incip. *Urbem Antibarum*, in qua idem Pontifex multa tradit merito consulenda, de bonis Ecclesiarum, quæ semel ab infidelibus occupata, deinde in Christianorum potestatem evenerunt.

126 Veronensis Episcopi ordinaria privativa auctoritate in Civitatem, universamque Diœcesim Veronensem redintegrata, definitur jurisdictio, qua idem Episcopus in Capitulum, subjectasque tum ipsi, tum Monasterio S. Mariæ in Organis Veronen. Parochiales, ac simplices Ecclesias, & personas earum servitio addictas, utatur. Benedictus XIV. tom. 4. Constit. 59. incip. *Regis pacifici*, in qua, narrata Aquilejensis Patriarchatus totali extinctione, & in ejus locum duorum Archiepiscopatuum *Utinensis* nempe ac *Goritiensis*, erectione cum suis respective Diœcesibus, & suffraganeis ipsis ab eo assignatis jam in Constitut. incip. *Injuncta Nobis*, multa per 45. paragraphos statuit, merito ibi videnda & observanda; In ipsa inter alias, §. 14. confirmat privilegium jam ab ipso concessum Canonicis Cathedralis Veronensis in Constit. incip. *Præclara decora*, libere utendi palmula seu Buggia, tam in solemni quam in privata Missarum celebratione in Cathedrali, & extra eam.

127 Quoad facultatem Episcoporum suspendendi Clericos ab Ordinis exercitio ob occultum crimen in foro externo non probatum, confert hic addere, quæ affert Benedictus XIV. *de Synodo Diœcesana, lib. 12. cap. 8. a num. 3. ad 5.* inclusive. Ibi ut sequitur. Concilium Tridentinum, *sess. 14. cap. 5. de* „ *Reform.* decrevit: „ Ei cui a census ad Sacros Ordines a „ suo Prælato ex quacumque causa, etiam ob occultum cri„ men quomodolibet, etiam extrajudicialiter fuerit interdi„ ctus, aut qui a suis Ordinibus seu gradibus, vel dignitati„ bus Ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius Præ„ lati voluntatem concessa licentia de se promoveri facien„ do aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates, sive ho„ nores, restitutio suffragetur „. Ex quibus verbis colligitur posse Episcopum ob occultum crimen, etiam extrajudicialiter cognitum, non solum Clericis prohibere ascensum ad superiores Ordines, sed etiam a suscepti jam Ordinis ministerio eosdem interdicere. Quamvis enim in secunda Decreti parte, ubi de suspensione est sermo, non iterentur illa verba: *etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extrajudicialiter*, constans nihilominus & perpetua Sacræ Congregationis Concilii sententia fuit, ob continuationem sermonis, censeri repetita, eaque utrumque casum complecti; Ab Episcopo siquidem Aleriensi interrogata „ An verba illa, ob „ occultum crimen, quomodolibet, etiam extrajudicialiter, „ expressa dumtaxat in prima parte periodi, censeantur re„ petita in secunda parte, adeout inde colligi valeat, Præ„ latum nedum posse ob occultum crimen extrajudicialiter „ interdicere suo subdito ascensum ad Ordines, sed ibidem „ ob occultum crimen posse etiam extrajudicialiter illum sus„ pendere ab Ordinibus jam susceptis? Sacra Congregatio „ die 24. Novembris 1657. re sedulo examinata, censuit, „ non recedendum ab antiquis declarationibus super hoc eo„ dem dubio pluries datis, ac proinde affirmative respondit, *lib. 21. Decretor. pag. 134.* & cohærenter ad hanc responsionem eadem Sacr. Congreg. die 16. Decembr. 1730. sustine„ ri dixit „ suspensionem a Divinis ab Episcopo Capritano „ ex informata tantum conscientia duobus Sacerdotibus in„ flictam, uti videre est „ in *Thesaur. Resol. tom. 5. pag. 81.* Idemque responsum dedit in causa *Oritana, seu Tarentina*, 20. *Augusti 1735. ejusd. Thesaur. tom. 7. pag. 115.*

Adeo porro verum est, posse Episcopum virtute prædicti 128
Decreti, ex causa sibi nota Clericum interdicere tam Sacrorum exercitio, quam ascensu ad altioris Ordinis gradum, ut neque teneatur „ causam suspensionis, seu delictum manifestare ipsi reo, sed tantum Sedi Apostolicæ, si suspensus ad „ eam recursum habuerit „; Quod totidem verbis a Sacra Congregatione responsum legimus Episcopo Vercellensi *die 21. Maii 1643. lib. 17. Decretor. pag. 170. & seq.* Atque universim loquendo, Episcopum renuentem alicui Ordines conferre, nullo jure obstringi ad manifestandum causam, cur eum repellat, neque ei, qui repulsus est, ullam competere appellationem, sed tantum permitti adire Sedem Apostolicam, eique suas querelas exponere, ead. Sacra Congr. diserte declaravit, cum ad Cardinalem Antonium Barberinum Archiepiscopum Remensem, Apostolica limina visitantem, atque hac ipsa de re Sacræ Congregationis sententiam sciscitantem, die 20. Aprilis 1668. in hunc modum respondit: „ Cum „ nullus ordinari debeat, quem Episcopus suæ Ecclesiæ utile„ lem, aut necessarium non judicaverit, Congregatio non se„ mel declarat, ab hujusmodi judicio nullam dari appel„ lationem, sed recursum dumtaxat ad Sedem Apostolicam, „ quæ, juxta ipsius Congregationis sententiam, per Gre„ gorium XIII. felic. record. approbatam, quotiescumque „ Ordinarius recusaverit quemcumque ordinare, Metropoli„ tano, aut viciniori Episcopo committit, ut ab eorum Or„ dinario prius requirat causam recusationis, quo legitimam „ non allegante, licet illi eumdem recusatum ordinare. Ita„ que si qui ex Diœcesanis Episcoporum Eminentiæ vestræ „ provincialium Sedem Apostolicam adiverint, juxta præ„ narratam formulam, eorum querimoniis consuletur, cui „ formulæ, ut unum in præsens addatur, censuerunt expedi„ re EE. PP. videlicet, ut Metropolitanus, aut vicinior E„ piscopus, antequam commissas sibi partes exequi aggre„ diantur, paterne curent, ut illi denuo apud suos Episco„ pos per tres vices suppliciter petant „. *Lib. 16. Litterar. Visitationis Sacrorum Liminum, pag. 401.*

Ex hoc vero, quod suspensus ab Episcopo ob occultam 129
causam, quam tamen Episcopus sibi notam asserit, appellare nequeat ad Superiorem, necessario consequitur, quod si nihilominus appellationem interponere ejusque obtentu in Altari ministrare, seu quovis modo suum Ordinem solemniter exercere præsumat, statim incidat in irregularitatem. Quidquid enim in contrarium senserint nonnulli Doctores, ita expresse definivit *Sacra Congreg. Concil. in Sagonen. 21. Junii 1625. lib. 24. Positionum pag. 1.* ubi hæc adnotantur. *Episcopus Sagonensis ex facultate sibi attributa Decreto Concilii cap. 1. sess. 14. ex causis sibi notis suspendit Parochum ab exercitio Curæ: sed ille appellavit, & præcepto Episcopi contempto, celebravit, & Curam exercuit. Quæritur an a dicta suspensione detur appellatio, itaut Parochus, non obstante appella-*
tione

tione interpoſita, per exercitium Curæ effectus fuerit irregularis? Sacra Congreg. Concil. cenſuit ab hujuſmodi ſuſpenſione non dari appellationem, & Parochum, qui Sacramenta, ut ſupra, miniſtravit, irregularitatem contraxiſſe.

130 * Epiſcopi, quibus uſque modo conceſſa eſt facultas impertiendi benedictionem cum Indulgentia plenaria fidelibus in mortis articulo conſtitutis, uti ea poſſunt non tantum ad certum tempus, quemadmodum limitatur in Brevibus ab illis impetratis, ſed quamdiu in Diœceſi, cujus intuitu illam obtinuerunt, permanſerint. Habent etiam facultatem ſubdelegandi alios pios Sacerdotes quotquot judicaverint opportunos, ut ipſis Epiſcopis impeditis eamdem indulgentiam conferant. Subdelegati vero ea facultate ad ſe tranſmiſſa uti poſſunt pro tota Diœceſi, vel territorio, cui deſtinati ſunt, quoadusque in hoc munere perſeverant, etiamſi Epiſcopus delegans objerit. Demum facultates iſtæ deinceps concedentur perpetuæ omnibus, & ſingulis Epiſcopis, qui litteras ea de re petierint; quam etiam facultatem obtinebunt Prælati inferiores, territorium ſeparatum habentes cum vera qualitate *Nullius*, & activa jurisdictione in Clerum, & populum ita ſancit Benedictus XIV. Conſtit. incip. *Pia Mater* edita an. 1747. nonis Aprilis, in qua etiam ritum hujus benedictionis præbet.

131 Epiſcopus in ſua Synodo non poteſt quidem definire quæſtiones de Fide, ſed prohibere poteſt errores jam ab Eccleſia proſcriptos, ut ex Gonzalez in *cap. Veſtra* deducitur. De *Synod. Diœceſ. lib. 6. cap. 4. §. 7.*

132 Epiſcopis in Synodo fas eſt non quidem rem aliquam inter Doctores controverſam definire: ſed praxim prohibere, uti e. gr. non licet illis pronunciare, utrum jejunii eſſentia in abſtinentia a carnibus tota conſiſtat; sed etiam ante Bullam Benedicti XIV. jus illis fuit injungere, ut qui diſpensationem ad carnes diebus jejunii veſcendas obtinuerant, unicam comeſtionem servarent. De *Synod. Diœceſ. lib. 7. cap. 3. §. 1.*

133 Epiſcopo ex epicheja fas eſt aliquando in iis præſertim, quæ dilationem non patiuntur, nec facile Summus Pontifex conſuli poteſt, circa jus commune relaxare, ut deciſum a Sac. Congreg. Concilii refertur *ibidem lib. 7. cap. 17. §. 1.* Id tamen nonniſi in ſpeciali rerum articulo, neque ea de re ſtatutum universale concedere poteſt, ut ex communi DD. *ibidem §. 2.*

Ad Diœceſanum Epiſcopum pertinet Eccleſias conſecrare,
134 eique fas eſt id muneris de mandare alteri Episcopo, minime vero Presbitero etiam cum oleis ab ipſo Episcopo benedictis. Ita ex DD. *ibidem lib. 13. cap. 5. §. 2. nov. edit.*

Conſecratas inſuper Eccleſias, atque pollutas nemo præ-
135 ter Epiſcopum Diœcesanum reconciliare poteſt, nec fas eſt muneris demandare Presbytero quamquam cum aqua ab Episcopo benedicta. Si tamen Eccleſia non fuerit conſecrata, ſed tantum benedicta, facultas dari poteſt, ut per ſimplicem Sacerdotem adhibita tantum aqua luſtrali, Eccleſia polluta reconcilietur. *Ibidem.*

Epiſcopo curandum eſt, ut legata pia impleantur, quod
136 præſtare ipſe poteſt, etiamſi prohibitus fuiſſet a Teſtatore; ut ex *Cap. ſua nobis, de Teſtam.*

Quod ſi Teſtator executorem reliquerit sui legati, & ei in
137 casu quod segniter agat, alterum ſubſtituat, tunc Episcopus ſi subdelegatus etiam segniter egerit, curam ejus exequendi in se suscipere debet; quod valet etiam in omnibus piis diſpoſitionibus, tam in ultima voluntate factis, quam inter vivos, ut ex Trident. *ſeſſ. 22. de ref. cap. 8.*; valet etiam non ſolum pro Episcopis, ſed etiam pro Prælatis inferioribus habentibus territorium separatum, & jurisdictionem quaſi Episcopalem. *De Synodo &c. lib. 13. cap. ult. §. 1., & 2. nov. edit.*; valet etiam pro Vicario Capitulari Sede vacante, ut in legato de Miſſis ſtatuit Sac. Congregatio, *ibidem §. 2.*

138 Fabrica S. Petri in Vaticano in locis suæ auctoritati subjectis (non enim sunt omnia) non se immiscet jurisdictioni Episcoporum in ordine ad legata pia, & Miſſarum onera, niſi poſt annum ab obitu Teſtatoris, quo anno elapso piarum voluntatum executioni se immiscet, etiamſi judicium cœptum ab Episcopo terminatum non fuerit, ut ex DD. conſtat, *Ibidem §. 3.*

Noviſſimæ additiones ex aliena manu.

PLura profecto hic habet *Auctor*. Sed, & dicta ab eo magis illuſtrari poſſent, tum alia poſſent addi. Sed ne limites egrediamur Additionum hæc tantummodo afferimus.

Epiſcopus ſane poſt electionem ante poſſeſſionem de jure 1
Canonico antiquo poterat, ea omnia excercere, quæ pertinent ad jurisdictionem, & ſignanter conferre Beneficia. Idque quia in ipſo momento factæ electionis conſumabatur 2
vacatio Eccleſiæ, ut ſequendo originalem *theoricam Gloſſæ in cap. 15. verbo de talibus de Election.* firmant *Germon de Indult. Cardinal §. Nec non quarumcumque num. 3., & duob. ſequent. Matta de Cauſ. Conſiſtorialib. ſect. 2. n. 39.*

Sed experientia compertum fuit, quod Epiſcopi hac abu- 3
tebantur poteſtate. Refert abuſus hoſce *Rota in Corduben. Beneficiorum 3. Decembris 1696. coram bon. memor. Urſino.* Factum hinc fuit, ut Bonefacius VIII. *in Extravagant. Injunctæ de Election.* hanc ipſis ademerit poteſtatem, & ita qui- 4
dem ut deinde Epiſcopi non niſi apprehenſa poſſeſſione eam exercere potuerint, poſſintque etiamnum.

Epiſcopus nequit Eccleſiam de non numerata reddere nume- 5
ratam. Hæc enim immutatio non niſi S. Sedi competit, ut firmant *Piton. Diſcept. Eccleſ. 17. n. 45.*, Rota *in Colonien. nominationum ad Canoniſſatus 1. Julii 1729. §. Abſque eo quod coram bon. mem. Ratto* inter impreſſas *dec. 264. n. 8.*

Epiſcopi Germaniæ anno 1630. à Sacra Congregatione de
Propaganda Fide poteſtate donati ſunt diſponendi in conſer- 7
vationem, tum augumentum Catholicæ Religionis Bona ab Hæreticis recuperata, vel recuperanda. Sed diſpoſitio hæc ſine Apoſtolico beneplacito perfici nequit.

Epiſcopus cui poteſtas eſt mutandi Canonicos de una ad al- 8
teram Eccleſiam unitam, poteſt mutationem hanc facereabſque ipſorum conſenſu, cauſæque expreſſione. *Rota in Giennen. Juriſmutandi 28. Junii 1702. §. Et ſane coram bon.* 9
mem. Pio.

ARTICULUS VII.

Epiſcopus quoad ea, quæ concernunt Epiſcopum Regularem, Titularem, & Suffraganeum.

EPiſcopus Regularis a die confirmationis, & aſſum- 1
ptionis ad Epiſcopatum liberatur ab obligatione ſuæ Regulæ, ſcilicet a jejuniis, vigiliis, ſilentio, modo canendi in Choro, & reliquis obſervationibus præſcriptis in Regula. Donatus *prax. Regular. tom. 1. part. 2. tract. 8. quæſt. 51. numer. 6.* Portell. verb. *Epiſcopus num. 13.* Thomas del Bene *de inquiſit. part. 2. dub. 236. ſect. 67.* Felix Poteſtas *tom. 1. part. 2. num. 1865.* Peyrin. Rodriq., Buſemb., & alii paſſim, & habetur *ex cap. Statutum 1. cauſ. 18. quæſt. 1.*, ibi: Statu-
„ tum eſt, & rationabiliter ſecundum Sanctos Patres Syno-
„ do confirmatum eſt, ut Monachus, quem electio canoni-
„ ca a jugo Regulæ Monaſticæ profeſſionis abſolvit, & Sa- 2
„ cra Ordinatio de Monacho Epiſcopum fecit, velut legiti-
„ mus heres paternam ſibi hereditatem, poſtea jure vindi-
„ candi poteſtatem habeat. Non abſolvitur tamen a Votis eſſentialibus, quia non definit eſſe Religioſus, ſed ſolum eſt exemptus quoad aliquos effectus Paupertatis, & Obedientiæ juxta decentiam ſtatus. Licet enim non teneatur amplius ad obedientiam Prælati Regularis, tenetur tamen ad obedientiam Papæ, unde non diſpenſatur ejus obedientia, ſed mutatur, ſicut nec diſpenſatur ejus Paupertas, quia non acquirit dominium bonorum Eccleſiæ, ſed adminiſtrationem, liberam tamen quoad ſuam ſuſtentationem, & cauſas pias. Hinc S. Bonaventura *in 4. ſentent. diſt. 38. §. Ad illud nu. 47.*
„ ſic præciſe ait: „ Eſt enim divitiarum non Dominus, ſed
„ Diſpenſator &c. Similiter in voto Obedientiæ non eſt diſ- 3
„ penſatus, quia omnem obedientiæ non eſt diſpenſatus,
„ quia omnem obedientiam, quam debebat prius ſuo Supe-
„ riori, debet Papæ. Epiſcopi Regulares illarum Religionum, quæ ultra tria Vota eſſentialia omnibus communia, emittunt aliud quartum Votum eſſentiale, ut eſt Votum vitæ Quadrageſimalis apud Minimos, tenentur etiam ad illud, niſi ſpecialiter a Sede Apoſtolica dispensentur; Unde Peyrin. *tom. 3. privileg. cap. 14. num. 3.* refert, quod tres Summi Pontifices, ſcilicet Paulus V. Gregorius XV., & Urbanus VIII. diſpensaverunt in hoc Voto cum tribus Minimis ad Epiſcopatum aſſumptis; & ſignanter Urbanus VIII. in examine Patris Francisci Caſtellani pro Episcopatu Caprulenſi, eum interrogavit: *An factus Epiſcopus teneretur ad Votum vitæ Quadrageſimalis?* & cum reſpondiſſet *non teneri*, Papa ei dixit;

dixit: *Erraſti, teneris enim*, & parum defuit, ut excluderetur; noluit tamen cum eo diſpenſare (a).

4 Epiſcopus Regularis tenetur Habitum ſuæ Religionis deferre; *Cap. Clerici officia 15. de vita, & honeſt. Clericor.*, „ ibi: Pontifices autem in publico, & in Eccleſia ſuper-
„ indumentis linees omnes utantur niſi Monachi fuerint,
5 „ quos oportet ferre habitum Monachalem. Retento tamen colore Habitus ſuæ Religionis poteſt se conformare cum Epiſcopis ſæcularibus in forma, ſeu figura. Donatus *prax. Regul. tom. 1. part. 2. tract. 6. quæſt. 12. num. 8. in Rituali Ro-*
6 *mano reformato ſub Clemente VIII.*, & ſic modo ſervatur in praxi. Canonici autem Regulares S. Auguſtini in Epiſcopos promoti poſſunt uti habitu, quo utuntur alii Clerici ſæculares in Epiſcopos creati. Leo X. Conſtit. 34. incip. *Dudum.*
7 Vide verb. *Habitus num. 26.* ubi ad id affertur noviſſima Conſtitutio Benedicti XIII. merito obſervanda. Epiſcopus Regularis tenetur recitare Officium juxta ritum ſuæ Diœce-
8 ſis, & non juxta ritum ſuæ Religionis. *Sac. Congregat. Rit. 11. Junii 1605.* Epiſcopo tamen ex Ordine S. Francisci Minorum de Observantia aſſumpto conceditur, ut poſſit recitare tuta conſcientia officium Sanctorum Ordinis S. Francisci, & celebrare eorum Miſſas, dummodo privatim celebret in ſua Capella dictis diebus Sanctorum Ordinis cum Miſſali Roma-
9 no, & Officium pariter recitet cum Breviario Romano. *Sac. Rit. Congreg. in Majoricen. 6. Decembris 1631.* Episcopi Regulares, qui ex indulto Sedis Apoſtolicæ gaudent privilegiis ſuæ Religionis, de quibus sunt capaces pro eorum conditione, non poſſunt de Beatis ſuæ Religionis recitare
10 Officium, & in propriis Cathedralibus Miſſam celebrare, & Altare Beatis præd. erigere. *Sac. Rit. Cong. 17. Aprilis 1660.*
11 Episcopus Regularis recuperat jus Succeſſionis ad hereditatem ſibi delatam poſt promotionem non obſtante renunciatione. *Sac. Congregat. Concil. in Neapolitana 3. Decembris 1639.* Episcopus Regularis non acquirit Monaſterio, cui fuit
12 Filius, ſed propriæ Mensæ, seu Eccleſiæ quoad proprietatem, ad proprium tamen commodum quoad usumfructum. *Eadem Sac. Congregat. Conc. in d. Neapolitana.* Episcopus Regularis poſt adeptum Episcopatum non recuperat bona ante Epiſcopatum jam tertio quæſita. *Sac. Congregat. Concil. 11. Januar. 1631., & ead. Sacr. Congreg. in d. Neapolitana*, in qua cum quæreretur.

I. *Ad Regularis profeſſus incapax bonorum ad Epiſcopatum aſſumptus recuperet Jus ſuccedendi quoad hereditatem poſt aſſumptum Epiſcopatum ſibi delatam?*

II. *An eidem obſtet ceſſio, & renunciatio hujuſmodi hereditatis facta ad favorem fratris; ad præſcriptum Sacri Conc. Trid. cap. 16. ſeſſ. 25. de Regularibus ſub d. die 3. Decemb. 1639. reſolutio prodiit.*

Ad I. Recuperare jus ſuccedendi ad hæreditates poſt adeptum Epiſcopatum ad utilitatem ſuæ Eccleſiæ ſibi delatas quoad proprietatem, & ad proprium commodum dum quoad uſumfructum.

Ad II. Eidem non obſtare ſupradictam ceſſionem, & renunciationem, quoad hereditates, quæ non ſint alteri
13 *ante adeptum Epiſcopatum acquiſitæ.*

Frater Minor factus Episcopus auctoritate Papæ recuperat Jus ſuccedendi ab inteſtato, & ex teſtamento. Rota *in Vrgellen. Hereditatis 24. Maii 1619. part. 4. recent. tom. 2. dec. 115. num. 22.* Bartol. *in tract. Minor. lib. 4. diſt. 3. cap. 3. cum aliis allegatis*, quæ quidem concluſio vera eſt, ſed ſecundum terminos *cap. Statutum 1. cauſ. 18. quæſt. 1.* ut ſibi uſumfructum, & Eccleſiæ proprietatem acquirat, ut hoc modo votum paupertatis conſervetur. Archidiac. *in d. cap. Statu-*
14 *tum num. 2.* Natt. *conſil. 180. num. 5.* Feder. de Senis *conſil. 20. num. 7.*, & Rota *loc. cit. num. 23.*, & 24. Episcopo Ordinis *Ferarr. Biblioth. Tom. III.*

Fratrum Reformatorum S. Franciſci conceditur facultas diſponendi de bonis intuitu ſuæ perſonæ acquiſitis in quoſcumque uſus pios convertendis, & etiam ad favorem Conſanguineorum, & Affinium, ſi Sanctiſſimo placuerit, prout conceſſit, & facultatem indulſit 12. *April.* 1703. *Congregat. par-* 15
ticularis in Aſacen. diſpenſationis apud Card. Petram *tom. 3. Commentar. in Conſtit. 11. Clement. IV. ſub numer. 44.* Epiſcopus Regularis, ſi ſit negligens in exigendo bona hereditaria, vel eis renunciet; tunc ſuccedit Eccleſia proprietaria ex diſ- 16
poſitione *cap. Statutum 1. cauſ. 18. quæſt. 1.*, & pro ea Capitulum poteſt agere, dum tractatur de præjudicio Eccleſiæ, & Epiſcopatus. Rota *cit. tom. 4. part. 2. recent. deciſ. 115. num. 9.*, & 10. Episcopus Regularis adeundo hereditatem ſibi delatam poteſt ſibi præjudicare quoad uſumfructum, non autem quoad proprietatem, quæ fuit acquiſita Eccleſiæ. Rota *loc. cit. n. 18.*

Regularis factus Episcopus debet relinquere Religioni, 17
vel Monaſterio totum id, quod ante promotionem in Religione acquiſivit, & habuit; *cap. Statutum 1. cauſ. 18. q. 1.*, & pluries ſtatuerunt Summi Pontifices, & ſignanter Alexander IV. pro Minoribus 5. *Decembris* 1255. Conſtitut. incipient. *Ex parte veſtra*, ubi præcipit, quod Fratres Minores Ordinis S. Franciſci ad Episcopalem, & alias Superiores Dignitates promoti, libros, & alia ſua bona, quæ ipſos promotionis ſuæ tempore habere contigerit, Generali ejuſdem Ordinis Miniſtro, vel Provincialibus Miniſtris, ſubmota quacumque dilatione reſignent, niſi forſan dicti Ordinis Superiores eis ipſorum librorum uſus ad tempus conceſſerint de gratia ſpeciali. Similem reſignationem a Patribus Ordinis Sancti Dominici faciendam ſtatuit idem Pontifex *eodem anno* 1255. 11. *Maii, in libro privilegior. Ord. pag. 33.*, & ſic etiam Clem. IV. 9. *Junii* 1268. Conſtit. incipient. *Providentia*, ubi univerſis Fratribus Ordinis Prædicatorum S. Dominici ad Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & Prælaturas aſſumendis inhibetur, ne conſecrationis munus quoquo modo recipiant, antequam libros, & bona Ordinem memoratum contingentia, quæ apud eos tempore ſuæ promotionis habere contigerit, Prioribus, & Conventibus, de quibus aſſumpti fuerunt, cum integritate reſignent, niſi forſan iidem Priores de conſenſu ipſorum Conventuum uſum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum; alioquin eo ipſo ab exequutione Pontificalis Miniſterii noverint ſe ſuſpensos: Inter hujusmodi autem libros non intelliguntur comprehenſi Quaternuli, & illæ Chartulæ, vel membranæ, in quibus dicti Fratres ſibi certa notabilia cum aliquibus privatis ſermonibus certa notabilia cum aliquibus privatis ſermonibus collegerunt; & noviſſime Benedictus XIII. Conſtit. incip. *Poſtulat humilitati noſtræ §. 5.* expreſſe interdixit Regularibus omnibus ad quaſcumque dignitates Eccleſiaſticas promotis, ne ſecum extra Cœnobia ulla bona aſportare audeant. Et insu- 18
per *ibidem §. 6.* ademit Regularium Superioribus facultatem concedendi promotis eisdem ad tempus uſum librorum, aliorum, aliorumque. Episcopus Regularis non ſubjicitur Bullæ de largitione munerum, quia ibi prohibentur illæ largitiones quæ fiunt de bonis pertinentibus ad Religiosorum Monaſteria, ſed de redditibus, quorum liberam habet adminiſtrationem, & usumfructum, perinde ac ſi eſſet Episcopus ſæ- 19
cularis. Rota *Tom. 4. part. 2. recent. deciſ. 115. numer. 3.* Donat. *prax. Regul. tom. 1. part. 2. tract. 15. quæſt. 6. nu. 9.*, & alii paſſim. Episcopus Regularis, ſi ad ſuam Religionem 20
redierit, Dignitates, & Officia illius obtinere prohibetur. Paul. IV. Conſtitut. incip. *In Sacra*. Episcopus Regularis, ſi Episcopatum reſignet, aut ob culpam deponatur, dummodo non degradetur, non tenetur ad Regularem obſervantiam redire, ſed remanet in perpetuum exemptus, ſicut prius

(a) Regulares ad Epiſcopatus dignitatem evecti, nedum ad eſſentialia vota ſervanda tenentur, verum etiam ad reliqua vota in profeſſione emiſſa, ſeu obligationes per propriam reſpectivam regulam inductas, puta ad jejunium aliquibus determinatis diebus &c. modo horum obſervatio compoſſibilis ſit cum ſtatu Epiſcopali; Ita ſiquidem decreviſſe conſtat Benedictum XIII. in Conſtit. *Cuſtodes 7.* Martii 1725., cujus hæc ſunt verba: *Iiſdem Regularibus tam ad Epiſcopatum, quam ad Cardinalatum evectis præcipitur, in virtute S. obedientiæ ſub poena ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium ipſo facto incurrenda Papæ reſervata, ut ſingulis ſuæ Regulæ officiis, & obligationibus, quæ Puntificale, ſive cujuſcumque alterius dignitatis, aut Cardinalatus officium minime impediant, perpetuo ſubſint.* Hinc etenim liquet, prædictos Epiſcopos ſubeſſe omnibus illis obligationibus, quæ in regula, quam profeſſi fuerant, exprimuntur, quæque non pugnant cum onere, & dignitate Epiſcopali. Idque reſpectu Franciſcanorum præſertim tenendum eſt tamquam certum cum eorum Regulæ præcepta obligent ſub mortali, a quorum obligatione niſi ſpecialiter a Sede Apoſtolica diſpenſationem obtinuerint, nulla cauſa eſt, cur cenſendi ſint exempti dum ad Epiſcopatum promeventur.

(a) quia retinet eminentiam Episcopalem. Sic quidem Imola *in Clementin.* 1. *num.*2. *de election.* Federic. de Senis *consil.* 38. *num.* 2. Peyrin. *in formular. Regul. litt.G. cap.*6. *num.*7. Layman *in Theol. moral. lib.*4. *tract.*5. *cap.*1. *de statu Relig. num.*9., & cum multis aliis Barbosa *de Offic.*, *& potest. Episcop. part.*1. *tit.*1. *cap.*4. *num.* 18. * At nunc attendenda est
21 Constitutio Benedicti XIII. incip. *Custodes*, vi cujus Episcopi Regulares si se abdicaverint Episcopatu tenentur claustra suæ Religionis repetere, nisi tamen aliter concessum illis sit a Summo Pontifice.

22 Episcopi Titulares antiquitus non creabantur, sed tantum qui a propriis Ecclesiis ob hostilitatem ejecti erant, in aliis Ecclesiis vacantibus Card. constituebantur, donec ad proprias Ecclesias reverti permitterentur, *in cap. Pastoralis* 7. *quæst.* 1. Fagnan
23 *lib.* 5. *Decret. cap. Episcopalia* 1. *de Privilegiis, & excessibus Privilegiator. num.*39. Modo tamen non jam, qui expulsi sunt, dantur Episcopi Ecclesiis vacantibus, sed creantur denuo Episcopi Titulares illarum Ecclesiarum, tum ob alias causas, tum ad hoc ut suffragentur aliis Episcopis. Fagnan. *loc. cit. num.*41. Horum Episcoporum Titularium, qui creantur Episcopi alicujus Ecclesiæ in partibus infidelium sitæ, quæ neque populum Christianum, neque Clerum habet, nulla origo reperitur ante decretum Concilii Lateranensis sub Leone X. *sess.*9. *de Cardinalibus*; ubi permisit creari Episcopos Titulares quibus pro suffraganeis possent uti Card. Episcopi in suis Ecclesiis sicuti modo utuntur ipsis etiam varii alii Episcopi non Cardinales, & ideo etiam hodie Summus Pontifex cum creat hujusmodi Episcopos Titulares, utitur similibus
24 verbis: *Et suffragentur talibus donec &c.* Fagnan. *loc. cit. num.*41., *&* 44. Episcopi Titulares sunt veri Episcopi Characterem habentes Episcopalem; *cap. Pastoralis* 7. *quæst.* 1.,
25 & ibi Archidiac. *sub num.*4., *& Præpositus in* 1. *notabil.*, & alii communiter. Pontificalia tamen exercere non potest Episcopus Titularis, nisi in illa Diœcesi, cui datus est suffra-
26 ganeus, ut statuit S. Pius V. in decreto suo Consistoriali, teste Fagnan. *loc. cit. num.* 50. Neque in locis exemptis, nisi de licentia Episcopi loci, intra cujus fines locus hujusmodi exemptus fuerit constitutus. Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.*4. *de reformat.*, & sic expresse decisum fuisse a Sac. Congreg. Concil. refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib. primo*
27 *titul.*4. *num.*3.

Neque potest Episcopus Titularis in Ecclesia sua jurisdictionali, veluti si esset Præpositus, Chrisma conferre, nec
28 alia Pontificalia exercere, nisi de expressa licentia Episcopi, intra cujus Diœcesis fines Præpositura existit, ut decisum fuisse refert Aldan. *in compendio Canon. resolut. lib.* 1. *tit.*8. *num.*10. Neque potesit Episcopus Titularis familiarem suum
29 etiam triennalem ordinare absque sui proprii Prælati expresso consensu; sic expresse *Con. Trid. cit. sess.*14. *cap.* 2. *de*
30 *reformat.* Immo ordinati ab Episcopo Titulari sine consensu proprii Episcopi, ipso jure suspensi sunt, donec suo Prælato visum fuerit. Sic expresse Trident. *loc. cit.* Et ipse Epi-
31 scopus Titularis Ordines conferrens, seu Pontificalia exercens sine licentia Ordinarii Diœcesani est suspensus per annum ab usu Pontificalium, textu expresso in Trident. *loc. citiat.*
32 Episcopus Titularis non est creandus, nisi vere urgeat necessitas. Clementin. *In plerisque cap.*5. *de elect.*, & Glossa *ibidem verb. Vagationis*, ubi inhærendo d. Decretali invehitur in eos, qui anhelant ad Vicarias Episcoporum, & Ecclesias Titulares; Et ibidem in verb. *Religiosos* dicit, hunc abusum maxime vigere in Religiosis, qui ad hoc laborant interdum etiam importune, & per corruptelas, ut canere possint cum Psalmista, *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus*, *psalm.* 123., & sic cum Glossa Fagn. *loc. cit. num.*47. Ursaya *in Miscellaneo sacro, & profan. part.* 2. *verb. Epi-*
33 *scopus num.*37.

Episcopus Titularis Canonicatum obtinens in Ecclesia Cathedrali potest, & debet in ea uti habitu ordinario, quo
34 utuntur Episcopi in Romana Curia, idest Rochetto supra subtanam, & Mantelletto violacei coloris. *Sac. Congregat. Rit. in Compostellana* 11. *Junii* 1617. Et debet præcedere omnibus aliis Canonicis, & Dignitatibus, tam quoad stallum, quam quoad functiones cantandi Missas, & omnia alia. 35
Sac. Congreg. Rit. in Ragusina 22. *Junii* 1594. *in d. Compostellana* 11. *Julii* 1617., *& in Calaguritana* 13. *Novembris* 1621. Episcopus Titularis, qui est Canonicus, subest Visitationi Ordinarii adinstar aliorum Canonicorum, & tenetur ad observantiam Legis Diœcesanæ, aliter subjicitur pœnæ, etiam Excommunicationis in ea contentæ. *Sac. Congregat. Episcop.* 36
24. *Julii* 1632. apud Card. Petram *tom.* 1. *comment. in Constit.*2. *Leonis IX. sect.*5. *num.*94. Familiares etiam Episcopi Titularis gaudere debent privilegio Fori, ita tamen ut conveniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci, ubi de- 37
gunt, non ab Episcopo, seu Archiepiscopo Titulari. *Sac. Congregat. Immunit.* 17. *Januar.* 1628. Beneficia, & Pensiones non vacant in eo, qui ad Titularem Episcopatum assumitur, cui etiam de novo conferri possunt præsertim simplicia. 38
Sac. Congregat. Episcop. in Elboren. 22. *Decemb.* 1640. apud Nicol. *in Lucubrat. t.*2. *leg.* 3. *tit.*5. *num.* 43. Episcopus Ti- 39
tularis est de jure vocandus ad Concilia generalia. Vid. verb. *Concilium num.*29. Episcopus Titularis administrator alterius Ecclesiæ, quas functiones in illa facere possit, & quomodo ei teneantur assistere Canonici Cathedralis? *Sac. Congregat. Rit. in Sarsinaten. Function. Episcopalium* 22. *Augusti* 1722. *Ponente Cardinali Paulutio*, ubi fuerunt proposita, & resoluta sequentia dubia.

I. *An Episcopus Civitatis Ducalis Modernus Administrator Ecclesiæ Sarsinaten. in functionibus Pontificalibus gaudeat omnibus illis præeminentiis, & prærogativis, quibus fruuntur, & gaudent omnes alii Episcopi in propriis Diœcesibus in casu &c.? & quatenus negative.*

II. *An dictus Episcopus, & Administrator amovibilis Ecclesiæ vacantis, dum cantat Missam, & Vesperas in Pontificalibus, possit sedere super Cathedra Episcopali elevata quatuor gradibus, parata cum Baldachino, ac Postergali, & uti Baculo Pastorali; vel sedere debet super Faldistorio prope Altare sine Baculo?*

III. *An concedere possit Indulgentiam quadraginta dierum sine speciali facultate Apostolica?*

IV. *An ei, dum assistit Missæ solemni ab alio cantatæ, debeant Canonici facere Circulos ad Kyrie eleyson, Gloria in Excelsis, Credo, Sanctus, & Agnus Dei; Tuncque ubinam debeat sedere?*

V. *An fieri debeat anniversarium suæ consecrationis, cum Missa cantatur per Capitulum, & Clerum, ejusque nomen debeat in Canone memorari per Sacerdotes celebrantes?*

VI. *An dum Administrator Missam cantat in Pontificalibus, debeat poni super Altare septimum candelabrum cum accensa?*

VII. *An dum idem cantat Missam in Pontificalibus, debeant omnes Canonici Sacris paramentis indui, vel tres tantum fungentes Officiis Diaconi, Subdiaconi, & Presbyteri assistentis?*

VIII. *An dum vadit ad Cathedram, debeat sumere Cappam magnam in Ædibus superioribus Episcopatus, vel in ingressu Ecclesiæ, seu Presbyterii?*

IX. *An Canonici eum accessurum ad Cathedralem debeant omnes excipere in dictis Ædibus, vel soli tres, aut quatuor ad portam Ecclesiæ?*

X. *An diebus Festis fieri debeant publicæ Orationes pro novi Episcopi electione ad formam Concil. Trident., & Cæremonialis Episcoporum?* 40

Supradicta die 22. Augusti 1722. responsum fuit.
Ad primum. Negative.
Ad secundum. Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam.
Ad tertium. Negative.
Ad quartum. Negative, *& sedeat in primo Stallo Cleri.*
Ad quintum. Negative.
Ad sextum. Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam.
Ad septimum. Negative quoad primam partem. Affirmative quoad secundam.
41 *Ad octavum.* Arbitrio Administratoris in casu &c.
Ad nonum detere in casu, de quo agitur, ut omnes accedant.
Ad decimum. Affirmative.

Pro Episcopo Titulari obtinente Canonicatum in Cathedrali Asculana die 20. *Martii* 1720. in Sacra Congregatione Rituum per Card. Picum a Mirandula propositis octo sequentibus dubiis, resoluta fuerunt, ut infra.

Dub. I. *An post delatam per Subdiaconum assistentem Episcopo locali Pacem, debeat illa deferri per dict. Subdiaconum Episcopo Titulari, antequam Canonici Assistentes in Throno illam recipiant ab Episcopo locali?* Negative.

II. *An canonicus Episcopus Titularis in Missis, & Vesperis cantatis cum assistentia Episcopi localis teneatur discedere a Stallo una cum reliquis Canonicis pro faciendis consuetis circulis præscriptis a Cæremoniali Episcoporum?* Affirmative.

III. *An exercente Pontificalia Episcopo locali, liceat Episcopo Titulari assistenti in Stallo cum reliquis Canonicis, deferre Planetam, vel potius incedere debeat cum Rochetto, Mantelletta, & habitu violaceo?* Affirmative, exercente Episcopo locali Pontificalia, & assistente Capitulo in paramentis Sacris.

IV. *An una cum Planeta possit quoque deferre Mitram Episcopalem absque consensu Episcopi localis?* Posse, accedente consensu Episcopi.

V. *An, & cujusqualitatis debeat esse Mitra gestanda per d. Episcopum?* Mitram debere esse lineam.

VI. *An in casu concessionis usus Mitræ, ut supra, debeat Episcopus Titularis illam per seipsum imponere, & amovere a capite; vel potius ad hunc effectum liceat ministerio alterius?* Per seipsum in casu ut supra.

VII. *An liceat Episcopo Titulari canenti Missas, & Vesperas tanquam Canonico in propria hebdomada uti Faldistorio, & indumentis Pontificalibus, seu potius illas canere debeat, sedendo in scamno, prout practicatur cum reliquis Canonicis, & absque Pontificalibus indumentis?* Ad mentem, & mens est, ut in Missis de Turno abstineat, & subroget alium; In solemnioribus vero non posse, nisi de licentia Episcopi.

42 VIII. *An in tali casu teneatur petere licentiam ab Episcopo locali?* Jam provisum. Et quoad thurificationem, Episcopum Titularem esse thurificandum post Archidiaconum, & Canonicos Throno assistentes.

43 Episcopis Titularibus præcedunt Episcopi locales etiamsi posteriores sint Consecratione. Frances *de Eccles. Cathedral. cap.*32. *numer.* 20., *&* 21. Ursaya *in Miscellaneo sacro, &*
44 *profano part.* 2. *verb. Episcopus num.* 40. Episcopus, cui datus est Coadjutor, potest esse coadjutor alterius; *Sac. Cong. Consistor. in Constantiensi Coadjutoriæ* 16. *Septembris* 1722. Epi-
45 scopus suffraganeus datus Episcopo cum facultate exercendi Pontificalia Officia in Civitate, & Diœcesi de expresso consensu, & licentia protempore existentis Episcopi non potest
46 eadem Pontificalia exercere, ut exercuit vivente Episcopo, post illius mortem Sede vacante, & Capitulo contradicente. *Sac. Congregat. Concil. in Filaen.* 22. *Februar.* 1631. Unde mortuo Episcopo, illius suffraganeus Ordines conferre non potest. *Sac. Congregat. Concil. in Constantiensi* 4. *Februar.* 1645. Alia de Episcopo suffraganeo, Vid. verb. *Coadjutor a.*
47 *num.*67. *ad num.*103. ubi late de ipso.

Additio ex Auctore.

48 EPiscopalis Ordo, ratione ipsius Ordinis, præstat dignitati Cardinalis Presbyteri, aut Diaconi, quia multa
49 facit Episcopus ratione Ordinis, quæ Cardinales facere non possunt; Benedict. XIV. tom.2. Constitut. 36. incip. *Cum a nobis.*

Episcopi excitantur ad exactum sui muneris implementum; Idem tom.1. Constitut. 2. incip. *Ubi primum.* Episcopis commendatur Ministrorum delectus, nempe ut singulos Curiarum suarum Ministros, & Officiales, pietatis, probitatis, doctrinæ, prudentiæ, aliarumque Christianarum virtutum laude præstan- 50
tiores, & diuturna experientia commendatos, diligenter exquirant, & seligant; Idem Constit. 85. incip. *Nimiam* §.20. 51
Episcopi Sacrorum Ministrorum adjumenta petere debent pro recta suarum Diœcesum institutione; Idem Constitut. 140. incip. *Gravissimum* §.5. Ipsi exemplo præire, Diœceses visitare, & in eis residere enixe monentur; Idem *ibi-* 52
dem §. 18.

Episcopi jurisdictioni, visitationi, & correctioni subsunt 53
omnes animarum curam gerentes, vel Sacramenta administrantes in Ecclesiis Regularium, in his, quæ ad dictam 54
curam, & administrationem pertinent; Idem Constitut. 109. incip. *Firmandis* §.2. Quod intelligitur de jurisdictione ordi- 55
naria, non vero delegata; Idem *ibidem* §.2. Episcopus cognoscere potest de vita, & moribus Parochi Regularis, iis exceptis, quæ pertinent ad observantiam Disciplinæ Regu- 56
laris; Idem *ibidem* §.8. Delinquentem Parochum Regularem corrigere potest, in quo cumulativam jurisdictionem habet 57
cum Superiore Regulari, & quidem cum præponderantia; Idem *ibidem* §.10. Et ipsum removere etiam potest absque 58
consensu Superioris Regularis; Idem *ibidem* §.11.

Episcopi consensus, & approbatio necessaria sunt, ut Regularis animarum Curam assumere queat; Idem *ibidem* §.11. 59
Etiam in Ecclesiis ab ipsius jurisdictione, & visitatione exemptis, ratione residentiæ ordinariæ Superioris Generalis; Idem *ibidem* §. 16.

Episcopi Cardinales Episcopatuum suburbicariorum ple- 60
nam, & privativam jurisdictionem habent in prima instantia in suos subditos intra fines suarum Diœcesum; Idem Con- 61
stitut. 115. incipient. *Romanæ Curiæ* §.20.

Episcoporum Latinorum jurisdictio ordinaria in Græcos, 62
& Albanenses in Diœcesibus suis commorantes asseritur; Idem Constitut. 57. incip. *Etsi Pastoralis* §.9. Episcopi Græci Lati- 63
nos ordinare nequeunt, sub pena suspensionis; Idem *ib.* §.7. Episcoporum Græcorum Melchitarum jurisdictio asseritur adversus attentata Prælatorum Maronitarum; Idem Const. 87. incip. *Demandatam* §. 12. Episcopi Regnorum Madurensis, 64
Maysurensis, & Carnatensis jurare debent observantiam Constitutionum Apostolicarum; Idem Const. 107. incip. *Omnium sollicitudinum* §. 17.

Episcopus non potest in totum jus Episcopale dimittere, & propria auctoritate Ecclesiam, aut Monasterium a sua ju- 65
risdictione ordinaria immunem efficere, sed opus est privilegio Apostolico; Idem tom. 2 Constitut. 40. incip. *Cæsarum Palatii Apostolici.* 66

Episcopi Diœcesani consensus a Romanis Pontificibus exquiri consuevit ad concedendam Monasteriis plenam exem- 67
ptionem ab eorum ordinaria jurisdictione; Idem *ibid.*

Episcopi jurisdictionem habent in Civilibus in omnes Regulares; Idem tom. 2. Constitut. 7. incipient. *Pontificia.* Item 68
in Regulares extra Claustra degentes omnimodam jurisdictionem habent tamquam Sedis Apostolicæ delegati; Idem *ibid.* Episcopi in Regulares animarum curam exercentes in Indiis tam Orientalibus, quam Occidentalibus, & in eorum Ecclesias, in his, quæ ad hujusmodi curam pertinent, legitimam jurisdictionem habent ad formam Concilii Tridentini, 69
& Constitutionum Apostolicarum; Idem Constitut. 1. incip. *Quamvis ad confirmandum.*

Episcopi in his, quæ pertinent ad Missarum celebratio- 70
nem, procedere possunt contra quoscumque etiam exemptos, tamquam delegati Sedis Apostolicæ; Idem Constitut. 17. incipient. *Accepimus.* Episcopus concedere nequit licentiam 71
iterandi Sacrificium sine gravi necessitate; Idem Constitut. 3. incip. *Declarasti Nobis.*

Ad Episcopum spectat licentiam concedere, ut Sanctissi- 72
mum Sacramentum publice exponatur; Idem Constitut. 5. incip. *Accepimus in Civitate.*

Episcopus tenetur sequi judicium Patroni Ecclesiastici in 73
electione dignioris inter approbatos ab Examinatoribus, si nemo adversus Patroni judicium reclamet; Idem Constitut. 4. incipient. *Redditæ Nobis.* Contra vero, si inter approbatos 74
ab Examinatoribus sit, qui reclamet a præelectione Patroni; Idem *ibidem.* 75

Episcopus denegare nequit Clerico, atque etiam Canonico, & Parocho, licentiam ingrediendi Religionem; Idem Constitut. 25. incip. *Ex quo.* Episcopus juxta Innocentii IV. 76
sententiam revocare potest Sæcularem Clericum a claustris Religiosis, quando Ecclesia ex illius digressu gravius læda-

---

(a) Falsum est, Regularem Episcopum, si contingat, ut vel Episcopatum resignet, vel aliquam ob culpam Episcopatu privetur, ad propria claustra redire non teneri. Nam in laudata Benedicti XIII. Constitutione Episcopis Regularibus præcipitur, ut *dimisso Episcopatu, seu quacumque alia dignitate, ad quam evecti fuerint, vel perfuncti munere sibi extra claustra commisso, ad eadem claustra redire teneantur, sub pœna privationis usus Pontificalium; & si permanserunt in contumacia non redendi ad claustra post annum, sint eo ipso suspensi a divinis.*

tur: Idem *ibid.* Episcopus quomodo providere debeat animarum Curæ, & quoad Beneficia Choralia, dum Parochus, seu Canonicus Religionem ingressus, nondum professionem emisit, assignatur ab eodem Pontifice, *ibid.* nempe quod pro
77 eo tempore, quoad Beneficia Curata, debeat idipsum agere, quod alias præstare consuevit, quum Parochus aliquo impedimento detinetur, ne animarum curam exercere valeat. Et quoad Beneficia Choralia, relictis Tyroni Religioso, qui Choro interesse nequit, ipsius Beneficii fructibus, de distributionibus ita statuet, ut jura præscribunt, juxta opinionem in praxi receptam; Vide *verb. Novitius num.* 24. *ad* 27. ubi expresse de his.

78 Episcopus electus, & confirmatus consecrationem petere debet intra tres menses, sub pœna amittendi fructus, atque etiam Ecclesiam: Idem tom. 2. Constitut. 36. incip. *Cum a*
79 *Nobis*. Episcopi etiam Cardinales residere tenentur; Idem *ibid.* Episcopis non licet abesse ab Ecclesia per tempora Adventus, Quadragesimæ, Nativitatis, Resurrectionis Domini, Pentecostes, item & Corporis Christi, nisi forte Episcopalia munia in aliis Diœcesis locis eos detineant: Idem Constitut. 18. incip. *Ad universæ*. Episcopi post suam promotionem
80 transacto mense ad suam Diœcesim se conferre tenentur;
81 Idem *ibid.* Episcopi ratione Visitationis Sacrorum Liminum si præsint Ecclesiis citra montes, & citra mare positis abesse
82 possint per quatuor menses; Si vero præsint Ecclesiis ultramarinis, & ultramontanis abesse possunt per septem menses
83 continuos; Idem *ibid.* Ubi insuper ad præcavendos abusus assignat, qui præcipiatur Episcopis postulantibus licentiam abessendi a propriis Ecclesiis causa insalubritatis aeris, & quid petentibus dictam licentiam aliis de causis, & qua forma, & quibus cautelis concedi eis debet talis licentia, mandans denique, quod Episcopi residentes denunciare teneantur alios Episcopos non residentes.

84 Episcopus potest retinere penes se unum, vel duos Canonicos, qui pro residentibus habeantur: *cap. De cætero* 7. &
85 *cap. Ad audientiam* 15. *de Clericis non residentib.* Et istos Canonicos pro suo servitio potest assumere sive ex Cathedrali, sive ex Collegiata; Sic declaravit *Sacra Congr. Concilii in Colonien. 9. Septembris* 1628. *& in Cajetana* 1. *Septembris* 1663. Item potest assumere duos Beneficiatos, seu Mansionarios, sive ex Cathedrali, sive ex Collegiata suæ Diœcesis, ita tamen ut ultra duos ex omnibus ipsis non adsumat: *Sac. Congr.*
87 *Concil. in Avenionen.* 7. *Januar.* 1640. Non potest autem ipsos assumere; si habent Curam animarum: *Ead. Sacr. Congreg.*
88 *in una Montisflasionis* 26. *Aprilis* 1659. Vel sint Canonici Coadjutores: *Ead. Sacr. Congr.* 15. *Januar.* 1684.

89 Dicti autem Canonici, seu Beneficiati ab Episcopo ad suum servitium assumpti, si absint a Choro, lucrantur quidem fructus suarum præbendarum, sed non quotidianas distributiones. Et si redditus omnes ipsis distributionibus constet,
90 duas tantum ex illarum tribus partibus lucrantur; Sic expresse *ead. Sac. Congreg. in Sorana* 22. *April.* 1679. Uti idem dicendum venit de Canonicis comitantibus suum Episcopum in
91 Visitatione Diœcesis, quamvis si ipsum comitentur in visitatione Sacrorum Liminum, vel ad ipsa visitanda deputentur, omnes distributiones lucrentur, ut pluries resolvit *Ead. S. Congr.* & signanter in *Brixien.* 18. *Septembris* 1626. *in Sulmonen.* 5. *Decemb.* 1626. *in Regien.* 18. *Dec.* 1627. *& in Pennen.* 1. *Octob.* 1672. apud Card. Lambertin. *volum.* 5. *in Regulis circa servitium Chori*. Vid. *verb. Distributiones quotidianæ art.* 1. *a n.* 40.

92 Episcopi Suffraganei, annua præstatione super mensa Episcopali ipsis constituta, provideri debent de congrua sustenta-
93 tione; Idem cit. Constitut. 36. incip. *Cum a nobis*. Episcopi Titulares valide, sed illicite Ordines conferunt sine licentia
94 Ordinarii, in cujus Diœcesi degunt; Idem *ibid.* Episcopus Titularis jurisdictionem exercere potest in subditos Ecclesiæ sibi assignatæ, si ad Christianam Religionem convertantur; Idem *ibid.*

95 Episcopus duarum Ecclesiarum unitarum in die Cœnæ Domini non potest in utraque Missam celebrare, sed debet uno anno dicta die celebrare in una, & inibi Chrisma conficere, & alio anno in alia idipsum facere, & ab una ad aliam Chrisma consecratum transmittere; Idem Constitut. 3. incip. *Declarasti*.

96 Episcopus in publicis Processionibus cum Cappa, & Bir-
97 reto non inter Dignitates, sed solus incedere debet. Quod si deferatur aliqua Imago, seu Reliquia, ipse cum Cappa & Birreto debet incedere post Imaginem, seu Reliquiam, nisi adsit consuetudo in contrarium; *S. R. C. in Savonen* 20. No-
vemb. 1620. Vid. verb. *Resolutiones in indice Decretor. spectant. ad Missale num.* 239.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

1 EPiscopi suffraganei, annua præstatione super mensa Epi-
2 scopali ipsis constituta, provideri debent de congrua sustentatione. Benedictus XIV. Constit. incip. *Cum a Nobis*,
3 Episcopi Titulares valide, sed illicite Ordines conferunt sine licentia Ordinarii, in cujus Diœcesi degunt. Idem *ibid.* Epis-
4 copus Titularis jurisdictionem exercere potest in subditos Ecclesiæ sibi assignatæ, si ad Christianam Religionem convertantur. Idem *ibid.*

Supplementa Auctoris, e III. Editione.

5 EPiscopi ex Ordinibus Monasticis, & mendicantibus assumpti, habitum proprii Ordinis visibilem gestare debent; Benedictus XIV. Constit. incip. *Biennium* §. 3. quæ extat in Supplemento tomi 3. sui Bullarii.

6 Id tamen non procedit quoad Canonicos Regulares, & Clericos Regulares. Idem *ibid.* Sed recte observatur a Fratribus Professis Militiæ Equestris S. Joannis Hierosolymitani. Idem *ibidem*.

7 Quoad obligationem Episcoporum exemptorum, & Sanctæ Sedi immediatæ subjectorum, eis indictam a Concilio Tridentino *sess.* 23. *de reformat. cap.* 2. ubi eligendi Metropolitanum, ad cujus Synodum Provincialem accedere teneantur, & quæ ibi ordinata fuerint observare, & observari facere, Bened. XIV. *de Synodo Diœcesana lib.* 13. *c.* 8. *n.* 13. *& seq.* hæc refert: „Tridentinæ sanctionis habita fuit ratio in Con„cilio Romano coacto anno 1725. Cumque eidem aliqui Epis„copi interfuissent, qui a Metropolitani jurisdictione immu„nes, & Sanctæ Sedi immediate subjecti, Archiepiscopum „sibi non delegerant: ad cujus Synodum Provincialem ac„cederent, jussi sunt, Canonicis etiam pœnis indictis, ele„ctionem hujusmodi statim perficere: Idemque absentibus „significatum fuit, ac insuper particularis instituta Congre„gatio, quæ Decretum hac de re conditum exequendum „curaret. Hæc Congregatio habita fuit die 28. Maii ejusdem „anni 1725. editaque ab ipsa sunt consultissima Decreta, „quæ, cum a nullo adhuc, quem sciamus, Auctore impres„sa fuerint, optimum ducimus ea huic capiti inferre:

Examinato diligenter Decreto Sacri Concilii Tridentini sess. 24. c. 2. de electione Metropolitani per Episcopos, qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur, ad effectum perducenda, concordibus, & uniformibus votis fuit relatum, ut sequitur.

„Primo, Archiepiscopos, qui non habent Suffraganeos, non teneri eligere Metropolitanum ad effectum conveniendi in ejus Concilio Provinciali.

Secundo, sex Cardinales Episcopos urbium Romæ adjacentium, non teneri, ut supra.

Tertio, Episcopus omnes, qui sunt inter Provinciam Capuanam, & Pisanam, non teneri eligere Metropolitanum ad effectum, Eos nihilominus, qui, vel quorum Antecessores jam semel post Tridentinum elegerunt Metropolitanum, teneri stare electioni, prout etiam Episcopus, qui a Provincia Romana, inter dictas Capuanam, et Pisanam constituta, divulgi fuerunt, et assignati Suffraganei Ecclesiarum in Metropolitanas electarum, eidem subesse.

Quarto, Episcopos vere immediate subjectos Apostolicæ Sedi, qui sunt extra præfatam Provinciam Romanam, ubicumque locorum existentes, omnino teneri eligere Metropolitanum, juxta Decretum Concilii Tridentini sess. 24. c. 2. de reformat. quatenus, ipsi, vel eorum Antecessores jam non elegerint.

Quinto, Abbates, aliosque Prælatos inferiores nullius Diœcesis, habentes Jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, et populum, cum Territorio separato, teneri eligere Metropolitanum, ut supra.

Sexto, Episcopos, Abbates, et Prælatos inferiores, qui debent, ut supra, eligere Metropolitanum, etsi non teneantur, eligere viciniorem, debere tamen, juxta dictum Decretum Concilii Tridentini, vicinum eligere: quod est intelligendum de non nimis longe distante, habita ratione regionum.

Deinde *ibid. num.* 15. sic prosequitur: „*Inter Episcopos, qui ut Metropolitanum sibi ad prædictum effectum eligerent, a Con-*
8 *gregatione compulsi sunt, alter Papiensis fuit, Lucensis alter sicuti*

sicuti legitur in Registris prædictæ Congregationis habitæ, ut dictum est, die 28. *Maii* 1725. *Et hi quidem plura obtendere non omiserunt, ut Metropolitani electionem declinarent, sed eorum contentiones, & studia in irritum cesserunt, rejectis eorum instantiis per eamdem Congregationem habitam die* 11. *Februarii* 1726. *Cum vero felicis recor. Benedictus PP. XIII. justis, gravibusque de causis Episcopatum Lucensem in Archiepiscopatum erexerit, nullo tamen ipsi adscripto Suffraganeo, ut patet ex ejus Constitutione incipient.* Inscrutabili, novo Bullario tom. 12. *& cum Nos Papiensi Episcopatui unitum perpetuo voluerimus titulum Archiepiscopi Amasiæ in partibus Infidelium, sicuti videre est in nostra Constitutione, quæ incipit* Ad supremam, in nostro Bullario tom. 1. num. 74. *hinc uterque Præsul ab eligendi Metropolitani lege immunis evasit, juxta primum superius inserti Decreti caput. Ad Episcopos vero quod spectat, qui Capuanam, & Pisanam Provinciam interjacent, multo ante fuerat pronunciatum, non adigi eos Metropolitanum eligere, sicuti videri potest* lib. 4. Decretorum Congregationis Conc. anni 1585. pag. 53. Sacra &c, censuit, Decretum c. 2. de reformat. sess. 24. non habere locum in Episcopis, qui sunt in Provincia Romana. *De Provincia Romana inter Capuanam, & Pisanam loquitur Innocentius III.* in c. Sua nobis, de Officio Vicarii. *Nos de ipsa mentionem fecimus* in superiori lib. 2. c. 2. num. 3. *ubi etiam rationum momenta attulimus, ob quæ hujusmodi Provinciæ Episcopi ab eligendo Metropolitano eximuntur. Itaque alteri huic relationis capiti finem imponentes, censemus. facile ex dictis quemlibet Episcopum colligere posse, num ad eligendum Metropolitanum obstringatur, & quomodo de injuncti sibi oneris implemento docere debeat. Hactenus laudatus Pontifex* loc. cit.

9 Episcopi suffraganei si decorentur pallio, in Bullis tamen ejus concessionis cavetur, ne quid præjudicii ex hoc inferatur eorum Metropolitis, quin & vetantur illud ferre in præsentia Archiepiscopi. Bened. XIV. *de Synodo Diœc. lib.* 13. *c.* 5. §. 2. *nov. edit.*

10 Palli honore non decorantur latini Patriarchæ Titulares, quemadmodum nec Archiepiscopi in partibus; cum enim Pallio nemo uti possit extra Provinciam suam, illi profecto alibi commorantur; *ibid.* §. 17.

Novissimæ additiones ex aliena manu.

DUæ hic de Episcopo Titulari expendendæ sunt quæstiones Prior est an Titularis Episcopus negligens consecrationem suscipere intra tempus *a Concilio Tridentino sess.* 23. *cap.* 2. *de reformat.* præfinitum incurrat pœnas ab eodem *Concilio* inflictas videlicet restitutionis omnium fructuum si negligentia fuerit per tres menses a die Confirmationis, & privationis Episcopatus si negligentia fuerit per alios tres menses & sic per sex menses a Confirmatione.

Negativa mihi arridet opinio. Ratio enim *cur Conc. Tridentinum* ita obligavit Episcopos fuit, ut occurreret spirituali
1 damno quod necessario subditis afferre debebat dilata ab Episcopum in longum tempus susceptio consecrationes *Van-Espen Jur. Ecclesiastic. universi. part.* 1. *titul.* 15. *cap.* 1. §. 14. *Hallier de Sacr. Ordination. part.* 3. *section.* 7. *cap.* 21. §. 2. *num.* 16. Hæc autem Concilii Tridentini ratio locum sibi vindicare nequit quantum ad Episcopos Titulares, utpote qui subditos habent habitu tantum non item actu. Non est igitur quod Episcopus
3 Titularis negligens. Consecrationem teneri possit pœnis Concilii Tridentini, ut punctim firmat *Hurtad. variar. resolution. num.* 2. *tract. ultim. resolut.* 12. §. 4. *num.* 720.

Accedit quod juxta Concilium Tridentinum ut locum habeat pœna privationis Episcopatus, debet præcedere pœna
4 restitutionis omnium fructuum. At quomodo quantum ad
5 Episcopos Titulares præcedere potest pœna hæc restitutionis omnium fructuum, si apprehendere ii nequeunt possessionem suarum Ecclesiarum utpote ab Infidelibus occupaturam? Hinc igitur magis, atque magis confirmatum remanet quod intelligere nequit *Concilium Tridentinum de Episcopis Titularibus*, eo ipso quod circa ipsos servari nequit ordo ille pœnarum ab ipso *Concilio Tridentino* stabilitus, & religiosissime propterea servandus. Optime *Rota in Vilnen Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum* 3. *Aprilis* 1761. §. 14. *cor. bon. mem. Fraugipane*.

Altera est an Canonicus qui simul sit Episcopus Titularis, possit a Capitulo suæ Ecclesiæ Cathedralis eligi in Episcopum
6 absque Brevi eligibilitatis? Notum jam est quod Episcopus unius Ecclesiæ non possit in Episcopum alterius Ecclesiæ eligi, sed postulari debeat *cap. ultim. de Postulat. Prælator.*; idque ex matrimonio spirituali quod Episcopum inter ac Ecclesiam intercedit.

Videtur autem posse eligi sine eligibilitatis Brevi eo quod 7
regula de spirituali matrimonio cessat quantum ad Episcopum Titularem, quippe qui vere & proprie Ecclesiam haud habet, At contrarium, & quidem jure meritoque resolvit *Christianus* 8
Thomasius in Respons. Jur. impress. *post Programmata* §. 5. *& plur. sequent.* ea ductus ratione quod & Episcopum Titularem inter & Ecclesiam est spirituale matrimonium, adeoque carens, ipse Brevi eligibilitatis nequeat ex matrimonio hoc spirituali eligi in Episcopum alterius Ecclesiæ.

EREMITA.

ERemita denominatur ab Eremo, quem colit ut Deo libe- 1
rius, & commodius serviat *Communis*. Eremus enim est 2
nomen Græcum, quod latine idem significat *Desertus*, sive *locus solitarius*, & omni habitatore destitutus; Unde Eremita 3
juxta nomenclaturam est Eremi cultor, sive Eremicola, & aliquando dicitur Monachus Græce, latine solus; *cap. Si cupis* 15. *caus.* 16. *q.* 1. ibi: *Si cupis esse quod diceris, Monachus, idest solus, quid facis in Urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum?* ubi Gloss. in verb. *solorum* subnectit idest *solitariorum*. Eremitarum secundum D. Hie- 4
ronymum *Epist.* 22. ad Eustochium tria sunt genera, ibi: *Primum Cœnobitæ quos illi Sauses gentili lingua vocant, nos in communi viventes possumus appellare: secundum Anachoretæ, qui soli habitant per deserta, & ab eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur; Tertium genus est, quod Remoth dicunt, teterrimum atque neglectum*; hæc ille. Unde 5
alii dicebantur *Cœnobitæ*, scilicet in communi viventes, alii *Anachoritæ* scilicet soli habitantes, & alii *Remothitæ*, scilicet in communi, sed teterrime, laxe, & improbe viventes. 6

Sanctus Beeedictus *cap.* 1. *Regulæ & cap.* 15. quatuor enumerat genera Eremitarum, Cœnobitas scilicet, Anachoritas, Sarabaitas, & Gyrovagos. S. Augustinus vero *lib. de moribus Eccles.* dicit, quod Eremitarum genus dividitur in Anachoritas, & Cœnobitas, & non alias species, cum quo videntur concordare Eminentiss. Bellarminus *tom.* 2. *de Monach. lib.* 2. *cap.* 3. Sapientiss. Suarez *tom.* 4. *lib.* 1. *de variet. at. Religion. in genere cap.* 2. existimantes alias divisiones verbales falsas, aut futiles, cum aliqua membra prædictorum se se mutuo ineludant, ut inter se minime differant. Nam Eremitæ, & Anachoritæ sola voce differunt, Remothitæ, & Sarabaitæ, & Gyrovagi, Cœnobitæ sunt; sed deterrime vivere in Monasterio cum proprio, & sine obedientia, non facit diversum genus constinctum ab aliis, sed est corruptio vitæ Eremiticæ, & quod quidam se conferant in Eremum, non ut sanctius, sed liberius vivant, non est genus diversum, sed relaxatio vitæ monasticæ, ut observat eruditiss. P. Donatus *prax. Regul. tom.* 4. *tract.* 14. *num.* 6. Fagnanus tandem *lib.* 2. *decretal. in cap. Nullus Judicium* 2. *de Foro competent. num.* 7
54. *ad* 64. quatuor distinguit species Eremitarum. Primi sunt Eremitæ, qui emittunt tria vota substantialia in aliqua ex Re- 8
gionibus approbatis, quales sunt Eremitæ tam calceati, quam discalceati S. Augustini, Eremitæ Camaldulenses, Eremitæ Sancti Hieronymi per Hispaniam, & per Italiam, Eremitæ Servitæ Montis Senarii, Eremitæ Sancti Hieronymi de Fesulis, Eremitæ Beati Petri de Pisis. Secundi sunt 9
Eremitæ viventes in Congregatione, & habentes modum vivendi ab Episcopo approbatum, & tales licet non sint vere, & proprie Religiosi, quia non profitentur aliquam ex Religionibus a Summo Pontifice approbatis, tamen sunt personæ ecclesiasticæ, & subsunt jurisdictioni Episcopi Diœcesani; *arg. cap. Indemnitatis* §. *penultim. de elect. in* 6., *& Clementin.* 2. §. *Illas quoque mulieres, de statu Monachorum*. Tertii sunt Eremitæ, qui quamvis nec sint professi alicujus 10
Religionis, nec vivant in communi, tamen de facultate Episcopi induunt Habitum eremiticum, & de ipsius auctoritate sunt deputati servitio alicujus Ecclesiæ, vel Oratorii, seu Eremitorii, & sub illius obedientia vivunt. Quarti denique 11
sunt Eremitæ, qui non sunt deputati Ecclesiæ servitio auctoritate alicujus Prælati ecclesiastici, sed voluntarie suscipiunt, & ad sui libitum deferunt Habitum eremiticum.

Eremitæ primi, & secundi generis gaudent privilegio Fo- 12
ri, & & privilegio Canonis; de primis enim nefas esset hoc dubitare, cum sint vere & proprie Religiosi; de secundis quod gaudeant, nedum privilegio Fori, sed etiam Canonis, tenet expres-

exspresse Silvester *in verb. Eremita qu.* 1. *num.* 2., *& in verb.*
13 *Ecclesia* 1. §. 5. *dicto* 6. *num.* 6. & cum multis Fagnan. *loc. cit. a num.* 55. *ad* 60. Eremitæ tertii generis etiam gaudent privilegio Fori, & Canonis. Silvester *verb. Ecclesia* 1. §. 5. *dicto* 6. Armilla *verb. Eremita num.* 3. Navarr. *in Manual. cap.* 17. *sub num.* 79. *in fin., & Comment.* 2. *num.* 44. *de Regularibus*, D. Nicolaus Boer. *in tract. de statu, & vita Eremit. num.* 13. *&* 14. Covar. *practic. qu. cap.* 34. *num.* 4. Carolus de Grassis, *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 105. Aloysius Ricc. 2. *part. prax. resol.* 149. Leonard. Duar. *in comment. Bullæ Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *qu.* 6. *cum sua addit.* Ricciol. *lib.* 3. *Lucub. cap.* 3. *in secundo casu*. Bonacina *tom.* 3. *de censuris Bullæ Cœnæ disput.* 1. *q.* 16. *sect.* 1. *punct.* 3. *num.* 18. Barbosa *par.* 2. *de Offic. & potestat. Episcop. allegat.* 12. *num.* 41. *& lib.* 1. *Juris Eccles. universs. cap.* 39. *num.* 45. Novar. 1. *part. q.* 67. *multis allegatis a n.* 1. *usque in fin. de elect. Fori*, Lezana *pluribus citatis part.* 2. *cap.* 7 *num.* 4. *&* 5. Fagnan. *in cit. cap. Nullus* 2. *de Foro competenti num.* 61. & cum multis aliis Reiffenstuel *lib.* 3. *decretal. tit.* 1. *num.* 25. *arg. cap. Qui vere* 16. *quæst.* 1. ibi: *Qui vere, pureque solitariam eligunt vitam, digni sunt convenienti honore*, & Gloss ibidem verb. *Vere & arg. cap. Duo sunt genera* 12. *q. est.* 1. ubi illud Christianorum genus reputatur inter Clericos: *Quod mancipatum divino Officio & deditum contemplationi, & Orationi, ab omni strepitu temporalium cessare convenit*. Isti autem adnumerantur Eremitæ recepti auctoritate Episcopi Diœcesani ad servitium alicujus Ecclesiæ, vel Oratorii, adeoque &c. & quod tales Eremitæ sint personæ Ecclesiasticæ censuit *Sacra Congreg. Episcop. in Fundana* 17 *Januarii* 1594. ut refert Barbosa *decis. Apostolic. verb. Eremitæ num.*
14 *mer.* 2. Non desunt tamen, qui tenent contrarium, & maxime de privilegio Canonis, ut Cardinalis *in Clementin. Per litteras, de præbendis*, & alii, quos citat Fagnan. *loc. cit. num.* 62.
15 Eremitæ quarti generis non gaudent, nec privilegio Fori, nec privilegio Canonis, ut de communi testantur Fagnan. *loc. cit. num.* 63. Reiffenstuel. *loc cit. num.* 28. & alii passim.
16 Deputatio Eremitæ pro custodia Ecclesiæ potest pertinere ad Laicos, sed approbatio semper spectat ad Episcopum. *Sacra Cong. Conc. in Albanen.* 10. *Maji* 1692. Pro istis Eremitis
17 variæ emanarunt Ordinationes, quæ hic ad litteram subnectuntur; & in primis datur Edictum emanatum sub Clemente XI. 6. Octobris 1702.

EDICTUM

Pro Eremitis.

Gaspar per la misericordia di Dio Vescovo di Sabina della S. R. C. Card. Carpegna, della Santità di N. S. Vicario Generale &c.

18 PEr impedire molti gravi inconvenienti, ed evitare li scandoli, che frequentemente succedono in quest' Alma Città, per causa d' alcuni Vagabondi, che si fingono, e portano l' Abito de' Romiti senza la necessaria licenza; La Santità di Nostro Signore inerendo alli Editti in diversi tempi emanati, particolarmente dalla Santa Memoria di Clemente VIII. nel 1602, e dalla santa memoria di Clemente IX. col parere della Sagra Congregazione della Visita sotto li 15. Luglio 1669. ordina e commanda a tutti li Romiti, che ora si trovano in questa Città di Roma, suoi Borghi, e distretto anche nei Romitorij, o case particolari, vicino le Chiese, che in termine di otto giorni dopo la publicazione del presente Editto, ed a quelli, che verranno per l'avvenire, immediatamente dopo, che sono entrati in questa Città, debbano deporre l'abito Eremitico, ovvero andare a star nel Convento, o Ospizio de' Romiti di Port' Angelica, fondato a quest' effetto con autorità Apostolica, affinchè non sieno costretti andare all' Osterie, o Camere Locande, come dalla Costituzione della San. Mem. di Sisto V. che incomincia; *Cum nostræ* emanata li 29. Maggio 1587., ed ivi mostrare le Testimoniali degli Ordinarj de' Luoghi, ed incarichiamo al Superiore di detto Ospizio di riconoscerle, e quelli, che non l'esibiscono, non ammetterli, anzi cacciarli secondo ordina la medesima Costituzione Apostolica, e quei, che l'hanno, riceverli con carità, conforme l' Istituto di detto luogo, in cui dovranno li suddetti vivere, e pernottare per il tempo prescritto sotto pena di carcere, ed esilio da Roma, e dallo Stato Ecclesiastico per dieci anni, ed altre pene a nostro arbitrio. Parimente ordina la Santità Sua sotto le medesime pene alli detti Romiti, che non vadino per Roma, se non portano la fede del Rettore o Superiore del medesimo Ospizio ch' ivi dimorano; Di più che non possino fermarsi in Roma più di tre giorni, se non avranno in scritto da Noi, o da Monsignor nostro Vicegerente licenza particolare, quale si concederà gratis, quando vi sarà causa legittima, e in detto tempo, che avranno le licenze, non dovranno questuare, ne pernottar altrove, che in detto Ospizio, eccetto quelli, li quali saranno approvati da Noi, o dal detto Monsignor nostro Vicegerente, ed avranno un' altra speciale licenza in scritto di dimorare in qualche Romitorio, o Casa vicino le Chiese per fare l' Offizio di Custode delle medesime, ed a quelli se li prescriveranno alcune Regole, secondo le quali dovranno contenersi.

Inoltre inerendo alla disposizione delle Constituzioni Apostoliche, e dei replicati Decreri della Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari, proibisce la Santità Sua che nessuno Romito sotto qualunque pretesto, colore, o causa ardisca di portar l'abito di qualsivoglia Religione, anche con licenza del Superiore di essa con Tonica, o Mantello lungo, o senza di esso, nè con scapolare, o capuccio simile a quelli de' Religiosi, ma debbano portarli in forma, che siano totalmente distinti dall' abito regolare, o claustrale sotto le pene dette di sopra, e per quelli, che porteranno l'abito de' Padri Capuccini, o simile in maniera, che possano esser reputati di tale Religione, incorreranno, oltre le sudette pene, anche la pena della Scommunica late sententiæ imposta dalle Costituzioni Apostoliche della San. Mem. di Paolo III. Pio IV. Gregorio XIII. ed altri Sommi Pontefici.

Non intendiamo però di comprendere in questo Editto li Romiti, che ora sono, e per l'avvenire saranno con leggitima autorità assegnati di Famiglia, e conviveranno in detto Ospizio, o Convento di Port' Angelica, nè meno i Terziarj, Commessi, Oblati, Offerti, Donati, o altri simili, che stanno di Famiglia, o convivano nei Monasterj, o Conventi de' Regolari. Avverta ciascuno di ubbidire, perchè contro li Trasgressori si procederà irremissibilmente alle pene sopradette, ed ancora maggiori a nostro arbitrio, secondo la qualità de' casi con giustizia sommaria, ed anche per inquisizione. Volendo che il presente resti pubblicato, ed affisso ne' luoghi soliti astringa tutti, come se a ciascuno fosse personalmente intimato. Comandiamo inoltre, che il Superiore di detto Convento, o Ospizio di Port' Angelica debba sempre tenere affisso un' esemplare del presente Editto nel Refettorio, o altro luogo pubblico del detto Convento sotto pena a nostro Arbitrio. Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo di 6. Ottobre 1702.

G. Card. Vicario.

N. A. Guggiò Segr.

SOMMARIO

Delle Regole da osservarsi dai Romiti.

Prospero del Titolo di S. Calisto della S. R. C. Prete Cardinale Marefoschi della Santità di N. S. Vicario Generale &c.

ESsendo state fatte nel Concilio Romano, celebrato l'anno 19
prossimo passato, alcune Regole per li Romiti, che risiedono nell'Ospizio vicino la Port' Angelica di quest'Alma Città, e per altri Romiti. E perchè le stimiamo anche molto utili da osservarsi da quei Romiti, li quali dimorano soli, o accompagnati alla Custodia di diverse Chiese, e Capelle dentro, e fuori le Porte di Roma, però ne abbiamo fatto il presente Sommario stampato, che decentemente adattato in Tabella, vogliamo che stia sempre affisso nella Cella di ciaschedun Romito, e che le debba puntualmente osservare sotto pena di esser mandato via dalla Chiesa, che custodisce, privazione dell' Abito, e altre pene a nostro Arbitrio, secondo la qualità della trasgressione.

REGOLE.

I. Che debbano sempre portar l' Abito differente da quello, che usano i Religiosi.

II. Che

II. Che non possano fondare nuovo Romitorio senza nostra licenza.

III. Che non debbano coabitare più di due Romiti insieme, parimente senza detta licenza.

IV. Che ad ogni nostro Ordine debbano dar conto delle Limosine, che ricevono.

V. Che nelle Feste di precetto debbano intervenire alla Dottrina Cristiana nella propria Parochia.

VI. Che ogni mese, e in tutte le Feste solenni debbano Confessarsi, e Communicarsi nella sua Chiesa Parochiale.

VII. Che ogni giorno debbano recitare almeno la terza parte del SS. Rosario, e la sera far l' esame della Coscienza, e recitare le Litanie della Beatissima Vergine.

VIII. Che non tengono libro alcuno senza prima mostrarlo al proprio Paroco, e averne dal medesimo la licenza.

IX. Che tengano polita la Chiesa, e le sacre suppellettili, come anche la Casa, dove abitano.

X. Che non ammettano Sacerdote alcuno a celebrare senza la nostra licenza stampata.

XI. Che non ammettano Uomo alcuno a pernottare senza licenza del proprio Parroco: Che se ivi si rifugiasse qualche delinquente, debbano subito darne parte a Noi, o a Monsignor Vicegerente nostro.

XII. Molto meno ammettere sotto qualsivoglia pretesto, o licenza alcuna Donna di qual si sia qualità, ancorchè sia sua Moglie.

XIII. Che non possano passare ad altra Chiesa, o Eremo, ne deporre l' Abito, e deposto ripigliarlo senza nostra licenza, o di Monsignor Vicegerente, sotto pena della privazione dell' Abito della Immunità Ecclesiastica, e di carcere.

XIV. Che finalmente li RR. Curati, sotto li quali i detti Romiti, o Custodi dimorano, dovranno invigilare nell' Osservanza delle sudette Regole, e trovandosi trasgressori gli ammoniscano, e non emendandosi, siano tenuti darne immediatamente avviso a Noi, o a detto Monsignor Vicegerente nostro, affinchè si proceda contro di essi alle dovute pene. E perchè in Roma non sono molto stabili li detti Custodi, però li detti Parrochi dovranno pubblicare almeno una volta l' anno nella Messa Parrocchiale nel giorno di S. Paolo primo Eremita le medesime Regole alli Romiti loro Parrochiani, a questo effetto avvisati, e congregati. Questo di 13. Novembre 1726.

P. Cardinal Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segr.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

20 ALias emanarunt a felic. record. Urbano PP. VIII. Prædecessore nostro litteræ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet:

URBANUS PP. VIII.

Ad prpetuam rei memoriam.

Cum, sicut dilectus filius Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ Sancti Francisci Nobis nuper exponi fecit, quamplures abutentes Habitu Fratrum Tertiariorum Ordinis ejusdem Sancti Francisci, vel simplicem Tuniçam oblongam cum Mantello, vel sine eo, absque Superiorum prædictæ Religionis licentia deferant, vel etiam eis caputium, aut Tunicæ adjunctum, aut ipsi Mantello conjunctum superaddant, eorumque nonnulli extra Claustra degentes tum scandalose, & inopportune sub specie peregrinationis, aut alterius emendicati prætextus divagentur, tum etiam aliquas Ecclesias, seu Cappellas adscito sibi Eremitarum nomine incolant, exindeque maxima apud Sæculares scandali materia, & pravæ opinionis erga prædictam Religionem ingeratur; Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut tot incommodis, & scandalis opportunum aliqnod remedium adhibere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis Locorum Ordinariis ac Nostri, & Sedis Apostolicæ Nunciis, ubivis Terrarum constitutis, & degentibus, tenore præsentium districte præcipiendo mandamus, ne de cetero quemquam prædictam Tunicam oblongam, cum, vel sine Mantello, absque Superiorum prædictæ Religionis Minorum de Observantia, & cujusvis Instituti, seu Congregationis Ordinis ejusdem Sancti Francisci licentia in scriptis obtenta, quoquomodo deferre permittant, utroque si aliquem præmissorum transgressorem repererint, illum carceri mancipandum, tali Habitu exuendum, & arbitrariis pœnis mulctandum irremissibiliter curent, & præterea nemini licitum faciant, etiamsi prædictæ Religionis Minorum de Observantia, & cujusvis Instituti, seu Congregationis universis Ordinis hujusmodi Superiorum scripta, seu quovis alio prætextu roborata licentia desuper accesserint, ut Habitum hujusmodi cum prædicto Caputio, vel Tunica, seu Mantello, ut præfertur consulto deferant, sublata ejusdem Ordinis Superioribus, iisdemque Locorum Ordinariis, ac Nunciis Apostolicis, & eorum cuilibet quavis auctoritate licentias hujusmodi cuiquam concedendi, ac demum earumdem tenore præsentium volumus, & ordinamus, ut si quispiam tale deferens caputium, vel cum licentia, vel sine ea, inventus fuerit, Carceris detentione, Habitus privatione, & aliis arbitrariis pœnis ab eisdem Ordinariis, & Nunciis omnino puniatur. Non obstant. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibns, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse, derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem præsentes nostræ litteræ ad omnium, quos illæ concernunt, notitiam facilius deveniant, volumus, quod illarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique Fides, in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Octobris 1638. Pontificatus Nostri Anno decimosexto.

M. A. Maraldus.

Loco ✠ Annulis Piscatoris.

Cum autem, sicut dilectus Filius Modernus Procurator Generalis ejusdem Ordinis Nobis nuper exponi fecit, nonnulli præsertim Eræmitæ contra præfatum Urbani prædecessoris Litterarum tenorem, ac dispositionem ipsorum Fratrum Habitum cum Caputio, non sine eorumdem Ordinis, ac Fratruum dedecore, & perturbatione deferre præsumant, indeque plurima scandala ante hac orta fuerint, ac in dies oriantur, Nobis propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Procuratoris Generalis Votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium Ministrum Generalem Ordinis prædicti desuper audierunt, ac narrata attenderunt, consilio, præinsertas Urbani prædecessoris litteras, omniaque, & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Præterea memoratis Eremitis sub pœnis in eisdem

Urba-

Urbani prædecessoris Litteris expressis præcipimus, ut pro majori, facilioriquè eorum a Fratribus dicti Ordinis discrimine, de cetero ultra barbam, gestent etiam Tunicam breviorem, solitumque scapulare longius pallio, seu mantello, ad differentiam Tertiariorum commensalium. Decernentes ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcussæ observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & dictæ Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis Urbani prædecessoris litteris concessa sunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus quoque, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Beneventi sub Annulo Piscatoris die 16. Maji 1729. Pontificatus Nostri Anno quinto.

F. Card. Oliverius.

Quæ ambæ Constitutiones fuerunt in linguam Italicam translatæ, & publicatæ in locis solitis Urbis ut sequitur.

BENEDETTO XIII.

Furono in altro tempo date fuori da Urbano VIII. di felice memoria Nostro Predecessore Lettere in simile forma di Breve del tenore seguente, cioè

URBANO VIII.

A futura memoria.

I Portando, come ci fece poco fa esporre il diletto Figliuolo Procurator Generale dell' Ordine de' Frati Minori della Regolar Osservanza di S. Francesco, molti, li quali si abusano dell'Abito de' Frati Terziarj del medesimo Ordine di San Francesco, una semplice Tonaca lunga, o col Mantello, o senza di esso, o sopra ponendovi ancora il cappuccio, o aggiunto alla Tonaca, o cucito ad esso mantello senza licenza de' Superiori della sopradetta Religione, e alcuni di loro vagando fuori de' Chiostri scandalosamente, ed impropriamente sotto specie di pellegrinazione, o d'altro mendicato pretesto: Si ancora, abitando alcune Chiese, o Cappelle sotto nome di Eremiti, donde segue grandissima materia, e occasione di scandalo, e di mal concetto verso detta Religione appresso il secolo: Per tal cagione il detto Procurator Generale ci ha fatt'umilmente supplicare, a degnarci di porre con benignità Appostolica qualche opportuno rimedio a tant' incomodi, e scandali. Noi adunque volendo con ispecialità favorire, ed aggraziare il medesimo Procurator Generale, in vigor di questa assolvendolo da qualunque Scomunica, Sospensione, interdetto, ed altre Ecclesiastiche sentenze, Censure, e pene fulminate dalle legge, o da Persona umana, per qualsivoglia occasione, o cagione, se da esse in qualsivoglia modo trovisi legato, ed avendo per assoluto, affine solamente di conseguire l'effetto delle presenti, inclinati alle dilui suppliche strettamente comandando, ordiniamo a tenore delle presenti a ciascheduno delli Ordinarj de'luoghi, ed alli Nunci nostri, e della Sede Apostolica in qualunque parte del Mondo, o costituiti, o permanenti, a non permettere, che alcuno in avvenire porti in qualsisia modo la predetta Tonaca lunga, o con Mantello, o senza di esso, senza d'aver ottenuta licenza scritta da'Superiori della predetta Religione de'Minori Osservanti, e di qualsivoglia Istituto, o Congregazione del medesimo Ordine di S. Francesco; e che, se troveranno qualcuno trasgressore degli Ordini, e comandi premessi, procurino, che debba essere carcerato, spogliato di tal'abito, e irremissibilmente punito con pene arbitrarie; Ed in oltre non facciano lecito ad alcuno, anchorchè li sia sopraggiunta scritta, o roborata, sotto qualsivoglia altro pretesto, licenza de'Superiori della predetta Religione de'Minori Osservanti, e di qualsivoglia Istituto, o Congregazione dell'Ordine intiero di portare tal'Abito col predetto Capuccio, Tonaca, o Mantello, come s'è detto avanti, tolta a'Superiori del medesimo Ordine, e alli stessi Ordinarj de'Luoghi, e Nunzj Appostolici, ed a qualsivoglia di loro qualunque autorità di concedere ad alcuno tal licenza; E finalmente a tenore delle presenti vogliamo, ed ordiniamo, *che se alcuno sarà trovato portar tal cappuccio, o con la licenza, o senza di essa*, sia omninamente punito dalli medesimi Ordinarj, e Nuncj, coll'esser tenuto in carcere, colla privazione dell'Abito, ed altre pene arbitrarie. Non ostanti le Costituzioni, e Ordinazioni Apostoliche, e gli statuti del detto Ordine, roborati anco con giuramento, confermazione Apostolica, e con qualsivoglia altra fermezza, e le consuetudini, ed anche i Privilegj, Indulti, e Lettere Apostoliche, in qualsivoglia modo concesse, e confirmate, e rinovate, in contrario delle cose premesse. A tutte le quali cose, ed a ciascheduna di esse, avendo Noi i loro tenori, per pienamente, e sufficientemente espressi nelle presenti, specialmente, ed espressamente derogiamo ad oggetto del valido effetto di tutte le cose premesse. Ed anco a quelle, che per altro capo sarebbero per rimanere nella loro forza, ed a tutte l'altre cose ancora, che fossero in contrario; Ed acciocchè le nostre presenti lettere più facilmante vengano a notizia di tutti quelli, a' quali esse spettano, vogliamo che alli transunti delle medesime presenti lettere, anco stampati, sottoscritti di mano di pubblico Notaro, e muniti con sigillo di persona costituita in Dignità ecclesiastica, da per tutto, dentro, e fuori di giudizio s'abbia la medesima fede, che si averebbe alle stesse presenti se fossero esibite, o mostrate.

Dat. in Roma appresso S. Maria Maggiore sotto l'Anello Piscatorio ai 5. Ottobre 1638. l'anno XVI. del nostro Pontificato.

M. A. Maraldo.

In luogo ✠ dell'Anello.

II. Ma siccome il detto figliuolo moderno Procurator Generale dello stesso Ordine poco fa ci ha fatto esporre, presumendo alcuni, particolarmente Eremiti, di portar l'Abito di essi Frati col Capuccio contro il tenore, e disposizione delle Lettere predette di Urbano predecessore, non senza disonore, e perturbazione del loro Ordine, e de'Frati, e per esserne in addietro nati, ed alla giornata nascerne moltissimi scandali, per tal cagione il detto Procurator Generale ci ha fatti umilmente supplicare, che ci degnassimo di opportunamente provedere con benignità Appostolica alle cose premesse. Noi adunque volendo benignamente, quanto possiamo nel Signore, consentire in questa cosa alli desiderj del medesimo Procurator Generale, ed assolvendolo in vigor di queste da qualsiasi Scommunica, Sospensione, Interdetto, ed altre Ecclesiastiche sentenze, censure, e pene fulminate dalla Legge, o da persona umana, in qualsivoglia occasione, o causa, ad oggetto di solamente conseguire l'effetto delle presenti, e giudicandolo assoluto, inclinati alle di lui suppliche col consiglio de'Venerabili nostri fratelli Cardinali della Santa Romana Chiesa, prepositi alli negozj, e consulta de'Vescovi, e Regolari, i quali di più udirono il diletto Figliuolo Ministro Generale, ad attestero alle di lui narrative, e relazione, con autorità Apostolica, a tenor delle presenti, approviamo, e confermiamo le lettere preinserte di Urbano predecessore, e tutte, e ciascheduna delle cose contenute in esse, e vi aggiungiamo la forza della inviolabile fermezza Apostolica. In oltre comandiamo a' memorati Romiti sotto le pene espresse nelle medesime lettere di Urbano predecessore, che acciò maggiormente, e più facilmente si discerna la loro differenza da' Frati del detto Ordine, in avvenire portino, oltre la barba, anco la Tonaca più corta, ed il solito scapolare più lungo del Feriolo, o Mantello, a differenza de'Terziarj, che convivano in Communità. Determinando ch'esse presenti lettere restino, e siano per essere sempre ferme, valide, ed efficaci, e che sortiscano, ed ottengano li loro plenarj, ed intieri effetti. E che pienissimamente in tutto, e per tutto suffraghino a quelli, alli quali appartiene, e apparterra in qualsivoglia tempo, e che da quelli respettivamente si osservino inviolabilmente, e inconcussamente. E così nelle cose premesse debbasi giudicare, e definire per qualsisiano Giudici ordinarj, e delegati, anco Uditori delle cause del Palazzo Apostolico, e Nuncj della Santa Sede: E che sia irrito, e vano, se scientemente occorrerà di essere diversamente tentato da chi che sia, con qualsivoglia autorità. Non ostanti le costituzioni, e ordinazioni Apostoliche, e tutte, e ciascheduna di queile cose, le quali nelle preinserte lettere di Urbano predecessore vengono concesse, come non ostative; E non ostanti tutte le altre cose, che fossero in contrario. Vogliamo ancora, che alli transunti, o esempj delle medesime presenti lettere, anco stampati, sottoscritti di mano di pubblico Notajo, e muniti col sigillo di persona costituita in dignità ecclesiastica, da per tutto, dentro, e fuori di giudizio, si abbia la medesima fede, che si avrebbe alle stesse presenti, se fossero esibite, e mostrate.

Dato in Benevento sotto l'Anello Piscatorio alli 16. di Maggio 1729. nell'anno quinto del nostro Pontificato.

F. Cardinal Olivieri.

EDITTO.

Per li Romiti.

Prospero del Titolo di S. Silvestro in Capite della S. R. Chiesa Prete Cardinale Marefoschi della Santità di N. S. Vicario Generale &c.

I. ANcorchè per il buon regolamento de' Romiti, che dimorano per servizio, e custodia di alcune Chiese, dentro, e fuori delle mura di quest'Alma Città, o che capitano nella medesima, siano state fatte in diversi tempi molte provisioni con varj Editti publicati da' nostri predecessori per ordine de'Sommi Pontefici, specialmente dalla San. mem. di Clemente XI. li 6. Ottobre 1702. e da noi per comandamento della Santità di Nostro Signore li 13. Novembre 1726. in esecuzione del Decreto del Concilio Romano; nientedimeno la Santità sua (confermando primieramente tutti li sudetti Editti) vuole per evitar molti inconvenienti, che siano vestiti, come si dirà appresso, li Romiti, li quali han preso, o vogliono prender l'Abito del terz'Ordine dalli Religiosi Minori Osservanti di S. Francesco, che però Nostro Signore inerendo alla Costituzione della san. mem. di Urbano VIII. emanata li 5. Ottobre 1638. e quella confermando in tutte le sue parti con una sua costituzione emanata li 16. Maggio dell'anno prossimo passato 1729. (ambedue trasportate in lingua Italiana, e publicate ne'luoghi soliti di Roma) ha ordinato, che li detti Romiti, che han preso l'Abito de'Frati Minori Osservanti, *non dobbano in conto alcuno portare Capuccio di qualsivoglia forma, ne grande, ne picciolo, nè separato, nè cucito alla Tonaca, o Mantello; debbano bensì portar la Barba, una Tonaca più corta, e lo scapolare, il quale debba essere più lungo del Mantello*, affinche siano distinti dalli Terziarj commensali, li quali convivono colli suddetti Religiosi ne' Chiostri; ma perchè molti de'sudetti non avendo notizia, o fingendo d'ignorare le suddette Costituzioni Apostoliche, non hanno sinora ubbidito, perciò la Santità sua ordina, a tutti, ed a ciascheduno de'suddetti Romiti; che (fra il termine di dieci giorni, da computarsi dalla Data del presente Editto, *debbano levarsi onninamente il Capuccio, scortarsi la Tonaca, e mettersi lo scapolare, che sia più lungo del Mantello*, sotto le pene stabilite nelle dette Costituzioni Apostoliche, cioè di Carcere, d'essere spogliati dell'Abito, e altre pene arbitrarie; che se taluno de'suddetti non è stato ammesso al terz' Ordine de' Padri Minori Osservanti d'Araceli (se è vestito in Roma) nè dalli detti Religiosi, se è stato vestito in altri luoghi, non ardisca sotto la sudetta, ed altre pene più gravi di portar il loro Abito, anche nella forma prescritta, ma debba levarselo affatto, o farsi ammettere *servatis servandis* al terz'Ordine da'medesimi Religiosi nel detto Convento d'Araceli, li quali non li daranno l'Abito, se non li costa d'essere provisto di Romitorio, come prescrive il loro statuto.

Finalmente la Santità di Nostro Signore ordina, e premurosamente commanda, che nessuno Romito, tanto de' suddetti, quanto di qualsivoglia Ordine, e Istituto, vestito di qualsisia Abito, possa dimorar in Roma in case particolari, nè solo, nè accompagnato, e molto meno andar questuando sotto le suddette pene, ed anche dell'esiglio, e quelli, che vengono per visitare li luoghi Santi di quest'Alma Città passati quei giorni, ne' quali sono albergati nella Santissima Trinità de' Pellegrini, e nell' Ospizio de' Romiti di Porta Angelica, debbano partire, e non fermarsi in casa particolare, ne questuare sotto l'istesse pene.

Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo dì 26. Gennaro 1730.

G. Cardinal Vicario.

N. A. Cuggiò Segretar.

Die mense, & anno, quibus supra, supradictum Bannimentum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Antonium Rotam Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Vicarii Mandatarium Decanum.

Novæ additiones ex aliena manu.

DE Eremitis, eorumque variis speciebus. Vide *San. Mem. Benedictum XIV. de Synod. Diœcesan. lib. 6. tit. 3. num. 6.* 1

ERROR.

Vide verb. *Confessarius art. 1. a num. 33. ad 42.* & verb. *Jurisdictio num. 30.*, & verb. *Impedimenta Matrimonii art. 1. a num. 2.*

Novissimæ Additiones ex aliena manu.

VExatissima est quæstio, de qua agit *Auctor num. 13.* an Eremitæ qui nec Religionem professi, nec ulli adscripti Congregationi, habitum eremiticum ab Episcopo accipiunt, ejusdemque auctoritate servitio addicuntur alicujus Ecclesiæ, privilegiis gaudeant Fori, & Canonis? Quantum ad privilegium Fori nullus dubito quin eo gaudeant. Ita præter allegatos *ab Auctor. ubi supra* sentiunt *Ansald. de Jurisdiction. part. 2. titul. 11. num. 24.* & qui vel solus sufficit *S. Mem. Benedictus XIV. de Synodo Diœcesan. lib. 6. cap. 3. num. 6.* 1

Quod vero attinet ad privilegium Canonis, eo neutiquam gaudent. 2

Sumus enim in materia odiosa & pœnali. Fit hinc ut privilegio hoc gaudere debeant Clerici, & Regulares, de quibus Canon loquitur, tum ii, qui posterioribus Canonibus pro Regularibus habentur, ut Converſi *Cap. non dubium, & cap. Parochi de sentent. Excomunic.* tum Novitii *cap. Religioso §. Quamvis cod. titul. in 6.* Sed Eremitæ, de quibus verba facimus, nec pro Clericis, nec pro Regularibus habiti aliquo Canone sunt. Non est igitur, quod Canonis privilegio gaudere queant; ut videtur tenere *Fagnan. ad Cap. Nullus num. 62. de For. Competent.* 3 4 5

EUCHARISTIA.

EUcharistia est Sacramentum Corporis, & Sanguinis Christi veraciter contenti sub speciebus panis, & vini post consecrationem factam a Sacerdote sub verbis certis cum debita intentione prolatis ex institutione divina veraciter significans Corpus Christi, & Sanguinem sub eis realiter contineri; Sic Scotus *in 4. dist. 8. quæst. 1.* Eucharistiæ Sacramentum est institutum a Christo Domino in ultima Cœna; *Ita communis*, & aperte habetur Matth. *cap. 26. Marc. 14. Luc. 22. & 1. ad Corinth. cap. 1.* Materia consecrationis Eucharistiæ est panis triticeus, ac vinum de vite; *Ita communis Catholicorum*, ut habetur in variis Conciliis, & præsertim ex Florentino in decreto Unionis, ubi ait: *Tertium est Eucharistiæ Sacramentum, cujus materia panis triticeus, & vinum de vite.* Ad valorem Eucharistiæ quilibet panis triticeus, sive azymus, sive fermentatus sufficit, sed de necessitate præcepti tenetur Sacerdos latinus consecrare in pane azymo, & Græcus in fermentato. Ita *communis*, & habetur expresse in Concilio Florentino *in decreto Unionis*, & in Constitutione S. Pii Quinti incipient. *Providentia Romanis Pontificis*. Vino consecrando admiscenda est modica aqua; Ita *communis*, & habetur ex Concilio Florentino in decreto *Unionis*, ubi dicitur, quod vino *ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet*, ubi per ly *modicissima* denotatur aperte, quod non potest, nec debet multum aquæ apponi, sed sufficit quælibet mo- 1 2 3 4 5

modica aqua, etiamsi esset una solum gutta sensibilis,& quod vino admiscenda sit aqua de præcepto Ecclesiastico docet Concilium Tridentinum *sess.22. cap. 7.* ibi: *Monet præterea Sancta Synodus, præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in Calice offerendo misceant*. Forma consecrationis loquendo de consecratione Corporis Christi, est ista: *Hoc est enim Corpus meum*, & loquendo de consecratione Calicis, est ita: *Hic est enim Calix Sanguinis mei, novi, & æterni Testamenti, mysterium Fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. An autem omnia suprædicta verba sint de substantia, seu essentia formæ, sicuti & alias quæstiones, quæ circa materiam, & ipsam formam solent agitari, vide apud Theologos.

Omnes Fideles adulti tenentur de præcepto divino sumere SS. Eucharistiam, non tantum in articulo mortis per modum Viatici, sed etiam ante illud periculum, & quidem sæpius in vita; *Sic communis*, & desumitur ex verbis Christi Joan. *6. Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, cum concordantiis. Tempus hujus obligationis, cum non possit generatim determinari, est singulariter determinandum prudenti judicio, ita tamen ut sacra communio non nimium differatur. Unde, ut huic præcepto Divino generalius, atque majori cum fructu animarum satisfiat, Sancta Mater Ecclesia in Concilio generali Lateranensi sub Innocentio III. celebrato præcepit, ut Fideles post annos discretionis ad minus Paschate Sacramentum Eucharistiæ reverenter suscipiant; habetur expresse *in cap. Omnis utriusque 12. de penitent. & remission.*, ibi: „ Omnis „ utriusque sexus Fidelis postquam ad annos discretionis per„ venerit ... suscipiens ad minus in Paschate reverenter Eu„ charistiæ Sacramentum, nisi forte de proprii Sacerdotis „ consilio ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab hu„ jusmodi perceptione duxerit abstinendum; alioquin, & „ vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christia„ na careat Sepultura. Et idem declarando statuit Tridentinum *sess. 13. cap. 9.*„ Si quis negaverit, omnes, & singu„ los Christifideles utriusque sexus, cum ad annos discretio„ nis pervenerint, teneri singulis annis saltem in Paschate„ ad communicandum juxta præceptum S. Matris Ecclesiæ, „ anathema sit. Ad satisfaciendum præcepto imposito *in d. cap. 9. Omnis utriusque* sufficit Eucharistiam sumere in hebdomada Sancta, vel infra octavam Paschæ Resurrectionis; Sic declaravit Eugenius IV. Constit.incip. *Fide digna*. Potest tamen tempus Paschale extendi in longius tempus ex Episcopi, aut Parochi dispensatione rationabili; *S. C. C. 19. Nov. 1616. & cit. cap. Omnis utriusque*.

Eucharistia pro adimplendo præcepto Paschali est sumenda in propria Parochia; *Ita communis*, & desumitur *ex cit. cap. Omnis utriusque*, & pluries declaravit Sacra Congreg. Conc. Unde si quis communicaret in Ecclesiis Regularium infra tempus Paschale animo satisfaciendi præcepto Ecclesiæ, non satisfaceret, quia in Canone *Omnis utriusque* præcipitur a proprio Parocho Eucharistiam sumi; *Sac. Congr. Concil. 23. Januarii* 1588. An autem communicans in Ecclesia Cathedrali satisfaciat præcepto? variant Doctores. Satisfacere affirmant Abbas *in c. Omnis utriusque num.12. de poenit. & remiss.* Guttier. *Canon. q. lib.1. cap.30. numer. 12.* Lavor. *elucubrat. var. tit.2. cap.11. num.65.* Barbos. *de Paroch. part. 2. c. 20. num.12.* Pammol. *part.3. decis.61. num.5.* Felix Potestas *tomo 1. part.3. num.2916.* Passerin. Sa, Piasec. & alii. Non satisfacere tamen, nisi licentiam dederit Ordinarius, vel proprius Parochus, merito tenent Cardin. de Lugo *in respons. moral. lib.1. dub.15.* Diana *part.9. tract.9. resolut.94.* Dicastil. *dist.10. numer.170.* La Croix *lib.6. part.1. num.633.* Ursaya *in Miscellaneo Sacro, & prophano litt. P. num. 263.* & varii alii, & solide probat Pignatell. *tom. 7. consult. 89. num. 12. usque in finem*; ubi *sub num.18.* testatur, quod sæpius ita declaravit Sac. Cong. Concil. nominatim *in Limana, in Sutrina, & in Perusina mense Septembr. 1649.* & Innocentii XI. *sub die 5. Februar. 1682.* in audientia Reverendis Parochis Urbis a Sanctitate sua publice data, inter cetera suæ vivæ vocis oraculo decrevit, omnes utriusque sexus Fideles, qui in Urbe commorantur, teneri pro satisfactione præcepti annuæ communionis Paschalis Sac.Communionem a suo proprio Parocho in suis Ecclesiis Parochialibus, in quarum Parochiis habitant, suscipere, & nullo modo dicto præcepto satisfacere per Communionem in Ecclesia Lateranensi, vel Vaticana, vel nationalis cujusvis nationis, vel in quacunque alia suscepturam; Et ita in posterum omnino servari mandavit, præsentibus Eminentiss. Cardin. Vicario, Illustriss. Vicesgerente, & ipsomet Pignatello Cleri Romani Camerario, ac omnibus Parochis Urbis, non obstantibus quovis Decreto Congr. Visitationis Apostolicæ, aliarumque Congreg. ac privilegiis, & consuetudinibus quibuscumque etiam immemorabilibus. Sacerdos satisfacit pro communione Paschali ubicumque celebret Missam; tamen si non celebret, tenetur communicare in Parochia, quia quando agit ut Laicus, tenetur præcepto ut Laicus; Lugo *tom.5. disp.18. num.31.* Gobat. *tract. 4. numer.74.* La Croix *loc.cit. num.639.* & alii passim. Vagi, & Peregrini, & Advenæ possunt ubilibet præcepto Paschali satisfacere, etiam in Ecclesiis Regularium; Bossius verb. *Communio Sacra num.11.* Reiffenstuel. *Theolog. moral. tract.10. dist.3. quæst.4. num. 40.* Lantusca verb. *Eucharistia num.6.* ex Constit. Julii II. incipien• *Dum ad Sacrum* §.37.

Fratres, & Sorores tertii Ordinis, necnon Mantellati, Corrigiati, Pizocharæ, Cordellati, & alii quocunque nomine nuncupati in propriis domibus habitantes debent pro satisfaciendo præcepto Paschali Eucharistiam recipere a proprio Parocho, & non a Regularibus. Leo X. Constitut. incip. *Dum intra* §. 19. *Sacr. Congreg. Episcop. 11. Septembr.1574. & 20. Decembr. 1616.* Nec obstant Constitutio *Pretiosus*, Constitutio *Paterna*, aliæque emanatæ a Bened. XIII.quia fuerunt abrogatæ a Clemente XII. Constitut. incipient. *Romanus Pontifex*. Famuli autem, Domestici, & continui commensales in Monasteriis Regularium degentes satisfaciunt præcepto Paschali recipiendo Eucharistiam ab ipsis Regularibus; colligitur abunde ex adductis sub verb. *Approbatio artic.1. a num.64. ad 68.* ubi fuit ostensum posse Regulares tales commensales continuos absolvere absque approbatione Episcopi; Vide ibi: & tales famulos domesticos habitantes intra septa Religiosa Societatis Jesu satisfacere communicando in templis ejusdem Societatis, docet absolute Illsung. *tom.6. dist.4. num.154.* & La Croix *loc. cit. num.635.* ubi dicit adesse hoc expressum privilegium *in compendio verb. Familiaris §. 1. & 2.* & Lantusca verb. *Eucharistia num.7.* tenet absolute posse hoc Regulares ex concessione Julii II.Constitut. incipient. *Dum ad Sacrum*, & testatur de communi Reiffenstuel *loc. cit. num.40.* Hoc tamen privilegio non gaudent sæculares illi, qui tantum ipsis Monasteriis deserviunt, sed in eis non sunt de Familia, nec continui commensales, & cum sæcularibus exteris extra Monasteria habitant, & vivunt; *Communis*. Nec hoc privilegio gaudent Advenæ, qui in Monasteriis Regularium infirmantur, ex Decreto Sacræ Congr. Concil. quæ in una Monopolitana 27. *Septemb.*1670. ut *in lib.26. Decret.444.* censuit, *non licere Fratribus absque licentia Episcopi, vel Parochi administrare Sacramenta Advenis, qui in eorum Conventibus infirmantur, & si decedant, non posse sepeliri in eorum Ecclesiis*.

Regulares non possunt in die Paschatis administrare sæcularibus Eucharistiam; *Sac. Congreg. Concil. 2. Martii 1619.* Etiamsi tales personæ sæculares in alia die satisfecerint præcepto, ut respondit *Sac. Congreg. Conc. in Burdigalen. 9. Junii 1644. & in Senon. 21. Junii 1650. & in Mechlinen. 31. Januarii 1682.* Per communionem sacrilegam non satisfit præcepto; Innocentius enim XI. *die 2. Martii 1679.* damnavit sequentem propositionem 55. in ordine: *Præcepto communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem*. Qui culpabiliter non adimplet præceptum Paschale, vivens interdicitur ab ingressu Ecclesiæ; & moriens privatur Ecclesiastica sepultura, textu expresso *in cit. cap. Omnis utriusque*, ibi: *Alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura*. Iple tamen, qui non confitetur, nec communicat in Paschate, non est ipso jure interdictus, sed interdicendus est per sententiam, unde si ante declarationem moriatur, non est privandus Ecclesiastica sepultura, dummodo obierit cum signis contritionis; *Sac. Congreg. Episcop. in Cajetana 24. Junii* 1595. Nisi tamen intermissio esset notoria; *cap. A nobis 28. de sentent. excommun.* vel adesset statutum Synodale in contrarium; *Sac. Cong. in Barens. 15. Decembris 1696.* Qui tempore Paschatis Eucharistiam juxta præceptum Ecclesiæ non recipit, potest insuper pœna pecuniaria, vel excommunicationis mulctari, ut declaravit *Sacra Congregation. Concil.* in qua propositis sequentibus dubiis.

I. An Episcopus adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta negligunt accedere, & pœnas cap. Omnis utriusque sexus de penitent. & remission. contemnunt, possit etiam ad excommunicationem procedere?

II. An pro satisfactione poenas pecuniarias pio loco applicandas injungere.

III. An expediat talium absolutionem sibi reservare.

Die 28. Januarii 1587. Sacra Congreg. Ad primum censuit licere, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causa communio ad tempus dilata fuerit.

Ad secundum, posse injungi eleemosynas alicui pio loco applicandas pro hujusmodi excommunicatorum emendatione.

Ad tertium non expedire; *lib. 18. Decret. p.604.*

36 Excommunicati paulo ante Pascha non sunt molestandi, si non communicant in Paschate; *Sac. Congregat. Episcopor. 25. Maii* 1601. apud Piton. *Constitut. ad Parochos utriusque Cleri num.205.*

27 Nullo modo licere in Missis Defunctorum præbere Eucharistiam Fidelibus illam deposcentibus, statuit *Sacr. Rit.*
28 *Congregat. 16. April.* 1701. Neque ministrari in paramentis nigris; *Ead. Sacr. Rit. Congreg. 2. Augusti* 1701. idest nec tempore celebrationis, nec post, ex declaratione *ejusdem Sacr. Rit. Congregat. 20. Martii* 1711. & confirmat. 2. *Augusti* 1724. At novissime anno 1741. 2. Septembris declaravit ut sequitur. In Missis defunctorum, quæ in paramentis nigris celebrantur, non ministretur Eucharistia per modum Sacramenti, scilicet cum particulis præconsecratis extrahendo Pyxidem a Custodia; potest tamen ministrari per modum Sacrificii prout est quando fidelibus præbetur Communio cum particulis intra eamdem Missam consecratis; *Sacr. Rit.*
29 *Congregat. 2. Septembris* 1741. Neque potest Eucharistia ministrari Fidelibus in nocte Nativitatis Domini, non obstante quocunque privilegio; *Sacr. Congregat. Rit. 7. Septembris* 1641. 9. *Augusti* 1653. & 20. *Apr.* 1664. *in una Pisaurien.*, in qua habetur, ut sequitur: *Patres S. Caroli Congregationis Clericorum Regularium petierunt responderi: An liceat in nocte Nativitatis Domini post cantatam primam Missam, alias duas immediate celebrare, & communicare fideles? Sacr. Congr. respondit, nullo modo licere, sed omnino prohibetur.* Et cum abusus celebrandi successive ad primam Missam, & communionem præbendi fidelibus, iterum tam in Urbe, quam extra resurgeret, denuo observantia dictorum Decret. *a Sacr. Congregat. Visitationis Apostolicæ 7. Decembr. 1702.* & Edicto Eminentissimi Card. Vicarii 18. *Decembr. 1702.* stricte demandata fuit; Vide verb. *Missa art. 5. n. 15. & 16.* ubi ad litteram dantur.

30 Eucharistia potest præberi pueris novem, aut decem annorum, si super Mysteriis Fidei, & Sacra Communione sint plene instructi, & de reverentia debita non dubitetur; *Communis* cum S. Thoma *in 4. dist.9. quæst.1. art.5. quæstiunc. 4. in corpor.* S. Carol. Borrom. *act. Eccles. Mediolanen. par. 4. instruct. de Sac. commun. tom.1.* Eucharistia potest præberi
31 mutis, & surdis a nativitate præsertim tempore Paschali, & in articulo mortis, dummodo aliunde non appareant indispositi, Abbas Panormitanus *in cap. Cum apud, de Sponsalibus*; Layman *lib.3. tract.4. numer.5.* Reiffenstuel *loc. cit. num.45.*
32 & alii passim. Sic etiam præberi potest Eucharistia Energumenis, (hoc est a Dæmone obsessis) Epilepticis, & aliis infirmis, non solum in Paschate, ac mortis articulo, sed etiam aliis temporibus, dummodo Sacram Eucharistiam absque irreverentia sumere possint,& ceteroquin indispositi non
33 appareant: *Communis*. Item præberi potest Eucharistia semifatuis, stolidis, phreneticis, amentibusque, si intervallum rationis habeant, dummodo non sit periculum vomitus, indecentiæ, aut irreverentiæ. Non potest tamen præberi perpetuo amentibus; *Communis*. Tenetur ægrotus ex præcepto Divino Eucharistiam sumere per modum Viatici, quando ex Medicorum judicio est in periculo mortis constitutus, &
35 hoc etiamsi non sit jejunus; *Communis*. Et licet sit jejunus, recte adhibetur adhuc formula: *Accipe Viaticum &c.* cum non minus sumat Eucharistiam *per modum Viatici* ægrotus jejunus, ac non jejunus, ex quo Viaticum sit præparatio pro via ad cœlestem patriam brevi aggredienda, tam a jejuno, quam non jejuno; Viatici enim nomen venit a voce *Via*, & suprema adnominatione a Cibariis, quæ a Viatoribus ad iter agendum præparantur; S. Thom.3. *part. quæst.73. art.4. in corpore*, ibi: *In quantum scilicet hoc Sacramentum est præfigurativum fruitionis Dei, quæ erit in Patria, & secundum hoc dicitur Viaticum, quia hic præbet nobis viam illuc perveniendi*; & colligitur *ex cap. De his 9. caus.26. quæst. 6.* Vide verb. *Viaticum num.6.*

An autem, qui mane ante periculum ex devotione com- 36
municavit, si superveniat periculum, teneatur eodem die per modum Viatici communicare? Variant Doctores; Suarez, Aversa, Coninch. Lugo, Gobat *tract. 4. numer. 174. & sequent.* La Croix *lib.6. part.1. num.617.* & alii cum ipsis probabilius negant, quia duplex una die communio prohibetur, & quia, qui communicavit quando erat proxima mors, censetur satisfeciisse præcepto Viatici. Vasquez tamen, Turrianus, Ochagau. Hurtad. Quintanadven. Felix Potestas *tom.1. part.3. num.2923.* & alii affirmant teneri iterum communicare pro Viatico, quia præceptum Viatici mane non obligabat; adeoque ei non satisfecit, & hanc sententiam vocat probabilem, ac tutam Dicastill. *dist. 10. dub. 3.* & merito tamquam tuta, imo tutior est sequenda, quia licet, ut dicunt Auctores primæ sententiæ, duplex una die prohibeatur communio, hoc tamen est solum præceptum Ecclesiasticum, quod debet cedere præcepto Divino communicandi per modum Viatici; Nec communicando, quando erat proxima mors ipso inscio, cum de mane fuerit perfecte sanus, potest censeri satisfeciisse præcepto Viatici, de quo nec cogitabat, unde ad huic satisfaciendum videtur teneri iterum communicare per modum Viatici. In eadem infirmitate, etsi non te- 37
neatur, potest tamen ægrotus post aliquot, V. G. sex dies, septem, aut octo repetere Viaticum, non jejunus, dummodo nequeat jejunus sumere, & periculum mortis recurrat; *Communis*, teste Busembau *lib.6. dub.2. art.2.* Imo Layman dicit, hoc posse etiam post solos duos dies. Quando mor- 38
bus. & periculum diu protrahitur post 7. vel 8. dies potest iterum dari communio non jejuno; Sic *Communis*, ut testatur Lugo *de Sacramento Eucharistiæ disp. 15. sect. 3. numer. 64.* Viaticum dari debet etiam in die Parasceves, sed nullatenus 39
ipsa die potest sanis præberi Eucharistia; *Sac. Rit. Congr. 19. Februarii* 1622.

Communio quotidiana absolute loquendo non expedit 40
omnibus indifferenter, quod judicio prudentis Confessarii relinquendum est, qui devotis personis, & præsertim Monialibus, quas dirigunt, petentibus sæpe, aut etiam quotidie, negare non possunt communionem, posito, quod dignæ judicentur, neque deterreri debent a quotidiana communione, cum ista Sanctis Patribus commendetur, ut patet *ex cap. Non iste 55. dist.2. de consecratione* ex verbis S. Ambrosii, ibi: *Iste panis quotidianus est, accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit; sic vive, ut quotidie merearis accipere*. Quod & summe optaret Concil. Trid. *sess.22. cap.6.*, ibi: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicaret, quod ad eos Sanctissimi hujus Sacrificii fructus uberior proveniret*. Circa istam autem 41
Communionem quotidianam attendendum est sequens speciale Decretum editum a Sac. Congregat. Concil. 12. Febr. 1679. & expresse approbatum ab Innocentio XI.

DECRETUM.

Circa Communionem quotidianam.

CUM ad aures Sanctiss. D. N. fide dignorum testimonio pervenerit, in quibusdam Diœcesibus vigere usum quotidianæ Communionis, etiam in feria sexta Parasceve, & simul affirmari eamdem quotidianam communionem præceptam esse a jure Divino, quin etiam in illius administratione aliquos abusus inoleviisse, videlicet quod aliqui, non in Ecclesia, *sed in privatis Oratoriis*, & Domi, imo cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis nota sumant Sacrosanctam Eucharistiam, quam argentea theca inclusam in crumena, aut secreto illis deferunt Sacerdotes sæculares, aut Regulares, aliique in Communione accipiant plures formas, ac Particulas, vel grandiores solito, ac tandem quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cum autem hæc Sanctissimus consideranda commiserit Sacræ Congregat. Cardin. Concilii Interpretum, eadem Sacra Congregat. prævia matura discussione super prædictis unanimi sententia ita censuit: Et si frequens, quotidianusque Sacrosanctæ Eucharistiæ

usus a SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, numquam tamen, aut sæpius illam percipiendi, aut ab ea abstinendi certis singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, quos nec Concilium Tridentinum præscripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet tantum indicavit cum inquit: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis fideles adstantes Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent*; idque non immerito, multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variæ ob negotia spiritus alienationes: multæ e contra gratiæ, & Dei dona parvulis concessa, quæ cum humanis oculis scrutari non possunt, nihil certi de cujusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiano Vitalis Panis esu potest constitui, & propterea quod ad negotiatores ipsos attinet, frequens ad Sacram alimoniam percipiendam accessus, *Confessariorum secreta cordis explorantium* judicio est reliquendus, qui ex Conscientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem processu Laicis negotiatoribus, & conjugatis, quod prospicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debebunt. *In Conjugatis* autem hoc amplius animadvertant, cum B. Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos serio admoneant, tanto magis ob Sacratissimæ Eucharistiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad cœlestium epularum communionem esse conveniendum. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimum invigilabit, non ut a frequenti, aut quotidiana Sacræ Communionis sumptione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur, sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet, illudque omnino provideat, ut nemo a Sacro Convivio, seu frequenter, seu quotidie accesserit, repellatur, & nihilominus det operam, ut unusquisque digne pro devotionis, & præparationis modo rarius, aut crebrius Dominici Corporis suavitatem degustet. Itidem Moniales quotidie Sacram Communionem petentes, admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto præstitutis communicent, si quæ vero puritate mentis eniteant, & fervore spiritus ita incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis a Superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum, & Confessariorum diligentiam opera quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum habere, ut cum fideles ad Sanctissimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accederint, statim ad illud sumendum de magna præparatione orationem habeant, generatimque ostendant eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive laici negotiatores sint, sive Conjugati, sive quicunque alii suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini Judicii formidine, discant cœlestem mensam, *in qua Christus est*, revereri, & si quando se minus paratos senserint, *ab eo abstinere*, seque ad majorem præparationem accingere. Episcopi autem, in quorum Dioecesibus viget hujusmodi devotio erga Sanctiss. Sacramentum, pro illa gratias Deo agant, eamque ipsi adhibito prudentiæ, & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maxime persuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ, & scandali suspicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque ac dona in sumentibus augeantur. Quod abunde continget, si ii, qui devoto hujusmodi studio Divina præstante gratia tenentur. *seque Sacratissimo Pane* frequentius refici cupiunt, suas vires expendere, seque probare cum timore, & charitate a sueverint; quibus Christum Dominum, *qui se fidelibus manducandum*, & se pretium in morte tradidit, atque in Coelesti Regno in premium est daturus, precatur Sacra Congregat. ut suam opem ad dignam præparationem, & sumptionem largiatur.

Porro Episcopi, & Parochi, seu Confessarii, redarguant asserentes, communionem quotidianam esse de jure Divino; doceant in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis ex dispositione, seu Privilegio Pontificis de manu Sacerdotis sumendam Sanctiss. Eucharistiam; nec eam ullo modo deferendam incrumena, aut secreto ad existentes Domi, vel cubantes in lecto, præterquam ad infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, si ab Ecclesia *deferatur publice*, *& cum pompa* juxta formam Ritualis Romani; si vero ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, ut circa communionem in feria sexta Parasceve Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur. Insuper ad moneant nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas. Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici *Sacerdoti non approbato* ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confessarii etiam Regulares, aut quicunque alii Sacerdotes, secus egerint, sciant Deo Opt. Max. rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa. Et facta de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbavit, ac præsens decretum typis mandari, ac publicari voluit.

Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. Card. Columna Præf.

S. Archiepisc. Brancaccius Episcop. Viterbien. Secret.

Quando commendatur frequens usus communionis, intelligi debet de sola Communione digna, quia sola digna communio est utilis ad salutem, unde Innocentius XI. die 2. Martii 1679. recte damnavit hanc propositionem 56. in ordine: *Frequens Confessio, & Communio etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis*. Talis enim propositio est maxime scandalosa, nam qui gentiliter vivunt, idest qui vivunt continuo in depravatis, & corruptis moribus, sacrilege communicant; si enim per Confessiones, bona, & efficaciora proposita se semper disponerent ad dignam communionem, moraliter impossibile esset, ut pergerent gentiliter vivere; Carden. *in* 2. *Crisi dist.* 35. *num.* 3. Non dari præceptum sumendi Eucharistiam sub utraque specie, nisi pro illo, qui sacrificat; est de fide contra Hæreticos apud Bellarm. *libr.* 4. *cap.* 20. Hinc Tridentinum *sess.* 21. *can.* 1. sic definit: „ Si quis „ dixerit, ex Dei præcepto, vel necessitate salutis omnes, „ & singulos Christifideles utramque speciem Sanctiss. Eucha„ristiæ Sacramenti sumere debere, anathema sit „. Quod autem Ecclesia hoc juste prohibuerit, definit *can.* 2. ibi: *Si quis dixerit, Sanctam Ecclesiam Catholicam, non justis causis, & rationibus adductam fuisse, ut Laicos, atque etiam Clericos non conficientes sub panis tantummodo specie communicaret, aut in eo erravisse, anathema sit*. An vero causæ possint cessare, vel concedendus sit aliquibus Laicis usus Calicis, Tridentin. sess. 22. in fine committit judicio Papæ, *qui*, inquit, *pro sua singulari prudentia id efficiat, quod utile Reipublicæ Christianæ, & salutare petentibus usum Calicis fore judicaverit*. Primis Ecclesiæ temporibus, in quibus Fideles ad Sacram Communionem una convenire nequibant, nec in publico loco Sacra Eucharistia servari poterat, deficiente Ecclesiarum provisione ob Gentilium persecutiones, ne ab ipsis, quod etiam proximis temporibus Acatholicorum perfidia renovatum fuit, irrideretur & conculcaretur, permissum fuit antiquis Christianis, quod particulas Eucharistiæ ad proprios lares deferrent, & privatim ibi asservarent, ut singulis diebus, prout moris tunc erat, se reficere possent, ut commemorant S. Hieronymus *Epist.* 50. S. Cyprianus *in lib. de lapsis num.* 92. *& in lib. de spectaculis*, Tertullian. *lib. de orat. sub fine, & lib.* 2. *ad uxorem*, & innuitur in lectione, quæ legitur in Breviario die 13. Augusti pro S. Hippolyto Mart., ibi: *Hippolytus a S. Laurentio baptizatus, domi suæ, dum Eucharistiam sumeret, comprehensus*, & plura ad rem recensent Baron. *anno* 57. *n.* 151. *& anno* 570. Gonzales *in cap.* 1. *de Custodia Eucharistiæ n.* 9. Cabassut. *in not. Eccles. sæc.* 1. *dissert.* 9. Pax Jordan. *de re sacra lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 5. Verum cum tepescente pristina Fidelium charitate, quandoque hoc venerabile Sacramentum non minori reverentia acceptum, quam conservatum fuerit, ideo mos illud in privatis domibus asservandi per quinque fere sæcula permissus, abrogatus fuit, & in Ecclesiis tantum servari fuit statutum, ut specialiter in *Concilio Cæsaraugustano II. can.* 3. ibi: *Si quis Eucharistiæ gratiam acceptam in Ecclesia non consumpserit, anathema sit*, & consonat *cap. Presbyter*, *Eucharistiam semper habeat paratam*. ubi Gloss. verb. *Eucharistiam dist.* 2. *de consecr.* & Concil. Toletan. I. *can.* 14., & elicitur *cap. Statuimus* 1. *de Custodia Eucharistiæ*; ubi statutum fuit, ut in cunctis Ecclesiis Eucharistia sub fideli custodia clavibus adhibitis conservetur, ne possit ad illam temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel nefaria exercenda; Hactenus Eminentiss. Petra *tom.* 3. *comment. in constit.* 1. *Urbani IV. sect. unica a num.* 4. *ad* 6.

Eucha-

45 Eucharistia nunc omnino asservanda est in qualibet Parochiali, quamvis paupere; quod si redditus, & societas non sufficiat, instituatur quæstor, vel eleemosynarum Collector; *Sac. Cong. Concil. in Urbinaten.* 22. *Martii* 1594.,
46 & *Sacr. Congr. Episcop. in Assisien.* 14. *Martii* 1614. Extra Parochiales Ecclesias non conceditur retineri assidue Eucharistia; *Sac. Congreg. Episcop.* 15. *Januar.* 1610., & *Sacr. Congreg. Concil.*, quæ ut refert Genuens. *in prax. cap.* 110. cum ab ipsa peteretur

Primo. An Episcopus possit concedere Ecclesiæ non Parochiali, ut in ea retineatur Sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ solum pro adoratione, vel requiratur auctoritas Papæ?

Secundo. Præsuppposito quod Episcopus concesserit licentiam asservandi Sanctissimum in Ecclesia non Parochiali pro adoratione, an possit Episcopus successor dictam licentiam revocare?

Respondit.

Ad primum. Id non posse concedi ab Ordinario; sed requiri licentiam Sedis Apostolicæ.

Ad secundum. Hujusmodi licentiam fuisse nullam, & propterea ei non esse deferendum, nec esse necessariam revocationem.

47 Eucharistiæ Sacramentum in Ecclesiis Tertiariarum quæ professionem solemnem trium votorum non emittunt, nec in clausura vivunt, nullatenus teneri potest; *Sac. Cong. Episc. & Regul. die* 20. *Decembr.* 1626. Unde pro Indulto debet recurri ad Sanctam Sedem, uti ad ipsam recursum habuerunt Sorores Tertii Ordinis S. P. Francisci existentes Lucæ, & viventes collegialiter absque obligatione Clausuræ ad effectum obtinendi facultatem retinendi in propria Ecclesia Sanctiss. Sacramentum; Exhibitisque precibus Sacræ Congreg. Episc. *Hæc sub die* 16. *Novembr.* 1708. dictam facultatem concessit arbitrio Eminentissimi Episcopi sine præjudicio jurium Parochialium, ac cum clausulis, & reiritivis per Eminentiam
48 suam præscribendis. Eucharistiam Sanctissimam ex consuetudine, & privilegio non decet teneri a Laicorum Confraternitatibus sine licentia Episcopi; *Sac. Rit. Congr. in Insulana* 10. *Junii* 1604., *& in Asculana* 3. *April.* 1632. *& in Cortonen.* 9. *Maji* 1699., *& in decreto generali* 10. *Decembr.* 1703.
49 *in respons. ad* 26. Feria quinta in Cœna Domini SS. Eucharistia asservari debet sub unica tantum Clave retinenda per Sacerdotem in crastinum celebraturum, & nullo modo apud Personas Laicas, & sæculares, cujuslibet status, gradus, & conditionis; *Sac. Cong. Rit. in Civitaten.* 22. *Novemb.* 1631., *& in Calagurritana* 13. *Septembr.* 1642. Et hoc in hominibus Ecclesiis tam sæcularibus, quam Regularibus quomodocumque exemptis, non obstante consuetudine in contrarium;
50 *Ead. Sac. Congr. Rit. in Caurien.* 15. *Decembr.* 1632. Eucharistia SS. ad Ægrotum adoranda deferri non debet, si eam ob tussim, aut alias sumere non potest pro Viatico; *Sac. Congr. Concil.* teste Zerola *in praxi Episcopor. part.* 1. *verb. Eucharistia* §. 5.

51 Eucharistiam SS. in solemni ejus Festivitate, & per octavam in processione deferre, absente, vel impedito Episcopo pertinet ad primam Dignitatem, vel, ea impedita, ad secundam, & successive ad tertiam, vel quartam, & omnibus Dignitatibus absentibus, vel impeditis ad primum Canonicum; *Sac. Congr. Rit. in Pisaurien.* 21. *Martii* 1609. *in Aretina* 30. *Januar.* 1610. *in Lamacen.* 11. *Novemb.* 1614., *& in Baren.* 19.
52 *Januar.* 1628. Sacramentum Eucharistiæ debet propriis manibus a Celebrante deferri, non obstante quacumque consuetudine contraria; *Sac. Cong. Rit. in Syracusana Modicæ* 2.
53 *Junii* 1618. Eucharistia SS. dum elevatur, Canonici, & Clerus, sive in Choro existant, sive processionaliter incedant, semper debent genuflectere; *Sac. Cong. Rit. in Oscen.* 2. *Maii*
54 1620. Eucharistia SS. quæ pro infirmis asservatur, singulis octo, aut quindecim diebus est renovanda a Græcis; *Clemens VIII. Constit. incipient. Sanctissimus sub die* 31. *Augusti*
55 1695. A Latinis vero renovatio SS. Sacramenti debet fieri qualibet Dominica, non autem differri ad quindecim dies; *Sacr. Congr. Episcop. in-Ravennat.* 5. *April.* 1573. *ex cap. Permittimus* 57. *de sent. excomm. & Clemens VIII. cit. Constitut.*
56 *Sanctissimus*. Tabernaculum SS. Sacramenti in Cathedralibus non debet esse in Altari majori propter functiones Pontificales, quæ fiunt versis retribus ad Altare. In Parochialibus vero, & Regularibus Ecclesiis debet regulariter esse in Altari majori, tamquam Digniori; *Sac. Congr. Episc. cap. in Lucensi* 10. *Februarii* 1579., *& in Casertana* 29. *Novembris* 1594.

Regulares non possunt publice exponere Sacramentum 57
Eucharistiæ sine licentia Episcopi, & ex causa publica ab eodem probata, ut sæpe sæpius respondit *S. C. Epis. & præsertim in Cajet.* 25. *Octob.* 1602. *&* 10. *Decem.* 1602. apud Nicol. *in Flscul. verb. Eucharistia n.* 23. & Fagnan, *in cap. Grave* 19. *de Offic. Ordinar. num.* 77. his verbis: *Non licet Regularibus etiam in propriis Ecclesiis SS. Eucharistiæ Sacramentum publice adorandum exponere, nisi ex causa publica, quæ probata sit ab Ordinario; ex causa autem privata possint, dummodo SS. Sacramentum e Tabernaculo non extrahatur, & velatum remaneat, ita ut ipsa Hostia videri non possit; & in Dertonen.* 27. *Maii* 1603. *& Sac. Congr. Concil. in Neapolitana* 17. *Augusti* 1630., *& Sac. Cong. Rit.* 26. *Februarii* 1628., *& ead. Sac. Rit. Cong.* 22. *Jan.* 1701. *in Firmana expositionis SS. Eucharist.* censuit, *Fratribus Minoribus de observantia Oppidi Monleani licere publice adorandum exponere SS. Eucharistiæ Sacramentum in eorum Ecclesia singulis diebus festivis totius anni, exceptis Quadragesimalibus, & Dominicis, de licentia tamen* 58
Archiepiscopi. Pro personis autem particularibus exponitur in Oratiolo Tabernaculi, aut in Pyxide velata, cum luminibus, & assistentia; *Sac. Congr. Episcop.* 7. *Septemb.* 1678. In 59
Ecclesiis Confraternitatum non potest exponi sine expressa Ordinarii licentia; *Sac. Congr. Episcop.* 20. *Augusti* 1601., *& in Papien.* 2. *Augusti* 1652. *& Sac. Congr. Rit. in decreto gene-* 60
rali 10. *Decembr.* 1703. *in respons. ad* 27. *dub.* Episcopus tamen id eis permittere debet juxta solitum, nisi quid relevans adsit in contrarium; *Sacr. Cong. Episcop. in Maceraten.* 16. 61
Mart. 1646. Neque Sacramentum Eucharistiæ possunt exponere sine licentia Episcopi Dioecesani alii quomodocumque exempti, non habentes jurisdictionem in populum, ut declaravit *Sac. Congr. Episcop. in Florentina Jurisdictionis inter Archiepiscopum, & Episcopum Fesulanum* 18. *Maji* 1696. *referente Eminentissimo Card. Panphilio*.

Sacramento Eucharistiæ publice exposito in Missis priva- 62
tis dicenda est Oratio de Sacramento, ordine a Rubrica præscripto. In Missis vero cantatis, & solemnibus servandum erit decretum *Sac. Congr. Rit.* 13. *Febr.* 1666. tenoris sequentis: *Quando exponitur Sacramentum in Altari pro initio* 40. *horarum, vel spiritualium exercitationum, si accidat in Festo primæ, vel secundæ Classis, tunc in Collegiatis, vel duæ cantentur Missæ, una de Festo, seu Dominica post tertiam, altera Votiva de Sacramento post Nonam; vel una cantetur de Die cum commemoratione SS. Sacramenti. In Missis tamen privatis dicta Oratio de Sacramento erit ommittenda in Festis primæ, & secundæ Classis*, prout *Ead. Sac. Cong. Rit. respondit* 2. *Decemb.* 1684. nam proposito dubio pro parte Procuratoris Generalis Lateranensium: *An in Missa privata de Sancto duplici, vel Semiduplici, de quo tali die fit Officium, facienda sit commemoratio SS. Sacramenti expositi occasione* 40. *horarum*, prodiit rescriptum *posse, sed omittendam in Festis primæ, & secundæ Classis*. Tempore expositionis SS. Sacra- 63
menti non possunt celebrari Missæ de Requiem; *Sac. Congr. Rituum* 2. *Decembris* 1684. Circa hanc Sanctissimi expositionem occasione 40. horarum attendenda est instructio de mandato Clementis XII. emanata 1. *Septemb.* 1730. quæ ut ab omnibus percipiatur, & observetur, hic ad litteram datur.

Istruzione, ed Ordini, da osservarsi nell' Orazione conti- 64
nua di Quarant'ore coll'Esposizione del SS. Sagramento per li bisogni di Santa Chiesa secondo la pia mente de' Sommi Pontefici confermata, e publicata di nuovo per ordine di N. S. Papa Clemente XII.

Prospero del Titolo di S. Silvestro in Capite della S.R.C. Cardinale Marefoschi della Santità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

Essendo state fatte fin dal tempo dell' introduzione del SS. Sacramento per l'Orazione continua di Quarant' Ore diverse provisioni spettanti al decoro di detta Sagra Funzione, acciò le medesime venghino esattamente osservate, e si rimova ogni abuso, d'Ordine espresso della Santità di Nostro Signore, datoci coll'oracolo della sua viva voce, ordiniamo, e comandiamo, che in tutte le Chiese di quest'Alma Città, tanto Patriarcali, quanto Collegiate, e Parochiali, ed in ogni altra Chiesa sì de' Secolari, come de' Regolari, in qualsivoglia modo privilegiata, in cui si farà la suddetta Orazione di Quarant'Ore, s'osservi inviolabilmente, quanto si pre-

scri-

ſcrive nella preſente noviſſima Iſtruzione ſotto le pene infraſcritte.

I. Si metterà ſopra la porta della Chieſa, dove ſarà l'Eſpoſizione, un ſegno del SS. Sacramento ornato di feſtoni, come pure a capo della ſtrada vicina, perchè ſia noto a chi paſsa eſser ivi l'Epoſizione del SS. Sagramento.

II. Il SS. Sagramento dovrà eſporſi nell'Altare Maggiore (eccettuatene le Baſiliche Patriarcali, nelle quali ſi ſuol' eſporre ſopra altro Altare), e ſi coprirà l' immagine, o ſtatua, che vi ſia, come anche le pareti della tribuna, e le vicine all'Altare, ſe non vi ſono ornamenti fiſſi, ſi copriranno con drappi, avvertendoſi, che gli apparati non contenghino Iſtorie, nè coſe profane. Sopra l' Altare non vi ſi ponghino Reliquie de'Santi, o Statue de' medeſimi (non eſcludendoſi però quelle degli Angioli, che facciano figura di candelieri) e molto meno vi ſi ponghino figure dell'anime del Purgatorio di qualſiſia materia, il che ſi proibiſce anche in tutte l'Eſpoſizioni particolari, ed in quelle, che tal volta ſi fanno per ſuffragio di quelle anime.

III. Sopra detto Altare in ſito eminente vi ſia un Tabernacolo, o Trono con Baldachino proporzionato di color bianco, e ſopra la baſe di eſso vi ſia un Corporale per collocarvi l'Oſtenſorio, o Cuſtodia, il di cui giro ſarà attorniato di raggi, e non vi ſarà d'avanti alcun' ornamento, che impediſchi la viſta del Santiſſimo.

IV. Ardino ſopra l' Altare almeno venti lumi continuamente, cioe ſei candele, d'una libra, tre per parte dalli lati della Croce, ed otto candele nella parte ſuperiore, con altre quattro dalli lati dell'Oſtenſorio, nella di cui parte oppoſta, non vi ſi ponga onninamente lume alcuno, e vi ſiano finalmente due Torcieri con le Fiaccole almeno di tre libre l'una. L'iſteſso numero di lumi vi ſia anche di notte dopo ſerrata la Chieſa, tra'quali ve ne ſiano almeno dieci di Cera, e per la Chieſa nella ſera ſi mettano lumi ſufficienti per evitar la confuſione, quali ſtiano accesi finchè ſi chiudano le Porte di eſsa. Potranno anche di giorno oſcurarſi le fineſtre vicino all' Altare dell'Eſpoſizione, ad effetto di raccogliere la mente de'Fedeli all'Orazione.

V. Niun Secolare, benchè veſtito di ſacco di qualſivoglia Compagnia, ardiſca d'andare intorno l'Altare per aggiuſtare lumi, o far altro, che occorra, ma dovrà eſsere un Sacerdote, o almeno un Chierico con Cotta, con la quale ſopra il proprio Abito, dovranno comparirvi anche li Regolari di qualſiſia Religione. Avvertendoſi di più, che ogni perſona di qualſiſia condizione, ed Ordine per decreto della *Sac. Cong. de'Riti Vrbis 19. Auguſti* 1651. avanti il SS. Sagramento eſpoſto accoſtandoſi o partendoſi da eſso, deve fare la riverenza con ambe le ginocchia piegate. In ordine poi alla perſona del Sacerdote, quando celebra la Meſſa privata, s' inſinua eſservi decreto della medeſima *Sac. Congreg. Vrbis 7. Septembris* 1638. che mentre paſsa avanti l' Altare, in cui ſta eſpoſto il SS. Sagramento, dopo fatta l' Adorazione con le ginocchia piegate, ſcoperto il capo, alzandoſi lo ricopra.

VI. Si tenga durante l' eſpoſizione alla porta della Chieſa, per la parte di dentro, o di fuori come tornerà più comodo, un Tapeto, che faccia forma di Buſsola con ſpazio adequato alli lati, per commodità del popolo, e ſia talmente poſto, che non poſsa mai dalla ſtrada vederſi il Santiſſimo Sagramento.

VII. Stiano di continuo uno, o due Sacerdoti, o almeno in altro Oridine Sagro conſtituiti, ſe ſi potrà, veſtiti di Cotta (benchè ſiano Regolari) genufleſſi avanti d' un Banco ricoperto con Tapeto, o panno roſſo, o d'altro colore, e qualità decente vicino all'infimo grado dell'Altare, e mai ſopra genufleſſorj orando tanto di giorno, quanto di notte a vicenda. Dove ſarà qualche Confraternita, vi aſſiſtino due Confratelli almeno avanti un banco coperto di panno verde, o d' altro colore decente, parimente a vicenda, ma fuori del Presbiterio, e diſtanti dagli Eccleſiaſtici ſuddetti, ed orando con tutta divozione, per edificazione degli Aſtanti, e con voce ſommeſſa per non cauſar diſtrazione agli altri.

VIII. Nella Sacriſtia vi ſia l'Orologio almeno a polvere per ſaper il tempo della vicenda, di cui ſe ne darà il ſegno ad ogni ora con la Campana maggiore tanto di giorno, come di notte.

IX. La ſera avanti il giorno dell' Eſpoſizione, dopo il ſegno dell' Ave Maria, ſi ſonino le campane ſolennemente per avviſo del Popolo, come anche la Mattina nel far del giorno, e dopo tutti gli altri ſegni dell'Ave Maria, durante l'Eſpoſizione, come parimente le ſolite tre volte avanti le Meſſe ſolenni.

X. Nell'Altare, dove ſta eſpoſto il SS. Sagramento, non ſi celebri altra Meſſa, che le ſolenni per l' Eſpoſizione, e Repoſizione, nei quali due giorni, oltre la Conventuale (nelle Chieſe dove v'è obbligazione di cantarla) ſi celebrerà dopo Nona la Meſſa del SS. Sagramento votiva pro re gravi (eccettuate però tutte quelle Domeniche, che ſono di prima, o ſeconda Claſſe, e tutti li giorni, ne' quali per ragione del Calendario, tanto univerſale, quanto particolare di quella Chieſa, in cui ſi fa l' Eſpoſizione, ſi fa Officio parimente di prima, o ſeconda Claſſe, come anche eccettuata la feria 4. delle Ceneri, e feria 2. 3. e 4. della Settimana Santa, tutti li giorni dell'Ottava di Paſqua, e di Pentecoſte, le Vigilie del S. Natale, e della Pentecoſte, e l' ottava dell' Epifania: nelle quali Domeniche, ed altri giorni, e ferie eccettuate, ſi canterà la Meſſa Conventuale coll' Orazione aggiunta del Sagramento (ſub unica concluſione) e tutto ciò s'oſſerverà inviolabilmente in tutte le Chieſe sì de' Secolari, che de'Regolari. Nel giorno medio, oltre la Meſſa Conventuale, ſi dovrà cantar dopo Nona la Meſſa votiva pro Pace, o altra, che verrà comandata da N. S. ſecondo ſtarà eſpreſſo nella liſta delle Quarant'Ore colla medeſima eccezione delli giorni ſuddetti, e colla medeſima Regola circa l' Orazione. Nelle Chieſe non Collegiate, e dove non è obbligazione di cantarſi la Meſſa Conventuale, dovrà in detto giorno medio cantarſi ſolo la Votiva ſuddetta, e con l'eccezione, e regola preſcritta di ſopra nella Meſſa del Sagramento. Quella però dovrà cantarſi ad un altro Altare, che non ſia quello dell' Eſpoſizione, ne quello, dove ſia il Tabernacolo col Sagramento incluſo, ed in quelle Chieſe, che hanno l' obbligo di cantar la Meſſa Conventuale, queſta pure ſi canterà ad altr' Altare, come ſi è detto. S' ordina eſpreſſamente, che nelli giorni dell'Eſpoſizione, medio, e della Repoſizione, le Meſſe ſi debbano cantare con li Miniſtri parati, e non altrimenti, anche nelle Chieſe de'Regolari, non oſtante qualſiſia loro uſo, o preteſa conſuetudine in contrario. Nelle Meſſe private, che ſi celebreranno durante l'Eſpoſizione non ſi ſuoni il Campanello all'elevazione, ma ſolo uſcendo i Celebranti dalla Sacriſtia, ſi dia un piccol ſegno colla ſolita Campanella, Non ſi celebrino Meſſe di Requie nel tempo, che durerà l'Orazione di 40. ore, e le Meſſe del Santiſſimo, che ſi celebreranno ne' giorni permeſſi dalla Rubrica, ſaranno meramente Votive ſenza Gloria, e Credo. Nell' altre Meſſe private correnti ſi aggiungerà coll' ordine preſcritto dalla Rubrica *l'Orazione del Sagramento*, così comandando la Santità di Noſtro Signore.

XI. Il Celebrante dovendo portar il Santiſſimo in proceſſione ſarà veſtito di Piviale bianco, quando non abbia celebrato con paramenti d' altro colore, che in tal caſo continuerà il colore della Meſſa; il velo umerale però ſarà di colore bianco in qualſivoglia caſo, che debba portarſi il Sagramento anco nel Venerdì Santo, e li paramenti de'Miniſtri Sagri ſaranno del color del Celebrante come ſopra. Parimente il Pallio dell'Altare, dove ſta l' Eſpoſizione, ſarà ſempre di color bianco, benchè la Meſſa ſolenne ivi ſi celebri in altro colore; come pur il Baldachino per la Proceſſione deve eſſer bianco.

XII. Terminata la Meſſa ſolenne per l'Eſpoſizione, il Celebrante con li Miniſtri fatte le dovute riverenze al Sagramento, ſi ritireranno fuori del Corno dell' Epiſtola, dove il Celebrante, (come pure li Miniſtri) deporrà il Manipolo, e levata la Pianeta, prenderà il Piviale, porrà ivi l'incenſo in due Turiboli ſenza benedirlo, e dopo con li Miniſtri genufleſſo nel mezzo incenſerà tre volte il Santiſſimo. Su 'l fine della proceſſione, quale ſi principierà anticipatamente fatta l' Elevazione del Santiſſimo, o prima, ſecondo che ſarà più, o meno numeroſa (il Diacono in tempo congruo fatta la dovuta riverenza prenderà il Sagramento, e ſtando in piedi lo conſegnerà al Celebrante genufleſſo, genuflettendo immediatamente eſſo Diacono, lo prenderà il Celebrante, ricoperte le mani dall'eſtremità del Velo umerale, e ſi alzerà: Principiandoſi poi da' Cantori l'Inno *Pange lingua &c.* s'incammineranno ſotto il Baldachino, recitando con voce ſommeſſa Salmi, ed Inni inſieme con li Miniſtri, quali eleveranno le Fimbrie del Piviale.

XIII. La proceſſione ſarà compoſta di tutto il Clero della Chieſa, ed il Crocifero in queſta funzione non ſarà parato con abito ſuddiaconale, ma veſtito con Cotta, v' interverranno onninamente 8. Sacerdoti veſtiti con Cotte, e con Torcia acceſa in mano, li quali precederanno dalli lati avanti il Baldachino, e dopo di eſſi ſeguiranno due Acoliti con Turiboli, quali per la ſtrada incenſeranno il Santiſſimo, e durante la proceſſione ſi ſuoneranno le campane ſolennemente.

XIV. La proceſſione ſi farà dentro la Chieſa, e al più per la Piazza, quando l'anguſtia della Chieſa ne porti la neceſſità, e quando ella di Chieſa ſi farà ben pulire la ſtrada della Piazza, dove, ſe vi ſarà qualche Bottega, dovrà tenerſi chiuſa durante la Proceſſione.

XV. Se vi ſaranno iſtituite Confraternità di ſecolari, o ſiano veſtiti di ſacco, o nò, tanto li Guardiani, ed Officiali di eſſe, quanto li Confrati tutti anderanno unitamente avanti il Clero Secolare, o Regolare che vi ſarà, al qual dovranno ſempre cedere il luogo più degno. Di più eſpreſſamente ſi comanda, che li Guardiani, o altri Offiziali di eſſe non ardiſchino ſotto qualſivoglia preteſto di conſuetudine, o altro di andar dopo il Baldachino ſotto la pena di 25. Scudi a ciaſcun Fratello, Guardiano, o Officiale della Confraternita, il quale contraveniſſe alla preſente diſpoſizione in conformità dell'Editto pubblicato l'anno 1689, Qual pena di ſcudi 25. ſi dovrà applicare alla medeſima Confraternita ſe ſarà povera, o al Monte del Santiſſimo Viatico a noſtro Arbitrio. Monſignor Primicerio però dovrà andar dopo il Baldachino veſtito ſenza Sacco coll'Abito ſuo Prelatizio, e con il Rocchetto, ſe ne avrà l'uſo. Di più ordiniamo alli ſuddetti Cleri ſecolare, e Regolare, che nelle proprie Chieſe non permettino, che ſi pratichi il contrario ſotto le pene contenute nel ſuddetto Editto, cioè di Scudi 25. alli Superiori, e Rettori delle Chieſe Secolari, e di privazione di voce attiva, e paſsiva alli Superiori Regolari, con altre a noſtro Arbitrio. Quando poi vi foſſe alcuno, che tanto ardiſſe, ſi notifica, che oltre le ſuddette pene impoſte di ſopra, reſterà ipſo jure privo dell' Officio, e caſſato dalla Confraternita reſpettivamente, il Guardiano, o Guardiani, ed Officiali, quali contravverranno a queſto noſtr' Ordine, reſterà interdetta la Confraternita, e Chieſa, e privati di fare più tale ſanta funzione, ed Eſpoſizione, finchè da Noi non ſarà reintegrata; ſi dichiara anche: che all'Accuſatore di tal contravenzione, ſi darà la terza parte della ſuddetta pena coll'eſſer tenuto ſecreto, e la ſuddetta diſpoſizione, vogliamo che ſi oſſervi anche in tutte e ſingole Proceſſioni, ed Eſpoſizioni particolari,

XVI. Ritornata la Proceſſione in Chieſa, e giunto il Celebrante al grado infimo dell'Altare maggiore, il Diacono genufleſſo riceverà il Santiſſimo da eſſo Celebrante (quale immediatamente genufletterà deponendo il velo umerale,) e lo collocherà nella baſe del Trono, andando poi, fatte le dovute riverenze, al ſuo luogo. Li Cantori divotamente, e con pauſa canteranno il *Tantum ergo &c.* Dopo di che il Celebrante alzatoſi colli Miniſtri, porrà ivi nel mezzo l' incenſo nel Turibolo ſenza benedizione, e genufleſſo incenſerà tre volte il Sagramento. Terminato l' Inno ſenza dirſi il ℣. *Panem de cœlo &c.* ſi canteranno dalli ſuddetti Cantori le litanie, contenute nel Libro ſtampato per l'Orazione delle 40. ore (qual libro puramente ſenza alcuna immutazione, dovrà uſarſi in qualunque altra Eſpoſizione del Santiſſimo, che ſi faccia particolare) dopo che avrà dette le preci il Celebrante alzatoſi (a cui li Miniſtri ſoſterranno il libro) ſenza fare nuova genufleſſione canterà a manigiunte il ℣. *Dominus vobiſcum &c.* con le Orazioni, quali terminate genufleſſi faranno breve orazione, ed indi partiranno a capo ſcoperto ſino ad una ragionevole diſtanza dal Sagramento, dandoſi così il principio all'Orazione delle Quarant'Ore.

XVII. Il Celebrante non dovrà uſar la Sede Camerale ſecondo il decreto della Sagra Congr. de' Riti, ma un Banco (che nè pure abbia braccia) con il poſtergale ornato di panno roſſo, o altro colore decente, in cui ſederà inſieme colli Miniſtri Sagri, e ſi avverte alli medeſimi, come anche agli altri, che operano circa il Divino Miniſtero, qualmente in tempo, che ſta eſpoſto il Venerabile, anche nell'Eſpoſizioni particolari, non deveſi far riverenza alcuna al Clero, nè ad altra perſona, che aſſiſta alli Divini Offici. Molto meno dovranno mai uſare le Sedie Camerali nelle Chieſe li Guardiani, Deputati, ed Officiali delle Confraternite, Compagnie, e Congregazioni Laicali; ma ſederanno ſopra un banco con poſtergale ſenza braccia a' lati, e ſenza alcun' uſo de Cuſcini, come pure ſenza gradini, e ſenza genufleſſorj d'avanti. Qual banco potrà cuoprirſi di panno, e non di ſeta, e ſarà onninamente *ſituato fuori del Presbiterio* in quelli caſi, che aſſiſteranno alle Meſſe, e Veſperi ſolenni, o che nel Presbiterio ſi celebri dal Clero una funzione Sagra, o che ſi predichi in Chieſa ſecondo li replicati decreti della Sagra Congr. de' Riti, particolarmente per decreto generale emanato ſotto li 13. Marzo 1688. ſotto le pene medeſime eſpreſſe di ſopra, comminate al numero XV. nelli §§. *Se vi ſaranno &c. e di più ordiniamo &c.* Monſignor Primicerio però ſederà dentro il Presbiterio al lato dell' Evangelio in un Banco coperto di Panno nell'Abito ſuo Prelatizio, come ſi è detto al num. XV. Se però la ſtruttura della Chieſa non permetterà luogo congruo fuori del Presbiterio, in tal caſo di neceſſità ſi concederà da Noi, che poſſa collocarſi il Banco, come ſopra de'Guardiani dirimpetto all'Altare in uno delli lati fuori del termine del Presbiterio. Si proibiſce eſpreſſamente agli Uomini, ed alle Donne di qualſivoglia ſtato, e condizione (eccettuate le perſone Regie, quando vi ſi trovino) l'entrar ſotto qualſiſia preteſto ad orare nel Presbiterio, o ſia recinto dell'Altare, dove ſta eſpoſto il Venerabile, dovendo quel luogo eſſer occupato ſolamente da Eccleſiaſtici deſtinati al Miniſterio Divino, o all'aſſiſtenza dell'orazione, il che s'oſſerverà non ſolo nelle Chieſe, dove ricorre l'Eſpoſizione ordinaria, ma anche in tutte le altre, dove per indulto Apoſtolico, o per altra legittima facoltà, occorre farſi l' Eſpoſizione, benchè per breve tempo, al che provederanno li Superiori, o Sagreſtani col riparo delli Banchi ancora bilognando. In oltre ordiniamo, e comandiamo a'Rettori, e Superiori tanto Secolari, quanto Regolari di qualſivoglia Chieſa, che durante la detta Eſpoſizione non ardiſchino di far portare reſpettivamente qualſivoglia ſorte di Sedie nelle Chieſe a qualunque perſona d'ogni ſeſo, grado, e condizione ſotto la pena di 10. Scudi alli Rettori ſecolari da applicarſi ad uſi pii, riſervata la terza parte per l'Accuſatore, ed a' Regolari della privazione della voce attiva, e paſsiva a noſtro Arbitrio.

XVIII. Non ſi terranno nelle Chieſe dell' Eſpoſizioni anche particolari bacili per limoſine, nè vi aſſiſteranno Religioſi, o altri Eccleſiaſtici, nè meno perſone laicali per riceverle. come nè meno anderanno Chierici, Confrati, Mandatarj, o altre Perſone queſtuando per la Chieſa. Molto meno dovranno far ciò li poveri, quali ſtaranno per lo ſpazio di canne dieci lontani dalle porte della Chieſa ſotto le pene contenute nell'Editto ſtampato a parte, che per ciò ſarà parimente cura de' Superiori, e Sagreſtani, e degli Eſecutori, che vi aſſiſtono, il procurare non entrino in Chieſa, ad effetto d'evitare la diſtrazione de' Fedeli, che orano, potendo li Benefattori caritativi far elemoſine fuori delle Chieſe, ſiccome anche è l'intenzione di N. S. dichiarata nell' ultimo Editto, in cui ſi proibiſce ad ogni Fedele dar nelle Chieſe limoſine a' Poveri.

XIX. S'avverte, che non termini l'Orazione in una Chieſa, ſe non che dopo che ſarà principiata nell'altra, e ciò s'oſſerverà da qualunque Chieſa, benchè Baſilica, e Collegiata, o in qualſivoglia modo privilegiata.

XX. Terminata la Meſſa della Repoſizione, il Celebrante prenderà il Piviale (oſſervando il Rito reſpettivamente ſopra deſcritto dopo la Meſſa dell'Eſpoſizione) e genufletterà colli Miniſtri avanti il SS. Sagramento nel mezzo ſull'infimo grado dell'Altare, immediatamente li Cantori principieranno le Litanie, e ſi continuerà ſino al ℣. *Domine exaudi orationem meam* incluſive, Dopo alzatoſi il Celebrante colli Miniſtri, porrà ivi nel mezzo l'incenſo ſenza benedizione, e genufleſſo incenſerà tre volte il SS. Sagramento, e prendera il Velo umerale. Fatta l'incenſazione, il Diacono colle dovute riverenze leverà il Sagramento dal Trono, e immediatamente, ſtando in piedi lo conſegnerà al Celebrante genufleſſo, genufletterndo anch'eſſo Diacono, ſubito, che averà conſegnato il Sagramento, praticandoſi di poi reſpettivamente ciò, che ſopra nell'Eſpoſizione s'è detto circa le Cerimonie, e Rito della Proceſſione &c.

XXI. Ritornato dopo la Proceſſione il Celebrante all'infimo grado dell'Altare, il Diacono genufleſſo riceverà da eſso, che ſtarà in piedi, il Santiſſimo, verſo cui il Celebrante genufletterà immediatamente, e deporrà il Velo umerale, il Diacono lo collocherà ſopra il Corporale in mezzo dell'Altare, e ritornerà al ſuo luogo. Il Celebrante al ℣. *Genitori Genitoque &c.* alzatoſi colli Miniſtri ponerà, come ſopra, l'incenſo ſenza benedirlo, ed incenſerà il Sagramento. Li Cantori diranno il ℣. *Panem de Coelo &c.* (a cui s'aggiungerà, l'*Alleluja* nel tempo Paſcale ſolo, ed in tutta l'Ottava della Feſtività del Corpus Domini in qualſivoglia Eſpoſizione, che ſi faccia.) Il Celebrante alzatoſi ſenza far nuova genufleſſione ſoſtenendo li Miniſtri il libro (ſenza dire il ℣. *Dominus*

minus vobiscum, come per Decreto della Sagr. Congr. de' Riti) cantera le Orazioni a mani giunte, quali terminate, genuflesso prenderà il Velo umerale, ed ascendendo solo all' Altare, fatte le dovute riverenze prendera nelle mani ricoperte, come si disse, coll' estremità del Velo umerale l' Ostensorio, e darà con esso la benedizione al Popolo, e riposto il Sagramento sopra il Corporale discenderà, e starà genuflesso al suo luogo. Il Diacono immediatamente, o un Sacerdote con Stola, fatte le dovute riverenze, chiuderà il Sagramento nel Tabernacolo, quale per tal' effetto dovrà ritenersi nell' Altare dell' Esposizione; e l' Ostia consagrata si dovrà consumare nella Messa, o in quella mattina, o nella seguente, dopo di che partiranno, e terminerà l' Orazione di quarant' ore.

XXII. Nel tempo, che durerà l' Orazione medesima si proibisce espressamente il predicare; ma volendovi far dopo li Vesperi qualche breve sermone per eccitare li Fedeli alla divozione verso il SS. Sagramento si dovrà prender la licenza, e benedizione da noi, o da Monsignor Vescovo nostro Vicegerente anche nelle Chiese de' Regolari, ed in qualunque modo privilegiate, e non solo nell' Esposizione di quarant' ore, ma in qualsivoglia altra Esposizione, qual licenza si darà in scriptis. Quello poi dovrà sermoneggiare sarà almeno costituito nell' Ordine Diaconale, sermoneggierà con la Cotta, benchè sia Regolare, ma senza la Stola, ed a capo scoperto vicino all' Altare, dove sta esposto il Santissimo, ed in un sito, che non obblighi gli Ascoltanti a fare atti d' irriverenza con voltare le spalle al Sagramento.

XXIII. Le Chiese dove, sarà l' Orazione di 40. ore, dovranno la sera stare aperte sin tanto che vi sarà il Popolo per orare. Ma perchè non può darsi in ciò un' ora determinata, sì per la situazione d' esse, come per la mutazione delle stagioni; Perciò potranno chiudersi l' Estate circa le tre Ore, e l' inverno intorno all' ore cinque. S' avverte però, che anche a Porte chiuse deve continuare l' Orazione, come s' è detto al num. 7. non dovendo mai essere interpolata l' Orazione di 40. ore, come per decreto della Sagra Congregatione de' Riti.

XXIV. In ogni Chiesa di Roma si terrà affissa in luogo patente la Lista delle 40. ore per informazione de' Fedeli divoti.

XXV. Parimente in ogni Chiesa, dove è determinata l' Esposizione, si dovrà tener affissa continuamente nella Sagristia la presente Istruzione, acciocchè niuno possa allegare l' ignoranza delle Regole, e precetti, che vi si contengono.

XXVI. Non ardirà alcun Rettore, Curato, o Sagrestano fuori dell' ordine assegnato nella Lista delle 40. ore, d' esporre, o far esporre il SS. Sagramento sotto qualtivoglia pretesto, o consuetudine, per veruna causa grave, nè per infermi, senza Breve speciale di S. Santità, o almeno licenza segnata da Noi, o da Monsignor nostro Vicegerente, e sottoscritta dal Deputato delle 40. ore, quale ottenuta s' esporrà il Venerabile in un Altare, o Cappella con un velo avanti, e col suddetto numero di venti lumi, e si osserverà puntualmente il tempo, che dovrà durare l' Esposizione, assegnato nella suddetta licenza sotto le pene infrascritte: e privazione d' Officio.

XXVII. Finalmente si comanda espressamente, che tutti, e singoli espressi Ordini si debbano inviolabilmente osservare, e che si ubbidisca esattamente per quello potesse occorrere, di più al nostro Deputato sopra le quarant' ore sotto pena alli Maestri di Cerimonie, che assistono alle funzioni, se non faranno adempire esattamente tutte le Cerimonie, ed i Riti prescritti, ed alli Trasgressori respettivamente de' suddetti Ordini di scudi dieci d' oro da applicarsi a' luoghi Pii, ed alli Regolari della privazione di voce attiva, e passiva, di carcere, ed altre pene maggiori riservate a nostro Arbitrio, dichiarandosi, che in difetto dell' Osservanza, si procederà più rigorosamente contro li Superiori, e Sagrestani delle Chiese, alli quali appartiene più che ad ogni altro la buona regola, e cura di esse.

Dato dalla nostra solita Residenza questo dì 1. Settembre 1730.

P. Card. Vicario.
Carlo Guazzuglia Deputato.
Niccolò Antonio Can. Cuggiò Segretar.

65 Solemnitas, qua cæpit publice, & cum pompa venerari Sanctiss. Eucharistia, originem habuit in Ecclesia S. Martini Civitatis Leodii; id pie, & religiose promoventibus Sanctis Virginibus Juliana, & Æva apud Urbanum IV. qui datis litteris ad Ævam cum laude hujus introductionis, festivitatem postea (quam nedum Virgines postulaverant) Corporis Christi solemni Decreto in Ecclesia universali (miraculo jam evulgato Ecclesiæ S. Christinæ Bolsenæ) instituit. Patent hæc ex actis *Bollandi tom. 1. ad mensem Aprilis pag. 459. 462. 465. & 477.* & re cognita, ac examinata *in Sacr. Congr. Rit. sub die 10. Junii* 1700. concessum fuit indultum Capitulo Collegiatæ dict. Ecclesiæ S. Martini, ut posset in qualibet feria quinta non impedita officio novem lectionum, & jejuniorum, recitare officium Sacramenti. 66 Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum tanta præstat excellentia, & dignitate, ut illud associans gaudeat Immunitate Ecclesiæ; *Sacr. Congregat. Immunitat. in Beneventana 30. Septembris 1736. decret. Pavl. fol. 14.*

Hic adde, quod Oratio 40. horarum cum Expositione 67 SS. Sacramenti ad imitationem quadraginta dierum, quibus Dominus Noster Jesus Christus in deserto jejunavit, & oravit, cœpit practicari Romæ in Archiconfraternitate Orationis, & Mortis, & ibi prius initituta fuit, & confirmata a Pio IV. Constitut. incip. *Divina disponente*. A Clemente autem VIII. Constitut. incip. *Graves, & diuturnæ* fuit injunctum, ut illa per gyrum practicaretur in omnibus Urbis Ecclesiis, ut hodie practicatur: Et Indulgentiam plenariam peccatorum concessit in Ecclesia, ubi reperitur, unam saltem horam in Oratione perseverantibus. Quam tamen Paulus V. mediante Brevi concesso die 10. Maji 1606. lucrari postea mandavit in illa orantes *per quel tempo, che gli riuscirà comodo*; Ursaya *in Miscellaneo sacro, & profano part. 1. litt. O. num. 65.* Exinde die 20. Januarii 1705. de mandato Clementis XI. & die 1. Septembris 1730. de mandato Clementis XII. editæ sunt supra allatæ instructiones observandæ in illa Ecclesia, in qua fit talis Oratio 40. horarum cum expositione SS. Sacramenti, quæ instructiones sunt ad litteram allatæ paulo ante *a num. 64. ad 65.* Alia vide verb. *Infirmus*, verb. *Moribundus*, verb. *Viaticum*.

Additio ex Auctore,

ADde ad uberiorem eruditionem quod tradit eruditissimus 68 Ughellus *in Italia Sacra tom. 4. pag. 27. litt. d.* ibi: Orationem certe quadraginta horarum Mediolani primum institutam constat auctore ejus Bono Cremonensi. Hic enim anno salutis 1534. Francisco II. Mediolani Duci persuasit, ut Sanctissimum Christi Corpus populo adorandum in templis exponeretur per quadraginta horas, quot scilicet in sepulcro jacuisset, atque ita per orbem in præcipuis Urbis hujus templis idem fieret, ut Oratio in amplissima Urbe numquam deficeret. Quod quidem tanto studio facere aggressi sunt Mediola- 69 nenses, ut nisi nimii luminum, & apparatuum sumptus lege coerciti fuissent, ceræ, & olei inopia laborandum perpetuo fuisset. Ita in religiosissima Urbe perpetua oratio ab eo tempore instituta in Romanam Urbem deinceps Clementis VIII. decreto traducta est. Ejusdem Boni Cremonensis institutum 70 fuit, ut singulis sextis feriis ad horam nonam signum Campanæ daretur, quo fideles amoneantur ea ipsa hora Mundi Salvatorem Christum Dominum oratione ad Patrem pro nobis fusa spiritum emisisse. Quod & in quibusdam Diœcesis Oppidis servatur, & per universum Christianum Orbem fieri deberet. Hactenus ille. Fuisse autem institutam Orat. 40. hor. a Patre Josepho Mediolanensi Capuccino in memoriam 40. horarum, quibus Redemptor Noster jacuit in Sepulcro, refert Thyers *l. 4. c. 17.* relatus a Card. de Lambertinis *vol. 2. notificatione* 10. qui tamen ibi citat pro dicta institutione Constitutiones Pii IV. & Clementis VIII. jam a nobis allegatas sub *num. 67.* Et idem Card. Lambertin. *volum. 1. notificat.* 14 71 colligit ex annalibus introductam fuisse sæculo sextodecimo devotionem 40. horarum tribus ultimis bacchanalium diebus ante diem Cinerum, pro avertendis fidelibus ab operibus carnis, & convertendis ad opera Spiritus; & pro placanda Divina indignatione irritata a peccatis committi solitis illis diebus.

Eucharistia in azymo, aut fermentato respective a Latinis, 72 & Græcis Presbyteris est ministranda: Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 57. incip. *Et si Pastoralis* §. 6. Species Sacramenti 73 Eucharistiæ iterum coqui prohibetur. Idem *ibid.* §. 6. Eucha- 74 ristiæ species corruptioni non sunt exponendæ. Idem *ibidem* §. 4. & 5. Eucharistia non est retinenda domi, nec deferen- 75 da in itineribus. Idem *ibid.* §. 6. Eucharistia infantibus statim 76 post Baptismum & pueris in Missa ministrari a Græcis Presbyteris prohibetur. Idem *ibid.* §. 2.

Eucharistia ad infirmos, ubi vis Turcarum prævalet, & 77 iniquitas, est deferenda a Sacerdote Stolam semper habente propriis coopertam vestibus, in sacculo, seu bursa Pyxide recondita, per funiculos collo appensa, ac in sinu reposita, ab uno saltem Fideli in defectu Clerici associato. In aliis vero locis, ubi non tanta adsunt infidelium, seu hæreticorum pericula, præcipitur, quod Sacerdos indutus superpelliceo, Stolaque utrique humero circumsepta, & præcedente uno saltem lumine Hymnos, & Psalmos submissa voce recitans, in Sacra Pyxide, vel in Calice mundo velamine cooperto ambabus manibus illud ante pectus tenens, devote deferat. Idem tom. 1. Constit. 89. incip. *Demandatam* §. 23.

78 Eucharistiæ expositio non exigitur pro lucrandis Indul- gentiis visitantibus Ecclesiam concessis. Idem tom. 2. Const. 5.
79 incip. *Accepimus in Civitate*. Requiritur vero, quando id injungitur in concessione Indulgentiæ, ut in Oratione 40. horarum; sed fieri non debet absque Episcopi licentia. Idem *ibidem*.

80 Eucharistiæ Sacramentum non potest in Ecclesiis non Parochialibus retineri sine Apostolica Auctoritate. Idem Const. incip. *Quamvis*, §. 24.

81 Eucharistia nonnisi a naturaliter jejunis licite sumi potest. Bened. XIV. Constitut. incip. *Quadam*, §. 3. Ex Pontificia tamen dispensatione, urgentibus, & gravibus de causis, quandoque nonnullis concessum est, ut Eucharistiam etiam non jejuni sumere possent. Idem *ibid.* §. 9. ubi refert Breve a Pio IV. ad preces Sebastiani Lusitaniæ Regis relaxatum, in quo Sacerdotibus per Indias enunciati Regis Dominio subjectas commorantibus, qui vel ob contractam ægritudinem, vel Cœli inclementiam, post mediam noctem, aliquem sument cibum, fit facultas successivo die Sacrum peragendi. Item refert quod Innocentius XIII. per suas Apostolicas Litteras in forma Brevis Romanorum Reginæ Elisabethæ Christinæ concessit facultatem sumendi Eucharistiam, etiam post aliquem degustatum cibum, quo die in Bohemiæ Reginam ungi solemniter, coronarique deberet, ita exposcente imbecilli ejusdem valetudine, quæ tam diurnam functionem, nullo recreata cibo, perferre non potuisset. Simileque Indultum ab eodem Pontifice concessum, reperitur regnanti Regi Christianissimo Ludovico XV. sumendi Eucharistiam non jejunus die suæ solemnis Consecrationis, & Coronationis.

82 Dictus autem Pontifex *ibid.* §. 11. sic inde prosequitur. Unicum itaque exemplum privatæ communionis ex devoto Religionis affectu sumptæ in vim obtentæ a Summo Pontifice facultatis eamdem sumendi, adhuc etiam post refectionis aliquid degustatum, ita exposcentibus imbecillitate, indigentiaque corporeæ habitudinis in Carolo V. Imperatore suppetit. Is recursum habuit ad Julium III. Pontificem, qui eidem indulsit, ut post etiam aliquod sumptum exiguum jentaculum, posset Sacram participare Communionem. Deinde *ibid.* §. 13. Quod Julius III. præstitit erga Carolum V. Imperatorem, idem indulsit Clemens XI. anno 1716. Jacobo III. Magnæ Britanniæ Regi. Vide dict. Constitutionem, *Quadam* per tot. ubi mult a erudite ad rem.

83 Eucharistia non est in medias flammas projicienda ad incendium compescendum. Bened. XIV. Constitut. incip. *Cum, ut recte* §. 11. in cujus titulo, seu summario sic expresse habetur: *Ad incendium compescendum ad Ecclesiam S. Nicolai in Carcere exortum, minus rite allatam fuisse ex Ecclesia Sacram Pyxidem Sanctissimum Sacramentum intercludentem, eaque super populum, & ad furentes flammas benedictum, rationibus, pluribusque allatis Ecclesiasticis sanctionibus, demonstratur; at ne tale quid exinde fiat, opportune sancitur.* Ne Eucharistia ad experimentum quodcumque innocentix, vel culpæ, est adhibenda. Idem *ibid.* §. 11.

84 Eucharistia iis tantummodo Ritibus est colenda, quos non privata devotio, sed Ecclesiastica auctoritas probaverit. Idem
85 *ibid.* §. 12. & 13. Eucharistiam Feria quinta in Cœna Domini consecratam Græci asservare consueverunt in annum integrum pro infirmis. Idem Constit. incip. *Allatæ sunt* §. 29. Ritus vero hujusmodi iteratis vicibus fuit proscriptus. Idem *ibidem*.

86 Obsessorum Exorcizatio fieri non debet admota ad eorum corpus Sanctissima Eucharistia, Idem Constitut. incip. *Cum ut recte*. §. 15.

87 * Juvat adhuc e variis aliis operibus Benedicti XIV. ad rem sequentia depromere.

De frequentia SS. Communionis, quibus concedenda sit quotidiana, quibus aliquanto rarius, nihil innovandum supra Decretum Innocentii XI. die 12. Februar. 1679. Omnia scili-

cet referenda esse docti & prudentis Confessarii judicio. Inferri tamen ex eodem Decreto licet, frequentem accessum denegandum esse iis, qui in gravia peccata sæpe labuntur, nec de emendatione sunt solliciti, sicut nec tam sæpe iis, quorum cum voluntas sit a gravibus aversa, venialibus tamen tenacius inhærent. *De Synodo Diœcef. lib. 7. cap. 12. §. 9.*

Eucharistiam una tantum die Paschatis Resurrectionis di- 88 stribuere veritum est Regularibus in suis Ecclesiis; ceteris vero Paschalibus diebus id possunt citra ullam prohibitionem: *Ibid. lib. 3. c. 42. §. 3.*

Paschale tempus, intra cujus spatium satisfieri potest præ- 89 cepto, ab Eugenio IV. Constitut. incip. *Fide digna*, definitum est, a Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis, nec licet Episcopo, etiam in Synodo tempus illud latius prorogare. *Ibid. lib. 7. c. 69. §. 6.*

Paschali præcepto de Eucharistia sumenda in Parochiali 90 Ecclesia non satisfit recipiendo illam in Ecclesia Metropolitana, ut ex decretis S. Congregationis firmat de Lugo *Resp. Moral. lib. 1. dub. 15.* Ita *Instit. Eccles. 18. §. 12.*

Qui præcepto Paschali de Eucharistia sumenda non satis- 91 fecit tempore apto, etiam post illud tenetur, & cogi potest pœnis ad Eucharistiam sumendam. *Instit. Eccles. 45. §. 15.*

Famuli & famulæ sæculares inservientes Monasteriis sæcu- 92 larium utriusque sexus, etiamsi habitent in atriis Monasteriorum muro circumvallatis; tenentur communionem Paschalem in Ecclesia Parochiali, intra cujus fines situm est Monasterium recipere; ut ex decreto Sac. Congr. sæpius decisum est; neque enim habitationes illæ sunt intra sepia, ac domos Monasteriorum, quod requiritur a Tridentino ut famuli eximantur a Parœcia. *Instit. Eccl. 55. §. 7. & 8.*

Sacerdotes Missam celebrantes non tenentur præcepto Pas- 93 chali satisfacere in sua Parœcia, si tamen raro intra annum celebrent, nec volunt seu possunt celebrare Missam in Paschate, tenentur tunc communicari in Parœcia. *Ibid.*

Peccatori occulto publice Eucharistiam petenti non est de- 94 neganda, cum jus naturæ ad famam id exposcat. *De Syn. Diœc. lib. 7. c. 12. §. 14. nov. edit.*

Occulte vero petenti & noto Sacerdoti aliunde quam ex 95 Confessione, tuto negatur. Si vero pariter aliunde & simul etiam ex Confessione sciat, exprimere debet Sacerdos se habere ejus peccati scientiam ex certo loco, non tamen nominato eo, a quo scit, si sub arcani naturalis sigillo id acceperit. Si vero noverit rem tantum ex Confessione, perinde se gerat, ac si nesciverit, cum id exigat arctissimum Confessionis sigillum. *Instit. Eccles. 89. §. 3.*

Publicus peccator publice petens repellendus est. Publicus 96 vero dicitur non ille tantummodo, qui talis declaratus est a Judice, sed etiam qui per evidentiam facti, quæ nulla possit tergiversatione celari, talis habetur. *Ibid. §. 8. & de Sacrific. Missæ lib. 3. cap. 20. §. 4.*

Eucharistiæ sumptionem præcedere debet jejunium natura- 97 le a media nocte præcedente cæptum. Nec refert si post cibum sumptum ante mediam noctem nullus somnus captus sit, nec cibus concoctus ante Communionem. Porro jejunium istud frangitur etiam parvitate materiæ; quare nec ablutio, sumpta post celebratam Missam admittenda ab eo est, qui eo, die alias Missas celebrare permittitur, uti die Nativitatis Domini; quo in casu, nec licet celebrare & ad dandum ægroto Viaticum, nam præceptum Viatici obligat quando conferri potest juxta ritum Ecclesiæ. Reliquiæ tamen cibi in ore remanentes, si deglutiantur, non frangunt jejunium naturale, ux ex Rubrica Missalis constat. Vicissim si quis ante quam somno se dederit parum sacchari in os induxerit, quod paulatim liquescens in stomachum delabatur; id utique jejunium istud frangit. Tandem si quis ore gustaret vinum, vel condimentum ad saporem explorandum, & statim expueret, hæc non esset fractio jejunii, *De Sac. Miss. lib. 3. toto c. 12.*

In dubio num quis fregerit jejunium, disputant Theologi, 98 apud quos varii casus distinguuntur; præstaret tamen abstinere a percipienda Communione. *Ibid. §. 7.*

Sacerdos extra Missam Eucharistiam suscepturus stolam e- 99 collo suspensam habere debet, uti præcipit Rituale Romanum. Potest vero seipsum manibus suis communicare si absit scandalum, & suppetat causa, quæ perceptionem sacramenti exigat, nec alius sacerdos præsto sit, Causa vero est solemnis aliqua Festivitas. *De Sacr. Miss. libr. 3. cap. 17. §. 19.*

In Missis Defunctorum Eucharistiam fidelibus administrare, 100 non est vetitum, cum Decretum Sac. Congregationis Rit. id prohibens modo non amplius exhibeatur illud postentibus,

& docti Rituum Scriptores admittant, administrari tuto posse, in quacumque demum Missa nullo facto discrimine inter formas in eadem Missa consecratas, & reliquas, quæ in Tabernaculo asservantur. *Ibid. c.*18. §.12.

101 Nocte Natalis Domini, ex Decretis S. Rituum Congregationis vetitum est ministrari in Missa Sacram Communionem fidelibus adstantibus; quin nec Sacerdos eadem nocte alias duas Missas celebrare permittitur. *Ibid.* §.13.

102 Feria VI. in Parasceve, & Sabbato Sancto nullus nisi ad Viaticum est communicandus, ut ex consuetudine omnium Ecclesiarum certum est. *Ibid.* §.14.

103 Sacerdos in peccato mortali ministrans Eucharistiam, graviter offendit in reverentiam tanti Sacramenti. Ex quo fit, ut qui recipit ab illo Sacramentum scienter, peccato ejus communicet, quæ est animadversio S. Thomæ. *Ibid, cap.*19. §.2. Ex quo infertur, peccare illum graviter, qui Sacramentum suscipit a Sacerdote schismatico, vel excommunicato, ex eo quod ejus peccato communicat. *Ibid.* §.3.

104 An unico peccato peccet Sacerdos, qui letali peccato infectus pluribus Sacramentum Eucharistiæ administrat, dissident inter se DD., alii enim unicum agnoscunt, quando per continuationem actionis pluribus ministrat, alii totidem peccata multiplicant, quot sunt fideles. *Ibid.* §.3.

105 Non licet uni ex fidelibus plures particulas, vel majoris moduli hostiam præbere, quod vetat Sacr. Congreg. Concil. Decreto approbato ab Innocentio XI. 13. Februar. 1679. *Ibid.*

106 Peccatori parato recipere in peccato Sacramentum non licet offerre hostiam non consecratam pro consecrata ob periculum idolatriæ tum respectu suscipientis, tum adstantium. *Ibid. c.*20. §.4.

107 Purgatio, quæ olim fiebat per Eucharistiam, qua Sacerdos fideli communicaturo denunciabat, Corpus Christi futurum illi ad probationem, licet forte non contineat tentationem Dei, ut non male ratiocinatur Vasquez, hodie tamen cum abrogata fuerit per text. in *cap. Ex tuarum*, in usum revocari non potest. *Ibid. lib.*3, *c.*20. §.3.

108 Consuetudo Eucharistiam negandi reis ad mortem damnatis, ubi invaluit, neque probatur, neque refellitur, sed ubi invaluit contraria utique retinenda est; aliquid tamen temporis interponendum est inter communionem, & mortem quo species Eucharisticæ consumantur. *Ibid.* §.6.

109 Si alicujus Sacerdotis negligentia aliquid Eucharistiæ in terram deciderit, rubricæ Missalis servandæ sunt: quamquam fatendum est canonicas pœnas obsoleviße. Si vero fragmentum aliquod in fœminæ pectus deciderit, præstat, ut fœmina suis ipsa manibus levatum in os injiciat. *Ibid.* §.7.

110 Parochus Eucharistiam deferens, vel cadaver associans si impeditus sit transire per viam publicam, jus habet transeundi per agrum alienum, nec impediri potest a domino: id enim jure communi concessum est cuilibet de populo. *Instit. Eccles.*89. §.2.

111 Si quis Sacerdos ægrotus Viaticum suscipere vellet manibus suis, atque in os suum inferre non renuente Sacerdote, damnari non meretur. *De Synodo Dioec. lib.* 13. *c.* 13. *c.*19. §.25. *nov. edit.*

112 Si quis Episcopus vetet, ne in Missa in hoc, vel illo Altari celebranda Eucharistia adstantibus ministretur, parendum illi esse, nec turbæ ciendæ. Encyclica 12. *Novemb.* 1742. *& de Sacrif. Missæ lib.*2. *c.*22. §.17.

113 Si quis furripiat hostiam, vel particulas e tabernaculo, vel a sacra pyxide, vel ex Ostensorio, & extractam asportet, id sufficere censetur pro asserendo furto Hostiæ consecratæ, quare reo competet demonstrare non esse consecratas. Ita in Bulla *Ab Augustissimo*. Bull. *tom.*1. *num.*43.

114 Eo ipso autem quod quis id sacrilegii egerit, præsumitur uti voluisse ad malum finem; quæ pariter præsumptio valet contra eum, qui in actu communionis, vel post illum a suo, vel alieno ore exractam particulam asportaverit.

115 Rei hujus sacrilegii etiam pro prima vice tradendi sunt brachio sæculari, præcedente in Ecclesiasticis degradatione reali. *Ibid.*

116 Quoad Eucharistiam pueris administrandam recte admonet Pontifex non eamdem desiderari ætatem in pueris in mortis articulo versantibus, quæ in iis, qui recte valent. In morituris judicio Parochi permittendum est, qui diligenti examine inveniget, num tanta polleant perspicacia, ut Christum sub speciebus Sacramentalibus firmiter credant & adorent. *Ibid. c.* 12. §. 3.

117 Recte valentes potiri debent majori judicii firmitate, ut debita religione, & reverentia ad sacramentum accedant; quæ plerumque firmitas advenire solet annum decimum inter & decimum quartum ætatis. *Ibid.* §.2.

Extremæ ægrotantibus eodem periculo mortis diutius per- 118
severante potest & debet semel, iterum, tertio Viaticum conferri petente maxime ægroto: sed quoties, & quantum temporis intercedere necesse sit inter unam & alteram communionem, nihil definiendum Pontifex censet. *Ibid. lib.* 7. *cap.*13. §.4.

Eucharistiam in Oratoriis privatis administrare, quamvis 119
multi vetitum non esse credant; tamen consonans praxis, quæ Romæ obtinet, vetat in Diœcesi Bononiensi. *Institut. Eccl.*34. §.12.

Sacerdotes omnes cujuscumque sint Collegiatæ, tenentur 120
Fer. V. in Cœna Domini Sacramentum SS. Eucharistiæ recipere e manibus Celebrantis, ut edicunt Decreta plura Sac. Congreg. apud Bissum verb. *Communio num.* 383. *Instit. Eccl.*38. §. 10.

Novæ additiones ex aliena manu.

PRimis Ecclesiæ sæculis Christiani omnes Eucharistiam 1
quotidie suscipiebant, minimeque Sacrificio Missæ assistebant absque Eucharistiæ susceptione. Testaturque *D. Hieronymus Epist.*5. *ad Pammach.* quod ita Romæ suo tempore servabatur. Frigescente sæculo quinto hoc fervore Concilium Agathense anno 506. declaravit *Can.*18. *in Can.* 19. *distinct.* 2. *de Consecrat.* quod qui in diebus Nativitatis Domini, Paschatis, & Pentecostes Eucharistiam haud susceperint, ii pro Catholicis non haberentur. 2

Concilium Turonense III. *Can.* 50. jussit, ut Laici ter in 3
anno Eucharistiam susciperent. Falso autem *Gratianus in Can.* 16. *dist.* 2. jussionem hanc tribuit Papæ *Fabiano* addens *in Paschate videlicet, & Pentecoste, & Natali Domini*, nam 4
certum est, initio sæculi tertii, quo Pontifex hic vixit, Christianos quotidie Eucharistiam suscepisse.

Tandem eo res redacta erat, ut Christiani omnino negli- 5
gerent Eucharistiam suscipere. Quo factum est, ut *Concilium Lateranense anno* 1216. *celebri Canon. Omnis utriusque Sexus* 12. *de Poenitent. & Remiss.* sanxerit, ut Christiani post annos *discretionis* saltem semel in anno Eucharistiam suscipiant a Dominica Palmarum ad octavam usque Paschatis in propria Parochia.

De annis *discretionis* certa Regula statui nequit, sed judicio 6
Confessoris & Patris remittendum, an Pueri discretionem habeant ad tantum Sacramentum suscipiendum; *Romaguer. ad Constitut. Synodal. Gerund. lib.*5. *tit.*6. *cap.*7. *numer.*3. ubi quod in aliquibus Diœcesibus anni duodecim dijudicantur *discretionis* ad hunc effectum ex Constitutionibus Synodalibus. 7
Suscipique debet Eucharistia in propria Parochia. Ad hunc 8
autem effectum quænam dicatur propria Parochia, tradit *Romaguer. ad Constit. Synodal. Gerund. lib.* 3. *tit.* 10. *cap.*3. *num.*27. *& sequent.* Prohibitumque est Regularibus in die 9
Paschatis Eucharistiam etiam ministrare Laicis. At nota, 10
quod excepto die Paschatis aliis diebus qui intercedunt a Dominica Palmarum ad Octavam Paschatis possunt Regulares ministrare Eucharistiam Laicis, modo tamen hi in propria Parochia præceptum impleant; *San. Mem. Benedictus XIV. de Synodo Dioecs. lib.*9. *cap.*16. *num.*3.

De licentia tamen Parochi in Ecclesiis etiam Regularium, 11
suscipi valet Eucharistia. At nequeunt Parochi dare licentiam 12
generalem, ut quilibet Parochianus Eucharistiam suscipere in Ecclesiis Regularium queat: debet hæc licentia esse specialis, ut decisum referunt *Nicol. Lucubrat. Canon. lib.* 3. *tit.*38. *n.*2. *Romaguer. ad Constit. Synod. Gerund. lib.*3. *tit.* 10. *cap.* 3. 19.

An possit de licentia Episcopi, vel Vicarii Generalis sus- 13
cipi Eucharistia in Ecclesia Regularium magna quæstio est. Vide dissidentes inter se Doctores apud *Romaguer. ad Constit. Synodal. Gerund. lib.* 3. *tit.*10. *cap.*3. *num.*8. *& sequent.* qui tamen affirmativam tenet sententiam.

De Eucharistia an possit ministrari ultimo supplicio damna- 14
tis, consule *San. Mem. Benedictum XIV. de Sacrific. Miss. sect.*2. §. 175. & rursus *de Synod. Dioecesan. lib.* 5. *cap.* 11. *num.*3.

APPEN-

APPENDIX

Sive novus de Eucharistia

ARTICULUS.

In hujusmodi articulo primum varia nomina indicantur, quibus in Scripturis & Patribus designari hoc Sacramentum solet: Deinde in quibus sita sit hujusmodi Sacramenti natura & essentia declaratur: Præterea errores recensentur, & referuntur circa Eucharistiam ab Ecclesia damnati: Denique in distinctis paragraphis agitur de materia, forma, Ministro, & subjecto, ubi ea fusius exponuntur quæ ad disciplinam Ecclesiæ orientalis pertinent.

ITaque Sacramentum hujusmodi, Eucharistia, idest gratiarum actio nuncupatur, cum gratiis Deo agendis inserviat; quia munus illud excellentissimum in se continet, cujus unice oblatione dignas Deo pro acceptis beneficiis gratias referre possumus, ut adnotaverat Chrysost. homilia 25. in *cap.*8. Matthæi; & instituta a Christo fuit gratias agente Patri, ut Evangelia commemorant. A tempore quo fuit institutum, *Cœna*, vel *Sacra Cœna* a Patribus & Theologis quamplurimis appellari consuevit. Hoc autem unice nomine delectantur Hæretici, quod ad levandam sacrificii Eucharistici vim, & ad tollendam jejunii omnibus ad Eucharistiam accedentibus indicti necessitatem, reliquis opportunius vitium sit. At alia nomina, quæ passim apud antiquos Patres occurrunt, ætatis nostræ hæreticorum vanitatem & insaniam aptissime ostendunt. Ab eo quod hujusmodi Sacramentum in se continet vocatur passim in Scripturis & apud Sanctos Patres *corpus*; *caro*, *sanguis Christi*; in Liturgiis Græcis, in Concilio Laodiceno, & apud Maximum Martyrem dicitur *Sancta*; a Chrysostomo vero & Hesychio, atque in Concilio Rhemensi *Sancta Sanctorum*; a Cypriano *lib. de lapsis Sanctum Domini*; a Basilio in Epistola ad Amphilochium *Ipsum bonum*; in Concilio denique Ancyrano, quod Eucharistia continet *Ipsum perfectum* appellatur, scilicet τὸ τέλειον. A materia ex qua Eucharistia conficitur aliquando dicitur *Panis*, ut apud Joannem 6., & apud Auctorem Serm. de Cœna Domini; aliquando *Panis supersubstantialis* ab Ambrosio, Cyrillo, Chrysostomo, & aliis; interdum *Panis vitæ*, ut a Joanne cap. citato, & a Chrysost. *homil.* 27. in primam Corinth. In Græcorum Liturgiis dicitur *Panis Sanctus*, & in hymnis Ecclesiasticis *Panis Angelorum*. A forma consecrationis *Eulogia* sive *benedictio* appellata Eucharistia a plerisque Patribus fuit, quod superna benedictione Panis & Vinum in Corpus & Sanguinem Christi transmutentur. Sæpe tamen Eulogiæ a Patribus & Scriptoribus Ecclesiasticis ab Eucharistia distinguuntur, ac de benedicti Panis particulis accipiuntur, quæ in nonnullis præsertim orientalibus Ecclesiis distribui adhuc solent. A proprietatibus dicitur quoque apud Lucam 22. *Novum Testamentum*, quia est veluti pignus & instrumentum novi a Deo cum hominibus initi fœderis. Ab effectis Eucharistia appellata fuit *Vita*, teste Augustino *lib. de peccat. meritis cap.*34. *Viaticum*, quia nobis ad Patriam pergentibus maximo subsidio est in via: ita Gaudentius Brixianus, Paschasius, S. Thomas, & alii. Speciatim vero ita appellatur, cum datur jam jam morituris. Dicitur etiam *communio*, *& communicatio* 1. ad Corinth. *cap.*10. a Chrysost., Dionysio, Damasceno, & aliis, quia Christianos secum invicem ac Deo conjungit. A loco in quo sumitur *Mensa Dominica*, *Coelestis*, *& Mistica* a plerisque Patribus nuncupatur. A Cœtu in quo conficiebatur *Synaxis* seu *Collectio* dicta a Dionysio aliisque fuit. Sæpe vero Synaxis ab antiquis ab Eucharistia distinguebatur. A charitate Christi ex qua hujusmodi Sacramentum emanavit appellatur *gratia* a Cypriano, Cyrillo, Optato, & Augustino; *Donum* vel *Sancta Dona*, ab Auctore Constitut. Apost. *lib.* 8. *cap.*13. a Patribus Concilii Nicæni *cap.*5. ab Epiphanio, & in plerisque Liturgiis Græcis. A dignitate qua cæteris Sacramentis supereminet *Sacramentum Sacramentorum* appellatum fuit apud Dionysium de Eccles. Hierar. *cap.*3., & apud Bern. *in Serm. de Coena Domini*. A symbolis vero, quibus Christi corpus tegitur aliquando *Mysterium*, vel plurali numero *Mysteria*; aliquando *Mysteria tremenda*; quandoque *Mysterium fidei*, *Mysterium corporis Domini*, *& Mysterium pacis & unitatis*; interdum vero *Sacramentum*, *seu Sacramenta*, *Sacramentum Dominicum*, *Sacramentum Corporis Christi*, *Sacramentum Altaris*, aut *Sacramentum pretii nostri* nuncupatur. Atque hæc præcipue nomina sunt, quibus Eucharistia ab antiquis Ecclesiæ Patribus appellata fuit, ex quibus facile intelligere est, censuisse Patres semper & ubique locorum, Eucharistiam maximum Sacramentum esse, quo verum Corpus, verusque Christi Sanguis continetur, atque hominibus communicatur.

Eucharistiam non solum Orthodoxi, sed omnes fere hæretici pro Sacramento habuere. Si enim Gnosticos excipias, & Manichæos eorum asseclas, atque Messalianos, & Archonticos, & alios his affines, qui omnia e medio penitus sustulere Sacramenta, omnes ferme Eucharistiam Sacramentum esse asseruerunt, licet antiqui Pelagiani, ac ætatis nostræ Sociniani vim gratiæ divinæ producendæ eidem concessam esse negaverint. At in assignanda, & explicanda hujus Sacramenti essentia atque natura, plures errarunt. Catholica Ecclesia docet, per verba Consecrationis a Sacerdote Christi nomine prolata Panem in Christi Corpus, & Vinum in Christi Sanguinem transmutari, ita ut Consecratione peracta non amplius maneat in Eucharistia substantia Panis, & Vini, sed sola substantia Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus Panis, & Vini; atque communior, & magis recepta apud Theologos nostros opinio est, Eucharistiæ Sacramentum, quod per verba Consecrationis perficitur, atque ita confectum quidpiam permanens manet, *esse totum illud aggregatum ex speciebus Panis*, *& Vini simul*, *& Corpore ac Sanguine Christi constans*, *quod in Altari ponitur*. Ita vero accepta Eucharistia definiri solet: *Sacramentum Corporis*, *& Sanguinis Christi ab ipso institutum ad refectionem animæ spiritualem*.

Inter Hæreticos, qui Catholicam de Eucharistia doctrinam respuunt, præter Socinianos, quos jam nominavimus, & Arminianos eisdem hac in re affines, occurrunt Lutherani, & Calviniani, quibus accedunt etiam Anglicani. Lutherani cum Christi Corpore, & Sanguine in Eucharistia manere quoque contendunt substantiam Panis, & vini, atque Sacramentum hujusmodi in mera sumptione consistere, seu tunc tantum fieri præsens Corpus Christi cum substantia panis, & vini, cum istud Sacramentum suscipitur. Calvinani vero Eucharistiam meram figuram esse ajunt Corporis Christi pro nobis in Crucem acti, ac Sanguinis pro nobis effusi, quamobrem obstinate negant non solum transubstantiationem cum Lutheranis, sed etiam quamcumque realem præsentiam Corporis, & Sanguinis Christi. Ex Calvinianis plures ex professo scripsere adversus Catholicam de Eucharistia doctrinam, scilicet Albertinus, Matthæus La Roque, Basnagius, & alii, qui improbo labore conati sunt in suas partes trahere non solum Nestorianos, Monophysitas, Iconomachos, atque alias antiquas hæreticorum Sectas, sed omnes fere antiquos Ecclesiæ Patres, & veriti non sunt affirmare, orthodoxum de transubstantiatione dogma, decimo Ecclesiæ sæculo antiquius non esse: Nec defuere impudentissimi viri, qui affirmare non erubuerunt, Græcos, Armenos, Coptos, Syros, aliosque Orientales transubstantiationem negare, ac de reali Christi Corporis in Eucharistia præsentia in eadem cum ipsis sententia versari: scilicet ita plebi ac rudi populo imponunt; cum probe norint, nullum ipsis in veris Ecclesiasticis monumentis superesse præsidium.

Contra hujusmodi Novatores plures Orthodoxi Viri docte ac copiose scripserunt. Nos vero paucos indicamus, quorum quilibet omnia diluit sophismata, ac veritatem Orthodoxam in optima luce ponit; Ita sane rem tractarunt Natalis Alexander dissertationibus, quas adversus Albertinum, aliosque conscripsit, atque Historiæ suæ Ecclesiasticæ inseruit: Ita Carolus Vitasse *tom.* 4. *tractat. Theologicorum*: Ita Benignus Bossuet in operibus contra Claudium conscriptis: Ita Arnaldus, aut quicumque sit Auctor operis inscripti *de fidei perpetuitate circa realem corporis Christi præsentiam &c.* in Eucharistia: Ita Renaudotius in vindiciis quas edidit de fidei perpetuitate, quæ duobus voluminibus comprehensæ sunt, quorum primum Anno 1711., alterum vero Anno 1716. Parisiis vulgatum fuit: Ita denique Petrus le Brun in Sacrarum Liturgiarum expositione: quibus, præter recentiores nostros Theologos, addere jure meritoque possumus doctissimos Patres Benedictinos Congregationis Sancti Mauri, qui Sanctorum Patrum opera, doctissimis animadversionibus illustrata

ediderunt, in quibus singulorum de Eucharistia sententiam luculenter exponunt, & a pravis Novatorum interpretamentis vindicant; quod etiam præstitit doctissimus Pater Lequien Dominicanus in editione, quam procuravit operum Sancti Joannis Damasceni.

Sed ut perspicue appareat, quam inutiles fuerint hæreticorum conatus, & quam desperata sit eorum causa, paucis hic observare sufficiat, Christum Dominum in Evangelio se Carnem suam in cibum, Sanguinem vero in potum daturum promisisse, ut legere est Joannis 6., atque in institutione Eucharistiæ accepto in manibus pane dixisse *Hoc est Corpus meum*. Atque accepto deinde Calice, dixisse iterum: *Hic est Sanguis meus &c.* Dubitari non potest, quin divinæ vocis virtute Panis in Corpus, & Vinum in Christi Sanguinem transmutari possit. Si enim divini verbi virtute res e nihilo ac Universus formatus fuit, quis dubitet, quin hac eadem virtute contingere hęc transmutatio possit? Ita sane post Chrysost. argumentatus est Damascenus. Nil ergo obstat quominus hæc Christi Domini verba *Hoc est Corpus meum* ita intelligantur, ut divina virtute substantia panis in Christi Corporis substantiam transmutata fuerit. Fac vero, Ecclesias omnes, omnesque Patres semper, & ubique locorum, docuisse verba illa ex Christi ore profectas *Hoc est Corpus meum*, a Sacerdote Christi nomine prolata, hujusmodi transmutationem perficere, quis dubitabit, quin Christus instituendo Eucharistiam promissum illud adimplere voluerit, quo discipulis suis pollicitus erat, se daturum Carnem suam in cibum, & Sanguinem in potum, & quin Eucharistia verum Christi Corpus, verusque Christi Sanguis habeatur? At ita se res habet; Nam Ignatius Martyr vir Apostolis coævus in Epistola ad Smirnæos hæreticos improbat, qui non confitebantur *Eucharistiam carnem esse Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ pro peccatis nostris passa est*. Justinus itidem Martyr in Apologia, quæ secunda dicitur pro Christianis edita, ait: *Per preces verbi a Christo profecti*, scilicet per hæc quæ Christus pronunciavit verba: *Hoc est Corpus meum, alimoniam unde sanguis, & caro nostra per mutationem aluntur, incarnati illius verbi Jesu carnem, & Sanguinem esse*. Similia habet Irenæus *lib.4.* contra hæreses *cap.32. 34.*, & 57. Eadem, & iis quoque clariora occurrunt in Patribus sequentium sæculorum, quorum auctoritates videri possunt apud supracitatos Scriptores.

Patribus accedunt antiquæ Liturgiæ, in quibus preces continentur, quas Ecclesia a primis temporibus in Eucharistia conficienda adhibuit, licet fortasse ante quartum sæculum litteris consignatæ non fuerint. In omnibus hujusmodi Liturgiis preces occurrunt, quæ aperte designant, per invisibilem divini Spiritus operationem panem in Christi Corpus, & Vinum in Sanguinem transmutari, ut vel ex iis paucis, quæ de Eucharistiæ forma paulo infra dicturi sumus, apparebit. Accedit etiam, omnes omnino Christianos, qui Liturgiis ab antiquis profectis utuntur in Eucharistia, transubstantiationem & veram realemque Christi Corporis, & Sanguinis præsentiam agnoscere, & venerari. De Ecclesia occidentali res omnino comperta est, cum nemo ignoret, primum ab Apostolica Sede, ac deinde a Tridentina Synodo damnatos fuisse Lutheri, aliorumque Novatorum errores, qui cum Fide in eorum Liturgiis expressa pugnarent. Notum itidem est quot quantasque turbes excitaverit Berengarius, dum undecimo Ecclesiæ sæculo, vel de reali Christi præsentia in Eucharistia dubitavit, ut nonnullis visum est, vel cum substantia panis istud manere voluit. Sat enim innuere est, tot fuisse adversus Berengarium coacta cum Romæ, tum etiam in Gallia Concilia, ut nullus unquam error, tot in Conciliis intra paucos annos proscriptus fuerit: Nam ab anno 1050., in quo sub Leone Nono Romanum Concilium adversus Berengarium coactum fuit, ad annum 1080., in quo celebrata fuit Burdigalensis Synodus, quæ ad saniorem mentem Berengarium reduxit, decem Concilia occurrunt, in quibus Berengarii error damnatus fuit. Ex quo profecto apparet quam detestabilis, & quam contraria habita sit universæ Ecclesiæ Fidei Berengarii hæresis.

Hanc vero de Eucharistia fidem Romanam, & Occidentalem Ecclesiam ab Apostolis per antiquos Patres accepisse: tum ex eo liquet, quod statim ac semper errores proscripserit, qui eam labefactare aut maculare possent; tum etiam ex eo quod omnes orientales Ecclesiæ a tot sæculis ab ejus communione separatæ in eadem cum ipsa fide consentiunt. Occurrunt enim in Oriente Photiani, sive Græci Schismatici, Armeni, Copti, & Syri Jacobitæ, qui vel ab ipsa Chalcedonensi Synodo, vel paulo post a Romanæ Ecclesiæ communione defecerunt; & Nestoriani, qui Nestorium sequuntur damnatum Anno 431. in Ephesina Synodo. At ii omnes Orthodoxam de Eucharistia fidem profitentur, ut ex eorum Liturgiis, & Libris demonstratum est ab Auctore Perpetuitatis fidei, a Renaudotio, ab Assemano, & ab aliis Orientalium linguarum peritissimis viris, qui de horum fide, & religione scripserunt; & ut etiam constat ex eorum fidei confessionibus, quas illarum gentium Episcopi, & Patriarchæ ediderunt, postquam moniti fuere de nostrorum Novatorum erroribus circa Eucharistiam, deque calumniis a Lutheranis, & Calvinianis adversus eorum fidem evulgatis. Horum fidei confessiones recensentur omnes in supracitato opere de Fidei Perpetuitate; Editæ vero a Græcis a Samuele Schelestratio, græce, & latine Romæ vulgatæ fuerunt typis Congregat. de P. Fide duobus voluminibus in fol. quorum titulus est *Acta Ecclesiæ orientalis adversus Luteranos*. Hæc pauca satis visa sunt ad rem nostram; nunc reliqua persequamur.

§. I.

De Materia.

MAteriam Eucharistiæ Orientales omnes fatentur esse panem triticeum (Artorytæ enim, sive casèum, vel lac cum pane adhibentes jam fuere ab universa Ecclesia damnati *Conc. Carth. III.*, & *Constantin. an.680.*) ac vinum de vite; dissident vero tum a Latinis, tum invicem circa panis qualitatem. Nam eorum plerique solo fermento, nonnulli vero cum Latinis azymum pane utuntur. Primum dicemus de iis, qui azymo adhibent, tum de aliis.

Azymo pane utuntur Æthyopes sive Abissini feria quinta in Cœna Domini, ut Christum imitentur, qui in azymis Eucharistiam confecit. Ita rem narrat Ludolf. in comment. hist. Æthyopicæ, & Monachus Ordinis S. Antonii in declaratione coram amplissimis Cardinalibus facta *anno* 1594. rogatus, *an Æthyopes celebrent in pane fermentato, vel in azymo, & quid sentiant de celebrante in azymo? Respondit, Æthyopes in fermentato celebrant, & illi, qui in azymo celebrant, conficiunt etiam. Et nos in tota Æthyopia feria quinta in Coena Domini singulis annis in hujus rei memoriam in azymis celebramus.*

Chaldæi, qui in Malabria sunt, ex quo Latini in illas regiones penetrarunt, azymum adhibere solent. In Concilio Diamperiensi *anno* 1599. statutum fuit, ut in azymo tantum consecrarent; ac etiam antea, teste Josepho Indo *navigat. novi orbis cap.*134. dum id consequi possent, azymo utebantur, hoc est, dum in Latinorum Ecclesiis celebrarent, ut scribit Assem. *tom.3. Bibl. Orient. part.2. p.*290. Ex Græcis Monachi Cryptæ Ferratæ, & Presbyteri Collegiatæ S. Mariæ *de Grafco* nuncupatæ ex pontificia dispensatione azymum panem adhibent.

Apud Armenos, & Maronitas azymorum usus vetustissimus est. Non desunt auctores, qui censeant, per plura sæcula, tum in Occidente, tum in Oriente, promiscuum fuisse azymi, ac fermentati usum, ac Armenos, & Maronitas ex iis esse, quibus ab antiquo placuit azymum potius ad Christi imitationem, quam fermentatum adhibere. Sed, ut ut se res habeat, certum est, Armenos, & Maronitas, a mille, & amplius annis azymum adhibere. Galanus *tom. 1. Concil. Eccl. Armen.* de Johanne Armenorum Patriarcha scribit: *Hic jussu Homaris Saracenorum Ducis, & auxilio Caliphæ Babylonis Synodum congregavit in Urbe Monasterii in confinibus Haiicaniæ Provinciæ, ubi convenientibus cum Armenis sex Assyriis Episcopis definita fuit in Christo una natura, una voluntas, & una operatio, fueruntque a Sacris ablata mysteriis fermentum, & aqua.* Constat vero, Homarum Saracenorum Ducem regnare cepisse *anno* 634., atque occupata Arabia, Damasco, Hierosolyma, ac tota Assyria obiisse *anno* 644., quamobrem jure atque merito conjicimus, circa *annum* 640. antedictam Synodum fuisse coactam. Igitur plusquam quinquaginta annos ante Trullanum Concilium *an.*692. celebratum, decretum de usurpandis azymis ab Armenis editum fuit. Brunus vero opinatur, sex illos Assyrios Episcopos, qui Synodo suprà nominatæ interfuere, usum consecrandi in azymo apud Maronitas statuisse. Quamquam in Trullana Synodo *Canone XXXII.* damnati fuerint Armenti, quod aquam cum vino in sacro calice non miscerent; tamen ob azymi usum non fuere reprehensi, vel quia Patribus illis exploratum erat, plures alias Ecclesias azymum tunc consuevisse usurpare; vel quod norint, facile respondere potuisse Armenos, id se statuisse, ut Christum, qui in azymo Eucharistiam instituit, imitarentur, ut ait Brunus *dissert. de Liturgia Armenorum*. Neque id mirum videri iis poterit, qui animadvertant Photium, qui multo leviora Latinis objecerat, nullam circa azyma movisse litem. Nam ex Rabano Mauro, qui ante Photianum Schisma, quod cepit *an.* 866., e vivis excessit, scilicet *anno* 856., & ex Alcuino, qui eodem sæculo vixit, exploratum est, Latinam Ecclesiam Photii ætate azymo pane uti consuevisse. Photius vero id in Latinis non reprehendit, quod ea, qua pollebat, antiquitatum Ecclesiasticarum eruditione apprime cognosceret, antiquam hanc Latinorum consuetudinem gravissimis fuisse rationibus nixam, ac totius Ecclesiæ judicio, & Christi exemplo comprobatam.

Sed post duo circiter sæcula Græci rerum Ecclesiasticarum imperiti odio illo, quod in eisdem erga Latinos crescebat, incitati, azymorum usum damnare ceperunt. Michael Cærularius Patriarcha Constantinopolitanus omnium primus Latinorum azyma damnavit, ineptamque esse Eucharistiæ materiam constituit: Atque eodem fere tempore, duo illa adversus Armenos prodiere scripta, quæ refert Cotelerius *in notis ad Const. Apost. lib.2. cap.*14., & *lib.*5. *cap.* 13. quorum alterum, quod Sancto Niconi tribui solet, inscribitur, *de impia pessimorum Armenorum Religione*; alterum vero *Renunciatio Hæreticorum Armenorum, quomodo debeant anathematizari, cum ad fidem Orthodoxam redeunt*, in quibus operibus Armeni ob azymorum usum damnantur. Si conjecturis uti velimus, haud difficile nobis erit hujusmodi Græcorum erroris originem detegere, atque explicare. Cum *Canone LXX.* ex iis, qui Apostolorum nomine circumferuntur, *Canone XL.* Trullanæ Synodi, aliisque Orientalis Ecclesiæ canonibus, Orthodoxi azyma a Judæis accipere, ac Judæorum azyma comedere prohibeantur, ab hujusmodi prohibitione Græci rerum Ecclesiasticarum imperiti, dum immoderato quodam studio reprehendendi, ac damnandi Latinos ferrentur, occasionem nacti sunt damnandi azymorum usum, ac statuendi, azyma ineptam esse Eucharistiæ materiam. Liquet id ex nota, quam XI. Trullanæ Synodi canoni adjecit Matthæus Blast. Quamquam ea, quæ exposita sunt, satis superque ostendere videntur, utramque Ecclesiam censuisse semper aptam esse Eucharistiæ materiam triticeum panem, sive is azymus sit, sive fermentatus; tamen, ut clarior fiat orthodoxa hac de re fides in Florentina Synodo inculcata, per hæc verba, *definimus in azymo, sive fermentato pane triticeo Corpus Christi veraciter confici: Sacerdotesque in altero ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ, sive Occidentalis, sive Orientalis consuetudinem*, paucis demonstrabimus adversus Photianos, ac Syros Nestorianos nonnullos, etiam panem azymum aptissimam esse hujus Sacramenti materiam.

Primum, quia panis ille quem universa Ecclesia semper habuit pro apta Eucharistiæ materia, aptissima est hujus Sacramenti materia. At ita se habuit azymus panis; ipsius enim usus antiquus est in nonnullis Orientalibus Ecclesiis, ut supra ostendimus, antiquior vero in Ecclesia Latina: non solum enim constat ex Rabano Mauro, & Alcuino supra citatis ante VIII. sæculum omnium Latinorum Ecclesias in azymo celebrasse; sed Leo Papa IX. in Epistola ad Michaelem Constantinopolitanum Archiepiscopum scripta *anno* 1054. *cap.*5. scribit: *Ecce jam post mille, ac ferme viginti a Passione Salvatoris nostri annos incipit per vos discere Romana Ecclesia, qualiter memoria passionis sit recolenda:* & Cardinalis Humbertus, *Vestra duplicitas suo fermento contenta Romanæ, & Latinæ simplicitati azymum extorquere nequit*; & infra: *a prima scilicet Ecclesia ad hæc moderna tempora, sicut ab Apostolis accepit, fideliter retinuit*. Similia habent Gregorius VII., & Innocentius III. *de Myst. Missæ cap.* 2. ubi ait, *ab ipsis ergo Beatis Apostolis Petro, & Paulo, quos, & vivos habuit, & Defunctos custodit, hunc Sacrificii ritum accepit Romana Ecclesia, quem hactenus inviolabili cultu servavit*. Nec ante Michaelem Cærularium, qui furore potius incitatus, quam ratione ductus, azyma damnavit, Scriptorem invenire est aut Latinum, aut Græcum, qui azymorum usum improbaverit: quod quidem argumentum esse videtur luculentissimum, ante Michaelem utramque Ecclesiam azymi, ac fermentati usum juxta Ecclesiarum consuetudinem approbasse.

Deinde quis neget, panem, quo usus est Christus, dum Eucharistiam instituit, aptissimam esse hujus Sacramenti materiam? Constat vero, Christum in azymo consecrasse ex ipsa circumstantia, in qua Sacramentum instituit: ad vesperam enim primi mensis diei XIV., dum Judæi Pascha celebrabant, nefas erat fermentatum panem usurpare. Nam *Exodi XII. ver.* 15. hæc habentur: *Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentatum in domibus vestris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illius de Israel, a primo die usque ad diem septimum*: atque aliunde ex Evangelio liquet, Christum Pascha celebrasse, ut Legem adimpleret. Negari autem nequit, Christum instituisse Eucharistiam in cœna illa, quam habuit cum discipulis prima die azymorum ad vesperam: nam *Marci XIV. ver.* 12. *Primo die azymorum, quando Pascha immolabant*, sive, ut legit Syriaca versio, *quando sacrificabant Judæi Pascha, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Pascha?* Et *ver.* 24. *manducantibus illis, accepit Jesus panem, & benedixit, fregit, & dedit eis, & ait, sumite. Hoc est corpus meum. Lucas vero cap.*22. *ver.*7. ait, *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha*, & postea subdit, *cum facta esset hora*, hoc est juxta Legis præscriptum, *discubuit, & duodecim Apostoli cum eo*, ac deinde, *& accepto pane, gratias egit, & fregit &c.* Igitur Christus panem accepit, voluitque esse corpus suum, quem Judæi adhibebant, dum die prima azymorum Pascha celebrarent; panis autem hujusmodi erat azymus, ut est ex Scriptura manifestum.

Denique Christus Dominus Eucharistiæ materiam voluit esse panem; panis autem nomine venit tum azymus, tum fermentatus; Nam, ut omittam quod pluribus probatum est ex Cornelio Celso, Plinio, Galeno, aliisque antiquis prophanis scriptoribus, illis temporibus communem, & vulgarem panem fuisse sive azymum, sive fermentatum; Ex ipsa scriptura patet, nomine panis tum azymum, tum fermentatum venire: sic *Geneseos XVIII. ver.*6., & 19. *ver.* 3. panes, quos apud Abraham., & Loth dicuntur Angeli comedisse, quique infermentati erant, appellatos legimus, *panes subcinericios* ἄρτους ἐγκρυφίους. Ac passim eadem Scriptura panes propositionis commemorat, eosque græca voce ἄρτος designat, quos ex *Levitico XI. ver.*5. constat fuisse absque fermento: ita *Exodi XXV. ver.*30., & *Matthæi XII. ver.* 4. Hinc Theodoretus in suo opere *ad* v. 4. *cap.*10. Danielis, inscitiæ eos arguit, qui panem azymum, panis nomen mereri negant, & subjicit: *panis enim vocatur, & fermentatus, & infermentatus*. Ergo si Christus panem esse voluit Eucharistiæ materiam, sive azymus sit, sive fermentatus, apta erit ad Eucharistiam perficiendam materia.

Opponunt Photiani nonnulla sophismata; primum ex Græco vocabulo ἄρτος, quod azymum panem exprimere nequit; nam *artos*, inquit Cærularius, *interpretatur elevatus, & sursum portatus a fermento, ex sale calorem, & elevationem habens*. Deinde, quod azyma, cum insipida sint, vivificum Eucharistiæ effectum significare non possunt, & cum Symbola sint tristitiæ, & doloris, quæ Judæis semel in anno usurpanda erant in memoriam miseriarum, quas in deserto passi fuerant, in Eucharistia adhiberi nequeunt, quæ est lætitiæ signum. Præterea, quod Melchisedech, cujus sacrificium Eucharistiæ figura erat, non azymum, sed fermentatum panem obtulerit. Demum, quod Ecclesia, ut ex supra citatis canonibus liquet, semper Judæorum azyma prohibuerit, quodque Evangelio promulgato Judæorum cæremoniæ, inter quas usus azymorum recensetur, prorsus abolitę sunt. Hæc sunt Photianorum sophismata, quibus probare contendunt, azymum esse ineptam Eucharistiæ materiam.

Sed videamus, quam inepta, & imbecillia sunt. Ad primum quod spectat, ad hunc modum Cardinalis Humbertus respondit: *Illud quoque, quod azymum negantes panem esse, per etymologiam ejus nominis, quod est artos, conamini nos vincere, sciatis omnino vanum, & puerile, quia, & a linguarum peritis diversæ etymologiæ dantur ex uno nomine secundum humanum placitum magis, quam secundum naturam rerum*. Accedit etiam, quod aliam hujus nominis explicationem tradant Eutathius, Nallanius in Bibliotheca Photii, Svicerus, & alii, nec unum reperire est eruditum virum, qui Cærularii etymon probet. Præterea jam supra ostendimus,

mus, vocabulum ἄρτος in Scriptura adhiberi ad significandum quoque azymum panem, idque confirmari potest ex iis, quæ habentur *Lucæ* XXIV. *ver.* 40. ubi panis, quem fregit Christus coram discipulis euntibus in Emmaus, qui erat procul dubio azymus, ἄρτος appellatur.

Ad alterum dicimus, inter materiam, ex qua Sacramenta constant, & effectum, quem producunt, debere utique analogiam aliquam intercedere; sed necesse non esse ut in singulis materiæ qualitatibus analogia hæc reperiatur. Panis autem, sive azymus sit, sive fermentatus, corpus alit, ac vires auget; quod, & Eucharistia in anima efficit.

Deinde azyma fuere quidem Judæis doloris signum, sed & gaudium indicabant: ut etiam dolores significabant quos fuerant in deserto perpessi, ita, & gaudium, quos afficiebantur ex memoria fuæ e manibus Ægyptiorum liberationis. Non absimili ratione Eucharistia cum ob fidelium oculos ponat Christi mortem; quidpiam triste præteritum significat; lætitiæ vero est Symbolum, ut gratiam indicat, qua per ipsam donamur, & ut est certum futuræ gloriæ pignus.

Ad tertium, non negamus convenire Christi Sacrificium cum eo, quod Melchisedech obtulit, quod in utroque, substantiæ panis, & vini materiæ loco fuerint. Aut ut necessaria non fuit conveniencia accidentaria in vino, quod Melchisedech obtulit cum eo, quo usus est Christus, sicut Photiani fatentur; ita necessarium non fuit, ut in pane accidentaria convenientia esset, panis vero azymus accidentarie tantum a fermentato dissidet.

Quod ultimo loco opponunt, cum id sit unde Photianus error oriri videtur, paulo diligentius expendemus. *Canon LXX.* Apostolorum hæc habet: *Si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel omnino ex Clericorum catalogo jejunat cum Judæis, vel cum ipsis festos dies agit, vel ab ipsis exenia accipit (ut verbi gratia azyma, aut quid tale) deponatur. Si vero sit Laicus, segregetur.* *Canon* vero XI. *Concilii Trullani* hic est: *Nemo eorum, qui in Sacerdotali ordine enumerantur, vel Laicus Judæorum azyma comedat, vel ullam cum eis familiaritatem ineat, vel in morbis accersat, vel ab eis medicinas accipiat, vel una cum eis in balneis omnino lavetur. Si quis autem hoc facere aggressus fuerit, si sit quidem Clericus, deponatur; Si autem Laicus, segregetur;* & *Canon* XXXVIII. *Concilii Laodiceni* habet. *Quoniam non oportet a Judæis azyma accipere, aut communicare impietatibus eorum.* En Canones, ex quibus Photiani azymorum prohibitionem deducunt.

Quis vero est, qui non videat, ibi non azyma omnino, sed Judæorum tantum azyma prohiberi? Nota res est, Judæos azyma conficere, eaque Religionis causa adhibere. In iis conficiendis non raro lac, & ova adhibent, addito quoque Saccaro, ex quo delicatulos panes *Mazah hafcibra*, azyma dicta, pro ægrotis, & amicis etiam Christianis efformant. Hæc sunt azyma, quæ Canones prohibent; hæc vero a Judæis accipere, atque comedere non modo Græcis, sed etiam Latinis, ac Romanis ipsis vetitum est: refert Papadopoli ex Ricciullo *de jure Person. lib.* II. *cap.* 39. *numer.* 10., & *sequent. Vetitum esse Romæ, ne vel sub benevolentiæ quidem specie Judæi Christianis azyma largiantur sua.* Nec opus est pluribus verbis ad id ostendendum. Nam canones de iis aperte loquuntur, vetantque tantum eam azymorum comestionem, per quam cum Judæorum impietatibus communicemus At azyma, quibus Eucharistia a Latinis perficitur, non sunt Judæorum azyma: neque enim vi Mosaicæ legis, sed ad indicandam factam per Christum Eucharistiæ institutionem, & non ut Judæorum cæremonia, sed ut Ritus a Christo Domino usurpatus, adhibentur.

Præterea Canones supra relati omnem cum Judæis familiaritatem, & communionem prohibent, ut ex Trullano canone liquet: prohibent ergo Judæorum azyma accipere, atque comedere, non solum, ut sunt Hebreæ gentis cæremoniæ. sed etiam ut ab iis dantur in amicitiæ contestationem. At azyma, quæ a Christianis fiant, nec accipere, nec comedere vetant. Quis enim dicat, nefas esse *Christiano placentam sibi parare; Offulis diem frangere, jentare crustulis?* ut inquit, Papadopoli *resp.* XIV. *sect.* 5. Quis damnabit Apostolum dicentem, *epulemur non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ, sed in azymis synceritatis, & veritatis?* quæ verba ad litteram usum azymorum, citra Judaicam superstitionem commendant. Ergo azymorum usus, nonnisi ut Judaica cæremonia est, intelligitur.

Quæres: quænam sit mystica significatio azymi, & fermentati, ut in Missæ Sacrificio adhibetur?

Resp. Plura sunt, quæ Ecclesia Azymorum usu fidelium memoriæ offert. I. Christi exemplum, qui in azymo consecravit. II. Azymis indicat tum corporis, tum animæ puritatem, quæ ad digne suscipiendum Christi Corpus desideratur, juxta Apostoli verba 1. ad Cor. 5. supra relata, *Epulemur &c.* III. Azymis, quibus nil est corruptionis admixtum, eximiam repræsentat carnis Christi, quæ offertur, sanctitatem; cum azyma ex grano, hoc est ipsius farina, aqua, & igne fiant, granum Christi Corpus, aqua Animam, & ignis Verbum divinum denotat. quod humanitatem ex anima, & corpore coalescentem assumpsit. Cardinalis Humbertus causam quoque affert, ob quam Latina Ecclesia azyma, fermentato pane antepositi, quia in Sacris litteris azyma numquam in malam partem sumuntur, imo commendantur potius, tum a Paulo loco supra citato, tum alibi; secus vero fermentatum; Christus enim ait, *Cavete a fermento Pharisæorum*, & Paulus, *expurgate vetus fermentum &c.*

Nec deest in fermento, quod Orientalis usurpat Ecclesia, significatio, quæ ad Dei cultum fovendum, augendumque conferat. I. Fermenti usu significatur, illius qui celebret, mentem ad Cœlum attolli opportere, ut spiritualia, & cœlestia contempletur. II. Incarnatio sive unio hypostatica Verbi cum humanitate, quod Verbum hac unitione ita se se naturæ immisceat humanæ, quemadmodum farinæ fermentum, quod totam acrimonia sua pervadit. III. Fermenti usu Græci se se detestari profitentur Ebionæos, Nazaræos, aliosque Hæreticos, qui primis Ecclesiæ seculis in Oriente præsertim fuere, ac legalia una cum Evangelio servanda esse contendebant. Atque hinc factum esse arbitror, ut Orientalis Ecclesia ab antiquis temporibus fermentatum azymis præposuerit.

Nota. Fermenti nomen apud antiquos Ecclesiæ Patres non significat panem fermentatum, sed Eucharistiam, quæ ab Episcopo consecrata ad Presbyteros mittebatur, ut ii illius participatione se ab Episcopi communione neutiquam separatos demonstrarent, ut scribit Innocent. I. *in Epistol. ad Decentium cap.* 9. Ita enim Eucharistia appellabatur, tum ut hoc obscuriori vocabulo mysterium occultaretur; tum etiam quia Eucaristia Ecclesiis, ad quas mittebatur, ex quocumque pane confecta esset, fermenti vicem præstabat, iisque unionis inter se vinculum esset, sicut fermentum massæ cui commiscetur, ut inquit *P. Sirmondus capitul. quinto diss. de azymo.*

Quæres, utrum Latinis fermentatum, & Græcis azymum indifferenter consecrare liceat?

Lutherani, & Calviniani, cum Ecclesiæ præcipiendi, sive ferendi leges auctoritatem adimant, liberum cuique esse docent azymo, ac fermentato uti, ac fermentatum azymo præferunt, quod antiquitus usurpatum arbitrentur: vera autem hujus prælationis causa est, quia Latina, ac Romana Ecclesia, cujus judicio damnati sunt, azymum adhibet, ac præcipit unicuique Ecclesiæ ut suum morem sequatur.

Horum errorem funditus evertimus iis argumentis, quibus in Ecclesia inesse ferendarum legum potestatem demonstravimus. Hic ergo Ecclesiæ præceptum unice proferemus. In Florentinæ Synodi definitione hæc habentur: *Sacerdotes in altari ipsum Domini Corpus conficere debere, unumquemque scilicet juxta suæ Ecclesiæ consuetudinem.* Igitur adest Ecclesiæ præceptum, quo Latini in azymo, Græci vero in fermentato consecrare jubentur. Nec ulla est hac de re inter Catholicos controversia; sed cum Latinus spectari possit prout versatur in Orientalium partibus, & Græcus ut moram facit in Latinorum locis, ubi non sint proprii Ritus Ecclesiæ.

Quæri ulterius solet, num Sacerdos Latinus in locis Græcorum, ac Græcus in Latinorum Urbe possit Eucharistiam juxta loci ritum consecrare?

Responsio ex iis, quæ de obligatione manendi in semel suscepto Ritu disputavimus, facile patet. Nam si Latinus etiam in Oriente, qua ratione potest, tenetur proprium ritum servare; & si Græcus in Latinorum locis eandem obligationem retinet, quin ritum inconsulta Apostolica Sede mutare possit, palam est, Græcum in Latinorum locis, ac Latinum in locis Græcorum teneri ad proprium Ritum servandum, dum Eucharistiam perficiat. Neque enim, ut ibi ostendimus, a loco pendet lex illa Ecclesiæ, quæ proprium cuique Ritum servare jubet. Sed circa obligationem servandi proprium ritum in celebratione Eucharistiæ, peculiares quoque adiunt Ecclesiæ leges. Præter ea, quæ ex Florentina Synodo attulimus, adest S. Pii V. Constit. incip. *Romani Pontificis* 13. *Kalend. Sept.* 1566. in qua hæc leguntur verba: *Quibusvis Presbyteris tam Græcis, quam Latinis in virtute sanctæ obedientiæ inhibemus, ne deinceps Presbyteri Græci, præcipue uxorati, Latino more, & Latini Græco ritu, hujusmodi licentiarum, aut facultatum, aut quovis alio prætexto Missas, & alia divina officia celebrare, aut celebrari facere præsumant.* Et Benedictus XIV. Constitut. *Et si Pastoralis*, §. VI. *num.* 10. Prædecessorum, ac Florentinæ Synodi legem inculcans, *Districtius*, inquit, *inhibemus, etiam sub pœnis perpetuæ suspensionis a divinis, ne Presbyteri Græci Latino more, & Latini Græco ritu, sub quovis licentiarum, & facultatum, Missas, & alia divina officia, Græci Latino more, & Latini Græco ritu celebrandi; ab Apostolica Sede, vel ejus Legatis, ac etiam majori Pœnitentiario pro tempore existente obtentarum prætextu, Missas, & alia divina officia celebrare, vel celebrari facere præsumant.* Deinde prohibet, ne Latinus Parochus Pyxidem in Ciborio cum particulis sub specie fermentati pro Communione Græcorum, aut Parochus Græcus sub specie azymi pro Communione Latinorum *in quocumque Ecclesiæ suæ Altari retineat*, jubetque, *ut unusquisque Sacerdos nonnisi in suo sive Græco, sive Latino ritu Eucharistiam Fidelibus porrigat.* Præterea ne Laici Latini Communionem sub specie fermentati a Presbyteris Græcis recipiant, omnino interdicit; Græcis tamen Laicis permittit, *ut ubi propriam Parochiam non habent, possint, si velint, in Ecclesia Latina Eucharistiam sub specie azymi a Sacerdotibus Latinis sumere.* Hæc pro Græcis in Italia degentibus statuta sunt.

Atque hinc patet, *Primo* errare *Ledesmam* a Verricello citatum, qui censet, teneri Latinum per Græcorum regionem transeuntem Græco more celebrare, ac Græcum Latino ritu in locis Latinorum: Nam antedictæ Constitutiones sunt pro Græcis, qui sub Latinis Episcopis degunt, atque adeo in Latinorum locis. *Secundo* errare *Suarestum*, *Vasquestum*, aliosque apud Verricellum *tit.* VIII. *quæst.* 188. qui aiserunt, Sacerdotem Græcum, qui perpetuum inter Latinos Domicilium stabilierit, teneri ad celebrandum Latino ritu; Nam Ecclesia præcipit, proprium ritum sine Apostolicæ Sedis dispensatione mutare non posse, jubetque etiam eos, qui in Italia sub Latinis Episcopis fixum domicilium habent, proprio more missas, aliaque divina officia celebrare debere. *Tertio*, errare quoque Verricellum ipsum, dum loco citato ait, posse Latinum Græco more, Græcum vero Latino ritu celebrare in locis, in quibus proprii ritus Ecclesiæ non adsint, quod possint se se loci consuetudini accommodare. Nam Ecclesia præcipit cuique proprium ritum ubique servare; ut diximus *cap.* 4., ac districtius jubet, Sacerdotem quemque juxta propriæ Ecclesiæ consuetudinem ubique terrarum Missas celebrare debere. Neque Augustini consilium, quod habetur *Epist.* 128. *ad Januar.*, quoque mores eorum quibuscum vivimus sequi monemur, ad rem facit; Nam si quisque morem sequi posset Ecclesiæ, in quam deveniat, posset pro libitu ritum semel susceptum deserere, illumque amplecti, quem Ecclesia teneat, in quam venit: Id vero Apostolicæ Sedis auctoritate prohibitum est. Deinde Augustini regula ad consuetudines, legesque illas spectat, quæ a loco pendeant, quibus subjici debet quicumque in loco ubi vigeant versetur. At obligatio manendi in suscepto ritu, illumque servandi, qua ratione possit, & celebrandi Missas, & officia juxta propriæ Ecclesiæ morem, personas afficit, quæ suscipiendo Baptisma, vel Ordines, ex Ecclesiæ lege adstricti sunt ad perseverandum in suscepto ritu, ac more propriæ Ecclesiæ celebrandum. Vide *in cap.* 4. quæ diximus de obligatione quam quisque habet manendi in semel suscepto ritu.

Ex iis optime concludit Verricellus, non licere Sacerdoti Latino uti fermentato in Ecclesia Greca, nec Græco in Ecclesia Latina azymo, etsi Populus diu deberet Sacrificio privari, & proximus absque Viatico decedere; Quia utilitas communis privatorum commodis præferenda est; ad communem vero utilitatem pertinet Ecclesiæ servare præscriptos ritus: & quia præceptum sumendæ Eucharistiæ in articulo mortis, & audiendi Sacri in diebus festis non obligat nisi dum Sacrum celebrari possit, servatis legibus, ac ritibus ab Ecclesia stabilitis; Igitur, ut Sacerdos non jejunus celebrare nequit pro communicando moribundo, vel ut populus audiat Sacrum die festi; ita Sacerdos Latinus nequit in fermentato consecrare, contra Ecclesiæ præceptum, ut populus Sacrum audiat, vel ut morti proximus Eucharistiam sumat.

In parando fermentato pane ad altaris sacrificium destinato magna est Orientalium cura, & diligentia: De Græcis scribens Christophorus Angelus homo ritus Græcanici peritus libello, quem Græce vulgavit, de præsenti Ecclesiæ suæ statu, *panem*, inquit, *accipiet Sacerdos, quem vir, vel mulier aliqua, modo purus idem, mundaque eadem fuerit, die antecedente paravit . . . antequam vero panis ille excoquatur, signaculum illi prius ligno aliquo, cui literæ hæ insculptæ, Jesus Christus vincit, imprimunt.* Nec minor est apud Ruthenos diligentia, ut testatur Guagninus. Æthyopes etiam mirabili quadam arte, & cura panem hunc præparant, teste Francisco Alvarez, Peregrinationum Æthyopiæ *cap.* 12. Jacobitæ denique, & Nestoriani, non secus ac Græci, Syrique Melchitæ, magno studio oblatitios fermentatos panes parare solent; fabulantur vero Nestoriani, vetus fermentum, quo ad panem hunc præparandum utuntur, se ex majorum traditione ab Apostolis accepisse. Ad figuram quod spectat, Græci ut plurimum non rotundant, sed in quatuor ramos ad modum crucis extendunt, inquit Allatius; Orientales reliqui peculiari solent, ac mysticæ hunc panem figura donare.

Plerique solent oleum cum sale fermentato pani admiscere; qua quidem mixtione, si oleum panis naturam non mutet, inepta materia non fit. Consuetudo hæc apud Nestorianos, & Jacobitas ex eo orta videtur, quod oleo uti ceperint, ut facilius massæ sigillum imprimerent, eamque coctam facilius e frixorio extraherent; sed progressu temporis ab imperita gente, fortasse etiam ut ritus sacer hæc olei admixtio habita est. Extat hac de re decretum *Congreg. particularis de Prop. Fide*, quod sequitur: *Relata instantia Adeodati Archiepiscopi Damasci, & ejusdem nationis Jacobitarum, pro facultate celebrandi Missam Ritu Chaldaico cum Missali Maronitarum, & una ex Liturgiis, quæ in eodem Missali fuerunt a Sede Apostolica approbatæ, introductoque in Congregatione prædicto Archiepiscopo, & mediante interprete de pluribus circa materiam Sanctissimæ Eucharistiæ interrogato, Congregatio censuit, si Sanctissimo placuerit, facultatem petitam esse Oratori concedendam, injuncto illi præcepto, ne oleum adhibeat, cum durior fieri possit massa, in eaque sine oleo, ut Græci faciunt, formam, seu sigillum, cum crucibus, & punctis duodecim Apostolorum, &* LXXII. *discipulorum significantibus imprimi, & in clibano coqui loco frixiorii, in quo Jacobitæ suas solent hostias oleo litas coquere. Præterea Congr. jussit, ut dictus Archiepiscopus, præsentibus Magistro Sacr. Palatii, & Secretario Ingolo, cum massa fermentata, & oleo more suæ nationis, hostiam conficeret, ut posset experimento comprehendi, an oleum dictam massam ingrediatur, quod sequenti die idem Archiepiscopus fecit. Nam delata massa fermentata, oleo sinistram manum unxit, ut posset ab ea libere separari, & formam ligneam similiter unxit, in qua erant prædictæ cruces, & puncta pro sigillo imprimendo, ex quibus actionibus idem Magister Sacr. Palatii manifeste cognovit, oleum non ingredi massam, & a Jacobitis adhiberi ob solas duas rationes, ut scilicet imprimi possit sigillum, & maxa in frixorio coqui; censuit tamen idem Magister standum esse in decretis, ut sine oleo massa durior effecta, fiat ab Archiepiscopo hostia, nam sigillum facile imprimi poterit, si massa modica aspergatur farina, & deinde in clibano coquatur; Sacr. Congreg. P. F. 22. Junii* 1633. Atque hinc patet, merito doctissimum P. Berti *de Theol. disc. lib.* 33. *cap.* 5. *Thesi* 2. reprehendere Jacobitas ob olei in oblatione mixtionem, non vero eos, qui parum salis pani admiscent, tum ad conciliandum eidem saporem, tum etiam ob mysticam aliquam significationem, nam mixtio salis panis naturam non mutat, nec quidpiam Sacramenti venerationi contrarium secum fert: quamobrem tolerari debet, ubi ex antiquo tempore usurpari soleat; dum vero hanc mixtionem necessariam non habeant.

Altera materiæ Eucharistiæ pars est vinum de vite: sive album, sive rubrum, sive alterius coloris sit, apta materia, est cum non color, sed substantia liquoris ex uvis vitis expressi a Christo Domino stabilita sit hujus Sacramenti materia. Quod quidem notandum duxi, ut quisque intelligat, Moscovitas in manifesto versari errore, si credant, ut Auctores nonnulli referunt, solum vinum rubrum aptam esse Eucharistiæ materiam. De vino duo discutienda offert dubia Orientalis Ecclesia, alterum scilicet de consuetudine, quæ in Æthyopia, & apud Syros nonnullos viget, de adhibendo, ob vini penuriam, liquore ex uvis passis expresso; alterum vero de Armenorum errore, qui censent, nefas esse vino modicum aquæ miscere; quibus & tertium addemus, de aqua fervente,

quam

quam Græci peracta jam consecratione in calicem mittunt.

Quæres I. Utrum liquor ex uvis passis, & zebibo expressus licite, ac valide in Eucharistia perficienda usurpetur?

Nota 1. *Fagundez præcept.*3. *lib.*2. *cap.*3. ita scribit: *Scio, in Æthyopia ex defectu vini assumere Catholicos, & Patres nostræ Societatis uvas non ita passas, & eas aqua superinfundere, quoad usque lentescant, & postea exprimunt, ex quibus fit vinum, in quo consecrant, satis generosum, & primus Auctor hujus rei fuit Sanctissimus Vir Andreas de Ojedo Patriarcha ejusdem Æthyopiæ.*

Nota 2. *An.* 1703. *die* 14. *Februarii* propositum fuit dubium a P. Josepho de Hierusalem Ordin. Min. Strict. Obs. ac Missionibus Æthyopiæ Præfecto, an liceat Missionariis celebrare cum vino ex *zebibo*, vel uvis passis expresso, ut in Regionibus illis fieri solet? *Sanctissimus auditis votis Eminentissimorum mandavit exquiri prius per R.P.D. Assessorem a dicto P. Josepho, quo præcise modo conficiatur vinum ex uvis passis, vel zebibo in Ætyopia, & postea iterum formari, & proponi idem quæsitum cum dicta expressione vel declaratione ante DD. Consultores, & successive in Congregatione coram Sanctitate sua habenda.* Responsum deinde fuit a supra dicto P., vinum hujusmodi in hunc fieri modum: sumuntur ex gra.4. libræ Zebibi, franguntur, atque in apto vase tunduntur, ac deinde totidem frigidæ aquæ libræ in idem vas infunduntur, eaque in infusione servantur per sex, octo, vel ad summum decem horas; extrahitur postea zebibi, vel uvæ passæ materia, eaque ab exteriori aqua purgata, aut panno stringitur, vel torculari premitur. Liquor inde expressus vinum est, quo, sine ulteriori diligentia, utuntur, dum celebrant. Hac præmissa explicatione, fuit iterum propositum dubium; *ac lectis quoque relationibus, & rationibus Patris Ioannis Damasceni Consultoris, nec non variis experimentis factis pro eruendo dicto vino Sanctissimus auditis votis Eminentissimorum dixit, licere, dummodo liquor extrahendus a Zebibo, vel uvis passis ex colore, odore, & gustu dignoscatur esse verum vinum*; *S. C. S. Off.*22. *Julii* 1706.

Resp. His præmissis, ubi vinum desit, ut revera deest in Regionibus illis, in quibus hoc utuntur liquore, valide ac licite usurpatur, si tamen ex colore, odore, atque sapore censeri possit verum vinum; Nam sic liquor ex uvis de vite extractus esset, atque iis qualitatibus deprehenderetur, uvas illas passas, vel zebibum ex decoctione non mutavisse uvæ naturam. Quamobrem probare non possum Verricelli responsionem, qui negative respondendum censet, *quia zebibum est adeo decoctum ab igne, ut non possit ex eo confici simpliciter vinum, sed vinum secundum quid, cum addito, nempe vinum coctum, seu sapa*: nam zebibum uva est, ignis vel solis calore exiccata; & si post infusionem in aqua, liquorem exprimat, qui colorem, odorem, saporemque servet vini; non video, cur verum vinum censeri nequeat, quod accidentario tantum ab illo differat.

Quæres 2. An loco vini in utraque purificatione, ubi magna sit vini penuria, licite adhiberi possit tantum aqua?

Resp. Sac. Congreg. S. Offic. 14. *Julii* 1707. ad hujusmodi quæsitum propositum ab Episcopo Quebecensi, respondit, *citra maximam vini penuriam servandas esse pro viribus Rubricas Missalis Romani, præsertim in purificatione, seu prima ablutione*; Dum vero tanta sit vini penuria, ut nisi Sacerdotes aqua tantum uterentur in purificatione, coacti essent pluries ad non celebrandum, adhibere posse solam aquam, declaravit Congr. de P. F. in responsione ad dubia proposita a Missionariis Sinensibus *die* 23. *Januarii* 1665.

Vino parum aquæ miscet, tum Occidentis, tum Orientis Ecclesia. In Occidente id omittunt Lutherani, Calvinianique, quod consuetudo sit non a Christo, sed ab homnibus orta, quodque præceptum, quod orthodoxa inculcat Ecclesia, Evangelicæ puritati, ac libertati adversetur. In Oriente vero aquæ mixtionem rejiciunt Armeni; Ii in Conciliabulo supra citato Monophysitas illos imitati sunt, quos Brunus appellatos fuisse censet Julianitas, & Gajanitas, qui ut Anastasius Sinaita renunciatus Antiochiæ Patriarcha *anno* 561. scribit, *vinum merum sine aqua offerunt, ut exinde deprehendantur confiteri Christum nuda, & simplici Deitate constare*. Facile autem est demonstrare, Ecclesiam ad Christi imitationem Apostolorum ætate statuisse, ut vino parum aquæ misceretur, idque habitum semper fuisse, ut Ecclesiæ præceptum. Christum Dominum vino parum aquæ miscuisse ex eo liquet, quod dum Pascha celebraret more Judeorum Eucharistiam instituerit; ut etiam Armeni, ac alii Hæretici fatentur; At Judæi calicem paschalem aqua temperare solebant, ut constat ex Misna jod benedictione 7. ex Rabi Maimonide, aliisque, & ex vulgari eorumdem antiquo more; *Proverbiorum cap.*9., *& Apocalypseos cap.*18. Deinde Christum Dominum aqua calicem temperasse, testatus est Irenæus circa medium II. Sæculi *lib.*4. *adversus hæres cap.* 57. inquiens, *accipiens Dominus panem, suum esse corpus confitebatur, & temperamentum calicis suum Sanguinem confirmavit*; *libr. autem* 5. *cap.* 2. *temperamentum calicis mixtum calicem vocat*, inquit Matsuettus: & Cyprianus *Epist.*63. ad Cæcilium III. sæculo scripsit, *Invenimus calicem mixtum fuisse, quem Dominus obtulit*, hoc est in calice vino aquam fuisse mixtam, ut ipse ibidem explicat. Ergo primis sæculis Ecclesia credebat, Christum aqua vinum temperasse. Morem autem hunc eam fuisse imitatam, testatur Justinus Apologia 2. *Deinde*, inquiens, *ei qui Fratribus præest, offertur panis, & poculum aquæ, & vini*, testatur quoque Auctor Constitutionum Apostolicarum *lib.*8. *cap.*12. de Christo dicens, *Similiter calicem miscuit ex vino, & aqua, sanctificavit &c.* Et, ut mittam alios PP., omnes antiquæ Liturgiæ Jacobi, Chrysostomi &c. hujus mixtionis ritum præscribunt; illumque servandum præcepere Concilia, Carthaginense III. *an.* 397. celebratum, Trullanum supra citatum, Florentinum, & Tridentinum, quod *sess.*22. *cap.*7. ait, *Monet deinde Sancta Synodus, præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, ut aquam vino in calice offerendo miscerent, tum quod Christum Dominum ita fecisse credatur, tum etiam quia e latere ejus aqua simul cum sanguine exierit, quod Sacramentum hac mixtione recolitur: & cum aquæ in Apocalypsi B. Joannis Populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo unio repræsentatur*. Cum res ita se habeat, palam est, Ecclesiam consuevisse semper, & ubique vino modicum aquæ miscere, idque non pro re indifferenti, sed præcepta habuisse.

Græci præter frigidam aquam, quam ante consecrationem solent vino miscere, ante Eucharistiæ sumptionem ferventem aquam infundunt in calicem, *ut scilicet sanguis, & aqua, quæ fluxerunt a Sancto latere Domini, & Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi tempore salutaris passionis ejus, vivifica esse constet, veluti ex vivifico deificato corpore vivifica*, ait Balsamon in Resp. ad quæsita Marci Patriarchæ Alexandrini. Mixtio hæc damnari non potest; tum, quod antiqua sit, ac a Sanctis Patribus commendata: Nam præscribitur in Liturgiis Basilii, & Chrysostomi, ac laudatur a Nysseno *orat. cathech. cap.* 37. a Theodoreto dialogo primo inscripto, *Immutabilis*, a Damasceno *lib.*4. *cap.*14., atque ab aliis Patribus: Tum, etiam quia, Const. *Etsi Pastoralis §. VI. num.* 2. Græco Italis *permittitur, facta jam consecratione, antequam Sacerdos communicet juxta ritum in Liturgia præscriptum, aquam fervente, seu tepidam in sacrum calicem infundere*. Quamquam id Græcis permissum est; tamen errore non carent Photiani, qui Latinos, ac Orientales mixtionem hanc omittentes erroris accusant; Nam ritum omittendo, particulari Ecclesiæ præscriptum, non negant, nec improbant id quod Ecclesia per illum ritum significare contendit, ut illi perperam arbitrantur.

§. II.

De Forma.

DE forma Eucharistiæ ex Orientalium Liturgiis Missionariorum gratia disputaturus, plura, quæ sunt a nostro Auctore prætermissa, & quæ in vulgaribus Theologis desiderantur, proponere, atque explicare cogor. Primum enim Christi verba, quibus unice Eucharistia conficitur; & quorum ne unum quidem sine gravi culpa omittere fas est, aliter in illis Liturgiis se habent, ac in nostra Latina, & in plerisque verba nonnulla desunt ex iis, quæ nos in Calicis consecratione usurpamus. Deinde in illis post Evangelica, & Christi verba, invocatio habetur Spiritus Sancti, quæ preces in omnibus Liturgiis connexas habet, quibus Sacerdos Deum rogat, ut super oblata dona mittat Spiritum Sanctum, qui super illa descendens, panem in Corpus, & vinum in Christi Sanguinem transmutet. Denique tres apud Syros Jacobitas Liturgiæ reperiuntur, in quibus Christi verba desiderantur; quarum prima est, quæ Petro Apostolorum Principi tribui solet, altera Xysti Papæ, ac tertia Dionysiii Metropolitæ Adimeni dicitur. Atque hinc tria oriuntur dubia. 1. Num Orientales omnes Christi verba ad consecrandum Eucharistiam necessaria existiment? 2. Num necessariam saltem putent una cum Christi verbis invocationem, ut Eucharistia perficiatur? 3. Num Orientales Christi verba teneantur recitare, ac in Liturgiis ponere, ea ratione, qua in Canone Latinorum reperiuntur? Hujus autem quæstionis necessitas ex eo pendet, quia communis apud Theologos nostros opinio est, non posse sine gravi culpa ex verbis illis vel unum omitti; & quia nonnulli Thomistæ putant, omnia, quæ in Calicis consecratione nos adhibemus, verba, esse ad consecrandum necessaria. Accedit etiam fuisse nonnullos, qui hac de causa non solum Orientales reprehendere, sed eorum Liturgias sua corrigere auctoritate ausi sint.

Inter Orientales circa hujusmodi controversiam, minora fuere, ac inter Latinos, dissidia. Nam omnes semper fassi sunt, ac etiam nunc fatentur, Christi verba *Hoc est Corpus meum &c. Hic est Sanguis meus*, esse ad Eucharistiam consecrandam necessaria; & sine ipsis perfici non posse. Item unanimi semper consensu docuerunt, præter Christi verba preces quoque nonnullas in Eucharistia conficienda semper adhibitas fuisse, ac sine precibus fieri non posse; quæ quidem sententia omnibus Patribus, ac Theologis omnibus probata est; cum nec unquam hujusmodi Sacrificium sine precibus fieri consueverit, nec fieri licite in ullo casu possit. At Nicolaus Cabasilas, & post ipsum Marcus Ephesinus, aliique pauci, non solis Christi verbis, sed etiam invocatione Spiritus Sancti, sive precibus ea comprehensis Eucharistiæ Sacramentum confici tradiderunt: En Marci Ephesini verba: *Divina munera*, inquit, *non solum recitatione verborum Dominicorum sanctificantur, sed & Sacerdotis quæ sequitur, precatione, & benedictione per virtutem Spiritus Sancti*, scilicet, *verba Christi*, ut ipse exponit, *per modum narrationis sunt, nosque ad memoriam rei, quæ tunc gesta fuit, revocant, & vim quasi immittunt in dona proposita, ut transformentur*; *precatio vero, quæ postea consequitur, & benedictio Sacerdotis revera transmutat, quæ jam erant dona, in ipsum prototypum Corpus, & Sanguinem Domini*. Huic opinioni occasionem dedit invocatio, quam in Orientalium Liturgiis Evangelica, & Christi verba consequi asseruimus, & nonnullæ haud bene intellectæ Patrum sententiæ, quæ per Christi verba, & orationem hujusmodi Sacramentum fieri pronunciant.

Duo quoque apud Latinos fuere XVI. Sæculo viri eruditione, & doctrina celebres, qui in Cabasilæ abiere opinionem, alter e Dominicanorum, e Franciscanorum familia alter. Scilicet Ambrosius Catharinus Ord. Præd. & Christophorus a Capite fontium Ordin. Min. Generalis Minister, ac postea Archiepiscopus Cæsariensis. Ii enim, ut Novatorum circa verba Christi cavillationes, & argutias devitarent, ac penitus everterent, planioremque facerent Catholici dogmatis de Eucharistiæ consecratione explicationem, & intelligentiam, rati sunt, Eucharistiam Christum benedictione prius consecrasse, ac benedictione illa pane in Corpus suum transmutato, accepisse illud in manibus, ac dedisse discipulis, dicendo *Hoc est Corpus meum*; atque eadem ratione calicem consecrasse. Sacerdotes vero deinceps Eucharistiam confecisse docuere per orationem Evangelicis verbis præmissam in Latinorum Liturgiis, quæ incipit, *Quam oblationem tu, Deus &c.*, evangelica vero & Christi verba narrative tantum proferre, non significative, & effective, licet ex Christi mandato necessarie sint pronuncianda. *Fit ergo*, inquit Catharinus *Christi Corpus propter orationem præmissam, & ex vi pacti; & sic defenditur mos Græcorum*. Pactum vero in eo situm arbitrabatur, quod Christus promiserit, toties se præsentem in Eucharistia ad futurum, quoties Sacerdos verba sua *Hoc est corpus meum &c.* ea ratione, ac ordine, & modo pronunciaverit, quo ipse pronuncianda constituerit. Itaque ut Christus benedictione consecravit, ita oratione consecrat Sacerdos, qua rogat ut panis fiat Corpus Christi, & vinum Sanguis; & ut Christus dicendo *Hoc est Corpus meum*, corpus suum id esse demonstravit, illudque discipulis, præbere ostendit; ita Sacerdos facit. Hoc autem discriminis Christophorum inter, ac Catharinum intercessit, quod hic interna tantum, ille vero externa quoque benedictione, ac ministerio Sacerdotali Christum consecrasse asseruerit.

Horum opiniones, damnatis ab Apostolica Sede opusculis, quibus tradebantur, veluti sepultæ jacuere; sed hoc eodem sæculo a Gallis nonnullis excitatæ, magno argumentorum apparatu expositæ, ac propugnatæ fuere a Petro *Le-Brun* in expositione Liturgiæ Armenorum; & ab Antonio Augustino *Touteè diss.* 3. præmissa operibus S. Cyrilli. Ii vero in hanc se abiisse opinionem testati sunt, ne dogma Catholicum de *Transubstantiatione* validissimo illo argumento privaretur, quod ex invocatione desumitur, quæ in Orientalium Liturgiis reperitur. Fuere ii ex professo confutati a P. Bougantio Jesuita, ab Ursio, Meratio, Georgio, Assemano juniore, aliisque. Hæc quantum ad opinionem a Cabasila excogitatam.

Inter Latinos vero aliæ quoque occurrunt hac de re opiniones, quas recensere, ac confutare necesse est, ut Systema hac de re absolutum exhibeamus. Innocentius III. in opere de Mysteriis Missæ, quod ante Pontificatum ediderat, *lib.*4. *cap.*6. ait, *Dici potest, quod Christus divina virtute confecit, & postea formam expressit, sub qua posteri benedicerent. Ipse namque per se virtute propria benedixit, nos autem ex illa virtute, quam indidit verbis*. In eandem sententiam abiere Durandus Mimetensis *lib.*4. *de divinis officiis*, aliique, quos Catharinus, & a Capite Fontium laudant, ac veluti propriæ opinionis assertores proponunt.

Ajunt nonnulli, Scotum in 4. *dist.*8. *qu.*2. *ad* 2. docuisse, hæc verba, *Hoc est Corpus meum*, *Hic est sanguis meus* ad consecrationem non sufficere, sed præcedentia necessario addenda esse, alioquin verba illa ad personam loquentis, non ad Christum, cujus nomine proferuntur, referrentur; sed Mastrius, Fradenius, Hennius, aliique celebriores Scotistæ Scotum a communi sententia non recessisse demonstraverunt.

Rursus quamplures Theologi sunt, qui contendunt, Sanctum Thomam omnia verba, quæ a Latinis in calicis consecratione recitantur, necessaria existimasse ad conficiendum hoc Sacramentum, pro qua opinione pugnant Gonetus, Capisuccus, Natalis Alexander, aliique Thomistæ.

Armacanus ait *lib.*9. *q. Armenorum cap.*3. hæc esse in consecratione Calicis necessaria: *Hic est Calix sanguinis mei, novi, & æterni testamenti*, non vero reliqua. Alii, Marsilio teste, addendum putant, *mysterium fidei*. Hæc quantum ad opinionum historiam. Antequam ad rem definiendam descendamus, operæ pretium esse arbitror, Evangelica, & Christi verba referre, qua ratione in probatis Liturgiis recitantur, ut inde facilius intelligamus, quæ fuerit hac de re Ecclesiæ a primis temporibus sententia. Mitto vero tres illas Liturgias, quas supra dixi, in quibus Christi verba desunt; Cum enim omnium sit, ac fuerit semper Orientalium sententia, hæc esse omnino saltem ex Christi præcepto ad consecrandum necessaria, omissio illa, vel amanuensium incuriæ tribuenda est, vel ea de causa fuere in iis illa prætermissa verba, quod ea Sacerdotes memoria tenerent, ac recitarent.

En itaque verba juxta formulas a Martenio collectas. In Liturgia Jacobi ita forma hæc exprimitur: *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis frangitur, & datur in remissionem peccatorum. Hic est Sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum*. Addit Liturgia S. Marci post pronomen *Hoc*, & *Hic* particulam *enim*. In Const. Apost. *lib. VIII. cap.*17. hæc forma reperitur, *Hoc est Corpus meum, quod pro multis frangitur in remissionem peccatorum. Hic est Sanguis meus, quod pro multis effunditur in remissionem peccatorum*. In Liturgiis SS. Basilii, & Chrysostomi post *Sanguis meus*, additur *novi testamenti*; ac similis est Liturgia Cyrilli. Æthyopes utrique formulæ addunt *Amen*. Mozarabes hac utuntur; *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic est calix novi testamenti in meo sanguine, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. In Libris Sacramentorum, qui præ se Ambrosii nomen ferunt, ita legitur: *Hoc est enim Corpus meum, quod pro multis confringetur. Hic est enim Sanguis meus*. Sacramentarium denique Gregorii Magni, Missale Romanum, Ambrosianum, & Indorum (hic addendum erat post correctionem) hanc habent formam: *Hoc est enim Corpus meum. Hic est enim Calix sanguinis mei, novi, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. In Liturgia communi, sive Canone universali Æthyopum habetur: *Hic panis est Corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum, Amen; Hic est Calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur pro redemptione multorum Amen*. Iisdem fere verbis aliæ Orientalium Liturgiæ eamdem exhibent formam. Facile vero patet, undenam eorum sit orta varietas, si ea observentur, quomodo ab Evangelistis recenseantur. Apud Matth. legitur, *Hoc est enim corpus meum, Hic est enim Sanguis meus, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*; Apud Mar-

Marcum utroque in loco omittitur particula *enim*. Apud Lucam: *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur; Hic Calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur*. Paulus autem *I. ad Corinth.* 11. ita illa refert: *Hoc est Corpus meum, Hic Calix novum testamentum est in meo sanguine*.

Has ego formas recensui, easque cum Christi verbis comparavi, quæ apud Evangelistas leguntur, ut inde clare appareat, non posse Orientales reprehendi, quod in forma eorum desit particula *enim*, & quod in consecratione calicis non omnia adhibeant verba, quæ apud nos usurpantur. Atque inde duo quoque alia certo inferenda videntur. Primum, Christi verba, quæ in Orientalium Liturgiis leguntur, esse ab Evangelistis deprompta, quod sane satis superque esse potest ad illorum Theologorum detegendam imperitiam, & temeritatem, qui corrigere, & ea augere propria, ac privata auctoritate sua conati sunt. Quis enim sine temeritate verba ex Evangelio deprompta, Patrum auctoritate commendata, & Liturgiarum usu a primis sæculis comprobata; emendare, ac mutare audeat? Deinde rite, ac licite Orientales per illa verba consecrare, nec cogi posse ad alia, quæ in Liturgia nostra reperiuntur, addenda. Quibus accedit etiam, ex iis nos posse tuto concludere, non aliis esse inditam vim consecrandi verbis, quam illis, *Hoc est Corpus meum, Hic est Sanguis meus*, vel *Hic est Calix Sanguinis mei*, non solum ob communem Theologorum sententiam Tridentini Concilii auctoritate comprobatam, quod verba Sacramentorum formam constituentia efficere docet, quid significant, ut est etiam a nostro Auctore probatum, sed præterea, quia hæc unice sunt verba, quæ a Patribus omnibus commendantur, ac in omnibus reperiuntur Liturgiis, quod argumentum est, fuisse hæc semper, & ubique veluti necessaria ad consecrandum reputata, alia vero historice, & ex præcepto tantum Ecclesiæ adhibita. Hic tamen moneo, præceptum hujusmodi, cum de re gravissima sit, gravem obligationem inducere; quo fit, ut graviter peccet, qui vel unum ex iis, qui in jam probatis Liturgiis habentur, libere prætermittat. Venio nunc ad nostrum hac de re Systema per propositiones explicandum.

PROPOSITIO I.

Christus verbis usus est, non interna tantum benedictione, dum Eucharistiam consecravit.

PRimum hæc assertio inde probari potest, quod Sacerdotes ea ratione consecrent, qua Christus hujusmodi Sacramentum in institutione perfecit; Iis enim, quod prior ipse fecisset, deinceps facere præcepit, cum dixit, *Hoc facite in meam commemorationem*: Sacerdotes vero per verba consecrant; & quidem ita consecrant, ut verba Christi, Christi nomine, ac veluti illius personam gerentes, pronuncient, dicendo, non *Hoc est Corpus* Christi, sed *Hoc est Corpus meum*. Hinc, *quid nostra consecratio est*, inquiebat Chrysostomus *Homil.* 83. in Matth. *nisi illius repetitio, quam Christus peregit?*

Deinde Christus Sacramentum instituens, qua Deus, & conficiens, qua homo erat, Sacramentalem ritum instituere, ac adhibere debuit, hoc est materiam, & formam adhibere, junctis scilicet pani verbis; *accedens enim verbum ad elementum fit Sacramentum*, inquit Aug. *Tract.* 80. *in Joan.* Accedunt præterea auctoritates Sanctorum Patrum, quas infra recensebimus. Hinc Tridentina Synodus *sess.* 13. *cap.* 1. ita de Eucharistia loquitur: *Hoc admirabile Sacramentum in ultima cæna instituit, cum post panis viniquc benedictionem, se suum Corpus præbere, ac suum Sanguinem distertis verbis testatus est, quæ verba a Sanctis Evangelistis commemorata, a Divo Paulo postea repetita sunt.* Satis hic indicant Tridentini Patres, post benedictionem panis, vinique, verba proferendo, instituisse, ac perfecisse Eucharistiam.

At, inquiunt, benedictio idem ac consecratio est, quamobrem Paulus 1. *ad Cor.* 10. *v.* 14. *Calicem benedictionis*, vinum consecratum appellavit; & dum Christus dixit, *Hoc est Corpus meum*, jam antea panem in suum fuisse Corpus transmutatum significavit: ergo per præmissam benedictionem ab Evangelistis commemoratam, dum dixere: *Accepit panem, benedixit &c.*

Sed levis est momenti hæc conjectura. Cum enim Christus Sacramentum instituerit, & confecerit, illudque nobis ad sui imitationem perficiendum mandaverit, & verba adhibuisse, ut Sacramenti natura exposcit, & verba talia, quæ rem significatam efficerent, præsumendum est. Quæ sola præsumptio plus quam illa conjectura, valet. At præterea verba ipsa ab Evangelistis commemorata habemus, quæ id significant, quod in Eucharistia fit, quæ semper fuere a Sacerdotibus usurpata, quæque adhibuisse Christum, testantur veteres Patres, ac omnium Ecclesiarum traditio comprobat. Itaque benedictio, & gratiarum actio ritus fuere a Christo institutioni Eucharisticæ præmissi, non consecratio: id ostendit vox aoristica in Evangelica historia usurpata εὐλογησας, idest *cum benedixisset*, & εὐχαριστησας, scilicet, *cum gratias egisset*, quæ præteritum tempus significant; liquet etiam ex eo, quia Christus in ultima Cœna ritus servavit Judæorum, qui cœnæ benedictionem præmittebant, & panem, cum gratiarum actione frangebant. Hinc Ettius, aliique viri gravissimi improbabilem omnino putant opinionem, quæ benedictione Christum consecrasse autumat, & in 1. *ad Cor. cap.* 1. post Jansenium observat, Jesum magna aggressurum miracula in Cœlum oculos elevare, ac Patri gratias agere consuevisse, ut præstitit suscitaturus Lazarum, & panes multiplicaturus. Rursus non desunt, qui eisdem verbis benedictionem, & consecrationem a Christo peractam putent, quod passim Patres consecrationem, & *mysticam benedictionem* indiscriminatim accipiant: ut S. Thom. 3. *par. quæst.* 78. *art.* 1., ac alii post ipsum; & revera, quod consecratur, cælesti benedictione repletur. Si autem iis opponas, fuisse benedictionem consecrationi præmissam, respondent, non semper Evangelistas res narrare, quo gestæ sunt ordine, ut pluries observavit August. *lib. de Conf. Evang.* Ad tollendam vero æquivocationem necesse est, duplicem distinguere benedictionem, alteram pro oratione usurpatam sacris muneribus consecrandis facta, quam Christum more Judæorum Pascha celebrando, præmisisse puto, & quam a consecratione diversam habeo; alteram vero, quæ mystica dona immutat, redditque sancta, benedicta, vivifica, quæ ipsa consecratio est, quam innuit Paulus loco supra laudato.

Nota. Etsi vera est hæc nostra sententia, ut ego arbitror, præsertim ob Tridentini supra relata verba; ac Concilii Florentini decretum, quo verba, quibus *Christus hoc Sacramentum confecit*, hujus Sacramenti forma declarantur; tamen nulla Ecclesiæ aperta definitio adest, quæ oppositam opinionem proscripserit. Id testantur Ambrosius Catharinus *in fine opusculi* 2. Alphonsius Salmeron, *circa finem Tract.* 13., Juvenin, Tournely, Du-Hamelius, Berti, aliique. Nec est verisimile, Ecclesiam voluisse damnare opinionem, ad facilius refutandos Hæreticos excogitatam, & quam Innocentius III. supra citatus probabilem asserverat; ac propugnant Guido Bononiensis, Durandus, aliique a Catharino, & Capite Fontium recensiti.

PROPOSITIO II.

Eucharistiæ forma Christi verbis continetur, Hoc est &c., Hic est Calix &c.

HÆC propositio, quæ paucos ex Orientalibus, ex Latinis vero minores adversarios habet, potest primum ex eo demonstrari, quod verba, quibus Sacramenta sunt, a Deo, qui vim ipsis indidit, sunt instituta: At præter verba illa *Hoc est &c.* quæ alia verba Deus pro Eucharistia conficienda determinavit? Hæc solum sacri Scriptores commemorant, hæc unice Christi, ac divina verba esse tradidere Patres, ac ea tantum ex iis, quæ consecrationi necessaria habentur, sacræ Liturgiæ a Christo determinata asserunt. Quis enim est, qui Spiritus Sancti invocationem precesque a Christo adhibitas, institutas, commendatas scripserit? Eccur potius preces illas ab Ecclesia humana institutas auctoritate non dicimus? Discurre per officia Sacramentorum omnium cum Orientalis, tum Occidentalis Ecclesiæ, in omnibus reperies invocationes precesque, quibus Ministri rogant, ut Deus per Spiritum Sanctum suum, gratiam illam conferat, quam per illa se collaturum promisit. In iis preces illæ ab Ecclesia institutæ generatim creduntur, ac a forma Sacramentorum omnino diversæ habentur, imo & vere perfici Sacramentum sine illis firmissime creditur. Cur ergo uni Eucharistiæ hæ preces necessariæ putantur? Verum est, Eucharistiam, quæ ne-

cessitatis Sacramentum non est, non posse, ut Baptisma, & Pœnitentia, in ullo casu licite sine illis confici, quo sensu est a Patribus nonnullis assertum, sine precibus non fieri. At inde nefas est concludere formam constituere. Sed videamus, quid utriusque Ecclesiæ Patres, quid traditio Ecclesiarum, quidve Liturgiæ ipsæ nos doceant.

Incipio a Latinis. Tertullianus *lib.* IV. *contra Marcionem cap.* 40., ait *Accepit panem, & distributum discipulis Corpus illum suum fecit dicendo: Hoc est Corpus meum.* Apud Cyprianum Auctor *serm. De Cœna Dom.*, ait: *Ex quo a Domino dictum est. Hoc facite in meam commemorationem, Hæc est caro mea; Hic est sanguis meus; quotiescumque his verbis, & hac fide actum est, panis ille substantialis, & Calix solemni benedictione sacratus, ad totius hominis vitam, salutemque proficit*, Ambrosius *lib. de Myst. cap.* 9. *num.* 52., *Quod si tantum*, inquit, *valuit humana benedictio, ut naturam converteret, quid dicimus de ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa Domini Salvatoris operantur?* Et *num.* 54. sequitur, *Ipse clamat Dominus Jesus: Hoc est Corpus meum. Ante benedictionem verborum cælestium alia species nominatur, post consecrationem Corpus significatur.* Eadem vel ipse, vel quisquis est Auctor *Libror. de Sacram.*, qui Ambrosii nomine circumferuntur, *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 14., ait scribens, *Sermo Christi hoc conficit Sacramentum*, & *num.* 19. *Fit Sanguis consecratione verbi cælestis; cap.* 5. *num.* 23. *Antequam consecretur, panis est: ubi autem verba Christi accesserint, Corpus est Christi.* Ne autem putent, orationem ab Ambrosio verba Christi nuncupari, audi ipsum loco citato. *de Myst.* ita loquentem, *Ipse clamat Dominus Jesus, Hoc est Corpus meum*, & IV. *de Sacr. cap.* 5. *num.* 22. *Illa verba Evangelistæ sunt usque ad Accipite: Inde verba sunt Christi. N.* vero 14. *Consecratio autem, quibus verbis est, & cujus sermonibus? Domini Jesu. Nam reliqua omnia, quæ dicuntur in superioribus, a Sacerdote dicuntur, laudes Deo deferuntur, oratio petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris: ubi venitur, ut conficiatur Venerabile Sacramentum, jam non suis sermonibus utitur Sacerdos, sed utitur sermonibus Christi.* Sanctus Augustinus *Serm. de diversis* 227. *alias* 83., inquit, *Panis ille, quem videtis in Altari, sanctificatus per verbum Dei, Corpus est Christi. Calix ille, imo quod habet Calix sanctificatum per verbum Dei, Sanguis est Christi*; Verbum autem Dei est sermo ille Christi, *Hoc est &c.* ut ex Ambrosio, aliisque Patribus aperte constat. Hic notare juvat, Amb. *loc. cit. de Myst. cap.* 6. dicere, per benedictionem panem consecrari, sive illius *naturam mutari*; & Aug. *lib.* 3. *de Trinit. cap.* 4. asserere, *Eucharistiam prece mystica consecratam*; ubi uterque verbis Christi precum, vel benedictionis nomen tribuit. Eusebius Emissenus, vel alius sub ejus nomine *Hom. in Ramis palmarum*, dixit, inquit *Christus, tunc per se, & modo per suos Ministros, Hoc est Corpus meum: & tanta est ejus verbi virtus, & efficacia, ut statim fiat, quod dicitur.* Ita Auctor quoque loquitur *sermonis* 28. *de verbis Domini*, qui Augustino tribuitur, & *Sermonis* 5. *de Paschate*, qui nomine Eusebii Emissenni circumfertur. Quibus addimus Paschasium *lib. de Corpore, & sanguine Domini cap.* 12. *& ca.* 15., Remigium Antissiodorensem, & Stephanum Eduensem, aliosque a Martenio citatos; Ex quibus sufficienter probamus, universalem Patrum Latinorum cujusque ætatis sententiam, satis etiam significatam, & explicatam in Conciliis Florentino, & Tridentino, occasionem dedisse Rubricæ jussu Pii V. Missali Romano præmissæ, quæ *tit. de defectu panis*, hæc habet: *Si celebrans ante consecrationem advertit hostiam esse corruptam, aut non esse triticeam, remota illa hostia, aliam ponat, & facta oblatione, saltem mente concepta, prosequatur ab eo loco ubi desivit. Si advertit post consecrationem, etiam post illius hostiæ sumptionem, posita alia, faciat oblationem ut supra, & a consecratione incipiat, scilicet illis verbis, Qui pridie &c. Quod si hoc contingat post sumptionem sanguinis, apponi debet rursus novus panis, & vinum cum aqua, & facta prius oblatione ut supra, Sacerdos consecret, incipiendo ab illis verbis, Qui pridie &c.* Quæ sane innuunt, sine precibus, & invocatione, Latinæ Ecclesiæ judicio Eucharistiam consecrari. Venio nunc ad Græcos Patres: Primo loco afferemus Justinum Martyrem. En verba ex *Apolog.* 2. *circa finem* deprompta, ubi Eucharistiam consecrari, ait, τὴν εὐχὴν τοῦ λόγου per orationem verbi; nomine autem εὐχῆς non effulam deprecationem, sed expressam a Christo Dei Verbo, animi sententiam, verbis designat, cum paulo post, Verbi orationem sive deprecationem illam fuisse asserat quæ in Evangelio re-

peritur, nempe, *Hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus.* Atque hic notent velim Adversarii, εὐχὰς, seu *precationem*, vel orationem Græcos patres illam Christi orationem vocare, qua dixit *Hoc est Corpus meum*, sive quod vox illa quamlibet animi sententiam verbis expressam significare quoque valeat, ut nonnulli censent, sive, quod eo animo verba illa prolata, quo Christus eadem pronunciavit, eam præ se mentis humiliationem, ac desiderium, voluntatemque ferant, quæ proferentem, vere precantem constituat. Irenæus, qui paulo post Justinum sæculo II. scripsit, *lib.* 4. *adv. Hæres. cap.* 32., *in edit. vero Massuet.* 17. *num.* 5., aperte ait, Dominum vertisse in Corpus suum creaturam panis, dum dixit, *Hoc est corpus meum*; & *lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 3. de pane & vino, inquit, & *præcipientia Dei verbum Eucharistia fiunt*. Vides ergo, Irenæum verbum Dei appellare verba Christi supra relata, quæ verba *lib.* 4. *cap.* 33. *antiquæ Edit. Invocationem Dei* appellaverat, dum dixerat, *panis percipiens invocationem Dei... est Eucharistia*. Sed audiamus Gregorium Nyssenum, qui clarius exponit quid hic *verbi* nomine, veniat apud antiquos Patres Græcos: *Orat. Catech. cap.* 37. de pane ita loquitur, *Statim per verbum in Corpus mutatur, ut dictum est, a Verbo, Hoc est Corpus meum*. Origenes quoque *in Matth.* ad hæc verba, *Quod intrat in os &c.* Eucharistiam vocat *Cibum per verbum Dei, & precationem sanctificatum, seu consecratum* ubi sane totam Liturgiam designat, quæ preces complectitur & verbum Dei, seu Christi verba, quæ hoc nomine designantur. *Nazianz. Orat.* 2. *de Pasch.* ait, prolatis verbis a Sacerdote, *Hoc est Corpus meum, qui non credit esse Corpus Christi certe fidem derogat.* Epiphan. *in Ancorato, Voluit*, inquit, *Christus per gratiam dicere Hoc est Corpus meum, & nemo non habet fidem sermoni.* Ne vero nimis in longum orationem protraham, tres tantum addam ex Græcis Patribus. Chrysostomus magni apud Orientales nominis, *Hom.* 2. *in Epist. ad Timoth.* demonstrat, eamdem esse oblationem Christi, ac Sacerdotis, quia iisdem ii utuntur verbis, ac Christus est usus: *Quemadmodum*, inquit, *verba, quæ protulit Christus, eadem sunt, ac quæ Sacerdos nunc quoque pronunciat, ita & oblatio eadem est. Et lib. de Proditione Judæ*, habet *Hoc meum est Corpus, inquit Sacerdos. Hoc verbum prolata in aliam formam convertit.* Accedit etiam, pluries Chrysostomum dixisse, Sacerdotes Eucharistiam conficientes ita se gerere, *tamquam Christi personam induti, & quasi ipse esset, qui diceret, & faceret.* Quare? Quia nomine Christi dicunt, *Hoc est Corpus meum*, & Christi virtute semel verbis illis concessa, Eucharistiam perficiunt. Similia habet Damascenus *lib.* 4. *de Fide Orth. cap.* 13., ait eum, *In principio dixit Deus, Producat terra herbam virentem, & ad hanc usque diem accedente imbre, divino præcepto impulsa, & roborata, fœtus suos profert. Dixit perinde Deus, Hoc est Corpus meum, & Hic est sanguis meus, & hoc facite in meam commemorationem: idque omnipotenti ejus præcepto, donec veniat, efficitur.* Ubi explicat, fieri hæc per invisibilem Spiritus Sancti operationem, quam per invocationem Ecclesia significat, ut nos infra ostendemus. Joannes Phurnes apud Allatium *de Cons. Occident. & Orient. Eccles. cap.* 15. *in Epist. de Ritibus in Communione immutatis*, ait, *Panem benedictionis videmus ab Apostolis sanctificatum illis tantummodo verbis, Hoc est &c.* En Græcos Patres.

Discurramus nunc per universas Orientis Ecclesias, quarum unanimis hac de re consensus rem potest extra controversiam omnem collocare. Ad Syros quod spectat, sive Nestorianos, sive Jacobitas, sive Orthodoxos, supervacaneum duco, eorum in medium proferre testimonia, quorum longam seriem videre est apud Assemanum in *Biblioth. Orientali*, ejusque Nepotem, qui eruditam de hoc argumento dissertationem edidit, ac doctiss. P. Benedictum Societatis Jesu in *dissertatione præfixa secundo Operum S. Ephraem Tomo.* Ii enim ostendunt, penes hujusmodi gentem inauditam esse Cabasilianam opinionem; ac Auctores omnes, dum verba designant, quibus hoc fit Sacramentum, Christi verba recensere; licet plures ex iis sint, qui dum velint in *Missa* Eucharistiam confici significare, soleant quandoque asserere, per Christi verba, & Sacerdotum preces, aut invocationem perfici; quod nemo negat. Quod ad Armenos attinet, quos tanto studio Brunus in suam trahere conatur sententiam, adest Concilium ab iis coactum an. 1342. in quo palam omnes professi sunt, hujus Sacramenti formam esse Christi verba, ut legere est apud Martene *Tom.* 7. *Collect. Anecdot.* Adsunt præterea Fidei confessiones, quæ *tom.* 3. *de perpetuitate fidei.*

circa Euchar. recenſentur, in quibus ſolis Chriſti verbis vim conſecrandi tribuntur. Harum altera ab eorum Patriarcha, quatuor Epiſcopis, & nonnullis Presbyteris Alippi edita fuit an. 1668.; altera vero Romæ a Patriarcha Hariadour. Similia exponunt aliæ fidei Profeſſiones in eodem recenſitæ opere, nempe profeſſio fidei Eccleſiæ Damaſcenæ, & Matthæi Patriarchæ Alexandrini Cophtorum, in cujus fidei confeſſione Ægyptiorum, atque Æthyopum omnium ſententia declaratur de conſecratione ſolis Chriſti verbis perficienda. Græcorum quoque in eodem inſunt opere fidei profeſſiones, idem declarantes, ſcilicet: Metropolitæ Gazæ, nonnullorum Moſcoviticæ Eccleſiæ Presbyterorum, Nicolai Spadarii, aliorumque, qui in toto Moſcoviæ Imperio iſtam conſecrandæ Euchariſtiæ rationem explicari declararunt. Mitto Georgium Coreſium, Gabrielem Philadelphiæ formam hujus Sacramenti Chriſti verba ſtatuentem, & Photianos quamplurimos, quos Papadopoli recenſuit. Unum ſufficiat Palamiticum Concilium, cujus acta Jaſſis in Moldavia recuſa fuere an. 1698. In eo novitatis accuſatur, atque damnatur Cabaſiliana opinio, per hæc verba: *Damnatur novitas opinionum*, quas invexit in *Eccleſiam Nicolaus Cabaſila, qui tribuit conſecrationem ſacrorum donorum precibus, quod nec dictum fuit ab aliquo SS. PP., nec ab ullo canone ordinatum, nec conſentit cum placitis Eccleſiae, quae implorat adventum Spiritus Sancti precibus, non ad panem Corpus, & vinum Sanguinem omnino efficiendum, ut redundet in utilitatem noſtram*. Sed ut appareat, ante Nicolaum Cabaſilam inauditam fuiſſe, in medium proferamus Græcos Patres, qui Florentino interfuere Concilio. Archiepiſcopus Nicænus ſuo, & aliorum, Eccleſiam Orientalem repræſentantium, Patrum nomine, coram Eugenio P. M. ac tota Synodo, *Volumus*, inquit, *adherere ſententiis Sanctorum Patrum, & rationibus, ſpretis humanis inventis*, Cabaſiliana ſcilicet opinione, de qua diſputatur. Et Julianus Cardinalis S. Sabinæ referens Patribus quæ poſt diſceptationem Græcos inter atque Latinos a ſex Deputatis pro expoſitione illorum, quæ definienda eſſent, ſtabilita fuerant, de Conſecrationis Euchariſtiæ forma dixit, *Græci confeſſi ſunt, auditis noſtris rationibus, quod ſemper tenuerunt, quod ſolis verbis Dominicis conficeretur, & quod putarent anathema, qui aliud crederet*. Fuit inſtitutum, ut hoc ponderetur in definitione: *dixerunt, quod hoc non erat neceſſarium, imo ſi hoc poneretur, Eccleſia ipſorum reciperet ignominiam, ac ſi hactenus tenuiſſet aliud. Unde cum ſemper fuerimus concordes in hoc, definitio non debet fieri niſi dubiis, & ſumus parati confiteri, quod tenemus ſicuti vos, quod in verbis ſolis Dominicis conficitur*. Si hæc, quæ Græci in Florentina Synodo expoſuerunt, cum iis conferantur, quæ ſupra indicavimus, ſatis notum eſſe, arbitror, non minus in Occidente, quam in Oriente, veluti Novatores habitos eſſe Cabaſilianæ opinionis propugnatores. Ex Orientalibus allata jam monumenta probant; quod vero ad Latinos attinet, addere quoque poſſumus, Catharini, & a Capite fontium opera, fuiſſe ſtatim Sedis Apoſtolicæ auctoritate proſcripta; Toutæum vero, atque Brunum novitate opinionis plures commoviſſe in Gallia, & in Italia, qui ex profeſſo eorum opinionem, ut novam, ac etiam temerariam, ut Aſſemanus junior publice Romæ aſſeruit, & propugnavit, refutaverunt. Hæc ſane rem maxime ſuſpectam faciunt. Quid vero, ſi Patrum addantur ſupra relatæ auctoritates?

Sed, inquit Brunus, Antiqui Patres uno fatentur ore per verba Chriſti, ac per preces Euchariſtiam conſecrari; & Liturgiæ omnes Spiritus Sancti invocationem habent, qua Deus rogatur, ut panem vinumque tranſmutet, quæ apud Orientales ſequitur verba Chriſti, apud Latinos vero præmittitur, habeturque in oratione illa, quæ incipit, *Quam oblationem tu Deus &c.* Opinio ergo illa, inquit, de ſolis Dominicis verbis Euchariſtiam conficientibus recens eſt, & poſt undecimum Sæculum ſcholaſticorum cerebro conficta, qui traducto ex Arabum philoſophia in Theologiam materiæ, ac formæ vocabulo, ac juxta a ſe excogitatum ſyſtema res metientes, formæ nomen ad ſolam Chriſti verba reſtrinxerunt. Sed quis hominem tam inepte philoſophantem ferat? Nam credibile non eſt, in re tanti momenti, & quæ Presbyteris omnibus ignota eſſe non poterat, quamque Epiſcopis omnibus ſtatuere debemus omnino exploratam potuiſſe Scholaſticos novam opinionem excogitare, quæ partem tollendo neceſſariæ formulæ potuiſſet eo tendere, ut nullum conficeretur Sacramentum, nemine prorſus reclamante. Ac multo minus credibile eſt, tam brevi tempore hanc fuiſſe per Occidentem, & Orientem ita ſparſam, ut eam apertis ulnis amplexi ſint omnes. Ita ne Græcos erga Latinos affectos fingamus, ut in ipſo ſchiſmatis fervore, ſtatim ac a Latinis nova, ac eorum majoribus contraria de Euchariſtiæ confectione, ſententia excogitata fuit, eam omnes amplexi ſint, nullo penitus contradicente? Tam bardi erant Sacerdotes, tam ſtupidi Epiſcopi, ut paſſi ſint omnes ſine contradictione, in ſcholis tradi ac palam doceri, opinionem, quæ oppoſita eſſet ſententiæ, quam illi didicere dum ſacrum ſuſcepere Presbyteratum; & quam iſti docere debuerant, eos, qui ad ordinem hunc promoverent? Neque enim præſumi poteſt, Presbyteros, ac multo minus Epiſcopos id ignoraſſe. Imo cum per plura ſæcula circa Sacramentorum formulas diſciplina viguerit arcani, ut Scheſtratius, aliique Viri docti demonſtraverunt, potius ex tradita ore ab Epiſcopis, Presbyteriſque doctrina forma Sacramentorum, & præſertim Euchariſtiæ, quod quotidie ab ipſis conficiendum erat, quam ex ſcripto traditis monumentis colligenda videtur. Quamobrem, cum poſtquam propriis vocabulis hujus, & cujuſque Sacramenti forma deſignari cepit, verba tantum Chriſti hoc nomine appellata ubique fuerint, præſumendum eſt, hanc fuiſſe traditam a Majoribus ſententiam.

Sed expendamus ſophiſmata. Primum vero ſtatuo, Euchariſtiam in Miſſa confici, quæ verbis Chriſti, & precibus conſtat; quamobrem, ut dici ſolet, in Miſſa conſecratur Euchariſtia, ita poteſt aſſeri per Orationem fieri, & verba Chriſti, quia verba Chriſti, ſine reliquis Orationibus nunquam in Euchariſtia perficienda adhibentur: Deinde, Formæ Sacramentorum Invocationis, Orationis, & Precum nomine a Patribus deſignantur: Tertullianus, Cyprianus, & Ambroſius invocationis nomine donarunt verba, quibus conficitur Baptiſma; Irenæus, & Firmilianus invocationem dixerunt verba Chriſti, quibus fit Euchariſtia, eamdemque Origenes appellavit preces, ut Huetius *in Origenianis* obſervat. Imo quæ Latini verba Sacramenti vocant, Græci paſſim nominant orationem, & invocationem: Hinc Gabriel Philadelph. inquit, *Forma Baptiſmi eſt invocatio SS. Trinitatis*. Atque hinc liquet, Patres aliquando invocationis precumque nomine ipſa Chriſti verba deſignaſſe; quandoque vero, innuere voluiſſe ea, quæ Chriſti verba, quibus unice vim tranſmutandi ineſſe docuerunt, in ſacra Liturgia, vel præcedunt, vel ſubſequuntur.

Quoniam vero ad invocationem nos provocat, quæ in Liturgiis reperitur, principio ajo, non conſtare invocationem fuiſſe a Chriſto Domino inſtitutam, atque præceptam. Nam cum conſtet invocationes, quæ in aliorum Sacramentorum adminiſtratione adhibentur, fuiſſe omnes Eccleſiæ auctoritate inſtitutas, id quoque de hac invocatione præſumendum eſt. Et jure, atque merito, miſſa enim Gregorii Magni auctoritate, ex qua colligunt nonnulli, Apoſtolos ſola Evangelica hiſtoria, cum Chriſti verbis, & Dominica oratione conſecraſſe, doctiſſimus Maffejus ex Irenæi fragmento probat, ſecundo Eccleſiæ ſæculo non fuiſſe invocationem hanc in omnibus Eccleſiis receptam, aitque in Miſſalibus Gallicanis a Mabillonio editis deſiderari, ac in antiquis nonnullis Liturgiis deeſſe. Quid ergo præſidii habet in illa invocatione Cabaſiliana opinio? Expendamus vero Liturgias ipſas Orientalium. I. In iis præſcribitur, ut Sacerdos, cum ad Evangelica verba pervenerit, recitata ſubmiſſa voce, & curſim inſtitutionis hiſtoria, Chriſti verba diſtincte & elevata voce proferat, ut populus magnum opus effici moneatur; imo in ea, quæ Marci dicitur, Diaconus populum hortatur, ut enixe oret; ac refert Maffejus ex viris fide dignis, Orientales, dum ea proferuntur, caput demittere, & venerari, atque eos, qui rem magis cognoſcunt, ſecum ipſos Chriſtum præſentem fieri profiteri. Quod quidem vel in ipſis Cophthorum Liturgiis præſcriptum videtur, quæ populo acclamandum præcipiunt: *Amen*. Hanc autem acclamationem inſtitutam ab Eccleſia fuiſſe, ut fideles Euchariſtiam ſuſcipiendo, eam Chriſti Corpus eſſe profiterentur, docuere Cornelius Papa *in Epiſt. ad Fabium Antiochenum*, Cyrillus *Cathec.* 23. Hieronym. *Epiſt. ad Pammach.*, & Ambroſius, qui refert, a Fidelibus adhiberi quoque conſueviſſe ad ſignificandum jam fuiſſe conſecrationem peractam; ſed quid illa apud Ægyptios acclamatio ſignificet, non opus eſt ex Antiquis monumentis argumentari; Æthyopes enim, qui ex Ægyptiis diſciplinam ac Liturgias accepere, quique ſimpliciorem antiquam ſervavere fidem, ita ſolent acclamationem exprimere; Poſtquam Populus acclamaverit *Amen*. Poſt Chriſti verbi prolationem, ſubdit, *Credimus, certo ſcimus, Laudamus te Domine Deus noſter, Hoc eſt vere, & ita credimus Corpus tuum*.

Ut vero appareat, nil ex illa nos poſſe invocatione argumentari, hic obſervare juvabit, nullum reperiri nequidem apud Orientales Sacramentorum officium, in quo præter formam, qua Sacramentum fit, preces non occurrant, etiam poſt Sacramenti confectionem recitandæ, in quibus Deus rogatur pro gratia, quam per illud Sacramentum confert. In Baptiſmo Deum orant, qui Severi Antioch. ordine utuntur, ut ſanctificet hominem, etiam poſtquam baptizatus, & ſanctificatus eſt. In Confirmatione oratur, ut Confirmatum Deus confirmet, & perficiat; idem occurrit in Ordinato, in quo rogatur Deus, ut illi auctoritatem, & poteſtatem conferat; & in adminiſtratione Sacramenti Pœnitentiæ poſtquam per abſolutionem peccata remiſſa creduntur, pœnitenti, Sacerdos orat, *ut paſſio Chriſti &c. proſit illi in remiſſionem peccatorum &c.* Item in oratione pro defunctis Eccleſia rogat, ne abſorbeat eorum animas Tartarus. Sicut ergo hæ invocationes, preceſque ex inſtitutione Eccleſiæ ad momentum referuntur, vel in quo confertur Sacramentum, vel tranſitus hominis ex hac vita: cur invocatio illa, quæ poſt conſecrationem in Liturgiis Orientalium recitatur, ad illud inſtans referri non poterit, quo per Chriſti verba Sacra dona tranſmutantur? Accipe verba Epiſcopi Oſtuenſis *in ſcholiis in Conſtit. Apoſtolicas: Conſtans & perpetua fuit omnium Patrum ſententia, verbis Domini tantum myſterium adminiſtrari, quod vero hoc loco dicitur* (loquitur de invocatione) *ad ſuperiora verba reſpectum habet, & ad illa referri debet: Ut enim quæ ante conſecrationem dicuntur, ad oblationem Corporis, & Sanguinis Chriſti dirigenda ſunt, ſic quæ poſt conſecrationem myſtice precatur, & facit Sacerdos, ad unum peractæ conſecrationis actum tribuuntur. Sacerdos ante conſecrationem tenens manu Patenam, & Calicem dicit ſe offerre hoſtiam immaculatam pro peccatis, & Calicem ſalutaris. Quæ actio reſpondet oblationi Corporis, & Sanguinis faciendæ tunc anticipatione quadam Sacerdotis mente, atque propoſito concepta. Ita poſt conſecratam Euchariſtiam, invocatur Spiritus Sanctus illorum munerum Sanctificator, & peracti operis una cum Patre, & Filio effector. Quæ invocatio non eſt ſeparanda a prima actione, qua Sacerdos verba Domini proferens, panem, & vinum conſecravit; ſed ad eumdem actum revocari debet. Imo ad idem temporis momentum, quo illa admirabilis converſio facta eſt: Nam cum omnia ſimul, atque uno tempore fieri non poſſint, ordine, ac temporis intervallo diſponuntur. Quæ vero ſermone, & tempore dividuntur, cogitatione, & intelligentia ſunt in unum conjungenda*. Dici quoque poteſt, per invocationem illam, quam Græci Patres Concilii Florentini reſpondere dixerunt Latine preci incipienti: *Jube hæc perferri per manus &c.*; Deum rogari, *ut ſit Chriſti Corpus communicantibus in purgationem animæ*, ut Græci illi Patres faſſi ſunt, & ut etiam in Liturgiis nonnullis indicatur, in quibus dicitur, ut panis *Chriſti corpus ſuſcipientibus fiat*, hoc eſt, ut proſit tanquam verus, ſpiritualis, ac divinus cibus.

Quod ſpectat ad Argumentum ex voce *Antitypa* deſumptum, ajo, in Liturgia Baſilii poſt Chriſti verba, ſed ante invocationem Spiritus Sancti, oblata dona, appellari *Antitypa* Corporis, & Sanguinis Chriſti, hoc eſt, figuram Corporis, & Sanguinis Chriſti: ſed inde Cabaſiliani non recte deducunt, non eſſe per Chriſti verba in Corpus & Sanguinem Chriſti tranſmutata. Nam certo conſtat a Patribus, ſpecies panis & vini poſt conſecrationem appellari *Antitypa Corporis & Sanguinis Chriſti*, quod ſpecies illæ ſint ſymbola Corporis Chriſti, non abſentis, ſed præſentis, & ſub iiſdem latentis, & quod figura ſint Corporis Chriſti, ut fuit in Cruce. Ita Cyrillus *Catech.* 5. Nazianzenus *orat.* II. Macarius, aliique ab Arcudio, & Allatio relati. Deinde in Baſiliana Liturgia dum Sacra dona Antitypa vocantur, ad tempus illud referuntur, in quo ante Chriſti verborum prolationem oblata fuere. Ita enim latine reddita ſunt a græcæ linguæ peritis Baſilii verba: *Et nos, qui propoſuimus Antitypa Corporis, & Sanguinis tui*, hoc eſt, qui obtulimus panem, & vinum, quæ figura ſunt Corporis, & Sanguinis tui.

Huic ſolutioni favent etiam Damaſcenus, Joannes, & Epiphanius, qui, ut ait Tournelius *de Sacr. Euch. Art. VIII.* nobis ſignificant, vocem illam *Antitypa* referendam eſſe ad tempus antecedens prolationem verborum Sacramentalium, licet poſt illam ordine collocetur in Liturgia.

Nota 1. Orientales nonnulli Scriptores, præſertim Syri, cauſam quoque afferunt, ob quam invocatio Spiritus Sancti in

Orientalium Liturgiis poſt Euchariſtiæ inſtitutionis hiſtoriam & Chriſti verba collocata ſit, licet per eam poſtuletur, ut id fiat, quod divina virtute per Chriſti verba fieri debet: cenſent enim, ibi eſſe poſita, ut in Sacra Liturgia divinas perſonas invocando, ordo habeatur, quem invicem ſervant. Hinc primum Æterni Patris ut Creatoris, & rerum omnium Conſervatoris; deinde Æterni Filii, qui homo factus Euchariſtiam inſtituit, cujuſque verbis a Sacerdote ejus gerente perſonam prolatis, Euchariſtia conſecratur; ac poſtremo loco Spiritus Sancti mentio, & invocatio occurrit, cui ſecreta actio, in qua prolatione Chriſti verborum tranſmutantur oblata, & Sacramenti effectus tribuuntur.

Nota 2. Quamquam erroris notam vitare nequeunt, qui Chriſti verba nullo modo ad Euchariſtiæ conſecrationem pertinere arbitrantur, & ſine ipſis quoque Euchariſtiam fieri poſſe docent; tamen noſtrum non eſt damnare opinionem illorum, qui præter illa verba, etiam invocationem neceſſariam eſſe cenſent, ut Sacramentum fiat. Nam horum opinionem, quam Brunus, Toutæus, ac nonnulli alii Catholici tuentur, Eccleſia nondum proſcripſit.

PROPOSITIO III.

Hæc tantum verba ſunt conſecrationi neceſſaria, & eſſentialia: Hoc eſt Corpus meum; Hic eſt Sanguis meus, *vel* Hic eſt Calix Sanguinis mei.

Hujus propoſitionis demonſtratione clarius fiet, nil in Orientalium deeſſe Liturgiis, quod ſit ad Euchariſtiam conficiendam neceſſarium; ac non poſſe Miſſionarios, Theologos, neque etiam Epiſcopos ea propria auctoritate Liturgiis addere, quæ in noſtra Latina in Calicis conſecratione recitantur. Neque nova ſunt afferenda momenta, ut demonſtratio pateat; Nam relatæ ſuperius Patrum auctoritates rem extra controverſiam ponunt; Omnes enim vim conſecrandi Chriſti verbis inditam a Deo fuiſſe aſſerunt, quæ verba a Sacerdote in ipſius Chriſti perſona prolata id efficiunt quod ſignificant. Ita Juſtinus, Irenæus, Chryſoſtomus, Epiphanius, Damaſcenus; & ex Latinis Tertullianus, Ambroſius, Auguſtinus, aliique. Significabant vero Chriſti Corpus, & Sanguinem verba, quæ nos expoſuimus, dum nomine Chriſti, ac veluti in perſona ipſius a Sacerdote proferuntur, ut eſt exploratum. Accedit etiam, Patres, quos nominavimus, aperte aſſerere per illa tantum verba conſecrari, cum illa tantum recenſeant, dum ea referunt, quæ Euchariſtiam perficiunt. Idemque Florentinum Concilium judicaſſe, cum dixit, fieri Euchariſtiam Chriſti verbis; & Tridentinum, dum docuit, vi verborum in Hoſtia Corpus Chriſti reperiri, Sanguinem vero comitanter, in Calice vero *Sanguinem*, & comitanter Corpus &c. Quæ ſane verba perſpicue oſtendunt, Chriſti verba *aſſertive* pronunciata id efficere, quod ſignificant. Ruſſus illa verba, *Qui pridie &c. Accipiens Calicem &c.* non Chriſti, ſed Evangeliſtarum ſunt; & particula *enim* nexum tantum orationis deſignat; illa vero alia *accipite & comedite* uſum Sacramenti commemorant, ſicut alia *quod pro vobis frangetur* vel *æterni &c.* in pleriſque Liturgiis deſunt.

Quis ergo dicat, Evangeliſtarum verba, ac alia, quorum nulla apud Patres mentio eſt, & quæ in pleriſque Liturgiis deſunt, ad eſſentiam conſecrationis pertinere? Nemo enim non videt, Evangeliſtarum verba ad hiſtoriam rei geſtæ ſpectare; quæ ex gravi præcepto ſunt adhibenda, quia oſtendunt Sacerdotem Chriſti perſonam gerere, ejuſque nomine conſecratoria verba proferre, ſed ad rem perficiendam, quæ verbis ſignificetur, neutiquam pertinere.

Neque vero dicant Scotiſtarum nonnulli, eſſe illa Evangeliſtarum verba omnino neceſſaria; quia hac unice ratione oſtendi poteſt, Chriſti perſonam gerere Conſecrantem, & quia alioquin non Chriſti, ſed ſuum Corpus deſignaret, dum ait *Hoc eſt Corpus meum*. Nam ſi Sacerdos eo animi propoſito ac voluntate verba a Chriſto, pro hoc conficiendo Sacramento, ſtabilita proferat, ut velit id efficere, quod Chriſtus perfecit, fierique a Sacerdote ejus nomine agente mandavit; ſi in Chriſti perſona, cujus miniſterium gerit, dicere contendat, *Hoc eſt Corpus meum*, quid aliud neceſſarium eſt ad determinandum, ut non de proprio, ſed de Chriſti Corpore, loquatur, dum ait, *Hoc eſt Corpus meum*? Verba enim a Chriſto Sacramentorum formulæ conſtituta, dum a Miniſtro eo animo

animo applicentur, ut facere velit, quod Christus instituit, & quod facit Ecclesia, satis sunt ad Sacramenta conficienda juxta decretum Synodi Florentinæ: Quare ergo verba Christi hac ratione prolata non sufficient ad consecrandum? Patres enim eamdem istis verbis, ac formæ aliorum Sacramentorum vim perficiendi Sacramentum, tribuerunt. Itaque sicut in aliis Sacramentis, ita & in hoc *intentio* Ministri, qua consecrare vult, quaque nomine Christi *assertive, & significative*, illa verba profert, satis superque est ad Sacramentum perficiendum, & ad significandum non propriam, sed Christi personam gerere, dum dicit, *Hoc est Corpus meum*. Non negamus, in Rubrica *de defectibus Missæ* supra a nobis relata præscribi, ut defectus materiæ panis, qui peracta jam consecratione cognoscatur, ita suppleatur, ut adhibita apta materia, Sacerdos consecrationem a verbis *Qui pridie*, exordiatur. Jubet id Ecclesia fortasse ea quoque de causa, ut etiam per verba Evangelica exprimatur Sacerdotem Christi personam gerere; At numquam docuit, verba illa, vel ad formæ essentiam pertinere, vel ex Christi mandato, necessarie esse pronuncianda ut consecratio fiat, sed semper docuit, solis verbis Christi, hujus Sacramenti formam contineri.

Superest modo, ut difficultatem explicemus, quam Thomistarum opinio suggerit de Calicis consecratione; neque enim hæc tantum verba, *Hic est Calix meus*, aut similia, ad consecrandum sufficere autumant; sed omnia necessaria esse, quæ in Canone nostro leguntur. Quia S. Thom. *lect. 6. in caput* 11. *Epist.* 1. *ad Cor.* ait, per illa tantum verba probabilius esse non fieri consecrationem: Et quia S. Pius V. e Cajetani operibus assertionem huic Thomisticæ opinioni contrariam jussit expungi.

At hæc tanti momenti non sunt, ut dubiam ac suspectam reddant assertionem nostram: Primum, quia opinio hæc necessaria quoque putat verba illa *Mysterium fidei*, quæ ab Evangelistis, & plerisque Liturgiis maximæ auctoritatis omittuntur: Deinde, quia Patres, dum verba recensent consecrationis Calicis, hæc tantum commemorant: *Hic est Sanguis meus*, vel *Hic est Calix Sanguinis mei*: demum quia Tridentini Patres, dum decrevere in Calice vi verborum inesse Sanguinem Christi, communem sequi visi sunt Theologorum assertionem, quæ statuit verba Sacramenti *significativa* esse, ac efficere quod significant. Ex quo jure meritoque conijcimus, sola illa verba, quæ perfectam, & completam Sanguinis Christi præsentis significationem exhibent, non secus ac illa alia, *Hoc est Corpus meum* Christi Corporis, ad Calicis consecrationem sufficere.

Dicimus vero, S. Pium V. jussisse e Cajetani operibus assertionem expungi, quæ S. Thomæ injuriam irrogabat, cum assereret, opinionem illam S. Thomæ contrariam esse, de hoc vero *nihil curandum*, ut ex Gotti refert P. Berti: Ad S. vero Doctorem, quod attinet, quem plures in nostram trahunt sententiam, ajo, vel de formæ esse integritate loquutum, ut loquitur etiam Catechismus Romanus; vel asserere voluisse, verba illa *Novi & æterni testamenti &c.* esse de *essentia formæ*, non ut subjecta materia consecretur, sed ad exprimendam Sanguinis effusionem, atque passionem Christi, ut doctissimus P. Berti observavit.

Nota. Diximus sæpe in superioribus propositionibus, verba Christi *significative, & assertive*, non historice tantum esse proferenda, secus ac Novatores arbitrantur. Hic autem animadvertere necesse est, antiquam Patrum, ac Orientalis Ecclesiæ consuetudinem verba illa alta voce pronunciandi, assertioni nostræ neutiquam adversari. Nam alta voce antiquitus proferebantur, ac nunc etiam apud Orientales, ut populus respondendo *Amen*, fidei confessionem de Corporis Christi præsentia exprimat, ut Ambrosius exponit *lib. de Myst. cap.* 9. Addo, Orientalem Ecclesiam Evangelica verba submissa, elata vero voce Christi verba pronunciare, ut hac separatione doceat, se consecrationis verba, ut *efficientia* id quod significant proferre. Verba itaque Christi *narrative*, seu historice Sacerdos profert, quatenus historiam commemorat institutionis; *significative* vero, prout induens Christi personam, ipsius Christi nomine atque vice eadem proferendo suprema virtute præsens fieri Corpus Christi demonstrat.

§. III.

De Eucharistia, ejusque Ministro, & Subjecto.

EUcharistia Sacramentum est Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini: Hoc est, panis, & vinum per verba a Sacerdote Christi personam agente prolata, in Christi Corpus, & Sanguinem transmutantur, nihilque remanet substantiæ panis, & vini. Quæ nostris sensibus panem, & vinum exhibent, a Lateranensi, Florentina, & Tridentina Synodo appellantur species panis, & vini; a Constantiensi Synodo, ac Theologorum plerisque accidentia panis, & vini; a Patribus apparentiæ, umbræ, figuræ, & velamina panis, & vini; Imo Theodoretus, & Gelasius panis naturam appellavere, quod instar principii sint, ex quo motus oriuntur, qui in nostris sensibus fiunt. Hæ appellationes sunt Latinis, Orientalibusque communes. Quid vero sint species, & apparentiæ, sive accidentia hujusmodi, quæstio est, quæ ad Philosophos potius, quam ad Theologos spectat. Nobis sat est indicare, Deo, qui omnipotenti virtute sua per verba Christi panem in Corpus, & vinum in Sanguinem transmutat, non deesse modum vel conservandi species panis, & vini, aut eorumdem accidentia, vel efficiendi in nobis alio modo sensationem panis, & vini

Cum fides Ortodoxa doceat, sub hujusmodi speciebus divinum esse Christi Corpus, & Sanguinem, manifestum est, Sacramentum istud maximam a nobis exigere venerationem. Atque adeo decenter esse asservandum, custodiendum, deferendum ad infirmos, ac suscipiendum. Hinc Apostolica Sedes etiam Orientalibus inculcat, quæ ad istius Sacramenti venerationem spectant Conciliorum decreta: Et cum acceperit, vigere nonnullos apud Græcos abusus, præcepit, I. Ut Sacerdotes frequenter ad pœnitentiæ Sacramentum accedant, cum præsertim divinum Sacrificium sint peracturi; nec communicandos esse pueros rationis usu pollentes, ac altari servientes, nisi præmissa Sacramentali confessione: II. Tollendum esse abusum tundendi, vel exsiccandi species Eucharisticas, ut Sacramentum asservetur: III. Eucharistiam, quæ asservatur pro infirmis, octo, vel saltem quindecim diebus esse renovandam: IV. Non asservandam toto anno, & quæ asservata fuerit, sumendam: V. Ne Monachi iter agentes Eucharistiam secum ferant, neve eam vitandi periculi causa in privatis domibus asservent: VI. Ut unusquisque Sacerdos in aureo, vel argenteo solum, aut saltem stamneo Calice sacrificet, habens Thronos, seu corporale de lino, candidum, & nitidum, & Altare mundis vestimentis opertum, vel decenti paratu ornatum: idem dicito de sacris Sacerdotis vestibus: VII. Ne Mulieres Altari servire permittantur, Const. *Et si Pastoralis*. Ut ii, quos dixi, abusus tollendi omnino sunt, ex Apostolicæ Sedis decreto, ita & mores, sive consuetudines aliæ, si quæ sint in Orientali Ecclesia, quæ cum debita Eucharistiæ sive Corporis, & Sanguinis Domini veneratione minime cohæreant, sunt omnino removendæ: ut v. gr. mos, qui in Iberia, sive Mengrellia viget, tundendi Eucharistiam, eamque oleo Baptismatis miscendi, quo deinceps a Patrino totum Baptizati Corpus ungitur, & iis similes, illis Ecclesiæ legibus, quibus prohibentur consuetudines debitæ Sacramentis venerationi contrariæ, ac præcipitur Sancta sancte, ac decenter tractanda esse, censeri debent proscripti. Cavendum vero Missionariis, aliisque Sacris Ministris omnino erit, ne temere mores damnent, qui sint Latinis contrarii, quique apud Latinos pro indecentibus haberentur. Cujus quidem rei nonnulla afferemus exempla.

Primo, Græci, Rutheni, Æthyopes, aliique Orientales sacrum facturi sacra dona parant, eaque Græci præsertim, & Rutheni, in minori Altari, quod iis *Prothesis* dicitur, præparant; ex hoc, Græci dum hymnus Cherubicus canitur, alii vero juxta propriæ Ecclesiæ ritum statuto tempore, ad Altare majus deferunt accensis cereis, cum thuribulo, ac veneratione magna totius populi, qui pronus oblata adorare videtur. Non defuere ex nostris, qui hanc cæremoniam superstitionis, ac idololatriæ insimulaverint; quod crederent, gentem illam veluti Sacramentum oblatum panem vinumque venerari. At injuria: nam ii fatentur, non alium se cultum exhibere, quam eum, qui debetur materiæ Deo oblatæ, pro Sacrificio præparatæ, sanctæ mensæ addictæ, a Sacerdote benedictæ, & quæ necessario converti debeat in Christi Corpus, remanentibus ipsius speciebus, monentque dandum ei non esse latriæ cultum. Hæc autem & cæremonia est usu comprobata, & cultum relativum tantum præfert, qui donis debetur, quæ *antitypa* sunt Corporis, & Sanguinis Christi, Nil ergo in hoc reprehendi potest; sed Gens rudis est instruenda, ne dona illa, ut Christi Corpus, & Sanguinem veneretur.

Secundo, Græci, ut auctor est Gabriel Philadelphiensis, ex traditione Majorum particulas in Sacro disco reponunt, easque non consecrant, sed consecratam hostiam tangere curant, atque offerunt in honorem B. M. V., S. Joannis Baptist. &c. Hac etiam de causa superstitionis damnati fuere a Latinorum nonnullis. Injuria tamen: Etenim has nec consecrari credunt, nec ut Dominicum Corpus distribuunt, sed quod Deo fuerint in Sanctorum honorem oblatæ, quodque sacram tetigerint Eucharistiam, per participationem quandam sanctitatem accipere, ac devoto animi affectu suscipiendas esse, docent: Neque id adeo faci le privatus quisque ante Ecclesiæ judicium damnare potest, cum nullam per se superstitionem ferat.

Sed ut omnia, quæ ad rem hanc pertinent, ex Orientali disciplina exponamus, ea hic addimus, quæ a Benedicto XIV. in explicatione tertii Moniti Græcorum Euchologio præmissi exposita sunt: *Duos*, inquit, *habet Græcorum Liturgia ingressus, alterum* majorem, minorem alterum nuncupatum. Minor est ille, quo sacri Evangelii codex infertur; major autem ille est, quo sacra dona, nimirum panis, & vinum, non adhuc consecrata a parvo Altari, seu mensa, quæ *Prothesis* dicitur, super quam præparata fuerant, supplicationis ordine instructo, ad sacrum Altare deferuntur. In majori ingressu ritus hujusmodi observatur, ut panis in patena obtectus velo supra caput deferatur, vel a Diacono, vel a Sacerdote; a Diacono scilicet, quando solemne Officium Missæ celebratur cum assistentia, & ministerio Diaconi: Tunc enim hic sinistra manu patenam cum pane supra caput sustinet, dextera vero Sacerdotem thurificat, qui Calicem cum vino utraque manu gestat; si vero Sacerdos sine Diacono celebret, tunc a Lectore thus adoletur, Sacerdos autem supra caput suum sinistra manu sustinet, dextera autem sacrum Calicem ad pectus defert. Ad hunc igitur majorem ingressum contingit, ut populus inclinetur, seu, pro vario regionum more, in terram procumbat, ac fronte humum feriat, perinde ac si sub speciebus panis, & vini, licet nondum consecrati Corpus, & Sanguis Christi Domini contineretur: *Populus passim, in Græcia quidem valde dimisse se inclinat, neque enim genua flectere vult, ne imitari videatur Latinos, quamvis extra diem Dominicum; in Russia vero prosternit se, terram fronte percutit, ac velut præsentem in ea oblatione Coelorum Regem alloquitur, & adorat*; Ait Arcud. *lib.* 3. *cap.* 19. Christianus Lupus *part.* 3. *suorum operum sup. Concil.* ritum describit majoris ingressus, quando Patriarcha, aut Metropolita celebrant. Magri in vocabulario Eccl. verbo *Prothesis*, singillatim describit quæcumque fiebant ab Imperatore sacræ Synaxi adstante, eo die, quo imperii coronam assumebat. Goarius *in not. ad Liturg. Chrys. num.* 100. totam actionem ingressus majoris accuratissime exponit. Idemque fit a Bona. Quæcumque vero ea occasione a Græcis fiunt, eadem similiter aguntur ab Armenis, Cophthis, Æthyopibus, ac Syris Jacobitis, ut Brunus, Renaud. aliique referunt. Quin etiam in hac Romana urbe in festo S. Athanasii, videre est Græcos in sua Ecclesia, ea omnia facientes, quæ supra recensuimus.

Perspectum est, Græcos ad normam *can.* 52. *Trullani, in omnibus sanctæ quadragesimæ jejunii diebus, præter quam Sabbato, & Dominica, & Sancto Annunciationis die, sacrum facere Præsanctificatorum Mysterium*; Dum Missam itaque Sacerdos in quadragesima celebrat, diebus quibus celebrare liceat, unam quidem hostiam consecrat & sumit, alteram vero consecratam reponit; quam quidem in tot particulas dividit, quot numerantur sublequentes dies quibus præsanctificatorum Missa celebranda est, in qua seipsum, & alios, si qui sint communicantes, Eucharistico Pane antea consecrato Sacerdos communicat; ut rem describit Allatius *in proleg. ad Gabriel. Naudeum de Missa Præsanct.* Hac etiam occasione per Ecclesiam solemni ritu proceditur, Diacono sacram Pyxidem, in qua Sacramentum sua specie panis continetur, supra caput deferente, Sacerdote autem manibus gestante Calicem, cum vino aqua mixto, non quidem consecrato, sed tantum benedicto: Et quoniam non semper a Sacerdote Missa cum assistentia Diaconi celebratur, si solus Sacerdos celebrat, ipse si nistra manu defert Pyxidem capiti impositam, dextera autem Calicem sustinet; atque ita a parvo Altari ad Aram majorem progreditur; uti testatur Arcud. *lib.* 3. *cap.* 58. Tunc vero non omittit Populus genua flectere, pectus tundere, aliisque idoneis actibus consecratum panem delatum, ut supra dictum est, adorare. Ab hoc ritu nonnulli ortam putant ex ignorantia quadam, adorationem, quæ fit in majori ingressu, quam ob rem eam damnavere Nicolaus Cabasilas *in expos. Liturg.*, Arcudius deinceps *lib.* 3. *cit. cap.* 19. aliique. Immo Patres Concilii Zamosciæ *an.* 1720. *decr. de Cel. Miss.* §. 4. non dubitavere interdicere, *ne fiant genuflexiones, seu capitis inclinationes dum transfertur panis oblationis a minori ad majus Altare, pro consecratione tempore offertorii*, & voluerunt, ut Parochi *Populum hac de re moneant, ne periculo idolatriæ exponatur.* Horum Patrum decretum Pontifex non improbat; recenset vero, quid ea de causa in Congregationibus Romæ de Orientalibus cæremoniis hactenus determinatum sit, ac statuit excludum fuisse eorum temperamentum, qui ritum hunc tollendum existimaverunt: cum in Congr. super correctione Euchologii habita die 5. Septemb. 1745. quæstione proposita, *an abolendus, seu emundandus foret Ritus ingressus majoris, omnibus mature discussis constitutum fuerit, nihil esse innovandum. Idque subinde auctoritate nostra firmatum extitit. Placuit tamen*, sequitur Summus Pontifex, *consilium prudenter exhibitum, ut monerentur Episcopi, aliique curam animarum gerentes, ut rudem populum docere non prætermittant, quod dum sacra dona a Prothesi ad Aram majorem transferuntur solemni ritu, cum ea nondum sint consecrata, sub earum speciebus nequaquam existit Corpus, & Sanguis Domini nostri Jesu Christi, prout futurum erit post consecrationem, ideoque exteriores illi venerationis actus, qui erga præfata dona nondum consecrata exhibentur, non ea ratione peraguntur, ut cultus Latriæ soli Deo debitus iisdem præstetur, sed ut inferioris speciei cultus exerceatur, cujus objectum est futura transubstantiatio eorumdem donorum in Corpus, & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi.* Id quod a nobis supra expositum, & inculcatum fuerat, quod vel ipse Pontifex paulo infra laudare non dedignatur.

Agit deinceps Pontifex Max. de panis divisione, quam in minore mensa, seu Prothesi Orientales faciunt, cujus pars major, ut Deo Omnipotenti debitus adhibeatur cultus, offertur, reliquæ vero *minores*, quæ *Merides* vocantur, Omnipotenti itidem offeruntur, sed earum una in honorem B. M. V., altera in honorem S. Joannis Bapt. SS. Apostolorum, aliorumque Sanctorum, quorum etiam nomina a Sacerdote recensentur, alia pro vivis, quorum etiam nomina recitantur, alia pro defunctis, qui pariter nominatim commemorantur; alia in honorem illius Sancti, cujus festus dies celebratur; relicta ceteroquin Sacerdoti facultate offerendi specialiter Sacrificium pro illa, aut illis, quos ipse maluerit. Hujusmodi Ritum jamdiu viguisse probatur ex Diptico Irenes Augustæ, edito a Patre Montfaucon *Tom.* 1. *Analect. Græc. cap.* 34. Si vero Episcopus, aut Presbyter primam celebrantis personam sustinens, cum aliis Sacerdotibus concelebret, & Diaconi quoque in officio ministrantes assistant, non modo quilibet Sacerdos, sed unusquisque etiam ex Diaconis Hostiam unam majorem offert, simulque minores particulas, seu *Merides*; ex quibus si quæ demum superfunt a Celebrante, seu Celebrantibus non consumatæ, eæ distribuuntur adstantibus, qui Eucharisticæ communionis participes fieri petunt. De hoc ritu quæstio in Florentina Synodo instituta fuit, sed cum Archiepiscopus Mitylinensis propositis interrogationibus apte satisfecisset, nil fuit innovatum. Simeon Thessalonicensis in suo tractatu de Sacramentis visus est dubitare de particularum consecratione; sed cum super omnes eadem a Sacerdote proferatur forma, dubitatio irrationabilis fuit.

Dubitatum inter Catholicos fuit, de Diaconali, quam diximus, oblatione; Atque Arcudius, aliique putavere eam tollendam omnino esse; quia Diaconis offerre ad Altare oblationem sacri Canones interdicunt. Sed etsi Canones sacram oblationem fieri prohibeant Diaconis, quæ in sacro Altari a solo Sacerdote fit, nunquam vero damnat oblationem, quæ in Mensa, sive Prothesi fieri ab antiquis temporibus etiam ab ipsis consuevit. Hinc in Congreg. pro Orient. ritibus habita 3. Januarii 1745. proposita quæstione, *utrum tollenda esset oblatio, quæ a Diaconis fit ad Prothesim?* rescriptum fuit, nihil esse innovandum; ac rescriptum Pontificia auctoritate comprobatum fuit.

Tertio, Latina Ecclesia, ac Orientales pleræque venerationis causa prohibent, ne Eucharistia cooperto capite celebretur. At cum in Sirensi, eique finitimis regnis *detecto capite manere, vel operari non sit reverentia, sed irreverentia, & scandalum generet non devotionem*, Romani Pontifices permisere Missionariis, cooperto decenti pileo capite celebrare, ac Neophytis Eucharistiam recipere, quoadusque Gens illa ita edocta fuerit, ut ritus Romanæ Ecclesiæ non abhorreat. Ex Brevi Clem. X. 23. Decembris 1673. & aliis. Quamobrem

brem non adeo facile damnandi erunt, si qui sint in Oriente Patriarchæ, vel alii, qui cooperto capite sacram Eucharistiam celebrent, vel distribuant. Nam in iis deesse potest irreverentia, cum sit res indifferens. Hinc Assem. infert, injuria a Josepho II. damnatos esse Patriarchas Nestorianorum, quod cooperto capite Eucharistiam, vel celebrent, vel recipiant, vel administrent. Nam scribit Balsamon *lib.7. Juris Orient. Alexandrinum Patriarcham rem divinam facere mitra caput obvolutum*, alios vero Orientales aperto capite. Et Monachi omnes S. Antonii Abbatis, sive Cophti, sive Abyssini, sive *Syri Maronitæ, cucullam monasticam in Liturgiæ celebratione, & in ipsa Eucharistiæ consecratione, vel perceptione retinent*; ideoque ex præscripto S. Pacomii Abbatis Regula 91. eamque regulam refert Cl. Assem. *diss. de Syr. Nest. pag.306. part. 2. Bibl. Orient.* Itaque, ubi viget usus celebrandi, ac recipiendi Eucharistiam detecto capite, ex Ecclesiæ præcepto id est servandum; a quo præcepto sola Apostolica Sedes dispensare valet; ubi vero contraria vigeat ex majorum traditione consuetudo, nihil est, nisi ex Apostolicæ Sedis decreto, immutandum.

Quarto, Thomas a Jesu *lib.7. de Conversione omnium Gentium cap.2.* inter errores, quorum Nestorianos accusat, hunc refert, *Clerici omnes apud Chaldæos, & etiam alii Laici, qui alios devotione exceduut, sacram Dominici Corporis Communionem in manibus propriis recipientes, sub utraque specie communicantur; ceteri vero Laici Corpus Domini Sanguine intinctum assumunt*. At in iis nil est, quod reprehendere possit: non morem sacram Eucharistiam recipiendi in manibus: nam consuetudo hæc in Ecclesia antiqua est, atque in aliis quoque Ecclesiis diu viguit. Dionysius Alexandrinus in Epistola ad Xystum Papam apud Eusebium *lib. 7. hist. Eccl. cap. 9.* ait *Qui ad sacram mensam adstiterit, & manus ad suscipiendum sacrum cibum porrexerit.* Basil. in Epist. ad Cæsariam Patriciam, *In Ecclesia*, inquit, *Sacerdos particulam tradit, detinet autem eam cum omni libertate is, qui suscipit, ac ita ori admovet manu propria*; Cyrillus *Catech. 5. Damascenus lib.4. de fide Orth. cap. 14.* aliique Græci Scriptores tradidere, communem fuisse Ecclesiæ Græcæ morem tradendi Dominicum Corpus in communicantium manibus usque ad octavum sæculum, a quo tempore adhiberi cepit cochlear, quo communicantibus, vivificum alimentum elargiuntur. Apud Nestorianos vero antiquus usus viget porrigendi in manus Eucharistiam, & Calicem ori admovendi: *rarus vero, & a recentioribus quibusdam Presbyteris, Missionariorum hortatu, usurpatus mos est, communionem Corporis in os communicantium tradendi*, inquit Assem. loco cit. Quamobrem injuria hac de causa damnantur.

Ac multo minus damnari debent ob Communionem sub utraque specie, quæ Latinæ quoque Ecclesiæ per plura sæcula communis fuit, quæque in universo Oriente viget. Imo & iis, qui in Italia sunt Græcis, in illis locis, in quibus ejusmodi ritus introductus est, & ad præsentem usque diem servatur, ac viget, permittitur: *ita tamen, ut sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi firmiter credant, ac propterea, quoad fructum attinet, nulla gratia ad salutem necessaria eos fraudari, qui unam speciem solam accipiunt: ubi vero præfatus ritus consuetudine hactenus receptus non est, Episcopis, quorum jurisdictioni* Græci subjiciuntur, *curæ sit, ne imposterum admittatur*, inquit Benedictus XIV. Const. *Etsi pastoralis*.

Nota. Circa Communionem sub utraque specie cavendum est, ne Orientales errent, aut credendo sub una tantum specie integrum Christum non suscipi, aut damnando Latinæ Ecclesiæ morem, aut tenendo divinum adesse præceptum de communicando sub utraque specie.

Quinto. Orientales etiam Pueris ante rationis usum, imo statim post Baptisma distribuunt. Consuetudo hæc, ut supra notavi, viguit olim & in Latina Ecclesia, atque Apostolica Sedes in iisdem Orientalibus, iis exceptis, qui sub Latinis Episcopis degunt, permittit, ac tolerat. Cavendum vero quam maxime, ne in puerorum communione quidquam occurrat, quo Sacramento injuria fiat, eaqu ehæresis e nonnullorum Orientalium mentibus eliminanda est, qua credunt, sine Eucharistiæ susceptione baptizatos pueros æternam assequi non posse beatitudinem.

Hic ex Encyclica sæpe laudata, hæc addimus. Quibusdam Ecclesiæ sæculis usus obtinuit, ut post Baptismum illico pueris Sacramentum Eucharistiæ administraretur; non quod id necessarium crederetur, sed ex mero ritu, ac vigente consuetudine; ut ex Tridentino Concilio eruitur *sess.21. cap.4.*, & magis etiam comprobatur ex eo, quod damnatum Armenorum errorem a Benedicto XII. etiam Rainaldus recenseat, quo putabant ad æternam puerorum salutem, & Baptismi iis collati validitatem, post Confirmationis Sacramentum, Eucharistiam etiam iisdem esse administrandam. In Occidentali Ecclesia a quadringentis, & amplius ab hinc annis hæc consuetudo cessavit. Apud Orientales vero Melchitas, Syros Armenos, Cophthos viget adhuc; atque etiam apud Græcos hæc disciplina servatur, inquit Arcudius *lib.3. de Sacr. Euchar. cap.11.*, sed aliqui ex ipsis paulatim eam deseruerunt, propter incommoda, quæ in præbenda pueris post Baptismum Eucharistia sequebantur. In Synodo etiam habita in Monte Libano 18. Sept. an. 1596. Patriarcha Maronitarum Sergio, *Can.7.* decretum fuit, ut caverent deinceps Sacerdotes universi, *ne quemquam ante rationis usum ad communionem Eucharisticam admitterent*. Idemque statuere PP. Concilii Zamosciæ an. 1720. §. 3. *de Eucharistia*, & Concilii Maronitarum in Monte Libano celebrati an. 1736. Quod etiam inculcantur Italo-Græcis Const. *Etsi Pastoralis &c.*

De Communione quoque sub utraque specie, nonnulla habet, quæ eruditionis causa, addimus. In Collegio Græcorum Romæ a Gregorio XIII. erecto, in quo Græcus ritus servatur juxta Collegii Const. ab Urbano VIII. confirmatas, Alumni debent quintadecima quaque die, necnon festis diebus solemnibus, & singulis Adventus, & Quadragesimæ Dominicis, Latinum ritum servare. In festis vero solemnioribus videlicet Paschatis, Pentecostes, & Nativitatis Domini, jubentur Eucharistiam Græco ritu suscipere, hoc est in fermentato, Sanguine intincto, ad quam rem perficiendam Sacerdos utitur parvo cochleari, quod infert in os suscipientis Eucharistiam, qui Ritus servatur etiam cum Græcis reliquis, qui prædictis diebus ad solemne Missæ Sacrificium conveniunt, aut qui aliis per annum diebus in Ecclesia Græci Collegii sibi Eucharistiam ritu græco administrari deposcunt. Italo vero Græcis in sæpe citata Const. *Etsi Pastoralis*, solum in illis locis Communio sub utraque specie permittitur, in quibus Ritus adhuc viget, in reliquis vero prohibetur. Gregorius XIII. Maronitarum Patriarchæ rescripsit, *Laici a Communione sub utraque specie petentes im arcendi sunt, totus enim Christus sub una specie continetur, & in usu Calicis magnum est periculum effusionis*, ut refert Thom. a Jesu *de Conv. Omn. Gen. pag.* 486. Hinc in Libanen. Concilio an. 1736. *part. 2. num. 21.* hujusmodi consilio inhærentes decrevere; *Ne Laico, vel Clerico in minoribus Ordinibus constituto Communio sub utraque specie tradatur, sed sub una tantum, panis nimirum. At Diaconis, ut Hostiam Sanguine intinctam a Sacerdotibus, in solemni præsertim Missa accipere possint, & valeant*, permiserunt, *modo absit cochlearis usus, quem omnino abrogandum statuerunt*.

Sexto. Cum in Tridentina Synodo *sess.* 13. *cap.* 8. statutum sit, *ut Laici a Sacerdotibus Communionem accipiant, Sacerdotes autem celebrantes seipsos communicent*. Id servari debet in utraque Ecclesia, ubi hæc consuetudo jam vigeat; sicubi vero antiquo more a Diaconis, jubente Episcopo, vel Presbytero, aut Eucharistia, aut Calix fidelibus tribui soleat, ut ab Orientalibus nonnullis, fieri solere fertur, ii damnandi non sunt, cum hæc consuetudo ab antiquis Patribus trahat originem.

EUNUCHUS, EUNUCHI.

NEmo abscissionem potest in se permittere, nisi de consilio Medici ad servandam vitam; & quamquam Theologi quidam admittant, ut possit quis in evirationem suam consentire ad vocis suavitatem servandam, ut dulcius in Ecclesia canat, atque inde victum sibi honestum procurare possit; adhuc tamen Theologorum id negantium opinio communis obtinuit. Disputant vero Canonistæ, num ex vi *cap. Significavit* sub tit. *de corpor. vitiatis*, Sacerdos, qui id in se commiserit, possit munus Diaconi, aut Subdiaconi in Missa exercere; certum est ex vi ejusdem Cap. Sacerdote m illum posse benedicere, Sacramenta Baptismi, Pœnitentiæ, Extremæ Unctionis administrare de licentia Episcopi: constat tamen Eunuchum hujusmodi incurrere notam Irregularitatis nec Episcopi inesse facultatem, ut det licentiam se evirandi. *De Syn. Diæc. lib.11 cap.17. §.4. & 5. nov. edit.* * 1

Alia de Eunuchis, vide verb. *Impedimenta Matrimonii, art. 2. n. 38. 39.* & verb. *Patria Potestas. n.27.*

EVI-

EVICTIO.

EVictio est rei propriæ, quam alius justo titulo acquisitam habet, apud Judicem recuperatio. *Est in re communis*. 1
Ex quo enim non semel contingat, quod etiam res alienæ v. g. furto ablatæ, vel ad alium justo titulo pertinentes, ipso vero Domino inscio, & invito vendantur, permutentur, vel alio modo alienentur; Hinc jura ad hujusmodi malitiis hominum obviandum, & sic injuste damnificatis succurrendum, statuerunt, quod quicumque fuerint sic injuste læsi, possint auctoritate Judicis, rem vere suam nondum præscriptam, iterum recuperare, & hæc recuperatio dicitur rei Evictio; Et quia per talem Evictionem, is, qui prius rem acquisiverat justo titulo v. g. emptionis, permutationis, receptionis in solutum pro debito, vel receptionis in dotem, & hujusmodi, eadem re licet juste possessa privatur, statuerunt quoque jura, quod ipse etiam possit se reddere indemnem agendo *ex empto* contra eum qui talem rem alienam sibi vendidit, permutavit, in solutum pro debito dedit, vel in dotem tradidit, & hujusmodi; & sic possit illum in Judicio cogere, ut pretium, ac interesse sibi restituat; *l.1. ff. de evict. l. Non dubitetur 6. Cod. de rerum permutation.*

Statim ac emptori lis movetur ad rem evincendam, tenetur venditor bonæ fidei emptorem defendere, litemque in se assumere, & propriis expensis prosequi, quamvis ad hoc specialiter se non obligaverit, dummodo tamen illum debito tempore emptor laudaverit, seu quod in Jure idem est, ei legitime intimaverit litem esse motam. Abbas *in cap. ultim. num.11. de emption. & vendit.* Bartol. *in l. Qui absentem 75. ff. de Procur.* cum aliis; *arg. l. Si plus 74. §. 2. ff. de Evict.* ibi: *Mota quæstione interim non ad pretium restituendum, sed ad rem referendam venditor conveniri potest*. Notanter autem dicitur in conclusione, quod emptorem defendere, litemque in se assumere teneatur venditor *bonæ fidei*; quia venditor malæ fidei, scilicet qui sciens rem alienam vendidit, non potest tuta conscientia litem assumere, & ipsam rem defendere, sed tenetur absque lite eam restituere proprio Domino. *Regul. Peccatum 4. de Regul. Juris in 6.* ibi: *Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum*, & pretium, & interesse restituere debet emptori decepto; *l. Servus 30. §. Si sciens, ff. de actione empti*. Venditor autem bonæ fidei, qui ex dictis tenetur emptorem defendere, & litem in se assumere, ad id non tenetur, nisi prius emptor eum laudaverit, seu litem esse motam legitime denunciaverit, *l. emptor, & l. empti actio 21. Cod. de Evict. & cap. Si venditori 7. de emption. & vendit.* ibi; *Si venditori post institutum contra se judicium quis omiserit ut rem venditam sibi defenderet, nunciare .... de Evictione juxta legitimas sanctiones* (scilicet juxta leges) *agere non valebit*. Denunciare venditori litem esse motam, idem est in Jure, ac laudare Auctorem; *l. Auctore laudato 7. Cod. de Evict. l. Tenetur, ff. de Actionib. Empti*. Romani enim vocabant *Auctorem* eum, a quo quis jus aliquod, seu causam possidendi habebat. *Regul. 175. de Reg. Juris*. Tunc autem rite fit talis denunciatio, seu venditor legitime laudatur, quando emptor venditorem expresse requirit, ut veniat, rem suam defendat, & motæ liti assistat. *Sic Communis* cum Molina *disp.* 380. *num. 9.* Covarr. *l.3. variar. resol. cap.17. num. 3.* Abbat. *in cit. cap. Si venditori 7. de emption. & vendit. numer. 3.* 2 3 4 5 6

Venditor, etsi in contractu specialiter non promiserit Evictionem, tenetur ad ipsam, postquam res vendita fuerit evicta; textu expresso *in leg. Non dubitetur 6. Cod. de Evict.* ibi; *Non dubitetur etsi specialiter venditor Evictionem non promiserit, re evicta, ex empto competere actionem*. Unde venditor tenetur re evicta restituere emptori totum pretium si tota res fuerit evicta, & partem solum, si pars tantum evicta sit; *l. 1. l. Bonitatis 13. l. Ex mille 64. princ. ff. de evict.* Immo venditor re evicta, non solum pretium, sed tenetur emptori restituere, & præstare totum id, quod ipsius emptoris interest, rem non esse evictam, textu expresso *in l. Titius 43. ff. de Actionib. empt.* ibi; *Non enim pretium continet tantum, sed omne, quod interest emptoris, & in l. Evicta 70. ff. de evict.* ibi; *Evicta re ex empto actio, non ad pretium duntaxat recipiendum, sed ad id, quod interest emptoris competit*. Nomine autem illius, quod interest, venit lucrum cessans, & damnum emergens; *l. Si Sterilis 21. §. 3. ff. de actionib. empti*: Unde si fundus alluvione crevit, augmentum illius est præstandum emptori; *l. Evict re 16. prin. ff. de Evict.* damni tamen jactura debet esse certa, & liquida, *l. Quemadmodum 19. §.3. ff. ad leg. Aquil.* simulque vera ex ipsa natura rei, & non ex privato emptoris affectu proveniens, textu expresso *in l. Pretia rerum 63. ff. ad l. Falcidiam*, ibi; *Pretium rerum non ex affectu nec utilitate singulorum, sed communiter junguntur, & in l. Si servum 33. ad leg. Aquiliam*, ibi *Non affectiones estimandas esse puto, sed quanti omnibus valeret*. Ad hoc autem, ut venditor actione evictionis teneatur & pretium, & interesse restituere, requiritur, quod emptor eumdem prius laudaverit, seu eidem legitime denunciaverit litem moveri. *Est communis arg. l. Emptor., & l. Empti actio 21. Cod. de evict. & cap. Si venditori 7. de emption. & vendit.*, Item requiritur quod sententia contra emptorem jam sit lata; *l. Si plus 74. §. . fin ff. de evict. l. Qui rem 3. Cod. eod.* & executioni mandata, *l. Habere 57. ff. de evict.* 7 8 9 10 11 12

Venditor bonæ fidei pluribus in casibus non tenetur de Evictione. Primo venditor bonæ fidei non tenetur de Evictione, quando non fuit laudatus ab emptore, seu quando emptor non ei denunciavit motam esse litem super re illa, ut videat, an velit illam defendere; *l. Empto, & l. Empti actio 21. Cod. de evict. & c. Si venditori 7. de emption. & vendit.* Non tamen prærequiritur hæc denunciatio, quando evidens, & manifestum est rem non fuisse venditoris, sed actoris, qui eam petit, itaut non possit ulla tergiversatione celari, & aperte constat nullam competere defensionem venditori. Colligitur *ex leg. Emptorem, in princip. ff. de action. empt.* & testatur de communi Covarr. *l.3. variar. resolut. cap. 3. num. 6.* Nec etiam prærequiritur denunciatio, quando emptor est minor; *arg. leg. Minor 3. Cod. in quibus causis in integrum &c.* Minor enim non privatur jure agendi contra venditorem in casu Evictionis, dummodo venditor aliunde sciverit litem moveri emptori. Neque etiam prærequiritur denunciatio, quando emptrix est Ecclesia, quia Ecclesia gaudet jure Minorum *cap. Requisivit, & cap. Auditis, de restitut. in integrum*, & est *communis*. Secundo venditor bonæ fidei non tenetur de evictione, quando res evicta est culpa Judicis sententia per injuriam lata, *cap. Si venditori 7. de emption. & vendit.* ibi; *Seu per injuriam sententia lata fuit, de Evictione juxta legitimas sanctiones agere non valebit*; concordat *l. Si per imprudentiam 51. in princip. ff. de evict.* ibi: *Si per imprudentiam Judicis, aut errorem emptor rei victus est; negamus Auctoris damnum esse debere. Aut quid refert, fordibus Judicis, an stultitia res perierit? Injuria enim, quæ fit emptori Auctorem non debet contingere*. Emptor tamen in tali casu agere potest contra Judicem, *l. 2. Cod. de pœna Judic. qui male judic. & princip. institut. de obligat. quæ ex quasi delicto*. Tertio venditor bonæ fidei de evictione non tenetur, quando emptor contumaciter abfuit tempore sententiæ promulgatæ, *cit. cap. Si venditori 7. de emption. & vendit.* ibi: *Vel contumaciter abfuit tempore sententiæ promulgatæ, de evictione juxta legitimas sanctiones agere non valebit*, & rationem dat Ulpianus *leg. Si ideo 55. princ. de Evict.* Magis enim propter absentiam victus videtur, quam quod malam causam habuit. 13 14 15 16 17 18

Quarto venditor bonæ fidei de evictione non tenetur, quando emptor præscribere rem potuit, & culpa sua, vel negligentia non præscripsit, *l. Si dictum 56. §. Si cum posset, ff. de Evict.* Quinto venditor bonæ fidei non tenetur de evictione, quando ipso absente emptor non appellavit a sententia; *l. Herennius 63. §. Quia, ff. de evict.* quod intelligendum est, nisi manifesta esset justitia sententiæ prolatæ, & actoris. Sexto venditor non tenetur de evictione, quando emptor litem motam definiri permisit per Judicem arbitrum, ad quem causæ cognitio non spectabat; *leg. Si dictum 56. §. Si compromisero, ff. de evict.* Septimo venditor non tenetur de Evictione, quando venditor sua culpa amisit rei possessionem, unde ex reo factus actor cecidit in causa proprietatis; *l. Si Rem, quam 29. ff. de evict.* Octavo venditor non tenetur de evictione, quando emptor tempore emptionis sciebat rem esse alienam, nisi adhuc expresse conventum fuerit, quod venditor de evictione teneatur; *l. Si Fundum 27. ff. de evict. l. Si fratres 7. Cod. communia Judic.* Nono venditor bonæ fide non tenetur de evictione, quando expressum fuit in contractu, ut de evictione non teneatur, tunc autem licet ad interesse, & damna non teneatur, tenetur tamen re evicta reddere pretium emptori, nisi hæc etiam obligatio expresse in contractu ablata fuisset, *l. Ex Empto 11. §. ultim. ff. de action. empt.* & ratio manifesta est, quia *ex regul. 85. Juris in 6. Contractus in Conventione legem accipere dignoscuntur*. Si autem venditor fuisset male fidei, idest sciens rem esse alienam, tunc de dolo tenetur, & totum pretium cum interesse restituere debet, 19 20 21 22 23 24 25

bet, etiamsi expresse convenerit quod de evictione non teneatur, nec quoad interesse, nec quoad pretium; idest quo ad nihil omnimode teneatur; *l. Tenetur 6. §. fin. de action.empt. l. Ex empto* 11. §.12. *ff. eod.* & ratio est, quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debet, *cap. Ex tenore 16. de rescript. cap. Ex litteris 2. de dolo, & contum. cap. Tuæ* 12. *de Cleric. non residentib. & l. in fundo, ff. de rei vindic. l. Cum hi, ff. de transact. l. Si Legatarius, C. de Legatis.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 DE materia evictionis, quæ frequentissima in Foro est, pro dignitate minime agit *Auctor*. Agendum igitur de ea paulo latius. *Evincere* in sensu juris importat rem ab alio possessam meliori jure demonstrato, imploratoque Judicis auxilio Possessori auferre. *Præstare* vero *evictionem* significat
2 præstare reparationem damni, quod Possessor rei ablatæ ex illa ablatione passus est, ut nempe possessor indemnis maneat; *Stryk in us. modern. Pandec. lib.21. tit. 5. §.1.*

3 Plura autem concurrant oportet, ut præstetur evictio. I. *Ut is qui evictionem passus est rem acceperit ex titulo oneroso.*
4 Hinc est, quod præstatur evictio in emptione & venditione,
5 *Leg.1. ff. de evict.* in datione in solutum, *L. 4. Cod. eodem*,
6 in permutatione *L.29. C. eod.* in divisione hæreditatis *L. 66.*
7 *§. ult. ff. eod.* in transactione *Leg.33. C. de Transact.* Sed vide
8 quando in transactione præstetur evictio apud Rotam *in Bo-*
9 *nonien. Pecuniaria 5. Junii* 1747. *cor. bon. mem. Vais*; in Lo-
10 catione, *Leg. 9. in princip. ff. Locat.* in divisione rei commu-
11 nis singularis, *L.10. §.final. ff. Commun. divid.* in Emphyteusi, in Feudo, & in omnibus contractibus innominatis, *Franzk ad tit. ff. de Evict. n.* 411. *& seq.*

12 In negotiis itaque lucrativis evictio minime præstatur. Inde
13 non præstatur in donatione, nisi fuerit promissa, *L.2. C. de*
14 *evict.* sed quando in donatione possit dici promissa evictio tradit Rot. *in Romana Pecuniaria 15. Februarii* 1743. *cor. Reverendiss. P. D. Bussio Decano*, vel donans fuerit in dolo; *L.*
15 18. §. 3. *ff. de donat.* Imo nec sufficit quod donans dolose egerit, & animo decipiendi sciens rem alienam donaverit, sed requiritur insuper ut donatarius magnos sumptus in rem donatam fecerit, ita ut de damno vitando non de lolo lucro captando certet, *Stryk. in us. modern. Pandect. lib.7. tit. 2.*
16 §.5. *Richter. dec.23. n.4.* Num præstanda sit in donatione evictio, si ea non a traditione, sed a promissione incipiat, vide dissentientes inter se DD. apud *Stryk. in us. modern. Pan-*
17 *dect. lib.2. tit. 2. §.6.* Cæterum in donationibus remuneratoriis, tum in illis quæ fiunt ob causam aliquam futuram, præ-
18 stattur evictio, propterea quod his in casibus aliquid onerosi vere subest, *Bruneman. ad Leg.18. ff. de donation. Richter. decis.23. num. 6.*

19 In Legatis nec præstatur regulariter evictio, *L. 77. §.8. ff.*
20 *de Legat.2.* Intellige tamen in legato speciei. Si enim genus
21 aliquod legatum fuerit, & hæres rem evincibilem seu alienam solverit, tunc Legatarius etiam ante evictionem agere
22 potest rem solutam esse alienam, *Leg. 29. §.3. ff. de Legat.*
23 3. Item intellige in legato ab ignorante Testatore facto. Quod si Testator sciens rem alienam legavit, tunc hæres de evictio-
24 ne tenetur, *L.10. Cod. de Legat.* modo Legatarius scientiam
25 hanc Testatoris probet. Intellige demum in legato personæ
26 extraneæ relicto; nam si res aliena ignoranter quidem legetur, sed tamen conjunctæ personæ, præstatur evictio, *Leg.*
27 *Quum alienam Cod. de evict.* Quænam autem dicatur conjuncta persona tradit *Guzman. de evict. quæst. 27. numer. 20. & sequent.*

28 II. *Ut proprio nomine & jure tradens rem illi cui evincitur*
29 *tradiderit.* Ex quo sequitur, quod Tutores, Curatores, Institutores, & Procuratores evictionem præstare non teneantur; *Stryk. in us. moderns Pandect. lib.21. tit.2. §.46.* Idem dic de Creditore vendente pignus, dummodo habuerit jus distrahendi pignus, ignoraveritque rem pignori subjectam
31 esse alienam; *Stryk. loc.cit. §.44. & sequent.* Num id ipsum procedat in marito uxoris bona vendente? Vide plures quos hic distinguit casus *idem Auctor eodem loco §.51. & sequen.*

32 III. *Ut res ipsa fuerit evicta*, quæcumque demum fuerit, sufficitque rem pro parte evinci, sive homogenea sive heterogenea; *Bruneman. ad L.36., & 56. ff. de evict. Franzk. ad dict. tit. de evict. n.20. & sequent.* Interest tamen utrum Uni-
33 versitates an singulæ res venditæ. Qui vendidit Universitatem, tenetur utique præstare evictionem, si integra universitas a tertio evicta sit, non item si res aliquæ singulares per modum evictionis ablatæ sint; *L.1. Cod. de Evict.* Declara tamen de venditione Universitatis *juris*, puta hæreditatis & peculii. De venditione vero gregis, bibliothecæ, aliarumque Universitatum Corporum, seu *facti* non conveniunt inter se Doctores. Placet hæc distinctio: Si universitas hæc *facti*, 34
per aversionem distrahatur, & ita singula corpora non vendantur, nec in illa pretium constituatur, non tenetur venditor præstare evictionem propter singulas res evictas. Sin autem dicta universitas *facti* sub certo numero capitum pretio 35
in quodlibet constituto vendatur, præstare evictionem tenetur venditor propter singulas res evictas; *Franzk. ad tit. de Evict. n.16. & seq. Engelbrecht ad eumdem titulum disp.* 13. §. 18.

IV. *Ut actu fuerit evicta*; *L.3. Cod. de Evict.* Cæterum si 36
in limine contractus immineat evictio, alter ad contractum implendum minime tenetur; *L.24. ff. de evict.* Quid si sola 37
possessio evicta? Confer *Stryk. in usu modern. Pandect. l.21. tit.2. §.43. tum Rot. in Tiburtina Evictionis 20. Junii* 1746. *cor. bon. mem. Vais.*

V. *Ut sit evicta sententia judiciali.* Unde si Possessor rei 38
mota ipsi controversia compromittat, & succubuerit, *nulla* (ait Paulus *in L.56. §.1. ff. de Evict.*) *actio de evictione danda est adversus Venditorem, quia compromissum* (hanc hujus dispositionis rationem subjungit idem Paulus) *nulla necessitate cogente factum.* Ex hac vero ratione facile est intelligere, 39
agere de evictione posse eum qui compromisit & succubuit, si statuto aut alio quoquo modo compromittere tenebatur; *Madæus ad tit. de Act. Empt. Rubric. Quando committ. stipul. num. 13. & sequent. Stryk. in us. modern. pandect. libr. 21. tit.2. §.10.* Quæri solet an & agere de evictione possit, si ven- 40
ditor evictionem promisit cum clausula generali: *Quomodo vel qualitercumque res evicta fuerit?* Affirmant *Franck. ad tit. de Evict. num.767. Hartman. Pistor. lib. 2. q. 10. n. 19.* Sed alii declarant, ut hoc casu ad pretium tantum, non item 41
ad duplum si tale promissum aut interesse agi possit; *Brunemann. ad L. 10. §.1. num. ff. de Evict.*

Nec evictio præstanda est, si res evicta sit per sententiam 42
Judicis incompetentis, in cujus jurisdictionem Emptor forte consensit; *Franzk. ad tit. de Evict. num.769. Balth. tit.8. resol.7. num. 6.* Item si Emptor transegit aut liti renunciavit; 43
Burgund. de Evict. cap.78. fer. per tot. Emptore vi dejecto 44
non est locus præstationi evictionis, & hoc procedere volunt doctores licet Venditor promiserit quod Emptorem de jure & de facto defendere velit: tum licet dixerit se velle teneri 45
quomodocumque res evincatur; *Mangil. de Evict. q. 19. fer. per tot.* Nec regulariter præstatur evictio erepta re per man- 46
datum Principis; *L. 11. ff. de Evict.* nisi venditor sciverit 47
Principem id facturum esse, & nihilominus hoc reticendo fundum alienavit. Vide *Stryk. juridic. dissert. vol.6. disput.* 48
de Princip. evincen.

VI. *Ut evicta sit res potiori jure evincentis*, quod contra- 49
ctum jam antecedit. Quapropter si res fuerit evicta ex re- 50
tractu, præstatio evictionis locum non habet, & quidem tametsi Emptor omne periculum in se susceperit; *Franzk ad tit. de Evict. num. 292.* Intellige tamen de retractu legali, 51
non item conventionali; Evicta enim re ex retractu conven- 52
tionali agitur de evictione, nisi ejus notitiam habuerit Emptor; *Brunemann. ad L.11. num. 8. ff. de Evict. Mev. par. 5. dec. 312. per tot.* Quid si emptor per injustam Judicis senten- 53
tiam fuit condemnatus? Negare videtur *Ulpianus in L. 51.* 54
in princ. ff. de Evict. At *Doctores* communiter dictum *Ulpiani* restringunt ad eum casum, si Judex nullo juris ordine servato, & velo levato Emptorem privavit. Adi *Stryk. in us. modern. Pandect. lib.21. tit. 12. §.13.* Re evicta culpa pos- 55
sessoris locum haud esse evictioni omnes intelligunt: & definitum est *in L. 34. & in L. 56. §.1. ff. de Evict.* Quando au- 56
tem res dici possit evicta culpa Possessoris, explicat *Stryk. loc. cit. §.14. & sequent.*

VII. *Ut legitime evictio præsens denunciata fuerit Auctori, vel ejus hæredibus, & quidem omnibus*; *L.29. §. ff. de Evict. L.9. Cod. eod. titul.* Fidejussori vero venditoris non est de- 57
nuncianda. Fieri debet denunciatio judicialiter, ita scilicet 58
ut in ipsa denunciatione Venditor de genere motæ litis instruatur, misso etiam libello & citationis exemplo. Potest vero 59
fieri quovis tempore, modo Auctori adhuc liberum sit, ut probationes, quas e re esse censuerit, pro lubitu afferre, & 60
præsentem possessorem hac ratione defendere queat. An fie- 61
ri possit in instantia appellationis? Et in quo judicio litis denunciatio fieri debeat? vide apud *Stryk. ubi supra §. 20. &* 62
21. Ces-

sat necessitas denunciationis, si pacto fuerit remissa, vel inutilis futura erat; Rot. *in Romana Reportationis Pecuniarum 9. Maji* 1748. *cor. bon. mem. Vais, & in Fæventina seu Ferrarien. Evictionis 15. Maji* 1748. *coram Illustrissimo Molin.*

63 VIII. *Ut præstatio evictionis non sit remissa.* Remittitur
64 ea vel Lege, ut si quid in ludo venditum sit; *L. 2. §. 1. ff. quarum rer. act. non dat.* & quidem sive venditio fiat Collusori, sive extraneo, modo hic sciat quod venditor pecunia ex re vendita redacta ad ludendum uti velit; vel pacto contrahentium tum expresso tum tacito; *Stryk. in us. modern. pandect. lib.21. tit.2. §.49.* ubi an ad pretium agi saltem possit.
65 Huc etiam pertinet quæstio, an si Emptor sciverit rem alie-
66 nam esse, eamque emerit, tacite remisisse intelligatur præstationem evictionis. Affirmant ex text. *in leg.27. Cod. de evict.*
67 *Brunemann. ad dict. leg.27. in fin. Codic. de Evict. Harman. Pistor. part. 2. q. 10. num. 22. Cald. de Empt. cap.11. num. 6.*
68 & ita quidem ut Emptor nec ad pretium agere valeat. At pretium repeti posse ex text. *in leg. ultim. Cod. Comment. de*
69 *legat.* tenet *Perez. ad Cod. hoc tit. de Evict. num.* 24. Omittendum vero haud est, *in dict. leg. ultima* agi de alienatione rei fideicommisso conditionali vel sub incerto die gravatæ, ubi jus vendendi pendente conditione, quæ deficere potest, ex legis permissione gravatus habet. Consule etiam in hac controversia Rot. *in Romana Evictionis 20. Januarii* 1749. *cor. Illustrissimo Caprar. Alm. Urb. Gubernat.*

70 His concurrentibus agunt ad evictionis præstationem Emptores & eorum hæredes, non item successores singulares ni-
71 si facta cessione. Agunt contra Auctorem & hæredes; *L. 9. & 24. Cod. de Evict.* ac fidejussor; *Leg. 4. princ. ff. eod. tit.*
72 *L.7. §. 18. Cod. pariter eodem.* Et si plures Auctores sint, contra singulos *in solidum*; *leg. 51. ff. final. ff. dict. tit.* Petitur vero Evictionis præstatio vel ex natura negotii, vel actio-
73 ne ex stipulato, & quidem in Foro Auctoris competenti. In effectu hæc subest differentia, quod in hac id tantum continetur quod est promissum. Illa est largior, & continet pretium rei, interesse, & damnum, sumptus litis, aliosque
74 quos ab Evincente servare non potuit. Quod æstimatio in actione ex Contractu bonæ fidei fiat secundum tempus evictionis, in actione vero ex stipulato attendatur tempus evi-
75 ctionis, *Franzk. ad tit. de Evict.* 857. *& plur. seq.* Et hac cum distinctione intelligi debet Rota, dum inquit, pretium solvendum esse spectato tempore evictionis, ut *in Romana seu Januen. officii vacabilis 16. Junii* 1743., *& 12. Maii* 1749. *cor. R. P. D. Elephant.*

EXAMEN, EXAMINARE, EXAMINARI, EXAMINATORES SYNODALES.

1 EXamen novum non est necessarium in permutationibus Ecclesiarum Parochialium; Sic decisum fuisse *a Sacr.*
2 *Congr. Concil. refert* Garzias *part. 9. cap.2. num.*165. Si vero adsit magna inæqualitas Parochianorum, aut permutantes non fuerint examinati eo tempore, quo Parochiales adepti sunt, aut permutationes sint de Beneficio simplici, & Curato, tunc licet non sit necessarius concursus, est tamen necessarium examen, ex citata decisione *Sacr. Congr. Concil.* relata a Gar-
3 zia *dict. part.9. cap. 2. num.* 165. Examen novum requiritur in quolibet ascensu, qui fit in aliquibus Ecclesiis, occurrente vacatione Canonicatus, ad quem solet institui antiquior portionarius, ad portionem antiquior Beneficiatus, ad Beneficium antiquior expectans. Sic resolutum fuisse refert Gar-
4 zias *de Beneficiis part.9. cap. 3. n.19.* Præsentati ad Beneficia simplicia absque prævio examine Episcopi institui non possunt ab iis, ad quos institutio spectat; Sic decisum fuisse re-
5 fert Garzias *d. part. 9. cap.3. n.19. ad 2.* Beneficia in Ecclesiis patrimonialibus, sive receptivis numeratis, & non numeratis, nullus consequi potest sine prævio examine, & approbatione Episcopi; Sic resolutum fuisse refert Garzias
6 *dict. part. 9. capitul. 2. numer.* 183. Examen delegari potest ab Episcopo, cui directæ sunt Bullæ alicujus simplicis Beneficii conferendi Clerico absenti, in forma dignum, præsertim si is longe absit, aut ægrotet; *Sacr. Congr. Conc.* teste Sel-
7 lio *in selectis Canonicis cap.21. n.* 70. Examen, & approbatio Vicariorum ad Curam animarum positorum in Ecclesiis unitis Ordini Sancti Joannis Hierosolymitani, ad Episcopum pertinet; *Sacra Congregatio Concilii in Augustana 4. Decembris* 1631.

8 Examinare non potest Episcopus ad Beneficium simplex il-
Ferrar. Biblioth. Tom.III.

lum, quem jam examinaverat pro Ordinis Sacri promotione; Sic resolvunt Garzias *d. part. 9. cap.3. n.15.* Homobon. de Bonis *de examine Ecclesiastico tract. 2. cap. 3. q. 33. in fine*, Barbos. supra Concil. *sess.7. cap.13. n.11.* & alii. An, & quatenus Episcopus possit Parochos rite ac recte semel approbatos, iterum, ac pluries examinare? Vide verb. Parochus *artic.* 1. *a n.21. ad n.28.* Examinatus in Curia, & idoneus re- 10
pertus ad Canonicatum Cathedralis, & de eo a Sede Apostolica provisus non debet ab Episcopo iterum examinari ad susciplendum Ordinem Sacrum Canonicatui annexum; *Sacr. Congr. Concil. die 12. Febr.* 1598. Examinandus non est ab 11
Ordinario super litteratura, seu idoneitate scientiæ, provisus per Sedem Apostolicam *in forma dignum* de Canonicatu, cujus Ordinem requisitum jam habet: ii vero qui Sacros Ordines nondum susceperunt, examinandi sunt, an illa habeant adjumenta doctrinæ, quæ ex præscripto Sacri Concilii Tridentin. necessaria sunt illi Sacro Ordini, qui Canonicatui, quem consequi volunt, erit annexus; sic decisum fuisse *Sac. Cong. Concil.* referunt Garzias de *Benefic. part. 6. cap. 2. n.234.* Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 13. n.7. & 8. & in Summa Apostolicar. dec. verb. Examen, Examinare n.* 10. & Fagnan. *lib.1. decretal. in cap. Accepimus 13. de ætat. & qualitat. n.14.* ubi dicit, sic a Sacra Congr. Concil. fuisse responsum Cardinali Borromæo.

Examinatus ad Beneficium, vel Officium non tenetur ad 12
aliud simile se iterum examini subjicere; Secus si ad majus, vel dissimile; Fagnan. *loc. cit. n.39.* ubi testatur sic probatse *Sacram Congr. Concilii*. Examinandi de novo sunt, & per 13
Ordinarium approbandi cœpti beneficiari in quolibet ascensu; *Sacr. Congr. Concil.* teste Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloss.34. n.* 74. Examinato, & approbato in Urbe ad Curam 14
animarum non posunt ab Episcopo Ordines denegari sub prætextu insufficientis litteraturæ; *Sacr. Congr. Episcop. & Regul. in Sutrina 26. Januar.* 1594. Generaliter approbatus ad 15
aliquod Officium in Curia non examinatur ad idem ab Ordinario; *Sacr. Congreg. Episcopor. & Regular. 15. Maji* 1647. Clerici degentes Romæ non possunt extra eam promoveri ad 16
Ordines sine examine, & licentia Eminentissimi Vicarii, ut ex sequenti Edicto. *Universis, & singulis Clericis, nunc, & in futurum pro tempore in Urbe commorantibus ad minores, vel Sacros, etiam Presbyteratus, Ordines promoveri volentibus, de mandato S.D.N. Alexandri Papæ VII. vivæ vocis oraculo de super facto, edicimus, & præcipimus, ne de cetero extra eamdem Urbem, etiam vigore litterarum dimissoriarium quorum Ordinariorum, vel cujusvis alterius facultatis ad dictos Ordines promoveri se faciant, nisi prævio examine ab Examinatoribus in Urbe deputatis, idonei reperti, & approbati fuerint, as a Nobis licentiam in scriptis obtinuerint. Qui secus fecerint ab Ordinum executione eo ipso suspensi sint, & existant, donec a S.D.N. Papa, & Sancta Sede Apostolica absolutionis, & habilitationis gratiam obtinuerint, pro ut alias tempore felic. recor. Clementis VIII. litteræ desuper publicatæ fuerant, & in Secretaria nostra semper publice affixæ permanserunt &c. 11. Augusti* 1656. *M. A. Episcopus Ierap. Vicesgerens.*

Examinare potest Episcopus Regulares prædicare volen- 17
tes in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt; *Sac. Cong. Concil. in vgentin. 22. Jan.* 1628. Clemens X. in Constitut. incipient. *Superna* ibi: *Posse autem Episcopum licentiam concessurum Regularibus in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt, prædicare volentibus, illos, quamvis ab Universitatibus, aut Magistratibus laicis nominatos, etiamsi Episcopi antecessores per tempus immemorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare, si ita ipsius arbitrio, quod moderatum, & discretum esse debet, visum fuerit, & licentiam prædicandi semel eisdem concessam ob rationabiles causas, licet occultas, prædicationem tamen concernentes suspendere.* Regulares prævio examine semel appro- 18
bati non possunt iterum ab eodem Episcopo examinari; Sic S. Pius V. Constit. incipient. *Romani Pontificis*, ibi: *Volumus tamen eos, qui semel ab Episcopo in Civitate, & Diœcesibus suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari.* Quod item declaravit Sacr. Congr. Concilii his verbis: *Congregatio Concilii censuit, Regulares ad audiendum sæcularium Confessiones in Civitate, & Diœcesi ab Episcopo prævio examine approbatos, iterum ab eodem examinandos non esse; ceterum posse iterum a Successore examinari juxta Constitutionem Sanctæ mem. Pii V. dat. octavo idus Augusti* 1571. & idem statuit Clem.X. in citat. Constit. *Superna §. 5.* ibi: *Regulares vero ad ejusmodi Confessiones audiendas prævio*

examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo; secus autem si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari, aut ab eisdem Confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari; nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat, de qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet, nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare; sed Sedi Apostolicæ duntaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. Superveniente tamen aliqua rationabili, & justa causa, quæ ipsas Confessiones concernat, possunt Regulares a Confessionibus audiendis suspendi, & iterum examinari ab eodem Episcopo, qui semel eos approbavit; Clemens X. in dict. Constitut. *Superna*, per allata verba, ibi: *Nisi nova superveniente causa, quæ ipsas Confessiones concernat*; & *Sacr. Congr. Concil.* quæ proposito dubio: „ An Regulares simpliciter in examine rigoroso semel approbati possint iterum examinari ab eodem „ Episcopo? die 7. Februarii 1654. censuit, Regulares simpliciter in examine rigoroso semel approbatos non posse „ iterum examinari, nisi nova superveniente causa „. Regulares pro Confessionibus excipiendis possunt examinari ab Episcopo, etiamsi sint Lectores, & Magistri in Theologia; S. Pius V. cit. Constit. incip. *Romani Pontificis*.

Quicumque Confessarius quantumvis Regularis simpliciter approbatus ab Episcopo Antecessore, potest iterum examinari. & si minus idoneus repertus fuerit, reprobari ab Episcopo Successore; Sic Pius V. in citat. Constit. incipient. *Romani Pontificis*, ibi: „ A successore autem Episcopo pro „ majori conscientiæ suæ quiete examinari de novo poterunt, „ & si minus idonei reperti fuerint, reprobari „. Item cit. *Sac. Congr. Concil.* per hæc verba: *Cæterum posse iterum a Successore examinari*. Et idem sanxit Urban. VIII. 20. *Augusti* 1629. & Clemens X. *in Cit. Constit. Superna* per illa verba: *Secus autem si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis approbatos*. Quamvis autem possint Confessarii Regulares iterum examinari ab Episcopo Successore, non tamen iterum examinari possunt a Vicario Capitulari sede vacante, nec ab ipso revocari potest eorum facultas, & approbatio habita ab Episcopo, seu Ordinario Defuncto, per abunde adducta verb. *Approbatio art. 1. a n. 54. ad 59.* Et neque Vicarius Apostolicus examinare potest approbatos ab Episcopo; *Sac. Congr. Conc. in una Civitatis Castellanæ 22. Februarii* 1592. Et multo minus Vicarius Generalis Episcopi; *Ead. Sac. Cong. in una Reatina 8. Junii* 1599. apud Niccol. *part. 2. Lucubrat. canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. n. 9.*

Examinatorum Synodalium electio fieri debet nomine, & cognomine, non vero titulo Officii, seu dignitatis tantum expresso; & Clero, Synodoque congregato nominatim, non autem in genere proponendi sunt, ut ab eodem adprobentur, alias illorum deputatio nulla esset; *Sac. Cong. Concil. in Syponina Concursus 14. Februar. 1693.* Rota *in Hortana Parochialis coram Molines 4. Maji 1693.* Monacell. *tom. 1. titul. 5. form. 3. n. 16.* cum multis aliis ibi citatis. Electio Examinatorum Synodalium facienda est Synodo formali, non autem in Congregatione Cleri, licet Congregatio Synodalis denominaretur, prout declaravit *Sac. Congr. Concil. in Concordien. 8. Maji* 1684. in qua cum fere per sæculum Judices, & Examinatores Synodales electi fuissent in Congregatione, quæ singulo anno convocabatur cum interventu Capituli, & omnium Parochorum sub denominatione Synodali, attento communi errore, & bona fide, Concursum, de cujus validitate dubitabatur, sustinendum putavit, addito, *Et ad mentem*, & mens fuit, quod injungeretur Episcopo, ut cogeret in futurum Synodum solemniter, & deputaret Examinatores Synodales. Examinatores, qui ab Episcopo propositi fuerint, possunt probari a Synodo tam per vota secreta, quam aperta, & Episcopus eum modum in probatione potest facere servari, quem magis expedire judicaverit; *Sac. Cong. Conc.* teste Piasec. *in praxi Episc. par. 2. c. 2. n. 4. & ead. S. Congreg. Concil. in una Fulginaten.* 3. Decembr. 1644. ad cap. 18. sess. 24. de reform. ubi ad dubium: *An electio seu approbatio Examinatorum Synodalium sustineatur, si non fiat per vota secreta?* Respondit *sustineri arbitrio Episcopi*. Examinatores ad minus sex debent eligi quotannis in Synodo Diœcesana, textu expresso in Tridentino *sess. 24. cap. 18.* ibi: *Examinatores autem singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab eo probentur*. Examinatores Synodales in Synodo ad summum viginti eligi posse, tenent Aldan. *in Compend. Canonicarum resolut. lib. 3. tit. 9. n. 29.*, & Barbos. super *Tridentin. loc. cit. n. 85. & in Summ. Apostol. dec. verb. Examinatores Synodales n. 4.* attestantes ita fuisse decisum *a Sac. Cong. Concil. in Cæsaraugustana 13. Martii* 1623.

Examinatores Synodales debent ad Sancta Dei Evangelia jurare se fideliter munus suum executuros, textu expresso in Trident. loc. cit. ibi: *Jurentque omnes ad Sancta Dei Evangelia, se quacumque humana affectione postposita fideliter munus executuros.* Hoc juramentum est de forma substantiali, eoque deficiente Examinatores non dicuntur legitimi, & Concursus factus coram eis ante præstitum juramentum est nullus; *Sac. Cong. Concil. in una Bisignanen. 2. Decembris* 1628. ubi censuit: *Concursus factos non præstito juramento ab Examinatoribus fuisse nullos; sed ex gratia convalidandos, facto verbo cum Sanctissimo, qui convalidavit, & confirmavit*, refert Barbos. supra *Concil. Trident. loc. cit. n. 105. & in tract. d. Parocho cap. 2. n. 78. & in Summ. Apostol. decis. verb. Concursus n. 18.* & tenent Doctores *communiter*. Et taliter est de forma substantiali juramentum, ut ipso deficiente ex parte unius solius Examinatoris vitietur totus actus, ut cum multis a se citatis tenet Card. de Luca *de Parochis disc. 3. n. 4. & dis. 37. n. 14.* Sufficit tamen, quod hoc juramentum sit semel præstitum sive in Synodo, sive extra Synodum. Non enim requiritur, quod juramentum præstetur in Synodo, ut communiter tradunt Garzias *de benefic. par. 9. cap. 2. num. 359.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 31. n. 94.* Pax Jord. *tom. 2. libr. 10. tit. 8. n. 133.* Card. de Luca *de Paroch. disc. 3. n. 6.* Gavant. *in praxi Synod. cap. 31. n. 8.* Pignatell. *tom. 1. consult. 13.* Monacell. *tom. 1. form. 7.* num. 3. & alii passim, & desumitur ex ipso Trident. *loc. citat.* quia cum ibi Concilium concedat posse eligi Examinatores etiam Regulares, qui non interveniunt in Synodo, manifeste colligitur, quod extra Synodum possint hujusmodi juramentum præstare, & fuit expresse decisum a Rota *in una Faven. Parochialis 28. Junii 1596. cor. Corduba*.

Examinatores Synodales non possunt quidquam prorsus occasione examinis nec ante, nec post accipere, alioquin Simoniæ vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrunt, a qua absolvi nequeunt nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur, textu expresso in Trident. *d. sess. 24. cap. 18.* ibi: „ Caveant, ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, „ nec ante, nec post accipiant; alioquin Simoniæ vitium „ tam ipsi, quam alii dantes incurrant, a qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam „ antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur „. Quacumque etiam immemorabili consuetudine non obstante, ut censuit *Sac. Congr.* teste Barbos. *de Offic. & potest. Episcop. allegat. 60. n. 52.* Examinatores non possunt quidquam pro labore, vel titulo stipendii ad sustentationem, ex fructibus Beneficii vacantis, vel alia ratione accipere; Garzias *de Benefic. part. 5. cap. 7. n. 11. & part. 9. cap. 2. numer. 374.* Riccius in *praxi part. 4. resol. 6. n. 4.* Barbos. *super Trident. l. cit. n. 107.* & alii. Non potest Ordinarius statuere aliquod stipendium, etiam minimum Examinatoribus deputatis in Synodo pro Concursu Parochialium, & si Synodus Diœcesana secus statuerit, decretum est irritum, & nullum; Sic decisum fuisse a *Sac. Congr. Concil.* referunt Garzias *dict. part. 9. cap. 2. n. 374.* Barbos. *super Trident. l. cit. n. 108. & d. allegat. 60. n. 53.* & alii. Examinatores privantur beneficiis antea obtentis, si occasione examinis, sive antea, sive post aliquid accipiant, etiam gratis, & liberaliter datum, & ad captandam benevolentiam, etiamsi res modica sit, & levis momenti; Nam a Trident. *l. cit.* prohibetur quidquam prorsus accipi occasione hujus examinis; sic resolvunt Garzias *d. part. 9. cap. 2. n. 390.* Riccius *in praxi d. part. 4. resolut. 76. numer. 3.* Barbos. *super Trident. loc. citat. numer. 109.* & alii.

Examinatores peracto examine debent eos ex communi sententia renunciare Episcopo, quos idoneos repererint. Sic decisum fuisse *a Sacr. Congr. Concil.* referunt Garzias *d. part. 9. cap. 2. n. 104.* Barbosa *super Trident. loc. cit. num. 100. & in Summ. Apostol. decis. verb. Examinatores Synodales num. 16.* & alii. Approbatus dicitur in concursu, qui ultra dimidium vocum fuerit consecutus, quamvis alius omnia suffragia prospera reportaverit; sic decisum fuisse *a Sacr. Congreg. Concil.* referunt Garzias *d. part. 9. cap. 2. n. 109.* & Barbos. *in Summ. postol. decis. verb. Examinatores Synodales num. 15. & super Trident. loc. cit. num. 116.* Examinatorum vota licet Concilium non expresserit an palam, vel secreto fieri debeant, magis tamen expedit, ut Examinatores palam inter se sua vota conferant. Deinde Notario jubeant, ut in actis suis simpliciter scribat Titium approbatum idoneum; Sejum vero reprobatum, ut fit Romæ. *Sacra Congreg. Concil.* penes Garziam *dict. part. 6. cap. 2. num. 107.* & Barbosam *in Summ. Apostol. decis. verb. Examinatores Synodales num. 17. & super Trident. loc. cit. n. 112.* Examinatores debent dare vota, dum simul congregati sunt cum Episcopo, non autem separatim, sicut etiam Episcopus, ubi datur locus accessui, debet accedere Examinatoribus simul congregatis. Garzias *d. part. 9. cap. 2. num. 58.* Massobrius *in praxi, Requisit. 4. dub. 4.* Barbosa *super Trident. loc. cit. numer. 113.* Card. de Luca *d. Paroch. disc. 1. num. 21. & 27. disc. 3. n. 7. & disc. 37. num. 19.* & alii.

Examinatores tenentur facere relationem, etiam circa mores, ætatem, & reliqua, & debent renunciare quotquot idonei judicati fuerint, Episcopus vero debet ex iis, qui renunciati fuerint, magis idoneum eligere. *Sacr. Congr. Concil.* apud Garziam *de benefic. part. 5. cap. 7. num. 11. & part. 6. cap. 2. num. 237. & part. 9. cap. 2. num. 108.* Barbosa *in summ. Apostolic. decis. verb. Examinatores Synodales num. 18.* Examinatoribus approbantibus aliquem tanquam magis idoneum in scientia, cujus tamen mores ignorantur, & habentibus alium non tam doctum, sed ab eis cognitum, & approbatum in omnibus, hic ultimus est præferendus. *Sacr. Cong. Concil.* apud ipsum Garziam *d. part. 9. cap. 2. num. 111.* Barbosa *loc. cit. num. 19.* Non pertinet ad Examinatores Synodales, sed ad solum Episcopum judicare quis ex concurrentibus ad parochialem vacantem sit magis idoneus. *Sac. Congreg. Concil.* testibus Zerola *in praxi Episcop. part. 1. verb. Parochia §. 2.* Armendar. *in addit. ad recop. Legum Navarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. num. 58.* Barbosa *loc. cit. num. 21.* Vide ad rem Card. de Lugo *tom. 2. disp. 33. sect. 5. num. 64.* Examinatores debent vota sua dare, sed Episcopus non tenetur ex collatione votorum eligere, potest enim, cui maluerit ex approbatis beneficium conferre, non habita ratione calculorum ipsorum votorum, & debet expectare ut Examinatores renuncient, quos judicaverint idoneos. *Sacr. Congr. Concil.* apud Massob. *in praxi habendi concursum, Rebuf. 4. dub. 4.* Barbosa *loc. cit. num. 20.* Idonei, & approbati dicuntur illi, qui habent majorem partem votorum favorabilium, quamvis minor pars eos reprobaret, minusque idoneos renunciaret, quoniam tamquam in actu capitulari, seu collegiativo major pars trahit ad se minorem, eamque suffocat, ita ut habeatur, ac si actus ab omnibus gestus esset; Et talis approbatio idoneitatis absque distinctione votorum facta dicitur eo ipso, quod quis habet majorem partem, quæ constituitur etiam per dimidium vocum, quod excedat medietatem. Sic Card. de Luca *de Parochis disc. 1. n. 18. & disc. 37. num. 20.*

Episcopus potest eligere etiam extra locum examinis, & absentibus ipsis Examinatoribus. Garzias *d. part. 9. cap. 2. num. 59.* Massobr. *dic. praxi requis. 5. dub. 20.* Barbosa *super Concil. sess. 24. cap. 18. num. 120.* Card. de Luca *de Parochis disc. 1. num. 20.* & alii. Episcopus in paritate votorum potest accedere quibus voluerit, ut si ex quatuor Examinatoribus, duo approbarunt, & duo reprobarunt, accedendo Episcopus, vel Vicarius duobus approbantibus, Examinatus dicitur approbatus, & si accedit reprobantibus dicitur reprobatus. Unde Episcopus ita accedendo potest aliquem ex non approbato facere approbatum ex declaratione *Sacr. Congreg. Concil. edita sub die 29. Aprilis* 1604. per quam casus decidituir in individuo tam circa adhæsionem, quam circa præelectionem, cujus tenor præcisus, ut refert Card. de Luca *de Parochis disc. 1. num 14. & 15.* est ut sequitur.

Dubium. *An existentibus duobus concurrentibus examinatis a quatuor Examinatoribus, quorum unus reportavit omnia vota favorabilia, alter vero duo tantum favorabilia, possit Episcopus sui voti accessione approbare secundum; ita ut cum hic secundus ultra dimidium, incluso voto Episcopi vota favorabilia habeat, sit judicandus idoneus, uti primus; ita ut liceat deinde Episcopo eligere ex his duobus, qui sibi magis idoneus videbitur?*

Die 29. Aprilis 1604.

Congregatio censuit, eum quoque, qui a duobus Examinatoribus approbatus, & ab aliis duobus reprobatus fuit, si Episcopus votis approbantium accesserit, quemadmodum ei licet per decretum Concilii cap. 18. sess. 24. approbatum intelligi, ac propterea posse etiam ad jus rochialem vacantem regendam Episcopi electione alteri præferri, si eo altero magis idoneum judicaverit.

In Diœcesi, in qua sunt duæ Cathedrales, unitæ, sunt deputandi in qualibet Examinatores distincti ab aliis alterius Cathedralis, *Sacr. Congregat. Concil. in Valvens. & Sulmonen. 7. Septembr.* 1650. Pignatell. *tom. 1. consult. 413.* Card. de Luca *de benefic. disc. 10. num. 17. de Parochis disc. 3. num. 5. disc. 37. num. 16. Annotat. ad Concil. disc. 32. num. 6.* & alii passim. Vide tamen verb. Synodus *num. 6.* Alia vid. *verb. Approbatio art. 1. a num. 47. ad fin verb. Beneficia art. 3. usque a num. 22. ad 54. & verb. Concursus art. 2. & 3. per tot.*

Additio ex Auctore.

Examinis pro collatione Ecclesiarum Parochialium habendi forma præscribitur a Benedicto XIV. tom. 1. Constitut. 68. incip. *Cum illud §. 7.* Vide tom. 2. *verb. Concursus in principio*. Examinis forma a Dataria Apostolica servata proponitur locorum Ordinariis. Idem *ibid. §. 7.* Examinatores judicium ferre debent, non solum de Doctrina, sed etiam de aliis qualitatibus requisitis in Parocho. Idem *ibid. §. 11.* Examen iterari non conceditur in judicio appellationis, nisi ex actis prioris examinis probetur gravamen, quoad doctrinam. Idem *ibid. §. 7.* Vide verb. *Concursus* ubi alia ad rem.

Examini Diœcesani Episcopi ante Ordinationem subjici debent etiam Regulares. Idem tom. 2. Constitut. 27. incip. *Impositi Nobis*.

Examinatorum Synodalium electionem fieri debere nomine, & cognomine, non vero titulo Officii, seu dignitatis tantum expresso, jam tradidi supra *num. 25.* ex decr. Sacræ Congr. Concil. quæ iterum novissime, cum in Synodo Diœcesana Policastrensi inter Examinatores Synodales deputatus fuisset etiam Vicarius Generalis Episcopi, sub solo nomine appellativo dignitatis Vicariatus, atque hic una cum aliis duobus Examinatoribus Synodalibus interfuisset concursui habito ad quamdam Parochialem *die 19. Septembris* 1745. concursum convalidavit ad cautelam, sed simul scribendum dixit Episcopo, Vicarium Generalem non posse deinceps Synodalis Examinatoris munus exercere, nisi proprio expresso nomine ad illud iterum deputaretur, ut refert Benedictus XIV. *de Synodo Diœcesi. lib. 4. cap. 7. num. 5.*

Examinatores Synodales durant usque ad novam Synodum, licet quodlibet anno non celebretur. *Sacra Congreg. Concil. in Imolen. 10. Decemb.* 1695. Si autem aut omnes, aut aliqui ex designatis in ultima Synodo moriantur, vel in longiqua recedant, tunc si saltem sex ex designatis remaneant, Episcopus istis uti debet, nec potest alios pro mortuis, aut e Diœcesi discessis substituere. Si vero sex saltem non superstint, tum ex Decreto Clementis VIII. relato a Garzia de Beneficiis *part. 9. cap. 2. num. 72.* & a Fagnano *in cap. Cum sit ars n. 14. de ætate & qualitat.* possunt Episcopi alios subrogare, dummodo præditi sint qualitatibus a Tridentino præscriptis, a Capitulo approbentur, & una simul ex electis in Synodo sex non excedant; & id fiat intra annum a Synodo celebrata, quo elapso talis facultas, & eorum auctoritas statim expirat. Idem *cit. lib. 4. cap. 7. num. 7. & 8.* Vide *tom. 2. verb. Concursus art. 2.*

Si ex Examinatoribus non subrogatis, sed in ultima Synodo electis sex superstites extent, omnes perseverant in Officio, & illis uti debet Episcopus in Concursibus ad Parochiales. At si vel unus ex illis decesserit, itaut ex electis in Synodo sex non remaneant, omnium eorum munus expirat, & nullo ex illis uti poterit Episcopus in dictis concursibus, ut censuit Sacra Congregatio Concilii apud Garziam *cit. c. 2. num. 73.* Fagnanum *loc. cit. num. 14.* Massobrium *in praxi habendi concursum requisit. 12. dub. 4.*, & refert idem Benedict. *loc. cit. num. 8.* qui *num. 9.* recte subjungit, quod elapso anno, & non existentibus sex Examinatoribus in Synodo electis, ut valide possit institui concursus, necesse est ut Episcopus, vel novam Synodum celebret, in qua sufficiens numerus Examinatorum eligatur, vel facultatem petat a Sacra Congregatione Concilii novos Examinatores extra Synodum deputandi; Alias si concursus fiat coram Examinatoribus extra Synodum designatis ab Episcopo, nulla ad hoc instructo speciali facultate, erit nullus; Hinc cum in Diœcesi Bracharensi plures Parochiales collatæ fuissent concurrentibus approbatis ab Examinatoribus extra Synodum deputatis ab Archiepiscopo cum consensu Capituli, opus deinde fuit, ut qui illas obtinerant preces porrigerent Summo Pontifici, ut suprema sua auctoritate earumdem collationes convalidaret; & Sac. Con-

gregat.

gregat. Concil. ad quam preces remissæ fuerant, *die 12. Januar.* 1715. illas convalidandas censuit, quia supplicantes bona fide Parochiales acceptaverant, atque ex Archiepiscopi attestatione constabat, multa exoritura scandala, si novus concursus ad illas foret indicendus, quod refertur in *Thesaur. Res. tom. 9. pag. 219. loc. cit. n. 9.*

Sacra Congregatio probe noscens non facile, ob varias causas, esse Episcopis singulis prorsus annis Synodum celebrare, ne idcirco legitimis careant Examinatoribus pro concursibus ad Parochiales, statim ac aliquis Episcopus ei exponit, sex ex electis in ultima Synodo non extare, facultatem ei concedit, eligendi novos a majori parte Capituli approbandos, quorum tamen munus duraturum decernit tantum ad annum; & iterum ad preces Episcopi illos in munere confirmat, quod, & deinceps semper in annum iisdem prorogat; Idem *ibidem num. 10.* ubi recte subdit, quod si Capitulum illos, quamvis ceteroquin idoneos, approbare recusaverit, licet Pignatellus, & P. Andreuccius ibi citati existement habendos esse nihilominus in tali casu pro approbatis, tutius tamen erit ad evitandas innumeras lites, & controversias solitas oriri in similibus casibus, ut tum Episcopus a Sacra Congregatione Concilii petat supplementum consensus sine justa causa a Capitulo denegati, ut de facto supplevit *in una Messanensi die 20. Septembris* 1645. similem nominationem, seu electionem Examinatorum Synodalium, quam Capitulum detrectaverat approbare, convalidando, ut apud Thesaurum *tom. 9. in Aversana Electionis Examinantoris Synodalis §. Urgente*, refert Eruditissimus Eminentissimus Cavalchinus, qui uti Secretarius dictæ Sacræ Congregationis Concilii *sub die 10. Januarii* 1739., *& 16. Maji ejusdem anni* 1739. instabat nomine Ordinarii Aversani pro simili supplemento denegati Capitularis consensus, ibi: *An nominatio Sacerdotis Cajetani Perusini in Examinatorem Synodalem facta ab Ordinario sit confirmanda, non obstante dissensu 10. ex 19. Canonicis in Capitulo intervenientibus, & suffragium ferentibus in casu &c.* Et cum perpensum fuisset, jam tum elapsum fuisse annum, quo præfatus Sacerdos exercere potuisset Examinatoris munus, cum ex supradictis talis facultas soleat concedi solum ad annum, Sacra Congregatio supervacaneum duxit causam definire, ejusque propterea discussione supersedit, cum solo rescripto, *Non proposita attento lapsu anni*; Sic apud dict. *Thesaurum tom. 9. in allegata Aversana sub die 16. Maji* 1739. Quod dictus *Benedictus loco citato numer. 10. allegat sub die 2. Martii* 1739. Examinatores in concursu Ecclesiæ Parochialis juris patronatus Ecclesiastici, solum idoneos, non digniorem designare debent; Idem *loc. cit. lib. 4. cap. 8. num. 7.* ubi multa tradit ad rem merito videnda, & observanda.

* Examinatotes congruentius suffragia ferunt palam communicando secum invicem, tum indicendo notario hunc, vel illum esse approbatum. In quam sententiam, quæ est Fagnani, inclinat Pontifex *loc. cit. c. 8. §. 4.*

In judicio Examinatorum nulla fert suffragia Episcopus, vel Vicarius loco Episcopi residens, nisi in casu paritatis votorum, aut si sint singularia tunc enim potest Episcopus quibus censuerit partibus accedere, sed hoc præstare debet tunc coram iisdem Examinatoribus. Ita ex Garcia, *ibid. §. 5.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 QUOD ait *Auctor num. 43.* Examinatores in concursu ad Parochiales referre debere non solum de doctrina, verum etiam de moribus, prudentia, ætate, aliisque ad regendum Ecclesiam Parochialem necessariis, hoc adeo verum est, ut si Examinatores de sola doctrina referant, concursus irritus sit, tum irrita facta subinde ab Episcopo collatio Parochialis Ecclesiæ, ut firmavit Rot. *in Cassanen. Parochialis 8. Martii* 1751. §. 3., *& 28. Junii ejusdem anni pariter §. 3. coram Illustriss. Migazzi.*

2 Idque procedit, etiamsi Examinatores inquisitionem dictarum aliarum qualitatum præter doctrinam commiserint notioni, & conscientiæ Episcopi, tum etiamsi oretenus Examinatores retulerint de dictis aliis qualitatibus, dummodo tamen ex actis non constet eos oretenus retulisse, & demum etiamsi contraria sit consuetudo, ut respondit Rot. *in dict. Cassanen. Parochialis 8. Martii* 1751. *a §. 5. ad finem, & 28. Junii ejusdem anni a §. 6. ad finem coram Illustriss. Migazzi.*

3

4

5 Nota vero, quod ut Examinatores dicantur retulisse tum de doctrina, tum de aliis qualitatibus, necessarium haud est, quod (sunt verba Rotæ *in dict. Cassanen. Parochialis 8. Martii* 1751. §. 6.) *Examinatores judicium super singulis qualitatibus concurrentium distincte, & singillatim proferre teneantur, quum satis sit earumdem qualitatum ab Examinatoribus habitam fuisse rationem per indefinitam orationem, qua concurrentes ad Ecclesiam regendam idonei renuncientur.*

EXCOMMUNICATIO.

ARTICULUS I.

Quoad excommunicationis esse, & divisionem.

EXcommunicatio est censura Ecclesiastica, per quam homo Christianus a Communione Ecclesiæ separatur; *cap. Omnis Christianus 32. caus. 11. quæst. 3.* Hæc censura inducta est in Ecclesiam propter potestatem ligandi Prælatis Ecclesiasticis traditam a Christo *Matth. 18. num. 17. Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus &c.* Et in praxim deductam ab Apostolo Paulo, qui 1. *ad Timoth. 1. in fine* quosdam incorrigibiles Satanæ tradidit, quem locum de Excommunicatione interpretatur D. Augustinus *in dict. cap. Omnis Christianus*; *quia extra Ecclesiam*, inquit, *Diabolus est, sicut in Ecclesia Christus*; *ac per hoc quasi Diabolo traditur, qui ab Ecclesiæ communione removetur.* Excommunicatio in Jure sæpius etiam anathema appellatur: anathema enim græce significat latine separationem alicujus a reliquis partibus; *Communis*. Licet autem Excommunicatio, & anathema essentialiter non differant, differunt tamen quoad solemnitatem. Nam Excommunicatio, vel incurritur ipso Jure, vel si ab homine infligitur, sola sententia Judicis Ecclesiastici in scriptis concepta, cum minori strepitu, quam anathema, procunciatur, ut colligitur *cap. 1. de sentent. Excommun. in 6.* Anathema autem infligitur cum majoribus cæremoniis ad majorem terrorem aliorum præscriptis *in cap. Debent 106. caus. 11. quæst. 3.* Debent enim in anathematis fulminatione duodecim Presbyteri circumstare Episcopum cum candelis accensis præ manibus, & sententiæ fulmine lato in terram ipsas projicere, & pedibus conculcare, variis aliis maledictionibus, & execrationibus verba libus huic solemni fulminationi adjunctis, ut colligitur *ex cap. Nemo Episcoporum dict. caus. 11. quæst. 3.* Et per hoc contumaces contra præcepta Ecclesiæ primum excommunicari, deinde vero crescente contumacia anathemate infligi jubentur; *cap. Cum non ab homine 10. de judiciis.*

Excommunicatio primo dividitur in majorem, & minorem; *cap. Si quem 59. de sentent. excommunicat.*, Major est censura Ecclesiastica, qua Christianus separatur a Communione Fidelium absolute, & simpliciter, sive privatur omnibus bonis communibus, scilicet Sacramentis Ecclesiæ, tam quoad administrationem, quam susceptionem, publicis suffragiis, & convictu, seu societate civili. Minor est censura Ecclesiastica, qua Christianus privatur solum passiva perceptione Sacramentorum; *dict. cap. Si quem 59. de sentent. excommun.* Excommunicatio simpliciter lata, sive a Jure, sive ab homine intelligitur semper de majori, uti expresse habetur *cap. Si quem 59. de sentent. excomm.* his verbis: *Si quem sub hac forma verborum* illum excommunico, *vel simili excommunicari contingat, dicendum est eum majori Excommunicatione ligatum esse.*

Secundo dividitur in Excommunicationem latæ sententiæ, & sententiæ ferendæ. Excommunicatio latæ sententiæ est ea quæ ipso facto incurritur, sive criminis perpetratione, sive sententia Judicis, ut si dicitur, præcipimus sub pœna excommunicationis, mox, ipso facto, ex tunc, statim incurrendæ, vel excommunicatur, communione privatur ipso jure, ipso facto, & aliis similibus verbis. Excommunicatio sententiæ ferendæ ea est, quæ quidem in jure jam statuta habetur, tamen a delinquente non statim, ipso facto ac delinquit, seu mandatum transgreditur, incurritur ante sententiam Judicis; sed primum debet a Judice infligi, ut si dicitur; prohibemus sub pœna excommunicationis, qui hoc fecerit, excommunicatur, excommunicationem incurret, & aliis similibus verbis, uti habent comuniter Canonistæ, & Moralistæ.

Tertio dividitur in excommunicationem, quæ fertur a Jure, & in Excommunicationem, quæ fertur ab homine. Quæ fertur a Jure est cum per Legem, Canonem, Constitutionem, seu decretum aliquid prohibetur, vel præcipitur sub pœna excommunicationis, seu Anathematis. Quæ fertur ab homine est illa, quæ propter aliquod delictum per Judicis sententiam delinquenti infligitur. Hinc patet supponi censuram in genere aliam esse a jure, & aliam ab homine. Prima dicitur, quæ per aliquod jus lata est, haberque rationem quasi legis perpetuo obligantis, donec per legitimam auctoritatem non revocatur: sic censentur quæ latæ sunt a Sac. Canonibus, ut in Bulla Cœnæ, Concilii &c. Secunda est quæ fertur ab actuali aliquo legitimo superiore quasi per modum præcepti transeunter obligantis ad aliquid faciendum, vel omittendum: unde hæc per mortem ferentis cessat; adeo ut qui tunc contrafaceret, nullam excommunicationem incurreret: at qui ante illius mortem contrafecisset, etiam post censura, quam idcirco incurrisset, maneret innodatus, & absolutione indigeret. Quarto dividitur in Excommunicationem reservatam, & non reservatam, & ut facilius ab omnibus secernantur, quænam sint reservatæ, & non reservatæ, distincte in distinctos articulos juxta distinctos personarum status subnectuntur.

Novæ Additiones ex aliena manu.

1 NUM excommunicatio Christianorum a Judaica excommunicatione originem traxerit, non conveniunt inter se eruditi. Affirmant *Selden. de Synedr. lib. 1. cap. 9.* Negat vero *Bohemer in decretal. lib. 5. tit. 39. §. 7.*

2 De variis excommunicationis speciebus, quæ tum antiquitus obtinuerunt, tum nunc obtinent, late agit *Van-Espen. jur. Eccles. univ. part. 3. tit. 11. cap. 3. per tot.*

3 De natalibus excommunicationis *ipso jure*, consule *Bohem.*

4 *in decretal. lib. 5. tit. 39. §. 57.* Et de natalibus excommunicationis *minoris* confer *Morin. de Administr. Sacrament. Pœnit. lib. 6. cap. 25.*

ARTICULUS II.

Excommunicationes, Summo Pontifici reservatæ in Bullæ Cœnæ.

EXcommunicationes reservatæ in Bulla Cœnæ, ideo tales dicuntur, quia Feria V. Cœnæ Domini leguntur, & publicantur omni anno in Capella Papali, & istæ sunt numero viginti, quæ ut facilius, & clarius ab omnibus percipiantur exhibentur hic, ut fuerunt publicatæ in Bulla a Clemente XI. edita tenoris sequentis.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda pro sui muneris Officio assidue versatur, tum potissimum in Catholicæ Fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conservanda maxime elucet. Nimirum, ut Fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinæ in nequitia hominum ad circumventionem erroris; sed omnes occurrant in unitatem Fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, neque se in hujus vitæ societate, & communione lædant, aut inter se alter alteri offensionem præbeat: sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tamquam unius Corporis membra Christo capite, ejusque in terris Vicario Romano Pontifice, Beatissimi Petri successore, a quo totius Ecclesiæ unitas dimanat, augeantur in ædificationem, atque ita, Divina gratia adjutrice, sic præsentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas sane causas Romani Pontifices Prædecessores nostri hodierna die, quæ anniversaria Dominicæ Cœnæ commemoratione, solemnis est, Spiritualem Ecclesiæ disciplinæ gladium & salutaria justitiæ arma per ministerium Summi Apostolatus ad Dei Gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam Fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, justitiam, Deo auctore, tueri, vetustum, & solemnem hunc morem sequentes.

I. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra, quoscumque Hussitas, Wiclefistas, Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Hugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & a Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, & cujuscunque sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ, scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quavis causa, publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore, nec non schismaticos, & eos qui se a nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

II. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cujusque status, gradus, seu conditionis fuerint: Universitates vero, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, seu mandatis nostris ac Romanorum Pontificum, pro tempore existentium, ad universale futurum Concilium appellantes, necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.

III. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, & Latrunculos Maritimos discurrentes mare nostrum, præcipue a monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & Defensores.

IV. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque Navibus tempestate, seu in transversum (ut dici solet) jactatis, vel quoquomodo naufragium passis, sive in ipsis Navibus, sive ex eisdem ejecta in Mari, vel in littore inventa cujuscumque generis bona, tam in nostris Tyrrheni, & Adriatici, quam in ceteris cujuscunque Maris regionibus, & littoribus surripuerint, ita ut nec ob quodcunque privilegium, consuetudinem; aut longissimi, & immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum, excusari possint.

V. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis nova Pedagia, seu Gabellas, præterquam in casibus sibi a Jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

VI. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Falsarios litterarum Apostolicarum etiam in forma Brevis, ac supplicationum, gratiam, vel justitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum, necnon falso publicantes litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, & etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

VII. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hæreticos per nostras, sive hujus S. Sedis sententias expresse, & nominatim declaratos deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stamnum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, ligamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam alio quacunque materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per se, vel per alios, de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos; necnon Hæreticos, in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, & favorem quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, quibusvis personis, Principibus, Rebuspublicis per nos, & Sedem prædictam hactenus concessis, de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

VIII. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seu invadentes eos, qui victualia, seu alia ad usum Romanæ Curiæ necessaria adducunt, ac etiam eos, qui, ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios, cujuscumque fuerint Ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, etiamsi Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate.

IX. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera, interficiunt, mutilant, spoliant, detinent; necnon illos omnes, qui jurisdictionem ordinariam, vel delegatam a Nobis, vel nostris Judicibus, non habentes, illam sibi temere vindicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

X. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes;

seu deprædantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem, causa devotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

XI. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos a suis Dioecesibus, Territoriis, Terris, seu dominiis ejicientes; nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium vel favorem.

XII. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios Personas Ecclesiasticas quascunque, vel seculares ad Romanam Curiam, super eorum causis, negotiisque recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorum Gestores, Advocatos, Procuratores, & Agentes, seu etiam Auditores, vel Judices, super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum hujusmodi occidant, seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliant; seu, qui per se, vel per alios directe, vel indirecte delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscumque præeminentiæ, & Dignitatis fuerint.

XIII. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, tam Ecclesiasticos, quam seculares cujuscumque Dignitatis, qui prætexentes frivolam quamdam appellationem a gravamine, vel futura executione litter. Apost. etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam justitiam concernentium, nec non citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum decretorum a Nobis, & a Sede prædicta, seu Legatis, Nunciis, & Præsidentibus Palatii nostri, & Camcræ Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Judicibus, & Delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut alias ad Curias seculares, & laicam Potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellationes hujusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, & sequestra, monitoria, & alia prædicta capi & teneri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine exequutioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii super hujusmodi litterarum, & processuum exequutioni instrumenta, vel Acta conficere, aut confecta, parti, cujus interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, Familiares, Notarios, Exequutores, & Subexequutores litterarum, citationum, monitorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant; carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis, & Regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per se, vel per alium, seu alios publice, vel occulte, quive alias quibuscumque personis in genere; vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel litteris impetrandis, ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel litteras a dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directe prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

XIV. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque, qui per se, vel alios, auctoritate propria, ac de facto quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis avocant, illorumve cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conventus, collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tamquam Judices interponunt; quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum, eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, a censuris, & poenis in illis contentis absolvi; vel statum, vel alias, compellunt, vel executionem litterarum, seu executorialium, processuum, ac decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum, ad id, favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes hujusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiamsi talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consiliarii, Ordinarii, vel Extraordinarii quorumcumque Principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, & Archiepiscopi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

XV. Quive ex eorum prætenso Officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque, Personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quarumcumque coram se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum, præter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, procurant directe, vel indirecte quovis quæsito colore; Necnon qui statuta, Ordinationes, Constitutiones, Pragmaticas, seu quævis alia decreta in genere, vel in specie, ex quavis causa, quovis quæsito colore, ac etiam prætextu cujusvis Consuetudinis, aut Privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, ordinaverint, & publicaverint, vel actis, & ordinatis usi fuerint; unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur, seu nostris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum juribus quomodolibet directe, vel indirecte, tacite vel expresse præjudicatur.

XVI. Necnon Archi-Episcopos, Episcopos, aliosque Superiores, & Inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Judices Ecclesiasticos Ordinarios quomodolibet hac de causa directe carcerando, vel molestando eorum Agentes, Procuratores, Familiares, necnon Consanguineos, & affines, aut alias impediunt, quominus sua Jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones, & Sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & Decreta Conciliorum Generalium, & præsertim Tridentini, statuunt; ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, aut alias Fori Ecclesiastici judicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam poenalia Ordinariis, & Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant; eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

XVII. Quive jurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad Nos, Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas Personas, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes, usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

XVIII. Quive Collectas, Decimas, talleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & aliis Personis Ecclesiasticis, ac eorum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Necnon qui per se, vel alios directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii potentatus quicumque etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquomodo Præsidentes, Consiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innovantes decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam aliis Conciliis Generalibus edita cum Censuris, & poenis in eis contentis.

XIX. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Exequutores, subexequutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu Criminalibus contra Personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa hujus S. Sedis Apostolicæ licentia, quique hujusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiamsi talia committentes fuerint Consiliarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vice-Cancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

XX. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directe, vel indirecte sub quocumque titulo, vel colore, invadere, destruere, occupare, & detinere præsumpserint in totum, vel in partem Almam Urbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ, Terras citra Pharum, Patrimonium B. Petri in Thuscia, Ducatum Spoletan., Comitatum Venayssinum, Sabinen., Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras speci alis commissionis Arnulforum, Civitatesque nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Civitates, Terras, & Loca, vel jura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictæque Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjecta; nec non supremam jurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem, de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt; necnon adhærentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes.

„ Volentes præsentes nostros processus, ac omnia, & „ quæcunque his litteris contenta, quousque alii hujusmodi „ processus a Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore „ existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effe„ ctus omnino sortiri.

„ Ceterum a prædictis sententiis nullus per alium, quam „ per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitu„ tus, nec etiam tunc, nisi de standO Ecclesiæ mandatis, „ & satisfaciendo cautione præstita absolvi possit, etiam „ prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuscum„ que Personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumvis „ Ordinum etiam mendicantium, ac Militiarum Regularibus, „ etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsis„ que Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & „ Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, „ Congregationibus, Hospitalibus, & Locis piis, necnon „ Laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excel„ lentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujus„ vis Concilii decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque „ scriptura in genere, vel in specie concessorum, innovato„ rum, aut concedendorum, & innovandorum.

„ Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus „ excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum „ alicui, absolutionis beneficium impendere de facto præ„ sumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, „ gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout „ expedie noverimus, processuri.

„ Declarantes, ac protestantes quamcumque absolutio„ nem, etiam solemniter per Nos faciendam prædictos ex„ communicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius a „ præmissis cum vero proposito ulterius similia non commit„ tendi destiterint, ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam „ libertatem, ut præfertur, statuta fecerint, nisi prius sta„ tuta, ordinationes, Constitutiones, pragmaticas, & de„ creta hujusmodi publice revocaverint, & ex Archiviis, „ seu Capitularibus, locis, aut libris, in quibus annotata „ reperiuntur, deleri, & cassari, ac Nos de revocatione „ hujusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, „ nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolu„ tionem aut quoscunque alios actus contrarios tacitos, vel „ expressos, ac etiam per patientiam, tolerantiam no„ stram, vel Successorum nostrorum, quantocumque tem„ pore continuatam, in præmissis omnibus, & singulis, ac „ quibuscumque juribus Sedis Apostolicæ, ac S. R. E. un„ decunque, & quandocumque quæsitis, vel quærendis „ nullatenus præjudicari posse, aut debere.

„ Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & „ litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus supradictis, „ vel eorum alicui, seu aliquibus aliis cujuscunque Ordinis, „ status, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fue„ rint, etiamsi, ut præfertur, Pontificali, Imperiali, Re„ gali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant „ dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, „ seu locis a prædicta Sede, ex quavis causa, etiam per „ viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia „ forma, & tenore, ac cum quibusvis clausulis, etiam de„ rogatoriarum derogatoriis conceSSis, etiam continentibus, „ quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non „ possint per Litteras Apostolicas, non facientes plenam, „ & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, in„ dulgentiis, indultis hujusmodi, ac de Ordinibus, locis, „ nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum,

„ mentionem, nec non consuetudinibus, etiam immemora„ bilibus, præscriptionibus quantumcumque longissimis, & „ aliis quibuslibet observantiis, scriptis, vel non scriptis, per „ quæ contra hos nostros Processus, ac sententias, quomi„ nus includantur, in eis se juvare valeant, vel tueri; quæ „ omnia quoad hoc eorum omnium tenores, ac si ad ver„ bum, nihil penitus omisso, insererentur, præsentibus pro „ expressis habentes penitus tollimus, & omnino revoca„ mus, ceteriSque contrariis quibuscunque.

„ Ut vero præsentes nostri Processus ad publicam omni„ um notitiam facilius deducantur, chartas, seu membra„ nas Processus ipsos continentes, valvis Basilicæ S. Joan. „ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe „ appendi faciemus, ut ii, quos Processus hujusmodi con„ cernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos „ ignoraverint, nullam possint excusationem prætendere, „ aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, id re„ manere incognitum, quod tam patenter omnibus publica„ tur. Insuper ut Processus ipsi, & præsentes litteræ, ac „ omnia, & singula in ejs contenta eo fiant notiora, quo in „ plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, univer„ sis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, „ Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prælatis ubilibet „ constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute san„ ctæ Obedientiæ districte præcipiendo mandamus, ut per „ se, vel alium, seu alios præsentes litteras, postquam eas „ receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, „ aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, „ dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, „ solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes redu„ cant, nuncient, & declarent.

„ Ceterum Patriarchæ, Archi-Episcopi, Episcopi, alii„ que locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prælati, necnon „ Rectores, ceterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri seculares, & quorumvis Ordinum Regulares, ad „ audiendas peccatorum confessiones, quavis auctoritate „ deputati translumptum præsentium litterarum penes se ha„ beant, easque diligenter legere, & percipere studeant. Vo„ lentes earumdem præsentium translumptis, etiam impres„ sis, Notarii publici manu subscriptis, & Sigillo Judicis „ Ordinarii Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in digni„ tate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eamdem prorsus fi„ dem in judicio & extra illud, ubique locorum, adhiben„ dam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent „ exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum li„ ceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathema„ tizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declara„ tionis, protestationis, sublationis, revocationis, commis„ sionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu te„ merario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumse„ rit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Pe„ tri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romæ 24. Martii 1701.

* Nota. Excommunicatio, de qua *sup.* §. *VII.* qua vetatur fidelibus deferre arma &c. ad Turcas, non afficit fideles. Turcarum imperio subjectos, qui imperantibus illis arma suppeditant, alio transvehunt, dummodo id peragant amoto animo iniquo nocendi fidelibus. Benedict. XIV. *de Synod. Diæc. lib. 13. c. 20. §. 6. n. ed.*

Ad postulata Episcoporum Albanensium rescriptum fuit a Congregatione de Propaganda Fide, mandante Pontifice, ne inquietarentur fideles, si navibus suis ad Turcas nullo bello inter Christianos & Turcas furente, transvehant sclopos majores, aut minores, gladios, plumbeas glandes, nitratum pulverem, chalybem, ferrum, aurichalcum, æs, funes, & alia ad naves bellicas instruendas idonea, adhibito tamen modo quoad numerum, & quantitatem, ut fieri ab illis solebat. Firmam tamen voluit prohibitionem transvehendi vel pacis tempore, vel belli mortaria, incendiarias pilas, tormenta bellica majora, plumbeos, aut ferreos majoris moduli globos, ipsosque sclopos ingenti numero. Quæ tamen facultas illis facta est, quia non aliter possunt victum sibi comparare, atrocesque persecutiones evitare. *Ibidem* §. 7. *

Articulus III.

Excommunicationes Summo Pontifici reservatæ extra Bullam Cœnæ.

Contra Prælatos Ecclesiæ.

1. PRælatos vexantes Censuris commorantes in servitio Papæ. *Extravag. 3. de Privileg.*
2. Prælatos trahentes personas Ecclesiasticas ad Forum Laicale. Martin. V. Constitut. incipient. *Ad reprimenda.*
3. Cardinales, qui per Simoniam ambiunt Papatum, aut cum aliquo tractant de eligendo Pontifice, dum actu vivit Pontifex. Paul. IV. Constitut. incipient. *Cum secundum.*
4. Cardinales aliquid ordinantes, seu disponentes contra Bullam Julii II. in electione Summi Pontificis Julius II. Constitut. incipient. *Cum tam Divino.*
5. Cardinales revelantes aliquid de actis secreto in Consistorio extante decreto Pontificis ne revelentur. Leo X. *in Concil. Lateranens. sess. 9.* & Pius V. Constitut. incipient. *Romani.*
6. Episcopos, aliosque Beneficiorum Collatores conferentes Beneficia Ecclesiastica post suspensionem contractam, admittendo eorum resignationes extra casus designatos, & ultra formam præscriptam. Pius V. Constitut. incipient. *Quanta est Ecclesiæ Dei.*
7. Administratores Episcopatuum, & inferiores Episcopis publicantes Indulgentias cum amplis privilegiis, & cum suspicione Simoniæ. Pius V. Constit. incip. *Quam plenum.*
8. Inquisitores male procedentes contra Hæreticos. *Clementina Multorum, §. verum de hæret.*
9. Prælatos, & Gubernatores Civitatum, & locorum Status Ecclesiastici recipientes munera præter comestibilia. Paul. II. Constit. incip. *Munera.*
10. Prælatos, & Officiales Pœnitentiariæ recipientes pro expeditione aliquid etiam sponte oblatum a partibus. Pius V. Const. incip. *In omnibus rebus.*
11. Prælatos, & Ministros Cameræ Apostolicæ non reddentes integre computa ejusdem. Paul. III. Constitut. incipient. *Cum sicut.*

Contra Clericos sæculares, & Regulares.

1. Inducentes ad jurandum de eligenda, vel electa non mutanda sepultura in eorum Ecclesiis. Clement. *Gupientes §. Sane, de pœnis.*
2. Participantes in divinis cum excommunicato a Papa; *Cap. Significavit, de sent. excommunic.*
3. Retinentes Beneficia in confidentiam. Pius IV. Constitut. incipient. *Romanum Pontificem*, & Pius V. Const. incip. *Intolerabilis.*
4. Procurantes alienationes bonorum Ecclesiæ. Paul. II. Constit. incip. *Cum in omnibus.*
5. Prædicatores non servantes decreta pro eis lata in Concilio Lateranensi Leo X. Const. incip. *Supernæ.*
6. Procurantes eligi in successorem Papæ. Leo X. *in Conc. Lateran. sess.* 5. Julius II. Constit. incip. *Cum tam divino.*
7. Absolventes sub prætextu privilegiorum a casibus Bullæ Cœnæ, vel Ordinario reservatis. *Decretum Sacræ Congr. Episcop. & Regular. a Clemente VIII. approbatum* 1602.
8. Consentientes usurpationibus Ecclesiarum. *Concilium Tridentin. cap.* 11. *sess.* 24. *de reformat.*
9. Trahentes Personas Ecclesiasticas ad Forum laicale. Martin. V. Constit. incip. *Ad reprimendas.*
10. Parochos, & Beneficiatos non adimplentes juramenta de residendo. Pius IV. Constitut. incipient. *Inter multiplices curas.*

Contra Regulares.

1. Euntes ultra mare sine licentia suorum Superiorum. *Extravag. ad Nostram, de Regular.*
2. Mendicantes transeuntes ad non mendicantes. *Extravag. Viam ambitiosæ, de Regular.*
3. Administrantes Sacramenta Extremæ Unctionis, & Eucharistiæ infirmis, vel matrimonia solemnizantes sine licentia Parochi. *Clement.* 1. *de privileg.*
4. Superiores non denunciantes Religiosos, qui sunt suspecti de hæresi Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum. Paul. V. Constitut. incipien. *Romanus Pontifex.*
5. Claustrales recipientes Minimos sine licentia Papæ. Julius II. Constitut. incipient. *Virtute conspicuos*, extra Bullarium.
6. Tertiarios portantes Habitum Minorum. Leo X. *Constitut. Licet alias*, extra Bullarium.
7. Clericos Regulares Societatis Jesu discedentes sine licentia a Societate, etiamsi prætextu melioris frugis transeant ad alium Ordinem, eorumque receptores, Charthusianis exceptis. Greg. XIII. *Constitut. incipient. Ascendente.*
8. Minimos subtrahentes se ab observantia Correctorum. Paul. III. Constit. incipient. *Cum sicut.*
9. Subornantes, & procurantes vota in electionibus, & complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes. Clemens VIII. Constitut. incipient. *Nullus omnino.*
10. Moniales exeuntes de clausura absque licentia Pius V. Constit. incipient *Decori.*
11. Dantes, & recipientes ob ingressum Religionis. *Extravagant. commun.* 1. *de Simonia.*

Contra Dominos temporales.

1. Dominos temporales, qui in terris eorum suppositis interdicto cogunt celebrare, & audire divina. *Clement. Gravis, de sentent. excommun.*
2. Judices, & Officiales trahentes Personas Ecclesiasticas ad Forum laicale. Martin. V. Constit. incipient. *Ad reprimendas.*
3. Officiales, ac Dominos temporales bannientes, seu mandantes banniri personas Ecclesiasticas. Urban. IV. Constit. incipient. *Quia sicut.*
4. Prohibentes subditis, ne vendant Ecclesiasticis; *cap. fin. de Immunit. Eccles.*
5. Officiales, & Dominos temporales percutientes, vel bannientes Episcopos, vel hæc mandantes, aut facta ab aliis ratificantes. *Clement.* 1. *de pœnis.*
6. Tractantes de novo Papa eligendo, vivente alio, stipulationes, promissiones, conventiones, & pacta facientes, eorumque complices, & Fautores, etiamsi Imperiali, & Regali fulgeant dignitate. Paul. IV. Constitut. incipient. *Cum secundum.*
7. Principes, & Dominos temporales concedentes locum, vel permittentes duellum in terris suis. Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap.* 19. & Clemens VIII. Constit. incipient. *Illius vices.*

Contra Omnes.

1. Falsarios litterarum Apostolicarum; *cap. Falsariorum, de crimine falsi.*
2. Habentes litteras Apostolicas falsas, & illas non destruentes; *c. Dura, de crimine falsi.*
3. Percutientes Clericum, vel Monachum *cap. Si quis suadente* 17. *qu.* 4.
4. Perseverantes per annum in excommunicatione lata a Delegato Papæ *c. Quærenti, de Officio Delegati.*
5. Incendiarios a Judice excommunicatos, & denunciatos; *c. Tuanos, de sent. excomm.*
6. Absolutos ab excommunicatione sub conditione, & non implentes; *c. Eos qui, de sentent. excomm. in 6.*
7. Vexantes eos, qui censuram in aliquos tulerunt; *c. Quicunque, de sent. excomm. in 6.*
8. Sacrilegos effractores Ecclesiarum; *c. Conquesti, de sentent. excomm.*
9. Eligentes potentem insignem in Senatorem Romanum; *cap. Fundamenta, de election. in 6.*
10. Communicantes in crimine cum excommunicatis a Papa; *cap. Nuper, de sent. excommun.*
11. Violantes interdictum modis prohibitis, *in Clementina Gravis, de sentent. excommun.*
12. Offendentes Cardinales: *cap. Felicis, de pœnis.*
13. Exigentes tributa a personis Ecclesiasticis; *c. Clericis, de immunit. in 6.*
14. Conspirantes in personam Pontificis, *Extravag. Etsi Dominici, de pœnit. & remiss.*
15. Exenterantes corpora defunctorum; *Extravagant. Detestandæ, de sepulturis.*
16. Falsificantes monetam Regis Franciæ; *Extravagant. Joann. XXII. Prodiens, de crimine falsi.*

17. Violantes interdictum Sedis Apostolicæ; *Extravagant. Etsi Dominici, de pœnit. & remiss.*
18. Offendentes Rectores, seu Præsides Provinciæ Marchiæ Anconitanæ; *Extravag. Joan. XXII. Dierum de pœnis.*
19. Taxantes opinionem de Immaculata Conceptione B. M. V. *Extravag. Grave, de Reliq.*
20. Simoniacos in Ordine, & Beneficio; *Extravag. commun. 2. de Simon.*
21. Dantes, & recipientes ob ingressum Religionis; *Extravagant. commun.* 1. *de Simon.*
22. Occupantes bona Cardinal. tempore Conclavis. Leo X. Constitut. 16. incip. *Temerariorum.*
23. Impedientes executionem litterarum Sacræ Pœnitentiariæ. Julius II. Const. incip. *Rationi congruit.*
24. Dantes, & recipientes pro gratia, aut justitia apud Sedem Apostolicam. Gregor. XIII. Constit. incip. *Cum ab ipso Pontificatus. Et Extravag.* 1. *de sentent. excomm.* Alexander VII. Constit. incip. *Inter gravissimas.*
25. Simulantes, & fingentes se alios esse pro obtinendis beneficiis a Dataria. Paul. IV. Const. incip. *Inter ceteras.*
26. Mittentes litteras, aut Nuncium in Conclavi, vel inde recipientes. Pius IV. Constit. incip. *In eligendis.*
27. Occupantes bona montium Pietatis, & locorum piorum. *Concil. Trident. sess. 22. c. 11. de reformat.*
28. Committentes duellum, vel illud consulentes. *Conc. Trid. sess. 25. c. 19. de reform.* Pius IV. Constit. incip. *Ea quæ.* Gregor. XIII. Constit. incip. *Ad tollendum*, Et Clemens VIII. Constit. incip. *Illius vices.*
29. Ambientes Papatum, ejusque causa Simoniam committent. Paul. IV. Const. tunc. *Cum secundum Apostolum.*
30. Mentientes personas in litteris Apostolicis, ut earum expeditionem gratis assequantur. Innoc. VIII. Const. incip. *Cum sicut*, & Leo. X. Const. 27. incip. *Inhærendo.*
31. Capientes, & retinentes Christianos habitantes inter Turcas, & eorum bona diripientes, aut remigare cogentes. Pius V. Constit. incip. *Licet omnibus.*
32. Suadentes Papæ, ut alienet, vel infeudet loca status Ecclesiastici. Pius V. Constit. incip. *Admonet nos.*
33. Non revelantes conspiratores, & insidiatores, contra Cardinales. Pius V. Constit incip. *In felicis.*
34. Committentes Simoniam confidentialem. Pius V. Constit. incip. *Intollerabilis.*
35. Publicantes indulgentias, & facultatem dantes eligendi Confessores iis, qui aliquid solvunt. Pius V. Constitut. incip. *Quam plenum.*
36. Violantes Ecclesiasticam immunitatem. Gregor. XIII. Constit. incip. *Cum alias nonnulli.*
37. Extrahentes frumentum, blada, legumina, & oleum extra statum Ecclesiasticum sine licentia. Paul. V. Constit. incip. *Inter gravissimas.*
38. Diripientes animalia, & alia bona, vel illa furantes ex statu Ecclesiastico. Gregor. XIII. Constitut. incip. *Non sine gravi.*
39. Docentes posse fieri Confessionem Sacramentalem in absentia per litteras. Clemens VIII. Constitut. incipient. *Sanctissimus.*
40. Impugnantes Institutum Societatis Jesu. Gregor. XIII. Constit. incip. *Ascendente.*
41. Facientes jurare illicita, & contraria libertati Ecclesiasticæ. Gregor. XIII. Constit. incip. *Inter Apostolicas.*
42. Accipientes, & retinentes fructus beneficii vacantis, vel impedientes beneficii possessionem non solventibus dulciaria, vel aliam solutionem. Pius V. Constit. *Durum nimis.*
43. Docentes, aut defendentes etiam disputative opiniones damnatas. Decreta Sac. Congreg. S. Officii annis 1665. 1666. 1679. 1690. emanata.
44. Feminas ingredientes Clausuram Monasteriorum Regularium. Pius V. Constit. incip. *Regularium.*
45. Feminas, sive masculos ingredientes septa Monasteriorum Monialium prætextu licentiarum in casibus non necessariis. Gregor. XIII. Constit. incip. *Ubi gratiæ.*
46. Examini se supponentes pro alio, ut beneficium impetret. Paul. IV. Constit. incip. *Inter ceteras.*
47. Furto subtrahentes ex Bibliothecis Ordinis S. Francisci de Observantia libros, quinterna, & folia. Pius V. Constitut. incip. *Cum sicut accepimus* 4. *Novembris* 1568. & Sixtus V. Constit. incip. *Cum sicut* 3. Octobris 1587. & hanc incurrunt subtrahentes etiam ex Bibliothecis aliorum Regularium.
48. Extrahentes libros, & mobilia Monasterii SS. Fabiani, & Sebastiani extra Muros Urbis. Clemens XI. Constit. incip. *Cum sicut.*
49. Extrahentes vasa, & ornamenta sacra ex Sacristia, & Ecclesia ejusdem Monasterii. Clemens XI. Constit. incip. *Cum sicut.*
50. Extrahentes libros, & scripturas ex publica Bibliotheca a Clemente XI institituta in Conventu Fratrum Ordinis Minorum Conventualium Civitatis Urbini Clemens XI. Constit. incip. *Cum nos.*
51. Extrahentes libros Bibliothecæ Conventus S. Mariæ Majoris Tyburis Ordinis Fratrum Minorum de Observantia. Clemens XI. Constit. incip. *Cum sicut.*

Articulus IV.

Excommunicationes nemini reservatæ.

Contra Episcopos.

1. VEnientes ad Urbem clanculo, & inde recedentes sine licentia Papæ *Extrav. 2. & 3. de Major. & obedient.*
2. Usurpantes Prælaturam in Civitate diversarum linguarum; *c. Quoniam §. Sed si, ff. de Offc. Ordinarii.*
3. Permittentes habitum Fraticellorum, *Extravag. Sancta Romana Joann. XXII. de Religiosis Domibus.*
4. Litteras a Regibus, & Principibus impetrantes ad dignitates obtinendas. Pius V. Const. incip. *Et si Romæ.*

Contra Clericos.

1. Contrahentes matrimonium si sint in Sacris. *Clement. unic. de consanguin.*
2. Audientes medicinam, aut legem, si sint Sacerdotes, vel personatum habentes; *c. Super specula, ne Clerici, vel Monachi.*
3. Usurpantes munus Sacramenta administrandi in Civitate diversarum linguarum, & rituum; *c. Quoniam, de Officio Ordinarii.*
4. Impugnantes in Concionibus, vel disputationibus Montes pietatis. Leo X. Constit. incip. *Inter multiplices.*
5. Ficte resignantes, vel permutantes beneficia. Pius V. Constitut incip. *Quanta Ecclesiæ.*
6. Interessentes agitationibus taurorum, si sint in sacris, vel beneficia obtineant. Pius V. Const. incip. *De salute.*
7. Sacerdotes recipientes Præfecturas sæculares, & non desistentes ab illis post monitionem; *c. Clericis, ne Clerici, vel Monachi.*
8. Procurantes, ut alii occupent jura, & bona Ecclesiarum vacantium: *c. Generalis, de election. in 6.*
9. Alienantes bona Ecclesiarum, vel locantes ultra triennium. *Extrav. Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienand.*

Contra Regulares.

1. Instituentes novum Ordinem sine licentia Papæ; *cap. unic. de Religiosis domib. in 6.*
2. Professos temere habitum dimittentes; *c. 2. ne Clerici vel Monachi in 6.*
3. Adeuntes Curias Principum, ut suis Religiosis damnum inferant. *Clem. Ne in agro, de statu Monach. §. Quia vero.*
4. Tenentes arma intra claustra sine licentia. *Clem. Ne in agro, de statu Manach. §. Quia vero.* Vide verb. *Arma n. 4. 5. & 6.*
5. Mendicantes recipientes novas domos, & receptas alienantes. *Clementin. Cupientes, de pœnis*
6. Non servantes interdictum sive a Papa, sive ab Ordinario positum, quando observatur ab Ecclesia principali loci. *Clement.* 1. *de sent. excomm.*
7. Usurpantes decimas Ecclesiis debitas, seu non permittentes, vel dissuadentes illas solvi. *Clem.* 1. *de decimis.*
8. Delinquentes in visitatione Monasteriorum Monialium contra Constitutionem Alexandri VII. incip. *Felici Sacrarum Virginum.*
9. Minores transeuntes ad Cappuccinos, & hos illos recipientes absque licentia Sedis Apostolicæ. Sixtus V. Const. incip. *Pro ea.*
10. Cruciferos requirentes favores pro dignitatibus consequen-

sequendis. Clemens VIII. Const. incip. *Quoniam*, & circa hoc advertendum est, quod etiam alii Regulares habent speciales Constitutiones. Immo idem Clem. VIII. Constit. incip. *Nullus omnino* pro reformatione Regularium §.35. relinquendo in suo robore Censuras, & pœnas contra hujusmodi ambientes ab aliis Pontificibus inflictas, addit ultra ipsas pro omnibus Regularibus pœnam privationis officiorum, & perpetuam inhabilitatem ad futura, reservando sibi, & suis successoribus dispensationem.

Contra Dominos Temporales.

1. Retinentes nomen Vicarii Imperatoris vacante Imperio. Extrav. *Joann. XXII. Si fratrum, Ne Sede vacante.*

2. Præcipientes subditis, ne quidquam vendant Ecclesiasticis, aut aliqua alia beneficia, & obsequia eis præstent; *cap. Eos, qui de immunit. Eccles. in 6.*

3 Impedientes Episcopos, vel Inquisitores in Officio Inquisitionis, *Cap. ut Inquisitionis, de hæret. in 6.*

4 Concedentes repræsalias contra Ecclesiasticos. *cap. 1. de injuris in 6.*

5 Permittentes agitationes Taurorum in suis Terris. Pius V. Const. incip. *De salute.*

6 Non servantes statuta *in cap. Felicis, de pœnit. in 6.* contra persecutores Cardinalium. S. Pius V. Constit. incip. *Infelicis*,

Contra Magistratus, & Judices.

1 Facientes servari statuta, & consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam. *Cap. Noverit, de sent. excomm.*

2 Negligentes reddere justitiam Ecclesiasticis post tertiam admonitionem. *Cap. Administratores 23. qu. 5.*

3 Extorquentes pecunias prætextu Officii Inquisitoris. *Clement. de hæretic.*

4 Potestates, & Officiales Communitatum usuras foventes, & approbantes. *Clement. unic. de usur.*

5 Permittentes portare arma breviora tribus palmis in Statu Ecclesiastico. Pius V. Constit. incip. *Cum vices.*

6 Non parentes Cardinalibus Inquisitoribus in Officio ipsorum. Pius V. Const. incip. *Sanctissimus.*

7 Rectores Universitatum promoventes ad Doctoratum, vel professores ad Cathedras non facta prius fidei professione. Pius V. Const. incip. *In Sacrosancta.*

8 Auxilium non præstantes Episcopis pro conservanda Clausura Monialium. *Concil. Trident. sess. 25. cap. 5. de Regularibus, & Monial.*

Contra omnes.

1. Vexantes Ecclesiasticos, vel eorum consanguineos, quia non elegerint eum, pro quo rogabantur. *Cap. Sciant cuncti, de elect. in 6.*

2. Præsidentes, & directores Monialium ponentes, vel nutrientes discordias in election *Cap. Indemnitatibus §. Postremo de election. in 6.*

3. Conducentes Bononiæ domos alterius Scholastici, vel Doctoris ante tempus conductionis elapsum. *Cap. 1. de locato.*

4. Habentes ratas ordinationes factas a Schismaticis. *Cap. 1. de schismat.*

5. Extorquentes revocationem, vel absolutionem a Censuris per vim, & metum. *Cap. 1. de iis, quæ vi, & metu in 6.*

6. Judices accedentes ex causa ficta ad mulieres pro excipiendo testimonio. *Cap. 2. de judic. in 6.*

7. Procurantes, ut Conservatores Regularium se intromittant in aliis causis, quam in manifestis injuriis & violentiis. *Cap. fin. de offic. delegat. in 6.*

8. Occupantes, & usurpantes prætextu defensionis bona Ecclesiæ vacantis. *Cap. generali, de elect. in 6.*

9. Alloquentes secreto Cardinales, dum sunt in Conclavi. *Cap. Ubi periculum, §. Nulli de elect. in 6.*

10. Impedientes sequestrum factum ab Ordinario super beneficia, vel fructus occupantes. *Clement. unica, de sequestr. possess.*

11. Mandantes interfici Christianum per assassinos. *Cap. 1. de homicid. in 6.*

12. Sepelientes hæreticos scienter in loco sacro. *Cap. 2. de hæret. in 6.*

13. Compellentes Ecclesiasticos, ut submittant laicis jura Ecclesiæ; *cap. 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis in 6.*

14. Sepelientes tempore interdicti, vel nominatim Interdictos, publicos Excommunicatos, aut Usurarios manifestos scienter in loco sacro. *Clement. 1. de sepultur.*

15. Exigentes pedagia ab Ecclesiasticis personis. *Cap. Quamquam, de cens. in 6.*

16. Doctores, sive magistros docentes Legem, vel Medicinam Religiosos. *Cap. 2. Ne Clerici, vel Monachi.*

17. Concedentes repræsalias, vel concessas extendentes contra Ecclesiasticos. *cap. unic. de injur. in 6.*

17. Profitentes falsam Religionem Fraticellorum. *Extravag. Sancta Romana Joan. XXII. de religiosis domibus.*

19. Impedientes Visitatores Monialium. *Clement. Attendentes, de statu Monach.*

20. Vexantes Sanctum Officium. Pius V. *Constit. incip. De protegendis.*

21. Cogentes, vel impedientes fœminas ingredi Monasteria. *Concil. Trident. cap. 18. sess. 25. de Regular.*

22. Raptores mulierum, & fautores. *Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de Reformat. Matrimonii.*

23. Cogentes injuste matrimonium. *Concil. Trid. sess. 24. cap. 9. de reform. Matrimonii.*

24. Pingentes, vel colorantes Agnos Dei. Greg. XIII. Const. inc. *Omni certe studio.*

25. Imprimentes libros absque licentia superiorum. Conc. Lateran. sub Leone X. Constitut. ejusdem 12. incip. *Inter sollicitudines.*

26. Edentes Glossas in Concil. Trid. Pius IV. Constit. incip. *Benedictus.*

27. Asserentes non esse necessariam Confessionem ante sumptionem Eucharistiæ. *Concil. Trident. can. 11. sess. 13. de Sacrament. Eccles.*

28. Assumentes statum Beguinarum. *Clem. 1. de Religiosis domibus.*

29 Contrahentes matrimonium in gradibus prohibitis, vel cum Monialibus. *Clement. unic. de consanguinitate.*

30. Impugnantes Litteras Papæ non coronati. *Extrav. ult. de sentent. excomm.*

31. Falso affirmantes matrimonia Filiorum familias sine consensu Parentum contracta esse irrita, ac Parentes ea rata, vel irrita facere posse. *Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de refom. Matrimonii.*

32. Abortum fœtus animati procurantes, Greg. XIV. Constit. inc. *Sedes Apostolica*, in qua moderatur rigorem Constitutionis Sixti V. inc. *Effrænatam*, Excommunicationem Papæ reservatam impotentis nedum pro abortu fœtus animati, sed etiam inanimati.

ARTICULUS. V.

Excommunicatio quoad eos, qui possunt, vel non, Excommunicare, & Excommunicari.

1 EXcommunicare possunt (ultra Summum Pontificem, qui hanc facultatem habet super omnes Fideles in toto Orbe) Episcopi, aliique Ordinarii in suis respective Territoriis, & Diœcesibus; *cap. Perniciosam 1. & cap. Conquerente 16. de Offic. Ordinar. & Concil. Trid. sess. 6. cap. 3. & sess. 14. cap. 4. de reformat.* * Nota tamen, quod si Episcopus excommunicationem aliquam tulerit per legem generalem incurrendam a transgressoribus, declaretque illos statim fore evitandos, licet publice ac nominatim denunciati non sint, quia facti notorietate dignoscitur illos in Excommunicationem incidisse; excommunicatio ista nequaquam sustinetur, cum repugnet Constitutioni Martini V. *Ad evitanda*, quidquid in oppositum sentiat Fagnanus in *Cap, Quod a Prædecessore, num. 55. de Schism.* De Synod. Diœces. *lib. 7. cap. 68. §. 4.* Cardinales in Ecclesiis tui Tituli; *Cap. His quæ* 3
11. *de majorat. & obed.* Legati Sedis Apostolicæ in Territorio suæ Legationis; *cap. Novit. 7. de Officio Legati, & cap. Legatos 2. eod. in 6.* Capitula Cathedralium Sede Vacante; *cap. Episcopali sede vacan. unic. de majoritat. & obedient. in 6.* Vicarius Generalis, non solum Episcopi, sed etiam 6
Capituli Sede Vacante; *cap. Venerabilibus 7. de sent. Excom. in 6.* Prælati, & Præpositi Ecclesiarum Collegiatarum, & 7
alii

alii habentes jurisdictionem in foro Ecclesiæ externo; *arg. cap. Quærenti 20. de verbor. significat. & cap. Cum medicinalis 1. de sent. Excomm. in 6.* Abbates. & reliqui Superiores 8
Regulares non solum Generales, & Provinciales, sed etiam per se loquendo locales, scilicet Priores, Præpositi, Rectores, Guardiani, & alii hujusmodi respectu suorum subditorum; *cap. Cum in Ecclesiis 10. de majoritat. & obed. cap. Ea,* 9
quæ 8. de statu Monach. cap. Sicut tuis 33. de Simonia. Et demum Concilia Generalia, & Provincialia in sua Provincia, aut Natione, sicuti & Capitula, seu Congregationes tum Generales, tum Provinciales omnium Regularium. Suarez *de censuris disp. 2. sect. 2.* Navarr. *in Manual. cap. 27. num. 5.* Palao *tract. 29. disp. 1. sect. 4. a num. 2.* & alii passim.

10 Excommunicare non possunt Laici, *arg. c. Decernimus 2. de*
11 *judic. & est communis.* Nec mulieres etiamsi sint Abbatissæ Monialium; *cap. Dilecta 12. de Major. & obed.* quia Officium clavium non cadit in sexum femineum. Glossa communiter recepta
12 *in cap. Nova, de pœnitent. & remiss.* Nec Clerici conjugati durante conjugio, & ideo Vicarii Episcopi esse non possunt. Savr. *de censuris lib. 1. cap. 5. n. 12.* Monacelli *tom. 3. in princip. n. 52.*

13 Excommunicari possunt solummodo Christiani viatores graviter, & contumaciter delinquentes, rationis capaces, & jurisdictioni Judicis ferentis Excommunicationem subjecti.
14 *Sic communiter Doctores*, & ostenditur inductione. Dicitur primo *solummodo Christiani*, quia Judæi, Pagani, Saraceni, aliive Infideles, ex quo non sint baptizati, & per hoc nec Ecclesiæ potestati subjecti, nulli Ecclesiasticæ censuræ subjiciuntur, ut colligitur ex 1. *ad Corinth. cap. 5.* ibi: „ Quid enim
15 „ mihi de iis, qui foris sunt judicare „? Unde Hæretici, Apostatæ, atque schismatici, ex quo sint baptizati, & Christi fidem semel susceperint, possunt excommunicari, *argum. cap. De Judæis 5. dist. 45. cap. Majores 3. de Baptismo*, & de facto quotannis excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini,
16 ut patet in *ejus §. primo*. Dicitur secundo *viatores*, seu in terris viventes, quia mortui non possunt excommunicari, ut ex verbis Domini expresse probat Gratianus *cauf. 24. q. 2.* „ ibi: „ Quod autem post mortem nullus excommunicari va„ leat, vel absolvi, ex verbis Evangelii monstratur, quibus „ dicitur: Quodcumque ligaveris super terram &c. super „ terram, *inquit*, non sub terra, ostendens, quod viventes „ pro varietate suorum meritorum solvere possumus, & li„ gare, de mortuis autem sententiam ferre non possumus, sed ut inquit Leo I. relatus in *c. de Communione 1. cauf. 24. q. 2. Horum causa Dei judicio reservanda est.* Et ut inquit Gelasius Papa relatus in *cap. Ne quisquam 4. d. cauf. 24. q. 2.* „ De eo, qui in Divino Judicio est constitutus, nobis fas non „ est aliud decernere, præter id, in quo eum dies supremus
17 „ invenit „. Dicitur tertio: *Graviter, & contumaciter delinquentes*, quia cum excommunicatio sit gravissima pœna; *c. Cum non ab homine 10. de judiciis, & qua pœna in Ecclesia nulla major est*, ut inquit S. Augustinus relatus *in cap. Corripiantur 17. cauf. 24. q. 3.* non potest infligi nisi ob gravissimam culpam; *arg. cap. Nemo Episcoporum 41. cap. Nullus 42. cauf. 11. q. 3. & Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de reformat.* Et non nisi in contumaces, qui neque monitionibus, neque aliis levioribus pœnis, & Censuris possint ad Ecclesiæ obedientiam, & debitam submissionem reduci; *cap. Tam Sacerdotes 14. & cap. Ecce autem 18. cauf. 24. q. 3. & Tridentin.*
18 *sess. 25. de reform.* Dicitur quarto *rationis capaces*, quia qui
19 non sunt capaces rationis, veræ culpæ, & contumaciæ, ut infantes, furiosi, & amentes, neque sunt capaces censuræ, ut omnes communiter sentiunt Doctores. Dicitur quinto *Jurisdictioni Judicis ferentis excommunicationem subjecti*, quia
20 *cum par in parem non habeat imperium*, ut expresse cavetur *in cap. Innotuit 20. de electione*, & tanto minus inferior in Superiorem; *cap. Cum inferior 16. de Majoritate*, sequitur evidenter quod solummodo possint excommunicari subjecti jurisdictioni Judicis ferentis excommunicationem; *cap. A nobis 21. de sentent. excommunic.* Unde quia Papa nulli est subjectus, a nemine potest excommunicari.

21 Communitas, Universitas, Collegium, Capitulum, & quodvis aliud corpus politicum simul, ac collective excommunicari non potest; *cap. Romana 5. de sent. excommunic. in* 6. ibi: „ In Universitatem, vel Collegium proferri excom„ municationis sententiam penitus prohibemus, volentes ani„ marum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cum „ nonnumquam contingeret, innoxios hujusmodi sententia ir„ retiri, sed in illos duntaxat de Collegio, vel Universitate,
„ quos culpabiles esse contigerit, promulgetur „. Si tamen 22
omnes de Universitate, Collegio, Capitulo, & hujusmodi comperiantur delicti participes, & in eo contumaciter omnes persistentes esse, tunc in omnes singillatim, ac determinate, præmissa Canonica monitione, excommunicationis sententia poterit proferri, ut colligitur ex *cit. cap. Romana*, & tenet Suarez *disp. 18. sect. 2.* Navarr. *lib. 5. conf. 10. de senten. excommunic. dicto 4. edit. 1.* Avila *part. 2. cap. 4. d. un. dub. 5.* & alii passim. Immo Papa potest proferre sententiam excom- 23
municationis in ipsam Universitatem, Collegium, & Capitulum simul, ac collective, quia cum Papa non subjaceat ulli prohibitioni juris positivi, ex quo *par in parem non habeat imperium, per cit. cap. Innotuit 20. de elect.* non est dubitandum, quin excommunicatio ab ipso lata in Universitatem, seu Collegium liget omnes de Universitate, vel Collegio, etiam innocentes. Intellige tamen quoad Ecclesiam, seu quatenus in facie Ecclesiæ se debent gerere, ut excommunicati: 24
Secus vero quoad Deum, quia ut expresse cavetur *in cap. a nobis 28. de sent. Excommunic.* „ Judicium Dei veritati, quę 25
„ non fallit, nec fallitur, semper infinitur. Judicium autem „ Ecclesiæ nonnunquam opinionem sequitur, quam, & fal„ lere sæpe contingit, & falli, propter quod contingit inter„ dum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit so„ lutus & qui liber est apud Deum, Ecclesiastica sit senten„ tia innodatus.

* His addenda sunt ea, quæ in hac materia erudite admodum, & sapienter scripsit ab anno 961. S. Nicon in Epistola ad Enclistium de injusta excommunicatione, cujus Epistolæ fragmentum edidit Gentianus Hervetus pag. 86. Collectionis cujusdam, quam ex Operibus SS. Patrum concinnavit, atque ad Canones Sanctorum Apostolorum &c. adjecit Parisiis 1561. *

Novæ additiones ex aliena manu.

EXcommunicare possunt alii potestate ordinaria, alii potestate delegata. *Potestate ordinaria* ii, quibus est jurisdictio ordinaria Ecclesiastica in Foro contentioso; quosque enumerat *Auctor n. 1. & plur. sequent.* Num Parochus potestate 3
ordinaria excommunicandi polleat, quæri hic solet; *Etiamsi non desint* (ita opportune ait *Hurtad. de Excommun. disp. 12.* „ *difficulti 1. n. 2.*) „ qui existiment, Parochum eam habere „ pro casu furti & rapinæ, imo qui existiment, eam habere „ pro quibuscumque casibus adeo notoriis, ut non indigeant „ judiciali indagatione; Vasquez tamen &c. Avila &c. & „ communiter Doctores negant Parocho potestatem ordina„ riam excommunicandi. Et merito, quia nec ex suo mu„ nere, nec ex jure habet potestatem seu jurisdictionem in „ Foro contentioso, & licet forsan aliquando ex jure excom„ municare potuerit, ut indicari videtur in Cap. Quum ab „ Ecclesiarum 3. de Offic. Ordinar., jam tamen consuetudine „ abolitum est. Quod si alicubi Parochus eam habeat, aut „ retineat, standum est ibi consuetudini „.

Potestate delegata illi, quibus commissum est ab habente 4
potestatem ordinariam, modo habiles sint. An delegari possit potestas hæc Laicis? A Papa potest, non item ab Infe- 5
rioribus Papa. Idem dic de fœmina; *Zoes. in comment. ad* 6
Decretal. lib. 5. tit. 39. n. 6. & sequent. Suarez de Censur. disput. 2. sect. 3. n. 8. & plur. sequent. De Collegio quoque disputari solet, num hæc ipsi potestas delegari possit. Affirmantque *mox dicti Auctores*, etiamsi constet partim Clericis, 7
partim Laicis, si tamen plures sint Clerici, quam Laici, vel etiam æquales.

Excommunicari vero ii possunt, qui alicui Superiori Eccle- 8
siastico habenti jurisdictionem in Foro contentioso subditi sunt. Quid autem, si degant extra Diœcesim? Vide *Hurtad. de Excommun. disp. 12. difficult. 2. n. 5.*

De Communitate, notat idem *Auctor dicto loco num. 7.* 9
„ quod quamvis excommunicari non possit ab homine ob „ crimen commune in uno aliquo negotio, potest tamen ex„ communicari excommunicatione juri annexa. Et quamvis „ Communitas non possit excommunicari ab homine, pos„ sunt tamen excommunicari plures Communitatis ex his, „ qui astiterunt ei negotio, etiam ut membra Communitatis „ ob idem commune crimen in aliquo uno negotio, dum non „ excommunicantur omnes illi, qui in eo negotio assisten„ tes & repræsentantes Communitatem illud crimen commi„ serunt, quia omnes isti non possunt ut membra Communi„ tatis excommunicari ab homine, quamvis aliqui Commu„ nita-

„ nitatis non astiterint ei negotio. Possunt tamen omnes ut
„ membra Communitatis excommunicari ab homine ob di-
„ versa crimina, alii ob unum, & alii ob aliud, & etiam
„ omnes ut particulares personæ, etiam ob idem commune
„ crimen ab aliis ut particularibus Personis commissum, quia
„ in dicto Capite tantum est sermo de excommunicatione ab
„ homine lata contra Communitatem talem ob peccatum
„ commune ab ea commissum, quia non præsumitur, omnes
„ Communitatis qui assistunt alicui negotio, delinquere eo-
„ dem communi crimine.

10 De defunctis quoque notat idem *Auctor n.*4. quod non possunt excommunicari: „ Nisi vel indirecte quoad alios, ut alii
„ nequeant ipsos Ecclesiastice sepelire, nec pro eis suffragia
„ communia offerre, vel si directe sumpta tamen excom-
„ municatione pro declaratione, qua declaratur ex hac vita
„ decessisse in excommunicatione „.

11 Excommunicatum nondum absolutum, posse ex alio delicto iterum excommunicari, quidquid nonnulli contra sentiant, patet ex *cap.* 27. *de sentent. Excommun.* tum *ex Clementina* 2. *eod.* & ex praxi Ecclesiæ.

12 Exempti possunt etiam excommunicari in casu, in quo ex
13 speciali delegatione subjiciuntur. Quid autem si speciali privilegio donentur, ne excommunicari queant? Alibi fusè dicemus.

ARTICULUS VI.

Excommunicatio quoad ejus effectus.

1 PRimus effectus Excommunicationis majoris est privare Excommunicatum usu activo, & passivo Sacramentorum; *cap. Cum illorum* 32. *& cap. Si quem* 59. *dè senten. Ex-*
2 *communicat. cum concordant*. Secundus effectus est privare Excommunicatum communibus Ecclesiæ suffragiis, & bonis spiritualibus, quæ ex publicis Ministrorum officiis, & sacrificiis Fidelibus provenire solent, nec non fructu satisfactionum Christi, & Sanctorum, qui ex communi Ecclesiæ thesauro per Indulgentias Prælatorum auctoritate applicatur Colligitur ex *cap. Nobis* 28. *& cap. Sacris* 38. *de sentent.*
3 *excomm.* Tertius effectus est privare Excommunicatum assistentia Divinorum Officiorum; Excommunicatus enim nequit interesse Missæ Sacrificio, Horis Canonicis, publicis orationibus, Processionibus, & hujusmodi; *cap. Significavit* 18. *cap. Responso* 43. *de sent. excomm. cap. Alma mater* 24. *eodem tit. in 6. & Clement. Gravis* 2. *de sentent. excommun.*
4 Permittitur tamen Excommunicatis interesse Concioni in Ecclesia habitæ tempore, quo non celebrantur Divina Officia, ad hoc ut citius ad pœnitentiam, & Ecclesiæ obedientiam
5 excitentur; *cit. cap. Responso* 4. *de sentent. excomm.* Sicuti etiam possunt privatim orare, & imo tenentur privatim recitare Horas Canonicas, si ad ipsas vi Ordinis, vel Beneficii, vel Professionis Religiosæ teneantur, ne ex propria iniquitate commodum reportent, ut dicunt communiter Doctores, qui insuper addunt, idem dicendum esse, licet Beneficiatus,
6 ex quo in Excommunicatione Officium præstare non possit, fructibus interim privetur, quia ipsius culpa id accidit, & per ipsum stat, quominus fructus percipiat; *Ex regula enim* 86. *Juris in 6. Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non*
7 *aliis, imputare*. Quartus effectus est privare Excommunicatum Ecclesiastica sepultura; *cap. Sacris* 12. *de sepultura*; *cap.*
8 *Consuluisti* 7. *de consecrat. Eccles.* Quintus effectus est privare Excommunicatum communione politica cum Fidelibus; cum Excommunicatis enim nequeunt Fideles commercia, seu negotia habere, convivere, & hujusmodi, nec Excommunicati cum ipsis Fidelibus; *cap. Sicut* 16. *cap. Excommunicatos* 17. *cap. Cum excommunicato* 18. *cap. Qui communicaverit* 19. *caus.*11. *q.*3. *cap. Nuper* 29. *cap. Si aliquando* 41. *de sentent.*
9 *Excom.* Sextus effectus est privare Excommunicatum communione Forensi, ita ut Excommunicatus nequeat esse Judex, Advocatus, Actor, Testis, & hujusmodi neque in causis criminalibus, neque civilibus; Ita de Judice habetur *in cap. ad probandum* 24. *de sentent. & re judic.* de aliis vero in
10 *cap. Decernimus* 8. *de sent. excom. in 6.* Hoc tamen de excommunicatis vitandis, & non toleratis solummodo est intelligendum, ut ex communi notat Avila *part.*2. *cap.*6. *disp.*7.
11 *dub.*1. *concl.* 2. *dub.*3. & 4. Nihil vero obstat quominus Excommunicatus in causis tum civilibus, tum criminalibus tamquam reus conveniri possit, ne ex propria malitia commodum reportet; *cap. Intelleximus* 7. *de Judiciis*. Et consequenter omnia ea agere, aut etiam petere potest, quæ ad sui legitimam defensionem necessaria sunt; *c. Cum inter* 5. *de exceptionibus*. 12

Septimus effectus est privare Excommunicatum saltem vitandum omni jurisdictione Ecclesiastica, ita ut omnia ejus acta invalida sint; *arg. cap. Audivimus* 4. *caus.* 24. *q.*1. *cap. Ad probandum* 24. *de sentent. & re judicata*. Unde excom- 13 14
municatus non potest alium excommunicare; *cit. cap. Audivimus*. Neque conferre Beneficia; *cap. unic. Ne Sede va-* 15
cante in 6. Neque eligere; *arg. cap. Cum dilectus* 8. *de con-* 16
suetudine, & cap. Cum inter 16. *de election.* ubi declaratur, electionem factam a suspensis invalidam esse, omnis autem Excommunicatus ab Officio & jurisdictione suspensus est. Excipitur autem electio Summi Pontificis, quæ ob nullam 17
Cardinalium Excommunicationem, suspensionem, vel interdictum infirmari potest; *Clement. Ne Romani §. Ceterum, de elect.* Octavus effectus est privare Excommunicatum di- 18
stributionibus quotidianis; *arg. cap. unic. de Clericis non residentibus in 6.* & Concil. Trid. *sess.*24. *cap.*2. *de reform.* No- 19
nus effectus est reddere Excommunicatum incapacem, & inhabilem ad dignitates, & Beneficia, & omnia Ecclesiastica officia obtinenda; *cap. Postulasti 7. de Clerico excommun. ministrant*. Decimus effectus est reddere Excommunicatum in- 20
capacem, & impotentem ad obtinendum aliquod Rescriptum sive gratiæ, sive justitiæ a Sede Apostolica, taliter quod impetratum ipso jure sit nullum, nisi in ipsa causa Excommunicationis, vel Appellationis ad Excommunicati defensionem impetretur; *cap. Dilectus 26. de rescriptis, & cap. Ipso jure* 1. *de rescript. in 6.* Undecimus effectus est reddere ex- 21
communicatum suspectum de Hæresi, si per annum in Excommunicatione insorduerit, *textu expresso in Concil. Trid. sess.*25. *cap.*3. *de reform. infine*, ibi: „ Sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam
„ contra eum, tamquam de hæresi suspectum procedi pos- 22
„ sit „. Et si nullum impedimentum alleget, seque purgare recuset, potest condemnari ut Hæreticus; *cap. Cum contumacia 7. de Hæreticis*. Duodecimus effectus est reddere 23
Excommunicatos omnes communicantes extra casus a jure concessas cum Excommunicato vitando, seu non tolerato; Cum hac tamen distinctione, quod communicantes cum Ex- 24
communicato in crimine criminoso, scilicet cooperando crimini, & contumaciæ, ratione cujus est lata Excommunicatio, incurrunt Excommunicationem majorem, eo quod facientes, & consentientes par pœna constringat; *cap. Nuper* 29. *& cap. Quod in dubio* 30. *de sent. excomm.* communicantes autem in rebus Sacris aut politicis incurrunt solummodo Excommunicationem minorem; *cap. Illa quotidiana* 39. *de elect. cap. Nuper* 29. *de sent. excommun. & cap. Statuimus* 3. *de sent. Excom. in 6.* Cum hac vero advertentia, quod com- 25
municando notabiliter in Sacris, & Divinis saltem publice celebratis peccant mortaliter, communicando autem in solis politicis, venialiter; Navarrus in *Manual. cap.*17. *num.* 29. Reiffenstuel *lib.*5. *Decretal. tit.*39. *n.* 148. *cum communi*.

Effectus Excommunicationis minoris sunt tres, unus pro- 26
ximus, per se, & directus, & alii duo remoti, indirecti, & de consequenti. Primus, & directus effectus est, quod 27
Excommunicatus Excommunicatione minori nullum licite possit recipere Sacramentum, & si aliquod recipiat, graviter peccet; *cap. Si celebrat* 10. *de Clerico excom. ministrant.* ibi:
„ Si celebrat, minori excommunicatione ligatus, licet gra- 28
„ viter peccet &c. Secundus, & indirectus seu remotus effectus est, quod si sine necessitatis ratione Sacramenta ministret, peccet saltem venialiter; *cit. cap. Si celebrat*, ibi: „
„ Peccat autem conferendo Ecclesiastica Sacramenta, sed ab
„ eo collata virtutis non carent effectu, cum non videatur
„ a collatione, sed participatione Sacramentorum „ (quæ in
sola consistit perceptione) *remotus*. Tertius, & alter effe- 29
ctus indirectus, remotus, & de consequenti est, quod Excommunicatus minori Excommunicatione non debet eligi ad Beneficium Ecclesiasticum, sed electio infirmanda sit; *cit.*
„ *cap. Si celebrat.*, ibi: „ Si tamen scienter talis electus fue-
„ rit, ejus electio est irritanda pro eo, quod ad susceptionem
„ eorum eligitur, a quorum perceptione a Sanctis Patribus
„ est privatus, ubi vides, quod Decretalis ipsa reddit clarum rationem, quia cum Beneficium Ecclesiasticum suapte institutione ordinetur ad Sacros Ordines suscipiendos, vel Missam celebrandam &c. a quibus minori Excommunicatione ligatus repellitur, venit de consequenti repellendus etiam
„ Bene-

a Beneficiis Ecclesiasticis; „ pro eo, quod ad susceptionem
„ eorum eligitur, a quorum perceptione a Sanctis Patribus
„ est privatus.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 BONA, quibus privatur excommunicatus ab Auctore in hoc artic. at opportunius hic afferuntur; Ea denotantur vulgassimo hoc versiculo:

Si pro delictis Anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

2 *Oris* nomine non solum osculum, sed etiam colloquium indigitatur, ut ne quidem per literas, nuncium, signa, aut
3 nutum cum eo agi debeat. Per *vale* prohibetur omne
4 commercium sacrum cum Excommunicato. Voce *vale* omnis honorifica salutatio designatur, quæ Excommunicato adeo deneganda, ut ne quidem caput aperire, neque assurgere, neque via decedere, neque ullum aliud honoris, aut reve-
5 rentiæ signum exhibere Excommunicato liceat. *Mensa communis* porro esse nequit cum Excommunicato, multo minus ergo communi lecto aut habitatione cum Excommunicato
6 utendum. Denique *Communio* prohibetur, qua appellatione omne commercium civile designatur, ut nullum negotium civile vel humanum cum eo suscipere liceat.

7 Patet hinc, statum Excommunicatorum civilem nullum esse, eosque fere pro Capite minutis, seu iis qui mediam Capitis diminutionem passi sunt habendos. Quod ut apertius liqueat, libet per aliquot effectus civiles fusissime ab aliis explicatos in compendio ire.

8 I. *Excommunicatus neque accusare, neque agere potest*: Opponi propterea Accusatori potest exceptio excommunicationis, ut ne quidem hæc elidatur per replicationem, quod
9 reus communicaverit cum Excommunicato Actore, quia hæc communicatio tantum minorem excommunicationem operatur, atque non a foro, sed a sacramentorum participa-
10 tione removet; *Cap.*2. 8. *de Except.* Tametsi autem agere nequeat, conveniri potest, ne videatur de sua malitia com-
11 modum reportare; *Cap.*7. *de Judic.* Opponique potest exceptio hæc excommunicationis in qualibet parte judicii;
12 *cap.*12. *de except.* Necesse tamen est, ut excipiens de Excommunicatione speciem ejus exprimat, ac intra spatium octo dierum ipsam probet; alioquin ea non obstante Judex procedere potest, quia compertum fuit sæpe per malitiam
13 hanc exceptionem opponi; *Cap.* 1. *de Except. in 6.* Neque hoc solum pertinet ad Ecclesiastica judicia; Sæcularis quoque Judex per censuram Ecclesiasticam compellendus, ut Excommunicatos ab agendo repellat; *Cap.* 8. *de sent. Excommunicat. in 6.*

14 II. *Excommunicatus nec pro aliis ullo modo in Foro comparere potest*. Quod attinet ad jus postulandi, expresse decrevit *Alexander IV. in dict. Cap.*8. *de sent. Excom. in 6.* ne Judices
15 sæculares excommunicatos ad patrocinandum admittant, sive partes Actoris, sive rei tueantur. Valida tamen acta sunt,
16 licet admissus fuerit Excommunicatus ad patrocinandum. Pariter nec procurator esse potest Excommunicatus; *Cap.* 7.
17 *de Judiciis*. Sed & valida esse ab eo gesta, si neque a Parte,
18 neque a Judice repulsus sit, docent communiter Canonistæ. Nec potest Notarius excommunicatus munus suum exercere in judicio, quod quamdiu hoc vinculo ligatus est, interim nullam fidem civilem mereatur. Denique nec testimonium ferre excommunicatus potest; *dict. cap.*8. *de sentent. Excom. in 6.*

19 III. *Excommunicatus ad officia publica non est admittendus, nec admissus munus suum exercere potest*. Cautum est *in cap.* 24. *de sentent. & Re judicat.* sententiam latam fore nullam, *si unus ex delegatis vinculo excommunicationis publice innodatus fuerit*. Publica tamen denunciatio desideratur, quod evi-
20 dentius postea & generaliter constitutum est *in decretali Martini V. ad evitanda scandala*.

21 IV. *Magistratui Excommunicato non amplius parendum*. Movet vero *Giballinus* quæstionem hanc: „ An vassalli, &
„ subditi communicare possint cum Domino excommuni-
22 „ cato? *Et posse autumant* in iis omnibus, quæ ad homa-
„ gium & debitam subjectionem spectant ex regula genera-
„ li. Quum enim vi censuræ Principes & alii Domini ne-
„ que dignitatem, neque dominium, neque jurisdictionem
„ amittant, tenebuntur vassalli & subditi ea omnia præstare
„ Domino excommunicato vitando, quæ ante excommuni-
„ cationem debebant. Quandoquidem enim manet idem jus
„ in Domino, & obligatio in subdito, illa omnino implenda
„ est, & si nequeat impleri absque communicatione, com-
„ municandum erit; atque ita solvenda tributa & alia debita
„ in jure subjectionis, etiamsi in propria persona exhiberi
„ debeant, ut sunt homagia quædam personalia. Si enim
„ Privatus non amittit rerum suarum dominium per excom-
„ municationem, neque ejus prætextu potest spoliari bo-
„ norum suorum possessione a Domino; quo jure ipse Do-
„ minus ratione solius censuræ, suis juribus, dominiis, de-
„ bitis, ac bonis spoliabitur a subditis fidelitatem obedien-
„ tiam, tributa, aliaque obsequia, ad quæ præstanda ra-
„ tione subjectionis tenentur denegantibus, quando manet
„ eadem subjectio post excommunicationem, quæ ante il-
„ lam erat?

Et ut alios effectus civiles præteream, V. *Infamia juris notatur Excommunicatus*; *Cap.*17. *cap.*6. *quæst.* 1. Sunt vero, 23 24
qui arbitrantur, infamiam hanc tantum esse Canonicam, non Civilem; nisi inflicta fuerit Excommunicato propter crimen, quod jus Civile infamia notat.

ARTICULUS VII.

Excommunicatio quoad ejus absolutionem.

A B Excommunicationibus a Jure latis, & nemini reservatis absolvere possunt, nedum Episcopi, & alii Prælati jurisdictionem habentes, sed pro Foro interno etiam Pa- 1
rochi, & simplices Confessarii, ut ex *cap. Nuper* 29. *vers. In secundo casu, de sentent. excomm.* deducunt Barbosa *sup. dict. cap. num.* 12. *&* 13. Fagnan. *num.* 16. *&* 29. Pirhing. *in Jus Can. lib.*5. *tit.*39. *num.*41. Anaclet. *lib.*5. *tit.*39. *num.* 246. & plurimi alii. Ab Excommunicationibus a Jure latis, 2
& Papæ reservatis (exceptis contentis in Bulla Cœnæ, & aliis sex casibus intra Italiam, & extra Urbem de mandato Clementis VIII. reservatis) possunt absolvere etiam Confessarii Regulares, ut constat ex privilegio Pauli III. Constitut. incip. *Cum inter cunctas emanat.* 3. *Junii* 1545. Patribus Societatis Jesu concesso, in quo communicant omnes alii Regulares.

Ab Excommunicationibus ab homine latis per sententiam 3
specialem potest absolvere solus ille, qui eas tulit, vel ejus Delegatus; *cap. Pastoralis* 11. §. *Præterea, de Offic. Ordinarii, cap. Quærentis* 26. *de Offic. delegati*. Vel ejus successor; 4
*cap. Si Episcopus, caus.*11. *quæst.* 3. pro quo venit etiam Capitulum Sede vacante; *cap. unic. de majoritat. & obedient. in 6.* Vel Superior Censurantis plenam jurisdictionem in illum 5
habens, ut Papa respectu omnium, Generalis respectu Superiorum totius Ordinis, Provincialis respectu Superiorum suæ Provinciæ. Non sic autem Archiepiscopus respectu suo- 6
rum Suffraganeorum, nisi ad eum appelletur, quia Archiepiscopus non habet hanc jurisdictionem absolvendi a Censura, quam in proprium subditum tulit Episcopus ejus Suffraganeus, nisi ad eum a sententia censuræ appelletur, ut colligitur ex cap. *Nullus Primas* 7. *caus.*9. *quæst.* 3. & ex cap. *Pastoralis* 11. *de Offic. Ordinarii*. Nec etiam Legatus Sedis 7
Apostolicæ, qui licet aliquo modo Superior sit Episcopi, non tamen in ordine ad causam subditorum, nisi ad ipsum sit appellatum, ut deducitur ex *Trid. sess.*24. *cap.*20. *de reformat.* Barbosa ibi, & alii.

Ab excommunicationibus ab homine latis per sententiam 8
generalem sine ulla reservatione absolvere possunt Episcopi, & alii Prælati jurisdictionem habentes, & pro Foro conscientiæ etiam Parochi, & alii Confessarii approbati, *ex cap. Nuper* 29. *vers. In secundo casu, de sentent. Excommunicat.* Si autem Auctor illius in ipsa generali sententia ejus absolu- 9
tionem sibi reservavit, nemo ab illa absolvere potest præter ipsum Reservantem, vel ejus Successorem, vel Delegatum ab eo, vel Superiorem ipsius, ut dictum est num. præcedenti. Ab Excommunicatione minori a Jure lata absolvere 10
potest in Foro interno proprius Parochus, & omnis Confessarius approbatus, *ex cap. Nuper, de sent. Excom.* quia, ut ibi habetur, Conditor Canonis ejus absolutionem sibi specialiter non retinuit; ita deducunt Nicol. *in flosc. verb. Excomm. num.*9. Sayr. *de Censur. lib.*2. *cap.*3. *num.* 11. Anaclet. *lib.* 5. *tit.*39. §. 5. *num.*158. & alii plurimi.

Excommunicationis absolutio dari potest nedum intra Con- 11
fessionem, sed etiam extra Confessionem Sacramentalem,
etiam

etiam absenti, & etiam invito; Pirhing *in jus Canon. lib.* 5. *tit.*39. *num.*164. Anaclet. *lib.*5. *Decret. tit.* 39. §. 8. *numer.* 267. Pax Jord. *elucubrat. lib.* 14. *tit.* 2. *numer.* 180. & multi alii passim. Imo etiam mortuus absolvi potest ab eo, a quo poterat absolvi vivus, si ante obitum signa pœnitentiæ dedit, non directe, quia non est amplius homo super terram sed ad hoc ut sit capax Ecclesiasticæ sepulturæ, & suffragiorum Ecclesiæ, *ex cap. A nobis* 28. *de sententia Excommunicationis.*

13 Excommunicationis absolutio varlis modis dari potest. Primo *absolute*, ut cum ab habente plenam jurisdictionem quis
14 absolvitur, nulla adjecta conditione. Secundo *conditionate*, ut cum quis absolvitur tantum sub conditione, V. G. absolvo te, si hoc, vel illud feceris. Tertio *ad cautelam* uti
15 solet præmitti ante absolutionem Sacramentalem, & ante electionem, vel collationem Beneficii, vel Ordinis ad vitandam nullitatem, *ex cap. Venerabili* 52. *de sentent. excommun.* Quarto *cum reincidentia*, ita ut si absolutus intra certum tempus hoc, aut illud non fecerit, reincidat in Excom-
16 municationem; elapso enim termino præfixo, statim ipso Jure reincidit in ipsam, ut declaravit *Sacr. Congreg. Immun. in Barcinf.* 19. *Decemb.* 1634. Sic pariter absolutus propter
17 mortis periculum, vel aliud legitimum impedimentum cum onere, quod cessante tali periculo, vel impedimento se præsentet Superiori, non ut iterum ab eo absolvatur, cum jam plene absolutus sit, sed ut pareat, & satisfaciat; *cap. De cetero*; & *cap. Quamvis de sentent. Excomm.* si cessante tali periculo, & impedimento, cum commode potest, non se præsentet Superiori, reincidit in Excommunicationem ipso jure, *ex cap. Eos*, *qui* 22. *de sentent. Excommunic. in* 6.
18 Quinto ad certum duntaxat effectum, V. G. ut Excommunicatus possit in judicio examinari, vel testimonium ferre, vel aliqum actum sibi alias prohibitum exercere, quo tamen casu Excommunicatus non ab ipsa Excommunicatione, sed ab aliquo ipsius effectu duntaxat liberari censetur, ut cum aliis advertit Pirhing. *lib.* 5. *in jus Canon. de sent. Excommunicat. num.* 165.

Absolutionis formæ variæ etiam esse possunt. Si quis au-
19 ctoritate propria Excommunicatum absolvat poterit hac uti forma: „ Absolvo te a vinculo Excommunicationis, quod „ incurristi, propter hoc, vel illud crimen, & restituo te
20 „ Sacramentis Ecclesiæ, & Fidelium communioni: In no„ mine Patris &c. Si vero absolvat auctoritate delegata, po„ terit uti ista: Auctoritate Omnipotentis Dei, & Ss. Apo„ stolorum Petri, & Pauli, Ss. D. N. Papæ N. vel Emi„ nentissimi, vel Illustrissimi Nostri N. N. in hac parte tibi „ concessa, & mihi commissa absolvo te a vinculo Excom„ municationis, quod incurristi propter tale, vel tale cri„ men, & restituo te Sacrament. Ecclesiæ, & communioni Fi-
21 delium. In nomine Patris &c. " Si autem Excommunicatio non sit certa, sed dubia, uti poterit ista: „ Dominus noster „ Jesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te ab„ solvo a vinculo Excommunicationis, si quod incurristi ob
22 „ tale crimen, & restituo te &c. " In casu autem quod absolutio detur publice, & solemniter, præmitti solet aliquis psalmus pœnitentialis cum quibusdam versiculis, & orationibus in Rituali præscriptis, *ex cap. A nobis* 28. *de sentent. Excomm.*

23 Nemo debet absolvi a majori Excommunicatione, sive pro Foro interno, sive pro externo, nisi prius juramento promittat de parendo mandatis Ecclesiæ, vel absolventis, & de non committendo in posterum hujusmodi delicta; *cap. Ex te-*
24 *nore* 10. *c. Ad hæc* 12. *de sent. Excomm.* Et etiam nisi satisfecerit parti læsæ saltem per transactionem ob damnum, vel injuriam, ratione cujus fuit Excommunicatus; *cap. Solet, de sent. Excomm. in* 6. vel si hæc statim fieri nequeat, sufficiens cautio per pignora, vel fidejussionem præstetur, vel si nec ista ob inopiam, vel aliam causam fieri potest, præstetur per juramentum, quia nemo ad impossibile obligari potest, ut tenet Pirhing. *in jus Canon. lib.* 5. *tit.* 49. *num.* 163. Anaclet. *lib.*5. *Decret. tit.*39. §. 8. *num.* 269. & alii passim.

25 Si autem ita absolutus postea satisfacere negligat, non reincidit in priorem Excommunicationem, sed poterit iterum a Judice excommunicari; *cap. Ad reprimendam*, *de Offic. Ord.* Absolvens autem ante præstitum juramentum de parendo 26
mandatis Ecclesiæ, vel ante præstitam satisfactionem parti læsæ, illicite quidem absolvit: sed valide (a); quia hæc non pertinent ad subitantiam absolutionis; *c. Venerabilibus* 7. §. *Sane*, *in fine de sent. Excomm. in* 6. Absolutio extorta metu 27
gravi injuste in eum finem inculso, est invalida; *cap. De iis quæ vi, in* 6.

* A quibuscumque censuris excommunicationis, suspen- 28
sionis, & interdicti etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini absolvere potest Major Pœnitentiarius, Regulares quidem in utroque foro, reliquos vero in foro conscientiæ tantum: quamquam & illos potest absolvere in utroque foro in censuris publicis latis a jure, Apostolicæ Sedi reservatis, & etiam nominatim declaratis, vel latis nominatim ab homine, si expiraverit jurisdictio judicis delegati, a quo latæ fuerunt, vel quando proprios Judices adire rei non possunt. Obligandi sunt tamen rei isti, ut satisfaciant parti, alioquin recidunt in eamdem censuram. Si vero hæc satisfactio a parte recusetur, tunc major Pœnitentiarius illi præscribat hanc satisfactionem, qua a parte recusata, nihil ultra agendum est. Bened. XIV. Constitut. incip. *Pastor bonus*. Bull. *tom.* 1. *num.*95. §. 7.

Novæ additiones ex aliena manu.

UT in hac absolutionis materia recte procedatur, di- 1
stinguenda est excommunicatio lata *ab Homine* ab Ex- 2
communicatione lata *a Jure*. Ab excommunicatione lata *ab homine*, ut recte monet Auctor, Is regulariter absolve- 3
re potest, qui eam tulit. Idem dic de Successore, & sede 4
vacante Capitulo, quia non ipsa singularis & individua Persona Excommunicantis attendenda est, sed ipsum Officium, seu dignitas, vi cujus auctoritas ferendi Censuras competit illi, qui censuram tulit. Superior quoque absolvere potest, 5
si ad eum sit appellatum propter jurisdictionem acquisitam ex appellatione. Summus vero Pontifex ob summam in Ec- 6
clesia potestatem etiam citra appellationem valet absolvere. 7
De disciplina vero tum antiqua, tum recenti de absolutio- 8
ne Superiore impertienda consule *Vanespen. jur. Eccles. univers. par.*3. *tit.*11. *cap.*11. §.1. *& plur. sequent.*

De Excommunicato a suo Episcopo an absolvi possit ab 9
Episcopo novi domicilii quæri solet? Obtinuit distinctio, ut Excommunicatus per sententiam generalem sui Episcopi possit absolvi, non item Excommunicatus per sententiam specialem ejusdem; Confer *Zoes. in Decretal. lib.*5. *tit.*39. 10
*num.*161. *Suar. dr Censur. disput.*7. *sect.* 21. *nnm.* 27. Eadem- 11
que distinctio secundum mox laudatos Auctores recepta est, si Excommunicatus a suo Episcopo fiat Religiosus, ut scilicet excommunicatus per sententiam generalem absolvi queat 12
a Superiore ipsius Religiosi, nequaquam vero Excommunicatus per specialem sententiam.

Disputatur & de eo, an post interpositam appellationem 13
absolvere valeat Judex a quo? Affirmant inter alios *Wamesi. in cap.* 17. *fer. per tot. de Appellat. Suarez. de Censur. disput.*7. *sect.* 2. *n.*31. *& sequent.*

Gravior est quæstio, an ab Excommunicatione *ipso jure* 14
in Literis Apostolicis comminata absolvere queat Judex, qui sententiam declaratoriam pronunciavit? Dubium inde oritur, quod Judex hic non videtur proprie excommunicasse, adeoque haud valet absolvere. At affirmativam sententiam, 15
modo in ipsis Literis Apostolicis excommunicatio non sit Papæ reservata, tenuit *Rot. in Alerien. Parochialis* 10. *Januarii* 1746. §.7. *cor. Reverendiss. P. D. Bussio Decan. &* 1. *Julii ejusdem anni* 1746. §.5. *cor. Illustriss. Capr. Alm. Urb. Gubernator.*

Hæc de absolutione ab excommunicatione lata *ab Ho-* 16
mine. Quoad vero excommunicationem a *Jure* latam, hæc Regula communiter statuitur: *Si Pontifex*, *aut Conditor Canonis*, *ejus absolutionem specialiter reservaverit*, *absolvi nmsquisque poterit a proprio Episcopo*, *imo & a prioprio Sa-* 4
17 *cerdote*: *Cap. Nuper de sent. Excomm.* per tot. qui sententiam hanc probat quibusdam declarationibus S. Pii V. & Gregorii XIII. Quomodo vero constare debeat de satisfactione Partis, tum de absolutione tradit idem Auctor. *dict. sect.*1. *sequent. cas.*26. 5

Nomine Episcopi, observante *Suarez. de Censur. disput.*7. *sect.*3., Intelligitur Episcopus proprius Excommunicati item qui in Episcopalem jurisdictionem succedit. Vagabundos vero absolvere potest Episcopus Loci, in quo actu habitant;
19 *Zoes. in Decretal. lib.*5. *tit.*39. *n.*164.

20 Nomine *proprii Sacerdotis*, notante *eodem Auctore* ubi supra, venit proprius Parochus Excommunicati. Ex ratione vero mox citatæ decretalis venit quilibet Presbyter habens auctoritatem absolvendi, approbatus scilicet a suo Ordinario, tanquam Minister sacramenti Pœnitentiæ a peccatis mortali-
21 bus, præsertim quia, ut monet *laudatus Auctor dict. disput.* 7. *sect.*4. quatenus munus illud exercent Presbyteri subeunt
22 vices & munus proprii Parochi. De absolutione ad cautelam vide *Vanespen. Juris Eccles. univ. part.*3. *tit.*11. *cap.*11. §. 16. *& plur. sequent.*

ARTICULUS VIII.

Absolutio pro Foro conscientiæ an prodesse possit etiam pro Foro externo?

1 ABsolutus in Foro interno ab Excommunicatione, si non fuerit nominatim Excommunicatus, non tenetur se gerere in Foro externo tamquam Excommunicatum, præsertim si constet ita esse absolutum, quia illa absolutio valet ad omnia, præterquam in judicio, ubi lis movetur; Lessius *in Auctar. v. Absolut. cas.*8. Krimen *num.* 1848. Claudius la-
2 Croix *lib.*7. *de Censuris num.*154. & alii passim. Absolutus in Foro conscientiæ ab Excommunicatione occulta, potest in Foro externo etiam publice habere omnem communionem in divinis, & politicis, Missam publice celebrare, & alia hu-
3 jusmodi; Si vero Excommunicatio, a qua fuit in Foro tantum interno absolutus, sit notoria, & publica, poterit tantum in occulto celebrare, & alia per Excommunicationem prohibita agere, si absit omne scandalum; Ad evitandum enim scandalum, si ejus Excommunicatio fuerit notoria, quandiu de legitima ejus absolutione publice non constat debet se gerere in Foro externo tamquam Excommunicatum, & se publice abstinere ab omnibus, quæ Excommunicatis interdicuntur; Layman *lib.*1. *tract.* 5. *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. Avila *de censur. part.*2. *c.*7. *disp.*3. *dub.*12. Navarr. *lib.*2. *conf. ultim. de judiciis numer.*7. Reiffenstuel *in Jus Canon. lib.* 5. *decret. tit.*29. §. 8. *num.*247. *&* 248. Claudius, Henriquez, & alii.

4 Absolutus in foro conscientiæ tantum, si ejus crimen deferatur ad Judicem, licet non indigeat nova absolutione, potest tamen adhuc urgeri a Judice, qui potest contra eum procedere, donec etiam in foro externo absolutionem obtineat, uti pluries declaravit *Sacra Congreg.* per sequentia, & similia verba: „ Non prohibetur Episcopus, vel alius Su„ perior affigere Cedulones, & punire Excommunicatum, „ licet fuerit in Foro conscientiæ absolutus, vel cum Brevi „ Sacræ Pœnitentiariæ, vel cum Bulla Cruciatæ, aut Jubi„ læi, vel in vim cap. Liceat sess. 24. Concil. Trident. vel „ alio quocunque modo, quia isti duo Fori sunt separati, & „ actum in uno, non adfert præjudicium in altero. Potest „ tamen Judex Ecclesiasticus absolutionem in Foro conscien„ tiæ datam, etiam pro Foro exteriori ratam habere, nisi hoc „ redundet in præjudicium partis." In Compsana 15. *Junii* 1519. & in Oppiden. 8. *Junii* 1621. & in Mileten. 30. Septemb. 1622.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 DIstinctio in subjecta materia recepta hæc est. Si in Bulla Jubilæi, vel alia quavis absolute detur facultas absol-
2 vendi a censuris, valet absolutio in utroque Foro. Sin autem facultas hæc detur, prout dari ut plurimum solet, *in Foro conscientiæ regulariter* non prodest pro Foro exteriori.
3 Dico *regulariter*, nam si quis ob debitum, seu damnum, injuriam, vel contumaciam manifestam fuerit a Judice excommunicatus, & nominatim declaratus seu denuntiatus, & satisfacta Parte absolvatur a Confessario vi Bullæ Jubilæi, vel similis, censetur absolutus etiam in Foro exteriori, ut tenent quamplures Doctores relati a *Bossio de Jubilæo sect.*1. *cas.* 25.

(a) Nedum illicita, sed & invalida est absolutio ante præstitam satisfactionem parti læsæ, & juramentum interpositum de parendo Ecclesiæ mandatis, si absolutio sit de iis criminibus, quæ in Bulla Cœnæ indicantur. Etenim in §. *Ceterum* prædictæ Bullæ præcipitur, ut nullus talibus detentus criminibus nisi cautione præstita absolvatur, atque adeo facultas absolvendi cum sub ea tantum conditione sit concessa, nulla omnino esse censetur, nisi eadem conditio posita fuerit, ut multorum fert sententia Theologorum, teste Lacroisio *lib.*7. *num.*167. *pag.*592. *editionis Coloniensis.*

ARTICULUS IX.

Excommunicati quinam vitandi sint? In quibus, & qualiter vitari debant?

JUre antiquo omnes Excommunicati erant vitandi, cum 1
hac differentia, quod illi quorum Excommunicatio erat publice nota, publice etiam erant vitandi, & illi quorum Excommunicatio erat occulta, occulte etiam & privatim tantum erant vitandi ab iis, qui eam Excommunicationem notam habebant, uti patet *ex cap. Cum non ab homine* 14. *de sentent. excommun.* Jure novo post Concilium Constantiense 2
celebratum circa annum 1414. & confirmatum a Martino V. sunt solum vitandi, qui sunt specialiter Excommunicati, & nominatim quoad personam a Judice Ecclesiastico publice sunt denunciati, vel sunt notorii percussores Clerici, & per hoc Excommunicationi Canonis *Si quis suadente diabolo &c.* subjecti, ut clare patet ex Constitut. ipsius Martini V. incipient. *Ad evitanda animarum pericula &c.* Nec officit, quod per hoc 3
Concilium Basileense, quod est posterius Constantiensi, & Martino V., præcipiantur vitari non solum notorii Clericorum percussores, sed etiam quicunque alii Excommunicati; quia dictum Concilium Basileense ab Eugenio IV. fuit revocatum, nec a Sede Apostolica fuit confirmatum, exceptis paucis quibusdam Constitutionibus a Nicolao V. receptis, 4
intra quas non est ea de evitandis Excommunicatis. Ultraquam quod consuetudine (quæ est optima Legum interpres, & per le ipsam sufficiens ad legem innovandam) introductum est, ut in dies experimur, ut hæretici notorii, aliique Excommunicati non evitentur, nisi vel nominatim sint denunciati, vel sint notorii percussores Clericorum, & sic si in hoc valuisset Concilium Basileense, jam ei derogatum fuisset per consuetudinem contrariam legitime præscriptam, ut deducitur *ex cap. fin. de consuetudine*.

Percussor Clerici tunc dicitur taliter notorius, ut debeat 5
vitari, quando ejus crimen adeo notorie constat, ut non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo juris suffragio excusari, ut statuit Pontifex in cit. Bulla *Ad evitanda*. Sic 6
talis percussor esset vitandus, si per proprium visum, per confessionem rei, per plurium testimonium, seu per publicam & constantem famam ita esset notoria percussio, ut nulla tergiversatione posset celari, & ejus malitia excusari. Quod 7
si talis percussio esset occulta, vel percussor posset se defendere, & excusare, quod percussio facta sit causa defensionis, vel ex vehemente passione iræ, in motu primo primi, vel ex joco, aut inadvertentia, vel neciendo esse Clericum, tunc talis Clerici percussor non esset vitandus, ut clare deducitur ex verbis ipsius Bullæ: *Sine aliquo Juris suffragio excusari possit*.

Casus vero, in quibus vitari debent taliter Excommunicati, reducuntur specialiter ad quinque deductos *ex cap. Excommunicatos* 17. *cauf.*11. *quæst.*3. ubi habetur: „ Nullus cum 8
„ Excommunicatis in oratione, aut cibo, & potu, aut osculo communicet, aut Ave eis dicat, quia quicumque „ in his, vel aliis prohibitis scienter Excommunicatis com„ municaverit juxta Apostolorum institutionem, & ipse si„ mili Excommunicationi subjacebit; „ & omnes in hoc vul„ gato carmine comprehenduntur:

Os, *Orare*, *Vale*, *Communio*, *Mensa negatur*.

Per ly *Os* intelligitur prohibitus discursus cum Excommu- 9
nicato, etiamsi fiat per litteras, nutus, interruntium, aut alia signa, sic enim prohibentur oscula, amplexus, & alia hujusmodi signa amicitiæ; necnon receptio munerum. Per 10
ly *Orare* intelligitur prohibita omnis communicatio in sacris, & orationibus; non enim licet cum Excommunicatis orare, interesse processionibus, Missis, & aliis divinis Officiis, nec Missam coram ipsis celebrare. Imo dato quod Excommunicatus vitandus ingrederetur Ecclesiam Missam auditurus, deberet moneri ut exiret, & si nominatim monitus nollet exire, novam Excommuninationem Papæ reservatam incurreret; *Clem.*11. *de sentent. excomm.* &. posset per vim expelli. Si vero ratione suæ præpotentiæ nequiret ab Ecclesia expelli, tunc essent omittenda divina Officia, & ipsa Missa, si Sacer-

dos nondum perveniſſet ad Canonem, vel ut alii volunt ad Conſecrationem, tunc enim deberet proſequi uſque ad ſumptionem, ne Sacrificium maneret incompletum, & facta ſumptione Calicis deberet diſcedere, & reliqua in Sacriſtia peragere, vel omittere, ſi talis locus non adeſſet. Omnes adſtantes autem deberent in tali caſu ſtatim ab Eccleſia, exire, excepto Miniſtro Altaris, aliter peccarent participando in Divinis cum Excommunicato vitando, & Excommunicationem
11 ſaltem minorem incurrerent (a). Per ly *Vale* interdicitur omnis honorifica, & amica ſalutatio, verbis, ſignis, geſtu,
12 & manus tactu facta. Per ly *Communio* prohibetur omnis ſocietas cum Excommunicatis vitandis in habitatione, con-
13 tractibus, judiciis, laboribus, aliiſque exercitiis. Per ly *Menſa* prohibetur communicatio in cibo, potuque, non enim licet manducare, & bibere cum Excommunicatis vitandis, etiamſi reperiantur in eodem Collegio, Monaſterio, & Domo.
14 Qui in aliquo ex ſupradictis caſibus abſque rationabili excuſante cauſa communicat cum excommunicato vitando, peccat, & incurrit Excommunicationem minorem, *ex c. Excommunicatos* 17. *cauſ.* 11. *quæſt.* 3. & ſic communicet cum
15 ipſo cooperando contumaciæ, & crimini, propter quod fuit nominatim Excommunicatus, dando ei auxilium, conſilium, aut favorem, præter peccatum mortale, incurrit in Excommunicationem majorem, quia facientem, & conſentientem
16 per pœna conſtringit; *cap. Nuper 29. & cap. Quod in dub.* 30. *de ſentent. excomm.* Communicans cum Excommunicato nominatim a Papa, ac publicè denunciato, ſi eſt Clericus, incurrit Excommunicationem majorem, ſi eſt Laicus ſolum Excommunicationem minorem, *ex c. Significavit* 18. *de ſent. Excommun. & ex cap. Excommunicatos* 17. *caus.* 11. *quæſt.* 3.
17 Cauſæ rationabiles, ob quas licet communicare cum Excommunicatis vitandis deducuntur *ex cap. Quoniam multos* 113. *caus.* 11. *quæſt.* 3. & comprehenduntur in hoc vulgato verſiculo.

Utile, Lex, Humilis, Rex ignorata, Neceſſe.

18 Per ly *Utile* intelligitur utilitas notabilis, ſive ſpiritualis, ſive corporalis, tam Excommunicati, quam Communicantis; propter enim utilitatem ſpiritualem Excommunicati licet cum conſiliis, & exhortationibus perſuadere ad reſipiſcentiam, & converſionem, & cum ipſo converſari, & libere agere in iis, quæ pertinent ad abſolutionem; *ex cap. Cum voluntate* 54. *de ſentent. excomm.* propter autem utilitatem Communicantis licet ab eo exigere debitum; *cap. Si vere* 34. *de ſentent. excomm.* & eum convenire in judicio, *ex cap. Intelleximus* 7. *de judiciis*, & ad eum tamquam ad Advocatum, Chirurgum, & Medicum recurrere licet, ſi alius non reperiatur, a quo æque utiliter ſubſidium haberi poſſit; *ex cap. Si vere* 34.
19 *de ſentent. excomm.* Per ly *Lex* intelligitur lex matrimonialis, ratione cujus, ſi unus vel uterque conjux ſit Excommunicatus, nihilominus eis licebit conjugii debitum petere, & reddere, & in omnibus aliis rebus inter ſe communicare, ut in gubernatione, & directione domus, in colloquiis, menſa, & hujuſmodi; *ex c. Quoniam multos caus.* 11. *q.* 3. *& ex c. In-*
20 *ter alia* 31. *de ſentent. excommun.* Per ly *Humilis* intelligitur humilitas ſubjectionis, vi cujus Liberi cum Parentibus, ſervi villici cum Dominis ſuis, Religioſi cum ſuis Prælatis, Clerici cum Epiſcopis, & Superioribus ſuis, & milites cum belli ducibus Excommunicatis poſſunt communicare; *ex cap. Quoniam multos cauſ.* 11. *quæſt.* 3. qua ratione Parentes, Domini, Superiores, Duces &c. communicare etiam poſſunt cum ſuis
21 liberis ſervis &c. Per ly *Res ignorata* intelligitur ignorantia, tam juris, quam facti, dummodo non ſit affectata, vel craſſa, & hujus ratione excuſatur a culpa, & cenſura, qui communicat cum Excommunicato ignorato tali, vel ſi ſcit eſſe Excommunicatum, ignorat eum eſſe vitandum, *ex cap. fin. de*
22 *conſtit. in 6.* Per ly *Neceſſe* intelligitur omnis neceſſitas communicandi, tam ex parte excommunicati, quam Communicantis, ſive hæc neceſſitas ſit animæ, vel corporis, vel famæ vel fortunæ, vel obligationis alicujus contractus; *ex cap. Inter alia, de ſentent. Excomm.* ſive talis neceſſitas oriatur ex violentia, vel metu gravi injuſte incuſſo, vel ex defectu victus, veſtitus, medicinæ, conſilii, vel cujuſcumque auxilii neceſſarii, *ex cap. Si vere* 34. *de ſentent. Excomm.* & ex cap. *Quoniam* 103. *caus.* 11. *quæſt.* 3.

Novæ additiones ex aliena manu.

QUÆ de effectibus excommunicationis majoris dicta 1
ſunt *in articulo* 6. & in additione, ea de jure antiquo obtinent etiam in Excommunicato non denunciato. 2
At jure novo *Extravagantis Ad evitanda* reſtricta ſunt, ut monet Auctor; ad eos excommunicatos, qui expreſſe & ſpecialiter, ideſt nominatim denunciati ſunt, tum ad eos, qui notorie inciderunt in ſententiam Excommunicationis latam 3
pro ſacrilega manuum injectione in Clericum, quamvis denunciati non ſint.

Hæc vero habet hic *Zoeſius in decretal. lib.* 5. *tit.* 39. *n.* 108. 4
„ De poſteriori (*inquit*) tantum eſt quæſtio, quum in Extra-
„ vagant. Ad evitanda in dict. Concilio Conſtantienſi non
„ fiat mentio notorii percuſſoris Clericorum, ſed generali-
„ ter notorii Excommunicati, qui talis eſt, ut nulla tergi-
„ verſatione celari poſſit, ut non debeat reſtringi tantum ad
„ notoriam Clerici percuſſionem, ſed, uti verba citata a
„ Navarro dict. tit. 27. num. 35. ſonant, generaliter locum
„ habere in quolibet Excommunicato notorio, qui celari
„ nulla tergiverſatione poteſt. Quod ipſum ſenſit Navarr.
„ dict. loco. Sed conſuetudine poſtea reſtrictam eſſe dictam
„ Extravagantem ad percuſſionem Clerici notoriam. Alii
„ tamen dictam Extravagantem aliter citant pro his: Aut ſi
„ aliquem ita notorie excommunicationis ſententiam conſti-
„ terit inciditſſe: legentes: Salvo ſi quem pro ſacrilega ma-
„ num injectione in Clericum ſententiam latam a Canone
„ adeo notorie conſtiterit inciditſſe &c.: Quam lectionem
„ plerique ſequuntur tenentes, non alios vi iſtius Extrava-
„ gantis excommunicatos hodie eſſe vitandos, quam denun-
„ ciatos Clerici percuſſores. Eſtque conſuetudine iſta limi-
„ tatio recepta, quum videamus paſſim Catholicos cum
„ Hæreticis publice ſine ſcrupulo communicare, quos vitare
„ hoc tempore vix foret poſſibile. 5

Quod attinet ad illos, quos priori loco diximus eſſe vitandos, diſputari ſolet, num poſt ſententiam ſpecialem ab Homine latam, requiratur denunciatio? Negant aliqui innixi *dict. Extravagant. Ad evitanda*, quæ ſolum excipit Excommunicatos a Jure, vel ab Homine per ſententiam generaliter promulgatam, quam vult ad effectum vitandi, talem a Judice publicari vel denunciari ſpecialiter & expreſſe; ut videatur hunc effectum habere illa, quæ ab Homine eſt ſpecialiter 6
promulgata. At ſententia Communior, & quidem probabilior eſt, etiam eo caſu ad prædictum effectum requiri denunciationem, idque quia conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, ita ſit interpretata *dictam Extravagantem*. Accedit, quod conveniat fini ejuſdem Extravagantis; Lata enim ea fuit ad evitanda ſcandala, & ſuccurrendum timoratis conſcientiis. Id autem contingit facilius poſita opinione affirmante, quam opinione negante; quum ſæpe non ſit ita notorium ſententiam excommunicationis eſſe latam, niſi publicata ſit; 7
Confer *Zoeſ. in Decretal. lib.* 5. *tit.* 39. *num.* 110. *Hurtad de Excommunic. diſput.* 2. *diffic.* 3. *num.* 7.

Quoad vero notorios Clerici percuſſores, duo concurrant oportet, ut ii dicantur notorii, adeoque ſint vitandi; nempe & quod percuſſio Clerici ſit notoria notorietate ſeu evidentia facti, & quod ea percuſſio minime poſſit apparenti aliqua ratione excuſari. De utroque vero conſule *Hurtad. de Excom-* 8
munic. diſput. 2. *difficult.* 3. *num.* 9. *& ſequent.* 9

An cum Excommunicatis non neceſſario vitandis communicari non modo in humanis, ſed & in divinis poſſit, Vide *Hurtad. de Excommunic. diſput.* 2. *difficult.* 4. *per tot.*

ARTI-

(a) Si excommunicatus vitandus Eccleſiam ingrediatur dum divina celebrantur officia, monendus eſt ut abeat. Abire nolens vi compelli poteſt, modo tamen ſic fieri poſſit, ut nullum grave incommodum, vel ſcandalum emergat. Tunc enim ſatius eſt, ut interruptis officiis Populus omnis aufugiat. Veteris Eccleſiæ uſum, & praxim fuiſſe, ut excommunicati non expellerentur ab Eccleſia, niſi tempore offertorii, Auctor eſt Cabaſſutjus *in Theoria, & praxi juris Canonici lib.* 5. *c.* 11. *num.* 5. Eo ergo tempore ſi excommunicatus exire detrectet, nec vi compelli queat, Miſſa inchoata abrumpenda eſt. Quod ſi Canon eſſet inceptus, ſolo manente Miniſtro debet eam, & Sacerdos proſequi uſque ad Communionem inclusive, & reliqua in Sacriſtia perficere. Videatur Antoin *Tract. de Cenſuris cap.* 2.

ARTICULUS X.

De Excommunicatione Canonis quoad ſuum eſſe, & intelligi,

2 EXcommunicatio *Canonis* ſic appellatur ex quo lata ſit *in Canone* 15. *Concilii II. Lateranenſis* ſub Innocentio II. *c. Si ſuadente* 29. *cauſ.* 17. *quæſt.* 4. per hæc verba: „ Si quis ſua-
„ dente diabolo cujus ſacrilegii reatum incurrerit, quod
„ in Clericum, vel Monachum violentas manus injecerit,
„ anathematis vinculo ſubjaceat, & nullus Epiſcoporum il-
„ lum præſumat abſolvere (niſi mortis urgente periculo) do-
„ nec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandatum
„ ſuſcipiat.

Per ly *Si quis* comprehenduntur omnes utriuſque ſexus perſonæ Excommunicationis capaces, unde etiam ad fœminas extenditur, ipſæ enim ſi manus violentas in Clericum, vel Monachum injecerint, hanc Excommunicationem incurrunt, per Gloſſam *in dict. cap. Si quis*, & exponitur *cap. Mulieres 6. de ſent. excommun.* dum Epiſcopo committitur poſſe fœminas abſolvere, ſi manus violentas in Clericum, vel Mo-
3 nachum injecerint. Per ly *Suadente diabolo* denotatur quod ad incurrendam hanc Excommunicationem requiritur gravis injuria, & in ratione ſacrilegii peccatum mortale, ita ut hæc ſimul concurrant, & prava voluntas intendens Clericum, vel Monachum graviter lædere, & externus effectus, ſeu ipſa gravis læſio in rebus corporis, vel honoris ipſius, unde ſi unum ex iſtis deficiat, non contrahitur hæc Cenſura, quia *Canon* tria copulative ad hanc incurrendam videtur requirere, ſcilicet factum conſummatum, dum dicit *manus injecerit* animus injurandi, dum dicit *ſuadente diabolo*, & violentia, dum dicit *violentas manus*, uti notat inter alios Sperellus *decif.* 45. *num.* 12.

4 Per ly *manus violentas injecerit* comprehenditur quælibet actio exterior injurioſa perſonam Eccleſiaſticam, vel res ei adhærentes violenter tangens, ſive immediate, ſive mediate, ſive fiat manu, ſive pede, brachio, aut quovis alio inſtrumento capaci ad lædendum Clericum, vel Monachum, quia *Canon* utitur verbo *manus*, ex quo manus ſit inſtrumentum magis aptum, & ſolitum ad exteriores violentas injurias inferendas, uti eſſet Clericum occidere, mutilare, vulnerare, percutere, eum violenter detinere in publica, aut privata cuſtodia, eripere aliquid per vim, & injuriam de manibus, vel corpore ipſius, ut librum, pileum, aut veſtem ei adhærentem, ipſum conſpergere aqua, pulvere, lapillis, eum perſequi, ut in fluvium, aut foſſam incidat, equo decidat, & ſimilia; Gloſſ. *in dict. cap. Si quis*, *verb. Manus*, *& cap. Nuper* 29. *de ſent. excomm. & in cap. Si quis pulſatus* 13. 33. *quæſt.* 3. Injicere manus violentas in equum, cui Clericus inſidet, illum occidendo, vulnerando, percutiendo, aut detinendo; licet enim hujuſmodi violentiæ Clerico illatæ graves non ſint comparative honoris, qui contumelioſe læditur,
5 uti notavit Innocent. III. *in cap. Nuper* 29. *de ſent. excommun.* Per ly *in Clericum* intelliguntur quicumque ſaltem primam tonſuram ab Epiſcopo acceperunt, ut colligitur *ex cap. Cum*
6 *contingat*, *de ætate*, *qualitate*, *& ordine præfic.* Sic etiam Clerici conjugati, ſi cum unica, & virgine contraxerint, Habitum, & Tonſuram deferant, & alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi miniſtrent; *cap. unic. de Clericis conjug. in 6.*
7 Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform.* Canonis autem privilegio non gaudent Clerici bigami, qui contraxerunt cum duabus, vel cum una corrupta; *cap. unic. de bigamis in 6.* Item
8 Clerici qui dimiſſo Habitu, & Clericali Tonſura negotiis ſæcularibus ſe immiſcent, ſi ter ab Epiſcopo moniti non ſe emendent; *cap. In audientia* 25. *cap. Contingit* 45 1. *de ſent. Excomm.*
9 Item Clerici realiter degradati, & ſolemniter depoſiti; *ex cap.*
10 *degradatio in 6. de pœnis lib.* 5. *tit.* 9. Item Clerici ſe enormitatibus immiſcentes, ideſt ſi latrocinia, & graſſationes iniquas perpetrent, ſi bella, & ſeditiones in populo commoveant; *cap. Cum non ab homine* 14. *& cap. Perpendimus* 23. *de ſent.*
11 *Excomm.* Per ly *vel Monachum* intelliguntur omnes Regulares utriuſque ſexus; *cap. Cum illorum* 32. *& cap. De Monia-*
12 *libus* 33. *de ſent. Excomm.* Etiam Converſi, & Converſæ; *dict. cap. de Monialibus*, *& cap. Non dubium* 5. *eod. titul.*
13 Etiam Novitii, & Novitiæ; *cap. Religioſo*, *de ſent. Excomm.*
14 *in 6.* Item Tertiarii, & Tertiariæ Mendicantium in Congr., & communitate viventes, ex Conſtitut. Leonis X. incip. *Dum*
15 *intra.* Item mulieres Tertiariæ in propriis domibus viventes,

virginalem, & cælibem vitam ducentes ex voto caſtitatis de Ordinarii licentia emiſſo, ex dict. *Conſtitut.* 22. *Dum intra* edita a Leone X. 1. *Martii* 1518. *in Concil. Lateran. ſeſſ.* 11. Item Eremitæ Habitum Eremiticum ex legitima facultate 16
deferentes, & ſub ſpeciali obedientia Epiſcopi, vel alterius Prælati alicui Eccleſiæ, vel Eremitorio in communitate, vel ſeparatim deſervientes, iſti cenſentur Perſonæ Eccleſiaſticæ; Sic Gloſſa in *cap. Qui vere* 16. *quæſt.* 1. verb. *Vero* aſſerens, quod tales Eremitæ gaudent privilegio Clericorum, licet non renuntient propriis. Fagnan. *cap. Nullus num.* 61. *de Foro competent.* poſt Cardin. in Clement. *Per litteras num.* 9. *de præbend.* Innocentius *cap. Cum Monaſterium* 13. *de election.* dicens, quod licet Eremitæ poſſint habere proprium, quia non abrenunciant, tamen Eccleſiaſticæ Perſonæ ſunt; Anaclet. *lib.* 3. *decret. tit.* 1. *de vita*, *& honeſtate Clericor. numer.* 25. & multi alii, vid. verb. *Eremita num.* 13. Item omnes illi, 17
qui aſſumpto Habitu Religioſo Monialium ſervituti ſunt addicti, & pro illis eleemoſynas quærunt, & prope Monaſterium earum more vivunt. Sic etiam Laici, qui Habitu Cle- 18
ricali incedunt, & inſerviunt Congreg. Presbyterorum, qui Collegialiter ſub certo Superiore modo Religioſo vivunt; ſic Antonellus *num.* 22. Mattheucci *Official. Cur. quoad excommunicationem Canonis num.* 10. Felix Poteſtas *de Miniſtr. Sacram. Poenit. cap.* 3. *num.* 3560. & alii. Item Equites S. Joannis 19
Hieroſolymitani vulgo dicti *Cavallieri di Malta*; ipſi enim emittunt tria Vota ſubſtantialia in Religione a Sede Apoſt. approbata, & ſunt vere Religioſi, & ſi ſe invicem percutiant, Pontifex eis concedit, ut ab Excommunicatione hac de cauſa incurſa abſolvi poſſint ab eorum Priore Sacerdote *Cap. Canonica* 50. *de ſentent. Excommun.*

Novæ additiones ex aliena manu.

NUM excommunicatio contenta in Canone hoc *Si quis* 1
ſuadente diabolo cauſ. 17. *quæſt.* 4. ſit latæ an ferendæ ſententiæ, non immerito dubitari poteſt. Non ignoro, quod Seculo decimoſecundo, quo in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio II. dictus *Canon* latus fuit, jam in Eccleſia erant in 2
uſu excommunicationes *latæ ſententiæ*. Sed formula illa: 3
Anathemati ſubjaceat, qua uſus eſt præfatus *Canon*, non videtur importare excommunicationem *latæ ſententiæ*. *Hæc formula* (ut recte ait *Vaneſpen. Jur. Eccleſ. univ. part.* 3. *tit.* 11. *cap.* 6. §. 20.) *non videtur magis latam ſententiam importare, quam hæc: Sit Anathematizatus: Sit ſequeſtratus: quæ tamen* 4
juxta Gloſſ. in cap. 2. *de For. competent. verb. Sequeſtratus, nonniſi Excommunicationem ferendæ ſententiæ ſignificat.*

Cæterum Doctorum interpretatione, tum uſu Fori, con- 5
tinet *dict. Canon* excommunicationem latæ ſententiæ, quod ſane ſufficit, nam, ut inquit *Paulus in L.* 11. *ff. de legibus*, 6.
minime ſunt mutanda quæ interpretationem certam ſemper habuere.

ARTICULUS XI.

Quinam ab incurſu hujus Excommunicationis excuſentur, vel non?

PRIMO ab incurſu hujus Excommunicationis excuſantur, 1
qui laborant ignorantia invincibili, tam juris, ut ſi quis invincibiliter ignorat ob Clerici percuſſionem eſſe ſtatutam Excommunicationem, quam facti, ut ſi quis ignorat, eum, quem percutit, eſſe Clericum, & ſi res deducta ſit ad Forum externum, et de ignorantia ipſius dubitetur, ſit ipſe paratus etiam cum juramento ſuam ignorantiam probare; *cap. Si vero* 4. *de ſent. Excomm.* Sic qui percutit Laicum putans eſſe Clericum, contrahit quidem malitiam ſacrilegii, ſed non incurrit excommunicationem, quia ut hæc incurratur, debet re ipſa, & non tantum in apprehenſione Clerico, vel ſtatui Clericali irrogari injuria; Del bene *ſect.* 21. *numer.* 1. La Croix *lib.* 7. *num.* 322., & alii paſſim, *arg. cit. cap. Si vera* 4. *deſent. Excomm.*, & ſic de ſimilibus; ut ſi quis ex conſcientia erronea putet eſſe annexam cenſuram (quæ re vera annexa non eſt) actioni quam operatur, hic quidem gravius peccat, quatenus operatur contra ſuam conſcientiam dictantem rem gravius prohibitam, at nullatenus incurrit cenſuram propter rationem allatam. Tum quia ignorantia invincibilis ſemper excuſat ab incurſu cenſuræ; textu expreſſo *in cap. Ut animarum periculis* 2. *de Conſtit. in 6.*, & concordat cit.

2 *cap. Si vero 4. de sent. Excomm.*, & tenent Doctores communiter. Secundo excusantur, qui Clericum percutiunt ad sui defensionem vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ; *C. Ex tenore 10. hoc tit., & c. Significasti, de homicid. voluntar. lib. 5. tit. 12.* ubi expresse habetur *Quamvis vim vi repellere omnes leges, & omnia jura permittant, tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam sed ad injuriam propulsandam.* Tertio excusantur, qui fortuito, & subitanea ira, vel passione sine sufficienti deliberatione
3 Clericum lædunt, ut colligitur *ex cap. Si vero 3. de sent. Excomm.*, & tenet expresse Glos. ibid. verb. *Fortuito*, ubi dicit: *Tunc enim non imputatur, quia casus fortuiti prævideri non*
4 *possunt*. Quarto excusantur Clerici se ad invicem percutientes ex mero joco, & levitate, & non ex odio, invidia, aut indignatione, quia, ut expresse habetur *cap. Super 1. de sent, Excomm. non potest in ipsis injectio manuum violenta notari*.

Quinto excusantur percutientes Clericum, vel Monachum
5 inventum turpia agentem cum matre propria, filia, sorore, & uxore, ut habetur expresse *cap. Si vero 3. de sent. excomm.* Non excusantur autem, si occidant, vel percutiant non statim ac in crimine deprehenduntur, sed post tantum temporis spatium, quo justus dolor sedari potuerit, tunc enim non amplius licet, sicut nec excusantur, si data opera in loco occulto Clericum, aut Monachum expectant, ut possint in crimine repertum occidere, nec si peccantem cum aliis consanguineis inveniant, ut definitur *cap. Si vero 3. §. Ceterum, de sent. excomm.*

6 Sexto Mulieres percutientes Clericum, vel Monachum pudicitiam suam facto tentantes; *cap. Si vero 3. & cap. Ex tenore 10. de sent. Excomm.* Non excusantur autem, si a Clericis solis verbis aggrediantur; tunc enim debent solis verbis repelli, nisi Clerici taliter essent molesti, ut mulieres se aliter liberare non possent, quam utendo fuste, verbere, pugnis &c. ut advertunt communiter Canonistæ *in cit. cap. Si vero*; *& cap. Ex tenore*.

7 Septimo excusantur percutientes Clericum privilegiis clericalibus a suo Episcopo privatum, vel publice exercentem Macellum, vel munus Tabernarii, vel artem mechanicam post trinam Episcopi monitionem; *cap. unico, de vita, & honest. Cleric. Clement. 1. eod. titulo*.

8 Octavo excusantur Officiales Laici percutientes Clericum involuntarie, & casualiter arcendo turbam, & omnes, qui ratione officii, quod in Ecclesia obtinent, repellunt turbantes divina Officia; *cap. Venientes 16., & cap. Cum voluntate 54. de sentent. Excommun.*

9 Nono excusantur Clericum percutientes correctionis causa, ut Magistri, seu Præceptores, qui correctionis causa moderate castigant discipulos Clericos; *cap. 1. cap. Ex tenore 10., & cap. Cum voluntate 54. de sent. excomm.* Item Parentes, & Propinqui, qui disciplinæ gratia filium, vel propinquum moderate, seu leviter percutiunt; *cap. Cum vo-*
10 *luntate 54. de sent. excomm.* Circa hos tamen est advertendum, quod si Magistri, Patres, & Propinqui sint Laici, habeant solum jus corrigendi, & puniendi Clericos in minoribus constitutos, non autem in sacris, & majoribus Ordinibus, sicut expresse, & clare definitur *in dict. Cap. Cum voluntate*, per præcisa verba: *Si quis vero ratione officii, quod in Ecclesia obtinet, vel etiam alii Clerici Seniores Zelo devotionis pueros, vel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos turbantes Divinum Officium, & qui obtentu prælationis vel magisterii subditos, vel scholares correctionis causa leviter forsan percusserint, Excommunicationis sententiam non incurrunt, quod de his dicendum est, qui aliquos de Familia sua, vel propinquos inferiorum Ordinum simili modo, ut cohibeantur a suis insolentiis, & scientia, bonisque moribus informentur, duxerint corripiendos*; Et ratio est, quia nimis indecorum esset statui Clericali, & plurimum vilesceret Clericalis reverentia, si laicis potestas corrigendi per verbera in Clericos in sacris constitutos concederetur; hæc enim est opinio communior, quidquid dicant aliqui in contrarium ratione patriæ potestatis.

11 Decimo excusantur præ ceteris Prælati Ecclesiastici, si correctionis causa Clericos, vel Monachos sibi subditos nedum in minoribus, sed etiam in majoribus Ordinibus constitu-
12 tos juxta gravitatem culpæ castigaverint, dummodo id faciant per se, vel per alium Clericum, vel Monachum; *dict. cap. Ex tenore, & Cap. Cum voluntate*. Si autem per Laicum fecerint, tam Prælatus mandans, quam Laicus mandatum exequens Excommunicationem incurrit; *cap. Universitatis 24. de sent. excomm.* In casu vero quo necessitas urgeat, & 13
Clericus, vel Monachus aliter quam per Laicos a facinore compesci, & capi non possit, aut consuetudo sit, ut Ecclesiastici per Laicos ligentur, incarcerentur, imo, & torqueantur, tunc Prælati poterunt uti ministerio Laicorum ad ipsos sic puniendos, & a facinoribus compescendis absque incursu Excommunicationis; *cap. Ut famæ 35. vers. Laici, de sent. Excomm.*

Non excusantur autem, sed *Canonis* Excommunicationem 14
incurrunt, Primo nedum manus violentas in Clericum, vel Monachum suadente diabolo injicientes, sed etiam id mandantes, dummodo effectus sequatur; *cap. Mulieres 6. de sent. Excomm.* expressis his verbis: Illi vero, qui non per „ seipsos, sed eorum auctoritate, & mandato alii violen- „ tas injiciunt manus in Clericos, ad Sedem Apostolicum 15
„ sunt mittendi; cum is committat vere, cujus auctoritate, „ vel mandato delictum committi probatur. Et mandans hanc incurrit Excommunicationem, licet de mandato pœniteat, antequam suum mandatum fuerit effectuatum, nisi mandatum revocaverit, & de revocatione ante exequutionem mandati mandatarium serio monuerit. Sicuti eam incurrit 16
projiciens e tecto lapidem cum deliberatione occidendi Clericum, quamvis statim post jactum pœniteat, atque, si posset, revocaret, quia quantum est ex parte sua operis prohibiti jam malitiam complevit, ut colligitur *ex cap. Ad audientiam, de homicidio*, & tenent *Avila part. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 7. concl. 2.* Egid. *disp. 14. dub. 15. num. 163.* Confectius *Summ. privileg: tit. 14. can. 3.* Layman *de excomm. lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 5. num. 7.*, & alii passim.

Secundo non excusantur illi, qui licet non mandent vio- 17
lentam manum injectionem in Clericum, vel Monachum, suo tamen nomine, gratia, vel intuitu factam signo aliquo externo ratihabent, ut expresse habetur *cap. Cum quis 23. hoc „ tit. in 6.* his verbis: Cum quis absque tuo mandato manus „ injicit in Clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum ha- 18
„ bueris, Excommunicationem latam a Canone incunctan- „ ter incurris. Non autem eam incurrunt, si ratihabeant talem violentiam factam, non suo sed solum alterius nomine, „ ut aperte declarat idem textus: „ Si vero injectio eodem „ tuo nomine non fuit facta, tunc licet pecces ratihabendo „ eamdem, non tamen propterea Excommunicationis ullius „ vinculo innodaris, cum quis ratum habere nequeat quod „ ejus nomine non est gestum.

Tertio non excusantur, qui Clericum vel Monachum etiam 19
absque ulla læsione corporali recludunt, vel detinent in carceribus publicis, vel privatis, vel in aliqua domo, vel alio in loco injuriose, & violenter retinent, ne exire possint, & quo voluerint, libere progredi nequeant, *Cap. Nuper 29. de sent. Excomm.*

Quarto non excusantur consulentes, auxilium feren- 20
tes, consentientes, sociantes; *Cap. Quantæ 47. de sent. Excomm.*, *& Clementin. 1. de pœnis*, ubi explicite in- „ ter reos hujus canonis enumeratur „ qui injuriose, vel „ temere percusserit, aut banniverit, vel hæc mandaverit „ fieri, vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in „ his dederit vel favorem &c. Et de sociantibus homicidam etiam sine manuum injectionem clarissime habetur *cap. Sicut 1. de homicid. voluntar. lib. 5. tit. 12.* his verbis: „ Illi au- „ tem, qui animo occidendi, feriendi, aut capiendi illum „ sanctum, ac Reverendum virum quondam Cantuar. Ar- „ chiepiscopum circa manum injectionem se fatentur venis- „ se, si de illa captione mens ejus sequuta fuisset, pari pæ- „ nitentia, vel foro pari exiterent puniendi.

Quinto non excusantur omnes illi, qui ex officio, vel alio 21
titulo tenentur, & possunt sine suo gravi incommodo hanc violentam manuum injectionem impedire, & non impediunt, sicque tacite consentiunt, & permittunt, uti Superiores omnes sive Ecclesiastici, sive sæculares potentes impedire suos subditos ab his violentiis, et non impedientes; Parentes non impedientes filios, et Domini, et Officiales non avertentes servos, et milites cum possint; *cap. Quantæ 47. de sent. „ Excomm.* Non autem solos violentiæ hujusmodi Auctores, „ præsumptio aliquorum existimet puniendos, sed facientes, „ et consentientes pari poena plectendos catholica condemnat auctoritas. Eos delinquentibus favere interpretamur, „ qui, cum possint, manifesto facinori desinunt obviare, et „ Gloss. hic verb. Quidam clare innuit, quod, qui auctori- „ tatem habet ex Officio, et non prohibet, si potest, est ve- „ ro excommunicatus.

Sexto

22 Sexto non excusantur percutientes Clericum etiam in sui percussionem consentientem, quia licet talis percussio non sit violenta respectu Clerici voluntarie percussi, est tamen violenta, et injuriosa respectu status Clericalis. Canon enim iste non tam pronunciatus est in favorem Clerici, quam in favorem status Clericalis; *cap. Contingit 36. de sent. Excomm.* ubi etiam præcipitur excommunicari Clericus permittens se percuti. *Si quis autem Clericus post prohibitionem hujusmodi,*
23 *sponte se subjecerit, excommunicetur*. Imo per Sperell. *decis. 45. num. 71.* Barbosam, et alios triginta gravissimos Auctores, Clericus incurrit hanc Excommunicationem se ipsum percutiendo, si hoc faciat ex malitia, & passione, animo irato, & non ex fervore devotionis, quia injuriam facit ordini Clericali, pro cujus decore, & indemnitate potissimum promulgatus est Canon *Si quis suadente*.

24 Septimo non excusantur, qui venenum Clerico, vel Monacho propinant, maxima enim offensio, & violentia resultat ex propinatione veneni, cujus ministerio, & instrumento propinans personam Clerici, vel Monachi violenter tangit, cum venena de se apta sint mortem inferre. Imo hæc
25 Excommunicatio incurritur statim ab initio propinati veneni, quia venenum calefactum in stomachum statim incipit agere, & quamvis forte non sequatur mors, hoc est præter intentionem propinantis, & per se non tetit, per venenum enim est violentia illata personæ sumenti, quæ per illud incipit violente disponi ad mortem; Sperell. *decis. 20. num. 21.* Claudius la Croix, Bea, Matheucci, & alii passim cum Lezana *t. 3. verb. Clericus num. 7.*

26 Octavo non excusantur percutientes Petrum Clericum, credentes illum non esse Petrum, sed Paulum similiter Clericum, & ratio est, quia tam intentio, quam opus externum est injuriosum statui Clericali, propter cujus reverentiam imposita est Excommunicatio. Nec ulla ignorantia excusat in hoc casu, cum percutiens habeat intentionem percutiendi Clericum, & re ipsa percutiat unum Clericum, licet credat esse alium Clericum; colligitur ex *cap. Si vero 2. num. 4. de sent. Excomm.*

27 Nono non excusantur percutientes Clericum, vel Monachum etiam mortuum, vel male tractantes ejus cadaver; privilegium enim hoc etiam in Clerico mortuo perseverat, & qui ipsum offendit, est adhuc injurius statui Clericali; sic tenent Pignatelli *tom. 6. consul. 5. num. 3.* Sperell. *decis. 21. numer. 25.* Engel *tit. 32. §. 1. num. 5.*, & alii passim cum Felino *in c. Nobis 2. num. 4. de sent. excomm.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 QUari hic solet, an percutiens Clericum in defensionem
2 Tertii incurrat nec ne excommunicationem, de qua disseritur? Negatur, propterea quod defensio Innocentis respectu cujuscumque Aggressoris sit maxime naturalis, & suo modo debita vel saltem licita; *Cap. Delicto, de sententia Excommun.* ut nulla ex eo actu debeat resultare pœna, dummodo non cesset vera & justa ratio defensionis; *Zoes. in Decr. lib. 5. tit. 39. num. 56. Suarez. de Censur. disputat. 22. sect. 1. numer. 39.*

3 Quod dicitur *in cap. 3. de sent. Excommun.* percutientem scilicet Clericum turpia agentem cum matre, filia, sorore, & uxore, non incurrere excommunicationem, id intelligendum tam de copula, quam de aliis actibus turpibus; *Suarez de*
4 *Censur. disput. 27. sect. 1. numer. 37.* Nomine uxoris venit
5 etiam sponsa de præsenti, non item de futuro. Sed an nomine Matris veniat Avia, tum an nomine filiæ veniat Neptis, non conveniunt Doctores. Negat *idem Auctor citat. loco num. 36.*

6 Percutientes Clericos privatos privilegiis Clericalibus a suo Episcopo non incurrere excommunicationem, recte ait
7 *Auctor n. 7.* Clerici autem privati privilegiis Clericalibus sunt degradati, non item depositi, nisi post depositionem se-
8 quatur incorrigibilitas. Sed an requiratur Judicis declaratio; Affirmat *Zoes. in Decretal. lib. 5. tit. 39. num. 43.*, qui tamen alios tradit casus, in quibus sola incorrigibilitas post trinam monitionem privat privilegio Clericali.

9 Quod ait *Auctor num. 23.*, Clericum seipsum percutientem incurrere excommunicationem, intellige cum *Zoesio in Decretal. dict. lib. 5. tit. 39. num. 66.: quatenus percussio induxit gravem læsionem in proprio corpore, ut ei conveniat ra-*
10 *tio Canonis, quia læditur favor publicus status Clericalis*. Cle-

ricum vero consentientem sui percussioni non incurre excommunicationem patet *ex c. 36. de sentent. Excommunic.* in quo habetur, consentientem excommunicandum, quod est argumento non incurrisse excommunicationem.

Articulus XII.

Quinam ab Excommunicatione Canonis possint absolvere, vel non?

AD faciliorem hujus Tituli intelligentiam prænotandum 1
est, quod percussio, seu violenta manuum injectio in Clericum dividitur in levem, mediocrem, & enormem; *c. Pervenit, de sent. Excomm.* Levis est, quæ fit sine relictione 2
maculæ, seu signi percussionis in corpore, ut quæ fit manu, pede, digito, baculo, lapide nullam maculam externam, seu contusionem relinquente. Mediocris est, quæ fit cum reli- 3
ctione maculæ, seu signi percussionis in corpore sine mutilatione, aut lethali vulnere, ut quæ fit cum dentium, aut magna capillorum evulsione, cum carnis suppellatione, cum magna sanguinis effusione, cum vultus fœdatione, vestium effractione, & similibus. Enormis est, quæ fit cum gravi 4
vulneratione, mutilatione, aut magna sanguinis effusione, non a naribus, sed a magno vulnere proveniente; *cap. Cum illorum 32. de sentent. excomm. §. Qui si clausurales.* Et per- 5
cussio, seu injuria de se non gravis, & enormis, potest esse enormis ratione qualitatis personæ offensæ, & loci, in quo offenditur; ratione Personæ offensæ est enormis, cum percutitur licet leviter Episcopus, Abbas, vel a subdito suus Superior, a Filio suus Pater, a Discipulo suus Magister, ex *cit. cap. Cum illorum*; & Fagnan. ibi: *num. 21.* Ratione loci 6
fit enormis, cum fit publice, v. g. in Theatro, in Foro, in conspectu Superioris, Judicis, in Ecclesia, & Cæmeterio; ex *cap. Qui sævis 17. q. 4.* & ex Fagnan. *loc. cit. n. 23.* His prænotatis resolves:

In articulo mortis, & in absentia Superioris, ad quem de 7
jure spectat absolutio, quilibet Sacerdos potest absolvere ab hac Excommunicatione, etiam per percussionem enormem contracte, sicuti a qualibet alia, cum onere, ut elapso periculo absolutus compareat coram Superiore ad exequendum quod ille præscripserit; *cap. Eos qui, de sent. Excom. in 6. & cap. Excommunicamus, de sent. Excom. inter extravag. commun. §. Decrevimus.* Et signanter dicitur *in absentia Superio-* 8
ris, ad quem de jure spectat absolute, quia certum est ex mox laudatis *cap. Eos qui &c. & cap. Excommunicamus &c.* a censura Excommunicationis reservatæ neminem in mortis articulo absolvi posse, si facilis sit recursus ad Superiorem, ad quem absolutio de jure spectat; ibi enim §. *Decernimus* sic „ clare statuitur: „ Decernimus etiam, ut nullus hanc in- „ currens Excommunicationis sententiam pro prædictis, vel „ aliquo prædictorum absque speciali mandato nostræ absolutionis beneficium valeat obtinere, nisi forsan ad nos ha- „ bere accessum non posset in mortis articulo constitutus.

Extra articulum mortis possunt ab Excommunicatione ca- 9
nonis etiam per percussionem mediocrem, & enormem contracta absolvere Legati a latere, quia licet hæc Excommunicatio in Canone *Si quis suadente diabolo* sit specialiter reservata Romano Pontifici, ex declaratione tamen ejusdem extensa intelligitur facultas absolvendi Legatis a latere, quibus constat hanc absolvendi facultatem competere ex Officio Le- gationis, *ex cap. Ad eminentiam, de sent. Excom.* Et isti 10
Legati a latere possunt absolvere omnes undecunque advenientes. Legati autem missi, sive Nuncii Apostolici pos- 11
sunt solum absolvere eos, qui sunt in Provincia suæ Legationis, ut expresse colligitur ex textu *in cap. penult. de Offic. Legati*.

Extra mortis articulum possunt Episcopi absolvere ab hac 12
Excommunicatione contracta ob percussionem levem etiam publicam; *c. Pervenit 17. de sent. Excom.* A contracta vero 13
ob percussionem mediocrem, & enormem possunt absolvere tantummodo, si sit occulta, ex Trident. *sess. 24. de reform. cap. 6.* ubi expresse habetur; „ Liceat Episcopis... in qui- „ buscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reser- „ vatis delinquentes quoscunque sibi subditos in Diœcesi sua „ per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum „ in Foro conscientiæ gratis absolvere imposita pœnitentia „ salutari „. Et si fuerit publica, possunt ab ea absolvere,

si per

si personæ Excommunicatæ sint impeditæ adire Pontificem impedimento perpetuo, vel longissimi temporis; *cap. Mulieres 6. cap. De cetero 11. cap. Ea noscitur 13. cap. de Monialibus 33. & cap. Quamvis 58. de sent. Excom.* Si impedimentum est perpetuum, absolvuntur sine onere comparendi; si impedimentum est solum temporale, absolvuntur cum onere comparendi cum primum commode poterunt, alias reincidunt in aliam similem excommunicationem; *ex cap. Eos, qui, de sent. Excom. in 6. & cap. De cetero 11. tit. 39. de sentcn. Excom.* Quinam autem censeantur impediti adire Romam, vid. verb. *Absolutio art. 1. n. 6. 7. 8. &c.*

Prælati Regulares (pro quibus in hoc non veniunt Superiores locales Conventuum *ex decreto Visitationis Apostolicæ 13. Martii 1691.*) possunt suos subditos, & Novitios absolvere ab Excommunicatione contracta, nedum ob percussionem levem, & mediocrem, *ex capit. Monachi, cap. illorum §. Si Claustrales, & cap. Canonica de sentent. Excom.* sed etiam ab Excommunicatione contracta ob percussionem enormem, ex Bullis Clementis IV. incip. *Virtute conspicuos*, Sixti IV. incip. *Regimini*, Julii II. incip. *Exponi Nobis fecisti*, & Pauli III. incip. *Licet debitum*; inter enim excessus enormes in illis Constitutionibus exceptos, pro quorum absolutione sit a Regularibus Sedes Apostolica adeunda, non reperitur percussio enormis, & casus excepti per omnes firmant regulam in contrarium, & in non exceptis, neque constat de expressa, & specifica Sanctæ Sedi reservatione absolutionis a percussione etiam enormi, qua se Regulares offendunt. Tum quia Clemens VIII. in suo Decreto edito 26. *Maii* 1593. pro limitatione casuum reservabilium a Prælatis Regularibus, statuit posse ab ipsis inter alios sibi reservare *occisionem, aut vulnerationem, seu gravem percussionem cujuscumque personæ*, sed per hanc concessionem Pontifex aperte supponit in Prælatis Regularibus veram facultatem absolvendi suos subditos a tali enormi, & gravi percussione, cum certe constet nullum Prælatum posse sibi reservare censuram, a qua non possit ipse absolvere, alias superflua esset, & frustranea Pontificis dispositio. Et hoc evidentius ostenditur per ea, quæ Urbanus VIII. confirmans ipsum Decretum Clementis in decreto de expresso ejus mandato edito *a Congr. Conc. die 21. Septembr.* „ 1624. subjungit: „ Sanctitas sua deinceps declaravit, ut „ si hujusmodi Regularium Confessariis casus alicujus reservati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint „ nihilominus Confessarii illa vice pœnitentes Regulares, „ etiam non obtenta a Superiore facultate, absolvere„; sed Pontifex per hæc verba *facultatem petentibus Superior dare noluerit*, manifeste, & evidentissime supponit Prælatos, Regulares per se ipsos, vel alios, quibus id commiserint, posse proprios subditos ab omnibus illis casibus absolvere; ergo certissime constat posse Prælatos Regulares suos subditos per se, vel per alios absolvere a percussione etiam gravi, & enormi. Sic firmiter tenent Donatus *tom. 1. part. 1. tract. 13. q. 17. & tom. 2. tract. 11. q. 17. & 18.* Anaclet. *libr. 5. Decr. tit. 39. de sent. Excom. n. 255.* Felix Potest. *tom. 1. par. 4. numer. 3578.* Lezana *t. 1. cap. 18. n. 3.* Tamburin. *de jure Abbat. tom. 2. disp. 14. q. 10. n. 6.* Hasbensis, Rodriquez, Layman, Sorbo, Matthæucci, Engel, & alii plurimi. Vide tamen verb. *Prælatus Regularis n. 31.*

Regularis percutiens Religiosum alterius Ordinis debet absolvi ab ambobus eorum Prælatis; *ex cap. cum illorum, vers. si vero Claustralis 23. de sent. Excom.* ubi expresse habetur: „ Si vero Claustralis aliquis in Religiosam personam alterius „ Claustri manus iniecerit violentas, per Abbatem proprium, „ & ejus, qui passus est injuriam absolvatur „ quod ex Molina *de jure, & Justitia tract. 3. disp. 60. n. 5.* & Engel *lib. 5. tit. 39. de sent. Excom.* sic debet intelligi, ut absolutio, & executio pœnæ fiat per Prælatum Religiosi percutientis tamquam per Judicem Ordinarium cum consensu tamen, & præscientia Prælati Religiosi offensi tamquam Actoris super injuria sui Religiosi, nisi Prælatus Religiosi offensi totum hoc negotium remiserit Prælato Religiosi offendentis. Et si Religiosi illi adinvicem, & mutuo se percusserint, poterit quilibet Superior suum subditum absolvere, quia tunc injuria compensatur; sic Felix Marius *pag. 626. n. 9.* Regularis percutiens Clericum sæcularem potest absolvi a proprio Superiore Regulari de licentia Episcopi Diœcesani, vel ab ipso Episcopo; *ex cap. Religiosi 21. de sent. Excom. in 6.* vel a Sede Apostolica *ex Stylo Curiæ cap. Cum illorum 32. de sent. Excom.* Vide infra *n. 24.*

Moniales exemptæ se invicem etiam graviter, & enormiter percutientes possunt absolvi a suis Prælatis Regularibus, vel ab aliis ab ipsis deputatis, quia privilegia Regularibus concessa eorum Monialibus communicantur, ut expresse concedit Sixtus IV. in Bulla aurea Monialibus Prædicatorum, & Minorum, & signanter pro Monialibus S. Claræ concedit Leo X. Constit. *Cum sicut*, Gregorius XIII. Const. *Ex benignæ Sedis*, & Pius V. Constit. *Et si Mendicantium*, in quibus confirmant privilegia Fratrum Minorum de Observantia, & Monialium S. Claræ, & Tertii Ordinis S.P. Francisci, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus. Moniales vero subjectæ Ordinariis se invicem, vel Clericos percutientes absolvuntur ab Episcopo, etiamsi percussio sit gravis, & enormis; *cap. de Monialibus 33. de sent. Excom.* Regulares intra Italiam, & extra Urbem possunt absolvere sæculares a percussione levi, si ab Episcopo habeant facultatem absolvendi a casibus ipsi reservatis: non enim possunt sola sua facultate propria, cum per decretum jussu Clementis VIII. editum 26. *Novembris* 1602. sit absolute reservata privative ad ipsos violenta manuum injectio in Clericos juxta Canonem: *Si quis suadente diabolo 17. q. 4.*

Additio ex Auctore.

Ad dicta sub verb. Excommunicatio art. 12. num. 20. addendum est, quod Abbas, seu Superior Regularis non potest absolvere Monachos sibi subjectos a percussione Clerici Sæcularis, ut expresse respondit *Sac. Congreg. Concil. in Mediolanen. Censurarum 2. Decemb.* 1719. *ad 5. dubium*, in qua Causa, cum alia ad rem facientia proposita, & resoluta fuerint, hic pro uberiori notitia ad litteram subnectuntur prout referuntur in Thesauro Resolutionum S. C. C. *t. 1. in dicta Mediolanen. Censurarum*, ibi: In Oppido Civitatis Mediolanensis Diœcesis Cœnobium extat Monachorum Montis Oliveti, cujus Abbatia commendata est Eminentissimo Cardinali Odescalco Archiepiscopo. Penes Abbatem Commendatarium itare dicitur cura habitualis; Ecclesia etiam Cœnobii est Parochialis, & cura actualis exercetur a perpetuo Vicario. Inter Monachos, & Vicarium jurgia, & contentiones sæpius exortæ sunt. Cum autem die 26. mensis Januarii anni præteriti 1718. Livius Bazzana Vicarii munere fungens percussus fuerit a duobus Monachis, ab Antonio videlicet Petragrossa Sacerdote, & ab Alexandro Fumagallo Laico Converso, nonnulla Acta in Curia Archiepiscopali gesta fuerunt, de quorum validitate in præsenti est disputandum, uti desumitur ex primo dubio mox referendo, & ex ceteris inter partes concordatis; cumque hinc inde Scripturæ distribuantur, dignabuntur EE. VV. decernere.

I. *An Acta hactenus facta per Curiam Archiepiscopalem Mediolanen. contra Rev. Patrem Antonium Petragrossa, & Fr. Alexandrum Monachos justineantur, in casu &c.?*

II. *An liceat eidem Curiæ Archiepiscopali declarare, vel saltem denunciare excommunicatos, in vim Canon. Si quis suadente, dictos Monachos, in casu &c.? & quatenus negative.*

III. *An constet de sufficienti punitione facta per dictum Abbatem Regularem, in casu &c.? & quatenus negative.*

IV. *An, quomodo, & quibus poenis sit procedendum contra dictos Monachos, in casu &c.*

V. *An licuerit eidem Abbati Regulari absolvere prædictos Monachos a censuris, si quas incurrerint si in vim dicti Canon. si quis suadente, in casu &c.*

Eadem Sac. Congreg. Conc, in d. Mediolan. Censurarum die 2. Dec. 1719. Respondit.

Ad primum. *Affirmative, excepto Monitorio expedito die 14. Februarii 1718. necnon excepta citatione expedita die secunda Junii ejusdem anni.* Ad secundum, *licere (renovata tamen citatione juxta instructionem) declarare Fratrem Alexandrum, nec non P. Antonium, quatenus delictum habeatur pro notorio, & quatenus habeatur tantum pro publico, licere denunciare, idest præcipiendo suis Parochis, & Subditis universis, ne eos admittant intra Ecclesias sibi subjectas, & non conversentur cum eodem.* Ad Tertium *negative*. Ad quartum *detrudendos nomine Sacræ Congregationis in Carcerem formalem, & per Abbatem certioretur Eminentissimus Episcopus de poena delinquentibus imposita.* Ad quintum *negative.*

Nova

Novæ additiones ex aliena manu.

1 DE materia hujus articuli, consule, si libet, *Zæs. in Decretal. lib. 5. tit. 39. num. 165.*

EXECUTOR LITTERARUM APOSTOLICARUM.

1 EXecutor alius est merus, & alius mixtus. Executor merus est, qui post negotium jam plene discussum deputatur, ita ut nihil aliud illi restet, nisi actualis executio; *leg. Executorem 8. Cod. de execut. rei judic.*, *& leg. Sicut proponis 6. Cod. eod.* Unde mero Executori committitur nudum, seu merum exercitium executionis absque exercitio jurisdictionis, uti communiter fit in litteris gratiosis Papæ; si tamen adsit legitimus contradictor, & possessor in Beneficio, tunc ex mero efficitur mixtus. Executor mixtus est ille, qui simul partes Judicis assumit, ut si Papa ei committat in forma *dignum*, tunc enim examinare debet narrata &c. ubi e contra Executor merus non cognoscit de subreptione, sed hanc advertens nude cessat ab Executione; Rota *de executione litter. Apostolicar. part. 1. cap. 6. a num. 1.*, *& communis aliorum*. Quando in rescriptis additur *Vocato Titio*, tunc exe-
2 cutor est mixtus, præsertim quando Papa ipse non facit gratiam, sed committit faciendam; Rota *loc. cit. cap. 8. numer. 1.*, & alii passim. Sic efficitur executor mixtus per clau-
3 sulam *Amoto*; Rota *part. 2. decis. 159. num. 3. part. 3. decis. 451. num. 3. part. 16. decis. 107. num. 6. part. 18. tom. 2. decis. 420. num. 17.* Card. de Luca *de benefic. disc. 73. numer. 24. de jurepatronat. disc. 51. sub num. 6.* Et per clausulam *constito*;
4 Rota *part. 5. tom. 1. decis. 65. num. 7.*, *&* 8. Card. de Luca *de benefic. disc. 72. num. 6. disc. 73. num. 24.* Vel per alteram *dummodo verificato jure patronatus*; Rota *part. 13. tom. 2. dec. 410.*
5 *num. 2.* Card. de Luca *de Jurepatronat. disc. 51. sub num. 6.* Et
6 per clausulam *vocatis vocandis*, vel *accedente consensu*; Rota *part. 1. decis. 225. num. 3. part. 2. decis. 525. num. 7. part. 16. decis. 222. num. 6.* Card. de Luca *de benefic. disc. 48. num. 4. disc. 72. num. 6. disc. 73. num. 24. de jurepatronat. disc. 41. sub*
7 *num. 6. de alienat. disc. 13. numer. 5.* Item efficitur Executor mixtus per clausulam *dummodo non sit alteri jus quæsitum*; Rota *part. 4. tom. 1. dec. 451. n. 17.*

8 Executor Apostolicus debet in primis requirere justificationem Litterarum Apostolicarum; Rota *part. 3. recent. de-*
9 *cis. 129. numer. 5.* Non enim eas exequi debet absque earum justificatione; Rota *part. 7. decis. 147. numer. 5.* Nec potest procedere ante illarum præsentationem; Rota *part. 1. decis. 166. num. 11.* Secus injuste procederet; Rota *part. 3. decis.*
10 *129. num. 5. part. 11. decis. 369. num. 14.* Executor Litterarum Apostolicarum procedere potest absque illarum exhibitione in Cancellaria Apostolica; *Sacra Congregat. Concilii in Turritana* 15. Novembris 1704., ibi: II. An Executores deputati in Litteris Apostolicis procedere valeant absque illarum exhibitione in Cancellaria Archiepiscopali? & quatenus negative, III. An Archiepiscopus procedere possit in casu contraventionis? IV. An rescripta Apostolica emanata contra Archiepiscopum, ejusque Officiales certis Executoribus directa sint exhibenda in ejus Cancellaria? Sacra Congregat. respondit *ad 2. affirmative, ad 3.*, *&* 4. *ne-*
11 *gative lib. 54. decret. pag. 415.* Executionem Litterarum Apostolicarum impedire non possunt Ordinarii ex Decreto Concilii Tridentini, Gregorius enim XIII. Constit. incip. *Ad Romani* expresse declaravit, quod ex Litterarum Apostolicarum executione eidem Conciliari decreto nullimode contraveniatur; quapropter nemo deinceps audeat sub hujusmodi cavillationis prætextu earumdem liberam executionem impedire, sive Executores molestare; Card. Petra *tom. 4. commentar.*
12 *in Constit. 2. Marini V. num. 9.* Ordinarius nec cumulative cum Executore deputato Litteras Apostolicas exequi potest; Felin. *cap. final. num. 38. de præsumpt.* aliique adducti a Rota *in decis. 508. num. 2. cum sequent. coram Pamphil.*, *& decis. 209. num. 4. coram Buratt.* Card. Petra *loc. cit. n. 10.*

13 Dispensationum matrimonialium commissiones, si extra Curiam fiant, locorum Ordinariis, vel eorum Vicariis Generalibus solent demandari; *sic praxis quotidiana*, & est ad te-
14 norem Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 5. de reformat.*, & Rota *coram Molino decis. 693. num. 2.* Vicariis autem Prælatorum inferiorum jurisdictionem quasi Episcopalem habentium, non committuntur, cum hi Vicarii in Dignitate Ecclesiastica non sint, nec eorum officium dignitati æquiparetur Garzias *de benefic. part. 9. cap. 2. §. 1. num. 147.* Barbo a *Juris Eccles. universf. lib. 1. cap. 5. num. 29.*, & alii passim, & sic servare stylum Curiæ testatur Pirrhus Conrad. *in praxi dispensat. Apostol. leg. 7. cap. 4. num. 57.* ubi etiam asserit sic fuisse a Sacra Congregat. decisum. Excipit tamen dictus Pirrhus 15
Vicarium Abbatis Montis Cassinen. quem asserit esse in possessione, ut sibi hæ commissiones dirigantur ex Indulto speciali Sixti V. Ad illos solos Prælatos sunt dirigendæ, qui jurisdictionem quasi Episcopalem exercent, & sunt nullius Diœcesis; Seraphin. *decis. 1052. num. 1.* Coccin. *decis. 346. n. 7.*, Rota *in novissimis decis. 45. numer. 4.* coram Merlino, & sic
16 fuisse a Sacra Congregat. decisum de *anno 1593. in una Triorattus de Valez. Ordinis S. Jacobi*, testatur idem Garzias *loc. cit. num. 142.* ubi refert verba dictæ decisionis, ut sequitur:
„ Sacra Congregat. censuit, dispensationes matrimoniales,
„ & alias quascumque subditis inferiorum Episcopis a Sede
„ Apostolica concedantur, si eas extra Romanam Curiam
„ committi contigerit, & illi inferiores nullius Diœcesis exi-
„ stant, & jurisdictionem quasi Episcopalem habeant, eis-
„ dem inferioribus, non autem vicinioribus Episcopis esse
„ committendas. Hieronymus Cardinalis Matthæus.

Brevia directa constitutis in dignitate possunt expediri per 17
Canonicos Cathedralis; Gloss. *in leg. Vel universorum ff. de pignoratitia actione*, Genuens. *in praxi cap. 69. numer. 10.* Vincentius de Justis *de dispensatione matrimonial. lib. 1. q. 5. num. 14.*, & alii. Matrimoniales tamen dispensationes Ca- 18
nonicis Cathedralis non committuntur; De Justis *ibidem numer. 15.* Imo nec Sede Episcopali vacante hujusmodi dispen- 19
sationes committuntur Vicario Capitulari, sed Episcopo vicinori, seu ejus Vicario Generali, quo casu Litteræ commissionis de Stylo Curiæ concipiuntur sub ista forma: Discretioni
„ tuæ &c. cum ut dicti Oratores asserunt, sedes Episcopalis
„ N. ad præsens vacet, & Venerabilis Frater noster Episco-
„ pus N. vicinior Ordin., qui nunc vivat, existat, per Apo-
„ stolica scripta mandamus &c. Sic refert, & tenet de Justis *l. c. n. 22.*, & tenent Garzias *de benefic. p. 6. c. 2. n. 44.* Squillant. *de privileg. Clericor. c. 2. n. 200.* Cæval. *qq. commun. contra commun. q. 771. n. 9.* Monacell. *t. 2. tit. 16. form. 10. sub n. 14.* Barbosa *Juris Eccles. universf. cap. 32. num. 58.* cum multis aliis, ubi refert sic declarasse *Sac. Congregat. Conc. sub die 23. Maji* 1622. nem-
„ pe „ Dispensationes matrimoniales directas Episcopo, &
„ ejus Vicario Generali, si Sedem vacare contingat, non
„ posse per Vicarium Capitularem expediri. Nec etiam Vi- 20
carius Capitularis Sede vacante potest exequi Litteras Apostolicas in forma *dignum*, & Episcopo defuncto directas; *Sac. Congregat. Concil. in Camarinen. 2. Augusti* 1631. Potest tamen Vicarius Capitularis executioni demandare Litteras directas Episcopo per Sacram Congregationem, & ab illo non 21
executas; *Congregat. Episcop. in Massanen. 10. Aprilis* 1615. Item Vicarius Capitularis potest exequi omne id, quod Epi- 22
scopo mortuo per Bullam, seu Breve in causis jurisdictionem importantibus erat concessum; *Sac. Congregat. Episcop. in Tranen. 26. Januar. 1604.*, *& in Neapolitana 10. Februar.* 23
ejusdem anni 1604. Item Vicarius Capitularis potest perinde ac Vicarius Episcopi esse Executor Gratiarum, & Litterarum Apostolicarum tamquam in dignitate constitutus; Sperell. *decis. 31. num. 5.* Sbrozius *de Offic. Vicar. lib. 2. quæst. 23. nu. 3.* De Justis *loc. cit. n. 20.* & alii.

Deputato Vicario non potest exequi Episcopus, nec e- 24
contra, quoad hujusmodi enim dispensationum Executiones ille solus procedere potest, cui commissa est dispensatio, quia ista facultas competit Jure delegato, & non ordinario, ut recte Trullench. *oper. moral. tom. 3. lib. 7. cap. 10. dub. 6. nu. 5.* Sperell. *decis. 97. num. 107.*, *& 110.* Dec. *in cap. Quoniam*, 25
de offic. delegat., *&* ibi Abbas *num. 15.* Reiffenstul *in appendice ad lib. 4. decret. num. 298.*, & cum multis aliis De Justis *loc. cit. num. 55.*, *& 62.* Et si aliquo casu facta esset commissio Episcopo, vel ejus Vicario, tunc facta præsentatione uni, non posset alter se intromittere; *Cap. Cum plures 8. de Offic. delegat. in 6.* Piasecius *in prax. Episcopor. part. 2. cap. 4. num. 7.* Sperell. *decis. 97. numer. 11.* Gratianus *discept. Forens.* 26
cap. 92. num. 7., & alii. Si Vicarius delegatus mortuus sit, vel ab officio remotus, debebunt Litteræ per successorem in Vicariatu executioni demandari; Garzias *de benefic. part. 6. cap. 2. num. 34.* Sperell. *decis. 166. num. 7.* Parisius *de resignat. benefic. lib. 1. cap. 11. num. 17.*, & plurimi alii cum Vincent. 27
de Justis *loc. cit. num. 56.* Quando Papa in commissione non expri-

exprimit nomen Vicarii, respicit Tribunal, & non Personam, unde hujusmodi delegatio non est personalis, sed realis, quæ transit ad successorem; Gratian. *discept. Forens. cap. 92. numer. 20.*, *& cap. 378. num. 11.* Sanchez *lib. 8. disp. 27. n. 2.*, *& 28.* Reginald. *lib. 31. cap. 27. num. 209.* Filliucc. *tract. 10. cap. 10. part. 2. num. 343. tom. 1.*, & alii passim. Si vero in
28 litteris expressum sit nomen Vicarii, & Tribunalis, tunc si primo loco appositum sit nomen proprium, ut si dicatur *Dilecto Filio Paulo Vicario &c.* censetur commissio Personalis, & non transit ad successorem, sed quamvis etiam desineret
29 esse Vicarius, adhuc remanebit Delegatus. Si vero commissio facta sit Dignitati, non expresso nomine Vicarii, tunc quia hujusmodi dignitas est perpetua in Ecclesia, transibit ad successorem; Guttierez *de matrimon. cap. 125. nu. 4.* Sanchez *lib. 3. disp. 27. n. 11.* De Justis *loc. cit. n. 59.*, & alii.

30 Vicarius Episcopi adhuc non consecrati, sed solum confirmati, potest dispensationes exequi; Barbos. *Juris Eccles. universi. lib. 1. cap. 15. num. 28.* Pirrhus Corrad. *in prax. dispens. Apost. lib. 7. cap. 4. num. 45.* Sbrozius *de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 23. num. 4.* Guttierez *de matrimonio cap. 125. num. 14.*
31 Sanchez *lib. 8. disp. 27. num. 35.* & alii. Vicarius, si fiat Episcopus illius Diœcesis, non poterit exequi dispensationem sibi commissam, sed ejus in Vicariatu successor, quia cum commissio fuerit facta Vicario, & Vicarius diversus sit ab Episcopo, non debet de diversis fieri illatio; *leg. Sed si ante 17. ff. de Exceptionib. leg. Papinianus 20. ff. De Minoribus cap. Ad audientiam 12. de decimis*, Loterius *de re benefic. lib. 1. quæst. 24. num. 83.* Parisius *de resignat. lib. 11. quæst. 8.*
32 *num. 8.* De Justis *loc. cit. num. 66.* & alii. Vicarius potest exequi litteras, quamvis Episcopus esset aliqua causa excommunicatus, vel suspensus; *cap. 1. de Offic. Vicarii in 6.* Barbosa *Juris Eccles. universi. lib. 1. cap. 15. num. 44.* Sbrozius *de Offic. Vicarii lib. 3. quæst. 18. num. 1.* Squilant. *de obligat. Clericor. part. 3. num. 97. & de privileg. Clericor. cap. 2. n. 519.*
33 De Justis *loc. cit. num. 80.* Executor quicunque sit debet adunguem servare formam præscriptam in litteris, quarum vigore procedit; Rota *part. 6. decis. 200. num. 4.* secus minus legitime procedit, ubi non servat formam præscriptam; Rotam *part. 4. decis. 161. num. 5.* Imo nulliter, & injuste procedit, si mandet exequi litteras contra formam Juris; Rota *part. 18. tom. 2. decis. 473. num. 3. & 6.* Non enim potest excedere fines suæ commissionis, secus nihil agit, nulliter procedit, & reddit omnia ab eo gesta irrita, & nulla; Rota *part. 5. tom. 1. decis. 344. num. 13. part. 11. decis. 19. nu. 15. & 16. part. 16. decis. 377. num. 20.*

34 Executor pro executione nihil prorsus potest accipere etiam sponte oblatum; habetur expresse in formula litterarum Apostolicarum pro dispensatione super impedimento Consanguinitatis, ibi; *Mandamus quatenus deposita per te omni spe cujuscumque muneris, aut præmii, etiam sponte oblati, a quo te omnino abstinere monemus*, & infra; *Volumus autem, quod si spreta monitione nostra hujusmodi aliquid muneris, aut præmii occasione præmissarum exigere, aut oblatum recipere præsumpseris, Excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurras, qua tandiu innodatus existas, donec per satisfactionem condignam absolutionis beneficium a Sede Apostolica merueris obtinere.*

35 Quæ prohibitio etiam de esculentis, & poculentis, quæ paucis diebus consumi possunt, intelligenda est; Corr. *in praxi dispens. Apostol. lib. 7. cap. 6. num. 15.* Vincent. de Justis *lib. 1. cap. 6. num. 141.* Sanchez *lib. 8. disput. 35. nu. 12.* & alii passim, & ratio est, quia prohibitio Papæ est universalissima, ibi: *Cujuscumque, & si aliquid*, quibus verbis omnia comprehenduntur, *argum. leg. Quacunque ratione ff. De Procurat.* etiam modica, ut bene advertit Barbos. *de Axiom. 151. num. 70.* Tum quia *verba generalia generaliter sunt intelligenda cap. Quia circa, de privil.* nec datur in hoc interpretatio, cum verba sint clara: in claris enim non admittitur interpretatio, *argum. leg. ille, aut ille 25. ff. De legat. 1.* ibi: *Cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quæstio.* Hinc neque sub prætextu laboris in
36 studendo processui, examinandis testibus, capienda informatione &c. Neque ratione sigilli, papyri, expeditionis, aut taxæ Delegatus aliquid accipere potest, pro ut expresse declaravit *Sacr. Congregat.* apud Corrad. *cit. lib. 7. cap. 6. num. 14.* De Justis *loc. cit. num. 143.* Diana *part. 5. tract. 13. resolut. 71.*

37 Potest tamen Notarius accipere aliquid, nempe quartam partem aurei pro examinandis testibus, & sumendis ceteris informationibus, prout expresse habet Sacræ Congr. declaratio apud Corrad. his verbis: *Gratis adeo dispensationes matrimoniales concedendæ sunt, quod etiam Ordinarii, quibus istæ dispensationes committuntur, suum officium gratis præstent, ita ut nec ipse Vicarius aliquid suscipiat pro mercede; Notarius vero pro examinandis testibus, & sumendo ceteras informationes, quartam partem aurei, seu ducati accipere possit.*

Imo post executionem factam etiam ipse Executor potest 38
aliquid gratis oblatum accipere, minime vero aliquid prætendere; Ita Sanchez *lib. 8. disput. 35. num. 14.* Vincent. de Justis *lib. 1. cap. 6. num. 245.* & alii, eo quod tunc jam cesset ratio prohibitionis, quæ est, ne Judex muneribus excæcatus inique dispenset, cessante enim ratione, & causa legis, cessat ipsa lex; *leg. Adigere §. 2. ff. De jurepat.* cum ratio legis sit anima legis, *leg. Cum ratio ff. de bonis damnatorum.*

Executor dispensationis Apostolicæ pro Foro interno su- 39
per impedimentis Matrimonii occultis potest esse Magister in Theologia, vel Doctor decretorum, sive Juris Canonici; patet ex Clausula in ipsis litteris apponi solita, ibi. *Discreto viro Confessori, Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctori ex approbatis ab Ordinario per Latorem præsentium ad infrascripta specialiter eligendo.* Unde inferunt Sanchez *cit. lib. 8. disc. 34. num. 9.* Lezana *verb. Litteræ Apostolicæ n. 14.* Diana *part. 8. tract. 3. resolut. 103.* Vincent. de Justis *lib. 1. cap. 8. num. 101.* & alii communiter, non posse exequi præfatas Litteras Lectores, & Professores Regulares, qui juxta Ordinis statuta vocantur Magistri Theologiæ, vel Juris Canonici, nisi in publica aliqua Universitate, vel Academia realiter, & formaliter insigniti sint laurea Doctoratus, aut id
41 eis ex speciali competat Apostolico privilegio. Sic ex speciali privilegio Apostolico possunt Litteras Sacræ Pœnitentiariæ exequi, ac prout opus fuerit dispensare Lectores Jubilati Fratrum Minorum de Observantia, prout eis expresse, concessit Innocentius XI. 27. *Novembris 1679. Constit. incip. Exponi nobis.* Item ex speciali privilegio possunt tales
42 Litteras exequi Patres Confessarii Societatis Jesu, non quidem omnes, sed illi, qui ab eorum Præposito Generali, vel de ejus licentia ab aliis Societatis Superioribus ad id specialiter designati fuerint, etiamsi Doctores Theologiæ, vel Sacrorum Canonum non existant, prout eis expresse concessit Gregor. XIII. 3. *Aprilis* 1582. concessione sequentis tenoris,
„ Sed possunt Sacerdotes Societatis Jesu designati per Præ-
„ positum Generalem, aut de ejus licentia per alios Supe-
„ riores Societatis, & a locorum Ordinariis approbati, vel
„ approbandi, etiamsi nullo gradu sint insigniti, aperire lit-
„ teras Sacræ Pœnitentiariæ destinatas Magistris in Theolo-
„ gia, vel in Jure Canonico Doctoribus, & auditis confes-
„ sionibus recurrentium ad ipsos, imposita illis pœnitentia
„ in Litteris expressa, vel de jure infligenda, eos absolve-
„ re, ac in Foro conscientiæ quascunque sibi, verbo, vel
„ scripto commissas absolutiones, dispensationes, pœni-
„ tentiarum injunctiones excipere, & exequi. Idem pos- 43
sunt ex communicatione cum privilegiis Societatis alii Mendicantes, ut recte notat Sanchez *lib. 8. disput. 34. nu. 11.* Rodriquez *tom. 1. qq. Regul. q. 62. a num. 8. in fine*, Vincent. de Justis *lib. 2. cap. 8. n. 103.* & alii.

In casu quo Sacra Pœnitentiaria commissionem, & inscrip- 44
tionem ita faciat, ut pluries pro faciliori executione, & expeditione suarum Literarum solet facere: *Discreto viro Confessori ex approbatis ab Ordinario*, tunc poterit quivis approbatus ab Ordinario, vel alius per dictas Literas specialiter deputatus illas exequi, etiamsi non sit Magister in Theologia, nec Decretorum, seu Juris Canonici Doctor, quia in ipso videtur Sacra Pœnitentiaria dispensare, nec requirere tales qualitates seu gradus, quamvis non sit aliunde ad hoc privilegiatus, sive sit Confessarius sæcularis, sive Regularis. Executor debet esse approbatus ab Ordinario loci, in quo 45
litteras exequitur, ut declaravit *Sacra Congregat.* teste Vincentio de Justis *lib. 1. cap. 8. num. 99.* Et debet esse a pœniten- 46
te specialiter electus, ut patet ex verbis Clausulæ supra adductæ *num. 38.* Quod si unus Confessarius a pœnitente electus 47
exequi recuset, vel ob nimium rigorem pœnitenti displiceat, potest pœnitens alium eligere; Sanchez *lib. 8. disput. 27. n. 40.* Gutierez *de Matrimonio cap. 125. num. 18.* Lezana verb. *Litteræ Apostolicæ num. 29.* De Justis *lib. 1. cap. 8. numer. 122.* Corrad. *cit. lib. 7. cap. 4. num. 72.* dicens, ita sæpe interrogatam semper respondisse ipsam mentem Sacram Pœnitentiariam. Executor ad executionem non debet adhibere testes, ut pa- 48
tet ex sequenti Clausula in Litteris apponi solita: *Nullius sit-*

49 *per his testibus adhibitis, aut litteris datis.* Debet autem litteras lacerare, & nullatenus potest eas restituere Oratori, seu Latori, ut patet ex sequenti clausula in Litteris apponi consueta: *Præsentibus laniatis, quas sub pœna excommunicationis latæ sententiæ laniare teneatis, ita ut nullum earum exemplum extet; Neque latori restituas.* Alia de executoribus
50 Litterarum Apostolicarum vide apud Rosam *de Exec. Litt. Apost. part. 1. & 2.* ubi omnia de ipsis accurate explicat.

51 Episcopus, qui ob tenuitatem redditum etiam de consensu Sac. Congr. Episcoporum, non retinet Vicarium, nequit exequi Litteras Apostolicas Vicario directas; *Sac. Congreg. Concil in Aquilana 14. Nov. 1643. ad cap. 5. sess. 22. de refor.* apud Pignatell. *tom. 1. consult. 342.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 EXequutorem Literarum Apostolicarum uti Delegatum Principis posse subdelegare, communis Doctorum sententia est. At dubitatur, an hac ipsa polleat potestate certus exequutor in Litteris Apostolicis ita datus: *Per se ipsum procedat: Per se ipsum cognoscat: Conscientiam tuam oneramus*: Si enim relatis, vel similibus verbis electa sit industria
2 Personæ, certum est, quod is tametsi delegatus sit Principis nequeat subdelegare. Contrarias inter se opiniones refert *Rigant. in comment. ad Regul. Cancellar. Regul. 48. numer. 8.*
3 *& plur. sequent.* qui tamen concludit, non posse subdelegare si in Litteris Apostolicis dictum sit *Per se ipsum procedat, Per se ipsum cognoscat*; posse vero subdelegare, si ea tantummodo apposita sint verba: *Conscientiam tuam oneramus*: id-
5 que quia verbis prioribus, non item posterioribus videtur electa industria Personæ.

6 De Auditore Cameræ, qui est exequutor omnium Literarum Apostolicarum, an cumulative procedere valeat ad exequutionem Litterarum Apostolicarum, non incongrue hic
7 quæritur? Invaluit distinctio, ut si Literæ expeditæ sint in *Forma digna antiqua*, seu in forma Commissaria, & datus in iis, ut solet, sit certus exequutor, nequeat Auditor Cameræ ullo modo se ingerere. Sin autem agatur de Literis ex-
8 peditis in Forma gratiosa, in quibus ad petitionem Partis dantur in Bulla separata tres Exequutores, possit cumulative procedere, ita ut sit locus præventioni, modo tamen non sint deputati Exequutores in Partibus ultra duas dietas; *Rigant.*
9 *loc. cit. num. 22. & plur. sequent.* qui una monet, quod in casibus, in quibus Auditor Cameræ procedere non potest, si Partes in eum consentiant, valide procedat.

10 Frequentes etiam in Foro sunt controversiæ de mutatione
11 Exequutoris Litterarum Apostolicarum. Eadem autem obtinuit distinctio, ut certus Exequutor a Papa datus in Litteris Apostolicis expeditis *in forma Dignum, sive antiqua, sive noviss ima*, non nisi ab ipso Papa mutari queat; Exequutor vero datus in Literis in forma gratiosa, mutari a Signatura
12 queat: *Rigant. ibid. a n. 48. ad plur. sequent.*

Exequutorem Literarum Apostolicarum posse procedere, absque earum exhibitione in Cancellaria Episcopi recte firmavit *Auctor num. 10.* At vide *Rigant. ubi supra num. 67. & plur. sequent.* qui simul refert, Urbanum dictum in sua obedientia *Sextum* favisse Episcopis, & sanxisse ipsis inconsultis, imo non approbantibus Apostolicas literas exequutioni demandari haud posse; contrarium vero statuisse Bonifacium
13 Papam *Nonum* in sua obedientia nuncupatum, Martinum V. Leonem X. Clementem VII. Tum consule eumdem *Rigant. eodem loco num. 61. & plur. sequent.* de eo quod *Auctor n. 24.* ait haud posse Episcopum exequi Literas Apostolicas directas Vicario Generali.

EXECUTOR TESTAMENTARIUS.

Vide verb. *Testamentum art. 3.*

EXEMPTIO.

1 * EXemptio Ecclesiastica a jurisdictione sui Episcopi non conceditur a S. Congregatione nisi evidenter probetur sævities contra se exercita, aut justus timor ne exerceatur; & nec tunc nisi prius audito Ordinario, ipsoque fraterne admonito ut mitius agat. Ben. XIV. *de Synod. Diœc. lib. 13. c. 10. §. 30.*

2 Tunc autem plerumque nihil fit aliud, nisi ut prohibeatur Ordinarius, ne procedat ad censuras, carcerationem &c. nisi

prius obtenta a Congregatione, vel a Metropolitano facultate. Imo si reus in fragranti crimine deprehendatur, tunc non intelligitur subtracta facultas Ordinario procedendi adversus delinquentem, ut ex decr. S. Congregationis, *ibid.*

EXEMPTIO REGULARIUM. Vide verb. *Regulares art. 2.*

EXEQUIÆ.

* SI testator jusserit sepulturæ mandari corpus suum sine 1
precibus, & psalmis, & Missis, associatione Clericorum, candelis ardentibus &c. ejus voluntas non est attendenda, ut decidit S. Rota coram Molines in *Roman. Funeralium, die 15. Junii 1699.* Benedictus XIV. *Institut. Eccles. 36. §. 22.*

Clemens XI. mandavit in edicto, legendo in ejus *Bullar.* 2
p. 317. ut in associatione funeris cujuscumque serventur leges Ritualis Rom. in tit. *de Exequiis, §. Constituto tempore.* Fieri tamen potest ut in aliquo singulari rerum articulo cadaver deferendum sit aliter quam præscribat Rituale; quod tamen fieri non debet absque Episcopi scientia, uti e. g. si deferendum sit cadaver in curru tecto quod sæpe alias prohibuit Sacra Congregat. apud Petram in *Constitut. Apostolic. Tom. 2. num. 20.*

Parochi associantes funus ad Ecclesiam Regularium arceri 3
non debent ab ingressu Ecclesiæ illius cum Cruce & stola, ut ex Bulla Bened. XIII. incip. *Pretiosus*, de qua vide verb. *Parochus art. 3. a n. 69.*

Cadavera Sacerdotum, Diaconorum, & Subdiaconorum 4
exponi non possunt in Ecclesia alia induta veste, quam sacra sui Ordinis ut ex Decreto Clementis XI. *cit. Instit. 36. §. 26.*

Alia ad rem, vide verb. *Funeralia*, verb. *Sepultura*.

EXERCITIA SPIRITUALIA.

LEttera della Sacra Congregazione sopra i Vescovi, e Re- 1
golari d' ordine d' Innocenzo XI. per li Esercizj spirituali da farsi dagli Ordinandi e Monacande diretta al Cardinal Arcivescovo di Milano, e similmente a tutti li Metropolitani da comunicarsi, e farsi osservar da tutti li suoi rispettivi suffraganei,

La Santità di Nostro Signore, che con paterna sollecitudine riflette di continuo a tutti quei mezzi, che possono contribuire alla maggior sicurezza della salute dell' Anime, conoscendo col suo santo zelo, quanto sia necessario un precedente divoto raccoglimento di spirito, per degnamente prepararsi, tanto in ordine alli promovendi, al ricevimento degli Ordini; quanto rispetto alle Spose di Cristo, al vestir l' Abito, e professar lo stato Religioso; Vuole, e comanda, che tutti li promovendi agli Ordini si minori, come sacri, debbano per dieci giorni continui avanti l' Ordinazione ritirarsi a fare gli Esercizj spirituali nell' istessa conformità prescritta alli promovendi in Roma, nella Costituzione 126. della felice memoria d' Alessandro VII. che comincia *Apostolica Sollicitudo*, e che parimente tutte quelle, che vorranno farsi Monache in qualsivoglia Monasterio, anche soggetto a Regolari, siano tenute fare i detti Esercizj spirituali per dieci giorni avanti, che ricevano l' Abito, e siano ammesse al Noviziato. E che li medesimi Esercizj si debbano ripetere per lo spazio di dieci giorni, avanti, che siano ammesse alla Professione, alla quale la Santità sua comanda, che non debbano essere ricevute, se prima non averanno adempiuta questa santa preparazione. Desidera in oltre sua Beatitudine, che si procuri con tutte le diligenze possibili, ma con modi soavi, e discreti, che ancora tutte le Monache Professe una volta l' anno almeno per qualche tempo, che si stimerà opportuno, facciano li medesimi Esercizj, per la rinnovazione dello spirito, tanto necessaria a chi con essersi rinchiusa ne' Sagri Chiostri deve professare lo stato di perfezione. Resterà per tanto servita V. E. di far pronta esecuzione a comando sì santo di sua Beatitudine, mentre per fine le bacio umilmente le mani.

Roma 9. Ottobre 1682.

Di V. E.

Umiliss. e Devotiss. Servit.

C. Card. Facchinetti.

B. Panciatici Secret.

2 Epistola Encyclica ad universos Italiæ, Insularumque adjacentium Ordinarios jussu Summi Pontificis conscripta, qua pium Exercitiorum spiritualium opus ipsis maxime commendatur, & Clericis, Sacerdotibus, aliisque Ecclesiasticis illa peragentibus plura ex Apostolica benignitate indulgentur,

„ Reverendissime Domine uti Frater. Inter gravissimas Pastoralis Officii curas, quibus Sanctissimus Dominus Noster assidue premitur, in eo præcipuo studio incumbit, ut quicumque in sortem Domini vocati sunt, præsertim vero Sacerdotes, & animarum Rectores, tum sacrarum Litterarum, Divinarumque rerum scientia, tum etiam vitæ, morumque honestate ceteris antecellant, ac in omnibus, juxta monitum Apostoli, præbeant semetipsos exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate. Cum etenim ipsi sint Sanctiora Ecclesiæ membra, dispensatores Mysteriorum Dei, Christiani Populi Duces, & Magistri, Mediatores inter Deum, & homines, lucernæ super candelabrum positæ, ut luceant omnibus, qui in domo sunt; Nihil est, quod alios magis ad pietatem, divinumque cultum accendat, quam illorum vita, & exemplum: Omnes siquidem in ipsos, tamquam in speculum, oculos conjiciunt, ut inde sumere possint, quod imitentur. Porro cum diuturna experientia compertum sit, ad retinendam, conservandamque Sacerdotalis Ordinis dignitatem, & sanctimoniam maxime conducere, ut Ecclesiastici viri spiritualibus Exercitiis aliquando vacent, quibus quidquid sordidum de mundano pulvere contractum est, commode detergitur, Ecclesiasticus spiritus reparatur, mentis acies ad divinarum rerum contemplationem extollitur, recte, sancteque vivendi norma vel instituitur, vel confirmatur; Proinde Sanctitas sua pro eximio, quo flagrat, omnium salutis zelo vehementer exoptans, ut pium hoc, & saluberrimum, Exercitiorum spiritualium opus ubique locorum magnopere frequentetur, ac vigeat, universos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, ceterosque tum Italiæ, tum etiam Insularum adjacentium Ordinarios enixe admonet, ac in Domino hortatur, ut illud in sua quisque Diœcesi, quo majori poterunt conatu, & studio promovere satagant; præcipue vero iis districte injungit, ac præcipit, quæ dudum san. mem. Innocentius XI. P. M. per encyclicam Epistolam a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium Consultationibus præposita ad universos Italiæ, Insularumque adjacentium Episcopos datam 9. Octobris 1682. quo ad hujusmodi spiritualia Exercitia a singulis Clericis decem dierum spatio antequam ad Sacros Ordines assumantur, peragenda mandavit, exacte, ac inviolabiliter observari, & exequi curent, & quos iisdem Exercitiis per antedicti temporis spatium minime operam dedisse cognoverint, a Sacra Ordinatione repellant penitus & arceant. Præterea Sanctitas sua eosdem Ordinarios admonet, & hortatur, ut fructu, qui sane uberrimus ex prædictis spiritualibus Exercitiis percipitur, opportune proposito, ac explicato, universos ex Clero sibi subjecto, sed præcipue animarum Rectores, Confessarios, Canonicos, aliosque Beneficiatos Chori servitio adstrictos diligenter excitent ad eadem Exercitia saltem semel in anno peragenda in domibus Religiosorum Societatis Jesu, seu Presbyterorum Congregationis Missionis, si adsint, sin minus in alia pia, seu Regulari Domo ab ipsis Ordinariis ad id designanda, & approbanda. Ut autem alacrius ad ejusdem spiritualem secessum singuli conveniant, Sanctitas sua omnibus præfatis animarum Rectoribus, Confessariis, Canonicis, & Beneficiatis, aliisque Sacerdotibus, & Clericis, qui per decem dies singulis annis eadem Exercitia peregerint in domibus præfatis, ibique diu, noctuque permanserint, ac interea temporis vere pœnitentes, & confessi Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino elargitur. Parochos insuper per idem tempus semel tantum in anno Exercitii hujusmodi vacantes a residentia benigne absolvit; Quod ipsum servari præcipit quoad Canonicos, Beneficiatos; aliosque personali residentia obstrictos, & Chori servitio mancipatos, quos nihilominus lucrari decernit integros fructus, & quotidianas suorum respective Canonicatuum, & Beneficiorum distributiones quascumque, perinde ac si Choro, divinisque Officiis personaliter interessent, dummodo tamen eadem exercitia peragant, obtenta prius ab Ordinario licentia, a quo nullatenus concedenda erit Adventus, & Quadragesimæ tempore, ac in solemnioribus Festivitatibus, nec unquam omnibus simul Canonicis, aliisque Chori inservientibus, sed eo adhibito modo, ne Chori servitium nequaquam intermittatur, & quoad Parochos, idoneis prius Œconomis ab ipsomet Ordinario approbandis, qui animarum curam laudabiliter administrent. Mandat insuper Sanctitas sua, ut hæ litteræ publicentur in ista Diœcesi, & in Cancellariæ registris pro perenni eorum, quæ in illis continentur observantia adscribantur, & ad hunc ipsum finem quolibet triennio earum publicatio in posterum renovetur.

Quæ omnia ita diligenter ab Ampl. tuæ vigili providentia, ac pastorali sollicitudine præstanda fore confidit Sanctissimus Pater, ut a Sanctitate sua laudem, a cœlesti vero bonorum operum Retributore condigna præmia valeat promereri; Et Ampl. tuæ copiosa divinorum Charismatum incrementa ex animo precor. Ampl. tuæ.

Dat. Romæ die 1. Februarii 1710.

Ut Frater

Bandinus Card. Panciaticus Præfectus.

V. Petra Secret.

Concessio Indulgentiæ plenariæ Fratribus Regularis Observantiæ S. Francisci, ac Reformatis Cismontanæ Familiæ Exercitiis spiritualibus per octiduum vacantibus. 3

ALEXANDER PAPA VII. &c.

Cum sicut nobis nuper exponi fecit dilectus Filius Michael Angelus a Sambuca Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Minister Generalis in Capitulo Generali ejusdem Ordinis novissime Toleti celebrato, inter alia decretum fuerit, ut secessus, & spiritualia mortificationis, & Orationis mentalis Exercitia in omnibus Provinciis Cismontanæ Familiæ Ordinis prædicti reassumantur, & illi Fratres earumdem Provinciarum aliquoties singulis annis vacent.

§. 1. Nos qui probe novimus quantopere conducant Exercitia hujusmodi dirigendis in viam Domini, & confirmandis in illa Christi Fidelium mentibus, devotionem Fratrum memorati Ordinis, qui de suorum Superiorum licentia operi adeo pio, & salutari vacaverint, cœlestium Ecclesiæ thesaurorum elargitione magis excitare volentes: de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis prædicti Ordinis Fratribus tam Clericis, quam Laicis, seu Conversis, qui in Domibus Regularibus Provinciarum prædictarum de suorum Superiorum licentia Exercitia prædicta per octidui spatium quandocumque peregerint, & interea temporis vere pœnitentes & confessi Sacro Sanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus in perpetuum valituris.

§. 2. Volumus autem, quod si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, eædem præsentes nullæ sint eo ipso. Quodque earumdem præsentium transumptis, etiam impressis manu Notarii publici, vel Secretarii dicti Ordinis subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Ministri Generalis prædicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 11. Junii 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

EXHEREDATIO.

EXheredatio est exclusio heredis alias necessario instituendi, ab hereditate ob legitimam causam facta. 1

Est in re commmis. Exheredatio descendentium, ut rite fiat, & suum sortiatur effectum, debet fieri nominatim; *princ. Inst. de exher. l.* ibi: „ Parens curare debet, ut filium instituat exheredem, „ vel heredem eum nominatim faciat, alioquin, si cum silen„ tio præterit, inutiliter testabitur, *& §. 5. eodem*, ibi: „ Omnes, sive sui, sive emancipati sint, vel heredes insti„ tuantur, vel nominatim exheredentur. „ Rota *part. 5. tom. 1. dec. 321. n. 8.* Si tamen unicus est filius, vel filia, non est necesse eum nomine suo vocare, sed sufficit, si Testator dicat: *Filius meus exheres esto §. 1. Inst. eod.* Exheredatio, ut valeat, debet fieri ab omnibus bonis paternis, & circa totam hereditatem; *arg. leg. Cum. quidam 10. ff. de leg. & posthum.* & sic *communis*. Insuper exheredatio, ut valeat, debet fieri ex legitima causa in testamento specifice expressa. *Novell. 115. cap. 3.* ibi: *Et ipsas nominatim ingratitudinis causas parentes suo inferuerint testamento.* Et si causa exheredationis in testamento expressa fuerit minus legitima, testamentum est nullum, Rota *p. 1. decis. 568. num. 2.* tunc enim non dicitur exheredatio, sed præteritio, Rota *ibidem.* Demum, ut exheredatio valeat, requiritur, ut causa exheredationis Testamento inserta ab Herede scripto legitime probetur; *arg. cit. Novell. 115. c. 4. princ.* ibi: *Nisi probabuntur ingrati &c.* Et per hoc correcta sunt Jura antiqua, vi quorum Exheredato incumbebat probare suam innocentiam, & non Heredi scripto causam exheredationis. Ad hoc autem ut exheredatio locum habeat in Filio, licet plures sint causæ, una tantum probata sufficit. Rota *p. 4. tom. 3. dec. 582. n. 15.* Omnes dictæ conditiones, quæ requiruntur pro valida exheredatione descendentium, requiruntur etiam pro valida exheredatione ascendentium. *Novell. 22. cap. 47.* & Novella *115. cap. 4.* 2 3 4 5 6 7 8 9

Causæ legitimæ exheredandi descendentes sunt quatuordecim. *Novella 115. cap. 3.* Prima, si descendens parenti manus violentas injecerit; *cit. Novella 115. cap. 3.* ibi: *Si quis parentibus manus intulerit.* Secunda, si gravem ei injuriam inferat, *cit. Novella 115. cap. 3.* ibi: *Si gravem, & inhonestam injuriam eis intulerit.* Tertia, si criminaliter eum accusat, non item si civiliter, *cit. Novell. 115. cap. 3.* ibi: *Si eos in criminalibus causis accusaverit, quæ non sunt adversus Principem, vel Rempublicam.* Dictum fuit *non item civiliter*, quia filius civiliter agens contra Patrem, eumque accusans, exheredari non potest, *arg. cit. Novell. 115. cap. 3.* & ratio est clara quia *qui jus suum persequitur, nemini facit injuriam l. 144. ff. de Regul. Juris* Quarta, si cum maleficii versatur; *cit. Novell. 115. cap. 3.* ibi: *Si cum maleficis hominibus ut maleficus conversatur.* Quinta, si vitæ parentis insidiatur; *cit. Novella 115. cap. 3.* ibi: *Si vitæ parentum suorum per venenum, aut alio modo insidiari tentaverit.* Sexta, si Noverçam suam carnaliter cognoverit. *cit. Novell. 115. cap. 3.* ibi: *Si Novercæ suæ, aut concubinæ patris filius sese immiscuerit.* Septima, si filius exiterit delator contra patrem cum gravi ejusdem præjudicio; *cit. Novell. 115. cap. 3.* ibi: *Si delator contra parentes filius extiterit & per suam delationem gravia eos dispendia fecerit sustinere.* Octava, si pro patre incluso filius recusat fidejubere; *cit. Novell. 115. cap. 3.* ibi: „ Si quemli„ bet ex dictis parentibus inclusum esse contigerit, & liberi, „ qui possunt ab intestato ad ejus successionem venire, petiti „ ab eo ut unus ex his in sua eum fidejussione noluerit susci„ pere, vel pro debito, in quantum esse, qui petitur, pro„ batur esse idoneus; Hoc tamen, quod de fidejussione cen„ suimus, ad masculos tantummode liberos volumus pertine„ re „. Nona, si patrem testari impedit; *cit. Novell. 115. c. 3.* ibi: *Si quis ex liberis prohibet, vel impedit, ne parens faciat testamentum.* Decima, si Arenariis, & Mimis se associat; *cit. Novell. cap. 3.* ibi: „ Si præter voluntatem parentum in„ ter Arenarios, vel Mimos, sese filius sociaverit, & in hac „ professione permanserit, nisi forsan etiam parentes ejusdem „ professionis fuerint „. Undecima, si alicui ex dictis parentibus volenti suæ filiæ, vel nepti maritum dare, & dotem secundum vires suæ substantiæ pro ea præstare, illa non consenserit, sed luxuriosam vitam degere elegerit; *cit. Novell. 115. cap. 3. §. 1.* Duodecima, si liberi parentibus in furorem, vel dementiam lapsis obsequium & curam competentem non præbuerint, a parentibus ad sanitatem redeuntibus exheredari possunt; *cit. Novell. 115. cap. 3. §. 12.* Tertiadecima, si liberi parentem captivitate hostis detentum non redimant, dum possunt, juste exheredantur a Patre. Immo ipso jure exheredes sunt, ipsaque hereditas pro redemptione applicanda devolvitur ad Ecclesiam; ex qua captivus oritur, casu, quo parens in tali captivitate absque testamento moriatur; *cit. Novell. 115. cap. 3. §. 13.* Quartadecima, si proles non sit Catholica; *cit. Novell. 115. cap. 3. §. 14.* Unde omnes dictæ quatuordecim causæ sufficientes pro exheredandis liberis breviter comprehenduntur in sequentibus versiculis. 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24

„ Bisseptem ex causis exheres filius esto:
„ Si Patrem feriat, vel maledicat ei.
„ Carcere detrusum si negligat, aut furiosum,
„ Criminis accuset, vel paret insidias,
„ Si dederit damnum grave, si nec ab hoste redemit,
„ Testarique vetet, se sociatque malis,
„ Si Mimos sequitur, vitietque cubile parentum,
„ Si mutet fidem, & filia sit meretrix.

25 Præter enumeratas causas nullæ aliæ sunt, ob quas possint

liberi exheredari, textu expresso *in cit. Novell. 115. cap. 3. princip.* ibi: *Nulli liceat ex alia lege ingratitudinis causas opponere, nisi quæ in hujus Constitutionis serie continentur*; sic Molina *disp. 170.* Perez *de lib. prætor. num. 18.* & alii. Unde si proles absque parentum consensu, vel contra expressam voluntatem ipsorum matrimonium contrahat cum honesta persona, non potest per hoc exheredari *arg. leg. Cum te, cod. de inoffic. Testameut. cap. Gemma, de Testament.* Concil. Trid. *sess. 24. cap. 9. de reformat. Matrim.* Et ratio est, quia nulli facit injuriam, qui utitur jure suo, *l. 115. ff. de R. I.* sic Jul. Clar. §. *Testamentum q. 41. num. 4.* Abbas *in cap. 1. de Sponsal. Impub. num. 5.* Covarruv. *de matrimon. part. 2. cap. 3. §. 8. numer. 5.* Jason. *in Authentic. Sed si post, Cod. de inoffic. testament.* Molina *disp. 170.* Haunold. *tract. 6. cap. 7. num. 470.* Reinffestuel. *lib. 3. Decretal. tit. 26. num. 409.* & alii. Immo neque exheredari potest proles, etiamsi matrimonium contrahat cum persona inhonesta, & indigna contra voluntatem parentum; *arg. cit. Novella 115. c. 3. princip.* ubi statuitur ob nullam aliam causam præter quatuordecim assignatas posse parentes liberos exheredare; *& l. Cum te 18. cod. de inoffic. Testam. & cap. Gemma, de Testamen.* & sic tenet Jul. Clar. *loc. cit.* Covarruv. *loc. cit. numer. 5.* & apud eum Immola *in cap. Accedens, de Procurat.* Jason *in Authent. Sed si, Cod. de inoffic. Testam.* Molina *disp. 170.* Haunold. *tract. 6. cap. 7. num. 470.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 500.* ubi testatur de communi aliorum: Glossa tamen *in c. de raptoribus 3. caus. 36. q. 1. verb. Excusata.* Alexander *in l. 1. ff. soluto matrimonio.* Paul. Parisien. *vol. 3. cons. 29.* Felin. *in cap. Idem, de Testam. num. 13.* ac nonnulli alii tenent in hoc casu omnino justam adesse causam exheredandi prolem contra voluntatem parentis ante annos 25. indignæ ac turpi personæ nubentem, saltem si pater alias honestas nuptias obtulit, vel eas non impedivit; *arg. Auth. Sed si post Cod. de inoffic. Testam.* ibi: *Sed si & sine consensu tuo* (id est parentis) *marito se, libero tamen copulaverit, eam exheredare non potes.* Ergo inferunt a sensu contrario, si sine consensu parentis marito non libero, vel turpi personæ se copulet, exheredari potest. Unde secundum aliquorum regnorum Edicta, & statuta, si filia ante 25. annos, & filius ante 30. annos absque consensu parentum nubit, non tantum inæquali, sed etiam turpi personæ possunt a parentibus omnino exheredari. Sic statuta Bavariæ *tit. 49. art. 9.* & sic varia edicta in Regno Galliæ relata a Pontas verb. *Matrimonio cas. 10.* & laudata *cas. 17.* 26 27 28 29

Causæ legitimæ ob quas licet liberis exheredare parentes, vel alios ascendentes, sunt octo; *cit. Novell. 115. cap. 4.* Prima, si parentes ad interitum vitæ liberos suos tradiderunt. Secunda, si venenis, aut maleficiis, aut alio modo parentes filiorum vitæ insidiati fuerint. Tertia, si pater, Nurui suæ, aut concubinæ filii sui sese carnaliter immiscuerit. Quarta, si parentes prohibuerint filios suos Testamentum condere de rebus sibi testari permissis. Quinta, si pater uxori suæ, vel hæc illi venenum præbeat, aut vitæ insidietur, filius enim propter hoc flagitium potest parentem reum exheredare. Sexta, si liberis, vel uno ex his in furore constituto parentes eos curare neglexerint. Septima, si liberi in captivitate detenti negligantur a parentibus. Octava, si parentes non sunt Catholici, & filii Catholici. Sic *cit. Novell. 115. cap. 4.* Unde omnes dictæ octo causæ comprehenduntur breviter in sequentibus versis. 30 31 32 33 34 35 36 37 38

„ Si pater accusat capitalis criminis, aut se.
„ Adjungat nurui, vitæque est insidiatus,
„ Testari prohibet gnatum, matrique venenum
„ Præparet, inclusum in carcere, vel furiosum
„ Negliget, & veram contemnat Religionem.

Omnes tamen supra recensitæ causæ exheredandi cessant, si ante conditum Testamentum parentes cum liberis, & liberi cum parentibus reconcilientur. *Sic commmis* cum Julio Claro §. *Testamentum qu. 41. num. 9.* Rota *part. 1. decis. 29. num. 1.* Item cessant causæ exheredationis, si proles, vel parentes post datam exheredationis causam, Monattertum ingrediantur, quamvis reconciliatio subsecuta non sit. Covarr. *de Testament. cap. 16. num. 28.* Abbas *vol. 2. cons. 7.* Felin. *in capit. Rodulphus, de rescript.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 505.* Glossa *in l. Deo nobis, Cod. de Episcop. & Cleric. arg. capit. Non liceat parentibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate repellere Monachos factos, quamvis, dum laici fuerint, in causam ingratitudinis inciderint.* 39 40

41 Causæ, ob quas exheredari potest Frater in casu, quo tur-
42 pis persona instituta est heres, sunt tres; *Novella 22. cap.47.* Prima, si vitæ fratris insidias mortis tentaverit; *cit. Novella 22. cap.47.* ibi: „ illum solum tamquam ingratum circa „ Fratrem effectum participari hoc lucrum non concedimus,
43 „ qui mortem voluit Fratri. „ Secunda, si Fratrem accusaverit in causis graviter criminalibus; *cit. Novella 22. c.46.*
44 „ ibi: Aut criminalem inducere contra eum subscriptionem. Tertia, si bonis Fraternis tentaverit inferre jacturam; *cit. Novella 22.c.47.* ibi: „Aut subitantiæ ejus præparavit inferre „ jacturam, ejus enim portio tam ad reliquos Fratres, quam „ matrem veniat, „ & istæ causæ brevius comprehenduntur sequentibus versibus.

„ Tres licet ob causas ingratum pellere Fratrem,
„ Si Fratri insidias, perniciemque ferat.
„ Si scelera affingat, ferro, focoque pianda.
„ Aut si fraternas perdere tentet opes.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 EXheredatio ut plurimum fit *notæ causa, & in poenam li-*
2 *berorum*. Sed & fieri exheredatio potest *bona mente*. De hac agendum.

3 Ejus habetur mentio *in L. 18. ff. de Liber & Posthum. instituend. &c.*, ibi: „ Multi non notæ causa exheredant filios, „ nec ut eis obsint, sed ut eis consulant, (ut puta impuberi„ bus) eisque fideicommissam hæreditatem dant. *tum in* „ *L. 12. §. 2. ff. de Bon. Libertor.*: ibi: „ Si quis non mala men„ te Parentis exhæredatus sit, sed alia ex causa, exhæreda„ tio ipsi non nocet, ut puta pone furoris causa exheredatum „ eum, vel ideo, quia impubes erat, hæredemque institutum „ rogatum ei restituere hæreditatem; „ *Confer itidem L.42.ff. eod. L. 16. §.2. ff. de Curat. Furiosi. L. 25. C. Inofficios. Testam.*

4 Exempla exhæredationis *bona mente* sunt. I. Si Pater habet filium prodigum, & ex eo Nepotes, potest hæredes instituere Nepotes, & exhæredare filium, eique quod sufficeret alimentorum nomine a Nepotibus certum legare, *addita causa necessitateque judicii sui*, ut dicitur *in L. 16. §.2. ff. de Curat. Furiosi.* scilicet quod eum exhæredaverit non notæ causa, & in pœnam, sed in ipsius favorem ad conservanda bona, ne
5 ea diffipet. II. Si Pater ingentes divitias relinquat, insidias vero timeat vitæ parvuli filii ab Agnatis bonis illis insidiantibus, valet alium instituere hæredem, eumque fideicommisso gravare de restituenda hæreditate filio si in suam tutelam perveniat. Vide & alia plura exempla apud *Stryk. in us. modern. Pandect. lib. 28. tit.2. §. 9.*

6 Forma præscripta a Novella 115. de qua disse rit. *Auctor*, non pertinet ad exhæredationem hanc, quæ fit bona mente sed restringenda est ad exhæredationem tantum, quæ fit notæ causa & in pœnam; *Carpzo. Jurisprud. Foræns. part.3.constit.9. defin.11. Richter decis.41. n.29. & sequent.*

7 Plura autem hinc sequuntur, I. Exhæredatio quæ bona
8 mente fit, ad certum tempus fit, quod alias fieri nequit. II.
9 Valet exheredatio bona mente sine expressione causæ. III. Posthumi bona mente exhæredari queunt, non item notæ causa, & in pœnam, quum nulla causa in Nov. 115. deter-
10 minata cadere in eos possit. IV. Contra exhæredationem notæ causa & in pœnam factam consulitur filiis querela inofficiosi testamenti sed hæc locum sibi haud vindicat in exhæreda-
11 tione bona mente facta. V. Ex jure Novellæ 115. Pater filio impuberi notæ causa & in pœnam exhæredato, pupillariter substituere nequit, prout olim poterat. At potest pupillariter substituere filio impuberi bona mente exheredato. Vide & alias differentias apud *Stryk. in us. mod. Pand. l.28. tit. 2. §.10.*

12 Reliquum est, ut discutiatur, an in dubio exhæredatio bona mente facta censeri debeat? Varias de hac quæstione sententias congesserunt *Menoch. de Præsumpt. lib.4. præsumpt.28. Mascard. de Probat. conclus. 714. Linck. dissert. de Exhæredat*
13 *bona mente facta §. 21.* Porro si illud præsumi debet, quod communiter fit in dubio non *bona mente*, sed *notæ causa in pœ-*
14 *nam* exhæredatio facta præsumi debet Quæ enim *bona mente* fit exhæredatio, ea a regula recedit, irregularis est, & ad casus exceptos referenda, ac proinde qui in ea se fundat, ostendere debet bona mente a Patre ipsam factam esse;
15 Confer *Linck. dict. dissert. de Exhæred. bon. ment. fact. dict. §. 21. in fine.*

16 Nota vero, quod hæc præsumptio generalis est, & sic elidi facile potest per specialiores circumstantias, quales sunt illæ notatæ in adductis exemplis, & aliis allegatis *a Strykio ubi supra.*

EXORCISTATUS.

EXorcistatus conferendus est Subdiacono, Diacono, & Presbytero Græco, qui ritu latino ad Diaconatum, Presbyteratum, aut Episcopatum sint promovendi. Benedictus XIV. Constit. incip. *Etsi Pastoralis §. 7.*

Alia vide verb. *Ordo art. 1. a num.34. ad 56.*

EXORCIZARE, EXORCISTA.

EXorcizare sumitur in duplici sensu. Primo ad significan- 1
dum exorcismum, seu benedictionem aquæ, & salis, quæ fit in missa Parochiali, seu Conventuali. Secundo ad exprimendam obtestationem, qua utitur Ecclesia ad expellendum Dæmonem, ejusque potentiam, ut fit in Cæremoniis, quæ baptismum antecedunt, & pro obsessis, aut possessis a Dæmone. De exorcismo in primo sensu sumpto hic non est 2
sermo; sed solum de Exorcismo sumpto in secundo sensu. Et exorcismus sumptus in hoc secundo sensu definitur, quod 3
sit divini Numinis obtestatio ad effugandum, seu expellendum Dæmonem, ejusque virtutem, seu potentiam. Est in re communis. Exorcismi Cæremonia, quæ fit in baptismo 4
imperatur expresse in *cap. Sive 53. dist.4. de consecratione*, ibi: „Sive parvuli, sive juvens ad regenerationis veniant Sacra„ mentum, non prius fontem vitæ adeant, quam Exorcismis, „ & exsufflationibus Clericorum Spiritus ab eis immundus „ abjiciatur. *Et hujus antiquæ Cæremoniæ fit mentio* in c. Si- „ cut 62. dist.4. de Consecratione, ibi: Sicut nostis, Fra- 5
„ tres carissimi, & parvuli exsufflantur, & exorcizantur, ut „ pellatur Diaboli potestas inimica, quæ decepit hominem 7
„ ut homines possideret. Et in cap. De hinc 66. ead. dist. 4, „ de consecrat. Exorcizatur Diabolus, ut suam nequitiam „ agnoscens; & justum super se judicium timens recedat ab „ homine, nec jam contendat eum arte sua subvertere, ne „ baptismum consequatur; & in cap. Sacerdotes 67. eadem „ dist.4. de consecrat, *laudatur antiqua Ecclesiæ traditio impo-* „ *nendi manus super credentes ad Dæmonia ab eis ejicienda*, „ ibi: Sacerdotes cum per Exorcismi gratiam manum cre- „ dentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum „ mentes contradicunt, quid aliud faciunt, nisi quod Dæmo- „ nia ejiciunt?

Exorcizari adhuc debet infans, quamvis ratione periculi, jam fuerit baptizatus. Sic expresse statuit Rituale Romanum, 6
& sic expresse statuerunt varia Concilia Provincialia, & signanter Concilium Remense *anno* 1583. Burdigalense *anno* 1584. Aquense *anno* 1585. & alia plurima. Et ratio est, quia ut inquit S. Thom. *3.p. q.71. art. 3. in corpore* non solum Dæmon conatur impedire ne infans baptismi effectum accipiat, sed etiam ne de illo accepto deinceps fructum percipiat. Ibi: „ Tunc cessante periculo debent suppleri (*Cæremoniæ omnes*) „ ut servetur uniformitas in baptismo. nec frustra supplentur „ post baptismum, quia sicut impeditur effectus baptismi, „ antequam percipiatur, ita potest impediri postquam fuerit „ perceptus, *& sententiam istam affert Richardus* in 4. dist.6. „ art. ult. q.1. *quem laudat, & sequitur Angelus de Clavasio* „ *verb.* Exorcismus n.2. Quid. *ait hic Auctor*, si aliquis „ baptizetur sine exorcismo? Respondet Richardus, quod „ debet post baptismum exorcizari . . . . quia licet baptizato „ parvulo, peccatum non sit; tamen in eo remanet actuali„ ter fomes peccati, & ideo etiam post baptismum habet ef„ ficaciam reprimendi Diabolum.

Exorcistæ munus est manus imponere supra vexatos a spi- 7
ritibus immundis, ad illos adjurandos, & ejiciendos; item ad exorcizandos Catechumenos. *Sic communis* Ad licite exercendum tria requiruntur. Primo ut fiat Exorcizatio ex 8
causa gravi, non ex levitate, non ad scifcitanda a Dæmone quæsita curiosa, sed ad liberandos Energumenos a Tyrannide Dæmonis. Sic docet S. Thomas 2. 2. *quæst. 90. art, 2.* Secundo requiritur, ut adjuratio Dæmonis fiat absque precibus, sed cum imperio, & objurgatione, sic enim superbia Dæmonis magis confunditur. Tertio requiritur, ut Exorcizatio solemnis fiat ab habente potestatem, quæ non omnibus conceditur, sed tantum aliquibus, secundum prudentiam Episcoporum, habentibus ordinem Ecclesiasticum Exorcistatus: Unde nemo potest exorcizare sine facultate Ordinarii, etiamsi 9
sit Regularis, ut decrevit *Sacra Congr. Episcop. & Regular. in Florentina 22. Februarii* 1625., & expresse statuit *Sac. Cong. S. Officii die 5. Julii* 1710. per litteram Encyclicam directam omni-

ombus Archiepiscopis, aliisque Ordinariis Italiæ, & Insularum adjacentium, tenoris ut sequitur.

10 Lettera Circolare della Sacra Congr. del S. Officio, circa l'obbligo, e le qualità de' Sacerdoti da ammettersi all' esercizio dell'Esorcista.

„ Essendo stati rappresentati alla Santità di Nostro Signore „ i gravi disordini, che seguono dalla moltiplicità degli Eser„ cisti, che quasi universalmente s'inventano, e si pratica„ no dalle persone destinate ad esorcizare, e volendo la „ medesima colla sua Pastorale sollecitudine dare a tali in„ convenienti il necessario provedimento, uditi prima li pa„ reri di questi miei Eminentissimi Colleghi Signori Cardina„ li, Generali Inquisitori, ha stabilito, che per mezzo di „ questa Sacr. Congreg. s'ordini a tutti gli Arcivescovi, Ves„ covi, ed altri Ordinarj d'Italia, e dell'Isole adjacenti, sic„ come colla presente s'ordina a V-S., che in avvenire non „ permetta, che alcun Sacerdote tanto Secolare, quanto „ Regolare, sia ammesso all'esercizio di Esorcista senza che „ prima le consti della di lui pietà, integrità di vita, e pru„ denza, e senza che abbia tutte le qualità ricercate per tale „ amministrazione, dal Rituale Romano.

„ Vuole in oltre sua Beatitudine, che ella insista con tutta „ la sua attenzione, e vigilanza, acciocchè le persone, che „ da lei saranno stimate capaci di tal ministerio, si vagliano „ della direzione del sopradetto Rituale Romano, e che „ non preterisca n le regole, che in quello si prescrivono, „ Tanto V.S. dovrà eseguire per ubbidire esattamente alli „ Santi, e supremi Ordini di sua Beatitudine, e Dio la „ prosperi.

Roma 5. Luglio 1710.
Di V. S.

Come Fratello.
G. Card. Marescotti.

11 Exorcistæ si tale exorcizandi munus exerceant cruciatis, & aliis modis insolitis, mittuntur in exilium, *Sacr. Congr. Episc. & Regul. in una Venetiarum 27. Octob.* 1603. Ad exorcizandam Monialem Ordinarius non concedit licentiam ingredien-
12 di in Clausuram. *Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. in Regiensi*
13 *15. Maii* 1601. *& in Canon. 1. Octobr.* 1610. Neque Sac. Congr. illam concedere solet. *Ead. Sac. Congr. in una Vicent. 14. Maii*
14 1606. *& in una Montis Regalis 10. Januarii* 1617. Et si concedatur, intelligitur tantum pro benedicendis Cellis de infectione suspectis. *Ead. Sacr. Congr. in Imolensi 23. Februar.* 1465. *Unde eadem Sacr. Congreg. 1. Julii* 1609. pro Monialibus exor-
15 cizandis decrevit ut infra: „Nulla Monialis Energumena in„ tra Monasterii Septa a quocumque Presbytero Seculari, „ vel Regulari etiam Confessario exorcizetur, sed ad Ec„ clesiam exteriorem ejusdem Monasterii, obtenta prius a „ Sacra Congregat. licentia, ea de causa deducatur, vel „ transferatur. In translatione autem hujusmodi, sicuti in„ actu exorcizationis honestæ personæ consanguineæ, vel „ aliæ mulieres provectæ ætatis, ac probatæ conversationis „ Energumenam comitentur. Exorcista sit ad actum hujus„ modi approbatus; Exorcizatio minori, quo fieri potest, „ fiat strepitu. Ecclesiæ janua eousque occlusa remaneat, „ quousque Exorcizatione completa ad Monasterium Ener„ gumena reducatur; Ceterum tam in reditu, quam in ac„ cessu ad Ecclesiam, & Monasterium respective, & sine di-
16 „ versiculo tendatur. *Et alias consimiliter decrevit ut infra*; „ Adhibitis debitis diligentiis ad cognoscendum, an Monia„ lis sit revera vexata, datur licentia Sacerdotii Sæculari, „ vel Regulari moribus, & ætate gravi, eam exorcizandi in „ Ecclesia exteriori intra terminum trium, vel ad summum „ sex mensium coram Confessario, & duabus, vel tribus fœ„ minis consanguineis, & januis clausis; modo expleto exor„ cismo statim reducatur in Clausuram. Si vero Spiritus, ut „ plurimum, erunt ficti, carceres, flagella, jejunia, com„ pedes, & similia erunt ejusmodi Energumenarum Exor„ cismi. Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. in Tiburtina 20. „ Julii 1580. in Fanensi 18. Aprilis 1600. in Vicent. 14. Maii „ 1616. & in Bononiensi 8. Octobr. 1649.

17 Grave indicium diabolicæ vexationis est, quando ex fide jurata Medicorum constat nulla adhibita medicamenta profuisse. *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Parmensi 10. Novembris 1645.* Delrius autem *lib.3. Disquisit. magic. cap.2. sect.2. quæst.3.* Monacell. *tom.3. tit.1. formul.47. num.4. & 5.* plura referunt hujusmodi signa. Præcipua tamen sunt hæc, si obsessus loquatur variis linguis, quas nunquam didicit, si horreat omnia Sacra, si præcipitiis se exponat, si statim intumescat, in aliqua parte corporis, & statim detumescat, si tacite interrogatus respondeat, aut tacito imperio pareat; si Epilepsia laboret, si antea scientia ignarum, se perfecte scientificum ostendat, si ita immobilis maneat, ut plurimorum hominum viribus nequeat dimoveri, si sacra verba proferre renuat, qualia sunt *Miserere mei Deus. Qui habitat in adjutorio Altissimi. Magnificat anima mea Dominum. In principio erat Verbum*, & similia, si a facie Sacerdotum, & præcipue Exorcistarum fugiat, in Ecclesiam ingredi nolit, & si ingrediatur, ab ea statim fugere procuret, cuncta benedicta, Sanctorumque imagines, & maxime Crucifixi nolit inspicere nec deosculari, immo projiciat, & in hæc omnia conspuat, si clamet, cum aliquæ Reliquiæ Sanctorum superponuntur ejus capiti, etiam occulte, & statim dicat auferte istas a me, quoniam fetent vel sunt nimis graves & hujusmodi. Ad hæc autem signa integre dignoscenda consule supradictos una cum Candido Brugnolo, aliisque hujusmodi scriptoribus.

Additio ex Auctore,

Exorcismi in Sacris Ecclesiæ libris non relati, non debent 18
admitti; Benedictus XIV. tom. 1. Constitut.89. incip. *Inter Omnigenas §. 8.* Exorcizandi ratio in Rituali Romano præ- 19
scripta exacte observari jubetur ab eodem Constitut. 141. incipient. *Solicitudini §.43.* Exorcistatus conferendus est Subdiacono, Diacono, & Presbytero Græco, qui ritu Latino 20
ad Diaconatum, Presbyteratum, aut Episcopatum sint promovendi; Idem Const.57. incip. *Etsi pastoralis §.7.*

Novæ Additiones ex aliena manu.

PRimis Ecclesiæ sæculis non solum Clerici, verum, & 1
Laici donum ejiciendi Dæmones habuere, & sic Exorcistarum officium usurparunt. Testatur *Tertullianus de Coron. Milit. cap.11.* ejectos a Militibus fuisse spiritus immundos: 2
Et quos (ait) *interdiu exorcismis fugavit, noctibus defensavit.* Et *libr. de Idolatr. cap. 11.* tradit, Parentes solitos exorci- 3
zare proprios filios: *Quare* (inquit) *Constantia exorcizavit Alumnos suos, quibus domum suam, & cellarium præstat? Ille quidem si excluserit Dæmonem, non sibi placeat de fide, nec ejus inimicum exclusit.* Notarunt *Baron. anno 56. Justellus in notis ad Canon.91. Eccles. univers.*

Postea peculiare ac distinctum munus in Ecclesia fuit eo- 4
rum, qui in gradum Exorcistarum cooptati erant, ut docent plura de Exorcistis affirmantes *Balsamon in Can.26. Synod. Laodicen. Ambian. ad Tertullian. in Apolog. cap. 23. ad finem. Pamel. ad Epistol.26. D. Cyprian. Espenc. ad D. Paulum lib.1. Digress. cap.9. Lindebrog. Verb. Exorcista*, qui de his Exorcistis accipiunt Textum *in L. 1. §. Medicos, de Var. & Extraordin. Cognit.*

Per id vero temporis ad Exorcistatum non ordinabantur nisi 5
provectioris ætatis: *Exorcistæ* (opportune ait *Hallier de Sacris Elect. & Ordinat. part.3. sect.7. cap.1.*) *nequaquam Ecclesiæ utiles esse poterant, aut officio suo idonei, nisi provectioris ætatis. Neque enim Pueri vel Adolescentes idonei videbantur, qui Dæmones adjurarent, Energumenos custodirent, alerent, eisque manus imponerent. Unde recte & convenienter Syricius Cos, qui ab adolescentia Clericatui adscriberentur, in Lectoris gradu atque Officio, qui in ætate jam immatura, in Lectoribus aut Exorcistæ ordine aut munere versatos esse præcipit antequam ad superiores ascendant. Juxta eamdem Personarum diversitatem eosdem gradus Lectoris quidem in iis, qui ab ineunte ætate Clericali militiæ adscripti essent, Lectoris autem, vel Exorcistæ iis, qui grandiores facti hanc vitam seligerent, attribuit Zosimus.*

Mutata hac disciplina, & commisso ut plurimum munere 6
Exorcistæ Sacerdotibus, non amplius ad Exorcistatum ætas provectior requisita est.

EXPOSITI FILII.

PRoposito dubio in Sacra Congreg. Concilii die 18. Decembris 1723. Quomodo se gerere debeat Parochus Sancti Spiritus in Saxia in collatione Baptismatis, infantibus qui ad Archihospitale deferuntur, sive iidem habeant schedulam de Baptismo testantem, sive non habeant; & etiamsi ex colore, & ceteris corporis qualitatibus deprehendatur etiam esse constitutos in ætate lex aut decem mensium, vel unius anni cum

cum dimidio. *Sacra Congregatio die 15. Januarii* 1724. *respondit esse baptizandos sub conditione in omnibus casibus, excepto tamen casu schedulæ, quæ habeat certitudinem.*

Alia ad rem, vide verb. *Filius a num.* 17. *ad* 20. & verb. *Parentes a num.* 20. *ad* 32.

EXPOSITIO SS. SACRAMENTI.

1 * EXpositio SS. Sacramenti permitti non debet nisi ex publica causa ab Ordinario approbata, etiamsi Ecclesia sit Regularium, quod ex Tridentino *sess.* 21. *cap.* 8. evincit, & statuit S. Congregatio Concilii. Quamquam ex causa privata licet Regularibus in propriis Ecclesiis exponere Sacramentum, dummodo non extrahatur e tabernaculo, & Hostia sit velata, ut ex pluribus S. Congregationis Decretis firmatur *Instit. Eccl.* 30. §. 11. & 12.

2 Reprobatur apud frequentes Scriptores usus exponendi palam SS. Eucharistiam in festis Sanctorum. *Ibid.* §. 15.

3 Si exponatur SS. Sacramentum intra tabernaculum apertum & in pyxide tecta, sex saltem candelæ ardere debent ex sensu Sac. Congregationis. *Ibid.* §. 21.

4 Verum si extra tabernaculum id fiat in Ostensorio velato, tunc saltem duodecim candelæ ardentes apponendæ. *Ib.* §. 23.

EXTRACTIO

Additio ex Auctore.

1 EXtractio Rei inquisiti, vel damnati a loco immuni in casibus permissis, si Clericus sit, fieri potest a Curia Episcopali ex officio; & si laicus, nonnisi ad instantiam Curiæ sæcularis. Benedictus XIV. tom. 1. Const. 8. inc. *Alias* §. 5. Ad extractionem inquisiti a loco immuni, in dictis casibus procedi potest, habitis indiciis delicti sufficientibus ad Torturam.

2 *Idem ibid.* Ad extractionem vero banniti, seu damnati in contumaciam in similibus casibus, visa sententia contumaciali

3 & actis, quibus illa fundatur. Idem *ibid.* §. 6. Extractionis, & traditionis denegatio, aliaque decreta Judicis Ecclesiastici super ejus competentia, allegari nequeunt in judicio super executione sententiæ contumacialis. Idem *ibid.*

4 De extractione Reorum ad Sacræ Inquisitionis Officium spectantium a locis immunibus, vide tom. 4. verb. *Immunitas*; ubi ad rem duæ afferuntur Constitutiones Benedicti XIV.

5 Extractio segetum, farinæ, & olei extra statum Ecclesiasticum sine speciali Chirographo Papæ prohibetur sub gravissimis pœnis, sublata cuilibet facultate concedendi licentias extrahendi. Idem tom. 2. Constit. 83. incip. *Quo die*.

6 Quo vero ad alias res mobiles, aut se moventes, remittitur arbitrio Legatorum, Præsidum, & Gubernatorum Provinciarum, Idem *ibid.*

7 Extractio segetum, aliorumque per aquam etiamsi directa dicantur ad alia loca ditionis Ecclesiasticæ, nisi fiat cum præscriptis cautelis, reputanda erit pro extractione a statu, &

8 præscriptis pœnis punienda. Idem *ibid.* Extractio cujuscumque rei de Provincia ad Provinciam quocumque tempore, atque etiam extra statum Ecclesiasticum permittitur pauperibus, qui spicas a Messoribus relictas colligunt. Idem *ibidem*.

9 10 11 Item Mercenariis, quibus pro mercede datur frumentum, vel quid simile. Idem *ibid.* Item Mendicantibus, qui eleemosynæ loco, & pro victu Cœnobii ea colligunt. Idem *ibidem*.

12 Ac denique iis, qui pro eduliis ad fora delatis, & loco pretii recipiunt. Idem *ibid.*

EXTREMA UNCTIO.

1 VAriæ in Ecclesia Dei habentur in praxi Unctiones pro ut diriguntur ad varias personas. Prima est Catechumenorum, quos oleo benedicto Sacerdos ante Baptismum ungit in pectore, & inter scapulas. Secunda Baptizatorum, quos Chrismate ungit Sacerdos in vertice. Tertia Confirmatorum, qui per Episcopum unguntur in fronte. Quarta Principum sæcularium, qua humeris, & brachiis unguntur. Quinta est Sacerdotum, & Episcoporum, quæ fit in illorum Ordinatione. Sexta est Infirmorum ad extrema reductorum, de qua solum in præsenti est sermo. Unde *Extrema Unctio* dicitur, ut observat *Tridentini Concilii Catechismus part.* 2. ibi: *Quare hæc unctio a majoribus nostris Sacramentum etiam Unctionis infirmorum, & Sacramentum exeuntium dicta est*, & ipsum Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 3. *de Extremæ Unct.* dicit expresse: *Unde & Sacramentum exeuntium nuncupatur.*

Sacramentum Extremæ Unctionis *est unctio hominis infirmi* 2 *pœnitentis facta in determinatis partibus corporis cum oleo consecrato ab Episcopo, ministrata a Sacerdote simul verba certa cum intentione debita proferente, ex institutione divina efficaciter significans curationem finalem venialium.* Sic Scotus *in* 4. *dist.* 23. *quæst. unica*. Est de fide certum, Extremam Unctionem esse verum, & proprie dictum Sacramentum novæ legis 3 a Christo Domino institutum. Sic docet Concil. Florent. *in decreto Unionis* & Tridentinum *sess.* 14. *de Extrema Unction. cap.* 1. ibi „Instituta est autem Sacra hæc Unctio infirmorum, „ tamquam vere, & proprie Sacramentum novi Testamenti „ a Christo Domino nostro apud Marcum quidem (*cap.* 6.) „ insinuatum, per Jacobum autem Apostolum ac Domini „ Fratrem Fidelibus commendatum, ac promulgatum (Jacobi 5.) Infirmatur (*inquit*) quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo „ in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & „ alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit; dimittentur ei. *Et ibidem* Canon. 1. *sic definit Concilium contra Hæreticos*: Si quis dixerit Extremam Unctionem non esse „ vere, & proprie Sacramentum a Christo Domino institutum, & a B. Jacobo Apostolo promulgatum: sed ritum „ tantum acceptum a Patribus, aut figmentum humanum, „ anathema sit,. Et jam hoc definierat etiam *sess.* 7. *can.* 1. ubi anathematizat dicentes non fuisse a Christo Domino instituta omnia Sacramenta novæ legis, & ipsa esse plura, vel pauciora quam septem, inter quæ expresse enumerat Extremam Unctionem. Hoc Sacramentum Extremæ Unctionis pro- 4 babilius fuit institutum post Resurrectionem, quando Christus *Joann.* 20. instituit Pœnitentiam, cujus consummativam esse Extremam Unctionem dicit Tridentinum *sess.* 14. *de Extrema Unctione, in præmio*.

Materia remota extremæ Unctionis est Oleum Olivarum 5 ab Episcopo benedictum. Proxima autem est ipsamet Unctio facta hoc oleo. *Est communis*, & constat ex Concilio Florentino *in decreto Unionis*, ubi dicit, quod *Extremæ Unctionis materia est oleum Olivæ per Episcopum benedictum*, & Tridentino *sess.* 14. *de Extrema Unction. cap.* 1. ibi: *intellexit enim Ecclesia materiam* (Extremæ Unctionis) *esse oleum ab Episcopo benedictum*, & constat etiam ex verbis Apostoli Jacobi 6 *cap.* 6. ibi: *Ungentes eum oleo in nomine Domini*. Oleum hoc debet necessario esse benedictum ab Episcopo necessitate Sacramenti, ita ut adhibito oleo non benedicto ab Episcopo, nullum fiat Sacramentum. *Est communior Doctorum sententia.* Et colligitur ex traditione Apostolica, ut tradit Beda *in cap.* 6. *Marci*, ibi: *Unde patet ab ipsis Apostolis hujus Sanctæ Ecclesiæ morem esse traditum, ut Energumeni, & alii quilibet ægroti ungantur oleo Pontificali benedictione consecrato.* Idem expressius tradidit Concil. Tridentin. *sess.* 14. *cap.* 1. *de Extrem. Unction.* ibi: *Quibus verbis, ut ex Apostolica traditione per manus accepta, Ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministrum hujus salutaris Sacramenti; Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum*. Et sic tenent Sanctus Thomas *in* 4. *dist.* 23. *quæst.* 1. *artic.* 3. *ad q.* 4. *& in supplement. quæst.* 30. *art.* 6. Sanctus Bonaventura *in* 4. *dist.* 23. *artic.* 1. *quæst.* 3. Scotus *ead. dist. num.* 5. Layman *lib.* 5. *tract.* 8. *de Extrem. Unct. cap.* 1. *num.* 1. Durand. *quæst.* 6. Paludan. *in* 4. *dist.* 33, *quæst.* 1. *art.* 1. Reiffenstuel *in Theol. moral. tract.* 14. *dist.* 11. *q.* 1. *num.* 7. Henno *tom.* 2. *disp. unic. de Extrema Unct. q.* 3. *concl.* 2. Pontas *verb. Extrema Unctio cap.* 3. Sylvius *in supplem. S. Thom. quæst.* 29. *art.* 5. & 6. Fagnan, *lib.* 1. *decr. in cap. Cum venisset* 1. *de Sacra Unctione num.* 51. & 52. Bellarmin. *cap.* 7. Suarez *disp.* 40. *sect.* 1. Coninch. *t.* 2. *disp.* 16. *dub.* 2. Sotus *in* 4. *dist.* 23. *quæst.* 1. *artic.* 3. Aversa *sect.* 2. Dicastill. *de Sacram. Extremæ Unction. num.* 32. Felix Potestas *tom.* 1. *num.* 3908., & alii passim: & Gobat *de Extrema Unction. num.* 784. ubi testatur esse de communi Theologorum; La Croix *lib.* 6. *part.* 2. *num.* 2092. ubi asserit quod communissima dicit ex præcepto Christi requiri hic Benedictionem Episcopi.

Non desunt tamen magni nominis Doctores qui dicunt simplicem Sacerdotem ex Papæ commissione oleum benedicere posse pro usu hujus Sacramenti; Sic Cajetanus 2. 2. *quæst.* 7. *art.* 3. Victoria *de Extrema Unct. num.* 216. Henr. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 1. Zambranus *cap.* 5. *de Extrema Unct. num.* 7. Roding. *num.* 1. Zambranus *cap.* 5. *de Extrema Unct. num.* 7. Roding. *Theolog. Scolast. tom.* 5. *quæst.* 21. *art.* 2. Frassen *de Sacrament. Extrem. Unct. concil.* 1. Juvenin *de Extrema Unction. quæst.* 3. *cond.* 4. Rosignolus *de Extrema Unct. quæst.* 1. *artic.* 3. *n.* 12. & alii.

& alii. Et probant a pari de Sacramento Confirmationis, cujus licet ordinarius minister sit solus Episcopus ex Concilio Florentino *in decreto Eugenii VI. de unione Armenorum* & in Tridentino *sess.* 9. *canon.* 3. *de Confirm.*; tamen ex dispensatione summi Pontificis potest ipsam ministrare etiam simplex Sacerdos *ex cap. Pervenit* 1. *dist.* 95., ubi refertur Sanctum Gregorium Papam hanc facultatem concessisse Presbyteris Sardiniæ propter defectum Episcoporum; ibi: *Ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate ungere debeant concedimus.* Et hoc expresse indicat Eugenius IV. in Concilio Florentino *loc. cit.* ibi: *Legitur tamen aliquando per Apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili, & urgente admodum causa simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum confecto hoc Sacramentum confirmationis administrasse.* Et talem facultatem concesserunt etiam alii summi Pontifices variis Religiosis, ut Innocentius IV. Patribus Prædicatoribus, Joannes XXII. & Leo X. Fratribus Minoribus pro Indis, teste Rodriquez in suo Bullario Regular. in Bulla Leonis X. Gregorius XIII. Patribus Societatis, ut testatur Suarez, & alii aliis. Unde inferunt ipsi, ergo etiam ex concessione Summi Pontificis poterit simplex Sacerdos oleum in- 8 firmorum sanctificare, cum videatur quid majus confirmare, quam oleum simpliciter benedicere, & sanctificare. Tum quia id patet ex antiquissima consuetudine Ecclesiæ Græcæ, in qua simplices Sacerdotes ex commissione Episcopi, approbante Romano Pontifice, oleum infirmorum benedicunt, quam consuetudinem approbavit Clemens VIII. in instructione super ritibus Græcorum de oleo Cathecumenorum, & infirmorum constit. incip. *Sanctissimus*, ubi expresse hæc habet: *Non sunt cogendi Presbyteri Græci olea Sancta, præter Chrisma ab Episcopis Latinis Diœcesanis accipere. Cum hujusmodi, olea ab eis in ipsa oleorum, & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, seu benedicantur; Chrisma autem quod nonnisi ab Episcopo, etiam juxta eorum ritum benedici potest, cogantur accipere.* Ex quibus docte infert Rosignolus *loc. cit. num.* 11. *quod benedictio Episcopalis non sit de necessitate Sacramenti, sed sufficiat Sacerdotalis. Si etenim esset de necessitate Sacramenti, etiam apud Græcos requireretur, ut ex se patet; Unde quod refertur ex Conciliis suprarecensitis intelligendum est solummodo de necessitate præcepti.* Hæc ipse, qui *num.* 12. *in fine* concludit: *In hoc consulendam arbitror Sacram Congregationem. Quæ revera opinio non est inferioris ponderis, ni dicam majoris, quam prima.*

Oleo benedicto in casu necessitatis ob infirmorum copiam 9 potest valide, & licite sæpius addi oleum non benedictum, dummodo singulis vicibus minor quantitas addatur non benedicti, colligitur ex cap. *Quod in dubiis* 3. *de consecrat. Eccles., vel Altaris, & in Rituali Romano sub tit. de Extrema Unctione*, ex responsione Sacræ Congr. Supremæ & Universalis Inquisitionis ad dubium, ut sequitur.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.

„ Determinandosi nel Decreto di cotesta Sacra Congrega- „ zione fatto sotto li 2. Marzo 1679. sopra la condanna di „ 65. Propositioni, che circa il valore de' Sacramenti non si „ debba seguire l'opinione probabile, lasciata la più sicura. „ Ed essendo opinione controversa trà Teologi, se per sup- „ plire all'Olio Santo, che mancasse, sia lecito aggiungere „ del non benedetto in più volte, purchè l'aggionto consi- „ derato separatamente, & in ogni aggionta, sia in minor „ quantità dell'olio Santo, benchè considerate tutte le ag- „ gionte insieme fosse maggiore; di qui è nato dubbio nella „ Diocesi di Sevilla, nella quale per la vastità è impratica- „ bile benedire tant'olio, che basti senza l'aggionta; se sia „ lecito fare detta aggionta all'olio Santo, per esservi molti „ Teologi, che tengono l'opinione negativa per più sicura. „ Onde per avere la risoluzione di tal dubbio l'Arcivescovo „ di Sevilla, devotissimo Oratore fece porgere all'Eminence „ vostre un memoriale consultivo, nel quale si deducevano „ le opinioni de' Teologi sopra questo punto. Ma non aven- „ do sin'ora avuta la dichiarazione, supplica perciò l'E.E. „ V.V. degnarsi di dargliegla per sicurezza, e quiete della „ coscienza propria, e del suo gregge.

„ Feria quinta die 23. Septembris 1682. in Generali Con- 10 „ gregatione S. Officii habita in Conventu S. Mariæ super „ Minerva coram Eminentissimis, & Reverendissimis Do- „ minis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana „ contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus „ a S. Sede Apostolica specialiter deputatis. Lecto supradi- „ cto memoriali; Eminentissimi, & Reverendissimi Domini „ Cardinales Inquisitores prædictæ Congr. decreverunt in 11 „ casu proposito posse.

Franciscus Richardus S. Rom. & Universalis Inquisitionis Notarius.

Forma Sacramenti Extremæ Unctionis sunt sequentia verba: *Per istam Sanctam Unctionem, & suam pissimam miseri-* 12 *cordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per visum (auditum, odoratum &c.) deliquisti. Amen.* Sic Concilium Florentinum, & Tridentinum *loc. cit.*: una cum Rituali Romano *sub tit. de Extrema Unction.* Invocatio Sanctissimæ Trini- 13 tatis non est de essentia, quia Concilium Florentin., & Tridentin. præmissam formam assignant; *Communis*. Forma Extremæ Unctionis non potest proferri, nisi modo deprecativo, non autem mere indicativo, quia ita instituit Christus, prout promulgavit D. Jacobus *cap.* 5. *Inducat Presbyteros, & orent super eum*; quod satis indicat formam hujus Sacra- 14 menti debere esse deprecatoriam, ut tradunt communiter Doctores. Unctiones communiter sunt faciendæ in septem par- 15 tibus infirmi sub eadem forma, variato solum nomine partis, quæ actualiter ungitur; Ita expresse Concilium Florentinum *loc. cit.*, & Rituale Romanum Pauli V. *sub tit.* de Extrema 16 unctione. Ubi ipsum Rituale dicit Unctionem renum in fœminis honestatis gratia omittendam esse, sicuti etiam in Viris, quando infirmi commode moveri non possunt. Neque tunc sive in fœminis, sive in Viris alia pars corporis debet ungi 17 pro ipsis renibus, Rituale *ibidem*. Si autem aliquis careat aliquo ex sensibus, v. g. visu, seu mutilatus existat aliquo membro, v. g. manu, vel pede, tunc debet ungi pars illi sensui, seu membro proxima, quia peccare potuit, licet non 18 per sensus externos, per potentias internas illis correspondentes, vel per desiderium actus illiciti, Rituale *ibidem*.

Tempore pestis, aut alterius necessitatis, quo omnes unctiones fieri non possunt, sufficit unica Unctio in quolibet sen- 19 su magis ad Unctionem exposito, ac detecto cum unica tantum forma omnes corporis sensus exprimente, sic: *Per istam Sanctam Unctionem, & suam pissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, gressum, & lumborum delectationem. Amen.* Extra tamen casum necessitatis non sufficit ad valorem unica Unctio, nec pro materia Chrisma, sed debet esse oleum benedictum distinctum a Chrismate: Scotus in 4. *dist.* 25. *litt. D.*, quia opiniones affirmantes, utpote minus tutæ, & exponentes Sacramentum periculo frustrationis & nullitatis, non sunt practicandæ ex Decreto Innocentii XI. edito *die* 2. *Martii* 1679., in quo inter alias fuit damnata, sequens propositio prima in ordine: *Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi.* Hinc tenentia probabili tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis. Solum igitur hoc esset licitum, in casu necessitatis, quo non adesset nisi Chrisma, vel non possent 20 fieri omnes Unctiones, sicuti in casu necessitatis baptizandi infantem, si non posset haberi aqua naturalis, aut nequeat ablui in capite, licitum est eum baptizare sub conditione in lixivio, in digito, & hujusmodi, cum in tali casu tutius procuretur salus animæ infantis, quam nullo modo eum baptizando. In casu necessitatis, v. g. tempore pestis possunt fieri Unctiones sine contactu immediato utendo virga longa oleo tincta. Imo Dicastill. *tom.* 3. *num.* 150. dicit, se vidisse a viris non indoctis ministrari Extremam Unctionem mediante argentea virgula etiam extra tempus pestis (a), sed hoc

(a) Tempore pestis grassantis extremam conferri posse unctionem eo morbo laborantibus oblonga adhibita virga, seu alio instrumento, cujus extremæ parti alligatus sit, firmiterque adhæreat gossipii pugillus sacro imbutus oleo, quo inungatur infirmus, multorum testimonio Theologorum probat Benedictus XIV. in Synodo Diœcesana *lib.* 13. *cap.* 19. editionis Romanæ 1755. Sed ejusdem Sapientissimi Pontificis verba digna sunt, quæ audiantur: *In Rituali Romano* sunt illius ver-

21 hoc est in re notabili contra universalem consuetudinem Ecclesiæ. Sic quamvis extra casum necessitatis sit gravis obligatio in administratione hujus Sacramenti, utendi habitu convenienti, idest superpelliceo, & stola, tamen in casu necessitatis posset ministrari sine tali habitu; La Croix *lib. 6. part. 2. num.* 2117. & communior aliorum contra Bonacinam, Naldum, Suarez, & alios.

22 Minister validus hujus Sacramenti est solus, & omnis Sacerdos. Quod sit solus Sacerdos, habetur *ex Epist. D. Jacobi cap.* 5. ubi legitur introducendos esse ad infirmum, non Laicos, non quoslibet, sicut in Baptismo, sed Presbyteros, ibi: *Introducat Presbyteros, & orent super eum*, & habetur ex Concil. Florentin. *in Decreto Armenorum*, ibi: *Minister hujus Sacramenti, nempe Extremæ Unctionis, est Sacerdos*, & ex Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 3. *de Extrema Unctione*, ubi expresse dicitur: „ Proprios hujus Sacramenti „ ministros esse Ecclesiæ Presbyteros, quo nomine eo loco, „ non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi ve- „ niunt; sed aut Episcopi, aut Sacerdotes; & *ibidem, canon.* 4. anathematizat contrarium sentientes: „ Si quis dixe- „ rit, Presbyteros Ecclesiæ, quos Beatus Jacobus adducen- „ dos esse ad infirmum inungendum hortatur, non esse Sa- „ cerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores in qua- „ vis communitate, ob idque proprium Extremæ Unctionis „ Ministrum non esse solum Sacerdotem, anathema sit „.

23 Quod omnis Sacerdos possit valide hoc Sacramentum conferre, videtur evinci ex textu *D. Jacobi cap.* 5., ibi: *Inducat Presbyteros*, ubi indefinite ponuntur Sacerdotes sine ulla prorsus exceptione, cum potestas illa competat Sacerdoti non ratione jurisdictionis, sed ratione Ordinis, ut confirmat communis Ecclesiæ sensus, & per hoc Apostolus dicit, *inducat* non Episcopum, non Parochum, sed *Presbyteros Ecclesiæ*, ut ostendat potestatem illam cuilibet Sacerdoti competere. Unde validum est hoc Sacramentum etiamsi conferatur a Sacerdote excommunicato, irregulari, degradato, etiam contradicente Parocho, quia sicut retinet potestatem Ordinis, ita & potestatem hujus Sacramenti valide ministran-

24 di; *Est communis*, teste Rosignol. *de Extrema Unctione quæst.* 2. *art.* 2. *num.* 1. *&* 2. Minister autem licitus hujus Sacramenti est solus Parochus, aut alius Sacerdos de ejus, vel Episcopi licentia; *Est communis, ac certa*.

25 Unde nec Regulares possunt licite sine licentia Parochi, vel Episcopi, aut privilegio Summi Pontificis hoc ministrare, imo illud ministrando incurrunt Excommunicationem Papæ

26 reservatam; *Clement.* 1. *de privileg.* In casu tamen necessitatis, quo non extante Parocho infirmus jam ageret animam, tunc Regulares sine incursu illius censuræ, imo & licite, sicuti & quicunque Sacerdotes sæculares, possunt Extremam Unctionem ministrare ex præsumpto consensu Episcopi, vel Summi Pontificis; Valentia *tom.* 4. *disput.* 8. *quæst.* 1. *punct.* 2. Reginald. *lib.* 18. *num.* 408. *& lib.* 23. *num.* 61. Suarez *tom.* 4. *disput.* 44. *sect.* 2. *num.* 3. Navarr. *cap.* 17. *num.* 101. Henriquez *in summa lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 4. Ghetius *in thesauro animæ tom.* 4. *verb. Unctio extrema nu.* 5. *in explicat. litt. d. Thomæ*, Rosignol. *de extrema Unctione quæst.* 2. *art.* 2. *nu.* 10. & alii passim. Extra casum necessitatis nequeunt Regulares sine licentia Episcopi vel Parochi administrare Extremam Unctionem nec etiam Advenis, qui in eorum Conventibus infirmantur; *Sacr. Congr. Concil. in Monopolitana 27. Septembr.* 1670. ubi expresse censuit, „ non licere Fratribus absque li- „ centia Episcopi, vel Parochi administrare Sacramenta „ Advenis, qui in eorum Conventibus infirmantur, & si „ decedant non posse sepeliri in eorum Ecclesiis, *lib. 26. De-*

28 *cret. fol.* 444. Possunt autem Regulares sine ulla licentia ministrare Extremam Unctionem famulis, domesticis, & continuis commensalibus intra eorum Monasteriorum septa residentibus; Vid. verb. *Approbatio art.* 1. *a nu.* 64. *ad* 70. & verb. *Eucharistia nu.* 17. *&* 18.

29 Non est necesse, quod Extrema Unctio conferatur a pluribus Sacerdotibus; *cap. Quæsivit* 14. *de verb. signific.*, ibi: *Sacerdos uno præsente clerico, & etiam solus potest infirmum* ungere. *Est communis*. Imo extra necessitatem non est licitum, quod Unctiones fiant a pluribus saltem apud nos latinos. 30
Communis. Ecclesiæ enim consuetudo, & praxis declarat, ut unus minister omnes Unctiones, adeoque totum Sacramentum perficiat excepto casu necessitatis; Ut si infirmus videatur 31
moriturus, antequam unus solus minister omnes Unctiones perficere possit, tunc plures ministri possunt ipsas Unctiones perficere, ita ut unus unum sensum ungat proferendo formam ei correspondentem, & alter alterum ungat sensum prolata itidem forma ei correspondente, & sic de communi testatur Suarez *disp.* 43. *sect.* 2. *num.* 8. Et fortasse S. Jacobus idcirco *Presbyteros* nominavit, ut significaret plures ad hujus sacramenti ministrationem concurrere posse; Layman *lib.* 5. *tract.* 8. *cap.* 6. *in fine*. Sic etiam si dum Sacerdos ungit, corripiatur 32
repentino morbo, & moriatur, alius Sacerdos potest, & debet perficere unctiones partium non unctarum, unctiones tamen a primo factas non iterando; *Act. Eccles. Mediolanen. tom.* 1. *part.* 4. *de Sacramento Extremæ Unctionis vers. Si* 33
Æger, & communis. Numquam potest, nec licite, nec valide conferri hoc Sacramentum a pluribus simul, ita ut unus Sacerdos ungat, & alter formam proferat; Ita de communi testatur Nugnus *in addit. ad tertiam partem quæst.* 41. *art.* 3. & Rosignolus *loc. cit. art.* 3. *nu.* 3.

Subjectum capax hujus Sacramenti est solus homo baptiza- 34
tus, rationis capax in periculo probabili mortis constitutus, ex morbo, vulnere, partu, & senectute, & morsu rabido; *Communis*. Pueris usum rationis habentibus dari potest Ex- 35
trema Unctio etiam antequam ad S. Eucharistiam admittantur. Item moribundis sensibus destitutis, licet Communionem non possint recipere, si ante petierint, aut Christiane vixerint. Et sic etiam dari potest phræneticis, & delirantibus. Non tamen perpetuo amentibus. *Communis*. Nec potest dari hoc 36
Sacramentum iis, qui sine aliqua infirmitate versantur in periculo mortis, ut præliaturi, in naufragio constituti, morte plectendi, mulieres partui periculoso vicinæ, & hujusmodi, quia licet de eorum morte timeatur, non sunt tamen infirmi, quibus solum est administranda extrema Unctio, juxta textum *Divi Jacobi cap.* 5. *Infirmatur quis in vobis &c.* Extrema Un- 37
ctio iterum conferri potest, si infirmus, postquam revaluisse videbatur, in periculum mortis recidat. *Communis*. Nullum 38
præceptum extat extremam Unctionem recipiendi, cum ad salutem necessaria non sit. Sic S. Thomas *in* 4. *dist.* 23. *quæst.* 1. Scotus *in* 4. *dist.* 7. *quæst.* 2. S. Bonaventura, & alii communiter. Unde non suscipere hoc Sacramentum per se loquendo, secluso scandalo, & contemptu, non est peccatum mor- 39
tale, & multo minus peccant mortaliter domestici, si id non procurent. *Communis*. Est tamen peccatum mortale ipsum 40
negligere, seu non suscipere ex contemptu. *Communis*; & patet ex verbis Concilii Tridentini *leg. cit. cap.* 3. ibi: *Nec tanti Sacramenti contemptus absque ingenti scelere, & ipsius* 41
Spiritus Sancti injuria esse posset. Sic etiam hoc Sacramentum non suscipere, seu negligere, posset esse peccatum mortale ratione scandali secuturi, ut si infirmus interrogatus, num ante vitæ exitum velit illud accipere, & ipse nulla rationabili causa allata renuat, atque exinde audientes, vel possint de illo falsam suspicionem hæresis concipere, vel ob Personæ auctoritatem, & characterem possint moveri ad hujus Sacramenti vilipensionem. *Communis*.

Parochus peccat mortaliter, si infirmo petenti hoc Sacra- 42
mentum negligat, aut sine justa causa differat illi conferre cum probabili periculo, ne sine ipso Sacramento moriatur infirmus; In re enim gravi non præstat id, ad quod tenetur ex 43
justitia. *Communis*. Immo Parochus tenetur sub mortali ministrare sive per se, sive per alium Extremam Unctionem infirmo peste infecto etiam cum periculo contagii, si ipse infirmus non possit aliud Sacramentum recipere; Tunc enim est extrema necessitas Parochiani forte constituti in mortali, quo per hoc Sacramentum liberari potest, vel si in mortali non sit, poterit accipere vires ad resistendum Dæmoni, & feliciter emigrandum. *Sic communiter Doctores* cum Carden. *in* 1. 44
Christi disput. 77. *cap.* 3. *num.* 23. Quinimo Parochus tenetur etiam

verba, *in ordine ministrandi hoc Sacramentum hæc verba leguntur*: Deinde intincto pollice in oleo Sancto in modum Crucis ungit infirmum: *ex quibus oritur obligatio, semota necessitatis causa fectandi prescriptam ibi methodum, ita ut qui secus agit peccati reatum incurrat. Atquoties adsit gravis urgensque necessitas expeditos, facilesque inveniendi modos, quibus pestifero morbo infecti hujus scuti participes fieri possint, nulla subest justa ratio, quæ possit Episcopum remorari, ne facultatem faciat Sacerdotibus Extremæ Unctionis Sacramentum superius indicato modo*, nempe per instrumentum ut diximus, *administrandi*.

etiam cum periculo Contagii ministrare sive per se, sive per alium hoc Sacramentum moribundo peste infecto, etiam si receperit Sacramentum Pœnitentiæ, sed non Eucharistiæ, quia licet in tali casu non esset in extrema necessitate, esset tamen in gravi, in qua etiam tenetur subdito subvenire Parochus; Potuit enim Pœnitentia ex parte dispositionis Pœnitentis fuisse defectuosa, quæ per hoc Sacramentum per accidens supplebitur in ordine ad causandam primam gratiam; sic, ut certa traditur a Card. *leg. cit. num.* 24. & La Croix *lib. 6. part. 2. num.* 2112. Intellige tamen modo dicto sub verb. *Pestis num.* 8. *&* 9. Vide *ibi*.

45 Effectus speciales, & præcipui Sacramenti Extremæ Unctionis sunt quatuor. Primus est remissio peccatorum venialium primario, & per se, si quæ habeat infirmus nondum aliunde remissa, & remissio mortalium secundario, & per accidens, si V. G. infirmus reperiatur cum peccatis mortalibus a se invincibiliter ignoratis, quatenus bona fide confessus est, sed ob aliquem defectum essentialem a se invincibiliter ignoratum confessio fuit invalida, tunc enim hoc Sacramentum confert per accidens primam gratiam. *Sic communiter Doctores*, & colligitur *ex textu D. Jacobi*, ibi: *Et si in peccatis sit, dimittuntur ei*; super quæ verba Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 2. *de Extrema Unction.* explicans rem, seu effectum hujus Sacramenti, sic ait: „ Res etenim hæc gratia est Spiritus San- „ cti, cujus Unctio delicta, si quæ sint adhuc expianda, ac

46 „ peccati reliquias abstergit. Secundus effectus est alleviare infirmum; *textu expresso in cit. Canonica D. Jacobi cap.* 5. ibi, *Et alleviabit eum Dominus*. Dicitur autem hoc Sacramentum alleviare infirmum, in quantum, ut ait Concilium Tridentinum *loc. cit.* „ Ægroti animam alleviat, & confirmat ma- „ gnam in eo Divinæ Misericordiæ fiduciam excitando, qua

47 „ infirmus sublevatus, & morbi incommoda, ac labores „ levius fert, & tentationibus Dæmonis calcaneo insidian- „ tis facilius resistit „. Tertius hujus Sacramenti effectus est peccatorum reliquias abstergere. *Conc. Trid. loc. cit.* ibi: *Ac peccati reliquias abstergit*, quæ peccatorum reliquiæ ex communi Theologorum sunt animi languor, torpor, mœror, tristitia, fastidium, anxietas, & aliæ hujusmodi pravæ affectiones, quæ ex peccatis præteritis eorumque recordatione oriri solent, & Dæmon in illo tunc vehementius suscitat, & in mentem moribundi efficacius inducit, ut facilius ad finalem desperationem reducat, juxta illud Apocalypsis *cap.* 12. *num.* 12. ibi: *Descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quia modicum tempus habet*, & juxta illud Concilii Tridentini *loc. cit.* ibi: „ Etsi Adversarius noster occasiones per omnem „ vitam quærat, & captet, ut devorare animas nostras quo- „ quomodo possit; nullum tamen tempus est, quo vehemen- „ tius ille omnes suæ versutiæ nervos intendat ad perdendos „ nos penitus, & a fiducia etiam, si possit, Divinæ Miseri- „ cordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum „ vitæ perspicit „. Unde ad supradicta omnia removenda, & superanda plurimum conducit digna hujus Sacramenti susceptio, juxta verba Tridentini allata *supra num.* 47. Quartus

48 hujus Sacramenti effectus est liberare infirmum ab infirmitate sua corporali, ubi saluti animæ id expedierit, juxta illud D. Jacobi Apostoli *cap.* 5. ibi: Et *oratio fidei salvabit infirmum*; & notat Concil. Trident. *loc. cit. cap.* 2. dicens, quod infirmus virtute hujus Sacramenti, *sanitatem corporis interdum, ubi saluti animæ expedierit, consequitur*.

49 Oleum infirmorum asservari debet in Ecclesia tantum, nisi Episcopus concesserit alicui, illud tenere domi ob distantiam

50 domicilii. *Act. Eccles. Mediolanen. Concil. Prov.* 3. Et eo casu domi in fenestella panno serico vestita intus, & sub clavi

51 retineri debet. *Ibid. Concil. Prov.* 4. Sacculus pro includendo oleo infirmorum debet esse violaceus, cum chordulis, ut de collo pendens ad ægrotos deferri possit. *Ibid. Concil. Prov.* 3. Gavant. *Manual. Episcopor. verb. Olea Sacra*.

52 Per unum, vel plures Presbyteros Græcos administrari potest Extrema Unctio, ubi viget talis consuetudo; dummodo

53 credant, & asserant illud Sacramentum, servata debita materia, & forma ab uno Presbytero valide, & licite confici.

54 Et dummodo idem, qui ungit, formam proferat Sacramenti, nec alius ungat, & alius formam pronunciet. Benedictus XIV. tom. 1. Constitut. 57. incip. *Etsi Pastoralis* §. 5.

* Juvat hic summatim collecta subjicere quæ in præsenti materia tradit Benedictus XIV. in suo eximio Opere de *Synodo diœcesana*.

55 Extremam Unctionem verum esse novæ Legis sacramentum a Christo Domino institutum, per Apostolum Jacobum fidelibus commendatum, & promulgatum Tridentini PP. definiverunt. Materia ejus remota est oleum ex olivarum bacchis expressum, nulli alteri materiæ saltem ex perpetuo usu Ecclesiæ immixtum; quæ tamen materia si in parva quantitate fuerit adeo ut non destruat olei speciem, validitati Sacramenti nequaquam officit. Debet vero oleum istud Episcopali benedictione ante sacrari, ut ex antiquissima PP. traditione colligitur. Ita tamen ab Episcopo esse illud oleum benedictum oportet, ut nihilo secius possit ex commissione sive tacita, sive expressa Romani Pontificis a simplice Sacerdote consecrari, ut ex more vetustissimo Ecclesiæ Orientalis eruitur; ita docet Pontifex *cit. Op. lib. 7. cap.* 16.

Unctionis extremę forma in Rituali Rom. expressa, est 56
deprecativa, nunquam tamen definitum est ab Ecclesia, an hæc ita necessaria sit, ut non æque ad Sacramenti validitatem sufficiat, si indicativo modo concipiatur; satis enim constat formam illam expressis verbis nequaquam institutam fuisse. Constat tamen, aliter quam in Rituali exhibeatur, proferri absque gravi flagitio privata auctoritate non posse.

Partes ungendæ aliæ quidem necessariæ sunt, ut Sacramen- 57
tum fiat; aliæ necessitate, uti vocant præcepti; aliæ vero ratione aliqua suadente tuto omittuntur. Ex his postremis sunt pedum, & renum unctio, hæc enim in fœminis omittitur; illa vero ex gravi incommodo præteriri potest. Cæteræ quinque sensuum unctiones saltem ex præcepto adhibendæ sunt; num vero singulæ ita sint necessariæ, ut absque illis Sacramentum non consistat, alii aliter disputant. Si necessitas urgeat, ægri, qui mox decessurus timetur, unicus sensus ungendus est, ea pronunciata forma, quam Rituale in his rerum eventibus assignat, caput tamen præferendum. *Ibid. cap.* 18.

Sacramenti hujus ministros esse Sacerdotes nemo, qui fidem 58
Christi profitetur, negaverit; ita definiente Tridentino *sess.* 14. *cap.* 4. Quamquam vero conferri a pluribus simul Sacerdotibus valeat, modo tamen singuli suum diversum sensum, cum forma eidem debita inungant: usus tamen jam inde a pluribus sæculis in latinam Ecclesiam invectus extra articulum necessitatis fert, ut unus tantummodo sacro oleo liniat, totumque perficiat Sacramentum, cui mori citra letalem culpam se non conformare nemo potest. *Ibid. cap.* 19. §. 5. Laudabile tamen fuerit si dum res sacra peragitur plures adsistant Sacerdotes, vel saltem probi viri, *ut oratio totius Ecclesiæ* ad effectum hujus sacramenti coadjuvet, quæ verba sunt S. Thomæ *cap.* 43. *lib.* 4. *contra Gentes*; *ibid.* §. 5.

Ministrare istud Sacramentum valide omnes Sacerdotes pos- 59
sunt; uni tamen Parocho de jure competit, cum sit ejus minister ordinarius. Alii si id audeant absque Parochi facultate contra statutum in Catechismo Romano, peccant. Quinimo Religiosi ægrotum ungentes, minime a Parocho petita venia præter gravis culpæ reatum in excommunicationem incidunt Apostolicæ sedi reservatam in *Clement.* 1. *de Privileg.* excluso tamen necessitatis articulo, in quo actum caritatis non auctoritatis abusum exercent. Hæc dicta sint de Latinis Sacerdotibus, cum de Græcis alia sit ratio; nam apud illos mos est, nec a Romanis Pontificibus improbatus, ut in hoc Sacramento conferendo septem Sacerdotes, vel saltem tres præsto sint. *ibid.* §. 8.

Unguntur vero fideles tali morbo laborantes unde perito- 60
rum judicio mors proxime secutura prudenter timeatur; quare denegandum est eis, quibus certum non adest vitę periculum, puta mare transgressuris, prælium inituris, ultimo supplicio afficiendis: cum hoc illis desit, quod morbo periculoso laborent. Hoc vero morbi gravis periculum ita necessarium est, ut sanis collatum Sacramentum, vel nullum sit, vel illicitum. Neque urget Græcorum consuetudo ungendi bene valentes; nam si id agant rati se conferre verum Sacramentum, increpandi acriter sunt, & prohibendi; sicut tunc etiam cum, ut apud illos interdum fit, loco satisfactionis per Confessarios imponendæ, pœnitentes inungunt. *ibid. cap.* 20. *per tot.*

Providendum est tamen a Parocho, ne in hoc Sacramen- 61
to administrando supremum vitæ articulum expectet; sed maturius id agat, cum æger nondum sensibus destitutus, precibus Sacerdotis suas etiam adjungere valet. Providendum illi est etiam, ne hoc Sacramentum, quamquam non est de præcepto, petentibus deneget; id enim si vel ille negaret, vel non offerret gravem culpam committeret. Quin nec desunt plures, qui opinentur, ægrotum negantem recipere Sacram unctionem, reum haberi letalis culpæ, cum ex contemptu Sacramenti id renuere merito censeri possit. *ibid. c.* 22.

62 Pueris ante usum rationis ex perpetua Ecclesiæ doctrina non datur, quamquam, ut id licite fiat, ætas illa firmior expectanda non est, qua Sacramenti Pœnitentiæ capaces censentur. Pueris accensendi sunt etiam perpetuo amentes, & furiosi, quibus constans fuit per totam vitam amentia. Constans, inquam, nam si adulti usum rationis aliquando obtinuerunt, tumque inciderunt in amentiam, cum aliquid criminis committere potuerint, utique inungendi sunt. *Ibid. cap.* 21.

63 Sed quid, si subita vi morbi correpti in amentiam incidant, ut petere Sacramentum minime valuerint? Eos profecto hoc Sacramento juvari oportet, si præsertim sensibus destituti, aliorum Sacramentorum remedio juvare se non possint. *Ibid. cap.* 21. *per tot.*

64 Ordo in hoc Sacramento conferendo quamquam non idem fuerit semper in tota Ecclesia, cum alii statim post Sacramentalem absolutionem, ante Viaticum ægrotos inunxerint; alii post Viaticum: cum tamen Ecclesiæ Romanæ disciplina in Catechismo Concilii Trident. expressa postremam hanc agendi rationem servaverit, æquitatis ratio postulat, ut ab ea non recedatur. *Ibid. cap.* 23.

65 Eodem morbo & periculo perseverante repetere Sacramentum istud non licet; Si vero morbi vis ita remiserit, ut recessisse periculum mortis videatur, iterumque recrudescat, & novum mortis periculum urgeat, tum iterum unctio peragenda est. *Ibid.* in dubio tamen num morbi status sit mutatus, seu num idem perseveret, expedit ut ad Sacramenti iterationem Parochus propendeat. *Ibid.*

66 An teneatur Parochus Sacramentum hoc administrare pestelaborantibus? Ex doctrina Suarii tunc tenetur, quatenus valeat absque morali vitæ periculo.

67 An valeat Sacramentum, si instrumento, nempe penniculo inungatur corpus ægroti peste infecti, nihil deciditur; asseritur tamen ritum talem in Ecclesia hucusque fuisse inusitatum; *Ibid. cap.* 19. §. 17. *nov. edit.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 APud Græcos oleum a Presbyteris benedicitur; *Goar. in*
2 *not. ad Ritual. Græcor. not.* 22. Benedicit utique & ipse Episcopus ritu Græcorum feria quinta in Cœna Domini sacrum oleum, sed vix facta benedictione totum oleum consumitur, idque quia Græcorum more, *Cuncti* (ait „ Goar „ ibidem) accessuri ad sacram synaxim in peccatorum expia„ tionem sese ungendos offerunt, & Episcopus ipse primus „ omnium Œconomi manu unctionem suscipit, quem dein3 „ de omnes alii sequuntur, & ab Episcopo unguntur: *Hac* „ *itaque unctione licet cæremoniali*, quum oleum totum con„ sumitur, facultatem illud denuo consecrandi privato cui„ cumque Parocho, ipsi Pontifices tacite ex antiquo more
4 „ videntur remittere „: ita pergit *Goar ubi supra*. Nec hanc Græcorum disciplinam unquam improbavit Ecclesia Latina, imo approbavit Clemens VIII. in sua instructione ad Episcopos Latinos.

5 Patet hinc, *Concilium Tridentinum* non eo sensu oleum ab Episcopo benedictum materiam hujus sacramenti reputasse, quasi, ex divina institutione sine hujusmodi oleo conferri valide hoc Sacramentum nequiret, sed dumtaxat eam esse veram & sufficientem, ac etiam necessariam, spectata scilicet Ecclesiæ Latinæ consuetudine.

Nec forma deprecativa, qua ex Decreto *Eugenii IV. &* 6
Synodi Tridentinæ utitur Ecclesia Latina, est necessaria ex institutione divina. Eam nunquam adhibuit Ecclesia Græca; 7
& tamen Ecclesia Latina nunquam de validitate collati hujus Sacramenti cum forma a Græcis usitata, ipsis quæstionem movit. Quinimo ipsa Ecclesia Latina multis sæculis ipsam 8
ignoravit, & usa fuit forma indicativa, ut patet *ex Sacramentario S. Gregorii apud Vgonem Menardum pag.* 251. *& notis ipsius Menardi pag.* 332. Ostendit præterea *Menardus ibidem*; Formam Ambrosianam relatam a S. Bonaventura esse 9
indicativam. Confer quoque *Morin. de Administr. Sacram.* 10
Penit. lib. 8. *cap.* 16. *Launoium in speciali libro de Sacramento Unctionis Infirmorum*, qui docet, Christum nullam specialem formam hujus Sacramenti instituisse, sed eam instituendi libertatem Ecclesiæ suæ reliquisse.

Quoad partes inungendas, magna etiam fuit olim Ecclesia- 11
rum diversitas. De hac diversitate consule mox laudatum „ Launoium in citato libro sub hoc titulo: Explicata Eccle„ siæ traditio circa partes corporis quæ unguntur in Sacra„ mento Extremæ Unctionis *cap.* 1. *& cap.* 2. *observ.* 1.

Ministros hujus Sacramenti esse Presbyteros docuit S. Ja- 12
cobus, confirmavit traditio Ecclesiæ, & declaravit Concilium Tridentinum. Plures vero S. Jacobus Presbyteros indu- 13
cit. Quare ritu Græcorum plures interveniunt, nec tantum 14
intersunt, sed etiam inungunt; *Goar in not. ad Ritual. Græcor. pag.* 408. *&* 438. Neque Græcorum tantum, sed & La- 15
tinorum praxis antiquitus fuit, ut plures Presbyteri ad Sacræ Unctionis ministerium vocarentur, atque simul pro infirmo orarent, ut patet *ex Sacramentario S. Gregorii apud Menard. pag.* 253. Sæculo vero XII. fuit dubitatum, an plures requi- 16
rerentur, & unum sufficere, fuit resolutum *cap.* 14. *de* Ø. *S.* Secundum vero modernam disciplinam non quilibet Presby- 17
ter, sed solus Parochus est Minister hujus Sacramenti.

Solis infirmis ex sententia S. Jacobi, traditione Ecclesiæ & 18
Concilio Tridentino, hoc Sacramentum administrandum. Et ex Rituali Romano constat, requiri infirmitatem periculosam 19
& quidem talem, ut ob eam videatur naturale mortis periculum imminere. Hæc tamen gravitas infirmitatis, non eo us- 20
que extendenda est, nec administratio hujus Sacramenti tamdiu differenda, ut nulla convalescentiæ spes supersit, aut ipse infirmus sensibus, & ratione destitutus sit.

An mulieribus in partu laborantibus; hoc Sacramentum 21
administrandum? Quomodo administrandum Pueris? Amen- 22
tibus quomodo administrandum? Et demum, quomodo ad- 23
ministrandum infirmis sensu, ac ratione destitutis? tradit *Van-* 24
espen Jur. Eccl. univ. part. 2. *tit.* 8. *cap.* 2. *num.* 8. *& plur. sequent.*

De diversitate olim opinionum, circa iterationem hujus 25
Sacramenti, tum de præsenti disciplina, consule pariter eumdem *Auctorem ubi supra cap.* 3. *a n.* 26. *ad finem*.

F
FALCIDIA.

1 FAlcidia est quarta pars bonorum Testatoris post mortem ejus, deducto ære alieno, & expensis funeralibus, residua Hæredi scripto nimiis legatis gravato, debita; sic clare habetur §. *Quantitatis autem* 2. §. *Cum autem* 3. *instit. de*
2 *leg. Falc.* & sic *Comm.* Cum enim olim juxta licentiam *l.* XII. *tabular.* liberum esset Testatoribus totum patrimonium erogare in legata, seu hæreditatem tot, ac tantis grava-re legatis, ut Hæredibus onera Hæreditatis portantibus, vel nullum, vel nonnisi modicum lucrum remaneret, ac propterea hæreditatem respuerent, lata est *Lex Furia* prohibens uni Legatario legari ultra 1000. aureos. De inde etiam lata est *Lex Voconia* prohibens, ne quis plus relinqueret alicui quam Hæredi; sed cum neutra adhuc sufficeret, lata est *Lex Falcidia* prohibens ne plus liceat legare, quam Dodrantem, seu tres partes omnium bonorum, ita ut Hæredi semper remaneat saltem quarta pars omnium, quæ inveniuntur tempore mortis Testatoris, post soluta prius debita, expensas funeris, ac mercedem servorum. Hæc quarta pars dicitur Falcidia, & lex eam introducens dicitur *Lex Falcidia* a Falcidio Tribuno plebis, qui illam tulit sub Octaviano Imperatore, *Instit. de Lege Falcidia,* 3
& Cod. ad Legem Falcidiam, & cap. Quoniam 6. *dist.* 2., ibi: „ Sub eodem quoque Imperatore (*Octaviano*) Falcidius „ Tribunus plebis Legem fecit, ne quis plus extraneis in„ testamento legaret, quam ut quarta pars superesset Hære„ dibus, ex cujus nomine Lex Falcidia est nominata „.

Trebellianica est quarta pars bonorum Testatoris post mor- 4
tem ejus, deducto ære alieno, & expensis funeralibus, residua, hæredi scripto, Fideicommisso universali gravato, depita

bita; §. *Sed quia* 7. *instit. de Fideicom. Hæred. & Codic. ad*
5 *S.C. Trebellianum*; Et sic *Communis*. *Trebellianica* dicitur a Trebellio Consule, a quo prodiit Senatus consultum Trebellianum, quo statuitur, ut hæres Fideicommissarius rogatus seu gravatus totam Hæreditatem restituere, possit quartam partem sibi retinere, uti habetur *in cit.* §. *Sed quia* 7. *instit.*
6 *de Fideicom. Hæred. & Cod. Ad S.C. Trebellianum*. Unde sicuti per Falcidiam positum est temperamentum Legatis, ita per *Trebellianicam*, seu *S. C. Trebellianum* positum est tem-
7 peramentum Fideicommissis. Hinc *Falcidia*, & *Trebellianica* in hoc differunt, quod *Falcidia* detrahatur a nimiis & excessivis legatis, *Trebellianica* vero ab excessivo Fideicommisso universali, & Falcidia derivatur a *Falcidio*, Trebellianica vero a *Trebellio*; Vide aliam differentiam *infra sub numer.* 33.

8 Falcidia detrahitur ex omnibus bonis post mortem Testatoris repertis, solutis tamen prius omnibus ejus debitis, expensis funeris, & mercede, seu pretio Servorum, ita ut si respectu horum omnium bonorum hæres scriptus ob nimia legata non habeat quartam partem, possit eam a dictis legatis proportionaliter detrahere, textu expresso *in §. final. de lege* „ *Falcida*, ibi: „ Cum autem ratio Legis Falcidiæ ponitur, „ ante deducitur æs alienum, funeris impensa, & pretia ser„ vorum manumissorum; tunc demum in reliqua illa ratio „ habetur, ut ex eo quarta pars apud Hæredem remaneat, „ tres vero partes inter Legatarios distribuantur, pro rata „ scilicet portione ejus, quod cuique eorum legatum fuerit. Et sic Rota *part.* 1. *recentior. dec.* 438. *n.* 2. *& part.* 14. *de-*
9 *cis.* 366. *n.* 8. Hæres tamen prætendens hujusmodi detractionem tenetur ipse probare legata excedere Dodrantem, seu tres partes hæreditatis; Rota *part.* 10. *recentior. dec.* 42. *n.* 50.
10 Et ubi fiat locus dictæ detractioni, hæres tenetur ea omnia in Falcidiam computare, quæ capit Jure hæreditario; Rota
11 *part.* 8. *decis.* 75. *n.* 7. Non autem tenetur hæres computare in Falcidiam ea, quæ capit Jure Legati, aut Fideicommissi particularis; sed si quæ testator hæredi particulariter legavit, aut fideicommisit, debent conferri ad quantitatem omnium bonorum, & Falcidia erit detrahenda proportionaliter a Legatis, seu Fideicommissis particularibus, computato etiam illo, quod Testator per modum legati, vel particularis Fideicommissi hæredi specialiter reliquit; *l. In quartam* 91. *ff.*
12 „ *ad Leg. Falcid.* ibi: „ In quartam hæreditatis, quam per „ Legem Falcidiam hæres habere debet, imputantur res, „ quas jure hæreditario capit, non quas jure Legati, aut Fi„ deicommissi &c. nam hæ in quartam non imputantur. Falcidia non solum detrahitur a Legatis, sed etiam a Fideicommisso particulari; *l.* 2. *&* 3. *Cod. Ad leg. Falcid.* Rota *p.* 6.
13 *dec.* 171. *n.* 12. Item Falcidia detrahitur etiam a donationibus mortis causa factis *leg. Si quis* 18. *Cod. Ad Leg. Falcid.* ibi: *Si enim cum mortis causa donatio præcedit, & hæc modum Legis Falcidiæ excedat, hæres post aditionem repetit eam pecuniam, quæ ultra modum Legis Falcidiæ corporaliter quidem data est, Lege autem in patrimonio permansit*, & concordat
14 *l. Si mortis* 5. *Cod. eod.* Quantitas bonorum in ordine ad detrahendam Falcidiam illa præcise debet attendi, & computari, quæ post mortem Testatoris, deducto ære alieno, reperta fuit, sive deinde ante aditionem hæreditatis fuerit aucta, vel diminuta; §. 2. *instit. de Lege Falcidia* ibi: *Quantitas autem patrimonii, ad quam ratio Legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore spectatur*.

15 Falcidia non detrahitur a legatis privilegiatis, qualia sunt, quæ cum perpetua inalienabilitate relinquuntur; *Auth. Sed, & Cod. Ad leg. Falcid.* ibi: *Sed & in ea re cessat Falcidia, quæ ita relicta est, ne alienetur, sed permaneat apud Successores ejus, cui relicta*; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *dec.* 88. *num.* 22. *de-*
16 *cis.* 272. *num.* 9. *& tom.* 2. *dec.* 484. *n.* 12. Sic Falcidia non detrahitur a Legatis ad pias causas. *Auth. Similiter Cod. Ad Leg. Falcid.* ibi: *Similiter Falcidia cessat in his, quæ ad pias causas relicta sunt*. Barbos. *Juris Eccles. univ. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 84. cum communi aliorum, & etiam *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 93.
17 Pars autem Falcidiæ, quæ non potest detrahi a Legatis piis, non est oneranda Legatis profanis, ita ut hæres integram Falcidiam percipiat, sed solum a Legatis profanis est detrahenda pars illa Falcidiæ, quæ ipsis pro rata competit, cum ad eam tantum sint obligata; Falcidia enim prorata de quolibet Legato detrahitur: *l. Hæreditatem* 68. §. *final. l. In quantitate* 73. §. *final. ff. ad leg. Falcid.* Unde in tali casu integra Falcidia non deducitur, sed tantum rata de aliis Legatis profanis; Sic Mantica *lib.* 9. *conject. tit.* 3. *num.* 24. *&* 25. Amostaz. *lib.* 1. *de*

causis piis cap. 11. *n.* 34. ubi ad hoc plura adducit. Falcidia 18
non detrahitur ex Legatis relictis Ecclesiæ; *Communis* cum Cardinal. Petra *tom.* 2. *comment. ad Constit. X. Innocent. III. num.* 75. Neque detrahi potest Falcidia ex iis, quę relinquun- 19
tur Confraternitatibus, sive cum Episcopi auctoritate, sive absque ea institutis; Bassi *tract. de Sodalitiis, seu Confraternitatibus q.* 16. *n.* 1. cum multis ibi citatis; Barbos. *lib.* 2. *Juris Eccles. univers. cap.* 11. *n.* 92. ubi testatur de communi. An 20
autem Falcidia sit detrahenda ex Legatis piis, quando pia causa, seu Ecclesia est instituta hæres? Opinio est fortiter controversa, & pro utraque parte enumeratur caterva Doctorum. Pro negativa tamen stat major pars, ut observat Barbos. *lib.* 2. *Juris Eccles. univ. cap.* 11. *num.* 95. *& lib.* 3. *c.* 27. *n.* 87. adducens plurimos resolventes partem negativam esse veriorem, quos dicit esse sequendos, & Card. Petra *l. cit. num.* 79. ubi dicit, quod plures recensentur rationes; quod non sit locus detractioni Falcidiæ, quando agitur inter pias causas.

Hic tamen cum distinctione censeo esse procedendum; Vel 21
enim ipsæ causæ piæ, scilicet tam instituta hæres, quam legataria sunt æqualiter favorabiles cultui Divino, Religioni, aut animæ Testatoris, & tunc non est detrahenda Falcidia de legatis piis a causa pia instituta, quia non debet unum Altare discooperiri, ut aliud cooperiatur, *ex Clement. Quia contingit, de Religios. domib. cap. Cum causam, de præbend. & Authentic. Quomodo oporteat Episcopos §. Si vero*. Et præsertim si in loco pio hærede remaneat aliquod jus honorificum distribuendi legata pia, & aliquod commodum, ut de Societate hærede circa distribuendas dotes legatas, quod habeat jus distributionis considerabile, & reversionis dotium in casu obitus sine filiis, ut dicit Rota *in Hortana, seu Civitatis Castellanæ Falcidiæ* 3. *Martii* 1684. *n.* 8. *coram Albergato*; & notat Card. Petra *l. cit. n.* 83. *in fine*. Vel causa pia, seu 22
Ecclesia instituta hæres est magis favorabilis cultui Divino, Religioni, aut animæ Testatoris, quam causa pia legataria, & tunc Ecclesia potest detrahere Falcidiam ex Legatis piis, quia tunc privilegium non currit contra privilegiatum; *l. Sed similes* 8. *in princip. ff. de excusat. tut.* Novarius *in praxi for. q.* 21. *num.* 20. Gratian. *discept. forens. cap.* 461. *num.* 15. Sfortia *de restit. 1. part. q.* 13. *art.* 4. *n.* 52. Amostaz *l. c. num.* 38. Vel causa pia legataria est magis favorabilis animæ Testato- 23
ris, quam causa pia instituta hæres, & in hoc casu ex Legatis piis non potest deduci Falcidia, nam privilegium, ut ex Legatis piis non deducatur Falcidia in *d. Authent. Similiter, Cod. ad Leg. Falcid.* fundamentum suscipit in præsumpta voluntate Testatoris, qui cum possit illam prohibere, *Authent. Sed cum Testator, Cod. Ad leg. Falcid.* Sard. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 18. *n.* 10. Tondut. *quæst. civil. tom.* 1. *cap.* 73. *n.* 14. Amostaz *l. cit. n.* 27. Rota *part.* 2. *dec.* 438. *num.* 1. *part.* 6. *decis.* 171. *n.* 13. *part.* 10. *dec.* 42. *n.* 44. videtur ob animæ suæ bonum velle ne detrahatur, quin potius ut integra Legata persolvantur; Maxime si legata sint cum onere celebrationis Missarum pro suffragio Testatoris, per quod onus Legatum redditur longe favorabilius ipsi Testatori. Unde Falcidia 24
nullimode detrahitur a Legatis cum onere Missarum, vel pro exoneratione conscientiæ, quia certo supponitur Testatorem prævoluisse, & prædilexisse tale onus in suffragium ejus animæ; Cardinal. Petra *loc. citat. numer.* 84. *&* 85. Pasqualig. *de Sacrific. nov. legib. tom.* 2. *titul. de legatis quæst.* 1006. *sub numer.* 15. Hodiern. *controvers.* 19. *sub numer.* 29. Rubeus *de testam. capitul.* 67. *numer.* 205. *& seq.* Antonell. *de regim. Eccl. cap.* 10. *n.* 67. *cum seq.* Bassi *tract. de sodalitiis q.* 16. *numer.* 4. de Luca *ad Franc. dec.* 612. *num.* 15. Larrea *dec. Granaten.* 61. *sub n.* 44. *&* 45. ubi ita fuisse decisum testatur Altimar. *ad Rovit. dec.* 87. *in princip.* & Rota *in Hortana seu Civitatis Castellanæ, Falcidiæ* 3. *Martii* 1684. *numer.* 2. *&* 3. *cor. Albergato*. Vere enim in hoc debet considerari, & interpretari voluntas Testatoris, ut suffragio meliori, & velociori sibi consulere voluisse præsumendum sit.

Falcidia non habet locum in testamento militis; *l.* 12. *Cod.* 25
de Testam. Milit. ibi: *In testamento Militis legem Falcidiæ, & inlegatis, & in Fideicommissis cessare explorati juris est*. Neque 26
Falcidia habet locum in casu, quo Testator prohibet Falcidiæ detractionem a Legatis &c. *Authent. Sed cum Testator, Cod. Ad legem Falcid.* ibi: *Sed cum Testator hoc expresse voluit non ignarus, qui modus sit sui patrimonii, cessat Falcidia*. Concordat *Novella* 1. *cap.* 2. *in fine*, quibus juribus correctum est jus antiquum, per quod non licuit Testatori prohibere detrac- 27
tionem Falcidiæ. Hodie enim de jure communi potest Testa-

tor prohibere detractionem ipsius Falcidiæ, ut constat *ex cit. Authent. Sed cum Testator, Cod. Ad Legem Falcid. & Novella* 1. *cap.* 2. *in fine*, & tenent communiter Doctores, Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 18. *n.* 10. Tondut. *quæst. civil. tom.* 1. 28 *cap.* 73. *n.* 14. Amostaz *de causis piis lib.* 1. *n.* 37. Imo Falcidia prohiberi potest a Testatore, non solum expresse, sed etiam tacite verbis generalibus, & æquipollentibus, quæ aliud commode significare non possint; Rota *part.* 2. *dec.* 438. *num.* 1. 29 *part.* 6. *dec.* 171. *n.* 13. *part.* 10. *dec.* 42. *nu.* 44. Hinc censetur prohibita ex prohibitione alienationis; Rota *part.* 5. *tom.* 2. 30 *dec.* 582. *n.* 30. *cum sequent.* Et ex eo quod Testator mandaverit integram suam Hæreditatem, vel Legatum ad aliquem 31 pervenire; Rota *part.* 1. *decis.* 453. *n.* 3. Idem procedit quoties voluit præstationem Legati esse adimplendam absque ulla diminutione; Rota *part.* 2. *decis.* 438. *n.* 3. *part.* 10. *dec.* 42. 32 *n.* 46. Falcidia non potest detrahi ab hærede, qui non confecit inventarium; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 399. *n.* 4. *Authent. de hæredit. & Falcid.* §. *Hinc nobis*, *versiculo Si vero non fecerit*. Quæ conclusio procedit etiam de jure canonico; Rota *part.* 10. *decis.* 54. *n.* 13.

33 Dicta usque modo de Falcidia intelligenda sunt etiam de Trebellianica, salvis solummodo duabus differentiis. Prima quod *Falcidia* detrahatur a Legatis, donationibus mortis causa, ac Fideicommissis particularibus; *Trebellianica* vero a solo Fideicommisso universali. Secunda quod Legatum hæredibus Fideicommisso universali gravatis factum computetur in Trebellianica *leg.* 31. *ff. Ad Leg. Falcid.* ibi: *Sed in Fideicommissaria hæreditate restituenda, sive Legatum, vel Fideicommissum datum sit hæredi, sive deducere, sive percipere, vel retinere jussus est, in quartam ei imputatur*. Secus autem est de Falcidia juxta dicta *num.* 11. per textum ibi allegatum.

34 Aliam adhuc differentiam affert Fachin. *lib.* 5. *controv. cap.* 5. scilicet quod Jure communi possit Testator prohibere detractionem *Falcidiæ*, non item *Trebellianicæ*. Verum Julius Clarus §. *Testamentum quæst.* 62. Covarruv. *in c. Raynaldus* §. 3. *n.* 6. *de testament.* Molina *disp.* 187. *n.* 22. & alii communiter hanc differentiam negant, sustinendo Testatorem jure novo æque *Trebellanicæ*, ac *Falcidiæ* detractionem prohibere posse, & sic Rota *part.* 6. *decision.* 5. *numer.* 10. *& decision.* 171. *numer.* 14.

35 Liberi, casu quo nimiis Legatis, vel Fideicommisso universali graventur, præter Legitimam deducunt etiam Falcidiam, vel Trebellianicam; *Arg. cap. Raynucius* 16. *de testament.* in cujus summario sic expresse habetur: *In bonis patris, matris, & aviæ habet quis debitam jure naturæ, in qua gravari nequit, & Filius rogatus de restituenda hæreditate sub conditione detrahit debitam jure naturæ, & Trebellianicam; & arg. c. Raynaldus* 18. *tit. eod.* in cujus summario sic expresse dicitur: *Filius rogatus restituere hæreditatem detrahit tertiam jure naturæ, & quartam Trebellianicam, in quibus potest Legata relinquere, hæredes instituere*: & sic tenent Fachin. *lib.* 5. *controv. cap.* 2. Reiffenstuel *lib.* 3. *decretal. tit.* 26. *num.* 476. Besoldus *in deliber. Jur. ex l.* 35. *ff. q.* 1. Abbas, & Glossa *in cit. cap. Raynucius, & cit. cap. Raynaldus*, ac plures alii. Et ratio est, quia Legitima debetur liberis jure naturæ; *cit. cap. Raynucius* §. *Cum autem* ibi: *Legitima portio Jure naturæ debita, & leg. Cum ratio ff. de bonis damnat.* Falcidia vero, vel Trebellianica debetur Jure civili, *Instit. de lege Falcidia, & Cod. Ad Leg. Falcid. &* §. *Sed quia* 7. *Instit. de Fideicomm. hered. & Cod. Ad S. C. Trebellianum*; Atqui ubi eidem personæ duo diversa competunt Jura, illa est censenda Jure duorum, quorum sustinet vices; *arg. leg. Si consul. ff. de Adopt.* ergo quia secundum Leges tota hæreditas in 12. partes, seu uncias regulariter dividitur, Filius nimiis Legatis, vel universali Fideicommisso gravatus, in primis Jure naturæ pro *Legitima* sua detrahet tertiam partem, seu quatuor uncias, & quia postmodum remanent adhuc octo unciæ ex his pro *Falcidia*, vel *Trebellianica*, detrahet quartam partem, idest duas uncias, adeoque universim sex uncias, seu dimidiam partem totius hæreditatis, prout amplius explicat Abbas, & Glossa in *cit. cap. Raynaldus. & cap. Ray-*
36 *nucius*. Sunt tamen alii, qui absolute tenent contrarium, nempe liberos nimiis Legatis gravatos, aut Fideicommisso universali non posse præter *Legitimam* detrahere etiam *Falcidiam*, vel *Trebellianicam*; Sic Hortoman. *Illustr. quæst.* 44. Cujacius *libr.* 8. *observ.* 5. Hunn. Perez, Zoesius, & alii.

37 Alii autem tenent, posse liberos præter *Legitimam* deducere etiam Falcidiam, vel Trebellianicam, casu, quo Legata seu Fideicommissa universalia sub conditione, seu in diem sunt relicta, non item si pure sunt relicta; Sic Gallus *lib.* 2. *observ.* 121. Molina *disput.* 187. *numer.* 5. & alii.

Novæ additiones ex aliena manu,

PLura in pandectis hoc titulo occurrunt, quæ jure novissimo correcta sunt. Non inutile est ea adnotare. 1

I. Pertinebat olim Lex Falcidia ad ea quoque legata, quæ 2 Deo relinquebantur, *L.* 1. §. 5. *hoc tit.* Sed per *Novell.* 131. hoc jus correctum, cautumque est, detrahendam haud esse Falcidiam in Legatis ad pias causas, licet non indistincte, 3 sed sub certa limitatione, si hæres in mora deprehendatur. Interim tamen in Foro obtinuit indistincte, in Legatis ad pias causas cessare detractionem Falcidiæ, idque etiamsi causa pia hæres sit instituta; nam quum Hæres hoc casu non reperiatur Privilegiatus, debet uti jure communi; Confer *Barry de Success. tom.* 2. *lib.* 15. *tit.* 7. *num.* 8. Ex qua ratione, rejicienda videtur distinctio quam tradit Auctor *num.* 21. *& duob. sequent.* 4

II. Detractio Falcidiæ, non pertinebat olim ad Donationes mortis causa, *d. l.* 1. §. 8. *hoc tit.* At pertinet *ex l.* 5. *C. hoc tit. & l.* 1. *C. de donat. mortis causa*. 5 6

Olim Testator prohibere haud poterat detractionem Falcidiæ, ita ut nec pactum Testatorem inter & Hæredem valeret ne Falcidia uteretur, & ut certam pecuniam, si contra fecisset, præstaret. *L.* 15. §. 1. *hoc titulo*, ubi hæc redditur ratio, quod Privatorum cautione Legibus haud sit refragandum. Imo conditio hæc: *Aut hæres beneficium Falcidiæ amitteret*, fraudis causa adscripta videbatur, eaque propter habebatur perinde, ac si non esset adscripta; *L.* 22. *ff. hoc titul.* Sed in *Novella* 1. *c.* 2. facta est Testatori potestas quartam plane prohibendi, qua facultate concessa evidens quoque 12 est valere hodie pactum inter Hæredem & Testatorem de non detrahenda quarta secus ac olim. Si enim prohiberi testamento potest Falcidia, renunciari & ei potest inter vivos. 13

IV. Hæres aliquod subtrahens ex hæreditate, exuebatur 14 olim Falcidia, intuitu istius rei quam interverterat, vel etiam suam esse contenderat: *L.* 68. *in fine, hoc titul. L.* 6. *ff. de his quæ ut indign.* At ubi Justinianus introduxit Beneficium 15 inventarii *in L. final. C. de Jur. deliberand.* simul *in* §. 10. *citatæ Legis*, constituit Hæredes celantes aliquid dolose ex rebus Hæreditariis, pœna duplici esse plectendos: salva quarta, ne hæres bis puniretur. Sed in *Novella* 1. *cap.* 2. noviter sta- 16 tuit, ut hæres de subtractione rei hæreditariæ convictus, amittat Falcidiam, in favorem legatariorum, & quidem penitus non tantum intuitu rei sublatæ.

V. Jure digestorum propter mortis causa capionem locus 17 non erat beneficio hujus quartæ: *L.* 93. *ff. hoc titul.* Sed post- 18 quam jure novo admissa est Falcidia, in mortis causa donationibus, eadem locum quoque sibi vindicat, in tali mortis causa capione, qua Hæres, conditionis implendæ causa aliquid Alteri ex propriis bonis elargiri debet; *Leg. penult. C. hoc titul.*

Vide & alias differentias apud *Strykium in usu modern. Pandectar. lib.* 35. *tit.* 2. qui simul recte explicat, quomodo æstimatio Falcidiæ ineunda in annuis legatis, tum in Legato Alimentorum. 19

FALSUM, FALSARIUS.

FAlsum, seu falsitas *est veritatis immutatio dolo malo in alterius præjudicium facta*; Raynal. *tom.* 2. *in Rubric. cap.* 18. *num.* 7. *& sequent.* Amen. *de delict. & pœn. tit.* 6. *de crimin. falsi. num.* 2. & est re communis. Ad crimen Falsi tria requiruntur. Primo ut immutetur, seu pervertatur veritas; *Authent. in instr. caut. & fide collat.* 6. *Novell.* 73. *in princ.* Secundo, ut id dolo malo fiat, sive animo corrumpendæ veritatis in alterius fraudem; *l.* 1. *& l. Impuberem* 22. *ff. & l. Nec ad exemplum* 20. *Cod. ad Leg. Cornel. de Falsi.* Tertio ut Falsitas fiat cum notabili damno alterius, ita ut alteri noceat, vel nocere possit, etsi forsan impediatur; *l. Qui falsas* 6. *& leg Si falsos* 8. *Cod. Ad Leg. Cornel. de Falsar.* alioquin uno horum deficiente non dicitur quis proprie falsarius, nec tenetur pœna Falsi, *cit. l. Nec ad exemplum* 20. *ad Leg. Cornel. de Falsar.* Falsum, seu falsitas committitur principaliter qua- 3 tuor modis, scilicet *Dicto, Scripto, Facto, Usu*, seu potius *Abusu*; Farinac. *prax. crim.* 6. *lib.* 5. *sect.* 16. *quæst.* 150. *n.* 6 Mascard. *de probat. conclus.* 739. *num. ult.* Engel. *lib.* 5. *decretal.* 1

tal. titul. 20. *num.* 2. Pirhing. *ibid. num.* 1. Reiffenstuel *ibid. n.* 2. & alii passim.

Dicto crimen *Falsi* committitur multifarie. Primo falsum 4 committunt *Dicto* testes, qui falsum testimonium dicunt in judicio, vel verum supprimunt dolo malo, textu expresso *in cap. Falsidicus* 1. *de crimine Falsi*, ibi. *Falsidicus testis .... uterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat*. Idem præcise habetur etiam *in cap. Quisquis* 11. *quæst.* 3. concordat *l.* 1. *& l. Falsi pœna* 20. *ff. Ad Leg. Cornel. de Falsar.* Testis Falsidicus tres lædit, Deum, Judicem, & par- 5 tem, textu expresso *in cit. cap. Falsidicus* ibi: *Falsidicus testis tribus personis est obnoxius; primum Deo, cujus præsentiam contemnit; deinde Judici, quem mentiendo fallit; postremo Innocenti, quem falso testimonio lædit*. Secundo Falsum com- 6 mittunt *dicto* testes, qui interrogati respondent se non recordari, cum debeant verisimiliter recordari. Item si per malitiam, & dolum respondent versute, & obscure: Farinac. *loc. cit. num.* 224. Pirhing. *loc. cit. num.* 4. Reiffenstuel *loc. cit. n.* 6. Tertio falsum committunt *dicto*, & criminis Falsi sunt rei, 7 qui testem subornant, vel donis, aut pretio corrumpunt ad dicendum falsum testimonium, vel occultandam veritatem: sicuti & qui utuntur dicto testis falsi, Clarus §. *Falsum n.* 3. Pirhing. *loc. citato numero* 4. Reiffenstuel *loc. citato num.* 5. Quarto falsum committunt *dicto*, & ut Fallarii puniuntur il- 8 li Judices, qui pecunia corrupti, vel alias dolo malo contra Leges, & Constitutiones Principum sententias pronunciant; *argum. leg.* 1. §. *Sed & si Judex ff. ad Leg. Cornel. de Falsar.* Quinto Falsum committunt *dicto*, & rei criminis Falsi sunt 9 illi Advocati, qui parti adversæ causam revelant, & vel propriis probationibus dissimulatis, vel falsis exceptionibus, aut probationibus admissis partem adversam directe, vel indirecte juvant; *argum. l.* 1. §. 1. *ff. Ad Legem Cornel. de Falsar. & l.* 1. §. 1. *Ad S. C. Turpil.* Pirhing. *loc. cit. num.* 8. Hauno1dus *tom.* 6. *tract.* 2. *numero* 180. Reiffenstuel *loco citato num.* 8.

Scripto crimen falsi committitur pluribus modis. Primo si 10 Notarius scripserit Falsum testamentum, seu instrumentum, vel signaverit, vel firmaverit illud; §. *Item Lex Cornelia de falsar. Instit. de Public. Judic.* ibi: *Qui Testamentum, vel aliud Instrumentum falsum scripserint, signaverint, legerint, subjecerint, vel signum adulterinum fecerint, sculpserint, vel expresserint scien.er, & dolo malo*. Secundo si Notarius, vel qui- 11 vis alius in alterius Testamento se scripserit hæredem, vel sibi legatum adscripserit; *l.* 1. §. *Ad Testamentum, ff. Ad l. Cornel. de Falsi. & tot. tit. Cod. de iis, qui sibi in testamento adscrib.* Tertio si quis exemplet aliquam copiam ab Originali 12 diversam, vel aliquam partitam aliter transcribat, quam in exemplari reperiatur conscripta, cap. *cum Venerabilis*, §. *Intelligimus, de exception.* Farinac. *quæst.* 150. *num.* 64. Quarto si quis manum alterius in ejusdem, vel tertii præjudicium falsificaverit, veluti si quis contrafaciat manum sui creditoris, faciendo aliquam receputam, in ea asserendo debitum sibi fuisse persolutum; Farinac. *quæst.* 150. *num.* 23. Quinto si quis 14 mutet diem, & tempus in aliqua scriptura, & ut vulgo dicitur apponendo antidatam; Farinac. *quæst.* 150. *numer.* 99. *& quæst.* 155. *num.* 26. Sexto si quis nomen, vel cognomen fraudulenter sibi mutaverit, vel scripserit, *leg. Falsi, ff. Ad leg. Cornel. de Falsar.* ibi: *Falsi nominis vel cognominis asseveratio pœna Falsi coercitur*. 15

Facto crimen *Falsi* committitur etiam pluribus modis. Pri- 16 mo quando quis corrupit, abrasit, vel cancellavit Scripturas vel aliquid delevit, ne itidem veritas appareat; *l.* 1. §. *Is qui pervertit, ff. Ad Leg. Cornel. de Falsar. & Qui testamentum, ff. eodem*. Item si quis scripturas combusserit, laceraverit, vel 17 aliter destruxerit, ut rei veritas opprimatur, *l. Paulus* §. *Paulus, ff. Ad l. Cornel. de Falsar.* Raynaldus *tom.* 2. *cap.* 18. §. 3. *num.* 1. *& sequent.* ubi *num.* 5. quod Cancellarius Faventiæ condemnatus fuit ad Triremes eo quia dederat parti procefsum ex Cancellaria ad comburendum illum. Item, si quis 18 scripturas, veluti instrumenta, Testamenta, libros, & similia subripuerit, & occultaverit, ne veritas detegatur; *l.* 1. §. *Qui in rationibus, ff. Ad legem Cornel. de Falsar.* Secundo, si 19 venditores, & Emptores pondera, mensuras legitimas frumenti, vini, aut cujuslibet rei corruperint; *l. Hodie* 32. *ff. Ad leg. Cornel. de Falsar.* Tertio, quando aliqua femina alie- 20 num partum tamquam ex se natum supponit, cum revera alterius fœminæ filius sit; *l.* 1. *l. Qui falsum, & l. Cum supposiii,* 21 *Cod. Ad leg. Cornel. de Falsar.* Quarto prohibendo aliquem te-

stari, vel jam factum testamentum mutare; *l.* 1. §. *Si quis, ad leg. Cornel. de Falsar.* ibi: *Volente eo facere testamentum, vel mutare*; Hic enim veritatis occultator est, quia Testator mediante testamento intentionem suæ voluntatis erat aperiturus de eo, quod post mortem suam fieri volebat; Clar. *in praxi,* §. *Falsum numero* 36. Farinac. *quæst.* 151. *numero* 1. *& 6.* Quinto si quis e contra aliquem ad testandum compulerit, ut 22 Rubr. *& toto tit. ff. & Cod. Si quis aliq. testar. prohib. vel coeger.* Sexto quando eadem res venditur duobus; *l. Qui duobus* 23 *ff. Ad leg. Cornel. de Falsar.* Septimo, quando quis alienis 24 insignibus usus est, vel falso diplomate vias commeavit; *leg. Eos, qui ff. Ad l. Cornel. de Falsar. & leg. unic. Cod. de mutat. nom.*

Octavo si quis in scripturis corruperit sigillum proprium po- 25 nendo falsum, & adulterinum; Glossa *in cap. In memoriam, verb. Falsum, dist.* 19. Raynald. *tom.* 2. *cap.* 18. §. 3. *per tot.* Amen. *de delict. & pœn. tit.* 6. §. 1. *num.* 22. Nono quando 26 quis se pro milite gerit, cum non sit miles, vel sibi falso titulos honoris, vel status, v.g. Clerici, Sacerdotis, Nobilis, Doctoris, Notarii, & hujusmodi assumit; Farinac. *quæst.* 150. *num.* 85. *& 87.* Raynald. *loc. cit. cap.* 18. *supplet.* 1. *num.* 1. *& sequent.* Pirhing. *lib.* 5. *decretal. tit.* 20. *num.* 45. Reiffenstuel *ibid. num.* 18. Decimo, quando mercibus adulterinis, vel 27 minus utilis materia adjungitur; Farinac. *loc. cit.* Molin. *disp.* 701. *num.* 1. Pirhing. *loc. cit. num.* 45. Reiffenstuel *loco citat. num.* 16. Undecimo supponendo unam Personam pro alia in 28 celebratione alicujus contractus, in testamento, in Judicio, vel alias quomodolibet in tertii præjudicium; Farinac. *quæst.* 150. *num.* 90. *& 92.* Duodecimo quando quis utitur dolose 29 vestibus, & indumentis sexui, & conditioni personæ non convenientibus, puta si sæcularis fraudulenter indutus sit habitu Religioso, vel muliebri, & fœmina sit induta vestibus virilibus; Caball. *resolut. crim. cas.* 176. *num.* 10. Cohell. *ad Bullam Bon. Regim. cap.* 40. *a num.* 54. Raynald. *tom.* 2. *cap.* 18. §. 33. *numer.* 1. *& sequent.* Panimoll. *decis.* 49. *a numer.* 10. Tertiodecimo quando Aromatarius adulterat medicamenta 30 *dando quid pro quo*, seu unum loco alterius a Medico præscripti juxta casum illius, qui dabat mel rosatum loco syrupi rosati solutivi, de quo Raynald. *tom.* 2. *ad c.* 31. *supplet.* 2. *per totam*. Quartodecimo quando quis proposita Edicta do- 31 lo malo corrumpit; *l. Hodie ff. Ad leg. Cornel. de Falsar.* Item, si quis utatur falsis Constitutionibus nullo Auctore, vel quæ non probatæ sunt; *l. final. ff. eod.*

Quintodecimo committitur crimen Falsi *Facto* fabricando 32 falsam monetam, ut late probat Panimoll. *dec.* 77. *per totam*. Falsum circa monetam juxta ordinationem Caroli V. *art.* 3. 33 *princip.* committitur tribus modis. Primo si quis cudat monetam non habens facultatem eam cudendi, quamvis ea ceteroquin sit proba, & justi ponderis, siquidem jus cudendi monetam numeratur inter Regalia, ut patet *ex lib. Feud. tit. Quæ sunt Regalia*, juncta *l.* 2. *Cod. de falsa moneta*. Tum quia ad legitimam, & justam monetam non sufficit materiæ bonitas, sed insuper requiritur quod sit sculpta, & percussa publica forma; *Arg. l.* 5. *ff. de contrahenda Emptione, & Venditione*. Hæc autem forma publica, vel deest, vel falso fingitur in moneta, privata auctoritate cusa, cum nemo possit illam adhibere absque incursu criminis Falsi sine concursu supremi Principis, *arg. l. Falsi* 13. *princip. l. Qui nomine* 25. *ff. Ad l. Cornel. de Falsar. & l. final. Cod. de fals. monet.* Secundo si quis legitimæ monetæ justum pondus tondendo, 34 scindendo, abradendo, vel alio modo dolose diminuit; *leg. Quicumque, ff. Ad leg. Cornel. de Falsar.* Tertio si quis mo- 35 netam adulterinam cudat, v. g. eam fabricando ex toto, ex materia falsa, ut ex stamno, plumbo, cupro, & hujusmodi; vel veræ materiæ, puta auro, & argento materiam adulterinam, puta stamnum, cuprum, & hujusmodi admiscendo, vel nummos fallos tingendo, ut appareant vere aurei, & argentei; *l. Lege* 9. *ff. Ad legem Cornel., & l.* 2. *Cod. de falsa moneta. Ad Falsum* circa monetam plerumque reducitur 36 etiam confectio auri, & argenti arte *Alchimiæ*; Reiffenstuel *loc. cit. num.* 24. Vid. verb. *Alchimia*, & hic sufficiat addere, quod Alchimia definitur ab aliquibus penes Lemer. Cour. *de Chymic. cap.* 1. *de Aur. fol.* 61. quod sit *Ars sine arte, cujus principium mentiri est, finis vero mendicare*, & concordat de Angel. *de delict. part.* 1. *cap.* 6. de quibus Alchimistis verificantur ea, quæ refert Pegn. *in director. Inquisitor. part.* 3. *comment.* 26. *in fine*, nempe:

Ars suspecta probis, ars ipsa invisaque multis,
Invisos etiam Cultores efficit artis.

Usu

Usu, seu potius *abusu* committitur crimen *Falsi* dupliciter. Primo, quando quis scienter utitur *falsitate* ab aliis confecta, ut si quis fallas scripturas, puta falsum instrumentum, aut falsum testamentum ab alio confectum dolose, & scienter in Judicio producat. Is enim falsum committere dicitur, ac si illud fabricasset, *L. Majorem, Cod. Ad leg. Cornel. de Falsariis*. Secundo, quando quis producit dolose, & scienter falsos articulos a se fabricatos, & super illos procurat examinari falsos testes utendo eorum dictis. Præsumitur autem quis falsos adducere articulos, quando respiciunt factum proprium non subsistens, sed de recenti secutum, vel talis naturæ, ut nullo modo possit habere locum ignorantia; Farin. *qu.* 159. *num* 84. *& sequent.*

Litteræ Apostolicæ possunt falsari novem modis, ut Innocentius III. scripsit Archiepiscopo, & Canonicis Mediolanensibus, & habentur expressi *in cap. Licet ad regimen* 5. *de crimine falsi*, ibi: „ Ut autem varietates falsitatis circa „ nostras litteras deprehendere valeatis, eas vobis præsentibus litteris duximus exprimendas. Prima species falsitatis hæc est, ut falsa Bulla falsis litteris apponatur. Secunda ut filum de vera Bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immissum falsis litteris inseratur. Tertia ut filum ab ea parte, in qua charta plicatur incisum, cum vera Bulla falsis litteris immittatur, sub eadem plicatura cum filo, simili canapis restauratum. Quarta cum a superiore parte Bullæ, altera pars fili sub plumbo rescinditur, & per idem filum litteris falsis inserta, reducitur infra plumbum. Quinta cum litteris bullatis, & redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem immutatur. Sexta cum scriptura litterarum, quibus fuerat apposita vera Bulla, cum aqua, vel vino universaliter abolita, seu deleta, eadem charta cum calce, & aliis juxta consuetum artificium dealbatur, de novo rescribitur. Septima cum chartæ, cui erat apposita vera Bulla, totaliter abolitæ vel abrasæ, alia subtilissima charta ejusdem quantitatis scripta cum tenacissimo glutino conjungitur. Eos etiam a crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra Constitutionem nostram, scienter litteras non de nostra, vel Bullatoris nostri manu recipiunt. Illos quoque, qui accedentes ad Bullam falsas litteras caute projiciunt ut de vera bulla cum aliis sigillentur; Sed hæ duæ species falsitatis non possunt facile comprehendi, nisi, vel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, vel qualitate chartæ falsitas cognoscatur. In ceteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel in adjunctione filorum, vel in collatione Bullæ, vel motione, vel obtusione, præsertim si Bulla non sit æqualis, vel alicubi magis tumida, & alibi magis depressa.

Pœnæ falsantium litteras Apostolicas sunt sequentes. Primo falsantes per se, vel per alium litteras Apostolicas sunt ipso facto excommunicati; *cap. Ad falsariorum 7. de crimine Falsi*, ibi: *Nos enim omnes falsarios litterarum nostrarum, qui per se, vel per alios vitium falsitatis exercent, cum Fautoribus, & Defensoribus suis anathematis vinculo decernimus innodatos*. Et Bullæ Cœnæ §. 6. ibi; *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum etiam in forma Brevis, ac supplicationum gratiam, vel justitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarium, aut gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signatarum: nec non falso fabricantes litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, ac etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut gerentium vices prædictorum*. Absolutio talis Excommunicationis est Sedi Apostolicæ reservata, non solum per Bullam Cœnæ, sed etiam per *Cap. Dura* 4. *de crimine Falsi*, ibi: *Quam (nisi forsan in mortis articulo) sine speciali mandato nostro a quoquam nolumus relaxari*. Fagnan. *in cit. cap. Ad falsariorum num.* 30. Excommunicationem incurrunt etiam sui Fautores, & Defensores, *cit. cap. Ad falsariorum*, ibi: *Cum Fautoribus, & Defensoribus suis*. Sed pro ipsis Excommunicatio non est reservata, quia *in d. cap. Ad falsariorum* nulla ponitur reservatio Reiffenstuel *loc. cit. num.*33. Falsarii litterarum Apostolicarum, vel falso eas fabricantes, aut supplicationes falso signantes incurrunt Excommunicationem Bullæ Cœnæ etiamsi hoc faciant per alios, *arg. cap. Qui facit* 72. *de Regul. Jur. in* 6. ibi: *Qui facit per alium est perinde, ac si faciat per se ipsum*. Fagnan. *loco cit. num.* 34. & alii ibi citati. Falsantes litteras Papæ sunt excommunicati sive sint Laici, sive Clerici, sive Monachi: *cit. cap. Ad falsar.* ibi; *Omnes falsarios*. Fagnan. *loc. cit. num.*29. Episcopi autem & Superiores, licet non incurrant Excommunicationem latam *in d. cap. Ad falsariorum* quia ipsi, & superiores numquam comprehenduntur, nisi de illis fiat mentio specialis, ut in *cap. Quia periculosum, de sent. excommun. in* 6. Hodie tamen ex Bulla Cœnæ falsarii litterarum Apostolicarum sunt excommunicati; etiamsi Episcopali, vel alia majori dignitate sint præditi; Fagnan. *loco cit. num*,57.

Secundo falsantes litteras Apostolicas, si sint Clerici sunt ipso Jure privati Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis; *cit. cap. Ad falsariorum*, ibi: *Clerici, qui falsarii fuerint deprehensi, omnibus Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis perpetuo sint privati*. Fagnan. *loco cit. num.*38. & alii communiter. Tertio Clerici de tali crimine convicti prævia degradatione Judicis Ecclesiastici traduntur Curiæ sæculari secundum Constitutiones legitimas puniendi, scilicet ultimo supplicio, seu pœna mortis, *cit. cap. Ad falsariorum*, ibi; *Ita quod qui per se falsitatis vitium exercuerint, postquam per Ecclesiasticum Judicem fuerint degradati, sæculari Potestati tradantur secundum Constitutiones legitimas puniendi*; & quod sint puniendi pœna mortis, tenent *ibi* Fagnan. *num.*40. Hostiens. *num.* 8. & alii passim. & ita practicatum fuit tempore Innocentii X. cum Francisco Canonici, alias Mascabruno Subdatario, qui, ut refert Card. de Luca in *tract. de Pension. discept.* 69. *numer.* 1. a summo favore apud Pontificem, ac Purpuræ jam destinatus veluti alter Seianus, ex consuetis fortunæ ludis, ad manus Carnificis transitum fecit. Sententia contra Mascabrunum lata fuit die 5. Aprilis 1652. a Hieronymo Boviotto Locumtenente Gubernatoris de unanimi totius Congregationis Criminalis ejusdem Gubernatoris voto, & assensu in pœnam ultimi supplicii, nempe furcarum, sed ex speciali gratia Sanctissimi ad relationem Gubernatoris mutata in pœnam amputationis capitis in carceribus Turris Novæ, & deinde asportationis illius Cadaveris ad Plateam Pontis, & expositionis in loco solito, & ibi retentionis per aliquod temporis spatium. Sic refert Urlaya *Institut. Criminal. lib.*3. *tit.*6. *num.* 23. Clerici tamen falsantes litteras Papæ non per se, sed per alium, non sunt degradandi, nec Curiæ sæculari tradendi, quia hæc pœna *in d. cap. Ad falsariorum* est statuta solum contra Clericos, *qui per se falsitatis vitium exercuerint*, & pœnæ non sunt extendendæ de casu ad casum, sed potius restringendæ; *cap. Odia, & cap. In pœnis, de Regul. Jur. in* 6. Afflict. *dec.*21. *num.*7. Fagnan. *loc. cit. num.*43. Pirhing. *lib.*5. *decretal. t.*20. *num.*26. & in specie hæc pœna degradationis non imponitur nisi in casibus in Jure expressis, & hic casus Clerici falsantis per alium, non reperitur expressus, quin potius excludus per supradictum textum; *Qui per se falsitatis vitium exercuerint*. Fagnan, *loc. cit. num.*43. Pirhing. *loc. cit. num.*26. Plurimi tamen apud ipsum Fagnan. *loc. cit. num.*42. tenent contrarium; adeout Marc. Soccin. *ibid. n.*19. dicat, ipsam esse communem opinionem Doctorum.

Quarto falsis litteris Apostolicis utentes, si Clerici sint, Officiis, & Beneficiis privantur; si laici, sunt ipso facto Excommunicati, *cit. cap. Ad falsariorum*, ibi; *Qui sub nomine nostro litteris falsis utuntur; si Clerici fuerint, Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis spolientur; si laici, tamdiu maneant excommunicationi subjecti, donec satisfaciant competenter*; & infra; *Quod & de his, qui falsas litteras impetrant, statuimus observandum*. Unde ex his ultimis verbis videtur, quod falsis litteris utentes, & falsas litteras impetrantes, sed non exercentes per falsitatem, æquiparentur. Nihilominus Cardin. *in c. final. col. ultim. in princip. vers. Per hoc, tit. eod.* expresse dicit, impetrantem rescriptum per falsi subreptionem aut taciturnitatem non incidere in pœnam falsi, sed carere impetratis, & insuper teneri ad omnia damna, & interesse; & sequitur Præpositus *in cap. In memoriam num.*3. *& 7. dist.* 19. Alioquin (dicit Fagnan. *loc. cit. num.*55.) si omnes impetrantes per subreptionem litteras Papales inciderent in pœnas *cit. cap. Ad falsariorum*, quam multi reperirentur illaqueati. Quare impetrantes litteras Papæ per subreptionem; vel obreptionem non esse excommunicatos censent S. Antonin. *in* 3. *part. tit.*25. *cap.*13. Silvester *in verb. Excommunicatio 7. n.*9. *vers. Et secundo*, Card. Cajet. *eod. verb. c.*26. Suarez *disp.*21. *de Censur. sect.*2. *num.*50. Pirhing. *lib.* 5. *decretal. tit.*20. *num.*28. Fagnan. *loc. cit. num.*54. *&* 55. & alii. Et ratio est, quia licet tales litteræ falsam informationem contineant, ideoque invalidæ sint, sunt tamen in ordine ad expeditionem veræ, ideoque qui tales litteras impetrant, non sunt falsarii; puniuntur tamen in eo, quod carere debeant omni commodo litterarum, & in expensas condemnentur; *c. super litteris* 20. *de rescript.* & insuper teneantur ad omnia damna, & interesse; Hostiens. *in cit. c. Ad falsarior. 7. de crim. Falsi*, Suarez *disp.*21. *sect.*2. *num.* 50. Fagnan. *loc. cit. num.*54. *&* 55. & alii apud ipsum. Pirhing. *loc. cit. num.*28. & alii. Quinto qui scienter habent falsas litteras Apostolicas, nisi intra viginti dies illas lacerent, aut restituant, subjacent excommunicationi, *cap. Dura* 4. *de crimin. Falsi*, ibi; *Si quis falsas litteras se habere cognoscit, intra viginti dies illas, aut destruat, aut resignet, si pœnam excommunicationis voluerit evadere*.

Retinentes scienter falsas litteras Apostolicas ultra viginti dies subjacent Excommunicationi, etiamsi illis non utantur, nec utendi intentionem habeant; Barbosa *in citato cap. Dura, num.*2. Pirhing. *loc. cit. num.*27. Reiffenstuel *loc. cit. num.*33. & ratio est, quia textus *in cit. cap. Dura* §. *final.* non loquitur de iis, qui falsis litteris utuntur, sed de iis, qui penes se habent falsas litteras, & illas non lacerant, vel non restituunt infra 20. dies, & tales nullam excommunicationem incurrunt, nisi latam a Judice, prout ibi dicitur: Pirhing. *loc. cit. num.*27. Falsans litteras Apostolicas etiam semel tantum incurrit pœnas latas *in cit. cap. Ad Falsariorum 7. de crim. Falsi*. Et ratio est, quia licet dictum caput utatur verbo *Exercere*, ibi: *Exercent*, quod reiteratos actus videtur significare, tamen in dispositione pœnali in unico actu verificatur, juxta text. *in* §. *Item Lex Julia, Institit. de public. Jud.* & late Farinac. *in praxi crimin. lib.*5. *de falsitate quæst.* 251. *num.*31 Fagnan. *in cit. cap. Ad Falsariorum. numer.* 26. 27., *&* 28. Urlaya *Institt. crimin. lib.*3. *tit.*6. *num.*8. Falsarius litterarum Apostolicarum etiam occultus incurrit pœnam Excommunicationis, & privationis Officiorum, & Beneficiorum eo ipso, quod crimen committit; Gloss. *in Clement. in verb. Eo ipso, de hæret.* Fagnan. *loc. cit. num.* 62. Pœna autem degradationis ei infligitur solum, si criminaliter sit convictus, sive per viam accusationis, sive per inquisitionis; Fagnan. *loc. cit. num.* 63., *&* 64. Dictæ pœnæ contra falsantes litteras Apostolicas procedunt, quamvis ex hujusmodi *Falso* nullum, aut modicum damnum emergat; Palao *tract.* 29. *disp.*3. *punct.*7. *num.*4. Bonacina *tom.*3. *de Censuris disp.* 1. *quæst.*7. *punct.*2. *num.*5. Reiffenstuel *loc. cit. num.*33., & alii. Et ratio est, quia *Falsum* in illis sub dictis pœnis prohibetur, non tam propter damnum inde secutum, quam propter contemptum Supremæ Auctoritatis, a qua litteræ veniunt, ut omnis occasio Falsi in his evitetur. Nomine litterarum Apostolicarum in ordine ad pœnas contra earum falsarios non solum veniunt Bullæ Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ, sed etiam Secretariæ Brevium. Sic declaravit Innocent. X. Constit.51. in ordine. Bellar. *in Cap. Ex litteris, de fid. Instrum. num.*3. Joann. Andr. *ibid. numer.* 4. Butr. *num.*4. Hostiens. *numer.*6. quos ita intelligit Farinac. *in prax. crimin. quæst.*151. *num.*24. Urlaya *Institut. crim. lib.* 3. *tit.* 6. *num.*2. Ubi quod hoc non procedit in falsificantibus litteras Episcoporum, & Nunciorum, quia hæc non sunt proprie litteræ Apostolicæ; Fagnan. *l. c. num.* 24. Urlaya *l. cit. num.*3., & alii. Imo secundum multos apud Raynal. *lib.*2. *observ. ad cap.*18. *fupplet.*2. neque hoc procedit in falsificantibus litteras Legati, vel Delegati Summi Pontificis, Sacræ Pœnitentiariæ, & Sacrarum Congregationum, quia non sunt litteræ Papæ, & ideo cum sint diversa, diversa fit illatio; *l. Papinianus exuli ff. de minor.* Raynal. *l. cit. n.* 9. Fagnan. *loc. cit. num.*24. qui tamen ibidem subjungit esse advertendum, inter litteras Apostolicas comprehendi litteras Pœnitentiariæ secundum Doctores citatos *num.*58.

Falsificans litteras Papæ, & Imperatoris punitur pœna mortis; Sic cum multis Panimoll. *decis.*76. *num.*17. & communis aliorum. Sic etiam punitur pœna mortis falsificans litteras Regias, aliorumque Supremorum Principum; *l. Majorum, & l. ubique Cod. Ad Leg. Cornel. de Falsar.*, & sic statuunt fere omnes cujusque Regni, & Supremi Principatus Constitutiones, seu Ordinationes, vel leges; Quarum plurimæ statuunt etiam pœnam mortis contra falsificantes litteras Proregis, Locumtenentis, Vicarii, Senatus, Magistratus, aut alterius Tribunalis; & inter alias Constitutiones, & bannimenta Civitatis, & Legationis Bononiæ, ut refert Raynald. *tom.*2. *observat. ad cap.* 18. §. 3. statuunt sic: *E se alcuno dolosamente in qualsivoglia modo falsificarà, o falsamente imiterà il Sigillo, Patente, salvi condotti, lettere, o altre scritture dell' Illustrissimo Legato, Reverendiss. Vicelegato, o Governatore, incorrerà nella pena dell' ultimo supplicio*. Clericus falsificans sigillum Principis est ab Ordinibus deponendus, & impresso illi Charactere in signum commissi delicti in exilium mittendus absque alia pœna corporali, ut statuit Urbanus III. *in cap. Audientiam 3. de crimine Falsi*. Clericus falsificans litteras Episcopi, vel Capituli est ab Officio, & Beneficio suspendendus; *Cap. Si Episcopo 7. dist.*50., & *cap. Tam litteri. in* §. *final. de testibus*, & deducitur *ex Cap. Quando; ubi Glos. in fin. de iis, quæ fiunt a Prælat.* Bellet. *disquisit. Cleric. part.*2. *tit. de pœnit. Cleric.* §. 44. *num.*6. Panimoll. *num.*6. Regulares falsificantes sigillum, vel litteras Prælatorum puniuntur juxta constitutiones particulares cujusque Religionis. In nostro Ordine Fratrum Minorum de Observantia falsificantes sigillum, vel litteras Prælatorum carceri mancipantur ad arbitrium Provincialis pro qualitate delicti; Si vero litteræ falsificatæ fuerint Generalis, vel Commissarii Generalis, a carcere liberari non poterunt absque expressa licentia dictorum Prælatorum Generalium; Statut. Toletan. *tit. de Falsariis*. Portell. *verb. Falsarius num.*6. Qui vero litteras Prælatorum Generalium, Provincialium &c. destruxerit, impedierit, vel aperuerit, non dicitur Falsarius, licet graviter etiam puniatur pro qualitate delicti; Compend. Sanctor. *verb. Falsificatio num.*7. *in fine*, & est casus reservatus; Compend. Sanctor. *verb. Casus numer.*15., ibi: *Generalis, vel Provincialis, aut eorum Secretarii litteras tum missas, tum accipiendas impedientes, frangentes, falsificantes, vel quomodolibet intercipientes*.

Pœna ordinaria committentis quodcumque crimen *Falsi*, olim circa Nobiles erat deportatio cum omnium bonorum publicatione, circa Personas viles damnatio ad Metallum, circa Servos ultimum supplicium; *leg.* 1. §. *fin. Ad leg. Cornel. de Falsar. leg. Si quis* 38. §. 7. *ff. de Pœnis*. Hodie tamen imponitur ex Arbitrio Judicis prudentis pro diversitate circumstantiarum, prout notat Glossa *in cit. leg.* §. *fin. verb. Eorum*, taliter quod aliquoties possit esse poena pecuniaria, & aliquoties pœna corporalis, & etiam capitalis; *leg. Ubi Falsi* 22. *Cod. Ad Leg. Cornel. de Falsar.*, ibi: *Supplicio capitali, si id exigat magnitudo commissi*. Pœnæ falsariorum in specie sunt variæ pro diversitate *Falsi* ab eis commissi. Pœna falsi testis in causis civilibus erit deportationis; *leg. in princip.* §. *fin. ff. Ad Leg. Cornel. de Falsar.*, & insuper tenebitur actione in factum ad damna, & interesse, quæ passus est alter propter ejus falsam depositionem; Farinacius q. 67. *num.*2., *& seq.*, & communis aliorum. In causis vero Criminalibus est pœna *Talionis*, idest pœna illa, qua falso accusatus condemnatus fuit; vel condemnari, seu puniri debuisset, cum hac tamen advertentia, quod si condemnatio, seu punitio falso accusati secuta non fuit, tunc mitiori pœna a Judice arbitranda erit puniendus. Farinac. *quæst.*67. *num.*11., *&* 15., & alii passim. Si falsus testis sit Clericus, iste ab Officii honore depositus in Monasterium detruditur; *Cap. Si Episcopus 7. distinct.* 50. juncta *Authent. Presbyteri, Cod. de Episcopis, & Cleric.* Vel ad Triremes, aut perpetuos carceres damnandus est quia loco detrusionis in Monasterium olim consuetæ, hodie succedit damnatio ad Triremes, vel perpetuos carceres, teste Fagnano *in cap. Cum non ab homine, de Judiciis num.*104. Farin. *qu est.*119. *nu.*55. Hæc tamen ordinaria pœna Clerici *testis Falsi* limitatur, & in arbitrariam reducitur, quando Falsum committit sine præjudicio notabili tertii, & solum circa accidentalia. Menochius *de Arbitr. Jud. casu* 306. *num.*22. Iul. Clarus §. *Falsum n.*9., *&* 35., & alii.

Pœna Notarii scribentis falsum Testamentum vel Instrumentum erit deportationis, vel alia arbitraria, vel etiam amputationis manus, quando agitur de magna falsitate, & pluries reiterata. Farinac. *quæst.*155. *num.*11. Immo si id exigat facti circumstantia, poterit extendi etiam usque ad mortem, juxta textum *in l. Ubi falsi* 22. *Cod. Ad Leg. Cornel. de Falsar.* Et ultra poenam criminalem tenebitur etiam ad damna, & interesse. Farin. *quæst.* 115. *num.*11. *&* 12. Hac poena punitur etiam falsificans manum alicujus, vel exemplans copiam diversam ab Originali; *l. Quod sit, ff. Ad Leg. Cornel. de Falsar.* Pœna Advocati, & Procuratoris Falsum committentis, præter ordinariam assignatam *sub numer.*68. est etiam quod teneatur ad reparationem damni; ac insuper ad arbitrium Judicis pro diversitate personarum, & circumstantiarum puniri possit pœna pecuniaria, carceris, & etiam Triremium pro qualitate delicti. *Communis*, & patet ex

tet ex Raynal. *observat. ad cap.19. §. 1. in expositione bannimenti Civitatis, & Legationis Bononiæ.* Poena Judicis *Falsum* committentis olim erat exilii, & capitis; *leg. Lex* Julia 7. *§. fin. ff. de Jul. repet.* Hodie vero pro diversitate circumstantiarum, est privatio Officii, & dignitatis ac inhabilis-
75 tatis ad judicandum, confiscatio bonorum, vel etiam pœna exilii, Triremium, & capitis. Menochius *de Arbitr. Jud. casu* 342. *a num.7.* Farinac. *quæst.*111. *a num.4.*, & alii. Judicis autem Ecclesiastici *Falsum* committentis poena præter ordinariam, est suspensio a Divinis, & compensatio damni illati; *cap.1. de sent., & re judic. in 6.*

76 Poena falsificantium legitimas mensuras, & pondera præter ordinariam poenam *Falsi*, est quod ad duplum restituendum, necnon ad Insulam damnentur; *leg. Hodie* 32. *§.1. ff. Ad leg. Cornel. de Falsar.* ac insuper per triginta dies in pa-
77 ne, & aqua plectantur, *cap. ut mensuræ 2. de empt., & vendit.* Poena fabricantium falsum monetam est confiscatio omnium bonorum, damnatio ad bestias, ac ultimum supplicium, & insuper sunt rei criminis læsæ Majestatis, *l.1. & 2.*
78 *Cod. de Falsa moneta.* Pœna impedientium aliquem testari, vel jam factum testamentum mutare, vel ad testandum compellentium, si hoc factum fuit cum armis, habebit locum pœna *leg. Jud. de vi public.* si vero sine armis, poena extraordinaria, & Judicis arbitrio regulanda. Farinac. *quæst.* 161. *num.4., & sequent.*, & tenebitur insuper, qui id fecerit ad damna, & interesse illi, qui ex hac prohibitione, vel concussione præjudicium passus est. Farinac. *quæst.*161.
79 *num.*8. Poena supponentis falsum partum olim erat ultimum supplicium *l.1. Cod. ad Leg. Cornel. de Falsar.* sed hodie est poena extraordinaria *Falsi*, quæ erit exilium. Farinac. *part.* 10. *quæst.*159. *num.*239. *cum sequent.* & Brugiot. *Instit. crim.*
80 *lib.2. titul.*13. *num.*17. Poena eorum, qui *Falsum* committunt, occultando, surripiendo, supprimendo, corrumpendo, abradendo, lacerando, vel comburendo scripturas publicas, vel libros Mercatorum, vel mutando sibi nomen, aut similia faciendo, regulariter erit illa *leg. Cornel. de Falsar.* juxta Textum *in leg.1. §. Qui*, ubi Glossa *verb. Reus est*, &
81 *leg.1. Cod. de mutat. nominis.* Gerens se pro Curia, seu assumens nomen Curiæ, cum non sit, sicut gerens se pro Magistratu, cum non sit, punitur pœna Legis Juliæ Majestatis, *leg.3.*, *& ibi* Angelus *num.2. ff. Ad leg. Jul. Majest.* Panimoll. *decis.76. num.29.* cum aliis *ibi citat.* Limitatur tamen
82 hac regula, quando falsus actus non fit animo usurpandi Principis jurisdictionem, sed ad alium finem, nam tunc non intrat pœna mortis, sed poena *Falsi* arbitraria. Bart. *in leg. Omnes populi num.*14. *ff. de justit.*, *& Jur.* & ibi Jason. *num.* 35. *ad fin.* Decian. *tract. crim. lib.7. cap.9. num.5. & 9.* Panimoll. *loc. cit. num.*30. Farinac. *cons. crim.*74. *num.*1., *&* 2. ubi testatur de communi. Ingrediens propterea sub nomine
83 Curiæ domum alicujus mulieris animo carnaliter eam cognoscendi, non incurrit poenam mortis, sed Triremium. Farin. *loc. cit. num.*11., *& per tot. consil.* ubi in fine consil. subdit quemdam Marcum Antonium hujus criminis reum salvatum fuisse a poena mortis, sed non a poena Triremium; Panimoll. *loc. cit. num.*31. *&* 32. Aliorum falsariorum poenas qui di-
84 stincte scire desiderat, adeat Farinacium, Afflict. Raynald. alioque Criminalistas, & sufficiat pro complemento hic scire, quod ad hoc ut quis de *Falso* poena ordinaria puniri possit,
85 tria copulative requiruntur, scilicet quod veritas sit immutata, alteri nocitura, & dolo facta, ut de comuni testatur Farinac. *consil. crimin.*114. *num.*12., *&* 36. Panimoll. *decis.76. n.2.*
86 Cephal. *consil.*355. *num.*44. *volum.3.*, & alii passim. Unde his tribus copulative concurrentibus poena ordinaria arbitrio Judicis imponenda est, juxta dicta *num.68.*

Additio ex Auctore.

87 Falsificantes Litteras Apostolicas, & supplicationes signatas excommunicantur; Bened. XIV, tom.1. Constit.144. in-
88 cip. *Pastoralis Romani* §.6. dict. Bulla Cœnæ. Falsitas in expositione facti expressa, punienda est ad formam juris; Idem Constitut.25. incip. *Ad Apostolica* §.5.

89 Falsariorum malitia cavenda est Litterarum Apostolicarum executoribus; Idem tom.2. Constit.51. incip. *Magna Nobis.* Falsitas enim in pluribus antiquis exemptionum privilegiis reperta est; Idem Constitut. 40.incip. *Causarum Palatii Apostolici.*

Novæ additiones ex aliena manu.

DEfinitioni *Falsi* ab *Auctore* traditæ adde cum *Antonio* 1
*Matthæi de Criminib. lib.*48. *tit.7. cap.1. num.1.*; verba hæc: *seu suppressio.* Infinitæ vero sunt species Falsi. Sed 2
non incommode ad duo summa capita referri possunt, nimirum ad falsum *testamentarium*, & falsum *nummarium*. *Testamentarium* proprie dicitur, quod committitur circa testamenta. At ejus pœna producta est ex Senatusconsultis, & 3
Principum Constitutionious ad alia instrumenta, literas, nomen, testimonia, accusationes, obligationes, mensuras, pon- 4
dera. *Nummarium* committunt, qui monetam adulterinam flant, feriunt, qui nummos aureos radunt, tingunt, fingunt. Longum autem esset, de utroque falso pro dignitate agere. Vide, si lubet, mox *laudatum Auctorem*. Pauca tantum afferemus de Falso prioris generis.

Num is, qui adulterinum testamentum non fecit, sed usus 5
eo est, seu, ut loquuntur Leges, ipsum *recitavit*, teneatur lege Cornelia, quæri solet? Teneri statutum est *in l.2. ff. ad Leg. Cornel. de Falsi.* tum *in l.*8. *Cod. eodem* At Papinianus *in l.*13. *§.1. dict. titul.* respondit: *In Cornelium falso recitato*, 6
non facto, non incidit. Sunt qui negationem huic loco detrahunt pro *non incidit*, legendo, *incidit*: Sed obstant Pande- 7
ctæ Florentinæ, quæ hanc negationem habent. Alii distin- 8
guunt inter pœnam ordinariam, & extraordinariam. At in *dict. l.2. ff. dict. titul.* conjungitur recitans falsum, cum eo, qui fecit. Sicut igitur pœna ordinaria tenetur qui fecit, ita, & teneri debet, qui recitat. Distinguunt, & nonnulli inter 9
recitantem testamentum falsum, & recitatorem alterius instrumenti, sed Leges adductæ de quocumque instrumento loquuntur. Assentior *Antonio Matthæi*, qui ait, post 10
Papiniani responsum demum constitutum, & receptum fuisse, ut Recitator quoque Lege Cornelia teneretur; Vide *eumdem, ubi supra num.2.*

Disputari, & de hoc solet, an Lege Cornelia teneatur is, 11
qui non falsum testimonium dixit, sed verum reticuit? Distinguunt aliqui utrum pecunia accepta id fecerit nec ne, & priori casu teneri volunt, non item posteriori. Sed *Antonius* 12
*Matthæi, loco citato num.*12. probat, & quidem solidissime, teneri, sive pecunia accepta, sive gratis tacuerit. Consule omnino ipsum.

Gravior est quæstio, an in Legem Corneliam incidat, qui 13
pecuniam ob testimonium dicendum accepit, nec tamen producentem, sed Adversarium ipsius testimonio suo juvit? Negant fere omnes ea de ratione, quod hic tametsi accepit pecuniam, falsum testimonium minime dixit. Sed *Antonius Matthæi, eodem loco num.*13. incidere tenet, quia verba Legis, sine distinctione ita concepta sunt, ut si quis ob testimonium dicendum pecuniam acceperit, pœna falsi coerceatur, *l.1. §. Sed, & si quis ff. dict. tit.*

FAMA.

FAma, opinio, & existimatio idem significant; Gloss. 1
final. in leg.1. Cod. ex quibus causis infamia irrogatur, & Gloss. *in leg. Cognitionum 5. ff. De extraordinariis cognitionibus, verb. Existimatio.*

Fama dicitur a fando, sive loquendo; Unde Fama dici- 2
tur quidquid de aliquo divulgatur, sive in bonam, sive in malam partem, ut tradit Calepinus *in dictionario verb. Fama*. Hinc fama ut sic secundum Bartolum *in leg. De minore* 3
10. *§. Plurimum num.*8. *de quæst.* est communis opinio voce manifestata ex suspicione proveniens, & grosso modo dicitur *Vox populi*, & in vulgari dicimus *Vox populi*, *Vox Dei*, quia opinio, in quam omnes concurrunt, vel major pars, præsumitur in se habere rationem, ut dicit Baldus *in cap. Quoniam* 11. *num.*62. *ad probation.*, *& in cap. Vestra 7. num.2. de cohabitat. Cleric.* ac Fagnan. *in dict. cap. Vestra num.39.*, seu secundum Calderin. *in dict. cap. Vestra numer.9.*, seu secundum Calderin. *in dict. Cap. Vestra numer.32.*, & Speculatorem *in tit. de notor. crimin. §. Fama n.1.*, *& 2.* Fama est vulgi, loci seu majoris partis vehemens opinio rei, de qua quæritur, consentiens, vit colligitur *ex Cap. Inquisitionis 21. in fin. de accusation. cap. Litteris 12.*, *& cap. Tertio loco 13. de præsumptionibus.*

Fama ut sic est duplex, Fama hominis in se ipso, & Fa- 4
ma hominis, aut de homine, & Fama inter homines. Fagnan. *in cit. cap. Vestra 7. numer. 27. de cohabitat. Clericor.* Bartolus *in cit. l. de minore* 10. *§. Plurimum*, *ff. de q.* Matcard. *de probation. concluf. 749. num.1.* Reiffenstuel *lib.2. Decretal. tit.20. §.12. num.*387. & alii passim. Fama hominis
5 in se ipso, seu Fama hominis aut de homine est illæsæ Dignitatis status legibus, & moribus comprobatus, *leg. Cognitionum 5. §. Existimatio, ff. de extraordinariis cognitionibus.* Glossa *in cap. infames 3. verb. infamia quæst.7.* Speculator *in tit. de notoriis criminibus §. fama in princip.* Calderin. *in cit.*
6 *cap. Vestra num.1.* Fagnan. *ibid. num.27.*, & alii. Fama hominis quoad alios, seu Fama inter homines est publica, seu famosa, ac communis insinuatio, vel proclamatio ex sola suspicione, & certo auctore proveniens. Sic Joan. Andr. *in cit. cap. Vestra num.9. vers. Fama inter homines*, Fagnan. *ibidem numer.*38. Anton. Nebrissensis *in Vocabulario juris vers. Fama*, Reiffenstuel *loc. cit. num.* 388. & alii, & sic dicitur respectu eorum inter quos viget seu circumfertur.

7 Fama proprie loquendo non dicitur nisi bona sit, quia Fama est argumentum virtutis, ut recte inquit Baldus in *cap. in Genesi num.96. de election.*, & Fagnan. *loc. cit. numer.* 28.
8 Unde Fama proprie loquendo ut bona *est illæsæ dignitatis status legibus, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus.* Glossa *final. in l.1. Cod. ex quibus caussis infamia irrogatur.* Rota *part.17. recent. decis.346. num.17.* Et hanc Famam qui
9 negligit, crudelis est; *cap. Nolo* 10. *caus.*12. *quæst.1.* ubi ex verbis Sancti Augustini sic expresse habetur: *Duæ sunt res, conscientia, & fama; conscientia necessaria est tibi, fama proximo; qui fidens conscientiæ suæ negligit Famam suam, crudelis est*: Hic Apostolus 1. *ad Corinth. capitul. 9. num.* 15. ait: *Bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet*, cui concinit *Capitul. Sacerdos 9. caus.* 1. *quæst.* 2., ibi: *Expedit mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet*, & Ecclesiastici *cap.*41. *num.*15. hoc datur pretiosum consilium; *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni.* Et Proverb. *cap.*15. *nu.*30. dicitur: *Fama bona impinguat ossa*, et *ibid. cap.* 22. *num.* 1.
10 *Melius est bonum nomen, quam divitiæ multæ.* Quamvis igitur Fama proprie loquendo non dicatur, nisi bona sit, seu in bonam partem accepta, interdum tamen Fama accipitur in malam partem, et speciali nomine appellatur *Infamia*, id-
11 est Famæ privatio, seu diminutio. Et hæc mala Fama, seu infamia est *læsæ dignitatis status, vita, & moribus reprobatus*, Calderin. *in cit. cap. Vestra num.*31. Fagnan. *ibid. n.*31. Reiffenstuel *loc. cit. art.2. num.29.*, et alii. De infamia hac Vide verb. *Infamia per tot.*

Fama in multis differt a Rumore. Primo, quia fama pro-
11 prie est quando tota Civitas, vel vicinia, seu major pars populi aliquid asserit. Rumor autem est, quando aliqua minor pars, nempe media, tertia, seu quarta pars id asserit; Nebrissensis *in Vocabulario juris verb. Rumor.* Abbas *in cap. Super eo num.3. de eo qui cognovit consanguin.* Fagnan. *in citat. Vestra nu.*14. Speculator *in tit. de notoriis criminibus §. Nunc de Rumore num.1.*, et alii. Secundo, quia fama proprie dicta procedit a certo Auctore aliquid asserente; Rumor vero ab incerto Auctore. Baldus *in cap. Tua num. 4. de cohabit Clericor.* Fagnan. *loc. cit. num.*44. Reiffenstuel *loc. cit.* 12. *num.* 392. et alii. Tertio, quia Rumor est quid minus, quam fama, minusque probat, quam ipsa: fama est enim communis populi assertio, Rumor autem est sola paucorum dictio. Abbas *in cit. cap. Vestra num.*12. *vers. Rumor vero.* Fagnan. *ibid. num.*44. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 392. Nebrissensis *loc. cit. verb. Rumor* et alii. Quarto, quia Fama vires suas eundo, et perseverando extendit juxta illud Virgilii *Æneidos 4. Fama malum, quo non aliud velocius ullum, Mobilitate viget, viresque acquirit eundo*, et juxta illud Psalm. 18. *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*: Rumor vero quandoque cito deficit, ut *l. ultim. ff. De heredibus instituend.* Fagnan. *loc. cit. num.*44. cum Baldo ibi allegato, Reiffenstuel *loc. cit. num.*392. et alii. Unde Rumor
12 definitur, quod sit particularis assertio ex incerto Auctore, et sola suspicione proveniens. Sic Hostiensis *in cit. cap. Vestra num.*3. Joan. Andr. *ibid. num.*11. Calderin. *ibid. num.*33. Fagnan. *ibid. num.*44. Nebrissensis *loc. cit. verb. Rumor*, Speculator *in tit. de notoriis criminibus §. Nunc de Rumore numer.*1. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 392. et colligitur ex *c. Super eo 5. De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ, ex cap. Ofius 2. de election. & ex cap. Veniens 19. de Regularibus.*

13 Ut Fama probet, multa requiruntur. Primo requiritur, quod Fama originem duxerit a personis gravibus, honestis, fide dignis, et non interessatis: Unde non est attendenda fama orta ab aliquibus malitiosis, suspectis, aut proprio commodo; suæque utilitati studentibus; *cap. Qualiter, & quando 24. de accusationibus*, ibi: *Super clamorem, & Famam ad aures Superioris pervenit, non quidem a malevolis, & maledicis; sed a providis, & honestis*: *Cap. Licet ex quadam* 47. *de testibus*, ibi: *Nec ab Infamibus, & suspectis, sed a fide dignis, omni exceptione majoribus didicerint.* Rota *rec. p.4. tom.1. decis.76. num.4. part.12. decis.* 419. *num.* 20. *part.17. decis.*207. *num.*49. et sæpe alibi, et communis Doctorum.

Secundo, ut Fama probet, requiritur, quod habeat cer- 14
tos Auctores, et rationabiles, ac probabiles causas, ideest, quod testes super Fama deponentes teneantur exprimere certas personas, a quibus audierunt, et assignare causas probabiles, ex quibus populus inductus fuit ad sic credendum v.g. quia audierunt a certis personis honestis, fide dignis, omnique exceptione majoribus, quæ asseruerunt ita se vidisse oculis suis, vel quia ille, de cujus morte dicitur publicam Famam extare, ingressus est bellicum conflictum, aut navigans passus est naufragiam, aut in flumen cecidit, seu projectus fuit, et amplius non est inventus, nec comparuit, licet diu expectatus sit, vel hujusmodi. Unde non est attendenda vana vox vulgi, et rumor in populo, qui nullos habet certos Auctores, nec rationabiles, seu probabiles causas inducentes ad sic credendum; *leg. Decurionum* 12. *Cod. de pœnis*, ibi: *Vanæ voces populi non sunt audiendæ*, *cap. Ofius Episcopus 2. de electione*, junctis concordantiis a Glossa, ibi: *Verb. Pupilli* relatis, Rota recent. *part.4. tom.1. decis* 250. *num.5. part.12. decis.*420. *num.*15. *parl.17. decis.43. num.*11., et sæpe alibi, ac Doctores communiter.

Tertio ut fama probet, requiritur, quod testes deponant 15
de tempore præciso ante motam litem; *cap. Licet ex quadam* 47. *de Testibus*, ibi: *Et ante litem motam testificata didicerint.* Alioquin præsumeretur orta Fama primum occasione litis motæ, seu ex contestatione ipsius, sicque talis Fama non probaret; Rota recent. *part.3. decis.* 117. *num.* 13. *& dec.* 562. *num. 6. part. 7. decis.* 182. *num.* 28. *part.8. decis.* 283. *num.*14. *part.* 10. *decis.* 158. *num.* 15. *part.* 15. *decis.* 299. *num.* 8. *part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 100. *num.* 20. & sæpe alibi, ac communis Doctorum.

Quarto ut Fama probet, requiritur, ut ea sit uniformis, 16
constans, perpetua, & inconcussa. Alioquin si esset difformis, inconstans, & contrariis allegationibus debilitata, & conquassata non probaret; Rota *recent. part.* 1. *decis.* 182. *num.* 5. *part.* 2. *decis.* 277. *num.* 3. *part.8. decis.* 211. *num.* 16. *part.* 10. *decis.* 158. *num.* 11. *part.* 11. *decis.* 301. *num.* 27. *part.* 16. *decis.* 99. *num.*8. & sæpe alibi. Generaliter enim Fama per testes probata destruitur, vel incerta, & inconstans redditur ex depositione aliorum testium de contraria Fama deponentium; Rota *recent. part.* 4. *tom.*2. *decis.* 276. *num.*13. *part.* 8. *decis.* 99. *num.* 22. *part.* 10. *decis.* 158. *num.* 10. Quo casu una Fama destruit aliam; Rota *recent. part.* 6. *decis.* 205. *num.* 10. *part.* 14. *decis.* 276. *num.* 13. In concursu tamen Fa- 17
mæ bonæ, & malæ, semper est præferenda bona, etiamsi testes deponentes de bona Fama essent pauciores; Rota *recent. part.* 2. *decis.* 277. *num.* 2. *part.* 8. *decis.* 249. *num.* 27. cum variis aliis decisionibus, & Doctoribus ibi citatis.

Fama probari potest per duos testes graves, fide dignos, & 18
omni exceptione majores; *cap. Inquisitionis* 21. *§. Quæsivisti, de Accusationibus*, ubi Fama censetur probata per duos, vel tres testes, & concordant *cap. In omni* 4. *& cap. Licet universis* 23. *de Testibus*, *& cap. Cum esses* 10. *de Testamentis*, ubi allegatur illud Dominicum *Matt. cap.*18. *num.* 16. *In ore duorum vel trium stat omne verbum*, *& cap. Si testes 3. §. Ubi numerus caus.* 4. *quæst.* 2. *&* 3., ibi: „ Ubi numerus testium „ non adjicitur, etiam duo sufficiunt; pluralis enim locutio „ duorum numero contenta est, & leg. Ubi numerus 12. ff. „ De Testibus, ibi: „ Ubi numerus testium non adjicitur, „ etiam duo sufficiunt; pluralis enim locutio duorum nume- „ ro contenta est „. Sic expresse Glossa in *leg. Testium fides* 3. *verb. Confirmat ff. de Testibus*, dicens, quod Fama probatur per duos testes, cum jurant majorem partem populi ita sentire; Bartolus in *leg. De minore* 10. *§. Plurimum num.*19. *de quæstionibus*, Felinus *in cap. Tertio loco* 5. *num.* 4. *de probationibus*; Farinac. *tib.* 1. *Prax. crimin. quæst.* 47. *num.* 208. 210. *& seq.* Jul. Clar. *in Practic. crim. §. final. quæst. 6. num.* 12. Menoch. *lib.* 8. *consil.* 701. *num.* 49. Matcard. *de probationibus concluf.* 750. *num.* 1. testans de communi. 19

Fama regulariter loquendo de per se non facit plenam probationem; Glossa *in cap. Si testis 3. caus. 4. quæst. 3. vers. Fa-*

ma, Felinus *in cap. Per tuas* 10. *num.* 15. *de probationibus*, Abbas *in cap. Transmissæ* 3. *num.* 10. *Qui filii sunt legitimi*, Mascard. *de probationib. concl.* 754. *num.* testans de communi: Fama enim sæpe est fallax, nam *dictum unius facile sequitur multitudo*, textu expresso *in Cap. Cum in juventute* 12. *de purgatione Canonica*.

29 Facit tamen semiplenam probationem in causis Civilibus; Secus autem in Criminalibus, ubi requiruntur probationes indubitatæ, & luce meridiana clariores; Glossa *in cap. Veniens ad nos* 10. *vers. Illorum*, *de Testibus*, & Glossa *in leg. Testium fides* 3. *vers. Confirmat ff. de Testibus*, dicens cum aliis, quod Fama faciat probationem semiplenam; unde facit deferri juramentum; Speculator *tit. de notoriis criminibus* §. *Fama est num.* 5. Sannig. *tit. de probationibus cap.* 4. *num.* 12. Card. Tusch. *Litt. F. concl.* 66. *num.* 19. Alexander *consil.* 103. *num.* 3. *& 5. lib.* 7. Sigismund. Sencia *lib.* 2. *de judiciis cap.* 9. *num.* 84. 85. Rota *recent. part.* 3. *decis.* 374. *num.* 4.

31 Imo in variis casibus Fama facit etiam probationem plenam. Primo enim Fama plene, & concludenter probat in antiquis, quæ excedunt memoriam hominum: *cap. Cum causam* 13. *de probationibus*; Rota *recent. part.* 1. *decis.* 75. *num.* 1. *& decis.* 445. *num.* 6. *part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 392. *num.* 4. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 264. *num.* 26. *part.* 3. *decis.* 475. *num.* 3. & sæpe alibi. Alexander *consil.* 83. *num.* 7. *volum.* 3. Reiffenstuel *loc. cit.* §. 12. *num.* 406. Mascard. *loc. cit. concl.* 754. *num.* 7. testans de communi. In antiquis enim cum sint difficilis probationis, atque ob temporum injuriam legitima documenta pereant, admittuntur etiam leviores probationes.

32 Secundo Fama plene probat, quando cum ea concurrunt alia adminicula, *cap.* 1. *de Appellationibus*, ibi: „ Veritate „ per idoneas personas, & famam loci sollicite inquisita, cap. „ Præterea 27. de Testibus, cap. Illud quoque 11. de præ„ sumptionibus, juncta Glossa *ibi*, *Verb. Fama loci*; ubi pluribus adductis dicit famam sufficere ad probationem, si aliæ præsumptiones concurrant; Card. Tusch. *litt. F. consil.* 66. *num.* 3. *&* 65. testans de communi; Rota *recent. part.* 5. *tom.* 2. *decis.* 424. *num.* 5.

33 Tertio fama facit plenam probationem in rebus modici præjudicii, & in causis levioribus; Bartolus *in leg. De minore* 10. §. *Plurimum ff. de quæstionibus*, Abbas *in cap. Veniens ad nos* 10. *num.* 9. *de Testibus*; Felin. *ibid. num.* 9. Mascard. *loc. cit. conclus.* 754. *num.* 8. *&* 17. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 407. & alii passim.

34 Quarto Fama plene probat, quando agitur Remedio *Canon. Restituendæ* 3. *caus.* 3. *quæst.* 1. ad recuperandam possessionem. Tunc enim probata publica Fama restitui debet possessio agenti hujusmodi Remedio; Mascard. *loc. cit. num.* 24. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 410. Ancharan. *consil.* 24. *num.* 2. testans de communi.

35 Quinto Fama plenam facit probationem in iis, quæ sunt difficilis probationis; Rota recent. *part.* 3. *decis.* 481. *num.* 3. Bartolus *in leg. De pupillo* §. *Si quis ipsi quæst.* 8. *ff. De novi operis nunciat.* Blesiander *consil.* 66. *num.* 9. *lib.* 3. Card. Tusch. *loc. cit. concl.* 66. *num.* 66. Mascard. *loc. cit. concl.* 754. *numer.* 22. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 405. & alii passim.

36 Sexto Fama facit plenam probationem, quando agitur de periculo animæ, & peccato evitando, *cap. Super eo* 2. *de consanguinit. & affinit.* ubi sola fama loci de subsistente impedimento impedit Matrimonium contrahendum, ibi: *Vel si non est manifestum*, *fama tamen loci hoc habet*; Et Glossa *ibid. verb. fama*, ubi expresse dicit: „ Nota, quod fama „ impedit Matrimonium contrahendum, cap. Cum in tua 17. „ de sponsalibus; & plus facit fama hic, quam dictum unius; „ ubi juramentum intervenit cap. Præterea 12. de sponsali„ bus. Alias dictum unius sicut & fama impedit Matrimo„ nium contrahendum, cap. Super eo 22. §. 1. de Testibus „„ Hæc dicta Glossa, Reiffenstuel *loc. cit. num.* 411. Panimol. *decis.* 19. *adnotat.* 3. *num.* 4. cum plurimis ibi allegatis; Sanchez *de Matrimon. lib.* 1. *disput.* 72. *num.* 13. Mascard. *de probationibus lib.* 2. *concl.* 1031. *num.* 11. *&* 12. Piasecius *in prax. Episc. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 39. *vers. Sic & si in contrarium*, Ventriglia *tom.* 1. *de testibus in caus. Matrimonial. annotat.* 3. §. 1. *num.* 18. & alii passim.

37 Imo fama impedimenti sufficit sine alia probatione ad impediendum Matrimonium inter sponsos, etiamsi sponsalia fuerint firmata juramento, ut colligitur ex *cap. Super eo*, 2. *de consanguinit. & affinit.* ubi decidit, Famam impedire Matrimonium contrahendum, *fide interposita*, & ibi Glossa in verb. *Fide* explicat, idest *juramento*. Sic Doctores in eodem textu, præsertim Cardinal. *in fine*, Abbas *num.* 5. Covarruvias 4. *decretal.* 4. *part. cap.* 6. §. 19. *num.* 11. Mascard. *de probationibus* 1035. *num.* 12. Bossius *de Matrimon. cap.* 7. §. 13. *num.* 124. *&* 125. *cum seq.* Piasec. *l. cit.* Hurtad. *de Matrim. disput.* 2. *num.* 68. *vers. Sic addidimus*, Guttierez *de Matrim. cap.* 36. *num.* 13. *&* 14. Panimoll. *l. cit.* Ventriglia *l. cit. num.* 19. Sanchez *l. cit. num.* 14. ubi dicit, non esse attendendum Paludanum contrarium tenentem.

Et de facto non adversatur textus *in cap. Cum in tua* 27. *de sponsalibus*, ubi videtur disponi, quod ultra personam fide dignam requiratur Fama ad impediendam sponsalia juramento firmata, ut prætendit dictus Paludanus *in 4. dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 3. *casu* 9. *num.* 27. Non adversatur, inquam, quia ibi persona fide digna non designatur ut testis, sed tamquam denunciator, ut patet ex ipsismet verbis textus, ibi; „ Quod „ si persona gravis, cui fides sit adhibenda, tibi denunciet, „ quod hi, qui sunt Matrimonio copulandi, se propinqui„ tate contingant, & de fama, vel scandalo doceat „. Unde potius colligitur ex verbis textus, Innocentium III. disposuisse quod etiam sola Fama sufficiat, si a denunciatore fide digno justificata fuerit, ut explicat Glossa *ibidem verb. De fama*, ibi; *Et ita sola fama impedit Matrimonium*. Et ex Alexandro de Nevo, Guttierez, Barbosa, Sanchez tradit Bossius *de Matrimon. cap.* 7. §. 31. *num.* 125. *vers. Neque obstat*; Panimol. *l. cit. num.* 5.

Ut autem fama sufficiat pro plena probatione ad impediendum Matrimonium contrahendum, non debet esse privata, ut si de ea constet Judici ut privato, aut Judex de illa a multis in privato audiverit, sed est justificanda per legitimas probationes; Sic Glossa & Doctores *in cit. cap. Cum in tua* 27. *de sponsalibus*; Butrius *num.* 7. Alexander de Nevo *num.* 16. Abbas *num.* 6. Guttierez *l. cit. num* 14. Sanchez *l. cit. num.* 15. Bossius *l. cit. num.* 126. 127. 128. Mascard. *l. cit. num.* 13. Panimol. *l. cit. num.* 6. Ventriglia *l. cit. num.* 20. & alii dicentes, quod fama privata non sufficit ad impediendum Matrimonium, sed solum dat facultatem ad inquirendum, & ad recipiendum probationes de tali fama.

38 Fama non sufficit ad impediendum Matrimonium, si ex adverso de contraria Fama clariores habeantur probationes. Glossa *in citat. cap. Cum in tua*, *verb. Famam*. Rota *recentior, part.* 1. *decis.* 182. *num.* 7. *p.* 8. *decis.* 211. *num.* 18. *p.* 9. *tom.* 1. *decis.* 16. *num.* 4. *part.* 15. *decis.* 318. *numer.* 6. Paris *consil.* 64. *num.* 24. *volum.* 3. Mascard. *l. cit. num.* 14. Sanchez *l. cit. numer.* 16. Panimol. *l. cit. num.* 8. Ventrigla *l. citat. numer.* 22. & alii passim.

39 Et ad deponendum contra hanc famam admittuntur etiam propinqui, dummodo jurent; *cit. cap. Cum in tua* 27. *de sponsalibus*, ibi: *Vel contra Famam hujusmodi secundum tuæ discretionis arbitrium juramentum exhibeant propinquorum*, Mascard. *l. cit. num.* 15. Sanchez *l. cit. n.* 17. Guttierez *l. cit. numer.* 15. Ugolin. *de Offic. & potest. Episcop. c.* 15. §. 11. *n.* 7. *vers. Atqui*, Panimol. *l. cit. n.* 9. Ventrigla *l. cit. numer.* 23. & alii passim.

Relinquitur tamen arbitrio Judicis inspecta qualitate personarum, & contrariæ famæ an recipiendum, vel rejiciendum sit juramentum consanguineorum super impedimento Matrimonii ad elidendam contrariam famam, ac attestantium inter contrahere volentes nullum adesse impedimentum, *cit. cap. Cum in tua*. ibi: *Secundum tuæ discretionis arbitrium*, Mascard. *l. citat. num.* 16. Ugolin. *l. citat. n.* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 243. *num.* 7. *& casu* 454. *num.* 2. Ventriglia *l. cit. num.* 24. Panimol. *l. citat. n.* 10. & alii.

Rumor qui ex dictis *supra num.* 16. in multis differt a fama, & est quid minus, quam ipsa fama, quamvis ex probabiliori opinione non sufficiat ad impedimendum Matrimonium, sufficit tamen ad effectum suspendendi, ne contrahatur, donec veritas indagetur: Cum enim agatur de periculo animarum vitando, ne forte peccatum incurratur contrahendo cum affine, & agatur de modico præjudicio, si sponsalia inter sponsos inita dirimantur, cum facile possint reperire alium, vel aliam, cum quo, vel cum qua contrahant: Hinc Rumor debet sufficere ad suspendendum Matrimonium, donec veritas sit indagata. Immo Butrius *in cap. super eo* 5. *de eo qui cognovit consanguineam uxoris numer.* 7. & Præpositus *ibid. num.* 4. & alii relati a Sanchez *l. cit. num.* 18. volunt, quod Rumor sufficiat etiam ad impediendum Matrimonium per text. *in leg. Pactum ejus* 92. *ff. de hæred. instituendis*, ubi Rumor fuit creditus justa causa credendi mortem cujusdam *Magnæ*;

34 Fama impedimenti non sufficit ad dissolvendum Matrimonium contractum, & præcipue consummatum, *cap. Si duo* 4. *caus.* 35. *quæst.* 6. Mascard. *de probationibus lib.* 2. *concl.* 1034. *num.* 21. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *quæst.* 45. *n.* 32. Panimol. *loc. cit. num.* 54. & alii passim, quia ut habetur *in cap. Licet ex quadam* 47. *in fine de Testibus*, *Tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominum relinquere copulatos, quam conjunctos legitime contra statuta Domini separare*. Nam in constitutionibus suis potest Ecclesia, sive Romanus Pontifex conditor Canonum dispensare, non item in Lege Divina posita de indissolubilitate Matrimonii legitime contracti; Matth. *cap.* 19. *num.* 6. & Marci *cap.* 10. *num.* 9., ibi: *Quod ergo Deus conjunxit*, *homo non separet*.

35 Fama publica existente contra Clericum fornicarium, hic debet se purgare, quod si nolit se purgare, vel deficiat, puniendus est, textu expresso *in cap. Tua nos.* 7. *de cohabitat.*

36 *Clericor. & mulier.* Fama tamen sola nisi sit de crimine ita notorio, ut nulla possit tergiversatione celari, non sufficit ad condemnandum; *cit. cap. Tua nos*.

37 Fama non potest prævalere veritati; Rota *recent. part.* 55 *tom.* 2. *decis.* 606. *num.* 18. præcipue si agatur de Fama mala producta ex vana populi voce, quæ non est attendenda; Rota *recent. part.* 1. *decis.* 167. *num.* 29.

28 Fama affirmativa, vel prævalet, vel conquassat negativam; Rota *recent. part.* 6. *decis.* 18. *num.* 13.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 MAgna est quæstio, an Homini sit dominium in famam suam? Qui famam cum externis bonis comparant, ii
2 tenent, esse Homini dominium in famam. At rectius alii ne-
3 minem esse famæ suæ dominum sentiunt. Fama enim conse-
4 quens est virtutis, si causam spectes. Quid ergo in famam tuam statuere poteris si nihil potes contra virtutem illæsa honestate? Si vero actum famæ *formalem*, ut dici solet, intelligas, ipsam nimirum aliorum de tua virtute existimationem, quomodo erit in Dominio tuo actus in animo alterius? Deinde
5 aut existimatio tuæ virtuti conformis est, aut difformis. Si difformis, hæc fama non est, sed error. Si conformis, obtinet hæc quidem veræ famæ indolem, minui vero haud potest nisi vel Boni desinant recte judicare, vel ipse desinas bene
6 agere; Confer *Stryk juridic. dissert. tom.* 2. *disput.* 15. *cap.* 5. *num.* 2. *& plur. sequent.*

7 Hinc sequitur. I. Non posse aliquem se infamare, salva
8 conscientia. II. Ob evitanda tormenta, vel levia, vel gravia non posse aliquem sibi imponere falsum crimen, etiamsi pœna propter illud irroganda illis tormentis, gravior, & ultimi
9 supplicii foret. III. Neminem posse obligare famam in commodum alterius ut si hic ex gr. non præstet datam fidem ipse velit malefidus reputari, aut obnoxius esse arbitrariæ illius contumeliæ, cui fidejussit; Idem *Auctor ubi supra*.

10 An quis cum periculo suæ famæ alterius famam teneatur
11 restituere? Quomodo teneatur, qui injuriam tantum materialem intulit; v. g. detulit, apud Superiorem aliquem bona
12 fide, seu ignoranter de falso crimine. Item quid juris, si damnum bonorum per meam infamationem aliquis passus sit? Vide *Fagundez ad decal. lib.* 8. *cap.* 15. *Molin. Tr.* 4. *disp.* 40. *numer.* 3.

FAMILIA.

1 FAmiliæ nomen idem importat, ac agnatio, seu denotat agnationem; Rota recent. *part.* 4. *tom.* 1. *decis.* 518. *n.* 11. *& part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 588. *num.* 3. Card. de Luca *de jurepatron. disc.* 26. *num.* 6. Piton. *de controvers. Patronor. alleg.* 77. *num.* 11. & alii passim.

2 Familia alia dicitur effectiva, & alia contentiva. Familia effectiva dicitur illa, cujus ipse testator, seu disponens est causa efficiens, vel stipes, ac ideo non est verificabilis, nisi in ejus descendentibus. Contentiva dicitur illa, quæ comprehendit omnes agnatos, & est verificabilis in omnibus transversalibus; Card. de Luca *in summa Fideicommissor. n.* 148.
3 & alii communiter. Ut quis dicatur de familia contentiva, requiritur concludens probatio descendentiæ a communi stipite, quod sit agnatus legitimus, quod justificetur identitas armorum, & insignium sine diversitate coloris, quæ solet inferre familiæ diversitatem; Rota recent. *part.* 7. *decis.* 15. *num.* 29. *& seq.*

4 Familia contentiva est duplex, una proxima, seu proximior, altera remota, seu remotior. Proxima, seu proximior est, quæ descendit a patre, vel avo disponentis. Remota autem, seu remotior est, quæ originem trahit ab avo, vel alio ulteriori communi stipite, sic Cyriac. *controvers.* 281. *numer.* 72. *& seq.* Carolus Antonius de Luca *de linea legali art.* 15. *num.* 31. Manzius *consult.* 368. *num.* 4. *& seq. libr.* 4. Rocca *disp. Select. cap.* 2. *num.* 7. & alii.

In concursu duarum linearum, proximioris, & remotioris, intelligitur vocata proximior, non autem remotior; Baldi *consil.* 321. *sub num.* 1. Soccin. Senior *consil.* 33. *sub numer.* 8. *vers. Præterea*, *& seq. lib.* 3. Manzius *d. consult.* 368. *sub n.* 6. *in fine*, Rocca *loc. cit. num.* 8. & alii passim. 5

Familiæ appellatione, quamvis in dubio veniat etiam contentiva comprehendendo omnes agnatos etiam transversales, ex adductis per Gabriel. *consil.* 132. *quæst.* 6. *n.* 59. *lib.* 1. Simon de Pretis *de interpretat. ultim. volunt. lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 1. *solut.* 11. *num.* 26. Rota in *Romana Fideicommissi de Misinellis* 17. *Junii* 1615. *coram Patriarcha Pamphilio* impressa Farinac., *decis.* 707. *num.* 6. *part.* 2. *recent.* Cardin Seraphin. *dec.* 1438. *num.* 4. Stephan. Gratian, *discept. forens. cap.* 645. *numer.* 3. *& 4.* & Rota Recent. *part.* 2. *decis.* 707. *num.* 2. *& 6. part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 362. *num.* 6. *& 7. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 586. *n* 1. 6

Tamen, quando constat testatorem, seu disponentem sensisse tantum de familia effectiva, tunc veniunt solum descendentes ab ipso testatore, seu disponente, non autem transversales, ut tradunt Simon de Pretis *loc. cit.* Ruin. *consil.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. Paris. *consil.* 51. *num.* 10. *& consil.* 88. *num.* 36. *lib.* 2. *& consil.* 1. *num.* 59. *lib.* 3. Soccin. junior *consil.* 91. *n.* 61. *lib.* 1. Barbosa *de appellativa verborum juris significatione verb. Familia num.* 1. *&* 2. cum pluribus aliis ibi allegatis; Rota recent. *part.* 2. *decis.* 707. *num.* 3. cum aliis Doctoribus ibi citatis, ubi quod testator senserit tantum de sua familia effectiva, visum fuit colligi ex verbis testamenti, ibi: *Sed quantum Deo placuerit*, *Casale in ejusdem Familia remanere debeat*, ponderando illud pronomen *ejusdem*, quod denotat personalitatem secundum jura ibi allegata, & Doctores citatos. 7

Et quod testator, seu disponens senserit solum de familia effectiva, colligitur quoties vocavit illam addito pronomine *suæ*, vel *ipsius* aut *ejusdem*, & similium; Rota recent. *part.* 2. *decis.* 707. *num.* 3. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 362. *num.* 7. *& seq. part.* 8. *decis.* 203. *num.* 6. *part.* 12. *decis.* 254. *num.* 6. *&* 7. *decision.* 318. *numer.* 7. *& part.* 13. *decis.* 1. *numer.* 14. Menoch. *consil.* 233. *num.* 20. *&* 21. *& consil.* 1171. *num.* 3. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 88. *num.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 645. *num.* 5. Barbosa *loc. cit. num.* 2. cum pluribus aliis ibi citatis, Pitonius *de controvers. Patron. allegat.* 75. *a num.* 36. *ad* 46. cum pluribus juribus, & DD. ibi allegatis. 8

Limita primo, pronomen *ipsius* comprehendere etiam familiam contentivam, deficiente effectiva, ut quando dispositio facta ad favorem familiæ non potest verificari in descendentibus, ex quo non extant, vel quia vocati sunt illi, qui non possunt habere filios, ut Sacerdotes; nam tunc appellatione familiæ veniunt transversales de familia: Rota recent. *part.* 8. *decis.* 203. *num* 7. Menoch. *consil.* 126. *num.* 219. *& consil.* 424. *num.* 12. *consil.* 1171. *num.* 22. *& consil.* 1177. *n.* 8. Ruin. *consil.* 149. *num.* 3. *lib.* 2. Fusar. *de substitut. quæst.* 351. *num.* 31. Peregrin. *consil.* 42. *lib.* 2. Barbosa *loco cit. numer.* 4. Pitonius *loco cit. allegat.* 100. *num.* 498. *&* 546. *cum seqq.* ubi pluribus adductis probat, quod quando Fundator Presbyter reservando jus patronatus favore illorum de domo, & familia, intelligitur reservasse de domo, & familia contentiva.

Limita secundo, si pronomen *ipsius* adjiciatur Cippo, quo casu denotat Stipitem totius agnationis & comprehendit etiam familiam contentivam: Rota *part.* 3. *recent. decis.* 2. *num.* 14. Paris. *in addit. consil.* 33. *num.* 13. *lib.* 3. & alii. 9

Limita tertio, si a testatore, seu disponente vocata sit familia, & agnatio, quia tunc venit etiam familia contentiva, cum verbum *agnatio* comprehendat omnes per virilem sexum conjunctos; *l. Juris consultus* 10. §. 2. *ff. de gradibus*, Menoch. *consil.* 424. Paris. *consil.* 22. *num.* 604. *cum seqq. lib.* 3. Fusar. *loco cit. quæst.* 351. *num.* 50. Decian *consil.* 86. *num.* 28. *& seq. libr.* Peregrin. *consil.* 149. *num.* 22. *lib.* 5. Barbosa *loc. citat. num.* 8. & alii. 10

Quando vocata est familia in genere, intelligitur illa quæ est de Columnello disponentis, & descendit ab aliquo communi stipite, non autem illa, quæ non habet aliquem com- 11

munem ſtipitem, ſed ſolum identitatem cognominis, & Armorum, quia non identitas Cognominis, & Inſignium, ſed Agnatio, & deſcendentia ab uno ſtipite, quamvis remotiſſimo, operantur identitatem familiæ; Cardin. Celſ. *dec.*341. *num.*2. *&* 3. Surd. *conſil.*316. *num.*10. Menoch. *lib.*4. *præſumpt.*88. *num.*2. *& conſil.*1177. *num.*3. *&* 7. Peregrin. *de Fideicommiſſ. art.*22. *num.*26. Andreol. *controv.*338. *num.*15. *& ſeq.* Mellin. *deciſ.*669. *num.*32. Pariſ. *conſil.* 2. *numer.* 58. *& ſeq. lib.*3. Altograd. *conſil.*79. *num.*54. *& ſeq. lib.*2. Alexander *conſil.*213. *lib.*6. *conſil.*91. *lib.*7. Rocca *diſput. ſelect. cap.*2. *num.*6. cum pluribus aliis ibi allegatis.

12 Familiæ vocatio quoties plures exiſtunt Columnelli, intelligitur de familia, & Columnello, ſub quo diſponens continetur conſiderato communi ſtipite; Bartol. *in l. Filius familias*, §. *Cum pater*, *ff. de Legatis* 1. *& in l. Peto* §. *Fratre ff. de Legatis* 2. Soccin. *in l. Si cognatis num.*31. *ff. de rebus dubiis*; Fuſar. *conſil.*107. *num.*4. *& ſeq.* aſſerens, quod familia, ſeu agnatione vocata intelligatur de familia, ſeu agnatione Columnelli, de quo eſt ipſemet diſponens non exiſtentibus deſcendentibus de familia effectiva, Menoch. *conſil.*458. *n.*1. *& ſeq.* Peregrin. *de Fideicommiſſ. art.*32. *num.* 83. *verſ. Si plures ſunt Columnelli*, Mandel. *conſil.*32. *num.*28. *lib.*2. Altograd. jun. *controverſ.*38. *num.*63. Rocca *loc.cit. num.*3. Rota recent. *part.*1. *deciſ.*300. *num.*30. *verſ. Et hinc videmus*; & alii plures cum Barboſa *loc.cit. num.*36. ubi dicit, quod familiæ appellatione in teſtamento, quando plures ſunt familiæ ejuſdem cognominis, venit illa, de qua ipſe teſtator natus eſt.

13 Agens ad Fideicommiſſum tamquam unus de familia teſtatoris neceſſario probare debet ſe eſſe unum de Columnello teſtatoris per gradum, & ſtipitem; Paris *conſil.* 51. *num.* 6. *& duobus ſeq. lib.*2. Merlin. *dec.*699. *num.*27. Rocca *loc.cit. num.*16. & alii.

14 Contendentes ſuccedere in Majoratu inſtituto ad favorem proximiorum Collateralium de familia liquido probare debent non ſolum ſe eſſe agnatos, & de familia, ſed etiam eſſe proximiores. Maſcard. *de probation. concl.*410. *num.*26. Late aliis adductis Merlin. *dec.*669. *num.*29. *& ſeq.* Cyriac. *controverſ.*281. *num.*11. *& ſeq.* Peregrin. *conſil.*82. *num.*5. *lib.*5. Rocca *loc. cit. num.*11. & alii.

15 Majoratus Inſtitutor quoties non vocat maſculos ſimpliciter, ſed maſculos de ſua familia, tunc maſculi, ex fœminis non intelliguntur vocati; Manzius *conſult.*220. *num.*10. *lib.*3. Ubage *deciſ.*24. *num.*6. Rocca *loc.cit. num.*13. & alii.

16 Fœminæ non veniunt appellatione familiæ, quando teſtator expreſſit proprium nomen familiæ, ut quando dixit remaneat *in domo*, *ſeu familia Ghilena*, quia tunc cum per ſolos maſculos conſervetur agnatio, fœminæ erunt excluſæ; Peregrin. *de Fideicommiſſ. art.*25. *num.* 24. *& numer.* 47. *ad med.* Hieronym. Gabr. *conſil.*134. *lib.*1. Barboſa *loc.cit.n.*17. & alii.

17 Fideicommiſſum quando tacite vel expreſſe relictum eſt pro conſervandis bonis in agnatione, fœminæ ſunt excluſæ, Peregrin. *de Fideicomm. art.*25. *num.*47. *& conſil.* 23. *n.* 10. *lib.*3. *& conſil.*149. *num.* 25. *cum ſeq. lib.* 5. Surd. *conſil.*96. *num.*18. *& 27. lib.*1. *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*88. *num.*5. *& conſil.*197. *num.*48. *& 49. & conſil.*680. *num.* 24. Card. Mantica *de conjectur. ult. volunt. lib.*8. *tit.* 12. *num.* 8. Barboſ. *loc.cit. num.*18. cum aliis ibi allegatis.

18 Quando teſtator conſtituit Fideicommiſſum ſucceſſivum, & duraturum in familia, ut quia adeſſent verba in ſubſtitutione, quæ perpetuitatem important, puta in infinitum, vel in perpetuum; tunc non veniunt fœminæ appellatione familiæ; Surd. *conſil.*96. *num.*27. *& ſeq.* Crav. *conſil.*180. *num.*1. Nat. *conſil.*676. *num.* 42. Barboſa *loc. cit. num.*22. cum aliis ibi citatis.

19 Cum plures familiæ ſucceſſive vocatæ ſunt ad Beneficium juris patronatus, proximior, qui eſt præſentandus, ſi tempore præſentationis ſit inhabilis ex defectu ætatis, non tollit jus quæſitum remotiori præſentato, imo proximior in præjudicium remotioris jam præſentati, & habentis requiſita, nec eſt diſpenſandus a Papa; *Sacra Congr. Conc. in Bononien.* 16. *Julii* 1695. *in Cremon.* 8. *Julii*, *&* 30. *Septembr.* 1702. *& in Novarien. diſpenſationis* 13. *Aug.* 1707. *Monacell. tom.*3. *tit.*2. *formul.*7. *n.*11. *& tom.*4. *ſupplem. ad tom.*3. *num.*109. Piton. *de controv. Patron. alleg.*85. *num.*12.

20 Inter plures paſſive vocatos poteſt Patronus, neglecto Clerico actuali, preſentare in fine quadrimeſtris, vel ſemeſtris, ſi agatur de jurepatronatus Eccleſiaſtico, alium tunc effectum Clericum, qui de tempore vacationis erat Laicus. Cum autem Patronus habeat quadrimeſtre, ſeu reſpective ſemeſtre ad præſentandum, & poſſit ſuo arbitrio præſentare ex pluribus ſibi beneviſum, non poteſt arctari ad præſentandum capacem & habilem de tempore vacationis, ſed differre præſentationem uſque ad finem termini quadrimeſtris, ſeu reſpective ſemeſtris, ut interim præſentandus perveniat ad requiſitam ætatem, & capacitatem, ac obtineat Clericatum; Card. de Luca *de jurepatron. diſc.*45. *num.*8. *& ſeq. diſc.* 70. *num.*17. *& diſc.*82. *num.*5. Piton. *loc.cit. num.* 4. *& diſcept. Eccl.*13. *num.*40. cum aliis ibi citatis, Barboſa *alleg.*60. *n.*77. Ventriglia *tom.*2. *annotat.*6. §.1. *num.*8. & ibi Carolus Antonius de Luca *num.*6. *&* 9.

Hoc autem procedit, ubi capacitas requiritur de tempore vacationis, quia tunc Patronus arctatur ad illum præſentandum, quia unice de hoc tempore eſt Clericus, & ſic capax reperitur, ut diſtinguit ipſemet Card. de Luca *de jurepatron. diſc.* 45. *n.*7. *Verſ. Sed quia*, *& diſc.*70. *num.*16. Piton. *dict. allegat.* 85. *num.*5. Rota *in Civitatis Caſtelli Canonicatus* 12. *Martii* 1714. §. *Conciliari*, *coram Scoto* cum aliis ibi citatis. 21

Capacitas autem vocatorum cenſetur requiſita de tempore vocationis Beneficii, quando eorum vocatio eſt directa, & e contra cenſetur requiſita de tempore præſentationis ad Beneficium, quando eorum vocatio eſt mediata, & non directa. Tunc vero dicitur vocatio directa, quando abſque præſentatione & facto Patroni Fundator vocat perſonas de certo genere, dirigendo verba ad Judicem, non ad Patronos, ſicque vocatio cenſetur facta cum relatione ad diſpoſitionem juris præferentis capacem incapaci. Dicitur autem vocatio mediata, ideſt mediante præſentatione, & facto Patroni, quando Fundator non dirigit verba directe in vocatos, ſed in Patronum dando ei facultatem præeligendi, & præſentandi quem maluerit de certo genere, quamvis adveniat ejus capacitas ſolum de tempore præſentationis, & inſtitutionis; Carolus Antonius de Luca *de linea legali art.*24. *num.* 16. *&* 24. Piton. *in Patergon. ad diſcept. Eccleſ. part.* 2. *num.* 12. Rota *in cit. Civitatis Caſtelli Canonicatus* 12. *Martii* 1714. §. *Conciliari*, *coram Scoto* apud Piton. *cit. alleg.*85. *num.*19. 22

Vocatis proximioribus de duabus familiis diſtinctis præſentatio competit proximiori in unaquaque familia, non autem duobus proximioribus de una familia tantum: Unicuique enim familiæ comperere debet ſua vox, cum duo proximiores intellecti fuerint per Teſtatorem de duabus diſtinctis familiis, non autem ut una tantum familia repræſentare debeat duos proximiores ad excluſionem alterius familiæ contra mentem Teſtatoris; Card. de Luca *de Fideicomm. diſc.* 27. *num.*7. 8. *&* 12. Rolles *de repræſentat. lib.*3. *cap.* 4. *num.*15. *&* 16. Carolus Ant. de Luca *de linea legali lib.*2. *art.* 32. *n.*3. *in fine*, *& lib.*1. *art.*22. *num.*38. Rota *coram Cerro dec.*793. *num.*5. *& ſeq. & deciſ.* 839. *num.*5. *& ſeq.* Piton. *de Controv. Patron. allegat.*94. *num.*4. & alii. 23

Vocatis pluribus familiis cum lege quod præſentatio pertineat ad proximiores, & ſeniores, proximioritas, & ſenioritas intelligitur diſcretive in qualibet linea, ſeu familia ex proximioribus vocatis, non autem comparative ad aliam familiam, quia alias ſequeretur magnum abſurdum contramentem Teſtatoris, qui ſi vocaſſet v. g. quinque proximiores ſeniores quinque familiarum, unica tantum familia, quæ haberet quinque Perſonas ætate majores reſpective ad alias lineas, uſurpare ſibi deberet omnes quinque voces, denudando omnes alias qua tuor familias; Baldus *deciſ. & rer. judic. tit.*3. *deciſ.*33. *num.*2. *& ſeq. & deciſ.* 37. *num.* 15. *& ſeq. deciſ.*38. *num.*22. *& ſeq.* Card. de Luca *de fideicomm. diſc.*17. *num.*8. *&* 11. Peregrin. *de Fideicomm.*20. *num.* 6. Piton. *l. c. num.*13. Carolus Ant. de Luca *de lin. legali art.*23. *num.* 38. & alii. 24

Reſervatio in jurepatronatus activo ſeniori de familia, & paſſivo omnibus de familia, in hoc jure paſſivo cenſetur incluſus etiam ipſe ſenior habens jus activum; Rota recent. *part.*4. *tom.*2. *deciſ.*49. *num.*19. *&* 20. *& deciſ.*84 *numer.*1. *&* 11. *& in Auximana juriſpatronatus* 27. *Junii* 1701. §. *Miſque*, *coram Anſaldo*, *& in Hortana Beneficii* 1. *Junii* 1708. §. *Taliſque*, *coram Emin. Priolo*, *& in Mediolanen. Beneficii* 31. *Januarii* 1711. §. *Potiſſime*, *coram Anſaldo*; Card. de Luca *de jurepatron. diſc.*29. *num.*3. Piton. *loc. cit. allegat.* 52. *num.*34. *& ſeq.* cum aliis ibi citatis. Et ratio eſt, quia ſi Fundator voluit ſeniorem de familia eſſe Patronum, & poſſe dare alteri Beneficium, multo magis dare ſibi, cum propter quod unumquodque tale, & illud magis, ſi enim voluit illi tamquam 25

quam prædilecto ſupra omnes alios de familia tribuere jus activum, a fortiori cenſendum eſt voluiſſe illi tribuere jus paſſivum, cum prædilectus in jure activo, quod eſt plus, merito cenſendus ſit prædilectus etiam in paſſivo, quod eſt minus, ut dicunt allatæ Rotales deciſiones, cum ubi majus conceditur, minus conceſſum eſſe videatur, *cap. Ex parte* 27. *de decim.* & cui licet, quod eſt plus, liceat utique, quod eſt minus, *c. Cui licet* 53. *de Regul. juris in* 6. *& l. Non debet* 21. *ff. de Regul. juris*, & iſte in tali caſu non diceretur nominatus, & præſentatus ab eodemmet Fundatore, ut dicunt Doctores apud Piton. *cit. allegat.*52. *a num.*35. *ad* 37.

26 Præſentatus de familia Fundatoris in paritate vocum præfertur præſentato de familia Patronorum, ſeu præſentantium extraneorum; Rota *in Mediolanen. Juris patronatus* 3. *Julii* 1684. *coram Pauluccio* impreſſa apud Pitton. *diſcept. Eccleſ. part.*2. *diſcept.*38. *num.*6. *& ſeq.* Ventriglia *tom.*2. *annot.*1. §.3. *num.*57. cum aliis ibi citatis. Item in paritate vocum præferendus eſt præſentatus, qui eſt unus de compatronis, & de familia Fundatoris; Rota *in cit. Mediolanen.* & Piton. *loc.cit. num.*7. cum plurimis aliis ibi allegatis. Et gratia, ſeu proviſio Apoſtolica impetrata cum derogatione medietatis vocum, & gratificatione ad favorem impetrantis eſt ſubreptitia, & nulla, ſi non fuit expreſſum Summo Pontifici, quod alter præſentatus erat unus ex Compatronis, & de familia Fundatoris: ſi enim id fuiſſet expreſſum, aut retraxiſſet a conceſſione, aut ſaltem eam difficiliorem reddidiſſet, ac proinde talis gratia, & proviſio tamquam ſubreptitia redditur nulla, *cap. Conſtitutus* 19. *cap. Super litteris* 20. *& cap. Poſtulaſti* 27. *de Reſcriptis.* Rota *in cit. Mediolanen.* & Piton. *loc. cit. num.*8. cum aliis ibi allegatis. 28

29 Major pinguedo vocis non dat prælationem, ſi præſentatus ab altero cohærede ſit de familia, & genere Fundatoris, & iſte debet inſtitui, quamvis generaliter loquendo in paritate vocum præferendus ſit præſentatus ab habente pinguiorem vocem, ex quo v. g. plus contulerit Eccleſiæ, ſeu majorem quotam hæreditariam habeat, ut omiſſis antiquioribus firmavit Rota *in Lauden. Canonicatus* 27. *Junii* 1696. §. *Ceſſare*, *coram Emerix*, *&* 3. *Martii* 1697. §. *Individuitas*, *coram Tremoille*, & ſcripſit Piton. *diſceptat. Eccleſiaſt. part.* 1. *diſc.* 4. *num.*28. Non tamen in concurſu conſanguinei Fundatoris præſentati ab alio, licet non habente tam pinguem vocem; quia tunc non eſſet preferendus præſentatus ab habente pinguiorem vocem, ſi alter præſentatus ab alio Patrono eſſet de genere, & familia Fundatoris; iſte enim tunc præferri deberet; Lamb. de *jurepatron. lib.*2. *part.*3. *quæſt.*5. *art.* 6. *num.* 5. *&* 6. Piton. *loc.cit. num.*28. *&* 29. & tenuit Rota *in d. Lauden. Canonicatus* 27. *Junii* 1696. *verb. Ceſſare*, *coram Emerix*, *&* 3. *Martii* 1697. §. *Individuitas*, *coram Tremoille*.

30 Verba conceſſionis: *ipſis*, *poſterisque ſuis*, *& poſt illorum obitum ſeniori & antiquiori duntaxat de domo illorum*, ſunt perſonaliſſima, & reſtrictiva, & intelliguntur tantum de perſonis ibi expreſſe nominatis, & de earum familia effectiva; Gratian. *diſceptat.*645. *num.*5. Card. de Luca *de jurepatronat. diſc.*24. *num.*2. *& ſeq.* Ciarlin. *controverſ.* 507. *n.*46. *&* 47. Vivian. *de jurepatron. lib.*4. *cap.*9. *n.* 10. Piton. *citat. part.*1. *diſcept.*14. *num.*26. cum aliis ibi citatis, & variis S. Rotæ deciſionibus; Si enim dicta verba intelligerentur de tota familia tam effectiva, quam contentiva, maximum ſequeretur abſurdum, quod ſcilicet exiſtente aliquo ſeniore in linea contentiva, iſte ſuccederet ad excluſionem deſcendentium de linea effectiva Fundatoris contra ipſius mentem, qui propriis deſcendentibus duntaxat proſpicere voluit, ut ponderat Rota *deciſ.*450. *num.*9. *verſ. Et ſimilia*, *&* 10. *coram Merlino*.

31 Amplia etiamſi conceſſio facta ſit pluribus fratribus; quia adhuc non venit familia contentiva aliorum tranſverſalium in genere, ut in terminis plurium fratrum eodem modo vocatorum cum ipſorum familia firmavit Altograd. *conſil.*79. *num.*17. Rota *deciſ.* 232. *num.*8. *part.*12. *deciſ.* 406. *num.* 28. *& ſeq. part.*13. *deciſ.*199. *num.*23. *& ſeq.* coram Priolo, & in Mantuana Beneficii 3. *Junii* 1689. impreſſa apud Piton. *cit. diſc.*14. *num.*28. *verſ. Nec aliquid*.

32 Vocatis eis de parentela, ſeu familia in genere, præſentatus a Patrono inſtituendus eſt, non attenta qualitate proximioritatis: Cum enim Fundator in jurepatronatus paſſivo vocaverit illos de parentela in genere, cenſetur reliquiſſe patrono libertatem eligendi quemcumque voluerit, non attento gradu proximioris, aut remotioris; Card. de Luca *de jurepatron. diſc.*45. *num.*3. ibi: *Dixi prorſus vanam eſſe dicti Joannis Antonii præſentationem*, *quamvis eſſet capax*, *& proximior*; *quoniam ubi lex fundationis in jure paſſivo non vocat gradum proximiorem*, *ſed ſolum mandat præſentari aliquem de parentela*, *vel de certo genere*, *tunc habens facultatem præſentandi fundationis legem recte implere dicitur præſentando unum de genere quamvis remotiorem*, *dum ſufficeit non egredi genus præfinitum*, juxta diſpoſitionem per text. *in lib. Unum ex familia ff. de legat.*2. Carolus Ant. de Luca *de linea legali lib.*1. *art.*24. *num.*24. *verſ. Ego pertanſeo*; Amoſtaz *de cauſis piis lib.*3. *cap.*7. *a num.*37. *ad* 42. Piton. *de controverſ. Patronor. allegat.*7. *num.*8. *& ſequent.* Rota *in Valentina Beneficii* 22. *Junii* 1703. §. *Talis*, *coram Lanzetta in Vicentin. Beneficii* 25. *Januarii* 1704. §. *final. coram Eminentiſſimo Caprara*; *& in Hortana Beneficii* 1. *Junii* 1708. *coram Priolo* relat. ab ipſo Pitonio *loc.cit.*

Quando vocatur proximior, & antiquior de familia, præcedentiam habet proximioritas ſupra ſenioritatem, & intelligitur ſenior inter ſolos proximiores; Unde non quæritur ſenior ſalturarie inter lineas proximas, & remotas; ſed in linea proximiorum, ut cenſuit Rota *in Majoricen. Beneficii* 4. *Julii* 196. §. *final. coram Cardinal. Tremoille*, Piton. *loc. citat. allegat.*100. *num.*554. *& in diſceptat. Eccleſiaſtic. part.*1. *diſcept.*26. *num.*18. *in fine*, ubi expreſſe dicit, quod vocato ſeniore, & proximiore de familia, intelligitur vocatus ſenior inter plures proximiores exiſtentes in eodem gradu; unde licet exiſtens in gradu remotiori ſit ſenior, non tamen præfertur alteri, qui ſit proximior; nam in tali caſu prærogativa proximioritatis vincit illam ſenioritatis. 33

Spectante jurepatronatus ad tres familias proximiorum, ſi ex lege fundationis debeant præſentare ſolum duo ex proximioribus, tunc in primo ingreſſu præferuntur duo ſeniores ex dictis proximioribus: Cum enim Fundator voluerit jus præſentandi ſpectare tantum ad duos ex proximioribus, ſi reperiantur tres familiæ æque proximæ tunc inter dictas tres familias præcedentia debetur duobus ſenioribus ex dictis tribus familiis, cum omnes tres præſentare non poſſint; Unde attendi debet qualitas ſenioritatis veluti motivum prælationis duorum inter vocatos, juxta regulam de qua March. *conſil.* 158. *n.*41. *& ſeq.* Card. de Luca *de Fidecommiſſ. diſc.* 52. *n.*14. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.*356. *n.*5. Tiraquell. *de primog. in præfat. num.*106. *& ſeq.* Lambert. *de jurepatronat. lib.*2. *part.*2. *quæſt.* 7. *art.* 26. *n.*2. Piton. *loc.cit. allegat.* 94. *num.*3. 34

Vocati per poſterius non poſſunt impedire Clericatum favore prius vocati; Cardin. de Luca *de jurepatronat. diſc.*82. *num.*5. Carolus Antonius de Luca *de linea legali reſpons.*22. *num.*5. Piton. *loc.cit. allegat.*95. *num.*16. Rota *in Tridentina Capellaniæ* 5. *Aprilis* 1715. §. *final. coram Cerro*. Concurrente enim Laico de linea primo vocata, & Clerico de linea ſecundo vocata, Ordinarius tenetur clericare Laicum de linea primo vocata, illumque inſtituere, excluſo Clerico actuali de linea ſecundo, ſeu ſubſidiarie vocata; quia paſſive vocato ex lege fundationis tamquam arctato ratione Beneficii Ordinarius tenetur Clericatum conferre; Vivan. *de jurepatr. lib.*6. *cap.*6 *num.*56. Garzias *de Benefic. part.*5. *cap.*7. *n.*100. *& part.*7. *cap.*10. *num.* 37. Card. de Luca *in Miſcellan. Eccleſiaſtic. diſc.*25. *num.*8. Piton. *loc.cit. alleg.*68. *n.*23. *&* 27. Rota *deciſ.*136. *num.*3. *& deciſ.*195. *num.*1. *&* 2. *coram Rambaldo*, *ac deciſ.*1150. *num.*1. *& ſeq. coram Coccino*. 35

Nec tali paſſive vocato currit tempus quadrimeſtris, ſeu reſpective ſemeſtris, ſi intra illud petiit Clericatum, & Ordinarius ex ſui culpa diſtulit illum ei conferre, quia dilatio Ordinarii cauſata ex ejus facto, & culpa non debet nocere paſſive vocato ad Beneficium, qui intra tempus debitum inſtantiam fecit pro Clericatu, ei enim uſque de tempore primæ inſtantiæ fuit jus quæſitum, ut cenſuit Rota *part.*17. *recent. deciſ.*80. *num.*9. *& ſeq.* Piton. *loc.cit. allegat.*65. *n.*15. *& allegat.*68. *num.*10. *&* 27. ubi teſtatur ſic etiam reſolviſſe *Sacram Congregationem Concilii* 27. *Aprilis* 1714. decernendo quod ipſi tamquam vere impedito non currerit tempus. 36

Tempus quadrimeſtris, vel ſemeſtris ſicut competit Patronis ad præſentandum, ita paſſive vocatis ad comparendum; Rota *in Barchinonen. Beneficii* 14. *Martii* 1692. §. *Probata*, *coram Urſino*; Piton. *de controverſ. Patronor. allegat.*1. *n.*10. *allegat.*65. *num.*4. *& allegat.*100. *num.* 331. Cyrillus *quæſt. juris c.*93. & alii paſſim.

Vocatus in jurepatronatus paſſivo non poteſt præteriri per Patronum; Rota *part.*11. *recent. dec.*122. *n.* 1. *& ſeq. p.*19. *dec.*331. *n.*1. *&* 2. *& in Alexandrina Juriſpatronatus* 4. *Decembris* 1699. §.1. *coram Cardinali de la Tremoille*, *& in Fa-* 37

ventina Beneficii 11. *Februarii* 1704. §. *Cum enim coram Muto, & in Hortana Beneficii* 1. *Junii* 1708. *fere per totam coram Cardinali Priolo* cit. & secut. a Pitonio *allegat.* 84. *n.*48.

40 Passive enim vocatus dicitur præsentatus per Fundatorem, & venit instituendus, etiamsi Patronus illum præsentare recusaverit; Rota *part.*19. *recentior. dec.*135. *numer.* 2. *& in Astensi Prioratus super institutione* 7. *Decembris* 1708. §. *Eoque magis, coram Aldovrando, & in Senogallien. Canonicatus de Lichis* 23. *Junii* 1710. §. *Quin profecerit, coram Aldovrando, & in Civitatis Castelli Canonicatus* 12. *Martii* 1714. §. *Ratio fiat, cor. Eminentissimo Scoto*, Piton. *alleg.* 68. *numer.* 10. Rocc. *disp. Juris cap.*190. *num.*22. & alii. Nam vocatus per Fundatorem cum præcepto, quod heres eum præsentet, dicitur præsentatus ab eodem Fundatore; Rota *co.am Buratto decis.*755. *num.*4. *& coram Pamphilio dec.* 99. *nu.* 3.

42 Piton. *de controvers. Patronor. allegat.*82. *num.*18. Unde Patrono recusante præsentare quem nominavit Fundator, potest hic nedum irrequisito, sed etiam invito Patrono comparere coram Superiore, & petere, ac obtinere Institutionem; Cardinal de Luca *de Jurepatronatus discurs.*20. *num.* 7. *vers. Etiam sine præsentatione*; Piton. *cit. allegat.*82. *num.*10. Rota *coram Buratto dec.* 755. *num.*2. *& in recentior. part.*12. *decis.*68. *num.*2. *part.*15. *dec.*335. *n.*1. *& seq. & in Valentina Beneficii* 9. *Januarii* 1693. §. *Moti, & 3. Aprilis ejusdem an-*

43 *ni* §. *final. coram Molines Decano*. Cum oppositio passive vocati habeatur pro præsentatione; Rota *coram Pamphilio decis.*99. *num.*3. Piton. *alleg.* 52. *n.* 37. & alii.

44 Ordinarius conferendo jure devoluto, tenetur, servata forma in fundatione Beneficii præscripta, conferre passive vocatis; Garzias *de Beneficiis part.*10. *cap.*3. *num.*42. Gonzalez *ad Regul.*8. *Cancellariæ glos.*46. *num.*33. Lotter. *de Re Benefic. lib.*2. *q.*24. *num.*62. *&* 63. Monacell. *part.*1. *tit.* 2. *numer.*13. Piton. *allegat.*75. *num.* 71. & Rota *in Tusculana Capellaniæ* 15. *Martii* 1715. coram Ansaldo impressa apud ip-

45 sum Piton. *loc. cit.* Et id observat etiam ipsamet Sedes Apostolica in Beneficiis ad ipsam devolutis, nullum unquam præjudicium inferens personis in fundatione passive vocatis; Rota *coram Bich. decis.* 488. *numer.* 17. *& seq. & in recentior. part.*17. *dec.* 321. *num.*7. *& in Barchinonen. Beneficii* 2. *Decembris* 1701. §. *Nec attendendum, &* 24. *Martii* 1702. §. 1. *coram Cardinali Caprara, &* 27. *Martii* 1703. §. *final. coram Lancetta, & in Vicentina Beneficii* 17. *Februarii* 1713. §. *Præterea, coram Aldovrando, & in dict. Tusculana Capellaniæ* 15. *Martii* 1715. *coram Ansaldo*, impressa apud Piton. *loc. cit. num.* 72.

46 Præsentatus per medietatem vocum, & habens gratiam Apostolicam cum derogatione alterius medietatis præfertur alteri solam medietatem habenti; Rota *part.*18. *recent. decis.* 667. *num.*19. *& in Romana Capellaniæ Sancti Nicolai* 28. *Junii* 1709. *& in Majoricensi Beneficii* 6. *Decembris ejusdem anni* §. *Quoque indubitantius, coram Ansaldo, ac in Sorana Juris patronatus* 22. *Januarii* 1712. §. *Conclusio, coram Falconerio*, Pitonius *de controversiis Patronorum allegat.* 94. *num.* 2. & alii.

47 Habens unam vocem privatam, & aliam cumulativam præfertur habenti unam tantum cumulativam; Lambertin. *de Jurepatronat. lib.*2. *part.*2. *q.*7. *art.*13. *num.*7. *vers. Imo*, Pitonius *l. cit. allegat.* 100. *num.* 36. & alii passim.

48 Clericus in paritate gradus præfertur Laico: Pitonius *l. cit. allegat.* 32. *num.*6. 19. *&* 21. cum variis aliis ibi adductis.

49 Item inter pares gradu æque dilectos præfertur ætate major, & Clericus antiquior, præsertim in Beneficio Sacerdotali in habitu, ubi major aptitudo præfertur, quę reperitur in eo, qui est magis proximus ad Sacerdotium: Rota *in Volaterrana Beneficii* 7. *Decembris* 1708. §. *Verum quoque, coram Crispo*. Panimoll. *dec.*101. *adnotat.*1. *num.*12. Amostaz. *de causis piis lib.*3. *cap.*10. *num.*46. *in fine* Pitonius *l. cit. alleg.*83. *num.*15. & alii.

50 Item in Beneficio licet Sacerdotali in habitu præfertur Sacerdos Clerico. Dignior enim Clerico est Sacerdos; Vivian. *de Jurepatronat. lib.*12. *c.*9. *n.*3. Amostaz. *de causis piis lib.*3. *cap.* 7. *a num.*37. *ad* 42. *& cap.*9. *n.*46. Seraphin. *decis.* 968. *n.*1. Rota *coram Zarat. dec.*18. *n.*4. *& coram Cerro dec.* 458. *num.*3. *& coram Peutinger. decis.*343. *num.*4. *& coram Emerix Jun. decis.*911. *numer.* 6. Pitonius *loc. citat. allegat.* 7. *numer.* 10.

51 Ubi Fundator requisivit Sacerdotium in habitu, præfertur ille, qui est Clericus de tempore vacationis, alteri, qui est Laicus, & Clericatum assumpsit tempore quadrimestris. Cum enim Clericus antiquior, & ætate major sit magis proximus ad Sacerdotium, est omnino præferendus in præsentatione, per Patronum, & in Institutione per Ordinarium ratione sic præsumptę voluntatis Fundatoris requirentis in præsentando, & instituendo Sacerdotium in habitu; Rota *part.*15. *recent. decis.* 241. *num.*0. Garzias *de Beneficiis part.*7. *cap.*1. *num.*73. Piton. *l. cit. alleg.* 35. *n.*13. & alii.

Civibus & Parochianis tamquam Compatronis competit 52
privilegium prelationis in paritate vocum; Piton. *l. cit. alleg.* 4. *numer.* 20. *&* 22. cum aliis ibi allegatis per Text. *in cap. Nullus invitis* 13. *dist.*61. *& c. Hortamur* 8. *dist.*61.

Compatronus in paritate vocum habet prælationem de jure 53
ad Beneficium; Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 2. *part.* 3. *q.*5. *art.*7. *per tot.* Barbosa *de potest. Episcop. alleg.* 72. *numer.*203. Piton. *l. cit. alleg.*6. *num.*5. Rota *in Mediolan. Juris patronatus* 3. *Julii* 1684. *coram Pauluccio, & in Placentina Parochialis* 16. *Martii* 1708. §. *fin. cor. Ansaldo*.

Habens qualitatem sanguinis, & Patronalem, ceteris pa- 54
ribus, anteponendus est habenti tantum qualitatem sanguinis: Pluribus enim insignitus prærogativis præfertur insignito paucioribus, & duæ qualitates magis prælationem merentur, quam duo, cum duo vincula magis stringant; Card. de Luca *de Jurepatron. disc.*49. *num.*9. Lambertin. *de Jurepatron. lib.*2. *part.*3. *q.*5. *art.*6. *num.*6. *& art.*7. *num.* 2. Carolus Antonius de Luca *de linea legali lib.*1. *art.*24. *num.* 33. §. *Si autem, in fine*, Fattinel. *responsi.* 54. *num.* 8. Pitonius *loc. cit. allegat.* 6. *num.* 13.

Compatronus in paritate vocum præfertur consanguineo 55
alterius Compatroni præsentato; Pitonius *l. cit. alleg.* 6. *n.* 7. *& seq. & allegat.* 7. *num.*21. *in fine* cum aliis ibi citatis. Item 56
Compatronus habens etiam Juspatronatus passivum in paritate vocum gratificandus est in concursu præsentati etiam passive vocati, sed non Compatroni; Pitonius *loc. cit. alleg.* 52. *num.*39. cum Fattinel. Cardinal. de Luca, & aliis ibi citatis. Item præsentatus in paritate vocum semper præfertur in con- 57
cursu extranei, quando est consanguineus ipsius Patroni licet extranei; Cum enim hæres Patronus licet extranei repræsentet personam Fundatoris, subrogatur in omnibus juribus eidem Fundatori competentibus, adeoque sicuti in paritate vocum præfertur præsentatus de sanguine Fundatoris compræsentato extraneo; per Glossam *in cap. Neminem* 1. *dist.* 70. & varias Rotę decisiones, & Doctores cum Pitonio *loc. cit. allegat.*100. *num.*379. ita etiam in paritate vocum præferendus est compræsentatus de sanguine Patroni licet extranei, in concursu extranei, qui non sit de sanguine Patroni; Sic Rota *in Alatrina Juris patronatus* 15. *Junii* 1705. *coram Scotto, & in ead. Alatrina Juris patronatus* 7. *Decembris* 1705. *cor. eodem Scotto* impressa apud Piton. *l. cit. alleg.*20. *num.*19. *&* 30. cum variis aliis ibi citatis, & Lambert. *de Jure patronat. lib.*2. *part.*3. *q.*5. *art.*1. *num.*11. *in fine*, ubi testatur, quod ita vidit millies observari in facto.

In Beneficiis etiam vere Sacerdotalibus Sacerdos aptitudi- 58
ne, & de sanguine præferri debet extraneo licet actu Sacerdoti. Rota *in Melevitana Beneficiorum* 16. *Junii* 1710. *coram Falconerio* impressa apud Pitonium *l. cit. allegat.* 17. *nu.* 17. expresse dicens, quod in Beneficiis vere Sacerdotalibus, si concurrat extraneus, qui sit Sacerdos in actu, & aliquis de sanguine in aptitudine, debeat iste ex præsumpta mente Testatoris præferri. Amostaz *de causis piis lib.*3. *cap.*3. *num.* 32. Pitonius *loc. cit.* & alii.

Novæ additiones ex aliena manu.

MUlta hic consarcinavit *Auctor*, quæ quidem non sunt hu- 1
jus Loci. Propriæ vero sunt inspectiones hæ, quæ tum in Patronatibus, tum in fideicommissis sępe occurrunt. *Prima*, 2
vocata familia quando veniat effectiva tantum, & quando item contentiva, de qua agit & ipse *Auctor*. *Secunda*, 3
quando vocata familia veniant ii, qui quamvis sint de cognomine, tamen nec de familia contentiva sunt. *Tertia*, quando vocata familia, sive effectiva tantum, sive etiam contentiva, veniant non solum Agnati, sed etiam Cognati. Et 5
quarta demum, quando vocata familia veniant fœminæ, de qua *Auctor* quoque sed minus recte agit.

Nimium autem esset, de his omnibus pro dignitate agere. 6
Vide si lubet de prima inspectione *Rot. in Firmana Beneficii* 26. *Junii* 1719. *coram bon. mem. Camach. in Baren. Beneficii super pertinentia patronali* 23. *Aprilis* 1728. *cor. clar. memori Calcagnin. & in Romana Legatorum* 28. *Junii* 1745. *cor. bon. mem. Vais*. De secunda inspectione *Rotam in Melevitana Canonicatus* 14. *Maji* 1725. *cor. clar. memor. Corio, in Caven. celebrationis Missarum* 17. *Martii* 1727. *cor. bon. mem. Gamaches, & in Placentina Beneficii* 8. *Aprilis* 1737. *cor. clar. mem. Calcagnin.* De tertia inspectione *Rotam in Lycien. Juris patronatus* 17. *Junii* 1720. *cor. bon. mem. Cerro, in Ravennaten. Fideicommissi* 24. *Februarii* 1744. *coram R. P. D. Canilliac, &* 14. *Maii* 1745. *cor. bon. mem. Vicecomite, in Novarien. Juris patronatus* 17. *Aprilis* 1744., *&* 26. *Junii ejusdem anni cor. clar. mem. Millin.* Et de quarta, & postrema inspectione *idem Supremum Tribunal in Romana Tenutæ Campi Merli super associatione* 28. *Januarii* 1724., *&* 15. *Januarii* 1725. *cor. clar. mem. Aldovrand.*

FAMILIARIS.

1 FAmiliarium nomine intelligi debent illi, qui vel patriæ potestatis subjiciuntur, vel Dominicæ, & expensis Domini continuo aluntur, indeque Commensales dicuntur; *cap. Ultim. de verbor. signific. in 6.* Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. part.* 2. *alleg.* 5. *num.* 2. cum plurimis aliis ibi citatis.

2 Unde ut Familiaris quis dicatur, requiritur mens, & dens, & sic præstatio victus. Rota *par.* 1. *recent. decis.* 584. *num.* 3.

3 Familiaritas enim vera, & actualis est, quæ contrahitur mente, & dente. Rota *part.*5. *tom.*1. *decis.*22. *num.*6. *part.*12. *de-*

4 *cis.* 257. *num.*11. *part.*17. *decis.*33. *num.* 5. Requiritur etiam ad contrahendam certam familiaritatem destinatio ad certum servitium. Rota *part.*1. *decis.* 584. *num.*3. *part.* 5. *tom.*9. *de-*

5 *cis.*22. *num.*6. Ut probetur vera familiaritas debet concurrere consensus Domini, & mens Familiaris illam contrahendi. Rota *part.*2. *decis.* 711. *num.*7. *part.*4. *tom.*1. *decis.* 403. *num.*7.

6 Et mens probatur ex servitute a Familiari præstita Domino, v. g. Cardinali exdeclaratione, & confessione ipsius Familiaris, & ex receptione servitii ex parte Cardinalis, & præstatione victus. Rota *part.* 4. *tom.* 1. *decis.* 453. *num.* 2. 4. *&* 6. Mens vero probatur ex eo, quod quis habuerit partem a Cardinali in pecunia, victum, & habitationem. Rota *ibidem num.*8. *&* 9.

8 Familiares Papæ sunt exempti a solutione pretii pro expeditione litterarum pro suis Beneficiis. Sixt. IV. constit. 16. in-

9 cip. *Divina*. Familiares Papæ non subduntur jurisdictioni Ordinariorum. Leo. X. Constit. 10. incip. *Regimini*. Fami-

10 liares Papæ inferioris familiæ, etiamsi habeant pensiones non tenentur gestare vestem clericalem. Sixt. V. Constit. 92. incip.

11 *Cum sacrosancta* §. 3. Reliqui vero Familiares Papæ tenentur,

12 *ibidem*. Familiares Papæ exempti sunt a Gabellis, & ceteris oneribus cameralibus, & non includuntur in revocatione facta ab Innocentio X. Idem Innocent. X. Constit. 7. incip. *Et*

13 *si ea*. Familiares Papæ non residentes possint percipere fructus beneficii; *cap. Cum Dilectus, de Clericis non residentib.*

14 Familiares tamen Papæ non percipiunt in absentia distributiones quotidianas; *cit. cap. Cum dilectus* juncta Glossa communiter accepta in *verb. Fructus*. Fagnan. *lib.*3. *decretal. in cap. Licet* 32 *de præbend. num.* 99. Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 22.

15 *num.*16. Papæ Familiarium, & Officialium Beneficia ubicumque morientium vacant in Curia. *Extravagant. de election. cap. Ex debito. Extravagant. de præbend. cap. Ad regimen. Ibidem.* Papæ Officiales, Cappellani, Nunci, Delegati

16 &c. dicuntur tales durante Officio. *Ibidem*.

17 Familiares Papæ ad effectum reservationis suorum Beneficiorum factæ in quarta regula Cancellariæ, sunt Cubicularii, & Scutiferi, *ex Constit.*14. *Leonis X.* Milites Sancti Pauli, *ex Constit.* 36. *Leonis X.* Milites S. Petri, *ex Const.* 23. *Pauli III.* Milites Pii, *ex Constit.* 5. *&* 16. *Piis IV.* Milites Lauretani, *ex Constit.* 35. *Sixii V.* Conclavistæ, *ex Constit.* 32. *Sixti V.* incip. *Circumspecta*. Commissarius Cameræ, *ex Constit.* 44. *Sixti V.* incip. *Ad excelsum*. Auditor Cameræ Confidentiarum, ex Constitut. Sixti V. incip. *Divina Dei providentia*. Et denique Paulus III. Constit. incip. *Sanctissimus*, declaravit reputari veros Papæ Familiares, & continuos commensales Referendarios, & alios Officiales ex Palatio panes habentes, Protonotarios, Subdiaconos, Auditores Rotæ, Acolythos, Secretarios, Litterarum Apostolicarum scriptores, Cubicularios, reliquosque Officiales deservientes, & custodiam facientes in Palatio Romani Pontificis pro tempore existentis, licet in eodem non habitaverint, nec in tinello comederint, quamvis enim illi revera non sint commensales Papæ, nec ullam partem victus illorum aliqui ab eo recipiant; tamen ex quo ipse Pada vult quod habeantur pro veris Familiaribus, & continuis Commensalibus, perinde est ac si realiter essent tales, & consequenter eorum Beneficia sunt reservata per regulam quartam Cancellariæ, Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar.* Glossa *si num.*16. Simoneta *de reservat. q.*75. *num.* 25. *&* 27. Barbosa *de Offic. & potest. Episc. part.*3. *allegat.*57. *num.* 16. & alii.

Familiares Cardinalium actu servientes sunt ab Ordinario- 18
rum jurisdictione exempti. Leo X. Constitut. 10. incip. *Regimini*. Qui tamen actu Cardinalibus non inserviunt, non 19
sunt exempti. *Ibidem.* Familiaritatis enim privilegio non gaudent, qui habent litteras Familiaritatis Cardinalium, si non sint vere Familiares. Rota *part.* 2. *decis.* 265. *num.*5. cum requiratur vera, & non ficta, vel ex privilegio Familiaritas. 20
Rota *part.*12. *decis.*174. *num.*40. *&* 54. Sunt tamen Familiares Cardinalium exempti ab Ordinariis, esto distent ab ipsis Cardinalibus ad recreationem. Leo X. in d. Constitut. incip. 21
Regimini. Familiares Cardinalium coram Auditore Camerę 22
conveniuntur. Julius II. Constit. 28. incip. *Decet*. Familiares Cardinalium, & Famuli moriente Cardinali non possunt ab herede exigere aliquid, quod sibi ex pacto non debetur. S. Pius V. Constit. 15. incip. *Sanctissimus*. Beneficia, vel Dig- 23
nitates Familiarum Cardinalium, etiam in Metropolitanis (ibicumque ii moriantur) vacant in Curia. Urbanus VIII. Constit. 6. incip. *Sanctissimus cap.* 4. Si excedant valorem decem Florenorum, *ibidem*. Beneficia Familiarium Cardi- 24
nalium etiamsi apud Sedem Apostolicam vacant, conferuntur cum consensu Cardinalium. Urban. VIII. in d. Constit. incip. *Sanctissimus cap.* 32. Beneficia Familiarum Cardinalium non censentur illa, quæ habent ratione officiorum, sed alia 25
quæ habent sive in Curia, sive extra. Urban. VIII. *ibid. cap.* 32. Beneficia Familarium Cardinalium morientium, si 26
alias collatio eorum spactaret ad alium Cardinalem, tunc dari possunt ab isto, non expectato consensu illius Cardinalis, cujus erat Familaris. Urban. VIII. *ibid. cap.* 33. Quod si talis 27
Familiaris moriatur in Curia, tunc Beneficia illa conferuntur a Papa cum consensu Cardinalis Collatoris, non vero Cardinalis Domini Familiaris mortui. Urban. VIII. *ibid.* Familiaris Beneficium dicitur reservatum, etiamsi is mortis suæ tem- 28
pore Familiaris esse desierit: sufficit enim ad hunc effectum, quod durante familiaritate Beneficia obtinuerit, quantumcunque parvo tempore duret familiaritas. Garcias *part.*5. *cap.*1. *numer.*279. Barbosa *de offic. & potest. Episcop. alleg.*57. *n.*113. & alii ibi citati. Familiares Cardinalium non dicuntur, qui in 29
eorum domibus habent expensas, seu partem, non ut Familiares, & Servitores, sed ut amici, & consanguinei. Rota *in una Salmant. & Ahul. Benefic.*6. *Junii* 1599. *coram D. Penna & in Hispalen. Archidiaconat.*20. *Februar. &* 26. *Junii* 1606. *coram D. Justo*. Nuncius non potest concedere familiaritates, & exemptiones ab Ordinario alicui, qui sibi actu non serviat, nec a se victum habeat. *Sacra Congreg. Episcop. in Florentina* 16. *Junii* 1617.

Episcopus Familiarem suum non subditum ordinare potest, 30
si per triennium secum fuerit commoratus, & Beneficium quacunque fraude cessante, statim reipsa illi conferat. Concil. Trident. *sess.*23. *cap.*9. *de reformat.* Debet tamen Episcopus, 31
quo ad hoc attendere novam dispositionem Innocentii XII. in Constit. incip. *Speculatores Domus Isral*, ubi sic expresse statuitur: „ Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis sub-
„ ditum Familiarem suum ad aliquos Sacros, seu Minores Or- 32
„ dines, vel etiam primam Tonsuram promovere, seu ordi-
„ nare præsumat absque ejus proprii Originis scilicet seu Do-
„ micilii Prælati testimonialibus litteris, & nisi ad præscri-
„ ptum Concilii Tridentini Familiarem prædictum per inte-
„ grum, & completum triennium, in suo actuali servitio se-
„ cum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit. Beneficium in-
„ super, quod ei ad vitam substentandam juxta modum supe-
„ rius præfinitum sufficiat, quacumque fraude cessante, sta-
„ tim hoc est saltem intra terminum unius mensis, a die fa-
„ ctæ ordinationis re ipsa illi conferat, ac in ordinationibus
„ hujusmodi Testimonio expressam itidem Facultatis, ac Lit-
„ terarum prædictarum mentionem facere teneatur.“ Unde 33
stante tali Const. Innoc. XII. non potest Episcopus Familiarem suum triennalem ad titulum Patrimonii promovere ad Sacros Ordines, ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ nullo collato Ecclesiastico Beneficio. Sic expresse decrevit *Sac. Cong. Concilii Tricaricen.*27. *Julii* 1567. in qua proposito dubio: „ An
„ stante novissima Constitutione Sanctissimi Domini nostri,
„ possit Episcopus Familiarem triennalem ad titulum Patri-
„ monii promovere ad Sacros Ordines ob necessitatem, vel
„ utile

„ utilitatem Ecclesiæ, nullo collato Ecclesiastico Beneficio? „ Respondit *negative*, est contra Garciam *de benefic. part. 2. cap. 5. num* 81. Barbosam in *summ. decis. Apostolic. verb. Familiares num.* 14. & alios afferentes antiquum Decretum.

34 Familiarem suum ordinare non potest Episcopus, si illi non contulit Beneficium quamvis possideat aliquod in alia Diœcesi; *Sac. Congr. Concilii* 22. *April.* 1617. Immo Familiaris ordina-

33 tus ad titulum Beneficii, quod in alia Diœcesi possidet, tamquam illicite ordinatus Suspensionem incurrit. *Sac. Congreg. Concil. in Fulginaten. 6. Septembris* 1687. in qua etiam monuit

36 Ordinantem ut consuleret conscientiæ suæ. Non potest Episcopus ordinare Fratrem, seu Nepotem suum absque dimissoris proprii Ordinarii sub prætextu quod illum uti Familiarem retinuerit domi propriis expensis, etiamsi ei conferat Beneficium. *Sac. Congr. Concil. in Calatina 7. Februar.* 1654.

37 Episcopus Sacros Ordines conferens in aliena Diœcesi de licentia Ordinarii potest etiam ibidem ad Ordines promovere Familiarem sibi non subditum, in quo tamen requisita ex dispositione Sacri Concilii Tridentini concurrant. *Sacr. Congr. Concil. 22. April.* 1604. Episcopus dispensare non potest cum

38 suo Familiari triennali alias non subdito super Interstitiis, *Sacra. Congr. Concil. 25. Junii* 1590. & sic decisum fuisse referunt Garcias *de benefic. part. 2. cap. 5. num.* 86. Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. part. 2. alleg. 5. num.* 14. & ab ipso ibi citati.

39 Episcopus tamen dispensare potest quo ad Interstitia cum Familiari suo jam ordinato, cui collatum fuit statim Beneficium qui ratione Beneficii collati, jam fuit effectus suus subdi-

40 tus *Sac. Congreg. Concil. 26. Maii* 1594. Episcopus in casibus in quibus potest ordinare suum Familiarem, potest & illi dimissorias concedere Barbosa *loc. cit. num.* 16. Campanil. *diversf. Juris Canonici rub. 9. n. 6.* & sic declarasse Sacram Congregat. Concilii refert Garcias *de Benefic part 2. cap. 5.*

41 *num.* 97. Episcopus Titularis prætextu cuiuslibet Familiaritatis, aut continuæ commensalitatis suæ aliquem absque proprii Prælati expresso consensu, aut Litteris dimissoriis ad aliquos Sacros, vel Minores Ordines, vel primam Tonsuram promovere seu ordinare non potest, quia ei ex quo tantum sit Titularis, talis promotio est expresse interdicta per Concil. Trid. *sess* 14. *de reformat cap. 2.* ibi: „ Nemo Episcoporum, „ qui Titulares vocantur, etiamsi in loco nullius diœcesis, „ etiam excepto, aut aliquo Monasterio cujusvis ordinis re„ sederint, aut moram traxerint, vigore cujusvis privilegii „ sibi de promovendo quoscumque ad se venientes pro tem„ pore concessi, alterius subditum, etiam prætextu familia„ ritatis continuæ, commensalitatis suæ absque sui proprii „ Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos „ Sacros, aut Minores Ordines, vel primam Tonsuram pro„ movere, seu ordinare valeat. Contrafaciens ab exercitio „ Pontificalium per annum, taliter vero promotus ab execu„ tione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum „ fuerit, ipso jure sint suspensi.

42 Familiares Papæ, vel Cardinalium (etsi Cardinales habitassent Romæ) atque etiam Episcoporum in Curia residentium, post triennium servitutis possunt de licentia ipsorum a Vicario Sanctissimi promoveri, dummodo tamen supradicti omnes

43 sufficientem titulum habeant, & alia a Jure requisita. Sic decisum fuisse referunt Armedar. *in addit. ad recopilat. legum Navarr. lib. 1. tit. 18. lib. 7. de Episcop. in declar. n.* 49. Barbosa *loc. cit. n.* 19. & alii apud ipsum. Cardinales Presbyteri possunt conferre suis triennalibus Familiaribus Tonsuram, & ceteros Ordines Minores. Rota *decis.* 731. *n.* 10. *part.* 1. *diversor.* Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 3.*

44 *num.* 15. cum pluribus aliis ibi citatis. Familiaris ut quis ad hunc & similem effectum dicatur, duo requiruntur, *Primum*, ut habeat victum. *Secundum*, ut fuerit destinatus ad aliquod certum servitium. Rota *part.* 1. *recent. dec.* 584. *n.* 3. Barbo-

45 sa *loc. cit. n.* 15. Triennium in quo familiaribus commorandum est cum Episcopis ad effectum, ut possint ordinari, sufficit quod inceperit antequam fuissent Episcopi. Si decisum fuisse referunt Garcias *cit. c. 5. n.* 83. Barbosa *l. cit. alleg. 5. n.* 8. & super Tridentin. *sess. 23. de reformat. cap. 9. n. 9.* & plures

46 alii ibi citati. Et sic pariformiter est dicendum de triennio familiarium Cardinalium. Triennium hujusmodi debet esse continuum. Campanil. in *diversor. Juris canonici rub. 9. c. 9. n.* 12. Navarr. in *singul. canon. concl.* 103. *n.* 3. Barbosa *d. alleg. 5. n. 9. & super Trident. loc. cit. n.* 8. cum aliis ibi citatis.

47 Familiares duos Canonicos sive de Cathedrali, sive de Collegiata, & non plures pro servitio suæ Diœcesis assumere potest Episcopus. *Sacr. Congr. Concil. in Colonien. 9. Septembris.* 1628. Familiaris Episcopi Canonicus, quem ille declara- 48
vit velle pro servitio suo retinere, lucratur integros fructus suæ præbendæ, quamvis nunquam accesserit ad Ecclesiam, nec primam residentiam a statuto illius Ecclesiæ requisitam fecerit. *Sacr. Congr. Concil. in Compostellana 2. Julii* 1663. Familiares Episcopi etiamsi sint Laici gaudent privilegio Fori. 49
S. Cong. Episcop. & Regul. in Regien. 14. Febr. 1581. *& in Turritana* 18. *Maii* 1603. *& Sacr. Congreg. Immunit. in una Montis Politiani* 13. *Julii* 1647. ubi declaravit ipsos Familiares Episcopi gaudere privilegio Fori, & posse deferre arma. Familiares etiam Episcopi Titularis gaudere debent privile- 50
gio Fori, ita tamen ut conveniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci, ubi degunt, non vero ab Episcopo, seu Archiepiscopo Titulari. *Sac. Congr. Immun. in Regien.* 17. *Januar.* 1628. Familiares Episcopi, & Ministri suæ Curiæ sunt 51
omnino exempti a Foro Laico. *Sacr. Cong. Immunit. in Adjacen.* 11. *Junii* 1704. Etiam familiares Eminentissimorum Cardinalium gaudent privilegio fori, *Sacr. Cong. Immunit. in Cesenaten.* 30. *Julii* 1680. Episcopi tenentur dare nomen suorum familiarium Curiæ Laicali. *Sacr. Congreg. Immunit.* 52
in Panormitana 16. *Augusti* 1634. Cognitio causæ familiaris 53
actualis Archiepiscopi, scilicet Pincernæ, deferentis arma prohibita vigore Edicti publicati a Curia Legationis spectat ad forum Ecclesiasticum. *Sac. Cong. Immun. in Ravenat. Decemb.* 1680. Quoad carcerationem Præfecti Cameræ Nun 54
cii factam a Cura Laica ob delationem armorum prohibitorum, licet die sequenti excarcerati de ordine Regis, Nuncius declaret Excommunicatos & carcerantes, & Corrigitorem qui ordinavit, ut detineretur in carceribus. *Sac. Cong. Immunit. in Vlisipon. 6. Junii* 1630. In eadem causa datur Nuncio facultas absolvendi Corrigitorem, & alios carcerantes Præ- 55
fectum Cameræ d. Nuncii, qui ob hanc causam missi fuere in exilium a Rege, *Sacr. Congr. Immunit. in Vlisipon. 16. Februar.* 1681. Ob attenta facta a Regiis ministris in Personam 56
Familiaris Archiepiscopi scilicet Aurigæ, carcerati, processati, & justitiati, iidem Ministri Regii fuere ab eodem Archiepiscopo absoluti in forma Ecclesiæ consueta. Ex decreto *Sac. Congr. Immunit. in Neapolitana* 22. *Julii* 1660. Fiscalis, quem Episcopus tenet in aliqua Civitate, vel Castro, in quo 57
spiritualem, & temporalem jurisdictionem exercet tamquam ipsius Episcopi familiaris, gaudet privilegio fori *Sacr. Congr. Episcop.* 11. *Decembris* 1625.

Familiares, & Ministri Inquisitionis fruuntur indulgentiis, 58
aliisque privilegiis tam spiritualibus, quam temporalibus concessis Crucesignatis. Paramus *de origin. Inquisit. lib. 2. tit. 1. cap. 3. num. 8. & cap. 4. per tot.* Carena *p. 1. de Offic. Inquisit. tit. 14. §. 6. num.* 25. Card. Petra *tom. 4. Comment. in Constit.* 59
19. Innocentii IV. num. 3. & alii passim. Et præsertim possunt deferre arma. Cardinal. Petra *ibidem num. 4.* Familia- 60
res Inquisitionis fruuntur privilegio Fori Inquisitionis. *Ita communis* apud Paramum *loc. cit. lib. 3. q. 6. num. 27.* & Card. Petram *loc. cit. num. 5. & 6.* & plurimos alios ibi citatos. Fa- 61
miliares, & Ministri Inquisitionis in Officio delinquentes puniri debent privative ab Inquisitore, ut statuitur *in Clement. 2. de hæretic.* & notant Gonzalez *in cap. Dilecto de offic. Archidiaconi num.* 12. Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 22. num. 36.* Bobadil. *in polit. lib. 2. cap. 17. num.* 127. Petra *loc. cit. numer. 9.* & pluries a Suprema Inquisitione resolutum refert 62
Card. Albitius de *inconstant. in fide cap. 29. num.* 48. Familiares, & Ministri censentur in Officio delinquere, si in usu armorum delinquant, & per hoc puniri debent ab Inquisitore. Carena *loc. cit. tit. 14. §. 4.* Card. Albit. *cit. cap. 29. num.* 63
10. Card. Petra *loc. cit. num.* 10. Tales Familiares, & Ministri necessarii Inquisitioni, ii scilicet sine quibus Inquisitores eorum munus commode explere neque unt, gaudent privilegio Fori, etiamsi extra Officium delinquant. Sic in casu Nuntii Inquisitionis Senensi fuisse discussum in Suprema Inquitione, refert Card. Albit. *cit. cap. 29. num. 48. verf. Ministri, & verf. Et in puncto*, & cum pluribus aliis tenent Card. Petra *loc. cit. n.* 22. Familiares, & Ministri Inquisitio- 64
nis, sicuti nec ipsi Inquisitores, si sint Beneficiati, in eorum absentia non lucrantur de jure distributiones, nisi ad id speciale privilegio obtinuerint. Sic pluries resolvit *Sac. Congr. Concilii, & signanter in Toletana 4. Junii* 1595. *lib. 8. decr. pag.* 40. *& in Mediolanen. 3. Febr.* 1635. *lib. 15. decret. pag.* 65
156. Familiares, & Ministri Inquisitorum non satisfaciunt præcepto annuæ Communionis per hoc, quod in Communione Generali fieri solita Feria V. in Cœna Domini ab Inquisitoribus Eucharistiam sumpserint, sed illam sumere debent a pro-

proprio Parocho, ut resolvit *Sac. Congr. Concil. in Neapoli-*
66 *tana 3. Julii* 1666. Familiares, in Monasteriis Regularium degentes satisfaciunt præcepto Paschali recipiendo Eucharistiam ab ipsis Regularibus. Vjd. *verb. Eucharistia n.* 17.

67 Familiares Episcoporum illi solum gaudere debent privilegio Fori, quos in jure, & justa consuetudine loci cujuslibet usque ad hunc diem pro familiaribus, & Officialibus habitos & deputatos esse, & haberi, ac deputari solitum est. Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 85. incip. Alias §. 9.

Novæ Additiones ex aliena manu.

1 AGit hic *Auctor* de Familiaribus Papæ, Cardinalium, tum Episcoporum, at parce pro vastitate materiæ. Differere de iis omnibus latius possemus, sed ne nimii simus, de Familiaribus tantum Episcoporum verba faciemus.

Ex consuetudine primum Episcopi ordinare coeperunt Fami-
2 liares suos *triennales*, quamvis nec originis, nec domicilii, nec Beneficii ratione sibi subditos; *Hallier de Sacr. Elect. & Ordinat. part. 2. sect. 2. cap. 3. §. 2.* ubi quod hæc consuetudo ortum habuit a *Concilio Arausicano I.* sub *Leone* Papa I. celebrato. Consuetudinem hanc approbarunt deinde *Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 9. de Reformat. & S. M. Innocen. X. I.*
3 in celebri Constitutione, quæ incipit: *Speculatores*, sed certis additis conditionibus. Et constitutionem hanc comprehendere etiam Cardinales Episcopos, ut nequeant Familiares suos ordinare non servatis Legibus ab ipsa præscriptis, refutato *Moreno*, probat *Monacell. in Formular. tom. 3. pagin. 231. n. 46. & sequent.*

Plura vero concurrant oportet, ut Episcopus ordinare va-
5 leat Familiares suos triennales. I. Quod ordinet cum Litteris testimonialibus Episcopi originis, seu domicili. Idque additum fuit a dict. Constitutione, *& a Sacr. Congregat. Concilii interpr. in Laquedonien. seu Bituntina Ordinationis* 16. *Novemb.* 1709.

6 II. Quod triennium sit continuum, nec notabili aliquo spatio temporis interruptum, ut refutato pariter *Moreno* firmat
7 *Monacell. Formular. pag. 232. num. 43., & seq.* Sufficit vero, quod triennium sit incæptum ante promotionem ad Episcopatum, ut rejecto *Lamperez* probat *Riganti in Comment. ad Regul. Cancellar. Regul. XXIV. §. 3. anum.* 14. *ad plur. sequent.*

8 III. Quod Familiaris toto triennii tempore manserit sub oculis, & præsentia Episcopi, illius obsequio, & servitio addictus. Quare si manserit extra Diœcesim, & Civitatem in
9 qua Episcopus residet, quamvis expensis Episcopi, non poterit ab eo ad Ordines promoveri; *Monacell. eodem loco pagin. 233. num.* 58. ubi refutat. *Morenum*, qui tenet Familiarem non in ædibus Episcopalibus, sed tantum intra Diœcesim Episcopi domini sui, aut licet extra Diœcesim, prope tamen ipsum manentem non prohiberi ad Ordines ratione absentiæ
10 promoveri. Cohabitatio vero in eodem Palatio Episcopali non requiritur, ut reprobato *Lamperez* firmat *Riganti ubi supra*
11 *n.* 151. Nequit autem Episcopus, & recte monet *Auctor numer. 36.* Nepotes, & consanguineos suos secum simul in eodem Palatio, etsi per triennium habitantes. & ab ipso victum recipientes, ordinare, nisi revera inserviant, ita ut sint Fa-
12 miliares. Deo eo vero quæstio est, an Episcopus ordinare valeat Familiarem triennalem Familiaris sui. Et affirmat *Riganti eodem loco num. 163. & seq.* dummodo Subfamiliaris ille vivat expensis ipsius Episcopi, & sub ejus oculis una cum Familiari semper manserit.

13 IV. Quod conferat ordinato intra mensem a die factæ ordinationis Beneficium sufficiens ad congruam sustentationem juxta taxam Diœcesis ejusdem Episcopi domini,
14 & ea deficiente juxta morem Regionis. Quod si Beneficium sit tenue, nequit quod deest suppleri adjectione patrimonii, vel etiam pensionis, & quidem non obstante necessitate, vel utilitate Ecclesiæ. Cæterum si Episcopus Familiari, seu Clerico ante completum triennium familiaritatis Beneficium sufficiens conferat, non prohibetur illum ulterioribus Ordinibus insignire triennio non dum elapso. Hoc enim casu ordinatio non sequeretur ratione familiaritatis, sed Beneficii; *Riganti loco citato num.* 161.

15 Reliquum est, ut examinemus, an Episcopus sicuti potest ordinare Familiarem suum triennalem, ita impertiri ipsi possit literas dimissoriales, ut ab alio Episcopo ordinari valeat;
16 Negat post alios *Fermosin. in cap. Quoad translationem q. 5.* *Ferr. Biblioth. Tom. III.*

num. 28. de tempor. ordin. At *cum Auctore* affirmat *Riganti ubi supra num. 167. & plur. sequent.* idque quia si licet Episcopo quod plus est ordinare, licere debet quod minus est 17
concedere dictas literas dimissoriales.

FAMULI, FAMULÆ.

FAmuli, & Famulæ, quæ inserviunt Monasteriis Moni- 1
lium, quamvis exemptarum, nullum habent privilegium; sed sicuti ceteri alii Parochiani tenentur adimplere præceptum Paschale in Ecclesia Parochiali, & ibi sepeliri debent si alibi non elegerint sepulturam: nec habeant proprium sepulchrum majorum; Adproprium Parochum spectat eisdem ministrare Sacramenta, dum sint infirmi, & ad Sepulchrum eosdem associare, non autem ad Confessarium Monalium, ut respondit *Sacra Congregatio Concilii in una Leadien.* 24. *Aprilis* 1685. *& in alia Spoletana* 19. *Aprilis* 1691. inter Famulas Monialium Sancti Matthæi Congregationis Lateranensis, quæ habitabant in domo extructa inter Cortile, sive atrium Monasterii & Parochum Sancti Martini, intra cujus Parochiæ limites Monasterium exitit; & novis- 2
sime *in vlixbonen. occidentalis* 19. *Septembris* 1722. Famuli Regularium qui tantum ipsorum Monasteriis deserviunt, sed in eis non sunt de Familia, nec continui commensales, & cum secularibus exteris extra Monasteria habitant, subjacent quoad Sacramenta, & sepulturam proprio Parocho, sicuti ceteri alii Parochiani. Vid. verb. *Approbatio numer. 69.* & verb. *Eucharistia numer.* 18. Famuli autem, qui sunt continui 3
commensales in Monasteriis Regularium degentes, subjacent omnino ipsis Regularibus quoad Sacramenta, & Sepulturam independenter ab Episcopis, & Parochis. Vid. verb. *Approbatio a numer. 66. ad 68. & verb. Eucharistia numer.* 17.

Famuli, & Famulæ tenentur suis Dominis aliquo modo 4
præstare ea, quæ filii parentibus, scilicet amorem, reverentiam, & obedientiam; sunt enim illi quasi loco parentum. *Est Communis* cum S. Thoma 2. 2. *q.* 303. Reginald. *lib.* 20. 5.
num. 62. Hinc peccant graviter, & tenentur ad compensationem damni, si non laborant, & fideliter non serviunt juxta pacta conventa, & juxta conditionem, & qualitatem suæ servitutis, Lessius *lib.* 2. *cap.* 24. & communis aliorum. Item 6
graviter peccant, si grave damnum inferant, vel inferri permittant, cum impedire possint, Navarr. *cap.* 4. *num.* 22. Re- 7
ginald. *loc. cit.* & alii communiter. Et si tale damnum inferatur (sive a confamulis, sive ab extraneis) in rebus, quarum cura est eis specialiter commissa, aliter quod graviter peccant, 8
tenentur insuper ad restitutionem. Lessius *cap.* 13. *n.* 75. Filliuc. *tom.* 37. *num.* 114. Molina, & alii passim. Item graviter peccant, si sine gravissima causa discedant a Domino ante 9
terminum elapsum. *Communis*. Item graviter peccant, si in 10
rebus momenti non obediant Dominis. *Communis*. Item graviter peccant, esculenta, & poculenta domo asportando, aut vendendo, & licet hæc solum per pauca furta faciant magnam summam totalem, adhuc sub mortali tenentur ad restitutionem, unde merito Innocent. XI. 2. *Martii* 1679. inter alias damnavit sequentem propositionem 38. in ordine: *Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum, est per pauca furta quantumcumque sit magna summa totalis.* 11
Excusantur tamen facilius, si ea domi consumant, cum in his Domini sæpe tantum sint inviti quoad modum accipiendi clam, non quoad rem; dummodo tamen non sint extraordinaria, & in magna quantitate, vel Domini expresse ipsis prohibeant uti talibus esculentis, & poculentis. Layman, Escobar cum Busemb. *lib.* 3. *p.* 1. *tract.* 5. *c.* 1. *dub.* 4. *num.* 10. Less. *loc. cit. num.* 48. ubi docet quod furta minima Famulorum ex comestilibus, quæ claudi non solent non coalescant, si non ad vendendum, sed ad comedendum tantum accipiantur. (a)

(a) Quomodo sententia Laymani, Escobarii, Busemb. & Lessii sustineri possit post damnationem Propositionis 38. inter damnatas ab Inn. XI., prorsus ignoro. Scio. Theologos etiam magni nominis in hac esse sententia, ut si aliquando Famuli comestibilia degustent, non statim eos peccati esse damnandos. At vero, asserere quod furta minima famulorum ex comestibilibus non coalescant, salvo meliori judicio, a nimia laxitate non excusarem.

12 Famulus illicite cooperatur peccato Domini per actiones, quæ per se, & proxime ad illud peccatum concurrunt. La
13 Croix *lib. 2. cap.* 253. Etiam peccat ponendo actiones de se, & secundum suum esse physicum indifferentes, quoties hic, & nunc sunt proxime ordinatæ ad peccatum, ut admovere scalas, aut humeris sustentare volentem ascendere ad stupr andam Virginem, vel ad occidendum hostem. Viva *supra*
14 *propos.* 51. *num.* 4. *ex damnata ab Innocentio XI.* La Croix *loc. cit. num.* 253. Etiam peccat mortaliter tales actiones multoties ponendo, nec potest a culpa excusari ob quemcumque metum. Viva *loc. cit. num.* 4. La Croix *loc. cit. num.* 254. & ratio est, quia actiones, seu operationes illæ positæ in illis circumstantiis videntur per se, & proxime tendere ad peccatum, unde sunt intrinsece malæ, nec possunt ex ulla causa cohonestari. Hinc justissime Innocentius XI. 2. *Martii* 1679. inter alias damnavit sequentem propositionem 51. in ordine:
„ Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum
„ suum ascendere per fenestras ad stuprandum Virginem, &
„ multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo ja-
„ nuam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter,
„ si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a Domino
„ male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expel-
15 „ latur „. Item peccat famulus, qui scribit, vel ad alterum defert litteras, aut nuntia directe tendentia ad peccatum, v. g. ad fornicationem, vel duellum; Ita Sanchez, Bonacina, Rebellus cum La Croix *loc. cit. num.* 273. Et ratio est, quia dicunt ipsi, hæc nuntia, & hæ litteræ sunt intrinsece malæ, & sic sentit Viva *loc. cit. num.* 5. ubi cum Navarr. contra Sanchez *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 12. docet peccare Famulum comitando herum ad lupanar, & comitando Concubinam ad domum heri, Imo Viva *ibid. num.* 5. *in fine* nec subscribit sententiæ Sanchez *loc. cit. num.* 29. putantis quod sola ratio famulatus sufficiat, ut licite possit famulus jussu heri deferre Concubinæ munuscula, aut esculenta: cum enim hæc munuscula, dicit ipse, foveant ignem tartareum, major causa videtur requiri ad reddendas licitas hujusmodi actiones. Si famulus du-
16 bitet, an litteræ deferendæ contineant turpia, vel aliquid aliud intrinsece malum, licite potest eas deferre, quia famulus tenetur obedire, ubi non est peccatum, & in dubio stat præsumptio pro Domino; Caltropal. Rebell. & alii cum La Croix *loc. cit. num.* 273.
17 Famuli, & famulæ coacti laborare die festo, si non audeant recusare, ex quo prudenter timeant se posse Dominos suos ad gravem indignationem commovere, & inde sibi magna evenire incommoda, possunt aliquoties licite laborare. Quod si tamen frequenter contingit, eos deserere debent; Layman. *lib.* 4 *tract.* 7. *cap.* 4. *num.* 3. Illsung. *tom.* 5. *n.* 177. La Croix *lib.* 3. *part.* 1. *num.* 595. Busemb. *lib.* 3. *part.* 1. *tract.* 3. *cap.* 1.
18 *dub.* 2. Suarez, & alii passim. Famuli, & famulæ excusantur ab audienda Missa die Festo, si ministerium quod præstant secundum communem æstimationem, & vivendi modum sit necessarium, & non permittat audiri Missam, ut domum custodire, greges educere, si pastores ovium & armentorum & similes non habeant alios, quos ad pecorum, aut domus custodiam relinquant, nec possint diversis horis, & alternis vicibus omnes Sacro interesse; *Communis*. Famuli, & famulæ
19 nequeunt licite famulari Judæis in propriis domibus; *cap. Judæi* 5. *cap. Ad hæc* 8. *cap. Nulli* 19. *de Judæis*. Licet tamen
20 eis famulari extra proprias domos, v. g. conduci ad operas, esse Colonum, vel Agricolam, ut patet experientia, hi enim proprie non sunt servi; Ita Layman *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 16.
21 *n.* 1. La Croix *lib.* 2. *num.* 86. qui ibidem subjungit; Item licebit die sabbathi eos adire, & illis coquere. At rectissime faciunt Ordinarii illi, qui hoc expresse vetant, ut sapientissime, & justissime fecit D. Albertus Mugiasca Episcopus Alexandrinus, & Inclyti Ordinis Prædicatorum Alumnus in suo Edicto edito 30. Januarii 1686., ibi „ Comandiamo a
„ tutti li Fedeli di Gesù Cristo consegnati alla nostra custodia
„ l' osservanza di quanto disponga li sudetti Concilii Pro-
„ vinciali, proibendo sotto pena dell' Interdetto personale
„ dall' ingresso della Chiesa tanto agli Uomini, quanto alle
„ Donne... l' andare il Venerdì alla sera, ed il Sabbato nel-
„ le case loro per accenderli il fuoco, scaldarli il letto, e fa-
„ re altri esercizj vili, e di manifesta servitù.
22 Non licet famulari hæreticis, si ob conversationem illam Famuli, & Famulæ sint in periculo proximo deficiendi a Fide; sed tales tenentur statim discedere cum quocumque etiam incommodo, quia non licet permanere in proximo periculo peccandi. Unde Innocentius XI. die 2. Martii 1679. merito damnavit sequentes propositiones 62. in ordine; „ Proxima
„ occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua
„ utilis, aut honesta non fugiendi occurrit, *& 63. in ordi-*
„ *ne*: Licitum est quærere directe occasionem proximam
„ peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel
„ proximi. „ Nec etiam licet famulari hæreticis, si famuli, & Famulæ impediantur ab observatione præcepto-
23 rum Ecclesiæ, verb. grat., quia debent negligere Missam, laborare serviliter diebus festis, carnes comedere diebus vetitis, & hujusmodi, nisi excusetur notabile incommodum, ubi recte Navarr. Sanchez. Layman, Bonacina, & alii communiter cum Castropal *tit.* 22. *quæst. ult. num.* 6. La Croix *lib.* 2. *n.* 103. Possunt tamen Famuli licite famulari hæreticis
24 nec tenentur deserere ipsos Dominos hæreticos, quando impediuntur ab observantia præceptorum Ecclesiæ, v. g. ab audiendo Sacro, & hujusmodi ex justa causa, quia nempe occupantur in ministerio juxta communem æstimationem, & vivendi modum necessario, uti si debeat educere, & custodire gregem, vigilare in excubiis militaribus, navigari in mari per aliquot menses, & hujusmodi. Et ratio est, quia illa etiam apud Dominos Catholicos excusant ab auditione Sacri, & hujusmodi, uti fuit dictum supra *n.* 18. Sic Layman, Sa, Gobat. cum La Croix *l. c. cit. num.* 105. Famuli tamen, &
25 Famulæ priusquam se obligent famulari hæreticis debent expresse pacisci, quod non impediantur observare præcepta Ecclesiæ, aliter se exponerent proximis periculis illa non observandi, & sic peccarent, *Communis*.
Famuli, & Famulæ, quamvis judicent salarium suum esse nimis parvum, non possunt retinere pecuniam aliunde suis
26 Dominis debitam Sic cum variis aliis Carden. *in 2. Crisi. d. 23. a num.* 66. La Croix *lib.* 3. *part.* 1. *num.* 972. Nec Famuli, &
27 famulæ Sartorum licet judicent salarium suum esse nimis parvum possunt retinere fragmenta panni, fila serica, & hujusmodi. Et idem dicendum videtur de ipsissimet Sartoribus, seu Magistris, si invitis illis, qui vestes constituunt, retineant ejusmodi reliquias; Sic Villalob. Diana, & alii; Lugo *disp.* 16. *numer.* 83. *&* 85. cum La Croix *loc. citat. num.* 973. contra Sanchez, & alios. Non censentur autem inviti, nec
28 solent ordinarie talia fragmenta repetere illi, quibus vestes factæ non reficiuntur. Quando autem Famuli, & Famulæ possint, vel non, uti occulta compensatione, vide *verb. Compensatio per tot.* ubi assignantur conditiones ad licitam compensationem requisitæ, & traditur etiam sequens propositio ordine 37. inter damnatas ab Innocent. XI. 2. Martii 1679. *Famuli, & Famulæ domesticæ possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam quam majorem judicant salario, quod recipiunt*. Quando, & de quibus Famuli, & Famulæ possint
29 facere eleemosynam, Vid. verb. *Eleemosyna*.

Novæ additiones ex aliena manu.

FRequentes in foro sunt controversiæ Parochos inter, & Regulares, circa administrationem Sacramentorum Famulis ipsorum Regularium, tum sepulturam eorumdem. Ce- 1
terum si agatur de Famulis non particularis alicujus Religiosi, 2
sed Communitatis, & præterea *actu servientibus, intra eo-* 3
rum septa, & domos residentibus, tum *viventibus sub eorum obedientia*, scilicet non *religiosa*, sed *se. vili*, possunt iis Regulares administrare Sacramenta Eucharistiæ etiam tempore 4
Paschatis, ac Extremæ Unctionis, nec non sepulturam dare, ut rescripsit S. Congregatio Concilii interpres *in Vratislavien. Jurium Parochialium* 25. *Januarii* 1738.
Patet hinc, Regulares a Superioribus Ordinis tantum approbatos ad excipiendas confessiones, haud posse Sacramen- 5
tum Pœnitentiæ administrare Famulis Communitatis tametsi habentibus mox dictas tres conditiones. Posse vero censet P. *Gaudent. a Janua de Visitat. tom.* 2. *cap.* 7. *dub.* 17. *sect.* 4. 6
num. 39. si induant præterea *distinctum habitum a Sæcularibus* ut sunt oblati donati Tertiarii. Imo addit, quod possint etiam 7
eos absolvere a casibus, quos Episcopus sibi reservavit. Intelligo vero semper de iis, qui Communitati servitium præstant.

FENESTRÆ.

NEmo potest in muro alieno sine servitute fenestram con- 1
struere, & aperire, *l. Altius, Cod. de servitut.*, ibi; *In pariete vero tuo si fenestram Julianus vi, vel clam fecisse convincatur, sumptibus suis opus tollere, & integrum parietem*

tem restituere compellitur. Hoc præcipue locum habet in Ecclesia propter honestatem, & reverentiam illi debitam; *Clem.* 1. *de sent. excomm.*, ibi; *Aut in eis factis fenestris*, ibidemque Butrius *in fine*, ubi quod temerarie agunt, qui construunt hujusmodi fenestras, & in illis audiunt divina, Sabell. *in select. canon. cap.* 3. *num.* 119. Barbosa *lib.* 1. *Jur. Eccles. univ. cap.* 11. *numer.* 28. Pignatell. *tom.* 4. *consult.* 129. *numero* 1.
3 Unde S. Pius V. anno 1566. mandavit claudi omnes fenestras vicinorum, ex quibus haberi poterat prospectus in Ecclesias ut refert Tusch. *de visit. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. in cujus sequelam Decret. suum edidit Cardin. Sabellus ejus Vicarius præcipiens omnibus has fenestras habentibus, quod deberent illas claudere, relatum a Quaranta *in summa Bullar. verb.*
4 *Reverentia Divinorum*. Pro cujus S. Pontificis Oraculi punctuali executione Sac. Congr. Episcop. semper respondere solet, vel denegando facultatem fenestras aperiendi, vel mandando claudi illas, quæ de facto apertæ fuerunt. Cujus Sacr. Congr. multa Decreta referunt, & sequuntur Pignatel. *tom.* 4. *consult.* 129. *num.* 3. *ad* 9 Nicol. *in Flosc. verb. Fenestra num.* 1. Pacichel. *de distantia cap.* 6. *membr.* 4. *nu.* 28. Barbosa *liber.* 1. *jur. Eccles. universal. capitul.* 11. *num.* 28. Card. de Luca *de servitut. disc.* 16. *num.* 2. Monacell. *tom.* 1. *tit.* 5. *formul.* 8. *num.* 14. Ursaya *tom.* 4. *part.* 2. *discept.* 14. *a num.* 40. & signanter *in nullius* 11. *Septembris* 1615. *& in alia Nullius* 5. *Martii* 1619. *in Cafertana* 8. *Junii* 1646. *in Cosentina* 14. *Decembr.* 1646. *in Calven.* 26. *Septembris* 1652. *in Veronen.* 15. *Junii* 1655. *in Alexanen.* 14. *Novemb.* 1659. *in*
5 *Pisaurien.* 3. *Octobris* 1692. Quem sane rigorem non sine bonorum laude nostris temporibus inexorabiliter ad praxim reduxit tam *in Leodien.* 7. *Augusti* 1705. quando (effectu punctualiter subsecuto) injunxit Nuncio Colonienssi clausuram fenestræ apertæ in Ecclesia Carmelitarum, quam *in Ulixbonen.* 5. *Martii* 1710. nolens exaudire preces primariæ Nobilitatis viri Comitis de Sousa pro simili gratia se exhibentis assignare Capitale bissmillium Cruciatorum Ecclesiæ, in qua prætendebat aperire fenestram, & novissime *Sacr. Congregat. Visitationis Apostolicæ in Romana fenestræ* 25. *Januar.* 1717. ut refert Ursaya *loc. cit. num.* 95. qui *ibid. num.* 46. refert se-
6 quens Decret. *Sac. Congreg. Episcop. in Avellin. Indulti* 5. *Julii* 1719. ponente Card. Paracciano, in qua licet ageretur de petitione nedum insignis Benefactricis Antoniæ Spinolæ Principissæ Avellini, sed etiam Patronæ ejusdem Civitatis, ubi aderat Ecclesia Patrum Dominicanorum, qui eorum pariter humillimas preces porrigebant pro eadem gratia. Nihilominus dicta Sacra Congr. Episcopor. gratiam restrinxit ad vitam solius Oratricis per hæc præcisa verba; *Pro gratia quoad fenestram cum duplici Crate ferrea, & ad vitam Oratricis tantum*. Vide verb. *Ecclesia artic.* 5. verb. *Porta*, & verb. *Prospectus*.
7 Non sunt permittendæ fenestræ respicientes in Monasteria Monialium, ut pluries declaravit Sacr. Congregat. Episcop. & signanter *in Mediolanen.* 5. *Martii* 1602., ibi; *Non esse permittendas fenestras respicientes Monasterium, statim claudi debere ab Ordinario*; & *in Lycien.* 28. *Februar.* 1605. in qua dixit, quod nullo modo debet esse prospectus in Mo-
8 nasteria Monialium, *& in Portugallien.* 16. *Aprilis* 1605. in qua statuit, quod ne quidem a fenestris Campanilis Ecclesiæ vicini potest haberi prospectus in Monasteria Monialium, sed pleno muro tales fenestræ debent obstrui, ut *in Aquilana* 31.
9 *Julii* 1612. Debent obstrui etiam fenestræ illæ, quæ sunt in Monasterio Monialium, per quas videre possunt, ac videri, ut *in Parmensi* 28. *Novemb.* 1636., ibi; *Doversi murare a muro pieno alcune aperture con gelosie fatte nella faccia della*
10 *Chiesa, per le quali potevano vedere, ed esser vedute*. Nec debet permitti alicui ædificium tollere, si per illud haberetur prospectus in Monasterium, ut *in Interamnensi* 15. *Maji* 1612.
11 & *in Barensi* 18. *Februar.* 1617. Imo sunt demoliendæ mansiones constructæ in viculo intermedio, & claudendum est ambulacrum, quod a tecto imminet Monasterio, eique prædominat, ut *in Assisiensi* 11. *Junii* 1653. Non obstante quali-
12 bet appellatione, vel recursu, ut *in Conversaxensi* 8. *Augusti ejusdem anni* 1653. Fenestræ, & quævis alia foramina Regularium spectantia in hortum, vel Clausuram Monialium omnino claudenda sunt; *Sacr. Congreg. Episcop. & Regular. in Amelien.* 23. *Decembris* 1603. & *in Neapolitana* 2. *Decemb.*
13 1636. Fenestræ Monialium tam altæ debent esse, ut ad Lumen tantummodo serviant; *Ead. Sacr. Congregat. in una Civitatis Castell.* 12. *Martii* 1601.
14 Et quando aliunde nequeant lumen habere fenestræ, quæ *Ferrar. Biblioth. Tom. III.* respiciunt in publicas vias, debent tubis muniri, & ita aptari, ut per ipsas nequeant Moniales videre, nec alloqui cum transeuntibus; *Ead. Sacr. Congreg. in Teanen.* 16. *Octobr.* 1615. ibi: „ Quando le stanze de' Monasterj, che anno le fenestre
„ in strada, possino avere il lume altronde, le farete ad o-
„ gni modo murare, ma quando restassero cieche, ordinare-
„ te che si mettano le trombe alle medesime fenestre, e si
„ acconcino di maniera, che non si possa nè vedere, nè par-
„ lare con chi passa per la via. Nec tolerari debet, quod 15
propter vicinitatem, & correspondentiam fenestrarum Moniales possint videre vicinos, vel videri; *Ead. Sacr. Congreg. in Neocastren.* 16. *Augusti* 1594. Fenestræ Communionis 16
inservire non debent pro Colloquutoriis Monialium, minusque Confessionaria exceptis Sacris functionibus solitis fieri ab Episcopis; *Sacr. Congreg. Episcop. in Encyclica Epistola sub die* 30. *Octobris & 3. Decembris* 1706. Fenestræ Regula- 17
rium quomodo, & quando claudi debeant quando habent prospectum in vicinas Ædes sæcularium, *Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. in Camerinen. Fenestrarum* 13. *August.* 1717. Ponente Card. Scrattembac. Vide Ursayam *tom.* 2. *part.* 2. *discept.* 6. *per totam*. Fenestrarum aperitioni quando locus 18
sit in Monasteriis Monialium? *Sacr. Congreg. Episcopor. in Neapolitana* 16. *Januar.* 1711. Ponente Card. Corsino; Vide Ursayam *tom.* 5. *part.* 2. *discept.* 5. *per totam*. Prohibetur Mo- 19
nialibus sub gravibus pœnis usus telescopii, sive conspicilli tubati longioris; *Sacr. Congr. Episcop. in Anconitana* 1. *Octobris* 1627.

Novæ additiones ex aliena manu.

NEmini licet habere Fenestras, ex quibus pateat aspectus 1
in Monasteria Monialium, ut firmat *Auctor. num.* 7. *&*
sequent. Cæterum hac cum distinctione est procedendum. Si 2
e conspectu antiquæ domus novum Monasterium Monialium 3
sit constructum, non sunt statim claudendæ Fenestræ domus illius, aut repagula ipsis apponenda. Sed remedium est ad- 4
hibendum ex parte sentientis minus præjudicium. Idque summa ratione; quia nihil in hoc casu imputari potest domino antiquæ domus. Idem est, & quidem ex eadem ratione, si utrum- 5
que ædificium sit antiquum, sed ex innovatione aliqua facta a Monialibus, e fenestris domus aspectus pateat in Monasterium. Sin autem e conspectu Monasterii Monialium domus, antiqua sit elevata, vel nova sit constructa, ex cujus fenestris pateat in Monasterium aspectus, non attento majori, vel minori præjudicio, semper adhibendum est remedium ex parte domus. Quod procedit etiamsi bona fide innovatio illa 6
facta sit. Confer de his omnibus *Rot. in Romana Fabricæ super reservatis* 13. *Januarii* 1744. *&* 5. *Junii ejusdem anni, cor. bon. mem. Lana.* ubi explicantur *decisiones in Calagurita-na Fabricæ* 11. *Februarii* 1729., *&* 4. *Junii* 1731., *cor. clar. mem. Millin.*

FERRAGOSTO.

FErragosto etymologia his verbis explicatur a Bernino *nel-* 1
la Istoria di tutte l' Eresie tom. 2. *sæcul.* 6. *cap.* 13. *fol.* 138. *sub Pelagio II.* & ab Ursaya *in Miscellaneo Sacro Profano Canonico, & Civile, part.* 2. *lit. F. num.* 19. „ E' fama, che
„ alla Catena di Erode per Divina virtù, con celeste sim-
„ patia si congiungesse quella di Nerone, con cui fu legato
„ il medesimo S. Apostolo nel Carcere Mamertino, sotto
„ il Campidoglio di Roma, e che di ambedue ne diveniss'e
„ una, inanellate, ed unite insieme senza applicazione di
„ umana industria; E come che la collocazione di queste
„ due Reliquie, e la dedicazione del loro Tempio succesSe
„ appunto nel primo giorno di Agosto, volle il Pontefice
„ S. Sisto, che regnava all' ora nel Pontificato Romano con
„ miglior augurio rendere celebre quel giorno, e quel Me-
„ se con la memoria di un tanto successo consecrandolo al-
„ le catene di S. Pietro, le quali si dissero *li Ferri di Ago-*
„ *sto*, che tra noi, con più abbreviata, ma corrotta parola
„ diciamo *Ferragosto*; E non senza gran mistero parve che
„ volesse Dio abbattere il fasto di Augusto Imperatore con
„ le catene, e ferri di S. Pietro; conciosiacosachè le Ka-
„ lende di Agosto erano di gia da prima dedicate dalla
„ Gentilità alla felice ricordanza di quel Monarca, che in
„ tal giorno era stato la prima volta dichiarato Console,
„ aveva molti trionfi riportati, soggiogato l' Egitto, e ter-
„ minata la lunga Iliade delle civili discordie. Onde per pub-

„ blico Decreto del Senato non più *Sextilis* fu denominato
„ quel Mese, ma *Augustus*. (* Aliis tamen hujusce nomi-
„ nis etymon a *Feriis Augusti*, quæ ab antiquis Romanis
„ ineunte sextili mense celebrabantur, placet desumere * .

FESTA, FESTIVITATES.

1 FESTA quæ nunc sunt sub præcepto sunt sequentia ; scilicet Dominicæ totius anni, Nativitas Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisio, Epiphania, Resurrectio cum duabus sequentibus, Ascensio, Pentecostes cum duabus sequentibus, Sanctissimæ Trinitatis, Solemnitas Corporis Christi, Inventio S. Crucis, Festivitates B. M. Virginis, ut Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis (& Conceptionis ex Decreto Clementis XI. edito *6. Decembr.* 1708. incipient. *Commissi Nobis*) Dedicatio S. Michaelis Archangeli, Nativitas S. Joannis Baptistæ, Festa SS. Petri, & Pauli, S. Andreæ, S. Jacobi, S. Joannis, S. Thomæ, Sanctorum Philippi, & Jacobi, Sancti Bartholomæi, S. Matthæi, Sanctorum Simonis, & Judæ, & S. Mathiæ Apostolorum. Item Festa S. Stephani Protomartyris, Sanctorum Innocentium, Sancti Laurentii Martyris, Sancti Silvestri Papæ, Sancti Joseph Sponsi B. M. V., Sanctæ Annæ Matris B. M. V., & Omnium Sanctorum, atque unius ex principalioribus Patronis in quocumque Regno, sive Provincia, & alterius pariter principalioris in quacumque Civitate, Oppido, vel Pago, ubi hos Patronos haberi, & venerari contigerit ; Urban. VIII. Constitut. incip. *universa* §.2.

2 Episcopi licet de jure communi *in cap.1. dist.3. de consecrat. & in cap. Conquæstus, de feriis*, valeant in propria Diœcesi vocato Clero, & Populo dies Festos indicere ; Barbos. *de Offic. & potest. Episcop. part.3. allegat.105. num. 36.* cum multis ibi citatis ; Pignatell. *tom. 4. consult.* 184. Hodie tamen, quamvis talis potestas non sit ablata, nihilominus ab indictione sub præcepto novorum Festorum debent abstinere, prout illos monuit Urbanus VIII. in cit. Constit. incipient. *Universa* §.3., ibi: *Nec autem dies Festos a Locorum Ordinariis nimia al qu rum facilitate, aut Populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, iidem Ordinarii in Domino monentur, ut ad Ecclesiasticam ubique servandam æqualitatem, de cetero perpetuis futuris temporibus ab indictione sub præcepto novorum Festorum studeant abstinere.* Hinc promissiones, & vota, quæ frequenter fieri solent ab Universitatibus servandi sub præcepto Festum alicujus Sancti, ac jejunandi in Vigilia, non obligant Populum, qui tamen potest ipsone promissa servare, & nullus est pœnis cogendus, ut illa die abstineat ab operibus servilibus ; Barbos. *in Collect. decis. Apostolicar.* verb. *Festum in communi num.*8. ubi affert Decretum *Sac. Congr. Rit. in Brundusina Massagnæ 21. Augusti* 1604. Monacell. *par.2. tit.13. formul.1.num.*15. ubi testatur se vidisse plures supplices Libellos hac in re Sacræ Congregationi Rit. porrectos pro confirmatione hujusmodi promissionum & Votorum, fuisse rejectos, & præcise *in Urbevetana 6. Octobr. 1676. in Messanen. loci Milazzi 25. Januar. & in Alessanen. Terræ Cosani 6. Septemb.* 1698.

4 Hic juvat afferre Decretum super electione Sanctorum in Patronos a Sac. Rit. Congregatione de ordine S. D. N. Urbani VIII. emanatum die 23. Martii 1630., Sacra Rituum Congregatio annuente Sanctissimo D. N. in electione Patro-
„ norum mandavit infrascripta in posterum servari debere,
„ declarans quod aliter facta electio nulla sit ipso Jure.

I. Quod eligi possint in Patronos ii solum qui ab Ecclesia universali titulo Sanctorum coluntur, non autem Beatificatorum duntaxat.

II. Quod de Patrono Civitatis electio fieri debeat per secreta suffragia a populo mediante consilio generali illius Civitatis, vel Loci, non autem ab Officialibus solum, & quod accedere debeat consensus Episcopi, & Cleri illius Loci. Idemque servari debeat in Patrono Regni, qui pariter eligi debeat per secreta suffragia a populo singularum Civitatum Provinciæ ; Et quod Repræsentantibus Regnum, Civitatem, vel Provinciam nulla competat facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum Civitatum.

III. Quod causæ electionis novorum Patronorum debeant in Sacra Congregatione deduci, & ab ea examinari, ac demum causa cognita ab eadem Congregatione approbari ; & confirmari.

Et ne præmissorum ignorantia ullo umquam tempore possit allegari, eadem Sacra Rituum Congregatio supradictum Decretum imprimi, & publicari mandavit.

Hoc decretum licet irritet electiones postea factas, non irritat tamen electiones Patronorum jam antea celebratas, ut respondit *Sacra Rit. Congr. in Trojanensi, Patronatus* 15. *Junii* 1633. *& in Pampilonensi Patronatus S. Francisci Xaverii*, in qua fuit approbata electio facta in Comitiis Regni Navarræ ; Quæ resolutio tamquam juridica fuit per Rotam, proponente Reverendiss. Decano, approbata, considerato solum quod ad evitandum præjudicium electionis antiquissimæ S. Firmini debeat uterque tamquam Patronus coli, quod certo præsupponit validitatem electionis. Et in *Neapolitana Patronatus ejusdem S. Francisci sub die* 15. *Septembris* 1656., & in terminis electionis Patroni, qui ab Ecclesia universali titulo Sancti non colebatur, post dictum Decretum fuit observatum in admissione Beati pro tunc & nunc Sancti Jacobi de Marchia, cujus electio *anno* 1620. atque adeo ante Decretum editum celebrata fuit, & deinde *anno* 1647. admissa, & solemni repositione Statuæ in Thesaurum Neapolitanum comprobata. 5

Quoad electiones ex post factas, & faciendas, est in viridi 6
observantia, nam recurrentibus Universitatibus ad Sacram Cong. Rit. pro approbatione electionis in Patronum alicujus Sancti, si preces dictis requisitis sunt destitutæ, rescribi solet: *Doceant de servato decreto Urbani VIII.* prout non semel se vidisse testatur Monacell. *part.2. tit.16. formul.* 10. *num.* 11. vel *pro concessione servata forma decreti Urbani VIII.* Aliis vero Universitatibus, quæ in electione, requisita talis decreti observarunt, & locus non est celebris notæ conceditur approbatio cum clausula: *Dummodo alium principalem Patronum, seu Protectorem non habeant*, & in una *Mazzarien.* 30. *Martii 1697. pro Universitate Castri Veterani*, & in alia *Lycien si* 11. *Julii 1699. pro Universitate Terræ Monteroni*. Unde 7
hic est advertendum quod in hujusmodi Patronorum electione fieri non debent promissiones servandi diem Festum Patroni electi, tamquam de præcepto, etiamsi ab Ecclesia universali sub tali ritu non colatur ; nam has promissiones, & Vota Sacra Congregatio non admittit, nec approbat, sed rejicit, & tantum ex devotione servari posse concedit, ut respondit *in Theatina* 15. *Martii* 1694. pro Clero, & Populo nonnullorum Oppidorum, & sæpe alibi, ut patet supra *n.* 3.

Nullus Princeps Laicus, & nulla Potestas Sæcularis potest 8
instituere, vel indicere dies Festos, seu præcipere observationem alicujus diei Festi ; Sic expresse declaravit Innocentius X. 6. Octobris 1653. per suas litteras in forma Brevis, ut sequitur.

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

CUM nuper ad notitiam nostram non sine gravi animi nostri molestia pervenerit, quod dilecti Filii Senatus Mediolani per litteras datas die 20. Junii proxime præteriti, & dilectus Filius nobilis vir modernus Gubernator Status Mediol ni, per Edictum publicum publicatum die 30. ejusdem mensis Junii mandaverint observari diem Festum S. Dominici die 4. mensis Augusti cujuslibet anni in toto illo Statu, præcipientes, ut Populi, & subditi illius status abstineant ab operibus servilibus, & artifices tabernas, & apothecas clausas teneant, prout servatur ceteris diebus Festis ex præcepto, & ulterius in Edicto prædicto exprimatur festivitatem esse celebrandam cum omni devotione, ac pietate Christiana: Nos, quibus universalis Ecclesiæ regimen a Domino commissum est, considerantes quam perniciosum auctoritati Ecclesiasticæ id esse possit, eum Principes Laici, quos in rebus Ecclesiæ obsequendi potius manet necessitas, quam auctoritas imperandi, non habeant facultatem imperandi dies Festos in honorem Sanctorum ; de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris litteris Præpositorum, quibus hoc negotium discutiendum commisimus, consilio prædictas litteras, & Edictum emanata auctoritate Laicali super observatione prædictæ Festivitatis S. Dominici, fuisse, & esse omnino nulla, nullius que roboris, & momenti, nec aliquo modo servanda Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus. Sicque, & non aliter in præmissis per

per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, & quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. In contrarium facientibus &c. Non obstantibus quibuscumque: Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 6. Octobris 1653. *Pontificatus nostri anno decimo.*

9 Festum novum non potest cogi populus servare, nisi sit indictum ab Ecclesia, & si novum institui petitur supplicet populus ; *Sac. Congregat. Rit. in Pacent.* 20. *Aprilis* 1602. Fe-
10 sta nova de præcepto servanda non possunt institui invito populo ; *Sac. Congregat. Rit. in Brundusina* 2. *Martii* 1602. &
11 *in Hispalen.* 21. *Augusti* 1604. Festa Sanctorum, quæ de præcepto non servantur, si populus sponte voluerit observare, non est prohibendus, sed nullus est sub pœna cogendus, ut illa die ab operibus abstineat ; *Sac. Congregat. Rit. in Brundusina Massagnæ* 21. *Augusti* 1604.

12 Festa de præcepto sunt inviolabiliter ab omnibus observanda, & sanctificanda ; *Exod.* 34., ibi : *Sex diebus operaberis, & die septimo cessabis arare, & metere ; Cap. Licet de Feriis, Cap. Unic. de Reliquiis, & venerat. in* 6. Concil. Trident. *sess.*25. *cap.*12. *de Regular.*, & ead. *sess.*25. *de reformat. in fine de delectu ciborum, jejuniis, & diebus Festis* ; S. Pius V. Constit. incip. *Cum primum*, Urbanus VIII. Con-
13 stit. incip. *Universa*. Festa sanctificare est in illa die non laborare, sed Hymnis, & Canticis vacare ; Concil. Colo-
14 nien. 2. *part.9. cap.9.* Neque a Festorum observantia excusat prætextus contrariæ consuetudinis, quia consuetudo mala inveterata quanto diuturnior periculosior ; *Cap. Schisma* 24. *quæst.*1., & *Cap. Cum tanto* 11. *de consuetudine*, ibi : *Cum tanto sint graviora peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam*, & ideo Mercatores Barchinonenses, qui sub aliqua asserta consuetudine prætendebant retinere apertas Apothecas diebus Festis, & in illis vendere merces, & necessitatem (ratione loci) vendendi, per testes, & legitimam consuetudinem auctoritate DD. reddere conabantur, fuerunt a Sacra Congregatione Concilii (in qua causam proponere curarunt) *sub die* 14. *Maji* 1679. rejecti, & rescriptum non licere : & cum non acquiescerent, repropositæ eorum instantiæ 11. *Martii* 1692. iterum repulsi fuere, & injunctum, ut amplius non audirentur, *lib. 33. decret. fol.*87.

15 Propter necessitatem tamen, & causam pietatis, & circa res, quæ facile pereunt, potest in diebus Festis laborari ; *Cap. Licet, de Feriis* ; Concil. Toletan. 22. *cap.*7. , & pluries decrevit *Sacr. Congreg. Rit.* & signanter *in Ravennaten. 9. Novemb.* 1600. *in Ulixbonen.* 30. *Martii* 1621. *& Sac. Congreg. Concil.* teste Quaranta *in Summa Bullar.* verb. *Die Festus*, & Piasec. *in praxi Episcop. part.* 2. *cap.*3. *num.*25. & sic etiam S. Pius V. Constitut. incip. *Cum primum*.

16 Ut autem sciatur quæ diebus Festis fieri liceant, vel non, dantur hic novissimæ dispositiones emanatæ sub Clemente XI. & Benedicto XIII.

EPISTOLA ENCYCLICA CLEM. PP. XI.

17 Ad Archiepiscopos, & Episcopos Romandiolæ, ac Provinciæ Urbinatis, necnon ad D. Cardinalem Abbatem Commendatarium Abbatiæ Nonantulanæ jussu Summi Pontificis conscripta, qua Festorum dierum sanctificatio, ac irrepentium abusuum extirpationem illis impense commendatur.

„ Essendo, che la Santità di nostro Signore sempre più
„ coltivi nel suo cuore la sollecitudine, che nelli giorni Fe-
„ stivi dedicati specialmente al culto di Dio, si esercitino li
„ Fedeli nell'assistenza a' Divini Offizj, ed opere di pietà,
„ e siccome in essi è ingiunto dalle sacre pagine l'astinenza
„ dall'opere servili, così maggiormente devesi ciascuno aste-
„ nere dall' esercizio, & applicazione ad atti vani, ed ino-
„ nesti. Onde nella Lettera circolare spedita nell'anno 1701.
„ primo del suo Pontificato giudicò essere delle prime cure
„ del suo Apostolico Ministero ricordare agli Ordinarj il pro-
„ curare l'Osservanza delle Feste con ingiungere, che si ce-
„ lebrino con modestia, divozione, e senza spettacoli, e
„ profanità vietate dalli Sacri Canoni ; Ora essendo giunto
„ alle sue orecchie, che per avere più concorso di Popolo,
„ che ne' giorni festivi si suole radunare nelle Città, e Luo-
„ ghi : si prattichino ne' detti giorni Spettacoli d' Istrioni,
„ Ciarlatani, maschere, e simili voluttuosi, e vani trat-
„ tenimenti : Per tanto la Santità sua m'ha imposto, che io
„ ecciti seriamente il zelo Pastorale di V.S., come con que-
„ sta eseguisco a porgere rimedj a simili abusi, quando vi
„ siano, e che onninamente con la sua autorità ordinaria, e
„ con le pene dovute proibisca che nelli giorni festivi si fac-
„ cino maschere, nè spettacoli, e radunanze d' Istrioni,
„ Ciarlatani, Saltimbanchi, e simili anche con pretesto di
„ solamente vendere, e distribuire medicamenti, e dove
„ per l'uso tolerato si faccino in giorni di festa, nè si possa
„ altrimente, e con prudenza, e soavità ovviare, almeno
„ proibisca, che le cose espresse non seguano la mattina,
„ ma dopo li Divini Offizj, e Vespero, e che detti Istrioni,
„ Ciarlatani, e Saltimbanchi non usino parole, e gesti osce
„ ni, o distribuischino simili canzoni, nè che segua avanti, o
„ vicino le Chiese, e Monasterj di Monache, o Conserva-
„ torj di Zitelle. Non dubito che V.S. con tutta prontezza
„ si conformerà al zelo di S.B. invigilando con tutta attenzio-
„ ne a quanto se le ingiunge &c. Roma 11. Gennaro 1719.

G. D. Card. Paracciani Prefetto.
V. Arciv. di Damasco Segretario.

EPISTOLA ENCYCLICA

Jussu ejusdem Sum. Pont. ad universos ditionis Ecclesiasticæ Archiepiscopos, & Episcopos conscripta, qua Monita alias data quoad Festorum dierum sanctificationem, & invectorum abusuum extirpationem instaurantur, eorumque executio ipsis enixe commendatur.

„ La Santità di Nostro Signore eccitata dal debito del suo
„ Apostolico Ministero fino da' primi mesi del suo Pontifi-
„ cato per fare a tutti palese quanto avesse a cuore la pun-
„ tuale Osservanza, e santificazione delle Feste, con lette-
„ ra spedita da questa Sacra Congregazione in data delli 30.
„ Luglio 1701. fe strettamente inculcare a' Vescovi di do-
„ vere con tutta la maggior attenzione procurare, che li
„ giorni delle medesime Feste da' Fedeli commessi alla loro
„ cura veramente si santificassero, con impiegarli nel culto
„ di Dio, nell'assistenza a' Divini Offici, nell' ascoltar la
„ Divina parola, e in altri esercizj, e opere di pietà, do-
„ vendosi per tal cagione astenere dall'opere servili, e mol-
„ to più da' divertimenti vani, e scandalosi. L'istesso ricor-
„ do per ordine della Santità Sua fu rinnovato a' detti Vesco-
„ vi con altra lettera della medesima Sagra Congregazione in
„ data delli 16. Marzo 1703. §. Secondo vuole &c. Susse-
„ guentemente avendo sua Beatitudine considerato, che nel
„ tempo del Carnovale si moltiplicano le occasioni de' men-
„ tovati divertimenti troppo ripugnanti alla Santità delle Feste,
„ con altra lettera similmente circolare delli 11. Gennaro
„ 1719. fe insinuare a' medesimi Vescovi di proibire ne' su-
„ detti giorni di Festa assolutamente, se fosse possibile, le
„ Maschere di qualsivoglia sorte, come anco gli spettacoli,
„ radunanze d'Istrioni, Ciarlatani, e Saltimbanchi, ancor-
„ chè questi si valessero del pretesto di voler dare qualche
„ divertimento al Popolo, per più facilmente vendere, e
„ distribuire li loro medicamenti. Quando poi per la lunga
„ tolleranza avuta si di simili abusi, eziandio ne' giorni Festi-
„ vi, non si fosse giudicato opportuno di farne per detti gior-
„ ni un' assoluta, e generale proibizione, come la Santità
„ sua avrebbe desiderato, dovessero almeno onninamente,
„ e strettamente ordinare, che in quei giorni tanto le Ma-
„ schere, quanto le altre accennate azioni, non si facessero
„ mai la mattina, ma solo potessero tolerarsi dopo pranzo,
„ e dopo finiti li Vesperi, e altri Offici Divini, come pari-
„ mente dovessero invigilare, che in qualsivoglia tempo da'
„ suddetti Istrioni, Ciarlatani, e Saltimbanchi si osservasse
„ la dovuta modestia, nè si usassero parole, atti, e gesti o-
„ sceni, anzi nè pure si distribuissero Canzoni simili ; nè mai
„ le accennate, o altre somiglianti azioni si permettessero
„ in tali vicinanze delle Chiese, o Monasterj di Monache,
„ o Conservatorj di Zitelle, che o dall'une, o dall'altre
„ potessero udirsi li suoni, o altri strepiti carnevaleschi.

„ Non ostanti però li accennati Ordini dati replicatamente,
„ come si è detto, essendo pervenuto a notizia di Nostro Si-
„ gnore, che li medesimi in alcuni luoghi dello Stato Eccle-
„ siastico siano poco osservati, nè dubitando la Santità Sua,
„ che da tale inosservanza siano provenuti, e provenghino
„ quei flagelli, co' quali il Signor Iddio ci ha percossi, e ci
„ per-

„ percuote, anzi giustamente temendo, che dall'istesso fonte „ possino derivarne altri più gravi, che ci minaccia, come „ lo stesso Dio se ne dichiarò in Ezechiele: Sabbatha mea „ violaverunt vehementer: dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos, & consumerem eos; „ mi ha perciò stret„ tamente comandato la Santità Sua, che io eciti di nuo„ vo l'attenzione, e zelo di V. S. come faccio, a invigilare „ dal canto suo, che puntalmente, e intieramente venga „ osservato tutto ciò, che si contiene nella suddetta lettera „ circolare, e che inoltre le notifichi, come parimente fac„ cio, esser sua mente, che in niuna, e in niun tempo sia „ permesso alli Ciarlatani, Saltimbanchi, e Istrioni di far re„ cite, Comedie, o Rappresentazioni, nelle quali operino, „ recitino, cantino, o compariscano Donne ancorchè ma„ scherate; Scrivendosi perciò dalla Segretaria di Stato alli „ Signori Legati, e dalla Sagra Consulta alli Governatori „ dello Stato Ecclesiastico, che debbano onninamente tutto „ ciò proibire sotto gravi pene. Non dubito, che Ella sia „ per conformarsi pienamente, ed esattamente alle rette„, „ e sante determinazioni del Sommo Pontefice, come ben „ richiede quell'efficacia, con cui per ordine della Santità „ Sua se le ne ingiunge l'esecuzione. E auguro a V. S. dal „ Signor Iddio ogni maggiore felicità. Roma 4. Genna„, ro 1721.

G. D. Card. Paracciani Prefetto.
V. Arciv. di Damasco Segretario.

18 Sub Benedict. vero XIII. promulgatum fuit sequens edictum.

EDITTO

Per l' osservanza delle Feste.

Prospero del Titolo di S. Callisto della S. R. C. Prete Cardinal Marefoschi della Santità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

I. A Vendo la Santità di Nostro Signore opportunamente „ provisto fino dal principio del suo Pontificato, che „ le Funzioni Ecclesiastiche si facciano con quella divozio„ ne, e decoro, che si conviene, considerando lo col suo Pa„ storal zelo, che appartiene anche principalmente al culto „ divino la Santificazione delle Feste, per il rispetto dovuto „ alla Maestà Divina, che l'hà istituite, e riservate alla sua „ venerazione, e che i peccati particolarmente pubblici dei „ Profanatori, & Trasgressori di esse sogliono maggiormen„ te provocare li castighi di Dio, siccome l'attestano le „ Divine Scritture, e lo dimostrano gli avvenimenti seguiti „ in diversi tempi: Onde per togliere alcuni abusi, e corrut„ tele insorte nell' Osservanza delle medesime in quest'Alma „ Città, inerendo Sua Beatitudine alla disposizione de'Sacri „ Canoni, ai Decreti del Sacro Concilio di Trento, ed alle „ Costituzioni Apostoliche della san. memor. di Pio V., che „ incomincia *Cum primum Apostolatus*, e di Urbano VIII., „ che comincia *Universa*, ed alli Editti altre volte emanati „ da'Sommi Pontefici suoi Predecessori, particolarmente „ della san. memor. di Clemente IX. sotto li 12. Luglio 1668. „ e della san. memor. di Clemente XI. li 8. Febbrajo, e 25. „ Maggio 1703. ricorda primieramente a tutti li Fedeli l'ob„ bligo di santificarle imposto dalla Divina Legge sotto pre„ cetto di peccato mortale. Indi ordina, e comanda a ciaf„ cheduna Persona di qualsivoglia stato, grado, e condizio„ ne, che nei giorni Festivi di precetto, non ardisca lavorare „ vendere, aprir Botteghe, far mercati, ed altri negozj pro„ fani, ed illeciti in detti giorni, come anche qualunque ope„ ra servile, sotto pena, oltre la perdita delle robe, e merci, che si venderanno, contrattaranno, o portaranno, di „ carcere, ed altre pene pecuniarie, e corporali ad arbi„ trio nostro, per le quali pene dovranno esser tenuti li Padro„ ni, o Maestri per li Garzoni, li Padri di Famiglia per li Fi„ gliuoli, ed i Capi di Casa per li Servitori.

„ II. Di più espressamente proibisce sua Beatitudine a„ tutti i Padroni, ed Affittuarj di Casali, Vigne, ed altri Territorj, „ di far lavorare in giorni di Feste i Lavoranti di Campagna sot„ to le medesime pene, le quali si eseguiranno contro di loro, „ e loro Contadini irremissibilmente, ed in caso di necessità di „ vendemmia, e raccolta, gli si concederà *gratis* da Noi, e „ dal Nostro Vicegerente licenza proporzionata al bisogno.

„ III. E perchè la dovuta Osservanza non venghi a rila„ sciarsi, sotto pretesto delle cose necessarie al vitto, ed „ uso quotidiano, ed agl' Infermi, e Convalescenti, sarà a „ piedi di questo annotato tutto quello, che per tal causa si „ tollera, dichiarando, che tutto il rimanente resta proibi„ to, e col presente Editto si rivocano tutte le licenze, che „ da qualunque persona fossero state concesse nel particolare „ dell'Osservanza delle Feste; però occorrendo precità ne„ cessità, o motivo di pietà, si concederà parimente *gratis* „ la licenza da Noi, o dal nostro Vicegerente.

„ IV. Intanto sua Beatitudine per maggiormente avver„ tire il Popolo del detto obbligo di osservare le Feste, in„ carica alli PP. Predicatori *pro tempore*, alli RR. Parrochi, „ e Confessori tutti d'inculcare frequentemente a' Fedeli, „ quanto importi al vivere Cristiano, e alla salute delle „ anime, e quanto sia opportuna, per placare lo sdegno del„ la Maestà divina la Santificazione delle Feste, la quale „ non solo consiste in astenersi dall'opere servili, ma anche „ nell'impiegare quel Sacro tempo fruttuosamente, con as„ sistere divotamente alla Santa Messa, e far altri esercizj „ di pietà Cristiana in Ringraziamento de'Benefizj ricevuti, „ e che continuamente si ricevono dall'Altissimo, e per im„ plorare dal medesimo gli ajuti necessarii alla salute eterna; „ E quei che sono ignoranti de' Misterj della Santa Fede„, „ devono in detti giorni intervenire anche alla Dottrina Cri„ stiana per essere istruiti, incaricando gravemente di quest' „ obbligo la Coscienza de' Padri di Famiglia, de'Capi di „ Casa, Padroni di Botteghe &c. acciò faccino istruire quel„ li, che sono raccomandati alla loro Cura, delli quali per„ ciò dovranno rendere stretto conto al Tribunale di Dio.

Quel che si tollera nelli giorni di Festa.

1 A' Mercanti, Librari, Regattieri, Setaroli, Berrettari, Coronari, Medagliari, ed altre Professioni, ed Arti di cose non comestibili in evento, che l'ingresso alla Casa„ sia per la Bottega, si tollera, che possano solamente aprire, e serrare la Porta, e tener lo Sportello aperto, cioè quello di sopra per ricever il lume, purchè non lavorino, nè vendino. Quelli, che tengono la Casa separata dalla Bottega, o benchè unita, ma con Porta distinta, tenghino sempre„ serrato anche lo sportello, nè vendino, ed avvertino particolarmente li Mercanti di non angariare li loro Giovani in detti giorni.

2 A' Speziali, che possino dare le Medicine, ogni giorno, ed ogni ora, purchè non tenghino l'Insegna di fuori, e tenghino aperta la Porta tanto, che basti a vedere.

3 A'Macellari, Caprettari, e Salcicciari, se averanno Botteghe, vendino dentro di quelle, e tanto loro, quanto quelli, che hanno Botteghe tenghino le tende, le quali coprano il Banco del Macello in modo, che le Carni non si vedano.

4 A'Pescivendoli, che possino vendere il Pesce, e portarlo ancora alle Poste, e venderlo per Roma.

5 A'Pizzicaroli, Fruttaroli, Erbaroli, e Melangolari, che vendino dentro le Botteghe con l'uscio solamente aperto, senza tener in mostra cosa alcuna.

6 A'Contadini, Vignaroli, Ortolani, e simili, che„ vengono a vendere frutti, o erbaggi ancora con Bestie, non si dia molestia alcuna.

7 Alli Rivenditori de'frutti, erbaggi, ed agrumi, si tollera, che possino venderli per le strade, o per se stessi, o con bestie. Ma stando fermi non li tenghino sopra Banchi d'alcuna sorte, nè gridino, il che s'intende proibito a tutti quelli, a'quali in luogo fermo si permette di vendere qualunque cosa ne' giorni di Festa.

8 A'Pollaroli, che vendino dentro le loro Botteghe, senza tenere in mostra Gabbia, ne altra cosa, e bisognando loro per necessità de'Polli, di tenere la Porta aperta, siano obbligati a mettere la tenda, che copra la Porta.

9 Li Fornari non si molestino per tre ore dopo la levata„ del Sole: E li Molinari dalle 20. ore fino alla sera in conformità del rescritto della San. mem. d'Innocenzo XII. sotto li 29. di Luglio 1693.

10 A' Ciambellari, che possino vendere dopo le prime„ Messe, purchè non tenghino Tavola, ma solamente un Canestro in collo, o in terra lontano dalle Chiese, ed il medesimo si tollera a quelli, che vendono Confortini.

11 I Pelapiedi, e Tripparoli possino dopo aver udita la„ Messa andar vendendo per Roma fino a mezzo giorno, e questo si tollera per esser cosa, che si adopra la mattina.

12 Il medesimo si permette a coloro che vendono i Latticini freschi, ed alli Contadini, che portano di fuori formaggi, Salami, Presciutti, e simili, possino andarli vendendo per Roma, o tenerli per le Piazze nelle Ceste in terra„ senza Banco d'alcuna sorte.

13 Li Contadini, che vengono di fuori a vendere Grani, Biade, ed altre cose simili, potranno posarli in terra, e venderli, purchè si facci senza grida.

14 Ad Osti, e Particieri, che possino tener l'uscio aperto, dare da mangiare, e vendere, purchè tenghino le mostre coperte in modo, che dalle strade non si vedino quelli, che stanno a mangiare. Il medesimo si permette a' Magazzinieri di vino, e Bettolieri.

15 I Barbieri potranno solamente in caso di necessità medicar feriti, ed altri mali, e non altro, purchè ciò faccino a Bottega serrata, e con lo Sportello aperto, o colle tende all' Invetriata.

16 A'Sarti, che possino rendere li lavori finiti colla Bottega serrata tenendo lo Sportello aperto, ed il medesimo si permette a' Berrettari.

17 A'Calzolari, che possino calzare le scarpe fatte dentro le Botteghe tenendo solamente lo Sportello aperto.

18 Alli Collarari il poter restituir collari, manichini di già inamidati, o biancaria di già imbiancata, tenendo lo Sportello della Porta solamente aperto.

19 All'Artebianca il vendere robe commestibili a minuto, ed anche Carbone, o fascine con lo Sportello della Porta solamente aperto.

20 Alli fienaroli si tollera il poter tagliare, o falciare„, raccogliere, ed ammucchiare il fieno, ed anche di rimetterlo fuori della Città in luogo sicuro, ma non già di trasportarlo dentro Roma.

21 Alli Cacciatori, Uccellatori, e loro Garzoni il vendere qualsivoglia sorte di carne di Caccia, ed Uccellami, tanto andando per Roma, come stando fermi in luoghi particolari.

22 Alli Orzaroli il poter vendere a minuto, a Porta chiusa, e col solo Sportello aperto.

23 A quelli, che vendono Carbone, e fascine a minuto si tollera l'istessa abilità.

24 A quelli, che vendono Acqua acetosa, Acqua Santa, o simili, portarle per Roma, e vendere ancora con bestie.

25 Parimente si tollerano quelli, che nell' Estate vanno vendendo per Roma Acque rinfrescative, o che le vendono nelle Botteghe, e con la sola Porta aperta.

26 Avvertendo, che tanto alli suddetti Ciambellari, come alli Venditori di Confortini, di Frutti, di Caccie, Erbaggi, Agrumi, Acque rinfrescative, ed altre cose, che si portano a vendere per la Città, che per la suddetta tolleranza, non si permette loro il poter appoggiarsi, o fermarsi a vendere sopra muri, scalinate, muriccioli, cimiterj, e sotto portici d'alcuna Chiesa.

27 Li Ferracavalli dopo le Messe non s' impedischino di ferrar Cavalli, ed altre bestie, purchè non lavorino nella„ Fucina.

28 Li Ferrari, ed Arrotatori dopo le prime Messe potranno dare a'Contadini li ferri appartenenti alla Campagna, purchè ciò faccino tenendo solamente lo Sportello aperto. E per tutto il mese di Giugno si tollera alli medesimi il poter arrotare, ribattere, ed accomodare le falci, ed altri istromenti spettanti alla mietitura.

29 Li Contadini, e Vetturali, che hanno portato in Roma Grani, o Biade, ed altri frutti, potranno ritornarsene„ con i loro Animali, dopo che avranno udita la Me.. Il simile dovranno fare coloro, che partono da Roma per portar roba a'Casali, o Precoi, concedendosi solamente a questi, ed alli sopradetti che riportino robe mangiative per servizio, e bisogno proprio, e delle loro genti, ed il medesimo si permette a'Vignaroli, che ritornano alle Vigne, e Case loro.

30 L'Acquavita essendo cosa, che si adopra solamente la mattina, si permette che si venda la mattina fino a due ore„ avanti mezzo giorno, e non più.

31 Li Commedianti, Saltimbanchi, Ciarlatani, Scrimatori, Ballarini, Saltatori, Ciechi, o altri Cantatori di Canzoni, o Istorie, eziandio di Divozione, non possino esercitar detti atti, nè fare Circoli, nè con quelli rivendere acque, rimedj, o altra cosa.

32 Non si spandino su le Piazze, o altrove, nè si portino per Roma Stracci, Panni, Cappelli, Armi, ferramenti, o cose simili per vendere.

33 Gli Ebrei tenghino le loro Botteghe serrate, non lavorino in pubblico, non vendino, nè prestino cosa alcuna a' Cristiani, nè portino fardelli sotto, nè altre robe di sorte veruna.

34 Si proibisce giocare etiam a giuochi leciti appresso le Chiese, e Monasterj di Monache.

35 Li Semplicisti, e distillatori possino vendere come li Speziali, cioè purchè non tenghino l'Insegna, nè cosa alcuna in mostra, o colla porta mezz'aperta in modo, che basti a„ vedere, però senza manipolare.

36 Li Lattaroli potranno vendere la mattina solamente, però dentro le Botteghe con mezz' uscio solamente aperto, nè tener in mostra cosa alcuna.

37 Li Caprari, e Gioncatari potranno vendere il latte, e latticini rispettivamente in conformità della tolleranza esposta nel primo Editto, e secondo il solito.

38 Li Fornari, e Vermicellari potranno vendere tutto il giorno il Pane, e le Paste, però dentro le Botteghe, con„ l' uscio solamente mezz' aperto, senza tener in mostra cosa alcuna.

39 Li Vaccinari secondo il rescritto della San. mem. di Urbano VIII. sotto li 26. Maggio 1629. potranno per evitare ogni pericolo d' infezzione, trasportar le pelli dalli Macelli alla Dogana, indi al fiume per lavarle, se sono d'Agnelli, e poi alle Concie; co i anche li Stringari con farci il lavoro puramente necessario, e che non patisce dilazione secondo le dichiarazioni notificate alli medesimi in un foglio a parte, tenendo però le Botteghe continuamente serrate, ed il detto trasporto solo se li permette nella seconda festa un'ora avanti mezzo giorno, quando sono due feste unite, e nel Sabbato all' istess' ora, se occorre in detto giorno festa di precetto. E li Cordari per la medesima causa potranno pigliare dalli Macelli gl'intestini degli Animali, lavarli nel fiume, e portarli in„ Bottegha, però dalle 21. ore fino alla sera.

40 Li Cartari potranno cavar fuori ne' soliti Vicoli le carte pergamene, senza però farci lavoro alcuno, ma solo per asciuttarle.

41 Li Copisti si tollerano per copiare solamente le scritture necessarie alli Tribunali per l'istesso, o seguente giorno, però, tenendo chiusa tutta la Porta colli Sportelli di vetro, ovvero con tale, o in altro modo, che non siano visti, e per la medesima ragione si tollera allo Stampatore Camerale per le„ scritture necessarie come sopra, e per li Bandi, che non patiscono dilazione.

42 Gli Osti potranno nel modo, che se l'è insinuato, trasportare dalle Grotte il vino secondo il solito, però dal primo di Maggio per tutto Ottobre.

43 Gli Orzaroli secondo la tolleranza 22. son tollerati per vendere a minuto, ed a porta chiusa, però in cambio dello Sportello, se li permette di tenere mezza porta aperta.

44 Quelli: che portano Erba per li Cavalli, ed altri Animali, potranno ciò fare, senza però lasciare la Santa Messa, il che anche s'incarica a tutti li suddetti, e ad altri Venditori, Bottegari, ed Artisti compresi nelle tolleranze espresse di sopra.

E perchè nel cap. *Licet de Feriis* tutte le dette tolleranze non devono permettersi *in majoribus Anni solemnitatibus*, quali sono secondo la Glossa le Feste di Natale, Pasqua, Ascensione, Pentecoste, ed Epifania, ne' quali giorni solo si permette alli Speziali, e Caprari la mattina per conto degl' Infermi, ed alli fornari di vendere il Pane, e dopo il mezzo giorno agli Osti, Macellari, Fruttaroli, Erbaroli, e Pollaroli.

Per ultimo incarichiamo d' ordine di N.S. alli Capinotari, Speziali, ed a tutti li Padroni di Botteghe, li quali sono tollerati di vendere, o di operare ne' giorni di Festa, non solo di procurare, che i loro Giovani, o Garzoni rispettivamente vadino a sentire la Santa Messa, ma anche concederli qualche spazio di tempo, per fare le loro Divozioni, e per assistere alla Dottrina Cristiana, o alla Predica, mandando or l' uno, or l'altro a vicenda, acciò tutti siano pienamente istruiti nelle cose necessarie per la salute eterna.

Avverta ciascheduno puntualmente al presente Editto, e di non eccedere li termini discreti delle tolleranze suddete, perchè contro li Trasgressori si procederà alle pene imputate, non ostante qualsivoglia pretesto, o consuetudine in contrario, perchè N.S. affatto l'abolisce.

E affinchè non si possa allegare ignoranza alcuna da tutti quelli, che sono compresi, ed esclusi nelle suddette tolleranze,

ze, e per evitare li sbagli, che potessero seguire, per parte delli Esecutori, ordiniamo, che tutti, e ciaschedun' Artista, Mercante &c. nominato nelle dette tolleranze debba tenere affisso nel suo Fondaco, Bottega ec. il presente Editto sotto la medesima pena, ed altre a nostro Arbitrio.

Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo dì 8. Febrajo 1727.

P. Card. Vicario.
N. A. Cuggio Segret.

Die mense, & anno quibus supra supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curiæ Innocentianæ, & in acie Campi Floræ, ac etiam in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Antonium Roia Curiæ Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Almæ Urbis Cardinalis Vicarii Mandatarium.

19 His adde, quod ad dubium, an liceat communitati, & hominibus Ripæ habere mercatum die Sabbathi intus, vel extra Civitatem quando occurrat quod sit dies festivus in casu; *Sacr. Congr. Conc. in Ripana Mercatus die* 2. *Maii* 1711. respondit *negative*, & *amplius*.

20 Licentia laborandi diebus Festis semper est requirenda, etiamsi necessitas urgeat, aut pietas suadeat juxta notabile rescriptum *Sacræ Congregationis Concilii* 22. *Aprilis* 1599. amplexum a *Sacr. Congr. Episcop. & Regular.* 12. *Martii* 1601. in quo hæc formalia verba leguntur: „ Ceterum quoniam „ verendum est, ne privatis affectibus domesticarum rerum „ aliqui eo perducantur, ut hac Sacrarum Canonum indul„ gentia in aliis etiam casibus abutantur, iidem P.P. Illustris„ simi adjiciunt, ad Ordinarii cujuscumque judicium, & „ censuram pertinere, ut dignoscant, num vere ulla ex cau„ sis supradictis subsit, propter quam liceat diebus Festis re„ bus servilibus vacare, ut nec dierum Festorum observan„ tia ulla in re violetur, nec opera illis diebus summa cum
21 „ ratione permissa impediantur „. Concessio licentiarum laborandi diebus Festis spectat ad Episcopum, non autem ad Gubernatorem, vel Judicem Laicum; *Sacr. Congregationis Immunit. in Theatina* 20. *Septembr.* 1639. *& Sacr. Cong. Con*22 *cil. in Ruben.* 1. *Maii* 1635. Hæc licentia laborandi diebus Festis debet dari in scriptis; *Sacr. Congreg. Epis. in Civitatis*
23 *Castellanæ* 21. *Augusti* 1615. Licentiæ laborandi diebus Festis non sunt exhibendæ Judicibus Laicis, nec toleranda est hujusmodi prætensio, sed Episcopus illam concedat in scriptis, & in forma ad hoc, ut ostendi possit Ministris Laicis prætendentibus inobservantiam diei Festivi; *Sacr. Congr. Immunit.*
24 *in Castren.* 2. *Maji* 1629. Sic etiam licentiæ vendendi diebus festis sunt dandæ a solo Episcopo, non autem a Gubernatore *Sac. Congr. Immun. in Alatrina* 21. *Mart.* 1642. *lib.* 3. *decr. Pauluc. pag.* 168

25 Laicus non potest indicere, nec publicare bannimenta diei Festivi, sed spectat ad solum Episcopum hujusmodi publicatio; *Sacr. Congr. Immun. in Theatina* 20. *Septemb.* 1639. *lib.* 3. *decret. Pauluc. pag.* 102. Quare Syndici Communitatis, qui excommunicati fuere ob proclamationem, & publicationem habitatoribus Loci Festorum S. Rochi, & Conceptionis B. M. Virginis (tunc enim hæc Festivitas nondum erat de præcepto) tanquam de præcepto, si petant absolutionem, datur facultas Episcopo eos absolvendi, prævia tamen revocatione dictarum proclamationum; *Eadem S. Congreg. in Bite*26 *cten.* 7. *Septembris* 1695. *lib.* 1. *decret. Valleman. pag.* 214. Edictum Curiæ Laicalis super diebus Festivis contra facultatem ab Episcopo concessam est nullum, & injungitur Nuncio Apostolico, ut informet, & interim curet, ne lædatur jurisdictio, & Immunitas Ecclesiastica; *Eadem Sac. Congr. in Bite*cten. 16. *Novembris* 1694. *lib.* 1. *decret. Valleman. pag.* 156.
27 *& 1. Martii* 1695. *ibid. pag.* 174. Nec Curia Sæcularis potest impedire, quin Curia Ecclesiastica procedat etiam ad mulctas contra exercentes opera servilia, & rusticalia sine licentia, & absque necessitate in diebus Festivis de præcepto juxta dispositionem Sacri Concil. Trident. *Eadem Sacr. Congr. in Se*28 *govien.* 2. *Junii* 1693. *lib.* 1. *decret. Valleman. pag.* 51. Pœna pro transgressione Festorum imponenda debet esse moderata, & si fuerit exorbitans, reduci debet ad arbitrium Ordinarii, & reliquum, si fuerit exactum, restitui; *Sacr. Congreg. Episcop. in Ravennatensi* 16. *Januar.* 1601. *in Bellicastrensi* 1.
29 *Septembr.* 1603. *& in Cornetana* 12. *Decemb.* 1642. Neque debet excedere 5. vel 6. Julios in loca pia distribuendos, deducta tertia parte pro Executoribus, licet quis deprehensus fuerit in fragranti post publicatum Edictum; *Sacr. Congreg. Episcop. in Terracinensi* 14. *Septemb.* 1594. Neque pro pœna debent bona confiscari; *Sacr. Congr. Epis. in Termolensi* 29. *Aprilis* 1603. *& in Crotonensi* 21. *Junii* 1604. Nam Constitutio S. Pii V. incip. *Cum primum Apostolatus* de amissione Animalium, uti rigidior, non fuit quoad hanc partem usu recepta; Unde *Sac. Congr. Episcop. in Camerina* 11. *Augusti* 30 1617. mandavit restitui merces simul cum Animalibus pro transgressione Festorum confiscatas, seu ablatas: Data tamen idonea cautione de solvendo quod ordinatum fuerit ab eadem *Sacr. Congr. ut in Bovinen.* 11. *Aprilis* 1635. *& 14. Septembr.* 1646. *& 11. Januar.* 1647. Non obstante quod Animalia fuissent vendita, & eorum pretium distributum, quia ea jussit redimi, ac Domino restitui, retenta aliqua modica pœna locis piis applicanda; 15. *Julii* 1606. Sic apud Pignatell. *tom.* 8. *consult.* 10. *num.* 16. sed tamen standum est novissimis dispositionibus anno 1703. *&* 1727. emanatis, & supra adductis *num.* 17. 18. 19.

Si causæ laborandi in die Festo vere subsint, Ordinarius 31 tenetur licentiam dare; *Sacr. Congr. Episcop. in Beneventana* 12. *Maji* 1645. Et tenetur ipsam dare *gratis*; Urban. VIII. 32 Constit. incip. *Universa*; *Sacr. Congr. Concil. in Gremonens.* 12. *Maii* 1635. *in Messanen.* 9. *Julii* 1644. *in Syracusana* 13. *Novembr.* 1647. Episcopus aliter faciens monendus est, ut 33 consulat conscientiæ suæ, prout monuit *Sacr. Congr. Episcopum Bisacciæ, vulgo Umbriatico* 15. *Januar.* 1619. *& Archiepiscopum Ulissiponen.* 7. *Decembris* 1691. qui constitutione Synodali prohibuerat Barbitonsoribus, ne tonderent Barbas diebus Festis, quibus tamen aliquando licentia concedebatur recepta pecunia. Unde Recurrentibus Barbitonsoribus rescriptum fuit: *Servandam esse Constitutionem Synodalem, & non esse concedendas licentias per pecuniam*. Si tamen alicu- 34 bi loca Pia maxima egestate laborarent, tunc licite per modum hortationis pro illis sublevandis aliqua eleemosyna recipi posset, ut declaravit *Sacr. Congr. Episcop. in Casertana* 29. *Novemb.* 1594. Dispensare super Festorum observatione 35 spectat etiam ad Vicarium, licet Foraneum, non autem ad Archipresbyterum, sive Curatum, nisi Vicario absente; *Sacr. Congr. Episcop. in Cerentina* 2. *Augusti* 1594, *& in Materanen.* 18. *Novemb.* 1597.

Dies Festos, quos Episcopi in sua Diœcesi servandos præ- 36 ceperint, deberi etiam ab Exemptis omnibus etiam Regularibus observari, statuit Concil. Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 12. „ *de Regularibus* ibi: „ Dies etiam Festi, quos in Diœcesi „ sua servandos idem Episcopus præceperit, ab exemptis „ omnibus etiam Regularibus serventur „. Sed num Epis- 37 copus possit in Diœcesi sua novos dies Festos instituere vigore hujus Decreti, & ex hoc Decreto, Sacra Congregatio censuit non esse hanc facultatem datam Episcopo; sic refert, & tenet Pignatell. *tom.* 8. *consult.* 53. *num.* 3. & hoc magis adhuc viget ex Constitut. Urban. VIII. incipient. *Universa* §. 3. per verba adducta supra *num.* 2. In casibus, in quibus E- 38 piscopi possunt suis subditis concedere facultatem laborandi diebus Festis, videtur etiam idem posse facere Prælatos Regulares respectu suorum etiam subditorum Regularium, cum sint veri ipsorum Prælati habentes in illos jurisdictionem quasi Episcopalem; Azorius *tom.* 2. *Instit. moral. lib.* 1. *cap.* 28. Portell. *in dub. Regul. verb. Abbas, num.* 11. Lezana *in summa Quæstion. Regularium verb. Festi dies numer.* 12. & alii. Hanc autem facultatem non possunt concedere Sæcularibus, 39 neque pro servitio suorum Monasteriorum cum non sint ipsorum Prælati; Portell. *loc. cit. num.* 11. Lezana *loc. cit. numer.* 12. Rodriquez *tom.* 2. *q. Regula. q.* 70. *art.* 2. ubi quoad 40 privilegia Regularium dicit nullum esse, quod viderit Regu„ laribus „ concessum Privilegium, quo in diebus Festivis „ possint in opere suorum Monasteriorum operibus servili„ bus seculares, & ipsi Religiosi occupari; quapropter, ut li„ cite facere, aut permittere possint, petere licentiam ab „ Episcopis, & Ordinariis tenentur, qui ad hæc, & alia mi„ nima dispensanda habent a consuetudine auctoritatem; sine „ dicta enim licentia laborantes, & Prælati permittentes la„ borare in dictis diebus, peccato sunt irretiti, nisi aliqua ne„ cessitate præsenti, aut imminenti excusentur „. Hæc ille, & refert etiam Lezana *loc. cit. num.* 10. Unde, ut dicit Portell. *in dub. Regul. verb. Laborare, Videant Prælati se peccare mortaliter, & facere peccare mortaliter, alios, si .... invitent, vel patiantur, quod in suis Conventibus Sæculares laborent, etiam gratis. Sed ut licite fiat, & magna necessitas urgeat, debet obtineri licentia Ordinarii, vel ejus Vicarii*; quem sequitur Henno *t.* 1. *tract. in Decalogum disp.* 3. *q.* 4. *concl.* 5.

Festa

41 Festa mobilia in die Epiphaniæ publicare debet Canonicus Junior juxta formam libri Cæremonialis, nisi alius ex consue42 tudine Ecclesiæ sit affignatus; *Sac. Congregat. Rit. in Asculana* 16. *Januarii* 1617. Dies Festos in suis Ecclesiis annunciare nullatenus prohibentur Regulares; *Sac. Congregat. Concil.*
43 *in Bononien.* 2. *Julii* 1620. Dierum Festorum ad observantiam cogi possunt Regulares, sed non quo ad Octavam, & sunt servandæ Rubricæ Breviarii, & Decreta noviffima *Sac. Congregat. Rit. Sacr. Congregat. Concil.* 21. *Julii* 1629. penes Sel44 lium *in select. Canon. cap.* 2. *num.* 13. & Barbosa collectan. *in summa Apostolic. decis.* verb. *Dies Festi num* 4. Dies Festus Titularis quoties modeste, & sine abusu celebretur, non potest Monialibus prohiberi, ut respondit *Sac. Congregat. Con*45 *cil. in Hieracen.* 26. *Januar.* 1692. Festivitas alicujus Sancti cum majori pompa celebrari debet in Ecclesia ejus nomini dicata; *Sac. Congregat. Concil. in Bisinianen.* 22. *Februar.* 1710.
46 Eadem die duæ Ecclesiæ vicinæ non celebrent idem Festum, sed Ecclesia moderna debet eligere aliam diem; *Sac. Congregat. Episcopor. & Regular. in una Messanen.* 19. *Martii* 1581. *& in Sabinen.* 20. *Novemb.* 1684. his verbis: „ Non debet „ eadem die celebrari Festum in duabus Ecclesiis vicinis, „ sed moderna debet eligere alium diem, & in simili habetur decisio Sac. Rit. Congregat. quæ in controversia vertente inter PP. SS. Vincentii & Anastasii in Trivio (quibus per se speciale Breve Innocentius XII. concesserat, ut in feria secunda cujuslibet hebdomadæ publice adorandum exponerent Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum) & PP.SS. Duodecim Apostolorum de Urbe, qui sub eadem die in propria Ecclesia eamdem functionem explent, *sub die* 13. *Junii* 1697. censuit „ con„ sulendum esse Sanctissimo pro translatione Indulgentiæ ad „ feriam quartam, addita perpetuitate; & facta relatione „ Sanctitas sua benigne annuit, & translationem Indulgen„ tiæ approbavit.
47 Festum S. Antonii de Padua ex declaratione Sacræ Congregationis Episcop. & Regular. potest ipso solemnitatis die celebrari, tum a PP. de corpore observantiæ, tum a Conventualibus, pro ut infra: „ Sacr. Congregatio &c. attentis „ narratis, auditisque partibus super hinc inde allegatis, cen„ suit licere tam Fratribus Minoribus Conventualibus, quam „ Observantibus Reformatis S. Francisci in propriis suorum „ Ordinum Ecclesiis solemnizare Festum S. Antonii de Pa„ tavio Confessoris ea ipsa die, in quam inciderit: modo „ tamen Reformati a Processionibus abstineant, Decretis, „ seu Litteris ejusdem Sac. Congregationis alias circa præ„ missa emanatis, & reliquis in contrarium deductis, minime „ obstantibus. Romæ 20. Septemb. 1658.

M. Cardinalis Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

Emil. Episcop. Camerinen. Secret.
In Regula hujus Congregationis fol. 334.

48 Et consimiliter fuit pronunciatum in Prætorio A. C. *die* 19. *Februarii* 1701. *in Alexandrina* inter Minores de Observantia, & Minores Conventuales, non obstante quacumque ea de re inducta transactione, seu alia quavis adstipulata amicabili compositione. Vid. verb. *Confraternitas art.* 1. *num.* 35. *& 36.*

49 Si Festum Annunciationis B. M. Virginis occurrerit in feria sexta in Parasceve, vel in Sabbato Sancto, transfertur ejus Officium una cum præcepto audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus ad Feriam secundam post Dominicam in Albis protracto ad aliam diem Festo in ea occurrente, nisi fuerit duplex primæ Classis; *Sac. Congregat. Rit.* 11. *Februar.*
50 1690. *approbante Alexandro VIII. die* 12. *ejusdem mensis, & anni*. Si tale Festum venerit in Feria quinta in Cœna Domini, non est transferendum præceptum audiendi Missam, & abstinendi a servilibus, sed omnino servandum est in prædicta Feria quinta, adeoque per Ordinarios Locorum providendum est, ut eo die pro Civitatum, & Pagorum qualitate, ac Christifidelium in iis degentium numero plures missæ privatæ ante Celebrationem Missæ Conventualis pro præcepti adimplemento celebrandæ non desint, ita tamen, ut antiquus mos Communionis Cleri in Missa solemni ejus diei nullatenus omittatur; *Sic Sac. Congregat. Rit.* 20. *Martii* 1660. *& die* 12. *Septembris* 1716. approbante Clemente XI. *die* 27. *ejusdem mensis, & anni* 1716. & reperitur in Bullario Clemen51 tis XI. *inter decreta Sac. Congregat. Rit. decret.* 24. Idem pariter est dicendum, si in ipsa die inciderit Festum S. Joseph,

ut decrevit *Eadem Sac. Congregat. Rit.* 13. *Septembris* 1692. 52 Si simul transferenda sint Festa S. Joseph, & Annunciationis, prius debet reponi Festum Annunciationis, deinde S. Josephi, seu cujuslibet æqualis ritus, non obstante Decreto edito in contrarium *sub die* 11. *Junii* 1682. Sic eadem Sac. Rit. Congregat. servari mandavit *die* 14. *Junii* 1692. Hic ad vertendum 53 venit, ut recte advertit La Croix *lib.* 6. *part.* 2. *num.* 2055. *decret.* 296. quod si alicubi in prædicta Feria 2. post Dominicam in Albis, occurreret duplex primæ Classis, ibidemque Annunciatio celebraretur sub eodem ritu, adhuc duplex illud esset transferendum, & celebranda Annunciatio. Similiter licet Annunciatio sit secundæ Classis, tamesi haberetur reponendum Officium primæ Classis, nihilominus in prædicto casu esset agendum de Annunciatione. Quod si Annunciatio ulterius protraheretur ob Festum altioris Ordinis in ea Feria secunda alicubi occurrens, non ideo protrahenda esset obligatio audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus. Si fe- 54 stum S. Mathiæ occurrat Feria 4. Cinerum, non potest anticipari ejus Vigilia, sed jejunium omnino servandum est ultimo die Bacchanalium; *Sac. Congregat. Rit.* 23. *Januarii* 1694. (* Nisi aliter visum fuerit Summo Pontifici; Sic Bened. XIV. anticipari permisit anno 1751.*)

Festum SS. Corporis Christi instituit Urbanus IV. de anno 55 1262. Constit. incipient. *Transiturus*. Motiva præcipua, & 56 propriora, quæ ad ejusmodi celebritatem instituendam summum Pontific. impulerunt, duo præsertim fuerunt. Unum refertur a D. Antonino 3. *part. tit.* 19. *cap.* 13. §. 1. his verbis: „ Tunc cum Curia residebat Urbanus in Urbe veteri, ubi „ in loco non multum distanti apud Vulsinium in quadam „ Ecclesia Sacerdote celebrante, miraculum factum est ex „ ipso Sacramento; nam cum post confectionem Sacramenti „ guttæ aliquæ sanguinis ex Calice profluxissent in Corpora„ le, Sacerdos ad occultandum defectum suæ negligentiæ „ cooperuit partem Corporalis pluribus plicis hoc faciens; „ sed repertum est per omnes plicas illas transisse, & reli„ quisse ibi rubram ad modum Sanguinis formam Hostiæ in „ pluribus partibus Corporalis; Quod quidem Corporale ad „ perpetuam rei memoriam in Ecclesia Cathedralis Urbis „ veteris reservatum est „. Alterum motivum exhibuit revelatio institutionis ejusdem festi quibusdam Religiosis personis facta: quod etiam indicat Urbanus Pontifex in dict. Constitutione, ibi: „ Intelleximus autem olim, dum in minori „ essemus officio constituti, quod fuerat quibusdam Catho„ licis divinitus revelatum festum hujusmodi generaliter in „ Ecclesia celebrandum „. Certe id prius revelaverat Deus 57 B. Julianæ Virgini Leodiensi Cistercien sis Ordinis, quod uti acciderit, refert Joan. Chapeavilius Canonicus Leodiensis „ in tractatu de vera origine festi Corporis Christi, *his ver*„ *bis*: Tempore juventutis suæ quoties Christi Virgo Julia„ na orationi incumbebat, magnum Dei signum, & mira„ bile apparebat; apparebat inquam ei Luna in splendore, „ cum aliquantula tamen sui sphærici corporis fractione; quam „ cum multo tempore consexisset, mirabatur multum, igno„ rans quid illi protenderet „. Exinde S. Juliana humiles preces Deo profundens divini consilii particeps fieri meruit. *Tunc*, subdit idem Auctor, „ revelavit ei Christus in Luna „ præsentem Ecclesiam, in Lunæ autem fractione defectum „ unius solemnitatis in Ecclesia figurari, quam adhuc vole„ bat a suis Fidelibus celebrari „. Inde Juliana nonnullis piis, 58 & Religiosis viris hæc detexit, præsertim Roberto Episcopo Leodiensi, ac Jacobo ejusdem Ecclesiæ Archidiacono, qui postea fuit idem Urban. IV. Hinc Ecclesia Leodiensis prævio gravissimorum Theologorum consilio SS. Corporis Christi festivitatem celebrare cæpit; idque primo contigit in Ecclesia S. Martini ejusdem Civitatis, ut refert Bolland. *tom.* 1. *ad mensem Apr. pag.* 459. 465. *&* 477. & inde Urbanus IV. festivitatem generaliter in Ecclesia celebrandam statuit.

Quamvis enim quotidie in SS. Missæ Sacrificio Augustissi- 59 mum Eucharistiæ Sacramentum veneretur, *Conveniens tamen*, dicit ipse Pontifex in dict. Constit. *Conveniens tamen arbitramur, & dignum, ut de ipso semel saltem in anno ad confundendam specialiter hæreticorum perfidiam, & insaniam, memoria solemnior, & celebrior habeatur*. Itidemque, etsi in feria quinta Sanctioris Hebdomadæ id specialius ab Ecclesia præstetur, tamen, ut subdit idem Pontifex: *In die Cœnæ Domini, quo die ipse Christus hoc instituit Sacramentum, Universalis Ecclesia pro Pœnitentium reconciliatione, Sacri confectione Chrismatis, adimpletione Mandati, circa lotionem pedum, & aliis plurimum occupata plene vacare non potest celebratio-*

brationi hujus maximi Sacramenti. Hinc, ut tanto Sacramento debitus, pro humanis viribus, cultus exhiberetur, ejus ſpecialem celebritatem pro Feria V. poſt Octavam Pentecoſtes inſtituit ipſe Urban. IV. in dict. Conſtitut. incip. *Tranſiturus*. Et hanc ſolemnitatem maxime commendavit Concil. Trident. *ſeſſ. 13. cap. 5. de Sacramento Euchariſtiæ*, ubi declaravit: *Pie, & Religioſe admodum in Dei Eccleſiam inductum fuiſſe hunc morem, ut ſingulis annis præcelſum hoc, & Venerabile Sacramentum ſingulari veneratione, & ſolemnitate celebraretur; atque in Proceſſionibus reverenter, & honorifice per vias, & loca publica circumferretur*: & infra *Canon. 6.* anathema declaravit, qui dixerit Euchariſtiæ Sacramentum. „ Nec feſtiva peculiari celebritate venerandum, neque in „ Proceſſionibus ſecundum laudabilem, & Univerſalem Eccleſiæ ritum, & conſuetudinem, ſolemniter circumgeſtandum „. Hæc omnia habentur apud Card. Petram *tom. 3. Comment. in Conſtit. 1. Urban. IV. a num. 4. ad 10.*

61 An autem Urbanus ſimul cum Feſto decreverit Proceſſionem ſolemnem, quæ hodie peragitur, non ſatis conſtat. Affirmativam partem tenent aliqui ducti verbis ipſius Urbani in Bulla Inſtitut. Feſti, ibi: „ Tunc ſingulari alacri animo, „ pronaque voluntate conveniant, ſua ſtudia laudabiliter „ exequendo; *& iterum*: Tam Clerici, quam Populi gaudentes in cantica laudum ſurgant, tunc enim omnium corda, & vota, ora, labia, hymnos perſolvant lætitiæ ſalutaris, quæ revera proprie fiunt in Proceſſionibus. Pro parte negativa allegatur teſtimonium Genebrardi, qui poſtquam Feſti hujus inſtitutionem deſcripſiſſet, pergit hoc modo: *Centum annis poſt Papiæ cæpit luſtratio Sacramenti, qua Corpus Chriſti in ferculum fertur. Chronica Boſſii*; atque hinc
62 ad reliquas occidentis partes manavit. Dieſtemii autem editus eſt libellus, quem citat *Nicolaus Serrarius lib. de Proceſſionibus*, ubi *art. 9.* hæc legunter. „ Verum quamquam Apoſtolica mandata omnibus Eccleſiis directa fuiſſent ſuper celebranda nova de Venerabili Sacramento ſolemnitate, omnes tamen Eccleſiæ obedire diſſimulaverunt præter Eccleſiam Leodienſem, quæ ubi Apoſtolicum Nuncium cum Bullis Decretalibus, ac Officio apportatis honorifice ſuſcepit tamquam devota filia, mox quam celerrime obedivit, rejecto Officio, quod V. Juliana confici fecerat (a Joan. ſcilicet Monacho Leodienſi, quod incip. *Animarum cibum*, ut refert Card. Petra *loc. cit. num. 9.*) utens illo Officio, quod B. Thom. Aquinas confecerat. Itaque ab adventu præfatarum Bullarum tota, & ſola Leodienſis Diœceſis præfatam ſolemnitatem ſingulis celebravit annis uſque ad tempora Domini Joan. Papæ XXII. qui floruit anno Domini 1315. qui omnes Conſtit. Clementis publicavit, & ad Univerſalia ſtudia tranſmiſit. Et ultra illas Ordinationes Urbani IV. Clementinis Conſtitut. inſertas, novas Indulgentias conceſſit, atque Proceſſionem ordinavit; Ex tunc igitur, & deinceps Solemnitas hęc per totius Orbis Eccleſias devotiſſime accepta eſt ad honorem Patris, Filii, & Spiritus Sancti, Amen. „ Sic præciſe habetur *in Theatro vitæ humanæ verb. Proceſſio ſub litt. D. & E.*

63 Feſtum Corporis Chriſti cum ejus Octava tempore Interdicti pulſatis Campanis, januis apertis, & alta voce celebrari poſſe conceſſit Martinus V. conſtit. incip. *Infallibile*.
64 In die Feſto Corporis Chriſti non eſt jejunandum, licet incidat in Vigilia S. Joannis Baptiſtæ, ſed anticipandum eſt jejunium die antecedenti, feria nimirum quarta, prout jejunatur in ipſa Vigilia, de Vigilia vero nihil eo anno fiet; ex
65 Decret Sacr. Rit. Congr. edito 24. *Septemb.* 1638. & Conſt. Urban. VIII. incip. *Cum evenire*. In Feſto Corporis Chriſti non eſt deferenda in Proceſſione Euchariſtia Sacerdotum humeris, ſed Celebrantis manibus; *Sac. Rit. Congreg. 2. Junii*
66 1618. In Feſto Corporis Chriſti non ſunt canendæ cantiones
67 vulgari ſermone; *Eadem. Sac. Congr. Rit. 21. Martii* 1609. In Feſto Corporis Chriſti deferatur Euchariſtia a Celebrante & in Veſperis diei octavæ, ſi fiat Proceſſio deferatur ab eo,
68 qui cantavit Veſperas, modo ſaltem ſit Canonicus in Collegiatis; *Ead. Sac. Congreg. Rit. 12. Junii* 1627. Si Epiſcopus in Feſto Corporis Chriſti non deferat Euchariſtiam, Canonici
69 tamen induant ſacras veſtes; *Ead. Sacr. Congr. Rit. 17. Martii* 1628. Non convenit quod prima Dignitas celebret Miſſam ante Proceſſionem SS. Sacramenti, & deinde altera
70 Dignitas minor geſtet illud in Proceſſione; *Ead. Sac. Congr. Rit. 31. Junii* 1632. In Feſto SS. Corporis Chriſti non eſt facienda Proceſſio cum Sacramento ſine pluviali; *Ead. Sacra*
71 *Congr. Rit. 22. Januar.* 1701.

Feſtum Conceptionis B. M. V. Immaculatæ eſt ab omnibus ubique ſervandum de præcepto, ex Decr. Clem. XI. edito *6. Decemb.* 1708. incip. *Commiſſi Nobis*. Et ipſa die, omnibus Chriſtifidelibus Confeſſis, & Sacra Communione refectis viſitantibus aliquam ex Eccleſiis tam Fratrum Ordinis Minorum S. P. Franciſci de Obſervantia, & Reformatorum nuncupatorum, quam Monialium dicti Ordinis, & ibid. orantibus &c. Benedictus XIII. *die 12. Decemb.* 1729. Decreto incip. *Ad augendum*, conceſſit Indulgentiam plenariam perpetuam. Feſtum S. Joſeph eſt ubique de præcepto; *Sac.* 72 *Congr. Rit. 8. Maji* 1621. mandante, & approbante Gregorio XV. & Urbano VIII. in cit. Conſtit. incip. *Univerſa*. Feſtum S. Annæ eſt ubique de præcepto; Gregor. XV. *23. Aprii.* 1622. Conſtit. incip. *Honor Laudis*; & Urban. VIII. in 73 dict. Conſt. incip. *Univerſa*. Feſtum S. P. Franciſci fuit indictum de præcepto obſervandum ubique a Sixto IV. in Bulla, 74 quæ habetur in Bullario Rodriquez *fol. 317. & 318. & a Sac. Congr. Rit. 3. Januar.* 1622. *& 21. April.* 1640. At poſtea *13. Septemb.* 1642. ab Urbano VIII. Conſt. incip. *Univerſa*, hoc Feſtum non fuit amplius connumeratum inter Feſta de præcepto, ſed tantum de Devotione. Feſtum omnium San- 75 ctorum celebrandum eſt ad ſupplendas negligentias commiſſas in propriis eorum Solemnitatibus, & Feſtivitatibus; *Clement. de Reliquiis, & veneratione Sanctorum, cap. unico.* Feſtum SS. Fabiani, & Sebaſtiani una ſimul celebratur, licet 76 Titulus Eccleſiæ ſit tantum de S. Sebaſtiano, ut Sac. Congr. Rit. reſpondit *in Cremonen. 22. Novembris* 1698. in qua ſic declaravit: *Feſtum S. Fabiani non transfertur, ſed celebratur una cum S. Sebaſtiano.* Feſta etiam de Sanctis Veteris Teſtamenti poſſunt celebrari, & patet experientia de ſeptem 77 Fratribus Machabæis cum Matre, de quibus 2. *Machabæor. cap. 7.* & eorum Feſtum celebratur *Kal. Auguſti*. Item de S. Hieremia, & S. Daniele, Elia, & Eliſeo Prophetis aliiſque in Martyrologio Romano deſcriptis, quibus ſunt ædificatæ Eccleſiæ. Item de S. Joann. Baptiſta, & SS. Innocentibus, ut *in cap. 1. de conſecrat. diſt. 3.* de S. Anna, & Joſeph, & Venetiis coluntur SS. Job, Hieremias, Simeon, Moyſes, & Zacharias Prophetæ, & in tota Religione Carmelitana ſolemniter celebrantur Feſtivitates SS. Eliæ, & Eliſei ex conceſſione plurimorum Summorum Pontificum apud Lezanam *conſult. 3. num. 7. 13. & 86.* & ſic expreſſe defendit Pignatell. *tom. 5. conſult. 39. per tot.* & Urſaya *Inſtit. Criminal. lib. 1. tit. 10. in additionibus num. 65. 66. 67.* ubi refert, quod cum aperitioni Eccleſiæ in honorem S. Job in Civitate Albani impedimenta appoſuiſſet Suffraganeus ejuſdem Civitatis, propoſita cauſa in *Sacr. Rit. Congreg. die 22. Junii* 1680. prodiit reſcriptum; *Removenda eſſe impedimenta*. Cumque tali reſolutioni non acquieſceret idem Suffraganeus, repropoſita cauſa *die 31. Auguſti ejuſdem anni* reſcriptum fuit: *In deciſis & amplius cauſa non proponatur*. Feſtum de Patrono princi- 78 paliori loci eſt præceptivum cum obligatione audiendi Miſſam, & vacandi ab operibus ſervilibus; *S. Cong. Rit. 13. Septembris* 1642. Mercatus fieri non potest in diebus Feſtivis 79 de præcepto; *Sac. Congr. Epiſcop. in Sarnen. 11. Julii* 1681.

Quoad Peregrinos, & Advenas circa Feſta, Vide verbo 80 *Lex a num. 40. ad 42.*

81 Quoad Feſta attendenda ſunt varia quæ ſequuntur.

Benedictus XIV. in ſua Encyclica Epiſtola incip. *Ab eo tempore*, ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Ordinarios Status Eccleſiaſtici die 5. Novembris 1745. inter alia eruditiſſime ſuo more de Feſtivitatibus tradita, refert quod ab eo tempore, quo ad Summum Pontificatum fuit evectus, complures diverſi ordinis illuſtres viri, itemque Epiſcopi, & Archiepiſcopi in Italia, & extra commorantes, iteratis precibus inſtiterunt, ut dies Feſtos ubique fere nimis auctos in ſublevamen pauperis Chriſtiani populi, & ad adimenda gravia abſurda, quæ ex Feſtorum dierum multitudine, ac frequenti violatione, non ſine aperto Religionis diſpendio, oriri ſolent, imminuere dignaretur; Quare re expenſa, negotii difficultatem probe intelligens, peculiari ſcripto publicis etiam typis vulgato, rationes varias, quibus ea imminutio fieri poterat, indicavit; Conſilium pariter exquirens nonnullorum S. R. E. Cardin., Epiſcoporum Italiæ, aliarumque Regionum, Eccleſiaſticorum Præſulum, Theologorum, Juriſconſultorum, aliorumque virorum doctorum, an hujuſmodi petitio eſſet exaudienda? Si vero illam exaudiri æquum eſſet, & congruens, ipſi quoque rationes ſignificarent, quibus utiliter, ac prudenter imminutio præſcriberetur. 82

Quia vero petita ad id conſilia, & reſponſa tam varia fuere, ut fere ſua cuique fuerit ſententia quoad ſubſtantiam, & modum imminuendidies Feſtos, in aliud tempus negotium tam arduum rejecit, eam in ſpem adductus, ut Epiſcopi cujuſque Provinciæ, vel ditionis unanimi conſenſu, concordi pariter ſuffragio medium aliquod ſuggererent ex tot memoratis in laudato ſuo peculiari ſcripto, ac pro illius executione Pontificium aſſenſum expoſcerent.

83 Interim plurima ad rem pergit adducere, & ſignanter quod cum poſtremi Tarraconenſis Concil. Patres regulam quamdam conſtituerint dierum Feſtorum, quibus pro illorum conditione, & diſcrimine populi Divino intereſſe Sacrificio, & ſervilibus operibus abſtinere, & aliorum, quibus Miſſæ tantum intereſſe deberent, tributa poſtmodum libertate vacandi operibus ſervilibus, felic. record. Benedictus XIII. diſpoſita in eadem Provinciali Synodo ad preces Epiſcoporum approbavit; Quo exemplo alii ſubinde Hiſpaniarum Antiſtites excitati, ipſi humiliter ſupplicarunt, ut ad minuendum nimis auctum Feſtorum numerum, liceret eis etiam ſervare Regulam in præfato Tarraconenſi Concil. provide conſtitutam, quorum inſtantiæ, ipſo annuente, exinde omnium fere Hiſpaniarum Diœceſeon uniformitas in dierum Feſtorum celebratione, & ritu exorta eſt.

84 Varii etiam Regni Poloniæ Epiſcopi ipſi per litteras ſignificarunt, ſuis in amplis Diœceſibus æſtivo tempore incolas, agrorum culturæ, & aliis ſervilibus operibus, difficillime ab illis abſtinere poſſe diebus Feſtis inter hebdomadam occurrentibus; Enixe propterea ipſum rogarunt, ut quæ per hebdomadam æſtivo tempore occurrunt Feſta, in dies Dominicos transferret, excepto Feſto Aſſumptionis B. M. V. Quorum petitio per ipſum Sanctiſſimum, maturo præmiſſo examine exaudita, in Regionibus illis optatam ab Epiſcopis, & populis tranquillitatem peperit.

85 Complures alii Catholici Orbis, & præſertim Italiæ Epiſcopi, qua voce, qua ſcriptis improbantes abuſum Mercatuum, & Nundinarum, quæ fieri ſolent diebus Feſtis, rationem ab ipſo petierunt, qua graſſanti in diem malo occurri poſſit? Et ipſe reſpondit, quod inter modos propoſitos, atque ſervandos in imminutione, ac celebratione Feſtorum præcipuus ille eſt, quo inter ipſos Feſtos dies diſcrimen conſtituitur: Etenim in diebus Dominicis, itemque in Celebritatibus Domini, B. M. V. ac in aliis ſolemnioribus in memorato peculiari ſuo ſcripto indicatis, debet Chriſtianus populus, nedum intereſſe Divino Sacrificio, ſed etiam abſtinere ab operibus vetitis: In cetero vero Feſtis minus ſolemnibus impoſita eſt Chriſtifidelibus obligatio intereſſendi Miſſæ Sacrificio, tradita in reliquis cuique illorum poteſtate ea faciendi, quæ fieri ſolent diebus ferialibus.

86 Poſtremo, plurimis ab ipſo eruditiſſime ad rem adductis, a nobis brevitatis gratia omiſſis, concludit, quod in tranſgreſſione Feſtorum nulla valet conſuetudo, etiam immemorabilis, ut in *Barchinonen. Obſervationis Feſtorum*, contra Mercatores Barchinonenſes, qui contendebant poſſe vendere merces ſuas diebus Feſtis, conſuetudine ad id immemorabili fulti; *Sacra Congreg. Concil. die 13. Maji* 1669. reſpondit; *Id Mercatoribus non licere, quacumque conſuetudine immemorabili nequaquam obſtante*. Et denuo repropoſita cauſa a dictis Mercatoribus validiore conatu objectæ conſuetudini immemorabili inſiſtentibus, eadem Sac. Congregat. 27. Mart. 1683. in priori ſententia, & Decreto perſtitit, ſilentiumque Mercatoribus impoſuit. Et *in Ripana Mercatus*, contendentibus Civibus Ripanis contra Edictum Epiſcopi prohibentis fieri Mercatus diebus Feſtivis, id ſibi licere ex conſuetudine immemorabili, ac propoſito Dubio, *An liceat Communitati, & hominibus Ripæ habere Mercatum die Sabbathi intus; vel extra Civitatem, quando occurrat, quod ſit dies Feſtivus in caſu &c. Sacra Congreg. Concil. die 2. Maji* 1711. reſpondit, *Negative, & amplius*. Quod decretum ſua auctoritate Apoſtolica comprobans inſtar Regulæ eſſe vult, ac in omnibus temporalis ſuæ ditionis Urbibus, & locis S. Sedi Apoſtolicæ mediate, vel immediate ſubjectis inviolabiliter obſervari præcipit; Refertque ad id *cap. Omnes 1. de Feriis*, Conſtitut. 5. in ordine Bullarii S. Pii V. dicitque communem eſſe ſententiam, quod Mercatus fieri non poſſit diebus Feſtis, ſed ſic transferendus in antecedentem, vel ſubſequentem diem, ſi Feſtum inciderit; Ac huic Regulæ inhærens ipſemet facultatem conceſſit die 9. Maji 1742. Viro nobili Ferrarienſi habendi Mercatum in ſuo Rure qualibet feria quinta, dummodo in illa inciderit Feſtum de præcepto, quo caſu Mercatus transferetur in feriam quartam. Qua de re omnem dubitandi anſam præcidens, mandat Epiſcopis omnibus temporalibus ſuæ Ditionis, ne in Diœceſium ſuarum Urbibus, & locis Mercatus fieri Feſtis diebus patiantur.

De Nundinis autem inter alia hæc ad litteram habet. „ Inter Nundinas, quæ in Provinciis Noſtris aguntur, illuſtrio- 87
„ res, ut bene noſtis, ſunt Senogallienſes protractæ multis
„ diebus; cum Anconitanam Eccleſiam Senogallienſi finitimam regeremus, non ſine mœrore intelleximus, tempo-
„ re Nundinarum ea omnia fieri Feſto etiam die, quæ aliis
„ hebdomadæ diebus Divino cultui non conſecratis perage-
„ bantur; Huic malo occurrere ſatagentes, die 24. Augu-
„ ſti ſuperioris anni Conſtitutionem noſtram de Nundinis Se-
„ nogallienſibus publicavimus, qua præter cetera juſſimus,
„ ut diebus Feſtis apothecæ clauderentur, neque matutinis
„ horis, aut veſpertino tempore, quibus Divina Officia in
„ Eccleſiis celebrantur, vel Dei Verbum populo annuntiatur
„ contractus fierent. Imminutum vero hac de cauſa ſæcula-
„ ribus negotiis tempus compenſaturi, Nundinarum dies cum
„ iiſdem privilegiis, & immunitatibus opportune multipli-
„ cavimus: Executioni debitæ juſſa Noſtra hoc anno man-
„ data, meliorem, atque utiliorem rerum ordinem peperе-
„ runt, magno omnium Civium, & bene moratorum ho-
„ minum ſolatio.

„ Idipſum, Venerabiles Fratres, & Vos agite. Conſti- 88
„ tuite Auctoritate Noſtra, matutinas, & veſpertinas ho-
„ ras, quibus Feſto die quo Nundinæ habentur clandi debe-
„ ant apothecæ, nec publica poſſint exerceri commercia, ut
„ qui ad Nundinas confluxerint Miſſæ Sacrificio, & Divinis
„ Officiis intereſſint, aliiſque Chriſtianis operibus Feſtum ſan-
„ ctificent. Vigilate, ut plene, & exacte impleantur. Nos
„ autem per publicum Edictum non prætermittemus extendere Nundinarum privilegia ad diem ſequentem, qui Fe-
„ ſtus non erit, ut temporalia negotia paucarum horarum
„ ſpatio propter Dei cultum, & animarum ſalutem inter-
„ miſſa, integri diei acceſſione commode peragantur.

„ Hæc ſunt, Venerabiles Fratres, quæ poſt maturum exa- 89
„ men, auditamque gravium, atque doctorum Virorum
„ ſententiam de propoſita quæſtione, Vobis ſignificanda
„ cenſuimus, quibus omnibus Apoſtolicam Benedictionem
„ peramanter impertimur.

„ Datum Romæ apud S. M. M. die quinta Novem. 1745.
„ Pontificatus Noſtri anno ſexto.

Regulares teneri inter Feſta de præcepto obſervare Fe- 90
ſtum ſui Sancti Fundatoris, tam quoad Forum, quam quoad Chorum, colligitur ex conceſſione facta Ordini Sancti Benedicti a Benedicto XIII. die 23. Januarii 1727. omnibus utriuſque ſexus ſub Regula ipſius Sancti militantibus indulgendo, quod quoties Feſtum Sancti Benedicti incidit in aliquam diem Majoris hebdomadæ, transferatur tamquam ad diem propriam ad feriam tertiam poſt Dominicam in Albis, *ut in celebratione Feſti, & Officii Sancti Patriarchæ omnes Monachi, & Moniales ejuſdem Regulam profitentes uniformiter conveniant*; ſunt hæc verba Indulti, ubi, ut vides, cum Feſtum, & Officium diſtinctum ponatur, videntur importare diverſa, adeoque feſtivationem quoad forum *per Feſtum*, & Horas Canonicas quoad Chorum *per Officium*, qualem Decreti ſenſum facit Doctiſſimus P. Merati, dum in Indice Decretorum ad Breviarium ſpectantium *num. 350.* hæc notat verba *Feſtum Sancti Benedicti quoties incidit in aliquam diem majoris hebdomadæ ab omnibus utriuſque ſexus ſub Regula Sancti Benedicti militantibus transferendum eſt tam quoad forum, quam quoad Chorum, ut dictum eſt in allegato Decreto ſupra in Indice num. 270. emanato die 23. Januarii* 1727. ſub quo *num. 270.* ſequens affert Decretum: *Feſtum Sancti Benedicti, quod habet annexum forum, incidens in aliquam diem Majoris hebdomadæ tranſfertur ad feriam tertiam poſt Dominicam in Albis tamquam diem propriam, translato quocumque alio Officio, etiam æqualis ritus in eo occurrente, Sacr. Rituum Congreg. 6. Septembris* 1727. *in Fulden.* Idem antea ſtatuerat pro omnibus Monachis, & Monialibus Ord. S. Benedicti Benedictus Papa XIII. die 23. Januar. 172. Hæc ibi.

Ejuſdem opinionis eſt Gujetus, qui *lib. 1. cap. 14. quæſt. 2.* 91
3. & 4. & lib. 2. cap. 19. quæſt. 3. vult Feſtum S. Fundatoris debere eſſe de præcepto etiam quoad Forum, cum in Religione a ſe fundata inſtar Patroni principalis loci habeatur. Nec id repugnare videtur Conſtitutioni Urbani VIII. incip. *Univerſa* §. 2. quum ibi ſtatuat, inter Feſta de præcepto obſervanda etiam eſſe Feſtum principalis Patroni cujuſcumque Civitatis, Oppidi, vel Pagi. Tum quia in occurrentia Fundatoris, ſeu Patroni Religionis, & Patroni principalis loci Regula

gulares præferenter ad Patronum loci, solemnizant Festum sui Fundatoris ex variis Decretis Sacræ Rit. Congregat. & signanter in *Senogallien. 22. Januarii 1689. in una Urbis, & Orbis 2. Julii 1704. in Burgen. 25. Julii 1736. & in Mechlinen. 16. Februarii* 1737. relatis a Merati in Indice Decretorum ad Breviarum spectantium ; & a P. Cavalieri *tom. 1. part. 2. cap. 26. de occurrentia, seu translatione Festorum* ; Unde si Regulares tenentur ad festivandum etiam quoad Forum Festum principalis Patroni loci, quod apud ipsos cedit Festo sui Fundatoris, a fortiori tenebuntur ad Festum sui S. Fundatoris, per tritam Regulam, *Si id de quo minus videtur inesse, & inest, igitur & de quo magis, & Authentic. Multo magis, Cod. de Sacrosanctis Eccles.* Accedit inveterata, consuetudo apud Regulares celebrandi Vigiliam etiam cum Officio, & jejunio, & solemnizandi præ omnibus tamquam de præcepto Festum sui respectivi S. Fundatoris, quæ consuetudo est optima Legum interpres, *cap. Cum dilectus 8. de consuetudin. leg. Si de interpretatione 37. ff. de Legibus.* Quamvis alioquin eruditissimus P. Cavalieri *loc. cit. cap. 13. nu. 2. in fine*, reputet Festum Fundatoris Religionis feriationem non importare, sed solemnitatem.

92 In veteri Lege celebrabantur, & adhuc celebrantur in dies ab Hebræis, ultra Sabbathum qualibet hebdomada in memoriam creationis Mundi, quolibet anno septem aliæ peculiares Festivitates, nempe Pascha, Pentecostes, Scenopegia, Encenia, Neomenia, Expiatio, & Collecta.

93 Prima igitur solemnitas erat *Pascha*, in qua Agnus immolabatur, & interdicto fermento, solis aziimis panibus vesci licebat : Hæc solemnia septem diebus celebrabantur primo mense Hebræorum *Nisan* nostro Martio in plenilunio correspondente, Deo sic præcipiente in gratiarum actionem liberationis Israelitici populi ab Ægypto, & servitute Pharaonis, uti habetur *Levitici cap. 23. num. 6.*, ibi : *Quintadecima die Mensis hujus solemnitas Azymorum Domini est, septemque diebus Azyma comedetis, Dies primus erit vobis celeberrimus & sanctus ; omne opus servile non facietis in eo.*

94 Secunda erat Festivitas *Pentecostes* hebraice nuncupata etiam *Sabatoth*, idest Festivitas post septem hebdomadas solemnizata 50. diebus post Pascha mense *Sivan*, nostro Majo correspondente, in memoriam Legis a Deo traditæ Moysi in duabus lapideis tabulis, *Levitici cap. 23. numer. 16.* imperata his verbis : *Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum, omne opus servile non facietis in eo.*

95 Tertia erat *Scenopegia*, idest Festivitas Tabernaculorum, vulgo *Frascate*, & hebraice *Sukot* solemnizata septem diebus mense *Thirsi* correspondente nostro Septembri, ad commemorandum beneficium Divinæ protectionis, & deductionis per desertum, ubi sub tentoriis, seu tabernaculis ipsi Hebræi habitaverunt pasti manna eis de Cælo præstita ; Et hæc Festivitas habetur præcepta Levitici cap. 23. num. 34., ibi : *A quintodecimo die mensis hujus erunt Feriæ tabernaculorum septem Diebus Domino.*

96 In his tribus affignatis Solemnitatibus tenebantur Hebræi quotannis Hierosolymitanum Templum invisere juxta præceptum eis impositum Deuteronomii cap. 16., ibi : *Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei in loco, quem elegerit, in solemnitate Azymorum, & in solemnitate Hebdomadarum, & in solemnitate Tabernaculorum.*

97 Quarta erat Festivitas Enceniorum, idest novæ purgationis, seu dedicationis Templi, & celebrabatur per dies octo mense *Casleu* correspondente nostro Novembri, in memoriam novæ dedicationis Templi factæ sub Juda Machabæo juxta id, quod habetur 1. Machabæor. cap. 4. num. 59., ibi : *Et statuit Judas, & Fratres ejus, & universa Ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis Altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo a quinta, & vigesima die mensis Casleu cum lætitia, & gaudio.*

98 Quinta erat *Neomenia*, idest novilunium quæ Festivitas dicta *Tubarum* celebrabatur prima die mensis septimi, idest Septembris, in memoriam liberationis Isaac, quando Abraham invenit arietem hærentem cornibus, quem repræsentabant per cornua, quibus buccinabant : Hæcque Festivitas erat eis indicta Levitic. cap. 23. num. 24., ibi : *Locutusque est Dominus ad Moysen dicens : Loquere filiis Israel ; Mense septimo prima die mensis, erit vobis Sabbathum memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum ; omne opus servile non facietis in eo.*

99 Sexta erat Solemnitas *Expiationis* nuncupata a Judæis *Jombiphurim*, ac celebrabatur decima die mensis septimi, idest Septembris, in memoriam illius beneficii, quo Deus ad preces Moysis propitiatus est peccato Idolatriæ populi de adoratione Vituli in Deserto, & tenebantur tali die ad strictum jejunium in signum veridicæ pœnitentiæ, juxta præceptum eis impositum *Levitic. cap. 23. num. 27.*, ibi ; *Decimo die mensis hujus septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. Omne opus servile non facietis in tempore diei hujus.*

100 Septima erat Festivitas *Collectæ*, seu *Cœtus* celebrata die 22. mensis septimi, idest Septembris in octava Solemnitatis Tabernaculorum, ut sicut illa erat in memoriam Divinæ protectionis, & deductionis per desertum, sic hæc ultima in ejus octava commemoraret singulare Divinum beneficium, quo omnes in unum collecti, & unitim introducti fuerant in Terram Promissionis ; & hæc Festivitas legitur eis indicta Levitic. cap. 23. num. 36., ibi : *Dies quoque octavus erit celeberrimus, atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino, est enim coetus, atque collectæ ; omne opus servile non facietis in eo.*

101 Extincta veteri Lege una cum dictis suis Festivitatibus, Sancta Mater Ecclesia nova Domini Sponsa in nova Lege usque in Mundi finem perseveratura, afflata, Sancto Spiritu, alias celebrandas Solemnitates substituit, uberius ac vivius figuras, ac Mysteria in illis contenta exprimentes. Sabbathi igitur loco substituta est Sanctificatio Dominicæ, quæ est prima dies a Deo creata, in qua manna primum Deus pluere fecit in deserto, in qua Christus resurrexit, in qua Spiritus Sanctus in Apostolos descendit, *ex Concilio Palæstino celebrato sub Victore II.*

102 Paschati Azymorum successit Pascha Resurrectionis pro stabilienda puritate, & sinceritate vitæ Fidelium in evitando malitiæ, & peccati fermento, juxta illud Apostoli 1. *ad Corinth. cap. 5. num. 7. & 8. Pascha nostrum immolatus est Christus ; itaque epulemur non in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Ipse enim resurrexit propter sanctificationem nostram : ad Roman. cap. 4. num. 25.*

103 Festivitati Pentecostes Hebræorum pro Lege a Deo data Moysi in duabus lapideis tabulis respondet nostra solemnitas Pentecostes, in qua Spiritus Sanctus in igneis linguis supra Apostolos, & Discipulos descendit, imprimens in eorum cordibus legem Charitatis in his duobus præceptis restrictam ; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo .... & proximum tuum sicut te ipsum ; In his duobus mandatis universa Lex pendet, & Prophetæ, . Matt. cap. 22. num. 37. & seq.*

104 Festivitati Scenopegiæ, seu Tabernaculorum pro manna comesta ab Hebræis in deserto, respondet Solemnitas Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ quæ est vera cœlestis manna summa Dei clementia ad spiritualem, & perpetuam vitam animabus nostris elargita ; *Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt .... Ego sum panis vivus, qui de Cælo descendi, si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Ioann. cap. 6. n. 49. & sequent.*

105 Pro Festivitate Enceniorum, seu nova dedicatione, & restauratione Templi indictæ sunt dedicationes, & Consecrationes Ecclesiarum, & Solemnitates Beatæ Mariæ Virginis, quæ est *Templum Domini, Sacrarium Spiritus Sancti*, ut canit Ecclesia *in officio ejusdem Præsentationis 21. Novembris, Antiphona ad Magnificat in 1. Vesper.*

106 Neomeniæ, seu Festivitati Tubarum successit Solemnitas Apostolorum, qui sunt tubæ Spiritus Sancti, & annunciatores Christi mystici Isaac per universum Orbem, *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum. Psal. 18. num. 5. Euntes in Mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Marc. cap. 16. n. 15.*

107 Festivitati Expiationis Idololatriæ commissæ in adoratione Vituli aurei in deserto, subingressæ sunt solemnitates Sanctorum Martyrum, *qui tradiderunt corpora sua in mortem, ne servirent Idolis*, ut canit Ecclesia *in 2. Antiph. tertii Nocturni eorum Officii.*

108 Tandem Collectæ Hebræorum pro ingressu in terram Promissionis, correspondent Festivitates omnium Sanctorum, Confessorum, Virginum, & non Virginum, suis pro meritis ad cœlestem Patriam veram Promissionis terram evectorum : Quorum cuilibet dictum est a Domino : *Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Matth. c. 25. numer. 21.* Et omnes a nobis sic dupliciter deprecantur : *Quicumque in*

alta Syderum regnatis aula Principes, favete votis supplicum, qui dona Coeli flagitant ; Ecclesia *in Hymno ad Laudes Festi omnium Sanctor.* Sic D. Thomas *in Sum. 1. 2. q. 102. art. 4. ad decimum.* Clericatus *in suis spicis italice impressis, verb. Encenia per tot.* & alii.

209 PRO SANCIFICATIONE FESTORUM juvat hic adducere varia loca, & motiva Sacræ Scripturæ.

Benedixit diei septimo, & sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omni opere suo, quod creavit Deus ut faceret ; *Genes. cap. 2. num. 3.*

Requies Sabbathi sanctificata est Domino ; *Exod. cap. 16. num. 23.*

Sex diebus colligetis manna, in die autem septimo Sabbathum est Domini, idcirco non invenietur ; *Exod. 18. numer. 26.*

Videte, ut Sabbathum custodiatis, quia signum est inter me, & vos in generationibus vestris ; *Exod. cap. 31. numer. 13.*

Custodite Sabbathum meum ; Sanctum est enim vobis ; Qui polluerit illud, morte morietur ; qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui ... Omnis, qui fecerit opus in hac die, morietur ; *Exod. cap. 31, num. 14. 15.*

Custodiant filii Israel Sabbathum, & celebrent illud in generationibus suis ; Pactum est sempiternum inter me, & filios Israel, signumque perpetuum ; *Exod cap. 31. num. 16.*

Septimus dies erit vobis Sanctus, Sabbathum, & requies Domini ; Qui fecerit opus in eo, occidetur ; *Exod. cap. 35. num. 2.*

Custodite Sabbatha mea .... dabo vobis pluvias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur ; *Levitic. cap. 16. num. 2. & 4.*

Filii Israel invenientes hominem in solitudine colligentem ligna in die sabbathi, jussu Dei, eum interfecerunt ; *Numer. cap. 15. num. 33. ad 36.*

Dies septimus celeberrimus, & sanctus erit vobis ; Omne opus servile non facietis in eo ; *Numer. cap. 28. num. 15.*

Observa diem sabbathi, ut sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus ; *Deuteron. cap. 5. num. 12.*

Memento, quod & ipse servieris in Ægypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, & brachio extento, idcirco præcepit tibi, ut observares diem sabbathi ; *Deuteronom. cap. 5. num. 15.*

Quæ est hæc res mala, quam facitis, & prophanatis diem sabbathi ? Numquid non hæc fecerunt Patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super Civitatem hanc ? Et vos additis iracundiam super Israel violando sabbathum ; *2. Esdræ cap. 13. num. 17. 18.*

Neomeniam, & sabbathum, & festivitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri ; Kalendas vestras, & solemnitates vestras odivit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens ; *Isa. cap. 1. num. 13. 14.*

Beatus vir .... custodiens sabbathum, ne polluat illud custodiens manus suas, ne faciat omne opus malum ; *Isaiæ cap. 56. num. 2.*

Qui custodierint sabbatha mea .... dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & a filiabus ; nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit ; *Isa. cap. 55. num. 4. 5.*

Nolite portare pondera in die Sabbathi, nec inferatis per portas Jerusalem, & nolite ejicere onera domibus vestris in die Sabbathi, & omne opus non facietis ; Sanctificate diem Sabbathi ; *Jerem cap. 17. num. 21. 22.* Sabbatha mea violaverunt vehementer, dixi ergo, ut effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos : *Ezechiel. cap. 20. numer. 13.* Odi, & projeci Festivitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum ; *Amos c. 5. n. 21.*

Judæi, qui per necessitatem Nicanorem sequebantur, eum increpabant, quod in Sabbhato vellet committere prælium. *Ne ita ferociter*, inquiebant, *& barbare feceris, sed honorem tribue diei Sanctificationis* ; & post pauca ; *Est Dominus in Cœlis, qui jussit agi septimam diem* ; *2. Machabæor. cap. 15. num. 2. & 4.*

110 Hic ad eruditionem minus peritorum addere lubet, quæ de Sancto Bobone, seu Bovo confessore, ac ejus Festo traduntur.

Bobo, seu Bovus, vulgo *S. Bovo*, Nugherii, vulgo *Noghiers* in Gallia Narbonensi ex nobilissimis, opulentissimis, ac Christianissimis Parentibus, Patre scilicet Adelfredo, & Matre Olinda natus, licet militarem vitam patrem imitatus ageret, virtutibus tamen Christianis magis ac magis in dies emicabat. Factus grandior Regionem ab irruentibus hostibus ex Hispania (quo tempore illa occupata Mauri, seu Saraceni vicina Galliæ loca excurrentes populabantur) tuebatur. Cum vero Fraxinetum insulam continenti, in quo Bobo Arcem loco ditiore habebat, proximam occupassent, finitimosque populos assiduis excursionibus, & deprædationibus vexarent, Arcemque Bobonis demoliri niterentur, is Beatissimis Apostolis Petro, & Paulo vovit, se depositis armis, orphanorum, & viduarum curam suscepturum, semelque quovis anno per totum vitæ suæ spatium ipsorum limina deinceps petiturum, si devictis hostibus victoriam reportasset. Quare cum illi per visum eum bono, ac fidenti animo esse jussissent, non modo Arcem in illam cum paucis per medios hostes ingressus defendit, sed etiam illos ab insula depulit ; Nam cum Rex illius Præfecti conjuge per vim potitus esset, Præfectus injuriam ulturus Bobonem clam in insulam cum peditibus, & equitibus admittit, qui plurimis ex hostibus repente eos adortus occisis, Regi, & aliis ad nostram veram Fidem conversis parcens, in sula penitus deva stata, Regionem omnem finitimam omnino ab hostium metu liberavit.

111 Exinde vita fratris sui occisori, Dei pro amore concessa, quod vovit fideliter adimplens, orphanorum, & viduarum cura susceptа, ac singulis annis limina Apostolorum petens, hoc in itinere Roma in Patriam rediens tamdem gravi morbo correptus, animam Deo reddidit circa annum 986. die 22. Maij apud Viqueriam, seu Vichariam, aut potius, ut antiquis placuit, Vicum Iriæ, quod Derthonensis Diœcesis inter ipsam Derthonam, & Papiam, ad fluvium Stafforam Oppidum est præclarum, nobile, & opulentum, ibique sepultus est, & si quod pecus, vel armentum transisset super ejus tumulum, illico, corruens moriebatur, donec locus elatis lignis septus est, deindeque ad ipsius honorem fuit constructum Monasterium Ordinis Benedictini cum Ecclesia illi sacrata, posita prope viam, quæ Magistra dicitur, in capite Suburbii S. Perro dicati, distante viginti circiter passus ab Ecclesia nova eidem S. Boboni, seu Bovo etiam sacrata cum Conventu PP. Capuccinorum.

112 In Ecclesia Collegiata S. Laurentii dicti præclari oppidi quiescit Corpus ipsius S. Bobonis, qui aliter Bobus, vulgo S. Bovo appellatur, & ut Protector principalis, & Advocatus tam Cleri, quam Oppidi, & Territorii Viquerienſis die 22. Maji solemni veneratione colitur, atque in Officio quotidiano, dum Suffragia Sanctorum recitantur, ejus commemoratio celebratur : Ibique, & alibi variis claruit, & in dies claret miraculis, ut videre est in ejus Legenda, quæ extat Viqueriæ in pervetusto Legendario de Vitis Sanctorum, quo utebantur Canonici Collegiatæ Sancti Laurentii in recitandis lectionibus ad Matutinum in Festivitatibus Sanctorum, & apud eruditissimos Bollandianos *ad dictam diem 22. Maji*, doctissimum Philippum Ferrarium *in Catalogo Sanctorum Italiæ, & in Catalogo Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non sunt*, & apud alios, ex quibus sunt hæc nostra collecta.

113 Quamvis tamen non omnes conveniant quoad diem sui decessus, & Festivitatis, aliis, inter quos dictus Ferrarius *loco citato*, assignantibus ad diem 23. Maji, aliis ad diem 25. ejusdem Maji, ut Veronæ coli asserit idem Ferrarius, aliis ad diem 22. ut rectius ex multis dicti Bollandiani *loc. cit.* insuper referentes, quod in Missali Mediolanensis Ecclesiæ anni 1522. & in Breviario ejusdem Ecclesiæ anni 1539. & 1560. secundum institutionem S. Ambrosii in Kalendario præfixo ista leguntur : *XI. kalendas Junii S. Bovi Confessoris*, qui & Bovus appellatur Laudæ Pompejæ, & Viqueriæ, & Passim alibi, tum in Officio, tum Missa de Communi Confessoris non Pontificis primo loco ; Et quamvis discrepent Scriptores quoad locum in quo ipsius Sancti Corpus quiescat, aliis volentibus, ut supra, ipsum quiescere Viqueriæ, aliis autem Papiæ. Qui tamen facillime conciliari possunt, si asseratur, primitus fuisse quidem sepultum Viqueriæ, & ibidem per multum temporis quievisse, ubi adhuc in præsentiarum existit maximo cultu venerata insigni ejus Reliquia in Ecclesia præclarissimorum. PP. Capuccinorum ipsi Sancto sacrata ; & ob ingruentium bellorum pericula, & hostiles incursiones Papiam translatum, ac multis evolutis annis fuisse ibidem in Ecclesia S. Apollinaris repertum in arca lapidea die 6. Februarii cum ejusmodi inscriptione *Hic requiescit Corpus S. Bobonis* ; multis luminaribus statim in ea Basilica, ac Stella supra tectum visis, ut ex aliis tradit dictus eruditissimus Ferrarius *loc. cit. in fine*,

114 Viquerie autem nihilominus recitantur sequentes Orationes mihi illinc fideliter tranimissæ, prout reperiuntur conscriptæ in Breviariis præclarissimorum PP. Capuccinorum in eodem perinsigni Oppido degentium, ac in Ecclesia eidem Sancto Sacrata pie devoteque ipsum colentium, una cum pia ipsius Sancti Imagine impressa, & inscriptione adjecta.

ORATIO

S. Bovi Confessoris die 22. Maii.

Propitiare nobis, quæsumus Domine, famulis tuis per hujus Sancti glorioſi Confeſſoris tui Bovi qui in præsenti requiescit Ecclesia, merita gloriosa, ut ejus pia intercessione ab omnibus semper protegamur adversis. Per Dominum &c.

ALIA ORATIO EJUSDEM.

DEUS, qui in præclara Sancti Bovi Confessoris tui inventione præfulgidam de Coelis stellam visibiliter radiare fecisti, ut ipsum in S. Apollinaris Ecclesia vere requiescere demonstrares: Concede propitius, ut quod a te suppliciter petimus, ejus pia nobis intercessione donetur. Per Dominum &c.

Inscriptio vero supradictæ ipsius Sancti Imagini adjecta, hæc est.

Imagine di S. Bovo Confessore, e Protettore dell'Insigne Luogo di Voghera, e difensore degli Armenti, una Reliquia del quale è con ogni riverenza collocata nella Chiesa de' Padri Cappuccini del detto Luogo, quale divotamente vie ne da' Popoli adorata, e tale Imagine è dedicata alla gloria di Dio, ed al merito delle stesso Santo, che ci preservi li bestiami, ed armenti, e ci difenda da ogni male.

Can. Graminea ſcul. Super. lic. 1717.

Supplementa Auctoris e II. Editione.

115 FEsti dies in pietatis operibus, non in negotiis sæcularibus sunt transigendi. Benedictus XIV. tom. 1. Constitut. 144. incip. *Ab eo tempore* §. 17. Festi dies non sunt omnes æque solemnes. Idem *ibid.* §. 7. Festorum dierum observantia arctiori præcepto fuit in lege veteri injuncta, quâ nunc in Ecclesiasticis legibus. Idem *ibid.* §. 10. Festis diebus prohibentur mercatus rerum venalium. Nundinæ vero tolerantur sub certis conditionibus, nempe ut ipsis diebus Festis tempore nundinarum occurrentibus apothecæ claudantur, & Religioni, ac pietati opera detur. Idem *ibid.* & Constitut. 105. incip. *Paternæ Charitatis*, in qua, ut in Civitate Senogalliensi tempore nundinarum diebus Festis de præcepto a servilibus operibus abstineatur, prorogatur tempus ad dictas nundinas per alios quinque dies peragendos.

121 * In Diœcesi, ubi adest consuetudo exercendi artem barbitonsoriam, etiam die festo, permitti potest, sed tantummodo definitis diebus, non vero omnibus. Benedict. XIV. *Institut. Eccles.* 43. *per tot.* Opus est tamen servile, nec nisi ex consuetudine tolerandum; *ibid.* §. 2.

122 Opera servilia diebus festis prohibentur, ne ruralibus quidem exceptis. Conceduntur tamen si urgeat vera & affectata necessitas. Affectata vero illa diceretur, in qua opera, quæ diebus præcedentibus fieri possent, ad diem festum transferrentur. Petenda est tamen a Superiore facultas, si quid insurgat necessitatis. Hanc vero facultatem dare solet Episcopus Parochis ruralibus in ordine ad opera agrestia, qualia se haberent oneratio plaustrorum, collectio frugum, & fructuum; herbam secare, colligere fœnum, quando periculum imminet veræ tempestatis, vel quando die sequenti transferenda sunt in Civitatem, nec posset commode id differri. *Institut. Eccles.* 55. §. 33. *& seqq.*

Molitores non possunt molitioni incumbere, etiamsi molendinum aqua, vel vento, seu jumentis volvatur; non possunt, inquam, secluſa consuetudine, vel necessitate: quæ necessitas si adsit, in Diœcesi Bononiensi facultas non a Parocho, sed ab Archiepiscopo conceditur; *ibid.* §. 37.

123 Piscatio inter opera servilia, die festo vetita, referenda est; si tamen necessitas urgeat piscandi, eo quod statis diebus fiat transitus piscium, quo elapso temporis articulo piscatio eorum nulla fieret; tunc pauperioribus piscatoribus datum est ut operi illi incumbere possint, dummodo id non præstent die Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, & Corporis Christi, juxta ac olim concessum fuit Trevirensibus ab Alexandro III. de Synodo Diœc. *lib.* 13. *cap.* 18. §. 10. *nov. edit.* * 124

125 Festi dies in Ecclesiis non Parochialibus ita sunt celebrandi, ut non evertatur populus ab Ecclesia Parochiali. Idem Constitut. 42. incip. *Et si minime* §. 15. Festi dies Ecclesiæ Latinæ observari debent a Græcis degentibus in Italia, & insulis adjacentibus. Idem Constitut. 57. incip. *Et si Pastoralis* §. 9. Festorum dierum distributio per annum juxta Kalendarium Gregorianum ab Italo Græcis est servanda. Idem *ibid.* 125 126 127

Festorum dierum imminutio communiter expetita, absque Episcoporum consensu a Pontifice declaratur non statuenda. Idem in cit. Constitut. *Ab eo tempore* §. 15. Festorum dierum reductio conceditur pro nonnullis Diœcesibus Hispaniæ. Idem Constitut. 62. incip. *Cum sicut*. Festorum dierum reductio conceditur pro Diœcesi Nicensi cum conditionibus opportunis adhuc in ipsis Sacrum audiendi. Idem Constitutione 128. incip. *Inter sollicitas*. Festi dies æstivis mensibus occurrentes infra hebdomadas, ad dies Dominicos transferuntur pro nonnullis locis Regni Poloniæ ob agriculturæ necessitatem. Idem Constitut. 138. incip. *Nuper*. Excepto Festo Assumptionis B. M. V. idem *ibid.* Et nihil immutato quoad ordinem Divinorum Officiorum. Idem *ibid.* 128 129 130 131

Festorum dierum imminutio ab Urbano VIII. olim facta assignatur a Benedicto XIV tom. 2. Constitut. 63. incip. *Non multi menses*. Nova eorumdem imminutio a multis Episcopis, aliisque gravibus viris optatur. Idem *ibid*. Pontifex nihil decreturus sine consilio, rationes in utramque partem colligit, & varios illius exequendæ modos demonstrat in peculiari dissertatione, quæ per Ecclesias fuit transmissa. Idem *ibid.* Acceptis quadraginta diversi Ordinis Consultorum sententiis, ex consensione majoris partis nihil generaliter præcipere statuit, sed peculiarem Episcoporum instantiam expectare. Idem *ibid.* 132 133 134 135

Modum vero illum sibi servandum proponit, quem Tarraconensis Concilii Patres excogitarunt, ipsisque petentibus Benedictus XIII. approbavit; Ut scilicet firmum remaneat præceptum audiendi Missam, sed liceat in aliquibus Festis opera servilia exercere. Idem *ibid.* Dissensiones inter doctos viros diversa sentientes exortæ cum in Ecclesiasticæ pacis perturbationem vergerent, a Pontifice sedantur, interdicta scriptorum quorumcumque publicatione super hujusmodi reductionis negotio sub gravissimis pœnis, ac Censuris Papæ reservatis, ne quis in posterum libros, scripturas, vel alia opera quæcumque audeat typis inprimere, seu aliter in lucem edere, in quibus de imminutione dierum Festorum de præcepto, sive pro ea, sivè contra eam, agatur. Idem *ibid.* 136 137

Festorum aliquot dierum observantia in Regno Siciliæ citra Pharum, & in Diœcesibus Messanensi, & Panormitana reducitur juxta methodum supra expositam. Idem tom. 2. Constitut. 65. incip. *Cum sicut quadam*. Festis diebus personati incedere fideles in universa ditione Ecclesiastica prohibentur. Idem Constitut. 45. incip. *Inter cetera*. Item circumforanei saltatores, scurrones, & hujusmodi saltem matutinis horis, & ante expleta Officia Vespertina populum detinere vetantur. Idem *ibid.* 138 139

Hic juvat adducere Catalogum italico idiomate impressum de' Vescovi, e Diocesi, che sinora, cioè sino all' anno 1748. hanno ricercata, ed eseguita la facoltà di sminuire le Feste di precetto, quanto sia per potere attendere alle opere servili. 140

Nei Regni delle Spagne.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Ceuta.	Di Montognedo.
Di Siviglia.	Di Malaga.

Per istanze fatte dal fu Re Cattolico

FILIPPO V.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Vagliadolid.	Di Calahorra.
Di Salamanca.	Di Olivares.
Di Jaen.	

LE

LE CITTA' E DIOCESI

Di Compostella.	Di Tuy.
Di Plasentia.	

LE CITTA' E DIOCESI

Di Guadix.	Di Balbastro.
Di Huesca.	Di Tarazona.
Di Tervel.	

LE CITTA' E DIOCESI

Di Saragozza.	Di Oviedo.
Di Pamplona.	Di Tudella, e Villa di Fiteto Nullius.
Di Albarazin.	
Di Jacca.	

LA CITTA' E DIOCESI

Di Cadice.

Alcune Universita della Diocesi di Badajoz.

IN FIANDRA.

LA CITTA' E DIOCESI

D' Ipri.

IN SARDEGNA.

LA CITTA' E DIOCESI

Di Cagliari.

IN POLONIA.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Cracovia.	Di Posnania.
Di Vilna.	Di Uladislavia.

IN GERMANIA.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Liegi.	Di Basilea.

IN SICILIA.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Siracusa.	Di Girgenti.
Di Patti.	Di Cefalù.

NELLO STATO ECCLESIASTICO.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Fermo.	Di Ferentino.
D'Ascoli.	Di Sezza.
Di Montalto.	Di Terracina.
Di Ripa Transona.	Di Piperno.

IN TOSCANA.

LE CITTA' E DIOCESI

Di Pienza.	Di Chiusi.
Di Massa di Siena.	Di Grosseto.
Di Montalcino.	Di Soana.

NEL CONTADO DI NIZZA.

LA CITTA', E DIOCESI

Di Nizza.

Sic expresse in fine Libri *Raccolta di Scritture*, sub dat. *In Lucca* 1748.

Novæ additiones ex aliena manu.

QUatuor potissimum hic sunt discutienda. I. Quis possit indicere dies festos? II. Quid importet observatio dierum Festorum? III. Quis possit dispensare super observatione dierum festorum? IV. Quis animadvertere possit in Violatores dierum Festorum? 1

Ad primum quod attinet, Potestati sæculari jus haud est indicendi hos de quibus agimus dies festos; *Capon. discept.* 208. *num.* 25. *Carti ad decis.* 171. *num.* 8. *& sequent.* Jus hoc est Summi Pontificis in toto Orbe, & Episcopi in sua Diœcesi. Non ignoro quod sunt, qui autumant, Episcopum post Constitutionem Urbani VIII. haud posse amplius dies festos indicere; *Capon. dict. discept.* 208. *num.* 36. *Ventriglia in Prax. Jur. Eccles. part.* 1. *adnotat.* 61. §. 1. *num.* 3. Sed posse alii, & quidem rectius sentiunt: *quum* (ut ait *Romaguer. ad Synodal. Gerunden. lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 11.) *textualiter in ea solum legatur admonitio facta Episcopis, ut se abstineant publicare novas festivitates ultra in dict. Constitutione præscriptas, non autem clausula aliqua facultatem eis de jure communi competentem abdicans.* Confer etiam *Gonzal. in cap. final. numer.* 17. *de Feriis.* 2 3

Debet vero Episcopus dies festos indicere, cum consensu Cleri. An item adhibere debeat consensum Populi, controversia est. Adhibere utique debere de jure vigore mox dicti *cap. final. de Feriis*, nequaquam vero de consuetudine, quæ jus in hac parte abrogavit, tenent *Romaguer. ubi supra n.* 12. *Fagnan. in cit. cap. final. num.* 31. *& sequent. de feriis, Zypæus innov. jur. pontific. tit. de ferriis num.* 3. *Cortiad. dict. decis.* 171. *num.* 16. 4 5

Hinc autem patet quid sentiendum sit de propositione illa generali ab *Auctor num.* 10. his verbis firmata: *Festa de præcepto servanda institui non possunt invito Populo*. Si enim intellexit *Auctor* de diebus festis indictis a Summo Pontifice, manifesto erravit, quum Summus Pontifex adhibere haud teneatur consensum Populi. Sin autem de diebus festis intellexit ab Episcopo indictis, improbari nequit, quum sint & hodie qui sentiant, teneri Episcopum adhibere consensum Populi. 6 7

Tametsi autem Potestas sæcularis indicere haud valeat dies festos, potest tamen dies festos a Summo Pontifice, vel Episcopo indictos munire adjectione pœnæ *Fagnan. in cap. Conquestus num.* 72. *de feriis, Pignatell. consult. Canon. tom.* 1. *consult.* 8. *num.* 2. *Bellett. disiquisit. Clerical. tit. de favor. Cleric. real.* §. 5. *a num.* 101. *Barbos. de offic. & potestat. Episcop. allegat.* 105. *num.* 42. 8

Quod concernit secundum, duo observatio festorum importat præcepta, alterum *affirmativum* audiendi Missam; *negativum* alterum cessandi ab operibus servilibus. Plures circa utrumque hoc præceptum occurrunt quæstiones. De piscatione præsertim disputatur, an ea veniat sub præcepto negativo? Vide si lubet *Romaguer. ad Synodal. Gerund. lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. *per tot.* 9 10

Quoad tertium, solius superioris Ecclesiastici est dispensare super observatione dierum festorum. Potestati sæculari minime est jus hoc; *Pignatell. consult. Canon. tom.* 1. *consult.* 8. *num.* 3. *Pilaja decis. Canon. lib.* 1. *d cis.* 7. *numer.* 98. An autem dicta dispensatio gratis, & quibus in casibus concedi debeat, tradunt *Capon. discept.* 211., & rursus *discept.* 211. utrobique *fer. per. tot. Barbos., de Paroch. cap.* 21. *per tot.* 11 12

Restat ut de quarto, & ultimo disseratur. Porro separandi sunt ii, qui ratione personæ subjecti sunt Episcopo, nam hos punire non potest nisi ipse Episcopus ob violationem dierum festorum. Quoad vero ceteros, locum esse præventioni inter Judicem Ecclesiasticum, aut sæcularem post Constitutionem Sancti Pii V. tenent *Capon. discept.* 208. *num.* 27. *Tondut. de Prævent. p.* 2. *c.* 29. *num.* 38. *& seq. Nicol. Lucubrat. Canon. lib.* 2. *tit.* 6. *numer.* 6. *Romaguer. ad Synod. Gerund. lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 21. qui *num.* 22. subdit: *Non tamen si ab Episcopo, aut alio ad quem spectat, verbo, aut scriptis sit data licentia laborandi in talibus diebus, nam tali casu non possunt Potestates sæculares eos punire, etiamsi non exhibeantur tales licentiæ.* 13 14 15 16

Verum si violatio versetur circa præceptum non *negativum*, sed *affirmativum*, congruentius videtur, ut procedat unus Judex Ecclesiasticus, non item Judex sæcularis. Confert *Rousseaud. de la Combe in sua Jurisprudentia Canonica verb. Festi dies num.* 3. 16

FEU-

FEUDUM.

ARTICULUS I.

Feudum quoad ea, quæ concernunt eius Originem, Naturam, & Divisionem.

1 UNDE originem trahat Feudum, controvertitur inter Doctores. Aliqui enim cum Zasio *in lib. 2. verb. Curias, ff. de origine Juris*, & Cujac. *in Comment. ad leg. Feud. in princ.* volunt, Feuda originem habere ex antiquo Romanorum Jure. Alii cum Luca de Penna *in leg. Quicumque Cod. de omni agro defert. lib. 11.* sustinent, Feudum cæpisse tempore Justiniani. Alii dicunt, Feuda a Gallis ad Germanos, Italos, Hispanos, & alias Europæ Provincias venisse, 2 ut potest videri apud Fachin. *lib. 7. cap. 1.* Communior tamen, ac probabilior tenet, Feuda originem habere, ac primitus concessa fuisse a Longobardis, qui Italiam occuparunt, diuque possederunt, quorum Feudorum consuetudines, Obertus de Orto, & Gerardus reduxerunt ad earum legum Feudalium formam, quam habemus, ut testatur Card. de Luca *lib. 1. de Feudis disc. 2. num. 5.* Fachin. *lib. 7. cap. 1.* Harprecht. *in annot. ad Jul. Clar. in §. Feudum quæst. 1. numer. 11.* Engel. *lib. 3. decretal. tit. 20. num. 1.* Reiffenstuel *ibid. numer. 3.*, & complures alii. Et ratio est, quia in libris Feudorum sæpius fit mentio Longobardorum, & legum Longobardicarum, ut in *lib. 2. tit. 1. de Feudi cognitione*; Item *lib. 2. tit. 8. de Investitura*, rursus *lib. 2. tit. 58. de Notit. Feud.*, & sæpe alibi; Tum quia multa vocabula Feudalia arguunt linguam Longobardorum, velut Morgenatica, Marchia, Marchio &c. Fachin. *lib. 7. controvers. cap. 1.* Harprecht. *loc. cit.* Engel. *loc. cit.*, & alii. Feudi nomen derivatur a Fide, seu Fidelitate, 3 *lib. 2. Feud. tit. 3. Per quos fiat Investitura*, ibi: *Cum a Fidelitate Feudum dicatur, vel a Fide*; Natura enim Feudi proprii est obligare Feudatarium, ut specialem exhibeat fidelitatem erga Dominum suum Directum, cujus est Vassallus, *cit. lib. 2. Feud. tit. 3. Per quos fiat Investitura*, ubi sic dicitur: *Nulla Investitura debet ei fieri, qui fidelitatem facere recusat*; Sic Rosental. *cap. 1. de Feud. conclus. 7. lib. 1.* Engel. *lib. 3. decretal. tit. 20. num. 2.* & alii communiter.

4 Feudum proprie dictum est res immobilis alicui quoad dominium utile liberaliter, & perpetuo concessa sub onere fidelitatis, & obsequii personalis præstandi; *Est in re communis*, & habetur clare *ex §. fin. lib. 2. Feud. cap. 23.* ubi ita describitur: Est beneficium illud, quod ex benevolentia „ ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis bene„ficiatæ penes dantem remaneat, ususfructus vero illius rei „ ita ad accipientem transeat, ut ad eum hæredesque suos „ Masculos, sive Fœminas (si de his nominatim dictum sit) „ in perpetuum Domino serviant. Dicitur primo *res immo*5 *bilis, arg. cit. §. fin. lib. 2. Feud. cap. 23.*, ibi: *Res immobilis*. Nomine autem Rei immobilis non tantum veniunt res corporales, & solo cohærentes, ut Castra, & prædia, sed etiam Jura incorporalia, quæ immobilibus accensentur, ut Jura piscandi, venandi, jurisdictionem exercendi, vectigalia accipiendi, & similia; *arg. leg.*, & *§. fin. Cod. de præscript. longi temp.* juncta *Clement. 1. de rebus Eccles. alien. vel non*. Sic etiam census, & redditus annui; *Clement. Exivi §. Cumque annui, de V. S.*, ibi: *Cumque redditus annui inter immo*6 *bilia censeantur a Jure*. Dicitur secundo *Quoad Dominium utile*, ut denotetur Dominium directum, seu proprietatem remanere penes Dominum, qui Feudum concedit; *arg. cit. §. fin. lib. 2. Feud. cap. 23.*, ibi: *ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat*. Dicitur tertio *Li*7 *beraliter*, ut denotetur Feudum proprie dictum esse *beneficium ex benevolentia*, ut dicitur *in cit. §. fin. lib. 2. Feud. cap. 23.* per quod differt ab Emphyteusi, in qua Domino directo ab Emphyteuta præstari debet canon annuus. Unde, si etiam in Feudo annua pensio constituatur, prout interdum fieri solet, tunc non est Feudum proprium, sed solum improprium. Non est tamen de substantia Feudi, ut mere gratuito fiat, nam etiam Feuda emi posse constat ex *cap. unico de Beneficio fratris*. Dummodo minori pretio ematur, ut adhuc speciem Beneficii retineat. Dicitur quarto *Perpetuo*, 8 ut denotetur, quod Feuda proprie dicta non præcise ad certum tempus, vel generationem, uti aliquæ Emphyteuses, sed perpetuo concedantur, ita ut ad Feudatarium, & ejus hæredes in perpetuum pertineant, ut expresse habetur *in cit. §. fin. lib. 2. Feud. cap. 23.* Dicitur quinto *sub onere fideli*9 *tatis, & obsequii personalis præstandi*, ut denotetur, quod principale onus, & obligatio Feudatarii est, ut Domino directo, a quo tantum beneficium accepit, & sit fidelis, & nunquam aliquid contra eum machinetur sed potius consilio, & auxilio adjuvet præsertim euntem ad bellum personaliter sequatur, vel alium sui loco *Domino* acceptabilem mittat, vel dimidium redditus Feudi unius anni Domino subministret pro belli expensis; *lib. 2. cap. 55. §. 1. de Prohibita Feudi alienat.*

Feudum dividitur primo in Feudum proprium, & im10 prium. Feudum proprium est illud, quod in omnibus veram naturam Feudi retinet juxta descriptionem, & explicationem supra datam, & simpliciter, & pure conceditur nulla temporis aut servitiorum ficta determinatione; *§. Penult. & ult. Cod. Quid sit Investitura*: Et *de concession. rect. Feudi*: Item *cap. 1. Quibus modis Feud. constit. potest.* Calvin. *Lexicon. Juridic. verb. Feudum*. Feudum improprium est illud, in quo per pacta specialia, seu per Investituram specialem a propria natura Feudorum recessum est. Feudum enim improprium censetur, quod conditionibus, vel obsequiis nominatim definitis est alligatum: *Cap. 1. de not. Feud.*, & *§. fin. de capit. qui cur vendi*; Calvin. *loc. cit.* In dubio autem om11 ne Feudum præsumitur rectum, & proprium, & si forsan in uno degeneret, in reliquis tamen adhuc propriam naturam retinet: *Cap. unico, de Feudo non habente propriam naturam*; Engel *loc. cit. sub num. 6.* Secundo dividitur Feudum in Re12 gale, & non Regale. Feudum Regale est, quod ab Imperatore, vel a Rege conceditur cum annexa Regali Dignitate, idest cum Jure Regalium, hujusmodi Feuda sunt Regnum, Electoratus, Ducatus, Principatus, Marchionatus, Comitatus, & cetera id genus honoris beneficia, *arg. lib. 1. tit. 14. Feud cap. 1. Quis dicatur Dux*: Calvin. *loc. cit.* Vultejus *de Feudis cap. 8. num. 10.*, & alii passim. Non Regale est, quod Personam accipientis quidem nobilitat absque tamen Jure Regalium; *arg. cit. numer. 1. tit. 14. Feud. Cap. Unic. Qui feudare possunt*; Calvin. *loc. cit.* Vultejus *loc. cit.* Engel. *loc. cit. num. 10.* Reiffenstuel *lib. 3. decret. tit. 20. nu*13 *mer. 19.*, & alii. Tertio dividitur Feudum in Nobile, & Ignobile. Feudum Nobile est illud, quod accipientis Personam nobilitat, vel si prius fuit Nobilem ostendit, ut cum ab Imperatore, vel alio Supremo Principe conceditur; *cap. 1. Quis dicat Dux*. Feudum Ignobile est, quod a plebe, vel privatis personis dari solet, quæ ex defectu potestatis nullam nobilitatem conferre possunt Feudum ab ipsis accipientibus; *cap. 1. de his, qui Feudum dare possunt, & arg. lib. 2. Feud. tit. 10.*, & 53. Calvin. *loc. cit.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 18.* Vultejus *loc. cit. num. 9.*, & alii.

Quarto dividitur feudum in Ligium, & non Ligium. Feu14 dum Ligium est illud, pro quo Vasallus ita strictam fidelitatem jurat uni Domino, ut ei militare, & servire teneatur contra quemcumque alium; *cap. 1. de Feudo Ligio lib. 2. tit. 99. de Feudo Ligio*. Unde hoc nomen *Ligium* videtur derivatum a *ligando*, seu verbo *Ligo*, quod fœdus, & societatem arctissimam significat; Calvin. *loc. citat.* verb. *Ligius homo*; Engel *loc. cit. num. 11.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 20.* Hic non potest quis a duobus Regibus Feuda Ligia accipere, *arg. cit.* 15 *lib. 2. tit. 99. de Feudo Ligio*, Glossa *in Clement. Pastoralis verb. Homo Ligius, de re judicata*. Impossibile enim est promittere fidelitatem duobus contra quemcumque, cum hoc ipso, quod uni jam promiserit fidelitatem contra quemcumque nullo excepto, necessario alter a fidelitate videatur exclusus; Clarus §. *Feudum q. 11.* Engel *loc. c. n. 11.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 21.* Hujusmodi Feuda Ligia non nisi a Supremis 16 Principibus Superiorem non agnoscentibus dari possunt, alias enim necessario Superior dantis in juramento fidelitatis excipi deberet, sicuti semper censetur exceptus in quovis Feudo Ligio Romanus Pontifex, eo quod contra ipsum nullum fidelitatis juramentum præstari possit; *arg. Cap. Venientes 19. de Jurejurando*, ibi: *Cum prædictum juramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi jus superioris exceptum*. Feu17 dum non Ligium est illud, pro quo Vasallus ita jurat, & debet fidelitatem Domino, ut tamen alicui alteri in eadem, vel simili causa fidelitatem debitam præstare valeat; Unde potest quis duo, vel plura feuda non Ligia a diversis Regibus, & Principibus accipere, dummodo in nullo fidelitatem contra Dominum aliquem feudi juret; *Sic praxis communis*.

Quinto dividitur feudum in Ecclesiasticum, & Sæculare, 18 seu Laicale. Feudum Ecclesiasticum est, quod ab Ecclesiasticis

sticis Prælatis de bonis ab Ecclesiam spectantibus datur alicui sive Clerico, sive Laico; Vulte jus *de Feudis l. 1. c. 8. n. 19.* Engel *loc. cit. n. 9.* Reiffenstuel *loc. cit. n. 15.*, & alii *communiter*. Feudum sæculare, seu Laicale est, quod a Principibus vel aliis Dominis Sæcularibus, aut etiam a Clericis, de bonis tamen patrimonialibus, & Sæcularibus datur. Unde pro cognoscendo an aliquod feudum sit Ecclesiasticum, vel Sæculare, debet spectari, non tam Persona feudum concedens, quam res ipsa in feudum concessa, ita ut, si res sit Ecclesiastica, seu proprie ad Ecclesiam pertinens, feudum quoque erit Ecclesiasticum, etiamsi Laico sit concessum; & e contra, si res sit Laicalis vel Sæcularis, ipsum quoque feudum erit Laicale, vel Sæculare, etiamsi concedatur Personæ Ecclesiasticæ, sive ipsimet Ecclesiæ, vel Monasterio; 19 *arg. cap. Ex transmissa 6. de Foro competent.* Unde multi Episcopi, & Prælati Ecclesiastici, qui specialia Territoria in feudum ab Imperatoribus acceperunt, ratione istorum Territoriorum considerantur ut ceteri Vassalli Sæculares Imperatorum, & coram eis in causa Feudali comparere, & judicari debent; eo quod universaliter quæstiones feudales per Dominum Feudi terminentur; *Cap. Ex transmissa 6.*, & *Cap. Verum 7. de foro competent.* Andreas Gailus *lib. 1. observ. 30. num. 4.*, & *sequent.* Engel *loc. cit. numer. 9.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 16.*, & alii cum Fagnano *lib. 2. decretal. in cap. Verum 7. de Foro competent. num. 1. 10.*, & 12.

20 Sexto, dividitur in Feudum novum, & antiquum. *Feudum novum est*, quod Vasallus possessor non ab aliquo antecedente vi successionis, sed ab ipsomet Domino primum accepit, & cœpit in sua Persona. *Feudum antiquum est*, quod prius jam ab alio ascendentium acquisitum per successionem ad alios devolvitur; *c. 1. de succes. Feud. cap. 1. de succes. frat. & grad. succed. in Feud. c. 1. de natur. succes. Feud. cap. 1. §. Novam, Quot testes sint necess. & cap. 1. de frat. de novo Benefic. invest.* Calvin. *loc. citat.* verb. *Feudum antiquum*, Jul. Clar. §. *Feudum quæst. 8. num. 1.* Engel *loc. cit. num. 7.* Reiffenstuel *loc. cit. numer. 12.* Pirhing *lib. 3. Decretal. tit. 20. num. 3.* & alii communiter.

21 Septimo dividitur in Feudum hæreditarium, & in Feudum Familiæ, seu ex pacto, & Providentia. *Feudum hæreditarium* est illud, in quo vigore Investituræ, non solum agnati primi Vassalli, seu acquirentis, sed etiam quicumque hæredes extranei, sive masculi, sive Fœminæ, sive ex Testamento, sive ab intestato venientes succedere possunt. Tale Feudum esse censetur, si in Investitura hæc, vel similis clausula habeatur: *Concedo Feudum pro te, & tuis hæredibus quibuscumque*; Rota *part. 2. recent. decis. 391. num. 8. p. 11. de*22 *cis. 112. num. 7.* & sæpe alibi; Jul. Clarus §. *Feudum quæst. 9. num. 2.* Fachin. *lib. 7. cap. 6.* Pirhing *loc. cit. num. 3.* Reiffenstuel *loc. citat. numer. 24.* & alii communiter. *Feudum Familiæ, seu ex pacto, & providentia* est illud, in quo soli masculi a primo Vassallo per legitimum Matrimonium descendentes, jure agnationis, & sanguinis succedunt, quia ordinarie in favorem, & conservationem Familiæ conceditur; *arg. lib. 2. Feud. tit. 2. in fine*, Vultejus *de Feudis cap. 8. num. 32.* Engel *loc. cit. num. 8.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 23.* & alii passim.

23 Octavo, dividitur Feudum in masculinum, & Fœmineum. *Feudum masculinum* est illud, in quo vigore Investituræ soli masculi succedere possunt; *Communis. Feudum Fœmineum* est illud, quod primitus collatum est Fœminæ, indeque 24 Fœminas succedere petitur; *lib. 2. Feud. titul. 30. & 50.* Alii dicunt, etiam illud Feudum Fœmineum esse, in quo ex speciali investitura, & fœminæ succedere possunt, etsi primitus collatum sit masculo. In utroque tali Feudo Fœmineo Fœminæ nequeunt succedere, nisi masculis deficientibus, ita ut, quamdiu masculus aliquis succedere poterit, & superstes sit, nulla fœmina, etsi propinquior ad successionem Feudi admittatur, textu expresso *in cit. lib. 1. Feud. tit. 8.*, ibi: *Tunc enim succedit filia, filiis non extantibus & lib. 2. tit. 30.* ibi: *Fœmineum Feudum, deficientibus masculis, ad filias*25 *pertinebit*. Nono dividitur in Feudum Francum, idest liberum, & in non Francum. *Feudum Francum* est illud, pro quo Vassallus ad nulla servitia præstanda obligatur, & quod Francum liberum dicatur, allegatur *lex in cap. Ex litteris 1. de sponsalibus*, Calvinus *loc. cit. verb. Feudum Francum. Feudum non Francum* est illud, pro quo Vassallus obligatur ad certum genus servitii prout in Investitura determinatur; *arg.*26 *lib. 2. Feud. tit. 25.*; *Est communis*. Decimo, dividitur Feudum in Reale, & Personale. *Reale* est illud, quod cum primo acquirente non extinguitur, sed etiam ad hæredes regulariter est transitorium, tam respectu Domini, quam Vassalli, ut *in cap. 1. §. Cum vero Conradus, de iis, qui Feud. dare poss. cap. 1. de duob. fratrib. a cap. Invest. & cap. 1. §. fin. quibus mod. Feud. amitt.* nam quilibet censetur suis hæredibus prospicere; *l. Pactum ff. de probationibus*; Calvin. *loc. citat. verb. Feudum reale*; Reiffenstuel *loc. cit. num. 30.* & alii communiter. *Feudum Personale* est illud, in quo nullus hæres succedit, sed cum primo acquirente extinguitur; *Communis.*

Feudum Personale, varie subdividitur, aliud enim feu- 27 dum personale dicitur *de Camera*, & est, cum alicui ex arca, seu ærario Domini directi certum stipendium solvitur, quamdiu vivit; *lib. 2. Feud. tit. 1. §. Sciendum*, Calvin. *loc. cit. Feudum de Camera*, Reiffenstuel *loc. cit. num. 30.* & alii passim. Aliud dicitur *de Cavena* & est, cum alicui, dum 28 vivit, præstantur annonæ ex cellario, horreo, vel pennario Domini. Cavena enim locus est, in quo frumentum, vi- 29 num, oleum, & similia servantur: Calvin. *loc cit.* Reiffenstuel *loc. cit.* Rosental. *cap. 2. conclus. 30.* & alii passim, & de ipso etiam fit mentio *in cit. lib. 2. Feud. tit. 1. §. Sciendum*.

Item Feudum Personale aliud est *Guardiæ*, & est, quod 30 datur alicui ad dies vitæ, vel certum tempus sub onere, ut Vassallus Castrum, Arcem, Territorium, Domum &c. custodiat; *cap. Feud. habit. dict. cap. Conrad. cap. unic. de Feud. Guardiæ*, Calvin. *loc cit. verb. Feud. Personale*, Reiffenstuel *loc. cit. n. 31.* & alii; Aliud est *Gastaldiæ*, & est, quod da- 31 tur alicui eo fine, ut domum, aut aliam rem Domini gubernet, administret, aut procuret. *lib. 1. Feud. tit. 2.* Calvin. *loc. cit. verb. Feud. Gastaldiæ*, Reiffenstuel *loc. cit. num. 31.*; Aliud est *Soldatæ*, & est, cum alicui, non quidem ex certa 32 Camera, vel Cavena, sed simpliciter annua quantitas pecuniæ, vel vini, seu frumenti sub obligatione fidelitatis, & servitiorum præstatur, ita tamen, ut non tantum per mortem ipsius Vassalli, sed etiam per mortem Dantis expiret; *lib. 2. Feud. tit. 10.*, ibi: *Soldata est præstatio quædam annua gratuita, quæ a neutra parte transit in hæredem; morte enim Dantis, & accipientis interveniente finitur. Soldata vero dicitur, quia plerumque in solidorum donatione consistit, quandoque autem in vino, & annona consistit*; Azorius *lib. 10. de Feudis cap. 2. quæst. 5.* Reiffenstuel *loc. cit. numer. 32.* Calvin. *loc. cit. verb. Feudum Soldatæ*, ubi dicit, quod secundo *Cassiodorum, Vegetium*, & *Frontinum* Solidatum in militia appellabant eum, cui stipenda ab Imperatore promissa erant; cum enim Populus Romanus supra ducentos annos (ut Livius testatur) propriis impendiis militasset, Anxuro capto, decreverunt Patres, ut stipendium miles acciperet, cui & vestem, & frumentum ultra pecunias, equiti etiam equum dare solebant. Qui delecti auctorati dicebantur, temporis vero successu Matriculati, & Solidati. Hæc ille. Cuncta ha- 33 ctenus recensita Feuda personalia dicuntur tantum improprie Feuda, cum non durent perpetuo, & non necessario constituantur super immobilibus, ut requiritur ad Feudum proprie dictum, textu expresso *in lib. 2. Feud. tit. 23.* & fuit dictum supra *a num. 4.* in expositione Definitionis Feudi proprie dicti.

Novæ additiones ex aliena manu.

DE Feudis *Auctor* agit in hoc & sequentibus duobus articulis. Nos autem in additionibus ad eos differemus de feudis dumtaxat Ecclesiasticis, non item sæcularibus; idque ne longe excedamus præfixos limites. Feudum Ecclesiasti- 1 cum in sensu stricto a feudo sæculari distingui debet *solo objecto*, ut illud dicatur, quod in re Ecclesiastica; hoc vero, quod in re prophana constituitur; *Struvius in Syntagm. Jur. Feudal. cap. 3. §. 4.*

Alii feudum Ecclesiasticum & illud dicunt, quod Ecclesia 2 vel a Rege, vel a Principe, vel etiam a Privato accepit, propterea quod in hoc genere Feudi non tam consideratur persona Episcopi, aut Prælati, quam potius ipsa Ecclesia, Vide 3 *Cragium lib. 1. Feudor. §. 10.* sed contradicentibus mox citato *Struvio* ubi supra, *Hornio in Jurisprudent. Feudal. cap. 3. §. 13. Vultejo in Jure Feudal. cap. 8. num. 8.* Et non immerito, nam 4 hoc & sæculare esse dicitur *in cap. 6. de For. Competent.*, ut etiam in Foro sæculari, non Ecclesiastico agendum sit de quæstionibus, quæ circa id genus feuda exoriuntur, ut innumeros allegans firmat *Lanfredin. Respons. Eccles. 21. num. 23.* Diversa autem est ratio Feudi Ecclesiastici in sensu stricto, 5 nam de eo in judicio Ecclesiastico feudali decernitur ab Epi-

6 copo ; *Cap.7. de For. Compet.* non habito reſpectu Vaſſalli, ſive Clericus, ſive laicus ſit, quum etiam hac in re Eccleſiaſtica judicio Eccleſiæ, ſeu Epiſcopi ſubſit.

7 De origine, tum occaſionibus feudi Eccleſiaſtici in mox
8 dicto ſenſu ſtricto, non eſt una omnium ſententia. Adi *Bohemer. in Decretal. lib. 3. tit.* 20. §. 1. *& plur. ſequent.* qui potiſſimam occaſionem reponit in oblatione Bonorum Eccleſiis hac intentione facta, ut rurſus ab iiſdem in feudum offeren-
9 tibus darentur. Hujus moris mentio habetur *in Lege Bajuvariorum* apud *Baluz. tom.*1. *Capitul. p. 95. de anno* 630.

10 Nec convenit inter Auctores, utrum feudum Eccleſiaſticum in dubio *proprium*, an *improprium* cenſeri debeat. Utilis autem eſt hæc inſpectio, nam *proprium* a communi feudorum natura haud declinat, in *improprio* vero a propria feudi natura receditur.

11 Sunt qui tenent, feudum Eccleſiaſticum magis *proprium*, quam *improprium* in dubio præſumendum eſſe; propterea quod ea ſemper capienda eſt interpretatio, quę faveat Eccleſiæ; Confer *Kloch. tom.*2. *conſul.* 10. *num.* 57.

12 At qui antiquitates perſcrutati ſunt, deprehenderuntque, primariam occaſionem feudorum Eccleſiaſticorum natam eſſe, ut paulo ante innuimus, ex oblationibus Bonorum factis Eccleſiis ea intentione, ut rurſus ab iiſdem darentur offerentibus in Feudum, tenent, feudum Eccleſiaſticum in dubio potius *improprium*, quam *proprium* dijudicandum eſſe;
13 Conſule *Bohemer. in Decretal. lib.* 3. *tit.* 20. §. 26. qui & aliis rationibus, iiſque urgentibus hanc tuetur opinionem. Rationem hanc attulit & *Garzon. de Foemin. ad Feud. recipient. num.* 126. *Quod*, ſcilicet, *Eccleſiæ a Summo Pontifice, & Deo defenſæ non indigeant auxilio manuali, vel armato, quum lacrymæ & jejunia ſint arma Eccleſiæ, quæ magis congruunt foeminis, quam maſculis, & illarum ſint ſanctiores, eoque magis acceptæ*: ex quo infert, Feuda Eccleſiaſtica eſſe promiſcua. At *lepida* (ut inquit *Bohemer. loco citato*) *eſt hæc ratio, & ex ignorantia veterum cauſarum nata. Maluit tamen Garzon. aliquam afferre rationem, quam nullam. Forſan etiam reſpexit ad Feudorum horum plerumque naturam, quæ frequentius loco ſervitiorum militarium onus Cenſum præſtandi adjunctum habent, qualia feuda cenſualia impropria eſſe nemo negabit.*
14

15 Major eſt diſſenſio, num feudum Eccleſiaſticum ſubſit *juri*
16 *Communi feudali* Loquor? de feudo Eccleſiaſtico in ſenſu ſtricto, nam feudum, quod Eccleſia tenet a Laico, ſubeſſe
17 juri communi feudali plerique conveniunt. Quod vero attinet ad feudum hoc Eccleſiaſticum in ſenſu ſtricto alii diſtinguunt inter feudum Eccleſiæ oblatum, & feudum quod Eccleſia primordialiter ex ſuo allodio conceſſit, & illic quidem, non hic jus commune feudorum obtinere ſentiunt, & quidem quatenus juri Canonico non contrarietur, ita ut in ſubſidium ad jus commune feudale ſit recurrendum; Conſule hic omnino *Bohemer. in Decretal. lib.* 3. *tit.* 20. §. 28.

ARTICULUS II.

Quoad ea, quæ concernunt illos, qui dare, accipere, & ſuccedere poſſunt in Feudum,

1 IN Feudum dare poſſunt omnes, & ſoli rerum ſuarum adminiſtrationem habentes, textu expreſſo *in lib. 2. Feud. tit.*3., ibi: *Inveſtitura Feudi non ab alio recte fit, niſi ab eo, qui legitimam bonorum ſuorum adminiſtrationem habet: Com-*
2 *munis*. Etiam Plebei, & Fœminæ dare poſſunt in Feudum bona ſua allodialia, quorum liberam adminiſtrationem habent. De Fœminis habetur textus expreſſus *in cit. lib.*2. *Feud. tit.*3., ibi: *Fœminam quoque etiam novi Feudi inveſtituram facere poſſe plerique conſentiunt*; & pro Plebeis ſtat ratio, quia, ubi Juris diſpoſitio non reſiſtit, *Quilibet rei ſuæ moderator, atque Arbiter exiſtit*; *l. In re mandata Cod. Mandati*. Nullibi autem reperitur diſpoſitio Juris quoad hoc Plebeis reſiſtens, quinimmo ipſi libri Feudales eis poſitive aſſiſtunt, dum univerſaliter abſque ulla limitatione concedunt, quod quilibet habens bonorum legitimam adminiſtrationem poſſit ea dare in Feudum, ut patet in verbis adductis *ſub num.* 1.
3 Abbates, ac cæteri Prælati, & Superiores Eccleſiaſtici, adhibitis requiſitis Juris ſolemnitatibus, poſſunt in novum Feudum concedere bona Eccleſiæ; *Extravagant. Ambitioſæ, de rebus Eccleſ. alienandis*, ubi nova *Infeudatio* de bonis Eccleſiæ prohibetur ſolum fieri ſine debitis Juris ſolemnitatibus; *Communis*. Imo Eccleſiarum Prælati poſſunt etiam ſine Juris ſolemnitatibus in Feudum concedere bona Eccleſiaſtica ab antiquo in Feudum dari ſolita, ſeu antiqua Feuda, quando redeunt ad Eccleſiam, textu expreſſo *in lib.*1. *Feud. tit.*1., ibi: *Feudum autem dare poſſunt Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, Præpoſitus, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit, feudum dare, & in cap. Ex parte* 2. *de feudis*, ibi: *Ex parte tua noſtro eſt Apoſtolatui reſervatum, quod ſæpius dubitaſti, Utrum, cum contingit Vaſallum tuum decedere, & ad te feudum, feudum ipſius redire, feudum ejus alii liceat tibi dare quamvis juramento tenearis adſtrictus non infeudare de novo, Romano Pontifice conſulto.* Ad quod dubium inter alia a Med. Archiepiſcopo ſibi propoſita, ſic reſpondit Innoc. III. Summus Pontifex: *In priori ergo caſu feudum decedentis libere, ſi videris expedire, concedas*; *Comm.* Etiam Minor poteſt antiquum feudum concedere, licet non poſſit novum, textu expreſſo *in cit. lib.*2. *feud. tit.*3., ibi: *Inveſtitura, quæ de veteri fit, etiam a Minore poterit dari*; Azorius *lib.*10. *de feudis cap.*5. *quæſt.*8. Reiffenſtuel *lib.*3. *Decret. tit.*20. *num.* 48. & alii.
4

Papa noviter aſſumptus in Summum Pontificem debet promittere, & jurare de non infeudandis Civitatibus, Oppidis, & Locis Sanctæ Rom. Eccleſiæ, & poſt Coronationem debet ſuis litteris confirmare; Sic ſtatuit S. Pius V. in conſtitut. 35. incip. *Admonet* §. 9. quam Conſtitutionem confirmarunt Pontifices ſucceſſores, Greg. XIII. Conſtit. 3. incipient. *Inter cetera*, Sixtus V. Conſtit. 26. incipient. *Romanus Pontifex*, Innocent. IX. Conſtit. 1. incip. *Quæ ab hac Sancta Sede*. Hujuſmodi infeudationes conſulentes, eaſque Summo Pontifici per ſe, vel per alium inſinuantes, vel ſuadentes Excommunicationis pœnam ac læſæ Majeſtatis etiam in primo capite, & confiſcationis bonorum, privationiſque Dignitatum, ac Beneficiorum eo ipſo incurrunt; S. Pius V. in cit. Conſtitut. incip. *Admonet* §. Cardinales in aſſumptione pilei, & ſede vacante in Conclavi jurare debent prædictam Conſtitutionem obſervare, eique non contravenire, nec Pontificibus contra facientibus conſentire, nec abſolutionem a juramento petere, nec oblatam, aut conceſſam acceptare; S. Pius V. in cit. Conſt. *Admonet* §. 9. Civitates, Oppida, & Loca S. Romanæ Eccleſiæ, etiam infeudari, ſeu alienari ſolita ad Sedem Apoſtolicam quomodolibet devoluta, & pro tempore devolvenda, eo ipſo Cameræ Apoſtolicæ abſque alia declaratione incorporata cenſentur; Sanctus Pius V. in cit. Conſtit. *Admonet* §. 2. Et etiam antequam devolvantur, non obſtante declaratoria contraria Gregorii XIV. facta in Conſiſtorio ſecreto Romæ apud S. Marcum *die Vener.* 13. *Septemb.* 1591. quia poſtea Innocent. IX. conſtit. 1. incip. *Quæ ab hac Sancta Sede* §. 4. definivit, dicta Conſtitutione S. Pii V. prohiberi quamcumque infeudationem, & alienationem Civitatum, & Locorum eidem Sedi tam immediate, quam mediate ſubjectorum, non ſolum poſt eorum devolutionem; ſed etiam antequam devolvantur, & quamcumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, & extenſionem Infeudationum, & conceſſionum hujuſmodi nondum finitarum, ipſorumque incorporationem quoad effectum impediendæ alienationis, prorogationis & extenſionis hujuſmodi, non a die eorum devolutionis, ſed a die ipſius Conſtitutionis, & etiam antequam devolvantur factam cenſeri, & *in* §. 5. præcepit S. Pii V. Conſtitutionem jurari debere juxta prædictam declarationem.
5 6 7 8 9 10

Dictam Bullam S. Pii V. ut præfertur declaratam ab Innocentio confirmavit, & innovavit, ſeque ſervaturum promiſit, ac juravit Clemens VIII. Conſtit. 1. incip. *Ad Romani Pontificis*; ubi etiam *in* §. 7. declarationem Gregorii XIV. tamquam deſtruentem S. Pii conſtitutionem, alienandique occaſionem præbentem, ac minime neceſſariam revocavit, & annullavit, perinde ac ſi nunquam emanaſſet, declarans, eadem S. Pii V. Conſtitutione prohiberi Civitatum, & Locorum in ea contentorum, tam quæ nunquam antea in feudum conceſſa, quam quæ alias ſæpius infeudata, ac poſtmodum devoluta, aut etiam nondum devoluta fuerunt infeudationes, & prorogationes inveſtiturarum etiam ex cauſa neceſſitatis, aut evidentis, & veræ utilitatis factas, & faciendas, ut latius *in eadem Bulla* §. 8. Idque exemplo firmavit, dum Ducatum Ferrariæ devolutum, ſub Eccleſiæ ditione repoſuit, & ſub diſpoſitione Bullæ Pianæ comprehendi voluit, ut in Conſtit. 2. incip. *Sanctiſſimus*, & confirmavit Urbanus VIII. Conſtit. 4. incip. *Sacroſancti*, & Innocentius X. conſt. 3. incip. *In ſupremo*; & alii, ut patet expreſſe in Regula 64. Cancellariæ. Unde ſupradictis ſtantibus, clarum eſt hodie Papæ non licere quemquam inveſtire de feudo nondum aperto; & ſic
11 12

ſic diſpoſitio *cap.* 1. *Qui ſucceſſ. feud. dare tenean.* & cap. *Ex parte* 2. *de feudis*, quatenus permittit, ut infeudari poſſint bona feudalia ad Eccleſiam devoluta, juramento non obſtante, locum non habet in Summo Pontifice, ſed tantummodo in inferioribus Prælatis. Forma enim juramenti, qua ſe obſtrinxit Papa, eſt longe diverſa a juramento de non infeudando, quo ſe adſtringunt Prælati inferiores in terminis dicti cap. *Ex parte* 2. *de feudis*, ut expreſſe dicit Fagnanus *ibid. n.* 35.

13 Feudum accipere poteſt quilibet, qui nominatim non reperitur prohibitus; *lib.*2. *feud. tit.*3., ibi: *Perſonam inveſtituram accipientis non diſtinguimus*; *nam etiam ſervus inveſtiri*
14 *poterit*. Hinc feudum accipere poteſt etiam Fœmina; *lib.* 2. *feud. tit.*23, §. *final. & tit.*30. & patet experientia, cum
15 paſſim videantur etiam Fœminis feuda concedi. Etiam Minorennis, & Pupillus, etiam abſque Tutore, vel Curatore poteſt conditionem ſuam meliorem facere, & conſequenter feudum acquirere; *arg. cit. lib.*2. *feud. tit.*3. *& princ. Inſtit. de Auctorit. Tutor.*, ibi: *Namque placuit meliorem quidem conditionem licere eis (pupillis) facere, etiam ſine Tutoris Auctoritate, deteriorem vero non aliter, quam cum Tutoris auctoritate.* Etiam Superior poteſt accipere Feudum ab inferiore; *arg. cit. lib.*2. *feud. tit.*3. *& leg.* 14. *ff. de juriſdict.* In tali tamen caſu Superior poteſt alium ſubſtituere ad ſervitia præ-
17 ſtanda, ut docet experientia, & tenet *Communis*. Item etiam Clerici feuda accipere poſſunt; *lib.* 2. *feud. tit.* 40. §. *final. cap. Ex tranſmiſſa* 6. *& cap. Verum* 7. *de Foro competent.* ut patet experientia præſertim in Germania, ubi Epiſcopi, & Abbates ut plurimum habent feuda imperialia, ob quæ Imperatori, tamquam Domino directo in Bello ſervitia perſonalia per alios præſtant; *Communis*.

18 Succedunt in feudis primo loco deſcendentes Filii, & Nepotes; *lib.*2. *feud. tit.*11. *princ.*, ibi: *Mortuo enim eo, qui beneficium tenebat, prima cauſa liberorum eſt, filius enim exiſtentibus maſculis, vel ex filio nepotibus, vel deinceps, per*
19 *maſculinum ſexum deſcendentibus, ceteri removentur agnati*; *Communis*. Servatur autem hic ordo ſuccedendi, ut ſi plures ſint, Filii ſuccedant æqualiter in capita, nepotes vero cum filiis concurrentes in ſtirpes loco Patris Defuncti, jure nempe repræſentationis; *lib.*1. *feud. cap.*8., ibi: *Si quis deceſſerit filiis ſuperſtitibus ſuccedunt filii æqualiter, vel Ne-*
20 *potes ex filio loco Patris ſui*; *Communis*. Filii æqualiter ſuccedunt, quamvis ſint ex diverſo matrimonio; *lib.*1. *feud. tit.*1. §.1. ibi: *Quod hodie ita ſtatutum habetur, ut ad omnes*
21 *æqualiter filios pertineat*; *Communis*. In feudis individuis, ut ſunt Marchionatus, Comitatus, Ducatus &c. ſolus Primogenitus ſuccedit, cujus Filius tamquam nepos Patris præfertur ſecundogenito, ut patet experientia, & tenet *Communis*. Talia enim Feuda dividi expreſſe prohibentur *lib.* 2. *tit.* 55.
22 §.1. *verſ. Præterea*, ibi: *Præterea Ducatus, Marchionatus, Comitatus de cetero non dividantur*. Filii adoptivi non ſuccedunt in Feudis; *lib.*2. *de feud. tit.*26. §. *Omnes*; *Communis*.
23 Nec ſuccedunt filii illegitimi quamvis legitimati; *lib.*2. *de*
24 *feud. tit.*26. §. *Mulier.*, ibi: *Naturales filii licet poſtea fiant legitimi ad ſucceſſionem feudi, nec ſoli, nec cum aliis admittuntur*; niſi forſan per ſubſequens matrimonium legitimentur, quia in tali caſu æqualiter ſuccedunt cum aliis legitimis; *communis*. Imo ſuccedere poſſunt etiam legitimati per reſcriptum Principis, ſi Princeps ſpecialiter ad ſimilem ſucceſſionem eos legitimat; Fachin. *lib.*7. *c.*49. Engel *lib.*3. *decret. tit.*20.
25 *num.*22. Reiffenſtuel *ibid. num.* 77. Quinimmo filii quoque etiam juſte exheredati in feudo ſuccedunt, niſi feudum dependeat ab hæreditate; *arg. leg.*114. §. 15. *ff. de Legatis* 1. Filii enim ſuccedunt in feudo proprie dicto, non vi diſpoſitionis teſtamentariæ, ſed vi Inveſtituræ; ſic cum Julio Claro Reiffenſtuel *loc. cit. num.*78. & alii.

26 Aſcendentes regulariter in feudo non ſuccedunt *lib.*2. *feud. tit.*5., ibi: *Succeſſionis feudi talis eſt natura, quod aſcendentes non ſuccedunt, v. g. Pater Filio*. Dantur tamen caſus, in
27 quibus aſcendentes ordinarie ſuccedunt. Primo enim ſuccedunt, quando feudum eſt hæreditarium; *lib.*2. *de feud. tit.*43. Secundo quando Filius propter merita Patris acquiſivit Feudum; Corvin. *Synop. Jur. feud. lib.*2. *tit.*4. *in fin.* Engel. *l. cit. num.*26. Reiffenſtuel *loc. cit. num.*8. Tertio, quando ita habet conſuetudo, & ſtatutum loci. Quarto, quando in Inveſtitura ita expreſſe cautum, & conventum fuit; *arg. l.* 2. *feud. tit.*14. *&* 84. qu'a ex *Regula* 85. *Juris n.* 6. *Contractus ex conventione legem accipere dignoſcuntur*.

Deficientibus deſcendentibus regulariter ſuccedunt collate-
28 rales agnati tam conſanguinei, quam germani, non item cognati, *l.*2. *feud. tit.*11. ibi: *Deſcendentibus deficientibus vocantur primo fratres, cum fratrum præmortuorum filiis: Deinde agnati ulteriores*, & quod non ſuccedant cognati habetur etiam expreſſe ibi: *Ad cognatos beneficium non pertinet, nec beneficii ſucceſſio; communis*. Deficientibus deſcendentibus, & 29
fratribus ſuccedunt Nepotes ex fratribus in capita, non in ſtirpem, quia in tali caſu non ſuccedunt jure repræſentationis, ſed quivis jure proprio; *arg. Novell.* 118. *cap.* 3. *communis*. Deficientibus etiam Nepotibus ex fratre ſuccedunt agnati 30
illi, qui ex linea defuncti Vaſſalli deſcendunt, quamvis adſint alii proximiores primo acquirenti ex alia linea venientes, *l.*2. *feud. tit.*50. ibi: *Ad quos perveniat (Feudum) quæritur? Reſpondetur ad ſobos, vel ad omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte (Defunctus) fuit, & hoc eſt, quod dicit ad proximiores pertinere. Communis*. Tam Deſcendentes, quam agnati 31
collaterales ſuccedunt in infinitum: de Deſcendentibus eſt textus apertus in *l.*1. *feud. tit.*1. §. 4. *in fin.* ibi: *In maſculis deſcendentibus novo jure extenditur in infinitum*. De agnatis collateralibus habetur in *l.*2. *feud. tit.*11. *&* 50. ibi: *Ex latere omnes maſculos deſcendentes uſque in infinitum*; *Communis*. Quæ tamen hactenus de ſucceſſione collateralium dicta ſunt, 32
intelligi debent de ſolis feudis antiquis, quia in feudo novo nullus Collateralium ſuccedit, ſed ſuccedunt ſoli deſcendentes, quibus deficientibus, feudum ad Dominum redit, textu expreſſo *in lib.*1. *feud. tit.*1. §.2. ibi: *Si unus ex fratribus feudum a Domino acceperit, eo defuncto ſine legitimo hærede, frater ejus in feudum non ſuccedit*; & concordat *tit.*8. 14. *&* 20.

Clerici, & Religioſi in feudis propriis ſervitium perſonale 33
inconveniens ſtatui Clericali indiſpenſabiliter requirentibus, ſuccedere non poſſunt, immo prius habita dimittere debent, cum fiunt Clerici, textu expreſſo *in lib.*2. *feud. tit.*30. ibi: *Ex hoc illud deſcendit, quod dicitur Clericum nullo modo in beneficium paternum debere ſuccedere, etiamſi poſtea quam habitum Religionis aſſumpſit, poſtpoſuerit. Idem in omnibus, qui habitum Religionis aſſumunt, ut Converſi. Hi enim nec poſtea in feudo ſuccedunt, & ſi quod habent, perdunt*, concordat textus *tit.*26. §. *Qui Clericus*, ibi: *Qui Clericus efficitur, aut votum Religionis aſſumit, hoc ipſo feudum amittit*, cujus ratio redditur, *in c. unico, de Vaſſallo milite, qui eorum &c.* his verbis: *eo quod debet eſſe miles ſæculi, qui factus eſt miles Chriſti, nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere* 34
officium. *Communis*. Clerici, & Religioſi ſuccedere poſſunt in feudis propriis, ſi ſint annexa dignitati Eccleſiaſticæ, aut ſi vi Inveſtituræ, ſtatuti, vel conſuetudinis id eis competat, *arg. lib.*2. *de feud. tit.*40. & *c. Verum* 7. *de Foro comp.* & patet experientia, præſertim in Germania, ubi plures Epiſcopi, & Abbates in feudis propriis ſuccedunt, Fachin. *lib.*7. *c.*45. Pirhing *lib.*3. *decr. tit.*25. *num.*21. *&* 22. Reiffenſtuel *ibidem num.*19. & alii paſſim. Clerici, & Religioſi ſuccedere poſ- 35
ſunt in feudis Franchis, Hereditariis Fœmineis, & in illis, quæ nullum ſervitium perſonale requirunt, ſed ſolum reale v. g. penſionem pecuniariam; immo etiam in illis, quæ requirunt ſervitium perſonale, compatibile tamen cum ſtatu Clericali, vel ſi incompatibile, ſupplebile tamen per ſubſtitutum ex vi Inveſtituræ, ſeu ex ſpeciali conceſſione Domini. *Communis*, cum Pirhing *loc. cit. num.*22. Fagn. *in c. Quæ in Eccleſ. 7. de Conſt.* Reiffenſtuel *loc. cit. n.*100.

In prædictis feudis ſuccedit etiam Monaſterium bonorum 36
capax loco ſui Religioſi profeſſi, Fagn. *in cit. cap. Quæ in Eccleſiarum 7. de Conſt. num.*60. Barb. *lir.*3. *Jur. Eccleſ. univer. cap.*31. *num.*19. Jul. Clar. §. *Feud. q.*78. *num.*2. Pirhing *l. cit. num.*25. Reiffenſtuel *loc. cil. n.*161. Rota *p.*12. *recent. deciſ.* 433. *num.*15. & communis aliorum. Solummodo tamen, quan- 37
diu talis Religioſus vivit, quo mortuo, tranſit ad alios agnatos proximos, vel agnatis deficientibus, ad Dominum. *Communis*, cum mox citatis Doctoribus. Et ratio eſt quia, ut recte obſervat Engel *libr.*3. *decr. tit.*20. *num.* 24. alias conditio Domini directi fieret deterior, cum Monaſterium nunquam moriatur, & Feudum ordinarie, non ad quosvis, ſed tantum ad heredes ſanguinis tranſeat. Niſi ſit feudum perfecte 38
hereditarium, in quo non minus Monaſterium, ac alii heredes perpetuo ſuccedere poſſunt. Felinus *in c. In præſentia* 8. *num.*48. *de probat.* Pirhing *loc. cit. n.*17. Reiffenſtuel *loc. citat. num.*102. & patet ex ipſa natura feudi hereditarii, utpote cui proprium eſt ad quoſvis heredes tranſire, ut fuit dictum *art.*1. *num.*21. In feudis autem Regalibus, ſcilicet Regnis; 39
Ducatibus, Marchionatibus, Comitatibus & hujuſmodi, Monaſterium loco profeſſi non ſuccedit. *Communis* cum Barboſa

loc. cit. num. 1. Jul. Clarus *q.* 78. Engel *loc. cit. num.* 24. Pirhing *loc. cit. num.* 26. Reiffenst. *loc. cit. num.* 103. Et quantum ad Regna ratio est, quia, ut recte dicit Barb. *loc. cit. numer.* 1. valde indecens videtur, quod Regia Dignitas, seu Imperatoria Majestas per Monachum, seu potius Monasterium repræsentetur, *arg. c. Hoc nequaquam* 45. *caus.* 7. *q.* 1. & Glossa *in cap. Scripsit* 26. *verb. Dignitate*, *caus.* 27. *q.* 7. recepta communiter, ut per Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 80. & per Barb. *loc. cit. num.* 1. & alios apud ipsos. Et quantum ad Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, tenet communis Doctorum, ac teste Barb. *loc. cit. num.* 2. recepta consuetudo, quia, ut recte dicit ipse, prædictæ Dignitates ea mente, ac tacita conditione a Regibus creantur, & conferuntur, ut Vasalli sua præsentia personali, & apparatu Regiam Majestatem in publicis actibus condecorare possint. Aliqui etiam
40 tenent, quod Monasterium neque possit succedere in Oppidis, & Castris jurisdictionem annexam habentibus. Ast Barb. *loc. cit. num.* 3. cum multis contrarium verius, Jurique conformius censet, eo quod nullum assignari queat Juris fundamentum; vi cujus Monasterium succedere non possit in feudis habentibus jurisdictionem, cum ipsam jurisdictionem exercere, & justitiam administrare possit per alios ad id idoneos, ut esse de praxi recte observat Reiffenstuel *loc. cit. num.* 104.

41 Fœminæ, & descendentes ab eis etiam masculi regulariter in feudis non succedunt, textu expresso *lib.* 5. §. 3. ibi: *Hoc autem notandum, quod licet filiæ, ut masculi, Patribus succedant, legibus tamen a successione feudi removentur, similiter & earum filii, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat.* Et *tit.* 8. §. *Filia*, ibi: *Filia vero non succedit in feudo, nisi Investitura fuerit facta, ut filii, & filiæ succedant in feudo*; *Communis* cum Rota recent. *par.* 3. *decis.* 780. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 107. *num.* 37. *& tom.* 3. *decis.* 741. *n.* 39.
42 *part.* 7. *decis.* 132. *num.* 12. *part.* 14. *decis.* 78. *num.* 6. Succedunt tamen in Feudis fœmineis, idest primitus Fœminæ concessis, vel ubi vi specialis pacti etiam fœminis succedere licet; *cit. lib.* 5. *tit.* 1. *& tit.* 8. *& lib.* 2. *tit.* 50. ubi sic expresse habetur: *Non succedit filia, nisi ex pacto, vel nisi sit fœmineum, tunc enim succedit filia Patri, & Matri*; Annotat. *ad decis.* 262. *num.* 195. *part.* 8. *Rotæ recent. & decis.* 362. *n.* 4. *part.* 2. Dominus enim concedendo Fœminæ feudum, videtur recedere a Jure feudali, & Fœminas ad ejus successionem habilitare; Annot. *ad decis.* 262. *numer.* 169. *& seq. part.* 8.
43 Dummodo tamen nullus masculus extet, quia quandiu adhuc superet aliquis Masculus Fœminæ non succedunt neque in feudo Fœmineo, textu expresso *in lib.* 2. *feud. tit.* 3. ibi: *Si Fœmina habens feudum decesserit, quia Fœmineum est feudum, & sine pacto speciali, deficientibus masculis, ad filias pertinebit.* Idem est de feudis, in quibus ex speciali pacto succedere possunt Fœminæ, *lib.* 1. *feud. tit.* 6. ibi: *Si quis eo tenore acceperit feudum, ut ejus succedentes Masculi, & Fœminæ illud habere possint, relicto Masculo, Fœminæ alterius non admittuntur, ut tit.* 8. ibi: *Tunc succedit filia filiis non extantibus*; Rota rec. *part.* 1. *decis.* 155. *num.* 5. & Annot. *ad decis.* 262. *num.* 209. *& seq. ent. part.* 8. *& decis.* 237. *numer.* 7.
44 *part.* 12. Fœmina autem in feudo investita non repellitur a masculo postea nato; Engel. *loc. cit. num.* 20. & communis aliorum: *arg. Regil.* 73. *Juris in* 6. ibi: *Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, a quo non potuit inchoari.* Nisi tamen hic masculus tempore Investituræ
45 jam fuerit in utero Matris. Fœtus enim in utero gaudet privilegiis nati; *l.* 7. *& penult. ff. de statu hominum*, ibi: *Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur.*

45 Ad complementum hujus Articuli observandum est, quod olim nulla dabatur in feudis successio. Postea tamen fuit moribus, & legibus introducta, ac successive magis extensa, ut clare habetur *lib.* 1. *feud. tit.* 1. ibi: *Antiquissimo enim tempore sic erat in Dominorum potestate connexum, ut quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam. Postea vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent; deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis proueueretur; sed enim cum hoc jure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios devenirct, in quem scilicet Dominus hoc vellet beneficium confirmare, quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes* (Filios) *æqualiter veniat*; & infra: *Hoc quoque sciendum est, quod Beneficium hoc advenientes ex latere altra fratres patrueles non progreditur successionem secundum usum ab antiquis constitutum, licet moderno tempore usque ad septimum gradum sit usurpatum, quod in masculis descendentibus novo Jure usque in infinitum extenditur.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 INspecta jam in additione ad articulum præcedentem origine, tum natura feudorum Ecclesiasticorum, agendum esset de legitima eorum Constitutione. In hac autem legitima Constitutione Ecclesiasticorum feudorum ad personas constituentes, tum recipientes, ad res, quæ in feudum aliis dantur, & denique ad modum respiciendum esset. At quia Constitutionibus Summorum Pontificum adempta videtur ea, quæ de jure communi competebat potestas infeudandi, prorsus inutile hodie videtur, de legitima feudorum Ecclesiasticorum Constitutione disserere. Vide tamen de ea, si lubet, *Bohemer. in Decretal. lib.* 3. *tit.* 20. §. 29. *& plur. sequent.*

3 Illud vero hic haud est prætereundum, quod sub quavis prohibitione non venit infeudatio illa, quæ nascitur non ex bonis Ecclesiæ, sed ex allodialibus Laicorum rebus per oblationem illam solemnem, de qua in additione ad articulum superiorem verba fecimus; idque quia infeudatio hæc non
4 est alienatio, sed potius directi dominii acquisitio.

5 Neque obstare potest, quod Prælatus ita brevi manu rem Ecclesiæ antea donatam rursus tradere videatur. Non est enim *in effectu* talis alienatio, quæ prohibita sit jure Canonico, imo commendata & approbata est.

ARTICULUS III.

Feudum quoad ea, quæ concernunt modos, quibus acquiritur, causas, ob quas amittitur, & Jura, ac obligationes, quas ratione ipsius habent tam Dominus, quam Vassallus.

1 TRibus potissimum modis Feudum acquiri potest, scili-
2 cet primo Pacto, & Investitura, secundo Præscriptione, tertio Successione. Per pactum intelligitur contractus ille Feudalis, quo Dominus sub certis conditionibus, aut oneribus rem suam in Feudum concedit Feudatario, & Feudatarius a Domino recipit. Investitura vero est actus ille solemnis, quo Feudatarius a Domino directo, vel actualiter mit-
3 titur in possessionem rei Feudalis, vel signum aliquod, v. gr. Vexillum, ensem, hastam, annulum &c. juxta Regionis consuetudinem accipit ab ipso Domino sibi dicente, quod tali signo intendat, & velit ei Feudum revera concedere, & illum actualiter investire, *lib.* 2. *Feud. tit.* 2. Actus autem il-
4 le, quo Feudatarius a Domino directo vel ejus deputato actualiter mittitur in possessionem Feudi, est, & dicitur Investitura propria. Actus vero ille, quo traditur signum, est, & vocatur investitura impropria, seu abusiva, *lib.* 2. *Feud. titul.* 2. ibi: „ Investitura quidem proprie dicitur possessio, „ abusivo autem modo dicitur investitura, quando hasta, vel „ aliud corporeum quodlibet porrigitur a Domino Feudi, se
5 „ investituram facere dicente „. Investitura necessario requiritur ad acquirendum Feudum, textu expresso *in lib.* 1. *Feud. tit.* 25. ibi: *Sciendum est, Feudum sine investitura nullo modo constitui posse*; Rota *part.* 1. *recent. decis.* 127. *num.* 9. *part.* 5.
6 *tom.* 1. *decis.* 93. *num.* 36. Sufficit tamen sive sit investitura propria, sive impropria, & abusiva; *lib.* 2. *Feud. tit.* 31. *in princip.* ibi: „ Sciendum itaque est, Feudum acquiri in-
7 „ vestitura &c. vel eo, quod habetur pro investitura „. Investitura potest per alium tam dari, quam accipi, *lib.* 2. *Feud. tit.* 3. *circa finem*; ibi: „ Verum ipse, vel alius pro te inve-
8 „ stituram faciat, vel suscipiat, nihil interesse putamus.

Feudum acquiritur etiam præscriptione triginta annorum, textu expresso *in lib.* 2. *Feud. tit.* 26. §. *Si quis per*, ibi: „ Si „ quis per triginta annos rem aliquam in Feudum possedit, & „ servitium Domino exhibuerit, quamvis de ea re non sit in-
9 „ vestitus, præscriptione tamen triginta annorum se tueri „ potest „. Ad sic autem præscribendum contra Ecclesiam, vel alia loca pia requiritur spatium quadraginta annorum, cum tale spatium, seu tempus requiratur universaliter ad præscribenda bona immobilia contra Ecclesiam, vel aliam piam cau-
10 sam; *cap. De quarta* 4. *cap. Ad aures* 6. *cap. Illud autem* 8. *& cap. Quia judicante* 9. *de præscriptionibus*. Engel *lib.* 3. *decretal. tit.* 20. *num.* 17. Reiffenstuel *ibid. num.* 60. Rosenthal. *de Feud. cap.* 6. *conclus.* 78. *num.* 7. & alii passim. Ad hanc præscriptionem requiritur bona fides, *cap. final. de præscript.* ubi universaliter statuitur: *Ut nulla valeat absque bona fide præscriptio, tam Canonica, quam civilis*; Unde *Regula* 2. *Juris*

ris in 6. sic expresse habet: *Possessor malæ fidei ullo tempore non præscribit.* Sufficit autem bona fides, etiamsi sit sine ti-
11 tulo, quia universaliter ad præscriptionem longissimi temporis bona fides absque titulo sufficit, *leg. Sicut in rem Cod. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. cap. Sanctorum* 3. *de præscriptionibus, & cap.* 1. *de præscript. in* 6. Engel *loc. cit. num.* 60. &
12 alii passim. Dominus directus contra Vassallum præscribere potest, ut propria, & allodialis res Vassalli evadat Feudalis, si nempe per annos triginta a Vassallo ratione rei alicujus præstantur servitia, vel alia onera Feudalia; Jul. Clar. §. *feud. quæst.* 19. *&* 45. *num.* 1. Engel *loc. cit. num.* 17. Reif-
13 fenstuel *l. cit. num.* 61. & alii communiter. Ita etiam Vassallus contra Dominum directum præscribere potest, ut ex re Feudali fiat allodialis ipsius Vassalli, si nempe per annos triginta bona fide nulla servitia, vel onera feudalia præstat, *argum. leg. Omnes* 4. *Cod. de præscript.* Abbas *in cap. Ad audientiam* 13. *de præscript. num.* 17. Engel *loc. cit. num.* 42. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 67. & alii.

14 Feudum acquiritur etiam successione, & de hac dictum est abunde articulo antecedenti a *num.* 18. *usque in finem*, vide *ibi*.

15 Feudum ob quatuor præsertim causas amitti, ac finiri potest, scilicet Primo ob malam alienationem, Secundo ob non petitam investituram, Tertio ob refutatam rem Feudalem,
16 Quarto ob commissam Feloniam. Primo igitur Vassallus Feudum amittit, si illud absque Domini directi consensu alienet in casibus, in quibus consensus requiritur; *lib.* 1. *feud. tit.* 21. §. *final. & lib.* 2. *feud. tit.* 30. ubi sic expresse habetur: „ Si
„ Vassallus contra Constitutionem Lotharii Regis benefi-
17 „ cium alienaverit, si totum, perdat totum, si partem, par-
„ tem perdat, & ad Dominum revertatur; *Communis*. Secundo amittitur Feudum, si contingente mutatione, sive ex parte Domini per mortem, sive ex parte Vassalli intra annum, & diem, de novo non petatur investitura, textu expresso in *lib.* 2. *feud. tit.* 24. ibi: „ Prima causa beneficii amitten-
„ di hæc fuit, & adhuc est in plerisque Curiis, quod, si
„ Vassallus per annum, & diem Domino suo mortuo stete-
„ rit, quod hæredem Domini sui investituram petendo, si-
„ delitatem pollicendo non adierit, tamquam ingratus exi-
„ stens, beneficium amittit; & e converso, si Domino su-
„ perstite Vassallus decesserit, & filius ejus per jam dictum
„ tempus neglexerit petere investituram, beneficio carebit.
18 Ut autem ob neglectam investituræ renovationem Feudum amittatur, necesse est quod dolose, vel culpabiliter negligatur; *lib.* 2. *feud. tit.* 52. §. *fin.* ibi: „ Sancimus, si Vassal-
„ lus non dolose per annum, & diem steterit, quod a Do-
„ mino sui beneficii investituram non petierit, feudum non
19 ob hoc amittat „. Hæc tamen renovatio investituræ non est in usu in Statu Mediolani, Card. de Luca *de feud. disc.* 59.
20 *sub num.* 7. & plures alii cum Borell. *in Summa decis. lib.* 1. *tit.* 34. *de feudis num.* 94. Tertio amittitur feudum per refu-
21 tationem, seu renunciationem, sive resignationem; *lib.* 2. *feud. tit.* 38. feudum etiam absque consensu Domini licite, & valide resignari potest in proxime successurum; *argum. lib.* 2. *tit.* 38. ibi: *Vassallus etiam sine Domini voluntate recte feudum refutare potest*; Card. de Luca *de feud. decis.* 13.
22 *num.* 12. & communis aliorum. Extraneo tamen nequit absque consensu Domini renunciari, eo quod talis refutatio, seu renunciatio esset vera alienatio, quæ absque consensu Domi-
23 ni fieri nequit; *lib.* 9. *feud. tit.* 52. *&* 55. & sæpe alibi. *Communis*. Resignatio, seu refutatio feudi antiqui cum consensu Domini facta extraneo, seu etiam ipsi Domino tenet solum, quandiu talis Vassallus resignans vivit, eo autem mortuo, redit ad proximos agnatos, æque ac si non resignasset; *lib.* 2. *feud. tit.* 26. §. *Titius*, quia jus, quod agnatis ex antiqua investitura competit, alieno facto auferri non potest;
24 *leg. Id, quod nostrum*, 11. *ff. de Reg. Jur.* Quarto amittitur feudum ob commissam feloniam, quæ felonia est terminus Feudalis, qui delictum Vassalli feudo privans significat, *lib.* 2.
25 *feud. tit.* 35. Ad quos autem revertatur, an ad Dominum, vel agnatos Vassalli Feudum amissum ob aliquam ex supradictis causis, vide apud feudistas præsertim Jul. Clar. §. *feudum*, Rosental. *de feudis*; fachin. *lib.* 7. *per totum*, & alios.
26 Jus competens Domino directo feudi est jus proprietatis, & dominii directi in ipso feudo, seu re feudali, *lib.* 2. *feud. tit.* 23. Et ulterius habet jus positivum consistens in obligationibus, quibus eidem adstrictus manet Vassallus, quæ obliga-
27 tiones infra enumerabuntur. Obligationes autem ipsius Domini erga Vassallum sunt specialiter sequentes. Primo, ut præstito fidelitatis juramento, Vassallum illico in possessionem mittat, & si moram fecerit, omnem utilitatem Vassallo præstet, *lib.* 2. *feud. tit.* 7. Secundo, si Vassallum in re aliena, sive scienter, sive ignoranter, investiverit, tenetur eidem de evictione *lib.* 2. *feud. tit.* 3. dummodo Vassallus tempore investituræ nesciverit feudum sibi conferendum rem esse alienam; *cit. lib.* 2. *tit.* 8. ibi: „ Qui enim alienæ rei sciens
„ investituram acceperit, nisi pacto speciali sibi prospexerit,
„ de evictione agere non poterit, & dummodo Vassallus post litem motam, Dominum ut se defendat, debite monuerit, *lib.* 2. *tit.* 25. Tertio, debet Vassallo reciproce fidelitatem; *cap. de forma* 18. *caus.* 22. *quæst.* 5. ibi: „ Dominus quoque
„ fideli suo in his omnibus vicem reddere debet. Quod si
„ non fecerit, merito censebitur maleficus, sicut ille, qui
„ eorum prævaricatione, vel faciendo, vel consentiendo
„ deprehensus fuerit perfidus, & perjurus „.

28 Jus Competens Vassallo est Dominium utile in feudo, ita ut rem feudalem libere administrare, feudo uti, & frui, & ea omnia circa illud disponere possit, quæ meliorem, non item quæ deteriorem reddunt conditionem feudi; *lib.* 2. *feudor. tit.* 8. Obligationes autem ipsius Vassalli erga Dominum
29 directum sunt specialiter sequentes, enumeratæ *in cap. de forma* 18. *caus.* 22. *quæst.* 5. ibi: „ Qui Domino fidelitatem
„ jurat, ista sex semper in memoria habere debet, Incolu-
„ me, Tutum, Honestum, Utile, Possibile. Incolume,
„ videlicet ne sit in damnum Domino suo de corpore suo.
„ Tutum, ne sit in damnum de secreto suo, vel munitioni-
„ bus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit in dam-
„ num de sua justitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem
„ ejus pertinere videntur. Utile, ne sit ei in damnum de
„ suis possessionibus. facile, vel possibile ne id bonum, quod
„ Dominus suus facere leviter poterat, faciat ei difficile,
„ neve id, quod possibile erat, reddat ei impossibile. Ut fi-
„ delis hæc omnia nocumenta caveat, justum est; sed quia
„ non sufficit abstinere a malo, nisi fiat id quod bonum est,
„ restat ut ex supradictis consilium, & auxilium Domino suo
„ fideliter præstet, si beneficio dignus vult, & salvus esse
„ de fidelitate, quam juravit, qui textus habetur etiam *in*
30 *lib. feud. tit.* 6. Obligatur insuper Vassallus, ut contingente mutatione sive ex parte sui, sive ex parte Domini per mortem, vel alium casum petat renovationem investituræ, & Domino fidelitatem juret; *lib.* 2. *feud. tit.* 21.

Vassallus sine consensu Domini potest alienare feuda he-
31 reditaria concessa sibi pro suis heredibus, & quibuscumque dederit, textu expresso in *lib.* 2. *feud. tit.* 48. ibi: „ Si quis ea
„ lege alicui dederit feudum, ut ipse, & sui hæredes, &
„ cui ipse dederit habeat, respondeo, iste, qui accepit,
„ poterit id vendere, vel donare, vel aliter, si placuerit,
32 „ etiam sine voluntate Domini alienare „. *Communis*. Item potest Vassallus sine consensu Domini alienare feudum proxi-
33 miori agnato immediate in feudum successuro. *Communis-argum. leg.* 1. *feud. tit.* 13. §. *fin. & lib.* 2. *tit.* 38. Item po-
test Vassallus etiam absque consensu Domini feudum alteri in feudum dare, dummodo subinfeudandus sit ejusdem conditionis cum Vassallo Principali, ne fiat deterior conditio Domini, textu expresso *in lib.* 2. *feud. tit.* 9. *& tit.* 34. ibi: „ Nec
„ Vassallus feudum sine voluntate Domini alienabit; In feu-
„ dum tamen recte dabit, si secunda Persona sit talis, quæ
„ feudo servire potest, ut si dans miles est, & ille, qui ac-
„ cepit feudum, inveniatur miles, ad hoc ut feudum, si con-
„ tigerit, Domino similiter servire, ut & prior possit „.
Idem habetur *tit.* 26. §. 5. *verb. Beneficium*. Jul. Clarus §.
feud. quæst. 32. Pirhing *lib.* 3. *decretal. tit.* 20. *num.* 18. Reif-
34 fenstuel *ibib. num.* 124. & communis aliorum. Item sine consensu Domini potest Vassallus feudum ad modicum tempus locare, dummodo locatio non sit fraudulenta alienatio, uti esset locatio ad longum tempus, textu expresso *in lib.* 2. *tit.* 9. ibi: *Potest locare, nisi locatio esset fraudulenta alienatio.*

35 Non potest tamen Vassallus sine consensu Domini feudum
36 donare; *lib.* 1. *feud. tit.* 9. *Communis*. Nec hypothecare,
37 *lib.* 2. *feud. tit.* 55. *Communis*. Nec permutare, *cit. lib.* 2.
38 *feud. tit.* 55. *Communis*. Nec testamento relinquere, aut le-
39 gare, *lib.* 1. *feud. tit.* 8. *Communis*. Nec in solutum dare, nec in dotem dare, *lib.* 1. *feud. tit.* 9. §. *donare*. Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 167. Card. de Luca *de feud. disc.* 20. *num.* 2. & alii passim.

40 Posset tamen Feudum in dotem dari sine consensu Domini, ubi particularis lex vel consuetudo id concederet cum his leges, vel consuetudines generales cedant; *arg. cap. Cum*

tam

tanto 11. *de consuetud.* Card. de Luca *de Feud. disc.*20. *n.* 4.
41 Item in dotem dari potest sine consensu Domini, ubi mulier, pro cujus dote Feudum datur, esset dotanti proxime in Feudo successura, quia tunc speciem refutationis continere diceretur, quæ non est prohibita alienatio, cum sit præventiva
42 successio; Card. de Luca *de Feud. cit. disc.*20. *num.*5. Item sine consensu Domini mulier Feudataria potest sibi ipsi in dotem Feudum dare, seu assignare, dummodo det, seu assignet inæstimatum; secus autem, si æstimatum ea vera æstimatione, quæ faciat emptionem, cum tunc esset formalis alienatio per viam contractus emptionis, & venditionis, qui occultari dicitur, ut ita distinguendo firmant Hernia, & Bald. in *cap.* 1. §. *Donare*, *Qualiter olim* Feud. *poter. alienar.* Capyc. *Investit. Feud. verb. Pro dote vers. Aut sumus in muliere*: Aponte, *de potest. Proreg. de accens. Reg. super dot. in princip. num.*3. Lerata, *Theatr. Feud. part.* 10. *dilucid.* 60. *num.*6. Borrell. *in summa dec. part.*3. *tit.*4. *de Jure dotium numer.* 268. Rosenthal. *de Feud. cap.*9. *conclus.*9. *num.*9. Card.
43 de Luca *de Feud. cit. disc.*20. *num.*7. & alii passim. Non sic autem in Regno Neapolitano, ubi neque mulier id facere potest sine assensu; ita cum aliis Card. de Luca *de Feud. citat.*
44 *disc.*20. *num.*8. Vassallus sine assensu Domini nequit Feudum vendere, nec alio quocumque contractu, quo jus reale transfertur, alienare, textu expresso in *lib.*2. *Feud. tit.*52. ibi: „ „ Hac Edictali, Deo propitio, perpetuo valitura lege sancimus, ut nulli liceat Feudum totum, vel partem aliquam „ vendere, vel pignorare, vel quoquo modo distrahere, „ vel alienare, vel pro anima judicare sine permissione illius
45 „ Domini, ad quem Feudum spectare dignoscitur„. Feudum novum potest Vassallus cum consensu Domini quocum-
46 que contractu alienare; *lib.* 1. *Feud. tit.* 13. §. *final.* Non item antiquum, nisi accedat etiam consensus agnatorum: aliter, mortuo alienante, redit iterum ad proximum agnatum sine refusione ullius pretii, nisi per annum sciens taceat, textu clarissimo *in lib.*2. *Feud. tit.*26. §. *Titius*; *Communis*. Feudum antiquum male alienatum, si proximus agnatus suo tempore non revocat, possunt illud, eo mortuo, agnati remotiores revocare; Fachineus *lib.*7. *cap.* 12. Reiffenstuel *loc. cit.*
48 *num.*128., & communis aliorum. Agnatis competit jus retractus feudi absque eorum consensu alienati; *arg. libr.* 2.
49 *Feud. tit.*9. §. *Porro*, *& tit.*28. §. *Titius*; *Communis* Licitum est alienare feudum ad ratificationem Domini, seu sub clausula, & conditione: *Si Dominus consenserit*; Jul. Clarus §. *Feudum quæst.*41. *n.*5. & communis aliorum.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 DE successione in feuda Ecclesiastica jam constituta, paucis hic agendum. Spectandæ autem in primis sunt literæ Investituræ, & juxta eas successio regulanda est.

2 Quod si Literæ investituræ lateant, successio in feuda hæc Ecclesiastica regulari haud potest secundum jus Longobardicum, propterea quod, ut supra in additione ad primum articulum diximus, in dubio feudum Ecclesiasticum non pro-
3 prium, sed improprium censeri debet. Confer *Bohemer. in decretal. lib.*3. *tit.*2. §. 57. *& plur. sequent. Hertium in Paræmiis Juris lib.*2. *paræm.* 10. *in fin. Schilter. ad Rubric. Jur. feudal. Alaman.* §.15. *Sand. tit.*3. *consuetud. feud. Geldr.* §.7. *n.*2. *& duob. sequent.*

4 Hinc autem non sequitur, feuda Ecclesiastica esse hæreditaria, & alienabilia, quum qualitates hæ feudi rationem, quoad maximam partem destruant, efficiantque, ut fere nunquam ad Ecclesiam reverti queant, & directum ipsius dominium fere annihilent. Consuetudine vero feuda Ecclesiastica
5 accipere posse hanc naturam, ut mere hæreditaria sint, ita ut de iis testandi facultas permissa sit, probat post alios *Bohemer. in decret. lib.*3. *tit,* 2. §.64.

6 In dubio autem fœminina potius, quam hæreditaria feuda Ecclesiastica præsumi debent, ut firmat *idem Auctor loco mox citato sequenti* §.65.

7 Num autem in feuda Ecclesiastica succedant Ascendentes, & Collaterales, qui a primo acquirente sanguinem haud trahunt, non levis quæstio est. Porro si feuda hæc Ecclesiastica
8 mere hæreditaria sint, succedunt in ea, & hi. Quoniam vero non omnia feuda Ecclesiastica habent naturam hanc irregularem, contrarium in dubio est statuendum. Confer itidem *Bohemer. ubi supra* §.66.

9 Quæ dicta hactenus sunt de successione in feuda Ecclesiastica, quæ constituta reperiantur, eadem locum sibi vindicant, quoad successionem in feuda Ecclesiastica, si qua in posterum constituantur ex solemni oblatione.

Reliquum est, ut verba faciamus de Felonia in his feudis 10
commissa. Porro Prælatus non adeo rigide circa Feloniam commissam procedere valet, præsertim si culpa magis, quam dolo commissa ea fuerit, utpote si debito tempore renovatio investituræ non sit petita; *Feltimann. lib.* 1. *de titul. bonor. cap.*45. §.21. Alias si gravius quid per dolum in Prælatum 11
commissum sit, privari feudo Vassallus potest. Vide exempla apud *Bohemer. eodem loco* §.69.

Remissio Feloniæ spectat ad Prælatum etiamsi inconsulto- 12
Capitulo suscipiatur, nisi forsan collatio simul Capitulo debeatur. Cæterum an post Constitutionem *Urbani VIII.* qua 13
tum infeudandi, tum reinfeudandi potestas omnis adempta penitus est, competere amplius Prælato possit remissio felo- 14
niæ, dubitari, & non immerito potest.

De altera illa specie feudi Ecclesiastici in *sensu lato*, in quo 15
scilicet ipsa Ecclesia recipit in feudum, consule *Bohemer. pluries citato loco a* §.70. *ad fin.*

FIDEICOMMISSUM

FIdeicommissum est hæreditas, vel pars illius, quam Hæ- 1
res a Testatore rogatur, vel jubetur alteri restituere; Est in re *communis*; *arg. tot. tit. Cod. de fideicom. & Instit. de fideicom. hæred.* Hæres, qui jubetur, vel rogatur restituere hæ- 2
reditatem, vel partem ejus, vocatur *Hæres fiduciarius*; item *Hæres gravatus*; *leg. Scias* 46. *ff. S.C. Trebellian.* item vocatur *Hæres fideicommissarius*. Is vero, cui jubetur restitui, 3
vocatur *fideicommissarius* simpliciter. §. *Sed quia* 7. *Institut. de fideicom. hæred.* fideicommissum dicitur ambitiosum Hominis placitum ad conservationem bonorum in familia *p.* 6. 4
*recent. decis.*312. *num.*4. Ante legem XII. Tabularum erat incognitum, & ejus usus incœpit temporibus Augusti Cæsaris; Rota *part.*5. *tom.*1. *decis.*36. *n.*44., *& part.* 10. *decis.*1. 5
numer. 64.

Fideicommissum aliud est universale, & aliud particulare. 6
Universale est quando tota hæreditas, vel certa quota ejus debet alteri restitui; §. *In primis*, *&* §. *Præterea*, *Institut. de fideicom. hæred.* Particulare est, quando non tota hæreditas, vel certa quota, sed solum res aliqua particularis restitui debet; *Instit. de singulis rebus per fideicommissum relict.* Fideicommissum particulare sequitur naturam Legati, & jure 7
novo reipsa non differt; *lib.* 1. *ff. de Legat.*1. Pirhing. *lib.* 3. *tit.*26 *num.*72. Reiffenstuel *ibid. n.*605. & alii passim. Item 8
fideicommissum aliud est purum, seu absolutum, & aliud est conditionale. Fideicommissum purum, seu absolutum est, quod fit absque omni conditione appositæ, & tale est, si Te- 9
stator V.G. dicat: Petrum hæredem instituo, eumque rogo, vel mando eidem, ut totam, vel modicam hæreditatem restituat Paulo; *Est in re communis*, *arg.* §.1. *Instit. de fideicom. hæred.* Fideicommissum conditionale est, quod fit apposita aliqua conditione, ut si Testator dicat: Petrum hæredem instituo, voloque, ut si sine liberis decesserit, hæreditas restituatur Paulo. Hoc autem fideicommissumm conditionale eveniente, seu purificata conditione evadit purum, seu absolutum; *arg. leg. Cedere diem* 113. *ff. de V. S. & leg.*1. *ac* 4. *ff. Quando dies legat.*

Dictum fideicommissum subdistinguitur in restitutorium, 10
& conservatorium. Fideicommissum restitutorium est illud, quod pure, & simpliciter ordinatur pro casu mortis, ut cum Testator Hæredem instituit, V. G. Titium, eique mandat, ut in casu suæ mortis totam, vel mèdiam hæreditatem restituat Cajo; & de hoc fideicommisso raro audiuntur quæstiones in Tribunalibus; cum in claris, & in expressis non intrent quæstiones, & argumenta; textu expresso *in leg. Ille aut ille* 25. *ff. de Legatis* 3., ibi: *Cum in verbis nulla ambiguitas est*, *non debet admitti voluntatis quæstio*. Fideicommissum conservatorium est illud quod instituitur cum expressa prohibitione alienationis, seu confiscationis, ad hoc ut pro majori splendore, ac decore familiæ bona conserventur in agnatione vocata, & ne extra illam exeant; & tunc Hæres gravatus non potest illa alienare; vel obligare; *leg. Sancimus* 7. *Cod. de rebus alienis non alienandis*, cum similibus.

Rursus fideicommissum in casu mortis aliud est, quod sim- 11
plex, ac ordinarium dicitur, non excludens Successorum pluralitatem, ac simultaneum concursum omnium, qui eumdem proximitatis gradum, vel æqualem statum habent; Et

tunc

tunc Hæres gravatus non potest alterare ordinem a Testatore præscriptum, uni gratificando, & alium excludendo; *leg. omnia* 32. §. *in fideicommisso ff. de Legatis* 2. alias *leg. Cum ita legatur*; *leg. fin. Cod. de verborum signific.* cum similibus, Cardin. de Luca *de fideicommissis discurs.*16. *num.* 3. Peregr. *de fideicommiss. art.*14. *num.*7. Bellon. jun. *Consil.*1. *a n.* 32. *ad* 36. Rota apud Seraphin. *decis.*874. & apud Coccinum *decis.*495. Et aliud est, quod pluritatem successorum, seu plurium simultaneum concursum non admittit, sed uni tantum Personæ convenit; atque istud sub duplici vocabulo explicatur, *Primogenituræ* scilicet, ac *Majoratus*; & hoc Fideicommissum regulatur eodem fere jure ac feudum; cum a Primogenituris ad feuda, vel e contra, quoties lex feudorum non urget, licitum sit arguere; Card. de Luca *de Feudis discurs.*45. *num.*4. Molina *de Primogenituris lib.*1. *cap.* 1. *numer.*7. Surdus *Consil.* 241. & alii Juristæ passim, apud quos plurima de omnibus istis.

12 Substitutio est unius in alterius locum ad rem aliquam in ultima voluntate vocatio; *est in re communis*. Substitutio est duplex, directa, & indirecta. Directa est, per quam substitutus hæreditatem Testatoris consequitur immediate, & sine ministerio alterius primi instituti, uti si Testator dixerit: Petrus sit hæres, aut si hic non erit, sit Paulus. Indirecta est, per quam committitur fidei directi hæredis, ut hæreditatem tradat alteri, ideoque etiam dicitur Fideicommissaria, quia substitutus accipit hæreditatem non directe a Testatore, sed a Fideicommissario: Ut si Testator dixerit: Petrus sit meus hæres, quem rogo, seu gravo, ut quando morietur, hæreditatem totam, seu partem aliquam, Verb. Gr. mediam,
13 vel tertiam, vel certam rem Paulo restituat. Unde substitutio fideicommissaria est, qua hæres ex testamento, vel ab intestato decedens, vel absolute, vel sub conditione gravatur, seu obligatur hæreditatem totam, vel certam aliquam partem ejusdem, mediam V.G. vel tertiam, vel certam rem alteri restituere; *Est in re communis*; *arg.*1. §.1. *& 2. instit. de fideicomm. hæred.*

14 In Fideicommisso universali ordinato ab ascendente, substitutiones intelliguntur factæ sub tacita conditione: *Si institutus*, *vel gravatus sine filiis decesserit*, ita ut quævis proles præteratur extraneo substituto, textu expresso *in leg. Cum avus* 10. *ff. de Cond. & demonstr. & leg. Cum acutissimi* 30. *Cod. de fideicom.*, ibi: *Si quis filium suum hæredem instituit*, *& restitutionis post mortem onere subegit*, *non aliter hoc videtur disposuisse*, *nisi cum filius ejus sine sobole vitam suam reliquerit*. Ubi etiam hæc ratio subjungitur: *Quia merito præsumitur hæreditatem suam potius propriis descendentibus*, *quam alienis relinquere voluisse*; *Est communis* cum Rota *part.*5. *rec. tom.*1. *decis.*329. *num.*11. *part.*12. *decis.* 380. *num.*5. *par.*16. *dec.* 132. *num.*2., *& seq. part.*17. *decis.*170. *num.*8. *part.* 18.
15 *tom.*1. *decis.*102. *num.*3. *&* 15. & fæpe alibi. Non decedit sine liberis, qui unicam prolem, sive masculum, sive fœmellam habet, textu expresso *in leg.* 148. *de V.S.*, ibi: *Non est sine liberis*, *cui vel unus filius*, *unave filia est*; *Communis.*
16 Si filius gravatus in testamento Patris hæreditatem alteri restituere *si sine liberis decesserit*, ingrediatur Religionem, seu Monasterium bonorum capax, ibique profiteatur, excluditur substitutus, & succedit Monasterium; Rota *part.*8. *decis.* 34. *num.*4., *& seq. part.*12. *decis.* 433. *num.* 19., *& sequent.* Testator enim præsumitur diligere Monasterium, sicuti filium instituti, & proinde sicuti prætulit substituto filios instituti, ita censetur voluisse præferre Monasterium; Rota *part.*3. *decis.*358. *num.*3., *& sequent. part.*8. *decis.* 134. *numer.*10., *& sequent.* Covarruvias *lib.*1. *variar. resolut. cap.*19. Layman *lib.*3. *tract.*5. *cap.*9. Pirhing. *lib.*3. *Decretal. tit.*26. *num.*74. Reiffenstuel *loc. cit. num.*624. Authent. *Nisi rogati Cod. ad S. C. Trebellian.* quæ desumpta est *ex Authent. de S.S. Episc.* §. *Sed & hoc Coll.*8. *& cap. In præsentia* 8. *de probat.* ubi in simili casu proposito judicatum est ad favorem Monasterii contra substitutos.

17 Limitatur tamen primo conclusio in casu, quo Testator veram, & naturalem filiationem voluerit, puta si dixerit *sine veris filiis*, vel *sine filiis legitimis*, *& naturalibus*, *aut ex corpore suo natis*, cum similibus; Rota *part.*3. *decis.* 358. *n.* 3., *& seq. part.*6. *dec.*179. *num.* 16. *cum sequent. part.*8. *dec.*131. *num.*6. *part.*12. *decis.*434. *num.*6. Si enim Testator in conditione *si sine filiis* expresserit qualitates non competentes, nisi naturalibus, Monasterium non censetur consideratum loco filii; Rota *part.*3. *decis.*358. *num.*13., *& sequent. part.*6. *decis.* 179. *n.*17. *part.*8. *dec.*134. *num.*6. *part.*12. *dec.*434. *numer.*6. Limitatur secundo in casu, quo Testator tacite, vel expres- 18
se consideraverit conservationem agnationis, quo casu omnes Doctores conveniunt, Monasterium non excludere substitutos; Rota *part.*8. *dec.*134. *num.* 15. Et sic contingit in Primogenituris, ac Majoratibus, qui ad conservandum splendorem familiæ eriguntur; In his enim, excluso Monasterio, succedere proximum agnatum fatentur Doctores communiter cum Covarruvia *loc. cit. cap.*19. Layman *loc. citat. cap.*9. Molina *disp.*622. Azor. *tom.*1. *lib.*12. *cap.*8. *q.* 5. Limitatur 19
tertio in casu, quo hæres iniquo animo fraudandi substitutum fideicommisso ingreditur Religionem; Menochius *lib.*4. *Præsumpt.*83. *num.*56. Abbas *in cap. In præsentia* 8. *de probat. numer.*46. Pirhing *loc. cit. num.*76. Reiffenstuel *l. citat. num.*626. Sanchez *lib.*7. *cap.* 16. *num.* 57. *&* 55. & alii; Et ratio est, quia fraus, & dolus nulli patrocinari debet; *cap. Sedes* 15. *c. Ex tenore* 16. *de rescriptis*, *cap. Tuæ* 12. *de Clericis non resid. leg. in Fundo ff. de rei vindic. leg. Cum hi ff. de transact. leg. Si Legatarius Codicem de Legatis*. Limitatur quarto in casu, 20
quo hæres gravatus inductus est ad ingressum Religionis suasionibus, & blanditiis Monachorum, tunc enim Monasterium nulla bona hujus Professi consequetur, adeoque nec substitutus excludetur; Menochius *l. citat. num.* 86. Sanchez *l. cit. n.*62. Pirhing. *l. cit. sub num.*76. per Jura mox allegata. Li- 21
mitatur quinto in casu, quo hæres ingreditur Monasterium bonorum in communi, & successionis omnino incapax; ut sunt Monasteria Minorum de toto corpore Observantiæ, & Capuccinorum; Tunc enim substitutus succedit statim a die professionis, quia professio in talibus Monasteriis quoad successionem æquiparatur morti naturali; Menoch. *l. cit. numer.*81. Pirhing *l. cit. sub num.* 76. Reiffenstuel *l. cit. n.* 626. Limitatur sexto in casu, quo alia causa pia sit substituta, ut 22
si Testator dixerit, si hæres meus sine liberis objerit, substituto Hospitale, Pauperes, Ecclesiam Parochialem, & hujusmodi, quando enim privilegiatus concurrit cum privilegiato, tunc privilegiis non attentis, servatur Jus commune, & sic licet hæres ingrediatur Monasterium, & ibi profiteatur, adhuc hæreditas est restituenda piæ causæ substituæ, *arg. cap. Cum causa*, *de præbend. Communis* cum Pirhing *loco citat.* Reiffenstuel *loco citat. nu.* 627. Abb. & Gloss. *in cap. In præsentia* 8. *de probat.*

Fideicommissum regulariter loquendo vendi, pignorari, 23
aut hypothecari nequit, textu expresso *in leg. finalem* §. *Sed quia* 2. *Codice communia de Legat.* ibi: „ Nemo itaque hæres „ ea, quæ pure sub certa die relicta sunt, vel quæ restitui aliis „ disposita sunt, vel substitutioni supposita, putet in poste- „ rum alienanda, vel pignoris, vel hypothecæ titulo assignan- „ da; quia satis absurdum est, & irrationabile, rem, quam in „ suis bonis pure non possidet, eam ad alios posse transferre, „ vel hypothecæ, pignorisque nomine obligare, vel alienam „ spem decipere„; Rota *part.*5. *tit.*1. *decis.* 408. *numer.*9. *part.*12. *decis.*310. *num.*1. Limita tamen primo si alienatio est 24
necessaria pro solutione debitorum Testatoris, dummodo non alienentur immobilia, si pecunia, vel alia mobilia ad solvendum sufficientia adsint; Card. de Luca *de Fideicom. dis.* 161. *num.*5. *&* 8. & *in Summa num.* 305. *&* 306. item *disc.* 162. *num.*8. Tuschus *litt. C. consil.*283. *n.* 16. Gloss. *in leg. Filius familias* §. *Diu ff. de Legat.*1. & alii passim; Et ratio est, quia non intendit prohibere alienationem cum præjudicio Creditorum; *arg. leg. Creditoris arbitrio ff. ad leg. Falcid.* Limita 25
secundo, si alienatio est necessaria pro competenti dote; *Authent. Res quæ Cod. communia de Legat.* Tuschus *litt. F. consil.*284. *num.*1. citans communem. Vel pro alimentis gravati, & suorum descendentium; Card. de Luca *de Fideicommiss. disc.* 170. *&* 171. Tusc. *loco citato* Vel pro liberatione possessoris ab hostibus, vel latronibus; Card. de Luca *de Fideicom. & in summa n.*294. Reiffenstuel *lib.*3. *Decretal.* 26
tit. 26. *num.*618. & alii communiter. Limita tertio, si est necessaria distractio pro detractione competentis legitimæ, & Trebellianicæ; Baldus *l.*4. *consil.*163. *num.* 4. Parisius *lib.* 2. *consil.*17. *&* 18. Reiffenstuel *loc. cit. num.*617. Tuschus, & alii communiter; Et ratio est, quia detractio Legitimæ, & Trebellianicæ debetur de Jure; *Novell.*18. *cap.* 1. *Authent. Novissima Cod. de inoffic. Testam. leg.*33. *Cod. de inoffic. Testament.* §. *Sed quia* 7. *Instit. de Fideicomm. hæred. cum Concordantiis*, adeoque si non aliunde, quam vendendo haberi potest, vendi debet. Limita quarto, si distractio est utilis, 27
uti fit in casu permutationis Fideicommissi pro bono utiliori ipsi gravato, ac aliis substitutis; Card. de Luca *disc. de Fideicom. disc.*157. *num.* 7. *&* 8. Reiffenstuel *loc. citato*

*n.*619.

num.619. & alii communiter. Cum enim in tali casu nulli fiat injuria, & damnum, sed commodum omnibus vocatis, & substitutis, præsumitur adesse tacitus omnium consensus.
28 Limita quinto, si alienentur res, quæ servando servari non possunt, dummodo pretium inde comparatum postea restituatur substitutis, ut applicetur in re immobili; Card. de Luca
29 *de Fideicomm. disc.90. num.9.* & communis aliorum. Limita sexto, si omnes vocati, & substituti, in quorum favorem Fideicommissum factum est, ad alienationem consentiunt, textu expresso *in leg. Quoties* 11. *ff. de Fideicom.*, ibi: *Quoties ab omnibus, qui alienatione facta ad Fideicommissum petitione adspirare possunt, venditio celebretur, aut quibusdam vendentibus alii consenserunt, contractus auctoritas convelli nequaquam potest.*

Novæ additiones ex aliena manu.

1 SI qua in jure materia occurrit summopere illustranda hæc certe est de Fideicommissis, quum vix condatur Testamentum, in quo Fideicommissum haud ordinetur. Sed quum sciam me intra limites additionum continere debere, materiam, ut vellem, illustrare nequeo, sed agam dumtaxat de Fideicommisso Hæredi præsenti injuncto, tum de Fideicommisso conventionali, de quibus cæteroquin non omnes differunt.

2 Quod attinet ad Fideicommissum hæredi præsenti injunctum, hoc inductum est *Lege finali Cod. de Fideicommissis*; nullamque penitus requirit solemnitatem, sed debet a Testatore præsenti Hæredi injungi. Inde namque tota hujus Fi-
3 4 deicommissi validitas dependet, quod Testator præsentis hæredis Fidei commiserit restitutionem hæreditatis, ut monstrat contextus, & illustrat *Harprecht. de Remed. Leg. final. Cod.*
5 *de Fideicom. cap.4. §.10., & seq.* Non igitur subsistit Fideicommissum hoc, si hæres absens fuerit, ita ut ne valeat quidem schedula ad Absentem missa, cum deficiat fundamentum
6 hujus Fideicommissi *privilegiati*; *Idem Auctor citato loco §.13.*

7 Num ad validitatem hujus Fideicommissi requiratur insuper promissio hæredis, non conveniuntur inter se Doctores.
8 Negativa mihi opinio semper arrisit. Disponit enim hic Testator in vim mortis, & ita tota illa dispositio ex ejus debet dependere arbitrio, nec factum hæredis requiritur, alioquin dicendum foret, hæredem contradicere posse, & contradicentem minime obligari, quod tamen ad-
9 mitti nequit; *Idem Auctor ubi supra §.34.* Sicuti autem tota hujus Fideicommissi substantia a Fide hæredum dependet, ita tantum per solam confessionem hæredum constare de eo debet adeo ut si confessionem edere nolint, *necesse habent, vel Sacramentum subire, & omni inquietitudine se se relaxare, vel si recusandum existimaverint Sacramentum, omni modo exactioni Fideicommissi subjacere*: sunt ipsa verba *Legis finalis*
10 *Cod. de Fideicomm.* Ubi enim recusant subire juramentum, habentur pro confessis; confitentes autem absolute obligantur ad Fideicommissum præstandum; *Richter. dec.62. num.20. & sequent.*

11 Adeo autem sola Fides hæredum hoc sustinet fideicommissum, ut ne quidem sufficiat loco juris jurandi delati uti aliis probationibus, si fortassis duo adfuissent Testes, quorum testimonio probari posset, Defunctum præsenti hæredi fideicommissum injunxisse, quia ita fideicommissum dependeret
12 a Fide Testium, non a Fide hæredum; Quoties autem a Testium præsentia dependet fideicommissum, quinque ad minus esse debent, minimeque duo sufficiunt. Hæres vero, si delatum ipsi sit juramentum, non prohibetur conscientiam suam per alias probationes exonerare, veluti si probare absentiam possit; *Richter. dict. dec.62. num.29. Finckelth. observ.*
13 51. *num.7. & 11.* Hactenus de fideicommisso hæredi præsenti injuncto.

14 Fideicommissum conventionale est illud, quod in actu in-
15 ter vivos constituitur. Inductum est autem hoc fideicommissum moribus gentium.

16 An hoc fideicommissum conventionale esse possit universale, scilicet de tota hæreditate, vel parte ipsius, dubitatur,
17 & non immerito. Sicuti enim hæreditas pactis dari nequit, ita quoque per modum fideicommissi pactitii haud transfertur. At apud plerasque gentes prævaluit opinio affirmativa; *Struykius in usu modern. Pandect. lib.26. tit. 1. §.6. Harprecht. de fideicommiss. convention. §. 2.*, & ita quidem, ut nec requiratur con firmatio superioris.

Major dubitatio est, an fideicommissum hoc conventionale constitui possit in favorem Tertii? De jure enim Alteri 18
per pactum Alterius actio acquiri nequit. Sed & posse rece- 19
ptum est; *Strykius in usu modern. Pandect. dict. lib.26. dict. tit. 1. §..4.*

Inter omnes vero convenit, in hoc fideicommisso conven- 20
tionali licet universali locum haud esse beneficio quartæ Trebellianicæ. Beneficium enim quartæ in fideicommisso condito in Testamento in favorem hæredis inductum est; idque 21
quia cum hic suo facto se haud obstrinxerit ad restituendum, sed ad hoc ex solius Testatoris dispositione teneatur, merito ei ex bonis defuncti aliquid concedendum erat, quo eo promptius invitaretur ad adeundam hæreditatem, eamque restituendam. At hæ rationes applicari nequeunt ad conventio- 22
nale fideicommissum, quum gravatus ex data fide obligetur ad restituendum, propterea que minime oporteat per beneficia juris eum allicere ad implementum suæ obligationis: *Pirckm. consil. 1. num. 203. Harprecht. de fideicommiss. conventional. §. 41.*

FIDEJUSSIO, FIDEJUSSOR.

FIdejussio est contractus, quo quis alienam obligationem 1
suscipit implendam, si debitor principalis non solverit; Est in re *communis*, *arg. Instit. princ. de Fidejuss.*, *& leg. Sicut 65. ff. eodem* Fidejussor (sic dictus a *fide*, & *jubeo*, quasi 2
fide sua jubens, ut alteri credatur; *leg. Creditor 60. §. 1. ff. Mandati*, *& leg. Ubi 75. §. Qui vero ff. De V. O.*) est is, qui alienam obligationem in se suscipit, seu fidem suam interponit de solvendo debito casu, quo ipse illud non solverit; *Est in re communis*, *arg. Instit. princip. de Fidejuss.* Fidejussio quavis verborum forma oretenus, & in scriptis, imo inter absentes, & per Epistolam fieri potest; Engel. *lib.3. decretal. tit.22. num.2.* Reiffenstuel *ibidem num.11.*, & communis aliorum. Fidejussor dari, & Fidejussio constitui potest super quovis debito, vel obligatione quomodocumque 4
contracta, textu expresso *leg.1. ff. De Fidejuss.*, *& mandat.* ibi: *Omni obligationi Fidejussor accedere potest*; *leg. Græce 8. §.1. ff. eodem*, ibi: *Præterea sciendum est, Fidejussorem adhiberi omni obligationi posse, sive re, sive verbis, sive consensu*; §.1. *Instit. de Fidejuss.*, ibi: *Omnibus autem obligationibus adsumi potest, idest, sive re, sive verbis, sive litteris, sive consensu contrahatur, ac nec illud quidem interest, utrum civilis, an naturalis sit obligatio, cui adjicitur fidejussor.*

Potest quis de sistenda persona incarcerenda fidejubere, 5
quam si non sistit, ipse Fidejussor non incarceratur, sed punitur pœna pecuniaria, vel taxata a Jure, decreto, consuetudine, vel arbitraria Judicis, & quidem extraordinaria, si ex dolo Fidejussoris exhibitus non est, vel aufugit, textu expresso *in leg. Si quis 4. ff. De fidejuss.*, ibi: *Siquis reum criminis, pro quo satisfecit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur, puto tamen, si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum*; *sed si neque in cautione, neque in decreto Præsidis certa quantitas comprehensa est, ac nec consuetudo ostendit, quæ certam formam habet, Præses de modo pecuniæ, quæ inferri oporteat, statuet.* Fidejussor dari potest non solum pro presenti, sed etiam pro futura obligatione; 6
Leg. Stipulatus 6. §.2. ff. De fidejuss., ibi: *Adhiberi autem fidejussor tam futuræ, quam præcedenti obligationi potest.*

Fidejubere possunt omnes, qui liberam rerum suarum ad- 7
ministrationem habent, & a lege non prohibentur; *Communis*, *arg. leg.3. ff. De fidejuss.* Prohibentur autem fidejubere, Primo, milites *leg.8. §.1. ff. Qui satisdare coguntur*, *& leg. Miles 31. Cod. de locatio*, ibi: *Milites fidejussores fieri prohibemus*: Excipiuntur tamen milites veterani honeste a militia 8
dimissi, quia ipsi cum non teneantur amplius armis occupari, & bello interesse, possunt libere privata negotia, & commercia tractare, *arg. leg.1. Cod. de Veteranis.* Secundo, fidejubere prohibentur mulieres, *leg.1. ff. Ad S.C. Vellejan.*, 9
ibi: *Vellejano senatus consulto plenissime comprehensum est, ne pro ullo fœminæ intercederent*, idest fidejuberent, & hæc prohibitio adeo stricte ligat mulieres, ut nec mater possit fidejubere pro filiis, *leg. Si cum Cod. S.C. Vellejan.* Nec filia pro parentibus, *leg. Si paternum 8. Cod. eodem* Nec Uxor pro Marito; *leg.1. Cod. Ne uxor pro Marito.* Tertio fidejubere prohibentur Ecclesiarum Prælati, & Clerici; *Cap. Te quidem 39. caus.11. quæst.1.*, ibi: *Te quidem* (Episcopum alloquitur Papa) *oportet irreprehensibiliter vivere*, *& summo studio niti*, *omnes vitæ hujus occupationes abjicias*, *ne fidejussor*

for existas &c., *& cap.1. fidejuss.*, ibi: *Clericus fidejussionibus inserviens abjiciatur*, & concordat *Novell.123. cap.6.*
11 Limitatur tamen conclusio, si raro tantum in uno, vel altero casu fiat ex causa præsertim pietatis, vel charitatis, *arg. cit. cap. Clericus 1. de fidejuss.* ubi solum prohibetur, ne Clericus sit *inserviens* Fidejussioni, quæ particula frequentiam denotat, uti docet Gloss. *iBid. verb. Inserviens*, Abbas, *ibid.*
12 *num.* 1. cum communi aliorum. Clericus autem fidejubens debet de patrimonialibus, vel quasi talibus, & non de Ecclesiasticis satisfacere, nisi forsan ex causa necessitatis, ac pietatis pro egeno, aut alia causa pia contingeret Fidejussio; Abbas *in cit. Cap. Clericus 1. de Fidejuss.*, & alii passim, quia Ecclesiam debitis gravare Clericus non potest, textu expres- so in *Cap. Quorumdam 2. de solutionibus*, ibi: „ Firmiter „ inhibemus, ne quis præsumat Ecclesiam sibi commissam
13 „ pro alienis gravare debitis. *Dicitur notanter* Nisi forsan ex „ causa necessitatis, aut pietatis pro egeno, aut alia causa „ pia contingeret Fidejussio „ quia cum in similibus casibus possit, imo subinde teneatur donare; *arg. Cap. Gloria Episcopi 12. quæst.2.* juxta dicta verb. *Benenficitatus art.1.num.35. & seq.* multo magis poterit per Fidejussionem interim obligare redditus Ecclesiasticos etiam superfluos.

14 Item fidejubere potest Clericus pro alio Clerico; *Communis arg. cap. Pervenit 2. de Fidejussionibus*, ubi Papa fidejussionem Clerici pro Clericis factam non solum non improbat, sed mandat, ut a debitoribus eidem satisfiat, sicque tacite
15 approbat. Item Clericus potest fidejubere pro sua Ecclesia; *Communis*, *arg. Cap. Quod quibusdam 4. de Fidejuss. leg. Cum Clericis 25. & leg. Omnes 33. §.2. Cod. de Episcop.*, *& Cleric.*
16 Clerici Fidejussio facta nimis frequenter de bonis patrimonialibus, vel de illis Ecclesiasticis redditibus ad ipsum pro honesta sustentatione plene spectantibus, quamvis sit illicita, est tamen valida, & Clericus tenetur ei stare, & in defectum principalis debitoris de præfatis bonis satisfacere; Gloss. *in cit. Cap. Clericus 1. de Fidejuss. verb. Inserviens*; Barbos. *ibid. in fine*, ubi plures citat, Menoch. *de præsumption. lib.2.præsumpt.46. num.5.* Engel. *lib.3. decretal. tit.22. num.5.* Reiffenstuel *ibid. num.33.* Et ratio est, quia nullibi in Jure reperitur pro nulla declarata Fidejussio Clerici Sæcularis. Nec refert quod sit prohibita: Quia, ut expresse dicitur in *Cap. Ad Apostolicam 16. de Regularibus*: *Quia multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent firmitatem.*

17 Quarto fidejubere prohibentur Religiosi omnes, non tantum privati, sed etiam superiores sine consensu majoris partis Capituli; de Religiosis privatis habetur textus expressus in „ *Cap. Quod quibusdam 4. de Fidejuss.*, ibi: „ Quod quibus- „ dam Religiosis a Sede Apostolica est prohibitum, volu- „ mus, & mandamus ad universos extendi, ne quis videli- „ cet Religiosus absque majoris partis Capituli, & Abbatis „ sui licentia pro aliquo fidejubeat „. Idem est de Prælatis, si debitas Juris solemnitates non adhibeant, per textum ex *cap. In quorumdam 2. de solutionibus*; Barbos. *in cit. Cap. Quod quibusdam 4. de Fidejuss. num.5.* Engel. *loc. cit. num.6.* Reiffenstuel *loc. cit. num.34.*, & communis aliorum: Religiosi enim omnes sive Prælati, sive subditi nihil pro-
18 prii habent, de quo fidejubere possint. Limitatur tamen conclusio in casu, quo Prælatus pro modica quantitate, & raro fidejubet, quia talis facultas ad liberam administrandi facultatem pertinet; Pirhing. *lib. decretal. tit. 22. numer. 11.* Reiffenstuel *ibidem num.35.* Engel. *ibidem num. 6.* Silvester verb. *Fidejussor quæst.4.*, & alii passim. Imo etiam privatus Religiosus, qui beneficium cum potestate administrandi reditus habet, etiam tacitam licentiam, raro, & in modica quantitate fidejubendi habere censetur; Pirhing *loc. cit. nu-*
19 *mer. 13.* Reiffenstuel *loc. cit. num.35.*, & alii. Fidejussio a Prælato, vel privato Religioso contra Jura facta, non solum est illicita, sed etiam invalida. Nec obligat Monasterium, & privat etiam Prælatum administratione, tam spiritualium, quam temporalium; *Communis*. Et quod talis fidejussio sit invalida, & Monasterium, seu Ecclesia ad nihil teneatur, habetur expresse ex *Cap. In quorumdam 2. de solutionibus*, ibi: „ Decernentes ad solutionem talium debitorum Ecclesiam „ non teneri, & ex cap. Quod quibusdam 4. de Fidejuss., „ ibi: Non tenentur conventus pro his aliquatenus respon- „ re. Et quod Prælatus incurrat dictam pœnam privationis, „ patet ex cit. Cap. Quorumdam 2. de solutionibus, ibi: „ Si quis autem contra præmissa venire contempserit, ab „ administratione spiritualium, & temporalium noverit se „ suspensum.

Fidejussor tenetur solvere totum id, quod debitor princi- 20
palis tempore fidejussionis debebat, si hic non est solvendo, imo etiam usuras, si ita promisit, *arg. leg. Fidejussores 68. ff. De Fidejussor 10. Cod. eodem leg. Si mandato 8. cap. Quod* „ *cum eo, qui in alienat*, ibi: „ Et forti, & usuris te pare- „ re oportere, si te his omnibus obligasti. Quod si Fidejus- „ sor Credito pecunia interfuisti, teneri te ex obligatione „ explorati Juris est. Fidejussor non obligatur ad plus, quam 21
„ debitor principalis, textu expresso *in leg.8. §. 7. ff. De Fi-* „ *dejuss.*, ibi: Fidejussores ita obligari non possunt, ut plus „ debeant, quam debet is, pro quo obligantur: Nam eorum „ obligatio est accessoria principalis obligationis, nec plus „ in accessione potest esse, quam in principali. Nec Fide- 22
„ jussor potest prius obligari, quam obligatus sit debitor princi- „ palis; textu expresso *in leg. Fidejussor 57. ff. De Fidejuss.*, ibi: *Fidejussor antequam reus debeat, conveniri non potest.* Si Fidejussor ad certum dumtaxat tempus fidejussit, & Creditor 23
tempus sine consensu Fidejussoris prorogat debitori, ad nihil amplius tenetur Fidejussor; *Leg. Item quæritur 13. §. Qui impleto 11. ff. Locati.* Et ratio est, quia ex Regula 85. *Juris in 6. Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur*, & sic Glossa *in §. Si quid vers. Solverit Instit. de Fidejuss.* Layman *lib.3. tract. 4. cap.29. in fine*; Reiffenstuel *loc. cit. numcr.43.*, & alii passim.

Fidejussor quantum est ex simplici Fidejussione, non te- 24
netur ad usuras, aut alias novas accedentes obligationes, textu expresso in *leg. Fidejussores 68. §.1. ff. De Fidejussor.*, ibi: „ Pro Aurelio Romulo conductore vectigalis centum annua „ Petronius, & alii fidejusserant, bona Romuli Fiscus ob- „ ligata sibi occupaverat, & conveniebant Fidejussores, tam „ in sortem, quam in usuras, qui deprecabantur, lecta sub- „ scriptione Fidejussionis, quoniam in sola centum annua „ se obligaverant, non in omnem conductionem; decrevit 25
Fidejussores in usuras non teneri. Tenetur tamen ad ipsas, si specialiter, vel universaliter ad has quoque se obligaverit, textu expresso in *leg. Fidejussor 10. Cod. de Fidejuss.*, ibi: „ Fidejussor, seu mandator, si in usuras quoque obligatus „ est, justam causam recusandi eas solvere non habet, & con- cordat *leg. Quæro 54. ff. Locati*. Fidejussoris obligatio transit 26
etiam ad ejus hæredes, textu expresso in *leg. Fidejussoris 24. Cod. de Fidejuss.*, ibi: Fidejussoris quidem hæres exemplo „ Fidejussoris tenetur, & §.2. Institut. de Fidejussoribus, ibi: „ Fidejussor non tantum ipse obligatur, sed hæredem relin- „ quit obligatum; Communis.

Si plures sint Fidejussores super eodem debito, tenentur 27
„ omnes in solidum, ita ut si reliqui solvendo non sint, ille „ solus, qui solvendo est, ad totum in solidum solvendum „ teneatur, textu expresso in §. *Si plures sint Fiplures 4. In-* „ *stit. de Fidejuss.*, ibi: „ Si plures sint Fidejussores super eo- „ dem debito constituti, quotquot erunt numero, singuli in „ solidum tenentur. Si tamen alii confidejussores etiam 28
sint solvendo, non potest Creditor convenire unum solum pro toto debito, & conventus potest excipere, & dicere, ut singulos equaliter pro suis partibus conveniat, pro ut expresse habetur ex Epistola Divi Adriani Imperatoris in §. *Si* „ *plures 4. Instit. de Fidejuss.*, ibi: „ Ex Epistola D. Adria- „ ni compellitur Creditor a singulis, qui modo solvendo sunt „ litis contestatæ tempore partes petere. *Concordat* lex Si „ contendat 28. ff. eodem, lex Non recte 3. lex Fidejussor „ 10. Cod. de Fidejuss., ibi: Is qui cum altero fidejussit „ non solus conveniatur, sed dividatur actio inter eos, qui „ solvendo sunt „. Si post factam legitime divisionem debi- 29
ti inter confidejussores, aliqui fiant non solvendo, id accidit damno Creditoris, qui sibi imputare debet, quod illos tempestive non excusserit, & convenerit dum adhuc erant solvendo. Non enim debet hoc damnum imputari aliis confidejussoribus, qui semel liberati, non possunt inviti reduci in pristinam obligationem; *leg. Inter eos 5. §. Cum inter ff. De Fidejuss. leg. Liberum 16. Cod. eodem* Zoesius *ff. eodem tit. n.28.* Pirhing. *loc. cit. num.21. in fine*.

Fidejussor regulariter conveniri non potest, nisi postquam 30
fuit conventus, & excussus debitor principalis, & inventus, quod ipse non sit solvendo, sive in totum, sive in partem; „ textu expresso in „ Authen. Præsent. Cod. de Fidejuss., „ ibi: Præsente tamen utroque (scilicet Debitore principa- „ li, & Fidejussore) non convenit intercessorem convenire, „ prius quam reus inventus est minus idoneus, sive in totum, „ sive in partem; Communis. Hoc tamen privilegio non „ gaudet Fidejussor, si debitor principalis, sit absens, & ipse 31

sit præsens, nisi promittat sistere, seu afferre præsentem debitorem principalem intra certum tempus a Judice determinatum, *cit. Authent. Præsente Cod. de Fideiuss.*, ibi: Absen-
„ te autem reo præsens interessor jure quidem convenitur,
„ ipso tamen desiderante Judex definiet tempus, intra quod
„ deducat reum primum conveniendum, ipsum in subsidi-
„ um reservando, nam transacto tempore compellitur satis-
32 „ facere, cessis a Creditore actionibus. Nec Fidejussor gaudet tali privilegio, & beneficio, si notorie constet debitorem principalem non esse solvendo, quia tunc fruitra fieret excussio; Engel *lib.3. decretal. tit. 22. n. 6.* Pirhing. *ibid. n.* 21. Reiffenstuel *ibid. num.52.*, & alii passim. Nec Fidejussor gaudet tali beneficio, si debitor sit difficilis conventio-
33 nis, quia potens, injuriosus, & rixosus, ita ut difficulter excuti possit; in tali enim casu æque incommodum est creditori principalem debitorem convenire, ac in casu absentiæ illius; Gail. *lib.2. observ.77. num.21.* Mising. *cent.2. observ.*
34 15. Pirhing. *loc. cit. num.21.* Reiffenstuel *loc. cit. numer. 54.* ex Harnoldo citante communem. Nec Fidejussor gaudet tali beneficio excussionis, si ipsi expresse, vel tacite renunciavit, quod facere potest, quia tantum in favorem *illius* est concessum; *leg. pen. Cod. de pactis*, ibi: „ Et regula Juris antiqui
„ omnes licentiam habere his, quæ pro se introducta sunt,
„ renunciare. Et in ead. leg. penult. Cod. de pact. sic etiam
„ expresse habetur: Pacta autem conventa, quæ neque
„ contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnino obser-
„ vanda sunt, & concordat Regul.85. *Juris in 6.* deducta
supra *num.23.*, & sic tenet *Communis* cum Molina *disp.545. num.12.* Engel. *loc. cit. num.10.* Reiffenstuel *loc. cit. num.56.*
35 Pirhing. *loc. cit. num.21.* Mising. *loc. cit.* Nec Fidejussor gaudet tali beneficio, si malitiose neget Fidejussionem, & postea convincatur; *Communis* cum Barbos. *in cap. Perveniet 2. de Fidejuss. num.6.* Molina *loc. cit. vers. Item Fidejussor.* Engel. *loc. cit.* Reiffenstuel *loc. cit. num.55.* Et ratio est, quia mendacium aufert privilegium; *leg. penult. Cod. contra jus, & utilitatem*, ibi: *Et si legibus consentaneum sacrum oraculum mendax precator attulerit, careat penitus impetratis.*
36 Fidejussor in pluribus casibus potest petere liberationem a Fidejussione, etiam antequam solvat; habetur expresse in *Cap. Eum pro quo 5. de Fidejussoribus*, ubi Gregorius IX. enumerat tres his verbis: „ Eum pro quo te Fidejussorem obli-
„ gasti, si diu in debiti solutione cessavit, aut dissipare bo-
„ na sua cæpit, seu super hoc condemnatus fuisti, jure po-
„ teris convenire, ut te a Fidejussione debeat liberare, &
37 concordat *Leg. Lucius 38. in fine ff. mandati.* Primus itaque casus, in quo Fidejussor liberationem a Fidejussione petere eamque debitor præstare tenetur, est si debitor diu negligit solvere, seu in culpabili mora solvendi diu fuit, *cit. Cap. Eum*
38 *pro quo, & cit. leg. Lucius* Pirhing. *loc. cit. num.18.* Reiffenstuel *loc. cit. num.66.*, & alii communiter. Secundus casus est, si debitor principalis incipit esse prodigus, & dissipare bona sua, ita ut Fidejussor sit in periculo, tunc enim petere potest a Judice, ut liberetur, etiam antequam solvat; *cit.cap. Eum pro quo*; *& cit. leg. lucius*; *Communis*. Dummodo tamen tempore Fidejussionis sciente Fidejussore non cœperit
39 debitor dilapidare bona sua, quia tunc Fidejussor hoc periculum ponere in se suscepisse censeretur, ut recte docet Glossa communiter recepta *in leg. Si pro ea 10. Cod. mandati*, Pirhing. *loc. cit. num.* 18. Gailus *loc. cit. num. 9.* Reiffenstuel *loc. cit. num.68. arg. leg. Si creditores ff. de privilegiis creditorum, & l. Si* Fidejussor. *7. ff. Qui satisdare cogantur*. Tertius casus est, si Fidejussor, ut pro debitore principali solvat, a Judice condemnatur, tunc enim illico, antequam solvat, agere potest adversus debitorem, ut eum Fidejussione liberet, ac indemnem servet; *cit. cap. Eum pro quo, & cit. leg. Lu-*
41 *cius, & leg. Fidejussor 45. ff. de Fidejuss.* Quartus casus (ultra dictos tres contentos *in cit. cap. Eum pro quo, & cit. leg. Lucius*) est, si inter Fidejussorem, & debitorem conventum sit, ut eveniente certa conditione, aut elapso certo tempore liberaretur Fidejussor; *arg. leg. penult. Cod. de pactis*, ubi expresse dicitur, *Pacta autem conventa, quæ neque contra leges, neque dolo malo inita sunt, omnino observanda sunt*, &
42 Regul.85. *Juris in 6.*, ibi: *Contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur*; *Communis*. Quintus casus est, si Fidejussor ex rationabili, & justa causa, v.g. negotiationis, Officii, studiorum, & hujusmodi vellet peregre proficisci in longinquas regiones diu abfuturus, ideoque periculum immineret; Abbas *in cit. Cap. Eum pro quo 5. de Fidejussoribus num.4.* Barbos. *ibidem numer. 16.* Pirhing. *loc. cit. numer.18.* Reiffenstuel *loc. cit. num.74. arg. leg. Filius familias 8. §. final. ff. de Procurat. l. Aut si 9.*, *& leg. Aut longa 23. ff. eodem* Sextus casus est, si inter debitorem, & Fidejussorem graves, 43
vel capitales exortæ sint inimicitiæ, dummodo non sint exortæ culpa Fidejussoris, quia alias posset sic pro suo libitu se liberare a Fidejussione, Barbos. *loc. cit. num.14.* Pirhing. *loc. cit. num.18.* Surd. *de aliment. tit.1. quæst. 45. num.73.* Reiffenstuel *l.c.n.72. arg. leg. Filius familias 8. §. final. ff. de Procurat.*

Principalis debitor tenetur de jure Fidejussorem relevare, 44
eumque ab omni molestia indemnem conservare, ac eumdem reintegrare de omnibus per eum solutis; Rota *part.1. decis. 373. numer.2. in fine*, *part.4. tom.2. decis.206. num.1. cum sequent.*, *& num.10. cum sequent. part.13. decis.305. num.1. cum seq. part.17. decis.310. num.1. part. 18. tom.1. decis.43. num.1. decis.89. num.8. part.18. tom.2. decis.561. numer. 1.*, & sæpe alibi. Imo non solum tenetur conservare indemnem 45
Fidejussorem pro summa, pro qua fidejussit, sed etiam pro omni damno, & interesse passo ratione fidejussionis; Rota *part.17. decis.287. num.7. part.11. decis. 270. nu.1. part. 17. decis.310. num. 1.* Fidejussor potest pacisci, & de jure aliquid 46
recipere in compensationem imminentis periculi, quod subit in fidejubendo; Rota *part.2. decis.69. nu. 3. part.3. dec.139. num.3. part.13. decis.121. num.8.*, *& sequent. & decis.139. num.9.*, *& sequent.* Etiamsi debitor existat idoneus, quia 47
semper aliquod Fidejussori imminet periculum; Rota *part.13. decis.121. num.15. & decis.539. num-16.*, *& seq.* Regulariter de stylo Mercatorum persolvuntur pro fidejussore duo in 48
singula centenaria; Rota *part.13. decis.121. num.5.*, *& 15. & decis.539. num.6.*, *& seq.* Creditor potest acceptare mo- 49
deratum pretium, ut Fidejussorem liberet a fidejussione periculosa, vel molesta, quam suscepit pro debitore; Molina, Sà, Roderic. Alloza cum La Croix *lib.3. part.2. num.1107.* Creditor compelli non potest, ut habito uno Fidejussore, ad- 50
mittat alium, sicuti compelli non potest, ut loco prioris hypothecæ admittat aliam, quia habet jus standi primo contractui; Roderic. *quæst.12. num.25.* La Croix *loc. cit. nu.1107.*, & alii. Si tamen Creditor admiserit alterum Fidejussorem, 51
liberatur primus; Castropal. §. 2. *num.* 5., *& 6.* La Croix *loc. cit. num.1107.* & alii passim. Fidejussores plures, quan- 52
do sunt omnes in solidum obligati, sicuti respectu debitoris principalis sunt Confidejussores, ita alter alteri ad invicem sunt etiam Fidejussores pro rata, & ratione solidi alter pro altero tenetur, & conveniri potest; Rota *part. 5. tom.2. decis.487. num.1. 2. & 3.* Ac ideo, si alter ex Confidejussori- 53
bus in solidum obligatis solvit Creditori principali, potest repetere ratam partem adversus alios confidejussores; Rota *part.1. decis.362. num.5.*, *& sequent. part.3. decis. 350. numer.1. part.5. tom.2. decis.487. num.8.*, *& seq.*, *& decis. 617. num.1. & sequent. part.16. decis. 135. num. 14.*, *& sequent. part.17. decis.330. num.1. cum sequent.* Quilibet tamen 54
Confidejussor, pro eo, quod solvit, habet actionem mandati contra principalem debitorem; *l. Si remunerandi 6. §.2. ff. mandati*, *& §.6. Instit. de Fidejuss.*, ibi: *Siquidem autem Fidejussor pro reo solverit, ejus recuperandi causa habet cum eo mandati judicium*; Rota *part.7. tom.2. decis.386. num.23.* 55
part.6. dec.222. n.9., *& seq.* Insuper habet etiam Fidejussor actionem negotiorum gestorum adversus principalem debitorem ad repetendum id, quod solvit, & indemnitatem consequendam; *leg. Sed videamus 4. ff. de negotiis gestis*; Rota *part.6. decis.222. num.10.*, *& seq. part.10. decis.232. nu.13.* Fidejussor enim solvendo non suum gerit, sed principalis debitoris negotium; Rota *part.5. dec.487. n.5.*

Novæ additiones ex aliena manu.

INTER eos qui fide jubere prohibiti sunt refert *Auctor* 1
n.10. & Clericos, eosque fidejubere prohibitos esse contendit tam jure Civili *in Novella 123. cap.6.* quam jure Canonico *in Can.29. Caus.11. quæst.1. & in cap. 1. de Fidejussor.* Censet tamen *num.16.* quod facta a Clerico fidejussio illicita, 2
non item irrita sit. At si revera prohibiti fuissent Clerici fide 3
jubere, irrita quoque esset fidejussio, nam in *novella 123. cap.6.* quæ hanc in rem allegatur, habetur: *Quod contra fidejussores Clericos nulla sit danda actio*: & ita quoque sentiunt *Brunemann. Jur. Eccles. univers. lib.2. cap.15. §.32. Stryk. in us. modern. Pandect. lib.46. tit.1. §.3. Lauterb. ad tit. de Fidejuss. §.13. Cyriac. controv. forens.212. num.9. & sequent. Hering. de Fidejussor. cap.7. num.239. & sequent.*

Meo autem judicio, nec jure Civili, nec jure Canonico 4
pro-

5 prohibiti in universum sunt Clerici fidejubere. Quod enim attinet ad jus Civile, *Novell.123. cap.6.* non omnem Clericorum, sed illam tantum prohibet fidejussionem, quæ *pro exactionibus fiscalium sanctionum, aut conductione publicarum & alienarum possessionum, aut curatione domus, aut procu-*
6 *ratione litis suscipitur*; idque quia quum administratio negotiorum sæcularium Clericis sit interdicta, congruum visum fuit *Justiniano* irritam declarare fidejussionem illam, quam Clerici suscipiunt pro memoratis causis, ne per indirectum
7 obligentur ex his causis, ex quibus obligari nequeunt. Si itaque *in novella hac* adest exceptio, Regula in contrarium formanda est, quod Clerici ex fidejussionibus obligari queunt.
8 Solet & allegari *Novella 86. Leonis.* At ea prohibentur Clericis *sponsiones*, quæ sane fidejussiones haud sunt.

9 Nec jus Canonicum Fidejussiones Clericorum prohibuit. Affertur primo loco Canon. Apost. 19. quem alii 20. dicunt.
10 At Canones Apostolicos *subtilitæ fidei* esse, nec ullum inde idoneum argumentum strui posse, noto hodie notius est. *Canon.29. caus.11. quæst.1.* desumptus est ex quisquiliis *Isidori*.
11 Accedit quod in eo inter alias qualitates, quæ in Episcopo desiderantur, hæc quoque ponitur. *Ne fidejussor existat*:
12 At hinc, ut nemo non videt, erui nequit generalis prohibi-
13 tio omnibus Clericis facta ne fidejubeant. Restat ut differamus *de Cap.1. de Fidejussor.* ubi legitur: *Clericus Fidejussionibus inserviens abjiciatur*: Desumptus dicitur textus ex *Conci-*
14 *lio Cantuariensi* ut indicat rubrica. At secundum nonnullos in-
15 terpretes referre videtur Canonem 19. vel 20. Apostolicum.
16 Quidquid autem hujus rei sit, de Clerico fidejubente vix vi-
17 detur loqui. Lectio adhuc dubia est. Alii enim legunt *Fide-*
18 *jussoribus inserviens*. Alii *Fidejussionibus inserviens*; *Pith. in not. ad dict. cap.1.* At utra lectio amplectatur, fermo est de iis Clericis, qui fidejussiones procurant, conciliant, & instar Proxenetarum sunt; *Bohemer. in Decretal. lib.3. tit.22. §.10.* Proxima quoque est interpretatio *Grananier. in dict. Cap. sub num.4. Verius* (sunt ipsissima verba) *dicendum est ideo in specie nostri Textus fidejussionem Clericis fuisse prohibitam, non ex eo, quod ipsi Fidejussores esse non possint, sed ex eo, quod principaliter spe lucri fidejussores se præbebant, & sic quasi fidejussionibus inservientes, seu debitorum Proxenetæ, quod illicitum Clericis & animadversione dignum erat, ideo justa de causa tam gravi poena puniebantur, quæ interpretatio deducitur ex verbis illius textus, ibi: Fidejussionibus inserviens; quod idem est ac si textus dicer. Fidejussionibus pro*
19 *lucro se offerens*: Eademque fuit interpretatio *Morl. in Empo. Jur. tit.8. quæst.25. num.34.* Quod si etiam standum sit interpretationi *Grananier.* & *Morl.* patet, non regulam sed exceptionem tradi, adeoque male regulam ab exceptione peti.
20 Visum est, quod nec jure Civili, nec jure Canonico prohi-
21 biti sunt Clerici fidejubere. At si rem ex vero æstimare velimus, jus Canonicum potius fidejussiones Clericorum obligatorias supponit. Expresse enim *in cap.2. de Fidejussor.* supponitur Clericos fidejussores coactos fuisse ad solvendam debitum fidejussorium, nec tamen Pontifex revocavit eam sententiam, prout sane revocasset, si fidejussio eorum irrita
22 fuisset. Idque ipsum supponitur *in c.3. eod. tit.* Non ignoro plures reponere solere ideo huic fidejussioni robur adscriptum
23 fu sse, quod Clericus pro Clerico interceserat. At se fundat hæc interpretatio in erroneo illo principio, quod generatim fidejussio Clericorum omni juris vinculo sit destituta, id quod tamen de jure Canonico, ut recognitum est, demonstrari nullo pacto potest.
24 De fidejussore in Criminalibus plures occurrunt quæstiones, eæque in Foro frequentes. At de iis vide, ubi res postulat, *Stryk in us. modern. Pandect. lib.46. tit.1. 8. & plur. sequent.*

FIDES.

1 FIDEI vocabulum generatim acceptum varias in jure habet significationes, quas refert Glossa *ad Rubricam de Summa Trinitate, & Fide Catholica*, verb. *Fides*, & alia Gloss. *in cap. Movet 22. q.1.* verb. *Neque*. Quandoquidem enim Fides sumitur pro fidelitate, seu securitate in servandis promissis, ut in *c. Noli 23. q.1.* ibi: *Fides quando promittitur, etiam hosti servanda est, quanto magis amico?* Quo sensu videtur intelligendum illud ad Roman.3. *Nunquid incredulitas eorum fidem Dei evacuabit?* id est fidelitatem, & veracitatem in promissis, Interdum pro fidelitate seu castitate thori, prout est unum ex tribus bonis matrimonii, ut in *cap. Omne 27. q.2.* Aliquando pro Fidei Sacramento, sive pro Baptismo, ut in *cap. Nihil est aliud, de consecrat. dist. 4.* Nonnumquam pro ipsamet promissione, ut in *cap. 1. de sponsa duorum, & §. Veniens. Instit. de rerum divis.* ibi: *Si is, qui vendit, Fidem* (hoc est promissionem) *emptoris prosequutus fuerit*, & sic accipitur fides 1. ad Timoth. cap.5. dum dicitur: *Junniores viduæ primam fidem irritam fecerunt*, id est voti promissionem non impleverunt. Item pro fiducia consequendi rem desideratam, aut promissam. ut *Matth.14.*, ibi: *Modicæ fidei quare dubitasti?* & Jacobi *cap.1.*, ibi: *Postulet in Fide nihil hæsitans.* Sumitur etiam pro conscientia, seu dictamine ipsius, *ut Roman.14. & cap.ult. de præscriptionib.*, ibi: *Quoniam omne quod non est ex Fide* (id est secundum dictamen conscientiæ) *peccatum est*, & in hoc sensu dicitur quis *Possessor bonæ Fidei*, vel *mala Fidei*, juxta quod possidet rem ut suam, cum dictamine, seu credulitate conscientiæ quod sit sua, vel quod non sit sua. Item sumitur pro æquitate in contractibus considerata, qua ratione actiones quædam dicuntur esse bonæ Fidei, & aliæ stricti juris, §. *Actionum autem, Instit. de actionibus*. Item Fides sumitur pro Jure, & fama, quam quis habet, ut ei credatur, quo sensu illud Ecclesiastici 27. *Qui denudat arcana amici, Fidem perdit*.

Insuper & magis ad propositum Fides accipitur pro cre- 2
dulitate, seu assensu intellectus, qui adhibetur alicui aliquid affirmanti, seu dicenti, quod non videtur, propter ejus auctoritatem; quo sensu dicitur Probis adhibendam esse Fidem; & quidem auctoritas hæc si sit Hominis dicitur *Fides humana*, si Dei, *Fides Divina*. Unde, ut habetur *in cap. In Domo 11. dist.4. de pœnit. fides est de re non visa, & unde est meritum fidei*. Tandem Fidei nomen accipitur pro collectione Articu- 3
lorum Fide divina credendorum, sive pro objecto materiali ipsius, juxta illud Symboli D. Athanasii: *Hæc est fides Catholica, & cap. Hæc est fides 24. quæst.1.*: ibi: *Hæc est fides, quam in Ecclesia Catholica didicimus, quamque semper tenuimus, & tenemus* & distinctissime habetur *in cap. Firmiter credimus 1. de Summa Trinitate, & fide Catholica*. Hæc Fi- 4
des definitur ab Apostolo *ad Hebræos 11.* his verbis: *Est autem fides, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium*. Hac Fide fidelis credit Deum, credit in Deum & credit Deo. Credere Deum est credere ipsum esse; credere in Deum, est credendo Deum amare, & amando in eum ire, ac membris ejus incorporari; credere autem Deo, est credere verbis ejus; Monacell. *part.2. tit. 16. formul.3. num.26.* Hæc Fides vocatur Catholica, id est Universalis, quia per prædicationem Evangelicam toto Orbe Terrarum longe, latequa diffusa exiit, juxta illud Propheticum *Psalm. 18.*, ibi: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines Orbis terræ verba eorum*, & illud Christi Domini Marc. *cap. ultim.* ibi: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni Creaturæ*, & Actor. *cap.1.*: ibi: *Eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ*. Insuper est Universalis etiam quoad tempus, nam nun- 5
quam deficiet, sed semper durabit usque ad finem mundi, non obstantibus quibuscumque persecutionibus, sicut & ipsa Sancta Ecclesia Catholica juxta infallibilem Christi Domini promissionem *Matth.26.* Divo Petro factam, ibi: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt adversus eam*, & aliam itidem infallibilem promissionem ab ipso factam *Matth. 28.* ibi: *Et ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*, cum aliis similibus. Item Fides hujusmodi dicitur Orthodoxa juxta *num.43.*

Eadem Fides fuit Patrum Veteris Testamenti, & nostra; 7
Est communis inter Catholicos, & expresse tradit D. Augustinus *Epist.157. ad Optatum*, ibi: *Unius mediatoris Dei, & hominum Jesu Christi salubberrima fide etiam illi Justi salvi facti sunt, qui priusquam veniret in carne crediderunt in carne venturum: Eadem fides est, & illorum, & nostra*; & in *tract.45. in Joann.9.* sic expresse dicit: *Ante Adventum Domini nostri Jesu Christi, qui humilis venit in carne, præcesserunt justi, sic in eum credentes venturum, quomodo nos credimus in eum, qui venit. Tempora varia sunt, non fides, quia & ipsa verba pro tempore variantur, cum varie declinantur, alium sonum habet*, Venturus est, *alium sonum habet*, Venit. *Mutatus est sonus* Venturus est, & Venit; *eadem tamen fides utrosque* conjungit, *& eos, qui* Venturum esse, *& eos, qui eum* Venisse *crediderunt, diversis quidem temporibus, sed utrosque per unum fidei ostium, hoc est per Christum videmus ingressos*. Et ad hoc propositum adducit Apostol. 2. *ad Co-*
rinth.4.

*rinth.*4. dicentem : *Habentes eumdem spiritum fidei*, Et facit ad hoc id quod idem Apostolus scribit ad Hebræos *cap.* 11., ibi: *Juxta fidem defuncti sunt omnes isti* (scilicet Patres antiqui Testamenti) *non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes*, ex quo patet, quod licet a longe aspicientes, & solum implicite multa credlderint de Christo venturo, nondum acceptis repromissionibus, realiter tamen quoad substantiam juxta Fidem notram defuncti sunt omnes isti, & sic una, & eadem Fides fuit Patrum Veteris Testamenti, & nostra.

8 Non valet objicere, quod multa nunc sint credenda de Fide, quæ prius de Fide non erant, adeoque mutata sit Fides. Non valet, inquam, quia aliud est dicere quod multa prius non erant tenenda de Fide, *quoad nos*, cum nondum fuissent ab Ecclesia ut talia declarata, & nobis proposita, & aliud est dicere quod multa prius non erant de Fide *quoad se*. Quamvis enim prius non obligaremur ad multa credenda de Fide explicite, ad quæ nunc post definitionem Ecclesiæ obligamur, nihilominus, tamen jam in se, & quoad se prout de Fide, æque ac nunc sint, & quoad Fidem in hoc sensu acceptam nulla facta est mutatio, nec unquam fiet per quamcumque declarationem Ecclesiæ, ex quo immutabiliter idem semper fuerit, sit, & semper erit objectum Fidei, ejusque articulorum quoad substantiam, & mutatio solum facta est quantum ad majorem ipsorum explicationem, & obligationem expresse profitendi, & credendi explicite illos articulos, qui solum ante credebantur implicite, utpote contenti in aliis credibilibus, sive articulis Fidei. Unde Fides *quoad substantiam, & quoad se* nunquam mutatur, neque creverunt successu temporis ejus articuli in hoc sensu, sed solum *quoad nos*; nempe quoad nobis impositam obligationem credendi multos articulos explicite, qui prius credebantur implicite; Ita S. Th. 2. 2. *quæst.*2. *art.*9. & 10. S. Bonav. *in* 3. *dist.*25. *art.*2. *quæst.*2. S. August. *in Psalm.* 50. *circa fin. & serm.*7. *de Sanctis, & lib.*1. *Retract. cap.* 13. S. Leo *serm.* 3. *cap. de Nativit.* & communis aliorum.

9 Fides Divina spectatur secundum habitum, & secundum actum. Fides habitualis a Theologis dicitur, virtus, principium, & qualitas quædam supernaturalis, qua elevamur, & inclinamur ad credendum Deo, & illis, quæ nobis divinitus revelantur propter summam, & infallibilem ipsius supremi Revelantis auctoritatem. Fides actualis sunt actus, seu assensus ex illa virtute procedentes, quibus firmiter Deo revelanti, ac revelatis assentimur, unde Fides secundum habitum dicitur una, juxta illud Apostol. *ad Ephes.*4. *Unus Deus, una Fides*; Secundum actum vero est multiplex; videlicet multi sunt actus Fidei, seu actus credendi: quandoque enim actum Fidei elicitur circa unum articulum, quandoque circa alium, quandoque circa omnes.

10 Fides non solum habitualis, sed & actualis, seu accepta pro ipso actu credendi aliquod supernaturale objectum, fuit, est, & erit omnibus usum rationis habentibus pro quocumque statu necessaria necessitate medii ad salutem; *Comm.* & patet expresse ex Apostolo *ad Hebræos* 11. ibi: *Sine fide impossibile est placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit*, quæ verba communiter a Doctoribus intelliguntur non solum de Fide habituali, quam solam suscipiunt parvuli in Sacramento Baptismi, sed etiam de Fide actuali quorumdam mysteriorum, quandoque ab Adultis habenda. Unde merito ab Innocentio XI. *die* 2. *Martii* 1679. fuit damnata sequens propositio inter alias ordine 16. *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale*
11 *& secundum se*. Fides explicita de existentia veri Dei, & quod is sit justus Remunerator decernens præmia justis, & improbis supplicia, omnibus adultis usum rationis habentibus est necessaria ad salutem necessitate medii: *Communis*, & desumitur ex citatis verbis Apostoli *ad Hebræos* 11. *Sine fide impossibile est &c.* & expresse habetur ex propositione 22. inter damnatas ab Innocentio XI. de qua supra: *Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita*
12 *Remuneratoris*. An autem Mysterium SS. Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi sit explicite credendum necessitate medii? variæ sunt Doctorum sententiæ.

13 Prima sententia docet, fidem explicitam SS. Trinitatis, & Incarnationis post promulgationem Evangelii esse necessariam necessitate medii ad justificationem, & salutem æternam; Ita S. Thom. *in* 3. *disput.*25. *q.*2. *art.*1. *q.* 1. *ad* 2. Sanctus Bonaventura *ibid. art.*2. *q.*3. Durand. *ibid.q.*1. *n.*9. Gabriel. *ibid. art.*2. *concluf.*3. Molina 1. *part. q.* 1. *art.*1. *dict.*2. Valentina 2.2. *d.*1. *q.*2. *punct.*4. Sanchez *lib.*2. *in decal. c.* 2. *num.*8. *& seq.* Granado *controv.* 1. *de fide tract.*10. *disp.* 2. *sect.*2. *num.*13. Felix Potestas *tom.*1. *num.*275. Mastrius, Sannig., Filiuccius, Basseus, & quamplurimi. Secunda sententia docet, fidem explicitam SS. Trinitatis, & Incarnationis 14
etiam post promulgationem Evangelii non esse simpliciter necessariam necessitate medii ad justificationem, & salutem æternam; Ita Sotus *in* 4. *d.*5. *q.*2. *art,* 2. Vega *lib.* 3. *in Trid. cap.*19. § 20. Medina *lib.* 4. *de recta in Deum fide, cap.*10. Corduba *in quæstionario lib.*2. *q.* 5. Sa, verb. *Fides*, Castropal. *tom.*1. *tract.*4. *d.*1. *punct.*9. *num.*7. Hurtad. *de fide d.* 8. *diff.*7. Azorius *tom.*5. *lib.*8. *cap.*6. *q.*6. & plures alii. Tertia 15
sententia docet, talem fidem explicitam esse necessariam necessitate medii, non ad justificationem, sed ad glorificationem; Ita Canus *de Sacramentis in genere part.*2. Ledesma *in* 2. *part. q.*9. *art.*2. Castro *l. de lege pœnit. cap.*14. Bannes 2. 2. *q.*2. *art.*8. *dub. ultimo* & alii. Quarta sententia docet, fi- 16
dem explicitam horum Mysteriorum esse per se necessariam necessitate medii ad justificationem, & salutem æternam; per accidens autem, scilicet ratione ignorantiæ invincibilis, sufficere fidem explicitam eorum in voto; sicut enim Baptismus est necessarius necessitate medii in re, vel in voto, ita fides explicita eorum Mysteriorum est necessaria in re, vel in voto; Ita Suarez, *disp.*12. *de fide sect.*4. *num.* 11. Lugo Card. *disp.*12. *de fide sect.*4. *a num.*38. Leander *par.*6. *tract.*2. *q.*8. & probabilius Viva *ad propos.* 65. *Innocent.XI. numer.* 10. & alii.

Ex supradictis sententiis prima tamquam probabilior est 17
tenenda; Colligitur ex Symbolo S. Athanasii, ibi: „ Qui„ cumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat „ Catholicam fidem . . . Fides autem Catholica hæc est, ut „ unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in Unitate vene„ remur . . Sed necessarium est ad æternam salutem, ut In„ carnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter „ credat „. Et ratio est; quia hæc duo mysteria sunt fundamentum totius nostræ salutis, nam in nomine SS. Trinitatis confertur Baptismus, sine quo nemo potest salvari. Per Christum vero sumus redempti, atque salvati, ipseque simul est verus Deus, verique Dei Filius, per quem creati sumus. Nec valet objicere, quod, data nostra Conclusione, sequeretur, quod Gentilis, qui ignorantia invincibili horum My- 18
steriorum laboraret, & simul observasset præcepta naturæ, ac Deum ex toto corde diligeret, salvari non posset, ex quo non crederet explicite hæc mysteria, quæ ignoraret; Hoc autem nullimode est dicendum. Non valet, inquam, sic objicere, quia, si quis Gentilis, vel alius a pueritia enutritus in sylvis invincibiliter ignoraret hæc Mysteria, utpote nunquam sibi proposita, servasset legem naturæ, & nunquam mortaliter peccasset, Divina providentia provideret, ut vel speciali lumine supernaturali interius illustraretur, vel ut ab aliquo alio hæc fidei Mysteria eidem proponerentur, at ea explicite credere posset, prout in simili factum legitur Eunucho Reginæ Candacis *Actorum cap.* 18. & Cornelio Centurioni *Actorum cap.*10. Sic S. Thomas *de veritate q.* 14. *art.*11. *ad* 1. Scotus *in prologo q.* 1. cum suis.

Omnes fideles postquam ad usum rationis pervenerint, te- 19
nentur sub mortali necessitate præcepti explicite credere, & saltem quoad substantiam, seu crasso modo scire mysteria, contenta in Symbolo Apostolorum, Orationem Dominicam, Præcepta Decalogi, Sacramenta maxime necessaria, ut Baptismum, Eucharistiam, & Pœnitentiam. Reliqua vero tunc, quando volunt suscipere; *Communis*; Unde merito ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. fuit damnata sequens propositio ordine 64. *Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum fidei, & etiamsi per negligentiam etiam culpabilem nesciat Mysterium SS. Trinitatis, & Incar-* 20
nationem Domini nostri Jesu Christi. Non sufficit fides ex testimonio humano, aut simili naturali motivo, quia Fides ad salutem supernaturalem necessaria, & quæ est radix nostræ justificationis ex Tridentino *sess.*6. *cap.* 8. ibi: *Fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis*, est fides stricta supernaturalis innixa testimonio divino, & nequit haberi ex puris naturalibus; quidquid olim contradixerint Pelagiani, & Semipelagiani hæretici. Imo meritum fidei consistit in hoc, quod independenter a naturalibus rationibus revelata credimus præcise, quia revelavit Deus, qui est infallibilis veritas. Hinc justissime fuerunt proscriptæ ab Innocentio XI. die, & anno citatis sequentes propositiones, scilicet 19. in ordine, ibi: *Voluntas non potest efficere, ut assensus*

sensus fidei in se ipso sit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad assensum impellentium; 20. ibi: *Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habet supernaturalem*; & 21. ibi: *Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis, imo cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus*; & 23. ibi: *Fides late dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad justificationem sufficit*.

21 Omnes Fideles, postquam ad usum rationis pervenerint, obligantur præcepto Divino ad eliciendum quandoque actum internum Fidei; *Communis*, & colligitur ex pluribus Sacræ Scripturæ textibus, & signanter *ex cap.* 16. *Marci*, ibi: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ; qui crediderit, & baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur; ex cap.* 1. *ad Romanos*, ibi: *Justus autem ex Fide vivit*, & *cap.* 3. *ad Galatas*, ibi: *Ex fide justificat gentes Deus*, ex *cap.* 11. *ad Hebræos*, ibi: *Sine fide impossibile est placere Deo, credere enim oportet, &c.* Unde rectissime Alexander VII. die 24. Septembris 1665. damnavit sequentem propositionem primam in ordine, ibi: *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas vir-*
22 *tutes pertinentium*. Non sufficit autem actum Fidei tantummodo semel in vita elicere; *Communis*. Unde merito Innocentius XI. die, & anno citatis damnavit sequentem propositionem in ordine 17., ibi: *Satis est actum Fidei semel in vita elicere*; & hanc aliam in ordine 65., ibi: *Sufficit illa mysteria* (scilicet Trinitatis & Incarnationis) *semel credidisse*.

23 Ad eliciendum actum Fidei tenetur quilibet rationis capax, cum primitus ei sufficienter Fides proponitur; communis, & colligitur *ex cap.* 16. *Marci*, ibi: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni Creaturæ; qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur*. Hinc Infideles adulti non excusantur amplius ab infidelitate, cum Mysteria Fidei ita illis credibilia proponantur, ut recta ratio eis dictet nostram Fidem esse veram, & contrariam sectam esse falsam. Unde Innocentius XI. die, & anno citatis juste damnavit sequentem propositionem in ordine 4., ibi: *Ab infidelitate excusabitur Infidelis non credens*
24 *ductus opinione minus probabili*. Item ad eliciendum actum Fidei tenetur quisque cum graviter tentatur interius contra Fidem; tunc enim tempus est re sistendi contrariis actibus Fidei, ut *ex* 1. *Petri cap.* 5., ibi: *Cui* (Diabolo) *resistite fortes in*
25 *fide*. Item ad eliciendum actum Fidei internum tenemur, quando urget præceptum confitendi Fidem exterius; hanc enim debite, ac veraciter confiteri non possumus, nisi interior Fidei assensus accedat; Herincx *disput.*7. *de Fide quæst.*6. *num.*77. Bassæus verb. *Fides* 1. *num.* 16. Sanchez *lib.*2. *in De-*
26 *calog. cap.* 1. *num.* 2., *& seq.* & alii passim. Item tenemur elicere actum Fidei per accidens, quoties urget præceptum alicujus virtutis exercendæ, quam sine Fide non possumus exercere, & sic eliciendus est actus Fidei saltem implicitus, quoties eliciendus est actus Spei, aut Charitatis, unde S. Augustinus *cap.* 7. *Enchir.* sic habet: *Fides credit, Spes, & Cha-*
27 *ritas orant, sed sine Fide esse non possunt*; quia nisi quis Deum credat, Deum sperare, aut diligere non potest. Item tenemur sæpius, & frequenter in vitæ decursu actus Fidei elicere. Huic autem obligationi satisfacimus per actus Fidei, qui concurrunt in exercitio aliorum actuum bonorum, v.g. Spei, Charitatis Dei, Pœnitentiæ, Orationis, Recitationis Symboli, Formationis Signi Crucis, Auditionis Missæ, & hujusmodi; Sanning. *dist.* 1. *de Fide quæst.* 21. *num.* 3. Herincx *disput.* 7. *de Fide quæst.* 6. *num.* 76. Reiffenstuel *tract.* 4. *de virtutibus Theologicis dist.*2. *quæst.* 3. *num.*34. *&* 35. La Croix *lib.* 2. *num.* 51. & alii communiter.

28 Nullo unquam casu, adeoque nec mortis vitandæ causa, licet Fidem negare externe; *Est de Fide, & communis* inter Catholicos, atque in Concilio Romano sub Cornelio Papa definita contra hæresim Elcesaitarum, & contra Gnosticos, & Priscillianistas, qui dicebant, posse instante persecutione negari fidem exterius, dummodo servaretur interius; testeenim Baronio ad annum 254. fuit in dicto Concilio damnata tamquam hæretica sequens propositio: *Licitum est exterius fidem negare instante persecutione, & sufficit eam in animo suo interius retinere*. Et veritas nostræ conclusionis habetur expresse ex verbis Christi *Matth.* 10., ibi: *Qui negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo*. Idem habetur *Marci* 8. & idem dicit Apostolus 2. *ad Timoth. cap.* 2., ibi: *Si negaverimus eum, & ille negabit nos*, & patet ex gloriosis exemplis tot millium SS. Martyrum, qui mori maluerunt, quam fidem exterius negare. Imo nedum 29
nullo unquam casu licet fidem negare externe, sed insuper tenemur de præcepto aliquando eam externe profiteri; *Communis*, & patet ex verbis Christi *Matth.* 10., ibi: *Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, & Lucæ* 9., ibi: *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet*. Dicitur au- 30
tem notanter *aliquando*, quia duplex est præceptum confessionis seu possessionis externæ Fidei, scilicet præceptum negativum de non negando Fidem externe, quod obligat semper, & pro semper, cum numquam liceat Fidem exterius negare, quamvis retineatur corde, & interius; & præceptum affirmativum de confitendo Fidem externe, quod obligat quidem semper, sed non pro semper, & solummodo pro aliquo determinato tempore. Unde per hoc affirmativum 31
præceptum tunc præsertim obligamur ad externam Fidei confessionem, quando per ejus omissionem subtraheretur honor debitus Deo, aut utilitas proximo impendenda; *sic communis Doctorum* cum S. Thoma 2. 2. *q.*3. *art.*2. ubi dicit, quod tale præceptum affirmativum obligat, *quando per dimissionem hujus confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & utilitas proximo impendenda, puta si aliquis interrogatus de Fide, taceret, ex hoc crederetur, vel quod non haberet Fidem, vel quod Fides non esset vera, vel alii per ejus taciturnitatem averterentur a Fide. In hujusmodi enim casibus confessio Fidei est de neces-*
sitate salutis. Hinc merito Innocentius XI. *die* 2. *Martii* 1679. damnavit sequentem propositionem in ordine 18., ibi: *Si a potestate publica quis interrogatur, Fidem ingenue confiteri, ut Deo, & Fidei gloriosum, consulo; tacere, ut peccaminosum per se, non damno*.

Per se loquendo, si quis de Fide interrogetur a persona pri- 32
vata, non peccat, si tacet, quia tunc est potius contemptus personæ, quam Fidei ipsius: Si vero tale silentium sit signum negatæ Fidei, vel erubescentiæ de confitenda Fide, aut proximo generet scandalum, & occasionem spiritualis ruinæ, tunc sic tacens graviter peccat; *Communis*. Potest licite Fides 33
occultari fugiendo; Tempore enim persecutionis licitum est Christianis fugere, seu se occultare, ne interrogentur, & Fidem confiteri compellantur; Unde idipsum non tantum docuit Christus *Matth.*10. dicens: *Cum persequentur vos in Civitate ista, fugite in aliam*; sed etiam ipsemet practicavit fugiens Herodis, & Judæorum persecutionem, ut notavit Gregorius Papa *in cap. Scisciteris* 7. *quæst.* 1. & ipsum imitati sunt inter plures alios S. Athanasius, & S. Paulus Apostolus, ut habetur 2. *ad Corinth.*11., ibi: *Per murum in sporta dimissus fum, & sic effugi manus ejus*. Non possunt tamen li- 34
cite fugere Episcopi, aut Pastores, ubi eorum præsentia esset ovibus pascendis, aut in Fide confirmandis necessaria, etiamsi mors ipsis immineret, quia tenemur magis diligere proximum in spiritualibus, quam nos in temporalibus. Joannis enim 10. dicitur expresse: *Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis; Mercenarius autem videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit*. Item licitum est occultare Fidem 35
signis, quæ ex se sunt indifferentia, ut in Terris Turcarum, & Hæreticorum uti vestibus secundum morem eorum ad vitandum mortis periculum, seu ad habendam permissionem inibi degendi pro servitio aliorum Catholicorum, seu pro alio justo fine. Sic etiam non delinqueret adversus Fidei confessionem, qui ad occultandam Religionem, & ad evadendum mortis periculum diebus jejunii carnibus vesceretur in locis Hæreticorum, cum usus carnium sit etiam de se signum indifferens; Viva *ad propositionem Innocentii XI. n.*14. *&* 15. Sanchez *lib.*2. *cap.*4. *num.*25. Reiffenstuel *loc.citat. num.* 47. & alii passim (a). Illicitum tamen est occultare Fidem signis illis, quæ ad profitendam falsam Religionem sunt instituta. Sic illicitum est, imo peccatum esset contra præceptum negativum Fidei, sacrificare Idolis, coram illis genua flectere, & hujusmodi. Illicitum esset uti vestibus Infidelium, si ab 36
ipso-

(a) In iis vero debet abesse scandalum, quo posito usus ille vestium, esus carnium, & alia hujusmodi illicita omnino sunt; abesse quoque debet periculum contemptus præcepti Ecclesiæ in eo, qui carnibus vescatur diebus jejunii, ut alibi ab Auctore expositum est.

ipsorum Principibus essent institutæ in signum ad eorum sectam profitendam. Item illicitum esset templa Hæreticorum adire, eorum concionibus, & precibus interesse, si talia essent præcepta ad eorum sectam profitendam. Item illicitum esset diebus vetitis comedere carnes ab Infidelibus, & Hæreticis appositas ad dignoscendum, an quis sit Catholicus, si inde sequeretur notabilis Divini honoris diminutio, vel proximi scandalum. Unde Apostolus 1. *ad Corinth.* 8. expresse dicit: *Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum.*

37 Laicis personis de Mysteriis Fidei publice, vel privatim disputare prohibitum est sub pœna Excommunicationis ferendæ, textu expresso *in capitul. Quicumque* 2. *de Hæreticis in 6.* §. *Inhibemus*, ibi: *Inhibemus quoque, ne cuiquam Laicæ personæ liceat publice, vel privatim de Fide Catholica disputare, qui vero contrafecerit, excommunicationis laqueo innodatur.* Ita etiam iisdem expressis verbis habetur in Constit. 2. Nicolai III. incip. *Noverit* §. 19. ibi: *Item firmiter inhibemus, ne cuiquam Laicæ personæ liceat publice, vel privatim de Fide Catholica disputare, qui vero contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur.* Et concordat Constitutio Gregorii IX. incip. *Excommunicamus*; & Constitutio Innocentii IV. incip. *Noverit, & cap. Mulier* 29. *dist.* 23. *& cap. Cum ex injusto* 12. *de Hæretic.* & tenent communiter Doctores apud Barbos *in cit. cap. Quicumque num.* 14. & apud Cardin. Petram *tom.* 3. *commentar. in Constit.* 2. *Nicolai III. n.* 17. (a).

38 Hęc prohibitio non solum comprehendit disputationem Fidei dubitativam quæ fiat animo improbandi, seu revocandi in dubium aliquem Fidei articulum, quia hoc sensu disputare de Fide est prohibitum tam Clericis, quam Laicis; *leg. Nemo Clericus Cod. de Summa Trinitate*, sed comprehendit etiam disputationem Fidei confirmativam, qua quis Laicus constans in Fide ejus veritatem propugnat contra Hæreticos, & Infideles ex motivo eos convincendi; Cardin. Petra *loc. citat. num.* 19. & alii.

39 Talis prohibitio comprehendit omnes Laicos, nedum indoctos, sed etiam doctos, & quantumvis ad tales disputationes cum Hæreticis suscipiendas idoneos; Gloss. *in citat. cap. Quicumque* 2. *de Hæretic. in 6. verb. Laicæ*, Albertin. *de agnoscen. assertion. quæst.* 13. *num.* 5., *& sequent.* Alphons. de Castro *de justa Hæretic. punit. cap.* 19. Villalob. *in Summa tract.* 1. *diffic.* 7. §. 4. Salell. *de mater. Tribunal. Fidei libr.* 1. *cap.* 10. *regul.* 86. *num.* 85. Del Bene *de Offic. Inquisit. part.* 1. *dubit.* 155. *petit.* 6. *num.* 7. Verricelli *de Apostol. Mission. tit.* 2. *de Fide quæst.* 38. *num.* 11. Petra *loc. cit. num.* 22. & alii. Et ratio est, quia hujusmodi disputatio non solum interdicitur Laicis, quia ipsi præsumuntur ad id minus idonei, & de rebus Fidei minus instructi, sed quia conveniens videtur, ut disputationes de rebus sacris a solis Ecclesiasticis, sacrisque personis suscipiantur, & non a Laicis, quemadmodum ipsis omnibus interdicitur prædicationis officium; *cap. Mulier* 29. *dist.* 23. *cap. Cum ex injuncto* 12. *& cap. Sicut* 14. *de Hæreticis*, ibi: *Cum igitur nonnulli Laici prædicare præsumant, & verendum nimis existat, ne vitia sub specie virtutum subintrent. Nos attendentes, quod Doctorum ordo est in Ecclesia Dei quasi præcipuus, mandamus quatenus cum alios Dominus Apostolos dederit, alios Prophetas, alios vero Doctores, interdicas Laicis universis cujuscumque ordinis censeantur usurpare Officium prædicandi*; Pegna *loc. cit. comm.* 25. *vers. Verum*; Petra *l. cit. num.* 2. & alii.

40 Possunt tamen Laici docti de Fide disputare in casu necessitatis, aut evidentis utilitatis, veluti si nullus esset Ecclesiasticus idoneus, qui Heretico simplicem plebem seducenti opponeretur, vel si disputationem suscipiat rogantibus Clericis; *arg. cap. Mulier* 29. *dist.* 23. Sic Coninch. *de infidelit. disp.* 18. *dub.* 9. *num.* 145. Becan. *de Fide cap.* 15. *quæst.* 7. *n.* 6. Petra *loc. cit. num.* 23. Sive Catholici sint in locis, ubi permixtim vivitur cum Hæreticis; Ledesma *in Summa tom.* 12. *tract.* 1. *cap.* 5. *conclus.* 13. Cajetan. *in* 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 7. Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 6. *num.* 7. Salell. *cit. regul.* 86. *n.* 100. Petra *loc. cit. num.* 23. Verricelli *de Apostolic. Mission. tit.* 2. *de Fide quæst.* 83. ubi alios casus enumerat, in quibus Laici docti disputare possunt de Fide. Et sic pro aliquo ex dictis casibus intelligendi sunt Doctores sentientes Laicos doctos disputare posse de Fide, ut sentiunt aliqui, quos sequitur Diana *t.* 5. *tract.* 13. *resol.* 22. Vel intelligendi sunt de Fidei disputatione materiali, hoc est ficta, quæ cum fiat inter Catholicos, uti contingit in nostris Academiis, ubi exercitii gratia etiam de rebus Fidei cum Laicis disputamus, ut melius veritatem attingamus, errores propulsemus, etiam Laicis est permissa, & licita; servatis tamen conditionibus, aut circumstantiis, debitis, quas recensęt Doctissimus Suarez *de Fide disp.* 20. *sect.* 1. scilicet tum ex parte disputantium, ne sint viri indocti, seu rixosi, tum ex parte audientium, ne ob eorum simplicitatem decipi, aut scandalum pati contingat, ut etiam notaverat S. Thomas 2. 2. *q.* 10. *art.* 7. Fidei autem disputatio formalis, hoc est vera, quæ habetur a Catholicis cum Hæreticis, vel Infidelibus ex motivo eos convincendi, & suadendis eis veritatibus nostræ verę Fidei, & in qua disputantes non solum verbis, & argumentis, ut in disputatione materiali, & ficta, sed etiam animo, & sententiis inter se pugnant, est Laicis universis prohibita per Jura adducta *sub num.* 26. & cit. Doctores, & allatam rationem *sub num.* 28.

41 Catholici dicuntur etiam Orthodoxi, quasi dicas sanæ fidei, ab Orthos græce, latine idem quod rectus, & doxa græce, latine idem ac opinio; e contra vero alii, videlicet Hæretici, & Schismatici dicuntur Heterodoxi, id est alterius opinionis a recte fide, quæ est grande Divinæ Misericordiæ donum secundum illud Apostoli 1. *ad Corinth. cap.* 7. *Misericordiam consecutus a Domino, ut sim Fidelis.* Quod si qui 44
Catholice credit peccati lethalis foret obnoxius, ejus fides dicitur mortua, eo quia est in homine mortuo ad gratiam ratione peccati, quod est mors animæ, & propter idem lethale fides est sine merito: e contra vero dum fidelis est in gratia, ejus fides dicitur viva, quia est in homine informato charitate, & gratia, quæ est vita animę; et ratione ejusdem charitatis, et gratiæ fides est meritoria: ex quibus patet in quo differant fides viva, et fides mortua, de qua *Jacobi c.* 2. *vers.* 20. *Fides sine operibus mortua est.*

In Damnatis, & Dæmonibus non adest Fides Divina, hæc 45
namque supernaturale Dei donum est, & quoddam animæ ornamentum; damnati autem; & Dæmones tamquam finaliter prescripti supernaturalibus omnibus, ut de facili patet, denudantur a supremo justissimo Judice: & ideo &c. Quod si Divus Jacobus Epist. Cathol. *cap.* 2. *num.* 9. ait: *& Dæmones credunt, & contremiscunt* non est sensus, quod Dæmones Fidem Divinam habeant; sed quia cum experiantur finaliter infideles, et finaliter declinatos a Fide Catholica in æternuum periisse, manifeste concludere coguntur e jusmodi Fidem esse verissimam, ac de ejus Auctore contremiscere: tum quia ad idem necessitantur Dæmones ex evidenti credibilitate *n. seq.* posita: igitur licet &c. non autem &c. Accedit etiam principalius, quod Dæmones credunt non Fide infusa, sed naturali, convicti scilicet miserabili experientia, qua primo in seipsis Vindicem Deimanum experiuntur; unde dum comparatur Fides peccatorum cum Fide Dæmonum id accidit, non quantum ad naturam, sed quantum ad sterilitatem, quatenus neutra proficit ad salutem. Est tamen Fides Divina in animabus Purgatorii, quia ex una parte tamquam ad Gloriam destinatæ donis supernaturalibus sunt capaces; & ex alia parte cum adhuc in patria non sint, adhuc per speculum, & in enigmate vident, non vero facie ad faciem, sicut vident Beati, atque ideo &c. Nec obstat, quod sint in termino, quia licet sint in termino meriti, non sunt tamen in termino satisfactionis. 46

Tandem pro complemento præ oculis habendum præsertim in tentationibus, quod sicut Judicia Dei abyssus multa, & imperscrutabilia, ut Sacræ litteræ testantur, & consequenter non spiritu præsumptionis investiganda, sed fideliter timenda, ita Fidei Divinæ Misteria natura sua viatorum mentes excedentia, non sunt præsumptuose exploranda, sed captivato intellectu in obsequium Fidei sunt propter summam, & infallibilem Dei revelantis auctoritatem firmiter credenda. His accedit, quod plurima ex naturalibus, vel difficile, vel nullo modo capimus; *Sapient.* enim 9. *vers.* 16. legitur: „ Difficile

(a) Vide notam ad Verb. *Clerici n.*, ubi ostensum est, iis temporibus, quibus Canones prohibentes Laicis cum Hæreticis de Fidei articulis disputare editi sunt Clericos vocari consuevisse illos, qui studiis erant addicti, & e contra Laicos, nominari illiteratos. Hinc patet, non absolute damnandum fore Laicum in controversiis apprime versatum, qui justis de causis cum hæretico de Fidei controversiis certamen iniret, cum *c. quicumque & c. Noverit* & alia ab Auctore citata, eum nullatenus spectent, nec prafatis prohibitionibus comprehendatur.

„ le æstimamus ea, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu „ sunt invenimus cum labore; quæ autem in Cœlis sunt quis „ investigavit? „ & *Ecclesiastes cap.* 1. *vers.* 8. *Cuncta res difficiles, non potest eas homo explicare sermone*, sicut de facto liquet de fluxu, & refluxu maris, de Systemate mundi, ac de natura continui, ubi & arenula est lapis Lydius tenuitatem intellectus humani ultro contestans: & ita de innumeris aliis in tantum, quod philosophari quasi non videatur nisi pulchre imaginari. Supernaturalia ergo nostrum quis pertingere poterit? unde *Proverb.* 25. *vers.* 27. *qui scrutator est majestatis opprimetur a gloria*; & Jerem. 32. *vers.* 19. Dominus est *magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu*, & Ecclesiastici 3. *vers.* 22. *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus*; quare *Joan.* 20. *n.* 29. *Beati qui non viderunt, & crediderunt*. Licet autem Fidei Divinæ Mysteria non sint evidenter scibilia, sunt tamen ut optime docent Theologi evidenter credibilia juxta illud Psal. 92. *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis*[1], & quidem ex multis motivis, sed præsertim ex octo viis a meo Doctore *quæst.* 2. *Prolog.* allatis: nempe ex pronunciatione prophetica, Scripturarum concordia, auctoritate Scribentium, diligentia Recipientium, rationabilitate contentorum, irrationabilitate aliorum, & ex Ecclesiæ stabilitate, ac miraculorum claritate; his inquam nostram Fidem, Scripturam, & Ecclesiam veras esse; & nonnisi a Deo profectas evincitur evidenter credibile; de quibus singillatim Doctor Subt. *loc. cit. Mastrius disp.* 6. *de verit. Theol. quæst.* 10. *art.* 1. Frassen, & alii passim. Consulantur ipsi præsertim a Missionariis, qui neophytos facere studeant, ideirnovos in fide; Neophytus enim dicitur a *Neos*, quod est novus, & *Phytos. dist.* 48. *cap. quoniam* Neophytus is dicitur, qui novus est in Fide, vel Religione.

Additio ex Auctore.

Fidei occultatio cum simulatione Mahumetismi damnatur
47 a Benedicto XIV. tom. 1. Constitut. 89. incipient. *Inter omnigenas* §. 3. In Fidei causa conniventiæ locus esse nequit; Idem
48 Constitut. 114. incipient. *Redditæ* §. 5. Fidem plurium Mysteriorum explicita requiritur necessitate medii præcepti; Idem
49 Constitut. 42 incip. *Et si minime*, in qua ad id commendat
50 præsertim Libellum de Clementis VIII. mandato a Cardinali
51 Bellarmino editum, & approbatum pro tradenda Doctrina Christiana.

Fidei Christianæ favor Legum rigori congruas interpreta-
52 tiones adhiberi suadet; Idem tom. 2. Constitut. 28. incip. *Postremo mense* §. 16.

APPENDIX

Sive novus de Fide

ARTICULUS.

Hactenus exposita satis perspicue, ac solide demonstrant, Christianum hominem ita paratum esse debere ad Fidem tuendam, & eam dum debitus Deo honor, ac proximi utilitas exigat, palam quoque profitendam, ut persecutiones, carceres, cruciatus, mortemque potius debeat subire, quam eam verbis vel factis, explicite vel implicite negando, Deum debito per Fidei confessionem honore privare, atque contemnere. Quo autem facilius dubia solvi, & explicari queant, quæ orthodoxæ Religionis Ministris in Infidelium partibus solent passim occurrere circa particularia facta, ac casus nonnullos, quibus vel facto, vel implicite Catholica Fides violari videtur, brevem hanc instructionem addendam esse existimavimus, quam partim ex decretis deprompsimus, quæ hac super re ex suprema Inquisitione, pro solvendis propositis a Missionariis dubiis, prodiere: partim ex Pontificiis Constitutionibus, quibus abusus damnantur, qui in nonnullis Infidelium, Hæreticorumque Regionibus, contra divinæ Fidei puritatem, in Christianam Religionem irrepserant.

1 PRIMO itaque Fidem facto suo negare dicitur, qui ea faciat, quæ ad falsi numinis, hæreticique hominis obsequium, & cultum referantur? Is enim facto suo falsam Religionem profitetur, Atque hanc ob rem supremæ Inq. decretis an. 1626. & an. 1669. definitum est, *nullo modo licere Christianis nec ulla causa, aut motivo posse permitti, aut tolerari*, ut operam suam navent, ædificandis, instaurandis, verrendisque Templis falsis Numinibus, vel Auctoribus falsarum sectarum dicatis; aut eorumdem purgandis parietibus, & pavimentis, mundandis altaribus, aperiendis, claudendisque foribus. Atque hinc sequitur, rei de se malæ operam dare, ac facto negare Fidem, qui Idola, quæ Infideles colant, construant, vel falsi Numinis imagines pingant; quippe falsis Numinibus famulatum præbent, iisque si non per se, per alios saltem obsequium, cultumque exibent.

Secundo, facto Fidem negant, qui ea faciant, quæ ritum 2
falsum, sacrilegumque cultum comprobent, ratumque habeant; Id enim est Fidem orthodoxam, quæ hæc damnat, contemnere, falsamque Religionem opere profiteri. Ratum vero habent ritum, falsumque cultum, qui in Schismaticorum Hæreticorum, Infideliumque Templis, organa, vel alia instrumenta pulsent, metros canant, aut concinendos componant, vel artem musicam asio modo exerceant. Hinc Const. quæ incip. *Omnium sollicitudinum*, qua Prædecessorum Decreta confirmantur circa ritus Madurenses &c. Benedictus XIV. approbat, & mandat observari Decretum Cardinalis Tournon, quo prohibetur: *Ne impositum Christifideles audeant nec in Pagodis, nec extra, tum occasione Sacrificiorum, tum quarumcumque solemnitatum superstitioso cultu imbutarum, sonare, aut canere, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, cum nullo modo liceat Christi famulis Belial inservire. Ideoque*, subdit, *Missionarii non solum eos monere tenebuntur de prædicta prohibitione, verum etiam illam omnino exccutioni demandare, & contrafacientes ab Ecclesia expellere, donec ex corde resipiscant, & publicis poenitentiæ signis patratum scandalum emendaverint*. Hoc modo Fidem negant etiam ii, qui in Infidelium, & Hæreticorum scholis fallos eorumdem ritus & profana a Catholica Fide aliena dogmata doceant, *ex Decret. Sup. Inq.* 2. *Maji* 1711. Nam dum docent, facto suo approbant, falsamque profitentur Religionem.

Tertio, qui facto aliquo Orthodoxam Religionem in odi- 3
um Fidei contemnat; ut qui imperante Infidele Principe in Catholicæ Fidei contemptum, Sacros Ritus spernat, carnes, quo prohibentur tempore, comedat, immolatis utatur, Christianorum Templa evertat, ex equo descendat dum ante fores transit Templi Idolorum; *ex Decret. Sup. Inq.* 1647. Is & Fidei professionem omittit, quam vigente illo Principis præcepto, quod vim interrogationis habet, palam facere debet, & Fidem ipsam exteriori contemptu negat.

Quarto, qui veltem induat, quæ ex instituto hominum 4
usu recepto, & approbato, falsæ sectæ Professorem, sive falsæ Religionis Ministrum designet, ut lineam vestem talarem, quæ Mahumetanis Sacerdotibus est propria, vel fasciam quamdam, qua apud Indos Idolorum Sacerdotes utuntur; Is enim hoc modo falsæ sectæ professorem se se ostendit, ac virtualiter saltem Fidem negat; *Decr. Suprem. Inqu.* 8. *Julii* 1630.

Quinto „ qui nomina Turcica, quorum nec memores esse 5
„ deberent per labia sua, assumunt: abominanda Infidelium „ Templa, quæ Moschæas vocant frequentant: Ecclesiastico„ rum, jejuniorum dies carnium esu profanant, & hæc eo fine, „ ut Mahumetani credantur, opera faciunt, quæ mendacium „ in re gravissima continent, & virtualem Fidei negationem, „ maxima cum Dei injuria, proximique scandalo, includunt,, quemadmodum legitur *Constit.* quæ incipit, *Inter omnigenas tom.* 1. *Bull. pag.* 32., in qua Benedictus XIV. abusus damnat nonnullos Fidei puritati contrarios, qui in Regno Serviæ, finitimisque regionibus, in Christianam Religionem irrepserant; atque decernit, eos, *qui obstinate in hujusmodi via impiorum pergere velint, incapaces esse Sacramentorum in vita, & si impoenitentes decesserint, suffragiorum post mortem, ad quæ nullus Ecclesiæ Minister illos admittere præsumat; alioquin a proprio Episcopo Canonicis poenis plectendus erit.*

Sexto, qui ritus usurpent falsæ Religionis protestativos; 6
hujusmodi enim usu errores contra Christianam Fidem, quos indicant, se se approbare demonstrant, ac falsæ sectæ professores exterius manifestantur. Hinc in citata *Const. Inter omnigenas*, circumcisionis usus Mahumetanorum more, damnatur: *Const. Omnium sollicitudinum*, de qua supra, *Mulieribus*, in Regno Madurensi, & ei finitimis Regionibus, *prohibetur deferre collo appensum in signum contracti Matrimonii Taly, quod præfert imaginem licet informem Pullejaris, seu Pullejaris Idoli nuptialibus Cæremoniis præpositi*; & Christianis omnibus prohibetur, *cineres ex vaccæ stercore confectos, & impiam*

impiam Gentilium Poenitentiam a Rutren institutam redolentes, benedicere, eosque fronti Sacro Chrismate delinitæ impingere, sive quacumque alia signa albi, vel rubei coloris, quibus Indi superstitiosissimi, vel in fronte, vel in pectore, aut in alia quavis corporis parte utuntur, deferre: Et *Const. Ex quo singulari*, quæ est *de Ritibus Sinensibus, tom.* 1. *pag.* 118. damnantur *cæremoniæ, ritus, & oblationes, quæ fiunt tum singulis mensibus in novilunio, & plenilunio, tum a Litteratis, & Magistratibus dum in gradus sive dignitatis possessionem adeunt, vel post adeptam: Item oblationes, quæ fiunt in Templis, seu ædibus, Progenitoribus dicatis, & ritus oblationesque coram Progenitorum Tabellis in privatis domibus, sive eorum sepulchris, una cum Gentilibus, & etiam seorsim ab illis: ac prohibetur, domi retinere Progenitorum Tabellas cum inscriptione, qua Thronus, sive sedes Spiritus designetur*. Quod spectat ad ritus superstitiosos, vide appendicem ad caput de Superstitione.

Nota. Si ritus indifferentes occurrant, tutius est, ut Catholici quoad fieri possit ab illis abstineant, ne cultu peregrino, & Ecclesiæ Catholicæ ignoto verum Deum venerentur. 7
Nunquam vero licet *Gentilium ritus adoptare, eosque in Christianos usus convertere, inconsulta Apostolica Sede*, ut *Const.* decernitur antea laud. *Omnium sollicitudinum*.

Implicite contra Orthodoxæ Fidei confessionem peccat, qui dum debitus Deo honor id postulet, libere Orthodoxam Fidem non profitetur, sed tacet, atque silentio suo alios in suspicionem ducit, se vel Fidem negare, vel eam profiteri erubescere. In Deum enim injuriosus est, qui veritate ab ipso revelatam libere confiteri erubescit. Primo itaque peccat, qui interrogatus a publica potestate de sua Religione taceat, si interrogatio sitin odium Religionis; Si enim 1. ob politicas Status rationes fieret, ut pecunia v. g. a Catholicis extorqueretur, debitus Deo honor ex confessionis silentio non subtraheretur. 2. Si silentium, attentis circumstantiis, non appareat omnibus implicita Orthodoxæ Fidei confessio. 8

Secundo peccat etiam, qui interrogatus a privata persona, Fidem palam non fateatur in iis circumstantiis.in quibus confessionis omissione Deus injuria afficeretur, & proximus pateretur scandalum, hæc enim duo semper vitare tenemur; Ut si interrogatus prospiceret ex suo silentio fluctuaturos in Fide Catholicos audientes; vel Infideles Christianos derisuros, quod Fidem Christianam palam confiteri erubescret. 9

Tertio. Quamquam persecutio in odium Fidei adversus Orthodoxos excitata in Deum injuriosa est, & interrogationem, quæ ad Fidem confitendam cogit, involvit; tamen, ut optime Auctor demonstravit, qui eam fuga declinare studeat, non modo non negat, sed ipso facto Fidem quodammodo fatetur. Fuga autem non modo licita, sed quandoque etiam necessaria est; 1. Quoties Fideles timent, prævidentque periculum succumbendi tormentorum atrocitati, Fidemque negandi. Nam qui hujus periculi conscius Tyranni sævitiam non devitaret, Deum tentaret, qui sicut non deficit in necessariis, ita non abundat in superfluis. 2. Quando persona necessaria, ac maxime utilis sit communi Ecclesiæ bono; ut Augustinus *tract. 46. in Joannem* exemplo demonstrat Apostoli Pauli, qui ob Ecclesiæ utilitatem se furori Præpositi Damasci subduxit. 3. Declinandum martyrium est, dum prævideatur nemini profuturum, sed Tyrannum magis irritandum fore, & crudelius in Christianos sæviturum. 4. Licite etiam Episcopi, Parochi, & Missionarii fugiunt, ac quandoque sævientem Tyrannum declinare debent, si in ipsos solos sæviat, nec alii Ministri adsint, qui relictis ibi Christianis spiritualia subsidia suppeditare possint. *Manifestum est*, inquit S. Thom. *lect.* 3. *in cap.* 10. *Joan. quod si queratur sola persona Prælati possunt alii loco ipsius ad Gregis custodiam deputari, qui vice sui consolentur, & gubernent gregem: unde si sic fugiat, non dicitur dimittere oves, & hoc modo, & casu fugere licet*. Imo expedit aliquando hæc fuga, si ea impediri possit, ne Tyrannus in alios quoque Christianos sæviat; vel si redire posse sperent majori cum fructu. Sed Pastoribus, Sacrisque Ministris fugere non licet, si oves eorum indigent spirituali subsidio, si periculum sit ne dispergantur, & Fidem amittant, ac si ex eorum fuga scandalum paterentur fideles, atque infideles contemnendi Religionem occasionem sumerent. Tunc enim non solum charitatis, verum etiam justitiæ debito tenentur rudes instruere, dejectos roborare, & erigere, nutantes confimare, omnesque ad dimicandum totis viribus, pro Dei gloria, & honore adhortari. Hinc proposito dubio, *An ad evitandum periculum tiscat Missionariis a Missione discedere absque licentia Sacræ Congregationis*? An. 1646. Sac. Cong. de Propaganda Fide respondit *Tempores persecutionis esse magis necessariam Pastorum præsentium ne fideles pervertantur*. 10

Quarto, dum Infideles, vel Hæretici Sacras Imagines conterant, & Crucifixum contumeliis afficiant, tenentur Fideles palam orthodoxam Fidem profiteri; debent enim, quoad fieri possit, injuriam Deo, & Sacris Imaginibus irrogatam propulsare, ac per publicam Confessionem palam facere orthodoxam Fidem, sacraque Imagines honore dignas esse. Secluso vero periculo contemptus, licet Missionariis sacras Imagines donare Infidelibus, qui iis delectentur, tum amicitiæ pacisque fovendæ gratia, tum ad eos alliciendos ad amplectendam Fidem: Ex *Decret. Suprem. Inquisit.* 1674. Nefas vero est ex eodem Decreto iis sacros libros, ac vasa sacra tradere, qui in Religionis contemptum uti possint. 11

Quinto, dum Infedeli, vel Hæretico Magistratu, imperante, Christianorum Ecclesiis, ædibus, aliisque locis libelli affigantur orthodoxæ Religioni detrahentes, eamdemque contumeliis, & calumniis deturpantes, orthodoxi præcepto illo, quo illatam Deo injuriam vindicare, ac sublatum ei honorem restituere tenentur, in ea necessitate constituuntur, ut schedas auferre, libellis respondere, ac ad Judices delati palam orthodoxam Fidem profiteri debeant. At scripturis, quæ non publica auctoritate, sed privata fiunt, quæque Evangelicos Ministros injuriis, calumniisque afficiunt, & ortodoxæ Fidei adversantur, Ministri Sacri contraria opponere non prohibentur, dum tamen inde imminere non videant gravioris persecutionis periculum. Satius tamen erit injurias, calumnias, & blasphemias patienti animo ferre, ac negative se habere: *Suprem. Inquisit. Decret.* 1674. 12

Quæri hic etiam potest, *num. de Fide cum Hæreticis, & Infidelibus disputare liceat? quibus & quomodo id liceat*? Quod ut rite expendatur, notare oportet, disputari de Fide idem esse, ac ad examen revocare Religionis Dogmata, atque argumentis demonstrare a Deo esse revelata. Id autem duplici fieri potest modo, privatim scilicet, & publice. Privata disputatio est, quæ in privato loco inter privatos fit, ita ut nulli, aut pauci auditores adsint; quomodo passim in Hæreticorum præsertim Regionibus Hæreticos inter atque Orthodoxos de Fide certari solet. Publica vero disputatio dicitur, quæ fit publico in loco, spectante populo, ac quandoque etiam arbitris constitutis. Privata disputatio cuique viro docto ab Hæretico provocato licita est, ac etiam expediens; primo, si prudenter judicet, Hæreticum desiderio cognoscendæ veritatis, vitandique erroris ad disputationem provocare; secundo, si prudenter speret disputatione illa privata ad orthodoxam Fidem provocantem hæreticum conversum iri: tertio, si silere non possit, quin audientes in Fide vacillent, Hæretici magis in errore confirmentur, ac Orthodoxa Fides contemptui exponatur; Nam quisque tenetur, proximi saluti, dum potest, consulere: contemnentes Fidem Orthodoxam ita compescere, ut inde Hæretici majoris contemptus, & derisionis occasionem non arripiant, & ne Deo injuria fiat, impedire, illatamque vindicare. Sed, remotis hujusmodi circumstantiis, *disputatio de rebus Fidei Laicis est prohibita. Sacerdotes nisi sint valde periti, ex consilio debent se abstinere, excusando se bonis verbis, & prætextibus; ex Decreto Sac. Cong. de Prop. Fide* 27. *Februarii* 1630. Sed licet periti sint Sacerdotes, sive Missionarii, cavere omnino debent, ne Hæreticos ad disputandum provocent; in causa enim essent, ut Hæretici Orthodoxa dogmata refellendo, Hæreseos actus exercerent, ac Catholicam Fidem contemnerent; quæ duæ res grave per se peccatum ferunt; & ne colloquiis privatis disputationes de Fide miscendo, eosdem Hæreticos sine fructu ullo moveant ad Orthodoxæ Fidei contemptum, & ad Catholicorum, non sine Religionis detrimento, persecutionem. *Hæretici enim*, inquit Augustinus *lib.* 15. *contra Faustum cap.* 12. *non disputationem amant, sed quomodo superare impudentissima pertinacia, ut congregent, quæ non pepererunt*. Et *S. Bernardus ser.* 66. *in Cant. Nec rationibus convincuntur, quia non intelligunt, nec auctoritate corriguntur, quia non recipiunt; nec flectuntur suasionibus, quia subversi sunt*. 13 14

A publicis autem disputationibus cum Hæreticis Missionarii abstinere omnino debent. Sac. enim *Cong. de Prop. Fide* 8. *Martii* 1625. *Jussit publicas disputationes non fieri cum Hæreticis, quia plerumque vel ob loquacitatem, vel audaciam, aut circumstantias Populi acclamantis, veritas falsitate prævalente, opprimitur, & si aliquando hujusmodi disputationes recusari non possent, primum de illis certior fiat Sac. Cong. quæ juxta*

juxta temporis, & personarum qualitatem, quid agendum sit præscribet. Quamobrem, cum Missionarii nonnulli ann. 1635. publicas de Religione disputationes cum Batavis Constantinopoli coram Vicario Patriarchali instituissent, *Sanctissimus mandavit, significari Generalibus Regularium Pere commorantium, ut illis interdicerent, ne hujusmodi congressus, aut disputationes publicas inposterum facere præsumerent sub poenis arbitrio Sac. Cong. Sup. Inq.* Et *Sac. Cong. de Prop. Fide* die 19. Januarii 1644. cuidam Missionario in Armenia mandavit, *ut a disputationibus cum Patriarcha Armenorum in Eruam circa articulum duarum naturarum in Christo se abstineret*.

Multo minus licitum est Missionariis sine expressa Romani Pontificis licentia conventum indicere Ecclesiasticum, in quo cum Hæreticis de Religione disputent. Hinc eadem *Cong.* die 27. Maji 1644. reprehendendum censuit P. D. Joannem Judischi Missionarium, *Quod susceperit onus convocandi dictum conventum, sine Sedis Apostolicæ speciali mandato*. 15

Porro si Romanus Pontifex hujusmodi conventum permittat, quinque sunt necessariæ conditiones, ut rite fiat. 1. Ut Hæretici, non sint Judices, & cum jure suffragii conveniant; sed ut instruantur, convincantur erroris, & corrigantur. 2. Ut non definiantur Fidei dogmata, sed definita a Conciliis, vel Apostolica Sede, a Deo revelata esse demonstrentur. 3. Ne fiant coram plebe, sed coram doctis. 4. Ne sedeant tamquam Judices Laici, etiamsi sint Principes. 5. Non debent Catholici Prælati a Laico Principe cogi ad conventum, sed tantum invitari, & peti debet a Summo Pontifice licentia, ut possint ea de causa a propriis Ecclesiis abesse: Hereticos autem, & Schismaticos poterit Princeps cogere, ut vocati a Prælatis Catholicis veniant ad reddendam rationem sui erroris, ut ita corrigi, & convinci possint. 16

Novæ additiones ex aliena manu.

NOmina Turcica, seu Mahumetana non licet Christifidelibus assumere, sibique imponere, ad evitandas pœnas, vel quamcumque utilitatem captandam; Benedict. XIV. Constitut. incip. *Quod Provinciale* §. 1. Eisdem utentes Sacramentorum incapaces, ac suffragiorum post mortem indigni declarantur; Idem *ibid.* §. 4. *

FIDEI PROFESSIO.

JURE Ecclesiastico obligantur ad emittendam Fidei professionem omnes baptizandi, *arg. cap. Prima igitur* 73. *dist.* 4. *de consecr.* Si autem aliqui baptizandi per se ipsos professionem Fidei emittere nequeant, ex quo credere, & loqui non valeant, ut parvuli, amentes, vel muti, tunc debet talis Fidei professio fieri per alium, nempe per Patrinum, textu expresso in *cap. Parvuli alio profitente* 74. *dist.* 4. *de consecrat.*, ibi „ Parvuli alio profitente baptizantur, quia adhuc loqui, „ vel credere nesciunt, sicut etiam ægri, muti, & surdi, quorum vice alius profitetur, ut pro eis respondeat, dum ba„ ptizantur. „ Hæretici ad Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam reduentes tenentur prius arbitrio Episcopi publice suam hæresim abjurare; *cap. Ad abolendam* 9. *de Hæreticis*, & hoc rectissime fit emittendo Fidei Catholicæ professionem juxta formam de facto in Ecclesia usitatam, a Pio IV. ab omnibus uniformiter observandam præscriptam in sua Const. incip. *Injunctum nobis*. Imo antiquitus hæretici redeuntes ad unitatem Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ tenebantur Fidei professionem etiam per scripturam, atque oblatum libellum exhibere; *cap. Si qui voluerint* 8. *cap. Maximum* 19. *& cap. Donatum* 2. *caus.* 1. *quæst.* 7. Fidei professionem emittere tenentur Doctores, Magistri, Regentes Universitatum, vel Gymnasiorum docentes quascumque scientias, etiam Grammaticam, & alii cujuscumque artis, ac facultatis professores, sive Clerici, aut laici illi sint, vel cujuscumque Ordinis Regulares, qui docere, vel ad aliquem gradum promoveri voluerint; Pius IV. Constitut. incipient. *In Sacrosancta*, ad cujus calcem tradit etiam propriam formulam; Et Sacra Congregatio Concilii declaravit comprehendi in dicta Bulla Pii IV. etiam docentes principia Grammaticæ, Musicæ, & aliarum artium, licet publicam scholam non faciant, sed in propriis domibus doceant. Sic refert Hieronymus a Sorbo in compendio privilegiorum Mendicantium verb. *Professio Fidei notabil.* 4. 1 2 3 4

Fidei professionem emittere debent Advocati, Procuratores, Judices, Medici, Chirurgi, Confessarii omnes, & Concionatores saltem semel: *Concil. Provincial. Mediolanens. V. tit. de Professione Fidei*, & sic statutum reperitur fere in omnibus Synodis Diœcesanis, ut signanter in Synodo Alexandrina de anno 1733. *tit.* 1. *de Fidei professione*; respectu Concionatorum tamen, *Sac. Cong. Conc. in una Brugnaten.* declaravit, neque Regulares prædicare volentes emittere teneri professionem Fidei, nisi ab Episcopo exigatur, ut refert Nicolius *lucubrat. canon. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 6. *verb. Concionatores*. Item Fidei professionem emittere tenentur Bibliopolæ, & Typographi; *Concil. Provincial. Mediolanens VI. verb. Librorum editio num.* 21. Contra Lectores, Magistros, Rectores, vel Cancellarios Gymnasiorum, promovendos ad Doctoratus, aliosve recensitos in dict. Constitut. Pii IV. incip. *in Sacrosancta*, si non emittant Fidei professionem, imponitur pœna nullitatis actorum, & aliæ imponuntur contra Rectores, & Superiores quoscumque Universitatum, & Gymnasiorum; Pius IV. *ibi*. Episcopus non exigens, nec recipiens a Doctoribus, & Scholaribus Fidei professionem, incurrit pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ; Pius IV. in dict. Constit. incip. *In Sacrosancta*. Inferiores vero non recipientes ut supra Excommunicationis latæ sententiæ, privationis Dignitatum, Beneficiorum, Officiorum, & Feudorum incurrunt pœnam; Pius IV. *ibidem*. 5 6 7 8

Fidei professio est facienda a Græcis, & sub propria sua formula; Gregor. XIII. Constitut. incip. *Sanctissimus*. Talis tamen forma reformata fuit ab Urbano VIII. quam refert Nicolius in *suo compendio Episcop. verb. Fides*. Fidei professio facta ab Imperatore Græcorum Lugduni eadem fuit cum illa, quam faciunt Latini; Gregorius X. Constit. incip. *Exultate*. 9 10

Fidei professio simul, & specialis promissio de eadem usque in finem sincera cordis devotione, ac constantissime retinenda, debet emitti ab illis, qui ad sacros Ordines sunt promovendi; *cap. Quamquam* 6. *dict.* 23. Item Fidei professionem facere tenentur promoti ad Episcopatum; cap. *Qui Episcopus* 2. *dict.* 23. *cap. Optatum* 4. *dist.* 100. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform.* Gregor. XIV. Constit. incip. *Onus Apostolicæ*. Formam autem hujus professionis Fidei, ac juramenti traditur in Pontificali Romano jussu Clementis VIII. edito; vid. verb. *Episcopus art.* 2. *num.* 17. *& sequent.* Omnes Episcopi in principio Concilii provincialis debent Fidei professionem emittere, & jurare observantiam Sac. Conc. Tridentini, ut est injunctum in ipso Tridentino *sess.* 25. *cap.* 2. *de reformat.* ubi insuper statuit, quod si quis renuerit, statim denuncietur Summo Pontifici a Coepiscopis sub pœna divinæ indignationis, & interim prædictus renuens communione aliorum privetur. Item Beneficiati omnes, & ii, qui in Synodo Diœcesana convenire debent, Fidei professionem tenentur emittere in prima Synodo, cui adfuerint; Concil. Trident. *cit. sess.* 25. *cap.* 2. 11 12 13 14

Canonici, & Dignitates Ecclesiæ Cathedralis tenentur a die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses Fidei professionem facere non solum coram Episcopo, vel ejus Vicario Generali, sed etiam coram Capitulo; Concil. Tridentin. *sess.* 24. *de reformat. cap.* 12. *verf. Provisi*, & Pius IV. Constit. incip. *Injunctum Nobis*. Hanc Fidei professionem Canonici, & Dignitates Cathedralis tenentur facere per se ipsos personaliter, & non sufficit per Procuratorem, ut pluries censuit Sacr. Congregat. Concil., & signanter in *Segustina* 18. *Apr.* 1590. & iterum *in alia causa die* 12. *Sept.* 1620., *& in Calaguritana* 22. *Septemb.* 1696. & in *Calhuecen.* 6. *Febr.* 1726. adeoque propter talia decreta non sunt attendendi Doctores sustinentes posse Fidei professionem emitti per Procuratorem specialiter Deputatum. Coadjutores Canonicorum, seu Dignitatum Cathedralium de rigore juris communis, seu Concil. Tridentin. non tenentur emittere professionem Fidei, quia Coadjutor durante Coadjutoria nondum est verus Canonicus; Barbos. *de Offic. & potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 61 *num.* 13. *& 14.* & *de Canonic. cap.* 27. *num.* 12. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 9. *num.* 100. Garcias *de Benefic. part.* 4. *c.* 5. *num.* 74. *& 76.* & alii passim. Nec talem Fidei professionem tenentur facere Portionarii, Vicarii temporales, & alii provisi de Capellaniis in Ecclesia Cathedrali; Barbosa *lib.* 1. *Juris Eccles. universi. cap.* 2. *num.* 64. *& de Canon cap.* 17. *numer.* 13. Reiffenstuel *lib.* 1. *decretal. tit.* 1. §. 8. *numer.* 166. Sanchez *lib.* 2. *in Decal. cap.* 5. *n.* 1. & alii passim; & ratio est, quia supradicti omnes non comprehenduntur sub illis personis, quas Concil. Tridentin. *cit. sess.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* & Pius IV. in Constitut. incipien. *Injunctum nobis*, obligavit ad Fidei professionem, ut legenti patet; Unde cum ibi 17 18

ſancita a Tridentino, & Pio IV. ſint pœnalia, & novi Juris inductiva, non debent extendi ultra perſonas expreſſas, nam pœnæ ſunt reſtringendæ juxta Regul. 15. & 49. *Juris in 6.* Iurium enim correctio, quantum fieri poteſt, eſt evitanda, *cap. Cum ex pediat, de election. in 6.* pro inde non cenſetur plus de priori lege mutatum, quam eſt expreſſum; *leg. Præcipimus Cod. de appell.* Nec ad ipſam Fidei profeſſionem emittendam tenentur jure Tridentini, & citat. Conſtit. Pii IV. Canonici, & Dignitates Eccleſiarum Collegiatarum, & poſſidentes Beneficia inferiora non curata; ſic deciſum fuiſſe a *Sac. Congreg. Conc. die 12. Febr.* 1588. refert Garcias *de benefic. part. 3. cap. 3. num. 11.* & Barboſa in *Summa Apoſtolicar. deciſ. verb. Profeſſio Fidei num. 6.* Vide tamen verb. *Canonicus art. 4. num. 32.* & 33. & per totum articulum, ubi late de iis, quæ Fidei profeſſionem Canonicorum concernunt. 19

20 Prælati Regulares, qui præficiuntur Monaſteriis, Conventibus, Domibus, & aliis quibuſcumque locis Regularium quorumcumque Ordinum, etiam Militarium, quocumque nomine appellentur, eamdem Fidei profeſſionem emittere tenentur intra duos menſes ab adepta poſſeſſione ſuæ præfecturæ per extenſionem factam a Pio IV. in d. ſua Conſtitutione incip. *Injunctum.* Hanc tamen Pii IV. Conſtitutionem quoad 21
hoc non eſſe in uſu, & ſic Eminentiſſimos Cardinales, alioſque Viros doctiſſimos conſuluiſſe notat Hieronymus a Sorbo in compendio privilegiorum Mendicant. verb. *Profeſſio Fidei notabil. 1.* & ſic tenent Sanchez *lib. 2. in Decalog. cap. 5. n. 3.* Portell. in *dub. Regul. verb. Profeſſio Fidei num. 3.* Tamburin. *de Jur Abbat. tom. 1. diſp. 8. qu. 3. num. 3.* Villalob. in *Summa tom. 2. tract. 1. difficult. 6. num. 3.* Diana *moral. reſolut. part. 3. tract. 2. reſol. 73.* Reiffenſtuel. *lib. 1. decretal. tit. 1. num. 161.* & alii, qui dicunt, in iis Religionibus, in quibus viget contraria conſuetudo, non teneri Prælatos earum ad emittendam Fidei profeſſionem, & hoc per generalia Juris principia, quod in ipſis, vel d. Conſtitutio Pii IV. quoad hoc numquam fuerit recepta, vel contraria conſuetudine denuo abrogata; arg. cap. *Quanto 11. de conſecr. Barboſa* autem *de Offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 61. num. 7.* cum variis aliis ibi citatis improbat iſtum non uſum: Et idem Barboſa in *Summa* 22
Apoſt. dec. verb. Profeſſio Fidei num. 3. refert, Sacram Congregationem Concilii decreviſſe, quod *profeſſionem Fidei emittere per Epiſcopos Locorum Ordinarios, ſi ita illis videbitur ſunt compellendi Regulares, antequam prædicationis munus incipiant* quod decretum, ut vides, concordat cum allato *ſub num. 4. in una Brugnaten.* relato a Nicolio, & clare demonſtrat, quod Regulares Prædicatores tenentur ſolum Fidei profeſſionem emittere, quando Ordinariis ita videtur, & ab illis exigitur.

23 Attendenda eſt hic ſequens Epiſtola Sacræ Congregationis Concilii directa Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Cardinali de Lambertinis, poſtea Summo Pontifici, & ab ipſo relata *Volumine tertio, Notificatione 19. in fine*, ut ſequitur.

Eminentiſſime, & Reverendiſſ. D. Obſervandiſſ.

Negotium, de quo agitur in adjunctis precibus nonnullorum Canonicorum iſtius Metropolitanæ, aliorumque Parochorum tam Civitatis quam Diœceſis, Eminentiſſimi PP. Sac. Congregationis Concilii remittendum eſſe duxerunt arbitrio, & prudentiæ Eminentiæ Veſtræ, cui proinde facultatem faciunt, ut Canonicos, & Parochos præſcriptos, qui Fidei Profeſſionem coram Ordinario. pro ut exponitur erronee, & contra diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini emittere præterminiſerunt, ad novam Fidei Profeſſionem faciendam coram Eminentia Veſtra, ſive ejus Vicario Generali admittere poſſit, eiſdemque fructus ſuorum reſpective Beneficiorum a die adeptæ poſſeſſionis perceptorum erogata tamen aliqua ſumma arbitrio Eminentiæ Veſtræ taxanda in eleemoſynam Chriſti Pauperum, liberaliter condonare valeat. Id Eminentiæ Veſtræ ſignifico, ejuſque manus humillime deoſculor.

Romæ 10. Novembris 1736.

Eminentiæ Veſtræ

Humillim. & addictiſſ. Servus

A Card. Gentili pro Eminentiſſ. Præfecto.

Gratis & quoad Scripturam.

Bononien. Eminentiſſ. Archiepiſcopo

C. A. Archiepiſc. Philippen. Secret.

Alia ad rem. Vide verb. *Canonicatus art. 4. per totum.*

Novæ Additiones ex aliena manu.

DE materia hujus articuli, vide quæ diximus in additione ad verbum *Benefic. art. 1.* tum in additione ad verbum *Canonicus art. 4.*

Fidei profeſſio expoſcitur a Græcis ad unitatem Catholicæ Eccleſiæ redeuntibus; Bened. XIV. Conſtit. incip. *Allatæ ſunt §. 17.* 1

Fidem virtualiter negat Chriſtifidelis, qui ad Religionem occultandam, & pœnam aliquam declinandam, aut captandam utilitatem, Mahumetanum nomen aſſumit, & ob id ad Sacramentorum participationem non eſt admittendus; Benedictus XIV. Conſtitut. incip. *Quod provinciale* merito tota legenda, & obſervanda. 2

Fidei, Spei, & Charitatis actus a Parocho elata voce emittendi in Miſſa Parochiali: Vide infra ſub verb. *Parochus.* 3

FILIUS, FILII.

FIlii alii ſunt legitimi, & alii illegitimi; *Communis.* Legitimi vel ſunt legitimi tantum, quales ſunt filii adoptivi qui non a natura, ſed a ſola lege filii facti ſunt, vel ſunt legitimi, & naturales ſimul, & iſti filii legitimi, & naturales ſunt, & dicuntur omnes illi, qui ex vere legitimo Matrimonio, aut ſaltem putative tali, publice, ſeu in facie Eccleſiæ abſque contradictione, ac bona fide inito nati exiſtunt; *Communis arg. l. Filium 6. ff. de His, qui ſui, vel alieni, & princip. Inſtit. de Patria poteſt. & cap. Cum inter 2. Qui filii ſint legitimi,* ubi filii nati etiam in putativo matrimonio declarantur *legitimi* præciſis his verbis: *Filii eorum* (qui bona fide nulliter contraxerant) *non debent exinde ſuſtinere jacturam, cum parentes eorum publice, & ſine contradictione Eccleſiæ, inter ſe contraxiſſe noſcantur; Ideoque ſancimus, ut filii eorum, quos ante divortium habuerunt, & concepti fuerant ante latam ſententiam, non minus habeantur legitimi, & quod in bona paterna hereditario jure ſuccedant, & de parentum facultatibus nutriantur.* Dicitur autem notanter, *aut ſaltem putative tali publice, ſeu in facie Eccleſiæ & abſque contradictione inito* quia *in c. Cum inhibitio 3. de Clandeſtin. Deſponſ.* expreſſe ſtatuitur, quod ſi quis *clandeſtine*, ſeu ſine præviis denunciationibus, aut contradicente Epiſcopo, vel Parocho, *Matrimonium initre præſumpſerit in gradu prohibito* (Conſanguinitatis v. g. vel Affinitatis) *etiam ignoranter, ſoboles de tali conjunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium.* Et ſubjungitur ratio his verbis: *Cum illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ingnorantiæ videantur.* 1 2

Dicitur etiam notanter *ac bona fide inito*, quia *in dict. cap. Cum Inhibitio* ſtatim ſic expreſſe ſubjungitur: *Pari modo proles illegitima cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum præter omne interdictum etiam in conſpectu Eccleſiæ contrahere præſumpſerint.* Si autem unus tantum ex conjugibus ante matrimonium, vel ejus conſummationem ſcivit impedimentum *dirimens*, alter vero idem ignorans bona fide contraxit, & conſummavit matrimonium, filii inde nati reputantur legitimi, quia textus *cit. c. Cum inhibitio*, dicit *ambo parentes*, & ſic recte docet Gloſſa communiter recepta ibidem *in d. verb. Ambo parentes*, & habetur clare *in cap. Ex tenore 14. Qui filii ſint legitimi*, & tenent ibi Barboſ. *numer. 2.* & Abbas *num. 3.* & alii communiter. Talis vero bona fides ex parte ſaltem unius conjugis debet perſeverare, & adeſſe etiam tempore conceptionis, aliter ſi ante prolis conceptionem ei innoteſcat impedimentum dirimens, & conſequenter bona fides ceſſet, proles erit illegitima, *arg. c. Ex tenore 14. Qui filii ſint legitimi*; Pirhing. *l. 4. dec. tit. 17. num. 14.* Pontius *l. 11. c. 8. num. 3.* & communis aliorum. 3 4 5

Si cum dubio de latente impedimento, & non adhibita debita diligentia ad indagandam veritatem conjuges contrahant, & conſumment matrimonium, & poſtea impedimentum detegatur, filii ex tali matrimonio procreati, erunt illegitimi; *cap. Cum inhibitio 3. de clandeſtina deſponſat.* Et ratio eſt, quia adeſſet ignorantia affectata, quæ æquiparatur ſcientiæ; *arg. l. Ne ſupina 6. ff. de Jur. & fact. ignorant. & cap. Eos 2. de tempor. ord. in 6.* ibi: *Qui ſcienter vel affectata ignorantia.* Si autem dubium ſuperveniat Matrimonio jam contracto, & conſummato, filii concepti ſtante hoc dubio erunt legitimi, quamvis lis de valore Matimonii in foro externo eſſet mota & adhuc pendens, dummodo ante ſententiam ſint concepti: 6 7

arg.

arg. cap. Cum inter 2. Qui filii ſint legitimi, ibi: *Qui concepti fuerant ante ſententiam, non minus habeantur legitimi*, & ſic Barb. *ibid.* cum communi aliorum.

8 Filii nati ſeptimo menſe poſt initum matrimonium habendi ſunt pro legitimis, textu expreſſo in *Septimo 12. ff. de ſtatu hominum*, ibi: „ Septimo menſe naſci perfectum partum „ jam receptum eſt propter auctoritatem Doctiſſimi Viri Hippocratis, & idcirco credendum eſt eum qui juſtis nuptiis „ ſeptimo menſe natus eſt, juſtum filium eſſe „. Etiamſi 9
naſcantur ad initum dicti ſeptimi menſis; *arg. l. Inteſtato 3. §. fin. ff. de ſuis, & legit.* ubi expreſſe deducitur, *eum, qui centeſimo octogeſimo ſecundo, ideſt 182. die natus eſt, juſto tempore videri natum*, quod tempus, ut clare patet, ſeptem men- 10
ſes ſolum inchoatos conſtituit. Sic etiam legitimi ſunt habendi filii illi, qui naſcuntur menſe decimo; *l. Gallus 29. ff. de Liber. & Poſtum.*, ibi: *Si poſt mortem in decem menſibus proximis natus erit hæres ſunto*. Filii autem, qui undecimo menſe jam 11
completo naſcuntur, ordinarie pro illegitimis habentur; *leg. Inteſtato ff. de ſuis & Legit. & Novel. 29. cap. 2.* ibi: „ Mulier „ &c. undecimo menſe perfecto peperit, ut non eſſet poſſibile dicere quia de defuncto fuiſſet partus, „ neque enim in „ tantum tempus conceptionis extenſum eſt „. Dicitur ta- 12
men notanter *Undecimo menſe jam completo*, quia Gloſ. ad *cit. Novellam verb. Perfecto* vult, quod ſi filii naſcantur duobus diebus poſt decem menſes, imo etiam circa medium undecimi menſis, ut cum aliis vult Engel *lib. 4. decret. tit. 17. n. 7.* Reiffenſtuel ibid. *num. 22.* Haunoldus *de Inſtit. & Jur. tractatu 4. num. 139.* cenſendi ſint legitimi, maxime ſi Mater exiſtat bonæ famæ, caſtis, & honeſtis prædita moribus, & maritus uſque ad ultimos ſuæ vitæ dies fuerit ad generandum aptus; *arg. cit. Novellæ 39. cap. 2.* ubi Imperator loquitur de undecimo menſe perfecto, ſeu completo, ibi: *Undecimo menſe perfecto peperit*. Imo multi volunt, quod in caſu extraor- 13
dinario etiam poſt completum undecimum menſem filius natus reputandus ſit legitimus, maxime ſi Mater, nedum ſit optimæ famę, ſed etiam ſit ſpecialis cujuſdam corporalis diſpoſitionis, & complexionis, ſeu alia in ipſis concurrant; propter quæ ex Medicorum judicio potuerit ſic tarde parere, ut quibuſdam adductis exemplis probat ſic evenisſe Gothofredus in *Notit. ad cit. Novellam 39. cap. 2. litt. C.* Quinimmo ex Judicio Pariſienſi fuit reputatus legitimus partus quatuordecim menſium ex eo, quod inter alia concurrentia Mater eſſet honeſtiſſimis prædita moribus, ut refert Reiffenſtuel *loc. cit. num. 23.* & ratio eſt, quia delictum non præſumitur, donec probetur, *arg. l. Merito 61. ff. pro ſocio, & cap. Eſtote 2. de Regul. Iuris*, & in dubio pro favore innocentium prolium ſentiendum, ac judicandum eſt, *arg. cap. Ex tenore 14. Qui filii ſint legitimi*, ibi: „ In favorem prolis potius declinamus, „ & l. Nuper Cod. de Naturalibus liber ibi: „ *Et hoc favore ſancimus liberorum*. Accedit, quod *In dubiis ſemper beniguiora præferenda ſint; l. Semper 56. ff. de Regul. Iuris*.

14 Filii ſtante Matrimonio nati cenſendi ſunt legitimi, quamvis conſtet uxorem pluries adulteraſſe, & ipſi filii magis aſſimilentur adultero, quam Matris Marito; *arg. l. Titium ff. de His qui ſui vel alieni Jur.*, ibi: *Non tamen ferendum*. Julianus ait *eum qui cum Uxore ſua aſſiduo moratus noluit filium agnoſcere quaſi ſuum; Et l. Miles 11. §. Defuncto ff. ad Leg. Jul. de Adult.*, ibi „ Nam non utique crimen adulterii, quod „ mulieri, Infanti præjudicat: cum poſſit, & illa adultera „ eſſe, & impubes defunctum Patrem habuiſſe „. In dubio enim favendum eſt proli: *arg. cit. cap. Ex tenore, & cit. l. Nuper*. Limita tamen in caſu, quo ex Mariti abſentia, infir- 15
mitate, ſeu impotentia, vel alio impedimento probetur tempore conceptionis non potuiſſe maritum copulam habere cum uxore, tunc enim filius ſic natus, eſſet cenſendus illegitimus, *arg. cap. Cauſam 4. Qui filii ſint legitimi, & l. Filium 6. de His qui ſui vel alieni*, ibi: „ Mihi videtur, ſi conſtat aliquan- „ diu maritum cum uxore non concubuiſſe infirmitate interveniente, vel alia cauſa... ut generare non poſſit, hunc, „ qui in domo natus eſt, licet vicinis ſcientibus filium non „ eſſe: Communis.

Filii cenſendi ſunt legitimi, quamvis mater fateatur eos 16
eſſe adulterinos, *arg. cap. Per tuas, de probationib.* Barboſa *ibid. num. 3.* & Abbas *num. 4.* Engel. *loc. cit. num. 3.* Reiffenſtuel *loc. cit. num. 11.* ubi aſſerit, quod Legiſtæ communiter reputant fatuum filium, qui credit matri aſſerenti eum ex adulterio eſſe natum, alleganti enim ſuam turpitudinem nulla cum alterius præjudicio debetur fides; *cap. Officii 9.*, & *ibi Gloſ. de pœniten. & remiſſ.* Nicolius *in Floſculis verb. Fi-*

des num. 14. aliter Mater odio habens aliquem filium facile poſſet ei præjudicare, & hæreditatem ei auferre. Filios quo- 17
que expoſitos, quorum parentes ignorantur, cenſendos eſſe legitimos tenet Menochius *de præſumptionib. lib. 6. quæſt. 54. num. 20.* Maſcard. *de probationib. concluſ. 799.* Gonzalez *in cap. Conqueſtus 1. Qui filii ſint legitimi num. 8.* Reiffenſtuel *loc. cit. num. 14.* Barboſa *titul. de infant. & languid. expoſit. num. 3. & de Offic. & poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 51. numer. 150.* ubi dicit, hanc ſententiam eſſe magis communem, & pro ea citat pluſquam 24. Doctores, qui moventur ea ratione, quia in dubio ſumenda eſt conjectura, quæ delicti præſumptionem excludat, cum delictum non præſumatur, donec probetur; *arg. l. Merit. 51. ff. pro ſocio, & cap. Eſtote 2. de Regul. Juris*. Adducunt enim *cap. Lator 5. & cap. Pervenit 11. Qui filii ſint legitimi*, ubi adverſario injungitur onus probandi illegitimum eſſe filium; Et affertur etiam *cap. Ex tenore 14. Qui filii ſint legitimi, & l. Nuper Sod. de Natural. lib.* ubi in dubio ſit præſumptio pro favore prolis per verba adducta *ſub. num. 13.* Non enim ſolum ob pudorem, & metum infamiæ, ſed etiam ob neceſſitatem parentum, inſtans periculum, vel aliam urgentem cauſam liberi exponi ſolent, ut patet in Moyſe, Paride, & alii. Vide infra *numer. 113. & ſequentib.*

Quod autem tales infantes expoſiti illegitimi cenſeri de- 18
beant, docent multi Doctores apud Amoſtaz. *de cauſis piis lib. 4. cap. 11. num. 73.* & juxta communiorem, & tutiorem ſententiam late Pignatell. *tom. 7. conſult. 34. per tot.* Garcias *de benefic. part. 7. cap. 2. num. 9. & ſequent.* ubi quod debeat attendi univerſalis cauſa projectionis, quæ verificari ſolet in illegitimis, Corrad. *in prax. diſpenſ. lib. 3. cap. 2. num. 1.* Rota *in noviſſ. deciſ. 790. num. 2.* Seraphin. *deciſ. 180. num. 3.* ubi expoſitionem infantis in Hoſpitali Sancti Spiritus Urbis valde repugnare legitimæ filiationi; & Romæ expoſiti apud Hoſpitale prædictum pro illegitimis ab omnibus habentur, & diſpenſatione indigent. Mandoſ. apud Garciam *cit. part. 7. cap. 2. num. 6.* Corrad. *cit. num. 9.* Gratian. *diſceptat. 34. numer. 31.* Garcias *in addit. ad part. 7. cap. 7. num. 7.* Cardinal. Petra *comment. 22.* Sixti IV. *num. 14.* ubi *ſub num. 11.* cum variis aliis dicit, quod tenenda ſit tutior opinio, nempe quod cenſeri debeant illegitimi, quoad ſuſcipiendos Ordines, & indigeant diſpenſatione, cum urgens conjectura ſit pro illegitimitate eorum projectio. Et Sacr. Congreg. Concilii *in* 19
Sulmonenſi 22. Februarii 1710. cenſuit: in caſu, de quo agitur pro diſpenſatione ad cautelam, quia aderant conjecturæ hinc inde pro legitimitate. vel illegitimitate. Et hanc ſententiam 20
comprobat praxis Romanæ Curiæ, cum obtineantur pro expoſitis diſpenſationes Apoſtolicæ ad Sacros Ordines, Corrad. *cit. num. 2. & num. 9.* dicit Hoſpitale Sanctiſſimæ Annunciationis Neapolis obtinuiſſe privilegium, quod inibi expoſiti promoveri valeant ad Ordines per Archiepiſcopum Neapolitanum ſine alia diſpenſatione, ſicque hoc privilegium præſupponit illegitimitatem eorum.

Filii illegitimi ſunt illi, qui non naſcuntur ex Matrimonio 21
legitimo, vel ſaltem putativo tali, bonaque fide in facie Eccleſiæ contracto, *Communis, arg. l. Filium 6. de His qui ſui, vel alieni, & princ. Inſtitut. de patria poteſt. & cap. Cum inter 2. Qui filii ſint legitimi, & cap. Cum inhibitio 3. de clandeſtina deſponſatione.* Filii illegitimi alii ſunt, & dicuntur *na-* 22
turales, alii *Spurii*, & alii *ex damnato coitu*. Naturales de- 23
Jure Canonico ſunt illi, qui nati ſunt a parentibus ſolutis, interquos tempore conceptionis, vel ſaltem nativitatis ſuæ poterat eſſe legitimum matrimonium, ſive dein Mater fuerit meretrix publica, ſive concubina patris: *Communis*. De Jure tamen Civili ſoli illi dicuntur *Naturales*, qui nati ſunt ex con- 24
cubina ſoluta domi retenta a ſoluto loco Uxoris, & non ex furtivo acceſſu, *l. 1. & ſequent. ff. de concub.* Illi qui naſcun- 25
tur ex ſcorto, ſeu publica meretrice, ſolent vocari *Manzeres*; vel *Manſeres*: Gloſſa in *cap. Niſi cum pridem 10. de renunciat. verb. Manzeres*. Illi qui naſcuntur ex ſoluta, quæ 26
nec eſt concubina nec publica meretrix, dicuntur *Baſtardi*; Reiffenſtuel *lib. 4. decretal. tit. 17. num. 25. in fin.*

Spurii de Jure Canonico vocantur illi, qui ſunt nati a pa- 27
rentibus, inter quos tempore conceptionis, vel nativitatis non poterat eſſe matrimonium, *arg. cap. Quanta 4. Qui filii ſint legitimi*, & dicuntur *Spurii* a ſpurcitia per leges reprobata; Reiffenſtuel *lib. 1. decretal. tit. 17. num. 2.* De jure civili autem non ſolum prefati, ſed etiam illi *Spurii* dicuntur, qui a 28
meretrice pluribus acceſſum præbente, ita ut certus pater demonſtrari nequeat, gignuntur; *arg. l. Vulgo 23. ff. de ſtatu homi-*

hominum, ibi „ Vulgo quæsiti sunt qui patrem demonstrare
„ non possunt, vel possunt quidem, sed eum habent, quem
29 „ habere non licet, qui & Spurii appellantur. „ Ex qua
lege, ut vides, *Spurii* appellantur etiam *Quæsiti*.

30 Filii *ex damnato coitu* dicuntur illi, qui nascuntur a parentibus, inter quos nec tempore conceptionis, nec tempore nativitatis potuit esse Matrimonium; Novella 74. *cap.* 6. Unde nati ex damnato coitu de Jure Canonico cum Spuriis conveniunt. Imo etiam de Jure civili, excepto quod nati ex concubina de Jure civili etiam *Spurii*, non vero ex damnato coitu vocari possint; *l.* 1. *& sequent. ff. de concubin.* qui tamen concubinatus per Leges Ecclesiæ sublatus est: *cap. Nemo* 4. *caus.* 32. *quæst.* 4. & Concil. Tridentin. *sess.* 24. *cap.* 8. *de re-*
31 *format.* Horum *Superiorum*, seu natorum ex *damnato coitu* alii sunt, & vocantur *Nothi*, qui videlicet nascuntur ex conjugato, & soluta; Reiffenstuel. *lib.* 1. *decretal. tit.* 17. *num.* 2. Alii *adulterini*, qui scilicet ex adulterio ex parte utriusque gignuntur. Alii *Sacrilegi*, idest qui ex Religioso, aut Moniali, vel Clerico in Sacris constituto generantur. Alii *Incestuosi*, qui nempe ex parentibus affinitate, vel consanguinitate collaterali conjunctis nascuntur; §. *Inter eas*, *Instit de Nuptiis*. Alii *Nefarii*, idest qui ex patre, & filia aliorumque ascendentium, & descendentium copula procreantur; §. *Ergo In-*
stit. de Nuptiis.

32 Filii illegitimi naturales legitimantur per subsequens matrimonium inter parentes eorum legitime contractum; *cap. Conquestus* 1. *& c. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi*, ibi: *Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur*. Concordat *l. D ivi Constantini* 5. *l. Nuper* 11. *l. Cum quis* 18. *Cod. de natural. liber.* Etiam-
33 si matrimonium non sit consummatum, sed præcise ratum; Engel. *lib.* 4. *decretal. tit.* 17. *num.* 9. Pirhing. *ibid. num.* 36. Reiffenstuel. *ibid. num.* 13. Barbos. *in c. Tanta* 6. *Qui filii sint*
34 *legitimi*, & alii communiter. Et hoc quamvis Matrimonium contrahatur a senibus infirmis, aut etiam in periculo mortis; Barb. *loc. cit. num.* 8. Pirhing. *loc. cit.* Reiffenstuel. *loc. cit. num.* 32. Covarr. *part.* 2. *de matrim. cap.* 8. §. 2. *num.* 10. Pontius *lib.* 11. *cap.* 1. §. 2. *num.* 16. Azorius *tom.* 3. *lib.* 2.
35 *cap.* 13. *quæst.* 11. & communis aliorum. Sive matrimonium immediate, vel mediate sequatur generationem filii illegitime nati, adeo ut legitimetur filius, quamvis pater ejus non statim cum matre, sed cum alia prius contrahat, & postea hac defuncta, Matrimonium ineat cum Matre filii illegitimi: Pirhing. *loc. cit. num.* 36. Reiffenst. *loc. cit. num.* 33. Pontius *loc. cit. num.* 15. Abbas *in cit. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi num.* 3. Barb. *ibid. num.* 7. & alii communiter. Et ratio est, quia Jura allegata supra *num.* 32. plus non requirunt, quam ut matrimonium legitimum inter parentes prolis illegitimæ sequatur, nec specificant an mediate, vel immediate fieri debeat, & ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus: *c. Quia circa* 22. *de privileg.* & *l. De pretio ff. de Publician. in rem action.* eo vel maxime quod favores sint ampliandi; *c. Odia* 15 *de Regulis Juris in* 6., ibi: *Odia restringi, & favores convenit ampliari*, præsertim quando agitur de favore liberorum; *cap. Ex tenore* 14 *Qui filii sint legitimi*, ibi: *In favorem prolis potius inclinamus*.

36 Filii illegitimi naturales legitimantur per subsequens matrimonium, etiamsi fuerit clandestine contractum, dummodo fuerit validum, uti est in locis, ubi Concil. Trident. in disciplinalibus non est receptum; Barbos. *in cit. Cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi*, Sanchez *lib.* 3. *disp.* 44. *num.* 2. Pirhing.
37 *loc. cit. num.* 36. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 34. & alii. Quinimmo filii illegitimi naturales legitimantur per subsequens matrimonium, etiamsi tale matrimonium non sit verum, sed tantum putativum ratione bonæ fidei, ut verum existimatum; Si quis enim ex consanguinea fornicario concubitu suscipiat prolem, & postea ignarus consanguinitatis cum ea contrahat bona fide matrimonium, proles illa erit legitima ratione talis subsequentis matrimonii; *arg. Cap. Ex tenore* 14. *Qui filii sint legitimi*, Gonzales *in cap. Cum inter* 2. *eodem titul. num.* 6. Pirhing. *loc. cit. num.* 36. Pontius *lib.* 7. *cap.* 1. §. 2. *num.* 13. Covarruv. *in* 4. *decretal. part.* 2. *cap.* 8, §. 2. Gabriel. *in commun. conclus. lib.* 6. *de legitim. conclus.* 1. *num.* 4., & 5. & alii. Et ratio est, quia filii nati ex putativo matrimonio pro legitimis declarantur, textu expresso *in Cap. Cum inter* 2. *Qui filii sint legitimi*; ergo filii prius illegitime nati per subsequens putativum matrimonium legitimantur, non enim apparet ratio cur idem matrimonium putativum habeat vim faciendi ut filii legitime nascantur, & non habeat vim legitimandi filios prius illegitime natos. Tum quia in dubiis favorabilior Juris interpretatio est assumenda; *Cap. Estote* 2. *de Regulis Juris*, præsertim cum agitur de favore liberorum; *Cap. Ex tenore* 14. *Qui filii sint legitimi*. Non desunt tamen ma- 38
gni nominis Doctores contrarium sentientes, ut Abbas in *Cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitim.*, Engel. *lib.* 4. *decretal. tit.* 17. *num.* 9. Reiffenstuel. *ibid. num.* 36. Zoesius *ibid. nu.* 13. Fachin. *lib.* 1. *controv. cap.* 55. Molina *tom.* 1. *tractat.* 2. *de justitia & Jure disp.* 172. *num.* 11. & alii.

Filii Spurii, seu nati ex damnato coitu, idest a parentibus, 39
inter quos nec tempore conceptionis, nec nativitatis poterat esse matrimonium, per subsequens matrimonium, non legitimantur; *Communis Doctorum arg. cit. cap. Tanta* 6. *Qui filii sunt legitimi*, in cujus summario sic præcise habetur: *Naturales legitimantur per subsequens parentum conjugium, Spurii vero non*. Hoc tamen procedit solum in casu quo uterque 40
parens scit tale impedimentum contrahendi inter se pro tunc matrimonium, ex quo v. gr. unus reperiatur Uxoratus, & sic filius sciente utroque parente susceptus sit ex adulterio. Non autem in casu, quo unus ex parentibus sciverit, & alter ignoraverit; tunc enim bona fides alterius parentis ignorantis adulterium facit, ut filius ille legitimus fiat subsecuto inter eosdem parentes matrimonio, textu expresso in *Cap. Ex tenore* 14. *Qui filii sint legitimi*, & tenet *communis Do-* 41
ctorum. Dicitur autem notanter, *inter quos nec tempore conceptionis, nec nativitatis poterat esse matrimonium*, quia si parentes fuerint inhabiles ad contrahendum inter se matrimonium pro tempore, quo fuit concepta proles, & facti sint habiles pro tempore quo proles nata est, ut si v. g. vir vivente uxore sua aliam imprægnet, & postea Uxor moriatur, antequam adultera partum edat, proles ex tali adulterio concepta legitimatur per subsequens parentum matrimonium; Engel *lib.* 4. *decretal. tit.* 17. *num.* 11. Reiffenstuel. *ibid. numer.* 39. Covarr. *de Matr. part.* 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 2. Pontius *lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 2. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 7. *numer.* 19. Molina *cit. disp.* 172. *num.* 4. & alii plurimi. Et ratio est, quia universaliter in quæstionibus, in quibus est dubitatio de statu liberorum, attenditur tempus partus, vel conceptionis, prout nempe exigit favor, aut utilitas liberorum, textu expresso *in leg. Nuper* 11. Cod. *de natural. lib.* concordat Novell. 39. *cap.* 8. Sic etiam per subsequens matrimonium legitimatur pro- 42
les concepta tempore, quo parentes ratione affinitatis, vel consanguinitatis erant inhabiles ad contrahendum inter se, si ante nativitatem sublato per dispensationem Apostolicam impedimento, facti sint habiles, & matrimonium contraxerint; Barbosa in *Cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi num.* 31. Reiffenstuel *l. c. n.* 41. & alii passim.

Legitimi per subsequens matrimonium habentur in omni- 43
bus pro veris legitimis, perinde ac si ab initio ex legitimo matrimonio concepti fuissent, unde æque ac legitime concepti succedunt in hæreditate ex testamento, & ab Intestato, sunt habiles ad Ordines, & Dignitates, tum sæculares, tum Ecclesiasticas, *arg. cit. cap. Tanta*, & *Leg. Cum quis* 10. *de natural lib.* Novell. 12. *cap.* 4. Novell. 74. *cap.* 2. §. 2. Institut. *de Hared. abintest.*, & sic communis Doctorum cum Glossa *in cit. Cap. Tanta verb. Legitimi*, ubi pro ratione adducit, quod subsequens matrimonium omnia præcedentia purgat. Legitimatis per subsequens matrimonium possunt dari litteræ, seu attestationes, quod sint legitime na- 44
ti, & sic legitimati veniunt in dispositione hominum, & statutorum volentium, quod quis debeat esse legitime natus; Richter. *part.* 2. *decis.* 80. *num.* 17. Reiffenstuel *loc. cit. n.* 43. Ex speciali tamen dispositione Sixti V. facta Ann. 1590. in 45
Constit. incip. *Post quam verus*, tales legitimati per subsequens matrimonium non possunt promoveri ad Cardinalatum.

Filii illegitimi, nedum legitimantur per subsequens matri- 46
monium; sed etiam per Rescriptum Principis; *Communis*. Et quidem Papa habet potestatem legitimandi quoscumque illegitimos quoad ordines, honores, dignitates, ac Beneficia Ecclesiastica ubique terrarum, & quoad successionem hæreditariam, honores, & dignitates sæculares in Terris temporali suæ jurisdictioni immediate subjectis; *Communis*, textu expresso in *Cap. Venerabilem* 13. *Qui filii sint legitimi*. 47
Imo potest Papa legitimare illegitimos quoscumque etiam quoad successionem in hæreditate, & bonis temporalibus in Terris alienis, non tamen solet regulariter hoc facere; Pirhing. *lib.* 4. *decretal. tit.* 17. *num.* 43. Barbosa *in cit. Cap. Per Venerabilem* 13. *Qui filii sint legitimi*, *numer.* 3. ubi pro hac sententia citat Hostiensem, Goffredum, Germonium, Præ-

posi-

positum, & S. Rotam Romanam, quæ, ut observat ipse, reprobat omnes alios contrarium sentientes. Et revera in
48 casu extraordinario, & ubi communis necessitas, vel alia ardua causa urgeat, posse Papam legitimare quoad temporalia etiam illegitimum non subditum, ultra quam quod concedunt omnes Doctores, habetur expresse *in cit. Cap. Per Venerabilem* §. *Rationibus igitur*, ubi Papa dicit, hoc ei competere, tam ex veteri, quam ex novo testamento, ibi: „ Causam tam ex veteri, quam ex novo testamento trahen„ tes, quod non solum in Ecclesiæ patrimonio (super quo „ plenam in temporalibus gerimus potestatem) verum etiam „ in aliis Regionibus, certis causis inspectis temporalem„ jurisdictionem casuliter exercemus.

49 Principes supremi superiorem non agnoscentes possunt legitimare suos subditos sæculares illegitime natos; *Communis*,
50 *ac certa*. Ex privilegio possunt legitimare etiam Legati Se-
51 dis Apostolicæ, & Comites Palatini; *Communis*. Ad quos autem illegitimos, & ad quæ se extendat eorum facultas legitimandi, desumendum est ex tenore Rescripti, aut privilegii a Supremo respective Principe eis concessi, quia eorum facultas non potest se extendere ultra tenorem Rescripti, *arg. Cap. Cum dilecta* 22. *de Rescript.*, & *leg. Diligenter ff.*
52 *mandati*. De jure solum illegitimi naturales, de consuetudine autem solent legitimari Rescripto Principis etiam omnes alii illegitimi; *Communis*. Legitimati Rescripto Principis sæ-
53 cularis non fiunt habiles, nisi ad effectus politicos, & sæculares, & nullatenus ad effectus Ecclesiasticos: *Communis*.
54 Legitimati vero a Papa fiunt habiles ad effectus Ecclesiasticos, & ad effectus politicos, maxime existentes sub ejus juri-
55 sdictione temporali; *Communis*. Legitimati per subsequens matrimonium per omnia æquiparantur legitime natis, & etiam vocari possunt legitime nati, & comprehenduntur in dispositione hominum, & statutorum requirentium, ut quis sit legitime natus, *arg. leg. Cum quis* 10. *de natur. lib.* Novell. 12. *cap.* 4. Novell. 74. *cap.* 2. §. 2. Instit. *de Hæred. ab intest.*, & *Cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi*, & ibi Glossa communiter recepta. Non sic autem legitimati per Rescriptum Prin-
56 cipis, qui in iis tantum æquiparantur legitime natis, ad quæ se extendit gratia Rescripti, quod est maxime attendendum, *arg. cap. Cum dilecta* 22. *de Rescriptis*.

57 Illegitimi omnes prohibentur ordinari, nisi vel Religionem approbatam ingrediantur, vel cum aliquo rite fuerit dispensatum, textu expresso *in cap. Ut filii* 1. *de filiis Presbyterorum ordinandis*, *vel non*, & in *cap. Is*, *qui* 1. *eodem tit.*
58 *in* 6. Illegitimi, si Religionem approbatam ingrediantur, possunt ordinari, non vero ad Prælaturam assumi; *Cap. Presbyterorum*, 1. *dist.* 56. *& cit. Cap. Ut filii*. Ad Ordines ma-
59 jores & Beneficia Curata, sicut, & Dignitates, Personatus, atque Canonicatus Cathedralium Ecclesiarum dispensat cum illegitimis solus Papa, & is, cui hanc facultatem ex speciali privilegio concesserit; *Communis*. Et ratio est, quia Irregularitas ex defectu natalium proveniens, est solius Juris positivi humani, seu Ecclesiastici, supra quod sine dubio Papa, & is, cui id concesserit, potest dispensare, textu ex-
expresso *in cap. Proposuit* 4. *de concession. Præbendæ*. Et quod solus Papa possit dispensare ad supradicta, patet *ex cap. Nimis* 18. *de filiis Presbyterorum &c.*, & *Cap. Is*, *qui* 1. *eod. tit. in* 6. *& cap. Quamvis* 4. *de Præbendis in* 6. Episcopus
60 cum illegitimis dispensat quoad Ordines minores, ac Beneficium simplex, & ad Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ, quoties non requirunt Ordinem Sacrum, *Cap. Is*, *qui* 1. *de filiis Presbyteror. in* 6. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 45. *num.* 20., *& de Canonicis*, *& Dignitatib. cap.* 13. *num.* 25. Zerola *in praxi Episcopor. quæst.* 1. *verb. Canonica*, Garzias *de Benefic. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 69. Reiffenstuel *lib.* 1. *decretal. tit.* 17. *num.* 11., & alii passim. Dicitur autem, quo-
61 ties non requirunt Ordinem Sacrum, quia, cum in tali Ordine nequeat dispensare Episcopus cum illegitimis, *ex cap. Ut filii Presbyterorum*, *& cap. Is*, *qui* 1. *eod. tit. in* 6. neque poterit dispensare in Beneficiis simplicibus, & Canonicatibus Collegiatæ, quoties requirunt Sacrum Ordinem; *arg. c. Translato* 3. *de Constit.* ac notat Glossa *in cap. Is*, *qui* 1. *verb. Tale*, *de filiis Presbyterorum in* 6. Capitulum Sede vacante
62 potest dispensare cum illegitimis in iis, in quibus potest Episcopus, cum succedat Episcopo in iis, quæ sunt ordinariæ jurisdictionis, sicuti est talis dispensatio; Zerola *part.* 2. *praxis Episc. verf. Capitulum*, §. *Tertio*, Navarrus *consil.* 7. *de Filiis Presbyterorum*; Barbos. *loc. cit. num.* 25. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 15. & alii passim.

Filius illegitimus dispensatus ad Ordines minores, non cen- 63
setur dispensatus ad Beneficium etiam simplex, quia hæc duo sunt separabilia, atque executio Ordinum potest stare sine Beneficio; Barbos. *in tract. de Appellativa verborum significat. verb. Ordo in* 6. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 21. Garzias *de Beneficiis part.* 1. *cap.* 6. *num.* 70., *& seq.* cum aliis ibi citatis. Si vero sit dispensatus ad Ordines Sacros, hoc ipso videtur 64
dispensatus ad obtinendum simplex Beneficium, ne alioquin in opprobrium Ordinis Clericalis mendicare cogatur, *arg. Cap. Proposuit* 6. *de Filiis Presbyterorum*, ibi: Quia indi- 65
„ gnum est, ut ipse postquam est in Subdiaconatu ordinatus,
„ omnino debeat Ecclesiastici Beneficii provisione carere &c.
& ibi Glossa *verb. Carere*, Abbas *num.* 1. & alii. Illegitimus simpliciter dispensatus ad Beneficia non potest obtinere nisi unicum, non autem duo simul, textu expresso *in cap. Is*, *qui* 1. *de Filiis Presbyteror. in* 6. §. *Ille vero*, ibi: *Nisi unicum Beneficium obtinere*. Sic dispensatus simpliciter ad Beneficium 66
potest solummodo obtinere simplex, non autem Beneficium Curatum, Dignitatem, aut Personatum; Garzias *de Beneficiis part.* 1. *cap.* 6. *num.* 59. citans Rotam *decis.* 2. *de Filiis Presbyterorum in novis*; Rebuff. *tit. de dispensatione super defectu natalium num.* 51., *& seq.* Reiffenstuel *loc. cit. numer.* 19. Barbosa, & alii passim. Et ratio est, quia talis dispensatio veluti odiosa est stricte interpretanda, sicque ly *Beneficium* simpliciter positum pro solo simplici accipi debet, arg. *Cap. Nimis* 18. *de Filiis Presbyteror.*, *& cap. Is*, *qui* 1. *eodem in* 6. *& Cap. Quamvis plenissima* 4. *de præbend. in* 6.

Filius illegitimus nequit in Ecclesia, ubi Pater ejus benefi- 67
cium habet, vel habuit, quodcumque Beneficium obtinere; *Cap. Ad præsentiam* 2. *cap. Cum decorem* 15., *& Cap. Ad abolendam*, 16. *de Filiis Presbyteror.*, et expresse Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. *de reformat.*, ibi: „ Ut paternæ incon-
„ tinentiæ memoria a locis Deo consecratis, quos maxime
„ puritas sanctitasque decet, longissime arceatur, non li-
„ ceat Filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt Ma-
„ trimonio in Ecclesiis, ubi eorum Patres Beneficium aliquod
„ Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam
„ dissimile beneficium obtinere. Nec in dictis Ecclesiis quo-
„ quo modo ministrare, nec pensiones super fructibus Bene-
„ ficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinue-
„ runt, habere. Imo Filius illegitimus in tali Ecclesia nec 68
etiam potest Sacristam, Musicum, aut alium ministrum agere; Colligitur ex Concil. Trid., *loc. cit.*, ibi: *Nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare*, et sic fuisse decisum a Sac. Congregat. refert Barbosa *de Offic.*, *& potest. Episcop. p.* 3. *all.g.* 65. *num.* 20., et tenent Navarr. *consil.* 1. *quæst.* 17. *de Constit.* Garzias *de Beneficiis part.* 7. *cap.* 3. *numer.* 68. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 31., et alii passim. Etiamsi fuerit illegiti- 69
me natus ante Clericatum parentis; et ratio est, quia etiam illegitime procreatis ante Clericatum urget ratio allata a Concil. Trid. *loc. cit.* scilicet *Ut paternæ incontinentiæ memoria a locis Deo consecratis arceatur*, et sic fuisse a Sacra Congregat. decisum refert Garzias *loco citato cap.* 3. *num.* 15., et sequitur Barbosa *loc. cit. allegat.* 65. *n.* 6. cum aliis.

Filius Presbyteri quamvis legitimus, idest procreatus le- 70
gitime ante Clericatum nequit immediate succedere in Beneficio paterno, textu expresso *in Cap. Joniam* 10. *& cap. Ad extirpandas* 11., *& cap. Michael* 13. *de Filiis Presbyteror.* Potest tamen Filius legitimus Presbyteri succedere me- 71
diate in Beneficio paterno, textu expresso *in cap. Ex transmissa* 7. *de Filiis Presbyteror.* Barbosa *loc. cit. alleg.* 65. *num.* 16. Garzias *loc. cit. cap.* 3. *num.* 18. Pirhing. *lib.* 1. *decretal. num.* 50. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 34., & alii communiter. 72
Filius legitimus Presbyteri potest habere aliud dissimile Beneficium in Ecclesia, in qua Pater ministrat, textu expresso *in cap. Ad hæc* 12. *de Filiis Presbyter.* Imo Filius legitimus 73
Presbyteri potest etiam præesse Ecclesiæ, in qua Pater sine titulo quandoque ministravit, textu claro *in Cap. Constitutus* 8. *de Filiis Presbyter.* Tunc enim non fit successio in Ecclesia, vel Beneficio, cum istud Pater non præhabuerit. Solus Papa dispensat, ut Filius immediate succedat Patri in 74
Beneficio, textu expresso *in cap. Dilectus Filius* 17. *de Filiis Presbyteror.* Potest tamen absque alia dispensatione Pater 75
succedere immediate in Beneficio præhabito, a suo Filio legitimo, sic fuisse decisum a *Sacra Congregat. Concilii* 22. *Decemb.* 1694. refert Garzias *de Beneficiis part.* 7. *cap.* 3. *num.* 29., & tenet Engel *lib.* 1. *decretal. tit.* 17. *num.* 3. Reiffenstuel *ibidem num.* 39. Barbosa *de Offic.*, *& potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 65. *n.* 17. & alii communiter.

Filius

hominum, ibi „ Vulgo quæsiti sunt qui patrem demonstrare
„ non possunt, vel possunt quidem, sed eum habent, quem
29 „ habere non licet, qui & Spurii appellantur. „ Ex qua
lege, ut vides, *Spurii* appellantur etiam *Quæsiti*.

30 Filii *ex damnato coitu* dicuntur illi, qui nascuntur a parentibus, inter quos nec tempore conceptionis, nec tempore nativitatis potuit esse Matrimonium; Novella 74. *cap.* 6. Unde nati ex damnato coitu de Jure Canonico cum Spuriis conveniunt. Imo etiam de Jure civili, excepto quod nati ex concubina de Jure civili etiam *Spurii*, non vero ex damnato coitu vocari possunt; *l.* 1. *& sequent. ff. de concubin.* qui tamen
31 concubinatus per Leges Ecclesiæ sublatus est: *cap. Nemo* 4. *caus.* 32. *quæst.* 4. & Concil. Tridentin. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reformat.* Horum *Superiorum*, seu natorum ex *damnato coitu* alii sunt, & vocantur *Nothi*, qui videlicet nascuntur ex conjugato, & soluta; Reiffenstuel. *lib.* 1. *decretal. tit.* 17. *num.* 2. Alii *adulterini*, qui scilicet ex adulterio ex parte utriusque gignuntur. Alii *Sacrilegi*, idest qui ex Religioso, aut Moniali, vel Clerico in Sacris constituto generantur. Alii *Incestuosi*, qui nempe ex parentibus affinitate, vel consanguinitate collaterali conjunctis nascuntur; §. *Inter eas*, *Instit de Nuptiis*. Alii *Nefarii*, idest qui ex patre, & filia aliorumque ascendentium, & descendentium copula procreantur; §. *Ergo Instit. de Nuptiis*.

32 Filii illegitimi naturales legitimantur per subsequens matrimonium inter parentes eorum legitime contractum; *cap. Conquestus* 1. *& c. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi*, ibi: *Tanta est vis matrimonii, ut qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium legitimi habeantur*. Concordat *l. Divi Constantini* 5. *l. Nuper* 11. *l. Cum quis* 18. *Cod. de natural. liber.* Etiamsi matrimonium non sit consummatum, sed præcise ratum;
33 Engel. *lib.* 4. *decretal. tit.* 17. *num.* 9. Pirhing, *ibid. num.* 36. Reiffenstuel. *ibid. num.* 13. Barbos. *in c. Tanta* 6. *Qui filii sint*
34 *legitimi*, & alii communiter. Et hoc quamvis Matrimonium contrahatur a senibus infirmis, aut etiam in periculo mortis; Barb. *loc. cit. num.* 8. Pirhing. *loc. cit.* Reiffenstuel. *loc. cit. num.* 32. Covarr. *part.* 2. *de matrim. cap.* 8. §. 2. *num.* 10. Pontius *lib.* 11. *cap.* 1. §. 2. *num.* 16. Azorius *tom.* 3. *lib.* 2.
35 *cap.* 13. *quæst.* 11. & communis aliorum. Sive matrimonium immediate, vel mediate sequatur generationem filii illegitime nati, adeo ut legitimetur filius, quamvis pater ejus non statim cum matre, sed cum alia prius contrahat, & postea hac defuncta, Matrimonium ineat cum Matre filii illegitimi: Pirhing. *loc. cit. num.* 36. Reiffenst. *loc. cit. num.* 33. Pontius *loc. cit. num.* 15. Abbas *in cit. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi num.* 3. Barb. *ibid. num.* 7. & alii communiter. Et ratio est, quia Jura allegata supra *num.* 32. plus non requirunt, quam ut matrimonium legitimum inter parentes prolis illegitimæ sequatur, nec specificant an mediate, vel immediate fieri debeat, & ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus: *c. Quia circa* 22. *de privileg.* & *l. De pretio ff. de Publician. in rem action.* eo vel maxime quod favores sint ampliandi; *c. Odia* 15 *de Regulis Juris in* 6., ibi: *Odia restringi, & favores convenit ampliari*, præsertim quando agitur de favore liberorum; *cap. Ex tenore* 14 *Qui filii sint legitimi*, ibi: *In favorem prolis potius inclinamus*.

36 Filii illegitimi naturales legitimantur per subsequens matrimonium, etiamsi fuerit clandestine contractum, dummodo fuerit validum, uti est in locis, ubi Concil. Trident. in disciplinalibus non est receptum; Barbos. *in cit. Cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi*, Sanchez *lib.* 3. *disp.* 44. *num.* 2. Pirhing.
37 *loc. cit. num.* 36. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 34. & alii. Quinimmo filii illegitimi naturales legitimantur per subsequens matrimonium, etiamsi tale matrimonium non sit verum, sed tantum putativum ratione bonæ fidei, ut verum existimatum; Si quis enim ex consanguinea fornicario concubitu suscipiat prolem, & postea ignarus consanguinitatis cum ea contrahat bona fide matrimonium, proles illa erit legitima ratione talis subsequentis matrimonii; *arg. Cap. Ex tenore* 14. *Qui filii sint legitimi*, Gonzales *in cap. Cum inter* 2. *eodem titul. num.* 6. Pirhing. *loc. cit. num.* 36. Pontius *lib.* 7. *cap.* 1. §. 2. *num.* 13. Covarruv. *in* 4. *decretal. part.* 2. *cap.* 8, §. 2. Gabriel. *in commun. conclus. lib.* 6. *de legitim. conclus.* 1. *num.* 4., & 5. & alii. Et ratio est, quia filii nati ex putativo matrimonio pro legitimis declarantur, textu expresso *in Cap. Cum inter* 2. *Qui filii sint legitimi*; ergo filii prius illegitime nati per subsequens putativum matrimonium legitimantur, non enim apparet ratio cur idem matrimonium putativum habeat vim faciendi ut filii legitime nascantur, & non habeat vim legitimandi filios prius illegitime natos. Tum quia in dubiis favorabilior Juris interpretatio est assumenda; *Cap. Estote* 2. *de Regulis Juris*, præsertim cum agitur de favore liberorum; *Cap. Ex tenore* 14. *Qui filii sint legitimi*. Non desunt tamen ma- 38
gni nominis Doctores contrarium sentientes, ut Abbas in *Cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitim.*, Engel. *lib.* 4. *decretal. tit.* 17. *num.* 9. Reiffenstuel. *ibid. num.* 36. Zoesius *ibid. nu.* 13. Fachin. *lib.* 1. *controv. cap.* 55. Molina *tom.* 1. *tractat.* 2. *de justitia & Jure disp.* 172. *num.* 11. & alii.

Filii Spurii, seu nati ex damnato coitu, idest a parentibus, 39
inter quos nec tempore conceptionis, nec nativitatis poterat esse matrimonium, per subsequens matrimonium, non legitimantur; *Communis Doctorum arg. cit. cap. Tanta* 6. *Qui filii sunt legitimi*, in cujus summario sic præcise habetur: *Naturales legitimantur per subsequens parentum conjugium, Spurii vero non*. Hoc tamen procedit solum in casu quo uterque 40
parens scit tale impedimentum contrahendi inter se pro tunc matrimonium, ex quo v. gr. unus reperiatur Uxoratus, & sic filius sciente utroque parente susceptus sit ex adulterio. Non autem in casu, quo unus ex parentibus sciverit, & alter ignoraverit; tunc enim bona fides alterius parentis ignorantis adulterium facit, ut filius ille legitimus fiat subsecuto inter eosdem parentes matrimonio, textu expresso in *Cap. Ex tenore* 14. *Qui filii sint legitimi*, & tenet *communis Doctorum*. Dicitur autem notanter, *inter quos nec tempore conceptionis, nec nativitatis poterat esse matrimonium*, quia si 41
parentes fuerint inhabiles ad contrahendum inter se matrimonium pro tempore, quo fuit concepta proles, & facti sint habiles pro tempore quo proles nata est, ut si v. g. vir vivente uxore sua aliam imprægnet, & postea Uxor moriatur, antequam adultera partum edat, proles ex tali adulterio concepta legitimatur per subsequens parentum matrimonium; Engel *lib.* 4. *decretal. tit.* 17. *num.* 11. Reiffenstuel. *ibid. numer.* 39. Covarr. *de Matr. part.* 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 2. Pontius *lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 2. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 7. *numer.* 19. Molina *cit. disp.* 172. *num.* 4. & alii plurimi. Et ratio est, quia universaliter in quæstionibus, in quibus est dubitatio de statu liberorum, attenditur tempus partus, vel conceptionis, prout nempe exigit favor, aut utilitas liberorum, textu expresso *in leg. Nuper* 11. Cod. *de natural. lib.* concordat Novell. 39. *cap.* 8. Sic etiam per subsequens matrimonium legitimatur pro- 42
les concepta tempore, quo parentes ratione affinitatis, vel consanguinitatis erant inhabiles ad contrahendum inter se, si ante nativitatem sublato per dispensationem Apostolicam impedimento, facti sint habiles, & matrimonium contraxerint; Barbosa in *Cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi num.* 31. Reiffenstuel *l. c. n.* 41. & alii passim.

Legitimi per subsequens matrimonium habentur in omni- 43
bus pro veris legitimis, perinde ac si ab initio ex legitimo matrimonio concepti fuissent, unde æque ac legitime concepti succedunt in hæreditate ex testamento, & ab Intestato, sunt habiles ad Ordines, & Dignitates, tum sæculares, tum Ecclesiasticas, *arg. cit. cap. Tanta*, *& Leg. Cum quis* 10. *de natural lib.* Novell. 12. *cap.* 4. Novell. 74. *cap.* 2. §. 2. Institut. *de Hæred. abintest.*, & sic communis Doctorum cum Glossa *in cit. Cap. Tanta verb. Legitimi*, ubi pro ratione adducit, quod subsequens matrimonium omnia præcedentia purgat. Legitimatis per subsequens matrimonium possunt dari litteræ, seu attestationes, quod sint legitime na- 44
ti, & sic legitimati veniunt in dispositione hominum, & statutorum volentium, quod quis debeat esse legitime natus; Richter. *part.* 2. *decis.* 80. *num.* 17. Reiffenstuel *loc. cit. n.* 43. Ex speciali tamen dispositione Sixti V. facta Ann. 1590. in 45
Constit. incip. *Post quam verus*, tales legitimati per subsequens matrimonium non possunt promoveri ad Cardinalatum.

Filii illegitimi, nedum legitimantur per subsequens matri- 46
monium; sed etiam per Rescriptum Principis; *Communis*. Et quidem Papa habet potestatem legitimandi quoscumque illegitimos quoad ordines, honores, dignitates, ac Beneficia Ecclesiastica ubique terrarum, & quoad successionem hæreditariam, honores, & dignitates sæculares in Terris temporali suæ jurisdictioni immediate subjectis; *Communis*, textu expresso in *Cap. Venerabilem* 13. *Qui filii sint legitimi*. Imo potest Papa legitimare illegitimos quoscumque etiam 47
quoad successionem in hæreditate, & bonis temporalibus in Terris alienis, non tamen solet regulariter hoc facere; Pirhing. *lib.* 4. *decretal. tit.* 17. *num.* 43. Barbosa *in cit. Cap. Per Venerabilem* 13. *Qui filii sint legitimi*, *numer.* 3. ubi pro hac sententia citat Hostiensem, Goffredum, Germonium, Præ-

posi-

positum, & S. Rotam Romanam, quæ, ut observat ipse, reprobat omnes alios contrarium sentientes. Et revera in 48
casu extraordinario, & ubi communis necessitas, vel alia ardua causa urgeat, posse Papam legitimare quoad temporalia etiam illegitimum non subditum, ultra quam quod concedunt omnes Doctores, habetur expresse *in cit. Cap. Per Venerabilem* §. *Rationibus igitur*, ubi Papa dicit, hoc ei competere, tam ex veteri, quam ex novo testamento, ibi: „ Causam tam ex veteri, quam ex novo testamento trahen-
„ tes, quod non solum in Ecclesiæ patrimonio (super quo
„ plenam in temporalibus gerimus potestatem) verum etiam
„ in aliis Regionibus, certis causis inspectis temporalem
„ jurisdictionem casualiter exercemus.

Principes supremi superiorem non agnoscentes possunt le- 49
gitimare suos subditos sæculares illegitime natos; *Communis*, 50
ac certa. Ex privilegio possunt legitimare etiam Legati Sedis Apostolicæ, & Comites Palatini; *Communis*. Ad quos 51
autem illegitimos, & ad quæ se extendat eorum facultas legitimandi, desumendum est ex tenore Rescripti, aut privilegii a Supremo respective Principe eis concessi, quia eorum facultas non potest se extendere ultra tenorem Rescripti, *arg. Cap. Cum dilecta* 22. *de Rescript.*, *& leg. Diligenter ff. mandati*. De jure solum illegitimi naturales, de consuetu- 52
dine autem solent legitimari Rescripto Principis etiam omnes alii illegitimi; *Communis*. Legitimati Rescripto Principis sæ- 53
cultalis non fiunt habiles, nisi ad effectus politicos, & sæculares, & nullatenus ad effectus Ecclesiasticos: *Communis*. 54
Legitimati vero a Papa fiunt habiles ad effectus Ecclesiasticos, & ad effectus politicos, maxime existentes sub ejus ju- 55
risdictione temporali; *Communis*. Legitimati per subsequens matrimonium per omnia æquiparantur legitime natis, & etiam vocari possunt legitime nati, & comprehenduntur in dispositione hominum, & statutorum requirentium, ut quis sit legitime natus, *arg. leg. Cum quis* 10. *de natur. lib.* Novell. 12. *cap.* 4. Novell. 74. *cap.* 2. §. 2. Instit. *de Hæred. ab intest.*, & *Cap. Tanta* 6. *Qui filii sint legitimi*, & ibi Glossa communiter recepta. Non sic autem legitimati per Rescriptum Prin- 56
cipis, qui in iis tantum æquiparantur legitime natis, ad quæ se extendit gratia Rescripti, quod est maxime attendendum, *arg. cap. Cum dilecta* 22. *de Rescriptis*.

Illegitimi omnes prohibentur ordinari, nisi vel Religio- 57
nem approbatam ingrediantur, vel cum aliquo rite fuerit dispensatum, textu expresso *in cap. Ut filii* 1. *de filiis Presbyterorum ordinandis*, *vel non*, & in *cap. Is*, *qui* 1. *eodem tit. in* 6. Illegitimi, si Religionem approbatam ingrediantur, 58
possunt ordinari, non vero ad Prælaturam assumi; *Cap. Presbyterorum*, 1. *dist.* 56. *& cit. Cap. Ut filii*. Ad Ordines ma- 59
jores & Beneficia Curata, sicut, & Dignitates, Personatus, atque Canonicatus Cathedralium Ecclesiarum dispensat cum illegitimis solus Papa, & is, cui hanc facultatem ex speciali privilegio concesserit; *Communis*. Et ratio est, quia Irregularitas ex defectu natalium proveniens, est solius Juris positivi humani, seu Ecclesiastici, supra quod sine dubio Papa, & is, cui id concesserit, potest dispensare, textu expresso *in cap. Proposuit* 4. *de concession. Præbendæ*. Et quod solus Papa possit dispensare ad supradicta, patet *ex cap. Nimis* 18. *de filiis Presbyterorum &c.*, *& Cap. Is*, *qui* 1. *eod. tit. in* 6. *& cap. Quamvis* 4. *de Præbendis in* 6. Episcopus 60
cum illegitimis dispensat quoad Ordines minores, ac Beneficium simplex, & ad Canonicatus Ecclesiæ Collegiatæ, quoties non requirunt Ordinem Sacrum, *Cap. Is*, *qui* 1. *de filiis Presbyteror. in* 6. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 45. *num.* 20., *& de Canonicis*, *& Dignitatib. cap.* 13. *num.* 25. Zerola *in praxi Episcopor. quæst.* 1. *verb. Canonica*, Garzias *de Benefic. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 69. Reiffenstuel *lib.* 1. *decretal. tit.* 17. *num.* 11., & alii passim. Dicitur autem, quo- 61
ties non requirunt Ordinem Sacrum, quia, cum in tali Ordine nequeat dispensare Episcopus cum illegitimis, *ex cap. Ut filii Presbyterorum*, *& cap. Is*, *qui* 1. *eod. tit. in* 6. neque poterit dispensare in Beneficiis simplicibus, & Canonicatibus Collegiatæ, quoties requirunt Sacrum Ordinem; *arg. c. Translato* 3. *de Constit.* ac notat Glossa *in cap. Is*, *qui* 1. *verb. Tale*, *de filiis Presbyterorum in* 6. Capitulum Sede vacante 62
potest dispensare cum illegitimis in iis, in quibus potest Episcopus, cum succedat Episcopo in iis, quæ sunt ordinariæ jurisdictionis, sicuti est talis dispensatio; Zerola *part.* 2. *praxis Episc. verf. Capitulum*, §. *Tertio*, Navarrus *consil.* 7. *de Filiis Presbyterorum*; Barbos. *loc. cit. num.* 25. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 15. & alii passim.

Filius illegitimus dispensatus ad Ordines minores, non cen- 63
setur dispensatus ad Beneficium etiam simplex, quia hæc duo sunt separabilia, atque executio Ordinum potest stare sine Beneficio; Barbos. *in tract. de Appellativa verborum significat. verb. Ordo in* 6. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 21. Garzias *de Beneficiis part.* 1. *cap.* 6. *num.* 70., *& seq.* cum aliis ibi citatis. Si vero sit dispensatus ad Ordines Sacros, hoc ipso videtur 64
dispensatus ad obtinendum simplex Beneficium, ne alioquin in opprobrium Ordinis Clericalis mendicare cogatur, *arg. Cap. Proposuit* 6. *de Filiis Presbyterorum*, ibi: Quia indi-
„ gnum est, ut ipse postquam est in Subdiaconatu ordinatus,
„ omnino debeat Ecclesiasticis Beneficii provisione carere &c.
& ibi Glossa *verb. Carere*, Abbas *num.* 1. & alii. Illegitimus 65
simpliciter dispensatus ad Beneficia non potest obtinere nisi unicum, non autem duo simul, textu expresso *in cap. Is*, *qui* 1. *de Filiis Presbyteror. in* 6. §. *Ille vero*, ibi: *Nisi unicum Beneficium obtinere*. Sic dispensatus simpliciter ad Beneficium 66
potest solummodo obtinere simplex, non autem Beneficium Curatum, Dignitatem, aut Personatum; Garzias *de Beneficiis part.* 1. *cap.* 6. *num.* 59. citans Rotam *decis.* 2. *de Filiis Presbyterorum in novis*; Rebuff. *tit. de dispensatione super defectu natalium num.* 51., *& seq.* Reiffenstuel *loc. cit. num.* 19. Barbosa, & alii passim. Et ratio est, quia talis dispensatio veluti odiosa est stricte interpretanda, sicque ly *Beneficium* simpliciter positum pro solo simplici accipi debet, arg. *Cap. Nimis* 18. *de Filiis Presbyteror.*, *& cap. Is*, *qui* 1. *eodem in* 6. *& Cap. Quamvis plenissima* 4. *de præbend. in* 6.

Filius illegitimus nequit in Ecclesia, ubi Pater ejus benefi- 67
cium habet, vel habuit, quodcumque Beneficium obtinere; *Cap. Ad præsentiam* 2. *cap. Cum decorem* 15., *& Cap. Ad abolendam*, 16. *de Filiis Presbyteror.*, et expresse Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 15. *de reformat.*, ibi: „ Ut paternæ incon-
„ tinentiæ memoria a locis Deo consecratis, quos maxime
„ puritas sanctitasque decet, longissime arceatur, non li-
„ ceat Filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt Ma-
„ trimonio, in Ecclesiis, ubi eorum Patres Beneficium aliquod
„ Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam
„ dissimile beneficium obtinere. Nec in dictis Ecclesiis quo-
„ quo modo ministrare, nec pensiones super fructibus Bene-
„ ficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinue-
„ runt, habere. Imo Filius illegitimus in tali Ecclesia nec 68
etiam potest Sacristam, Musicum, aut alium ministrum agere; Colligitur ex Concil. Trid., *loc. cit.*, ibi: *Nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare*, et sic fuisse decisum a Sac. Congregat. refert Barbosa *de Offic.*, *& potest. Episcop. p.* 3. *all.* 65. *num.* 20., et tenent Navarr. *consil.* 1. *quæst.* 17. *de Constit.* Garzias *de Beneficiis part.* 7. *cap.* 3. *numer.* 68. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 31., et alii passim. Etiamsi fuerit illegiti- 69
me natus ante Clericatum parentis; et ratio est, quia etiam illegitime procreatis ante Clericatum urget ratio allata a Concil. Trid. *loc. cit.* scilicet *Ut paternæ incontinentiæ memoria a locis Deo consecratis arceatur*, et sic fuisse a Sacra Congregat. decisum refert Garzias *loco citato cap.* 3. *num.* 15., et sequitur Barbosa *loc. cit. allegat.* 65. *n.* 6. cum aliis.

Filius Presbyteri quamvis legitimus, idest procreatus le- 70
gitime ante Clericatum nequit immediate succedere in Beneficio paterno, textu expresso *in Cap. Quoniam* 10. *& cap. Ad extirpandas* 11., *& cap. Michael* 13. *de Filiis Presbyteror.* Potest tamen Filius legitimus Presbyteri succedere me- 71
diate in Beneficio paterno, textu expresso *in cap. Ex transmissa* 7. *de Filiis Presbyteror.* Barbosa *loc. cit. alleg.* 65. *num.* 16. Garzias *loc. cit. cap.* 3. *num.* 18. Pirhing. *lib.* 1. *decretal. num.* 50. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 34., & alii communiter. 72
Filius legitimus Presbyteri potest habere aliud dissimile Beneficium in Ecclesia, in qua Pater ministrat, textu expresso *in cap. Ad hæc* 12. *de Filiis Presbyter.* Imo Filius legitimus 73
Presbyteri potest etiam præesse Ecclesiæ, in qua Pater sine titulo quandoque ministravit, textu claro *in Cap. Constitutus* 8. *de Filiis Presbyter.* Tunc enim non fit successio in Ecclesia, vel Beneficio, cum istud Pater non præhaberit. Solus Papa dispensat, ut Filius immediate succedat Patri in 74
Beneficio, textu expresso *in cap. Dilectus Filius* 17. *de Filiis Presbyteror.* Potest tamen absque alia dispensatione Pater 75
succedere immediate in Beneficio præhabito, a suo Filio legitimo, sic fuisse decisum a *Sacra Congregat. Concilii* 22. *Decemb.* 1694. refert Garzias *de Beneficiis part.* 7. *cap.* 3. *num.* 29., & tenet Engel *lib.* 1. *decretal. tit.* 17. *num.* 3. Reiffenstuel *ibidem num.* 39. Barbosa *de Offic.*, *& potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 65. *n.* 17. & alii communiter.

Filius

76 Filius familias (idem eſt de Filia familias) qui eſt filius naturalis, vel adoptivus ſub patria poteſtate conſtitutus, quatuor præſtare tenetur parentibus, ſcilicet amorem, obedien-
77 tiam, reverentiam, & auxilium. Contra amorem graviter peccat filius, ſi ſigna odii parentibus oſtendat, & aſperè tractet, ſi torvis oculis fere ſemper eos intueatur, ac ita aſpere, & dure loquatur, ac ſi odio haberet, ſi grave malum v. g. mortem eis optet. Ad hoc faciunt duæ propoſitiones merito damnatæ ab Innocentio XI. *die* 2. *Martii* 1679. Prima, quæ eſt in ordine 14. „ Licitum eſt ab-
„ ſoluto deſiderio cupere mortem Patris, non quidem ut
„ malum Patris, ſed ut bonum cupientis, quia ſcilicet ei ob-
„ ventura eſt pinguis hæreditas. Secunda, quæ eſt 15. in-
„ ordine: Licitum eſt Filio gaudere de parricidio pa-
„ rentis a ſe in ebrietate perpetrato propter ingentes divi-
78 „ tias inde ex hæreditate conſecutas. Contra reverentiam graviter peccat Filius, ſi perentes etiam leviter, ſi graviter contriſtet, ad gravem iram provocet, ſi maledicta, convitia, & hujuſmodi in eos conjiciat, ſi pauperes deſpiciat, vel nolit eos pro parentibus agnoſcere, ſi in foro externo etiam de vero crimine accuſet, extra crimen hæreſis, proditionis, vel conjurationis in Principem, cum non eſt alius corrigendi modus. Contra obedientiam graviter peccat Fi-
79 lius, ſi in re gravi ſit inobediens circa ea, quæ pertinent ad gubernationem domus, ad bonos mores, vel ad animæ ſalutem; ſi contra voluntatem parentis ducat Uxorem ſe indignam ideſt cum qua juxta ſuæ regionis praxim nequeat contrahere ſine dedecore; ſi ſine juſta cauſa nolit eam ducere, quam juſte vult parens, Contra debitum auxilium graviter peccat
80 filius, ſi non ſubveniat in gravi neceſſitate ſpirituali, vel corporali.

81 Bona Filiorum familias alia ſunt Caſtrenſia, alia quaſi Caſtrenſia, alia Adventitia, & alia Profectitia. Quæ ſint talia bona, & quid circa ipſa poſſint, vel non Filii, vid. verb.
82 *Bona art.4. a num.38. uſque ad finem*. Filius peccat graviter, & tenetur ad reſtitutionem, ſi rationabiliter invito Patre notabilem quantitatem ſurripiat de bonis paternis; *Communis*.
83 Quæautem ſit notabilis quantitas ſufficiens ad peccatum mortale, non ſatis conveniunt in hac aſſignanda Doctores; Leſſius enim *lib.* 2. *cap.*12. *dubitat.* 23. *num.*76. *de injuriis fortunarum*, Navarr. Filiucius, & alii volunt, filium non eſſe condemnandum peccati mortalis, ſi duos, vel tres aureos auferat a Patre divite; ſecus ſi a Mechanico exiguæ fortunæ. Salas de hoc rogatus reſpondit, filium unicum Patris habentis annue mille quingentos aureos, poſſe ſine mortali auferre ſingulis annis viginti vel triginta aureos, quod Lugo *diſt.*16. *ſect.*4. non improbat, ſi parens non ſit tenax, & filius jam adoleverit, ſimulque furetur ad uſus honeſtos. Bannes dicit, ad furtum grave filii parentis prædivitis requiri ſaltem quinquaginta aureos, quod Lugo *cit. diſp.*16. *num.*70. merito rejicit, niſi forte eſſet Filius Principis, aut Magnatis, Cenedo apud Tamburin. *lib.*8. *tit.*2. *cap.*5. *num.*3. dicit, non fore mortale, ſi filius intra annum non furetur ultra ſexdecim ſolidos Hollandicos; Fagundez, ſi non ultra quatuor, vel quinque. At quia in hoc generalis regula ſtatui nequit, Sporer *tom.*2. *tract.*5. *in ſept. & decim. præcept. Decalog. cap.* 5. *ſect.*2. *num.*57. merito dicit, quod prudens Confeſſarius arbitrari debet, non ſolum ex materia ablata, ſed etiam ex circumſtantiis perſonarum, ſcilicet ex ſtatu, & facultatibus parentis, ejus genio, & affectu in filium, & filiorum pluralitate, vel paucitate, ex filii accipientis ætate, & rei acceptæ uſu, & ſimilibus, ſemper tamen vitando extrema, ut nec temere peccati mortalis ſcrupulus iis injiciatur, nec etiam, quod ſedulo cavendum, anſa præbeatur ad furandum nimium de bonis parentum.

84 Filius peccat graviter, ſi expendat in res turpes, aut vanas (ut in ludum, in compotationes, in fœminas) contra voluntatem parentum notabilem ſummam ex pecunia ſibi tradita ad honeſtos uſus, V. G. ad emendos libros, veſtes, ad ſolvendum didactra Magiſtris; Navarr. *cap.* 17. *numer.* 164.
85 Leſſius *loc. cit. num.*77. *loc. cit. num.*77. & alii paſſim. Inſuper talis filius tenetur ad reſtitutionem, cum ad alium uſum jus non habuerit, maxime ſi parens inde damnum acceperit, ita ut ratione talis mali uſus facti a filio plus quam expendiſſet, debuerit pater expendere. Et ſi non poſſit reſtituere, tenetur adducere in diviſionem, niſi forte conſtet alios tantumdem expendiſſe, vel niſi parens condonaverit, aut pater, & fratres tales vanas, & turpes expenſas ſcientes non petant ſatisfactionem, quia in tali caſu cenſentur condonare;

Leſſius *loc. cit. num.*77. Burgh. *centuria* 2. *caſ.* 36., & alii. Si Filius alatur in loco diſtante a parentibus, poterit ex ali- 86
mentis moderate aliquid intumere in luſus honeſtos, & ſimiles honeſtas recreationes, V. G. 5. ex 100. Item illud, quod parcius vivendo relervat ex pecunia ſibi emiſſa; *Communis*. Filius in domo paterna laborans probabilius non poteſt pete- 87
re ſalarium, nec ſi illud negetur, uti occulta compenſatione; Gloſſa *in leg. Cum oportet Cod. de bonis quæ liberis &c. verb. Ejus ſubſtantia*. Petrus Navarr. *lib.*3. *cap.*1. *num.*75. Silveſter *verb. Peculium* 1. *quæſt.* 12. Molina *tom.*1. *tract.*2. *diſp.*234. Diez *in practic. qq. q.*8. §.2. Layman *lib.*3. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.*8. *num.*12. La Croix *lib.*3. *part.*1. *num.*1034. aliique plurimi, quos citat, & ſequitur Moya *t.*6. *d.*4. *q.*1. Et ratio eſt, quia Jura indiſtincte ajunt, quæ ex re, ſive ſubſtantia patris proveniunt, ipſi patri acquiri; Inſtit. *Per quas perſonas nobis acquiritur* §.1., *& cit. leg. Cum oportet C. de bonis quæ liberis &c.* Quid enim magis rationi congruum eſt, inquit Card. de Lugo *diſp.* 5. *num.* 42. quam ut filius agricolæ juvet patrem in agricultura, filius mercatoris in mercatura? præſertim cum ſic addiſcant illas artes recte Molina *loc. cit.* addens non facile fore tam audacem filium, qui ideo petat ſalarium. Tum quia ſi ſalarium petat, pater juſte ſubtrahit victum, & veſtitum, non enim tenetur hæc dare filio potenti ea lucrari, adeoque ſalarium compenſatur per ſuſtentationem.

Contraria tamen ſententia eſt etiam probabilis, & hanc 88
poſt Bartolum ſuſtinent Navarr. *cap.*17. *numer.* 144. Angelus *verb. Peculium num.* 11. Lopez *part.*2. *inſtruct. cap.*21. Dicaſtill. *lib.*2. *tom.*2. *d.* 9. *n.* 187. Burgh. *caſ.*80. Leſſius *lib.*2. *cap.*12. *num.* 81. aliique apud Moyam *tom.* 6. *d.*4. *quæſt.*1. qui *num.*7. vocat hanc ſententiam probabiliſſimam; Dian. *part.*4. *tom.*4. *reſolut.*66. vocat tutam. Et ratio iterum eſt, quia talis filius eſt veluti ſocius negotiationis, neque debet eſſe deterioris conditionis, quam famulus, vel extraneus, qui cum hero lucraretur juncta induſtria; quod magis valet, ſi filius ſit emancipatus, aut illegitimus, uti notat Sanchez *in Conſil. l.*1. *cap.*2. *diſt.*8. Vel ſi opera, & obſequia præſtita non ſint ex iis, quæ pater a filio poteſt jure paterno exigere, ſed ſint ſupra debitum filii, tunc enim, ut recte notat Lugo *cit. diſp.* 5. *num.*42. poſſet filius velle ſtipendium ſibi reddi. Si autem ob metum reverentiale Patris filius ſalarium petere 89
non audeat, vel probe ſciat, ſi petat, ſe repulſam laturum eſſe, volunt citati Doctores pro ſecunda ſententia quod licitum ſit filio uti occulta compenſatione. Quod tamen non 90
auderem ego admittere, quia occulta compenſatio non eſt licita, niſi ubi jus eſt certum, ideſt ut moraliter certo conſtet rem eſſe tuam, aut tibi ex juſtitia deberi; *l.*4. *de compenſationibus*, ut dictum eſt *verb. Compenſatio num.*3., & recte dicit La Croix *lib.*3. *part.*1. *num.*962., *& num.*1035. Jus autem filii non eſt hic certum, quia noſtra ſententia eſt ſaltem probabilis, adeoque &c. & videtur ſic tenendum etiam ratione propoſitionis 37. inter damnatas ab Innocentio XI. 2.
„ *Martii* 1679, ibi: „ Famuli, & Famulæ domeſticæ poſ-
„ ſunt occulte heris ſurri pere ad compenſandam operam
„ ſuam, quam majorem judicant ſalario, quod recipiunt.

Filius in extrema neceſſitate Patris, & Filii proprii tenetur 91
potius ſubvenire Patri, quam Filio, quando non poteſt utrique; D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 26. *art.* 9. *ad tertium*, Magiſter Sentent. *in* 3. *diſt.*29. Abulenſis Matth. *cap.* 22. *quæſt.* 311. Coninch. *de Charitate diſp.*25. *num.*109. Ovied. *de Charitate contr.*8. *punct.*5. *num.*107. Diana *part.*10. *tract.* 13. *reſolut.*3. *verſ. Sed ergo in ejus favorem*, Buſembaum *l.*2. *tract.* 3. *dub.*1. *ſub num.*4. La Croix *lib.*3. *part.*1. *num.*721. Sporer. *tom.*1. *tract.*3. *in* 4. *præcept. Decalog. cap.*6. *numer.*138. ubi dicit, eſſe communiſſimam, Felix Poteſtas *tom.* 1. *part.* 2. *num.*291., *& num.*2040., & alii plurimi ex Theologis. Ex Juriſtis autem Cinus *in leg.*2. *in fine Cod. de Patribus qui filios diſtrax.* Aſcanius *de patriæ poteſt. effectu* 16. *num.* 34. Bellamera *in cap. Parſimoniam leg.* 41. Præpoſitus *in cap. Cum haberet, de eo qui duxit in Matrimonium*; Surdus *de alimentis tit.*1. *quæſt.*92. *num.*6., & varii alii. Imo multi vo- 92
lunt, potius Patri, quam filio eſſe ſubveniendum etiam in alia æquali neceſſitate, quando non poteſt utrique; ſic Paſchalis *de patria poteſt. part.*2. *cap.*3. *num.* 63. Pontanus *de alimentis tit.*1. *cap.*9. *num.*3. Præpoſitus *in cit. cap. Cum haberet, de eo, qui duxit in Matrimon.* Surdus *de alimentis tit.* 1. *quæſt.*94. *num.*3., *& ſequent.* Salicetus, ſeu Auctor ab eo relatus *in lib.*2. *numer.*7. *in fine. Cod. de patribus qui filios diſtrax.*, & alii. Et ex Theologis D. Thomas 2. 2. *quæſt.*26. *art.*9. *ad tertium*; Magiſter *in* 3. *ſent. diſt.*29. Cajetanus 2. 2.

*quæſt.*31. *art.*1. *ad quartum*; Valentia 2. 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 4. *punct.*5. *verſ. Octavo ſequitur*; Sanchez *de Matrim. lib.* 9. *diſp.*4. *num.*26. Suarez *de Charitate fraterna diſp.* 9. *ſect.* 4. *num.*6. Ovied. *de Charitate controv.*8. *punct.*5. *num.*107., & alii plures apud Ioannem Angelum Boſſium *de effect. Matrimonii p.*2. *c.*22. §.6. *n.*1215.

93 E contra multi alii tenent abſolute oppoſitum, ſcilicet quod quis in concurſu neceſſitatis Patris, & Filii teneatur potius alere filium; Sic Roccafull. *in ſua praxi quid agendum part.*3. *lib.* 2. *num.* 45. Bartolus *in leg. Nam quemadmodum ff. de Liber. agnoſ.* Palæotus *in cap. Cum haberet, de eo, qui duxit in Matrimonium*; Merlinus *de legit. lib.*1. *tit.* 3. *deciſ.* 5. *nu.*32. Franciſcus Maria Pratus *lib. practic. obſervat.* 891. Alexander *in leg. In ſuis num.* 7. *ff. de lib. & poſth.* Faber *in* §. *Jus naturale num.* 3. *Inſtit. de Jure nat.* Ancharanus *in cap. Cum haberet numer.* 13. *de eo, qui ducit in Matrimonium*, Corduba a Lara *in leg. Si quis a liberis, in princip. num.* 35. *ff. de lib. agnoſ.* Joannes de Lignano *in tract. de amicitia* §. *de ſubventione paterna, & filiali num.* 16. Antiſiodorenſis *lib.* 3. *ſummæ tract.* 3. *cap.* 5. Fagundez *in Decalogum lib.* 4. cap.1. num. 12. & alii apud Boſſium *loc. cit. num.* 1213. *&* 1214. *& ſequent.* & fuſe Roſignolus Contract. XV. de Matrimon. 2. *diſput.* 2. §. 19. *num.* 5. ubi abſolute concludit, quod etiam ſtante extrema neceſſitate utriuſque potius ſit ſubveniendum filio quam Patri, & adducit varias probationes, & reſolvit argumentum contrariæ; Sic etiam tenet *in tomo de patria poteſtate diſcept.* 3. *cap.* 4. *num.* 25. *&* 26.

94 Filius in extrema neceſſitate Matris, & Filii proprii, quando non poteſt utrique ſubvenire, tenetur etiam potius ſubvenire Matri, quia antiquius, & excellentius debitum eſt erga parentes, qui nobis exiſtendi cauſa, & principium poſt Deum fuerunt. Unde æquitas poſtulat, ut in extrema neceſſitate eos ab interitu ante omnes alios liberando eis veluti vicem rependamus; & quidem patri prius, & potius quam matri, quia pater priorem, & exellentiorem principii locum, & ordinem obtinet, quam mater, ſicuti notaverunt S. Hieronymus *in cap.* 44. *Ezechielis*; S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 26. *art.* 20. Ricard. *diſt.*29. *art.* 1. *quæſt.* 9. Layman *lib.*2. *tract.*3. *cap.* 3. *num.* 6. Sporer *loc. cit. num.* 138. ubi teſtatur eſſe communiſſimam. Filius in extrema neceſſitate tenetur ſubvenire
95 potius Patri, & Matri, quam propriæ Uxori; *Communis* cum S. Thoma *loc. cit. art.* 9. & Magiſter Sent. *in* 3. *diſt.* 29. teſte
96 Sporer *loc. cit.* propter rationem numero antecedenti aſſignatam. Imo prius quam Uxori tenetur in extrema neceſſitate potius ſuccurrere propriis filiis, quia potior eſt conjunctio parentum ad filios tamquam aliquid ſui exiſtentes. Hanc quoque Sporer *loc. cit.* dicit eſſe communiſſimam, quamvis alii improbabiliter aliter ſentiant.

97 Extra autem extremam neceſſitatem debet potius filius ſubvenire propriæ Uxori, quam parentibus, & filiis, quia Maritus cum Uxore fit una caro; Geneſ. 2. *Relinquet homo Patrem ſuum & Matrem, & adhærebit Uxori*, & ad Epheſ. 5. *Vir diligit Uxorem tamquam carnem ſuam*. Sporer *loc. cit.*
98 *num.* 139. & alii paſſim. Sunt tamen qui volunt, nedum in extrema, ſed etiam in gravi neceſſitate debere filium potius ſubvenire Patri, & Matri, quam Uxori, & Filiis; Sic Tam-
99 burinus *leg.* 5. *cap.* 3. §. 5. La Croix *lib.* 3. *part.* 1. *num.* 722. & alii. In communi neceſſitate tenetur filius potius ſubvenire proli ſuæ, quam parentibus, quia proles eſt ſub cura parentum, & ab illis etiam extra extremam, & gravem neceſſitatem jure poſtulat alimenta, non item parentes; 2. enim *ad Corinth. cap.* 12. ſic habetur: *Non enim debent filii parentibus theſaurizare, ſed parentes filiis*; *Communis*. Vid. verb. *Neceſſitas*.

110 Filius quantumvis obſtrictus voto Religionis non poteſt Religionem ingredi exiſtentibus parentibus in extrema neceſſitate, cui non poſſint obſiſtere ſine ope Filii; *Communis* cum S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 101. *art.* 4. *ad tertium*, *& quartum*; Silveſter *verb. Religio* 6. *quæſt.*9. Navarr. *in Manual. cap.*14. *num.* 14. Aſtens. *in Summa part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 24. *art.* 3. *quæſt.* 4. *art.* 4. Cajetan. 2. 2. *quæſt.* 189. *art.* 6. Nec officit quod filius ſit vinculo voti obſtrictus, quia, ut recte notat Joannes Angelus Boſſius *de effect. Matrimon. part.* 2. *cap.* 23. *num.* 268. & Roſignol. *de Patria poteſt. diſcept.* 3. *num.* 17. obligatio naturalis ſubveniendi parentibus extreme indigen-
101 tibus antiquior eſt, & fortior obligatione voti, nec voto tolli poteſt. Si filius exiſtentibus ſuis parentibus in extrema, vel gravi neceſſitate Religionem ingrediatur, & profiteatur, profeſſio eſt valida, ſed illicita, unde ſi aliter ipſis ſubve-

nire nequeat, tenetur exire. Non tenetur autem, nec poteſt exire, ſi ſine egreſſu poſſit ipſis ſubvenire ſuis operibus, & induſtria, v. g. ſi a pœnitentibus, aliiſque ſibi benevolis petat eleemoſynas ad ſubveniendum ſuis parentibus in extrema, ſeu gravi neceſſitate conſtitutis; vel ſi ex ſibi a Religione attributis aliquid ſubtrahat, & illud conferat parentibus, vel ſi impletis conſuetis muneribus præſtandis in favorem Monaſterii ſe exerceat in pingendo, ſcribendo, concionando, vel aliis operibus, ex quibus mercedem, ſeu eleemoſynam aliquam acquirat, & conferat in ſubventionem parentum petita facultate a Superiore, & hujuſmodi; Valentia 2. 2. *diſput.* 7. *quæſt.* 1. *punct.* 2. *verſ. Puto omnes*; Suarez *tom.* 3 *de Relig. cap.*5. *num.* 10. Sayrus *lib.* 1. *Clavis cap.* 6. *num.* 18. La Croix *lib.* 4. *num.* 180. Roſignol. *de Patria poteſt. loc. cit. num.* 39. & alii paſſim.

Filius Religioſus profeſſus nequit e Religione exire ad 102
ſubveniendum ſuis parentibus in extrema, vel valde gravi neceſſitate, niſi accedat ſuorum Superiorum placitum, & facultas; S. Th. 2. 2. *quæſt.*101. *art.* 4. & ibi Cajetanus, *& quodlib.* 3. *art.* 16. *& quodlib.* 20. *art.* 9. Alexander *tertia part. quæſt.* 33. *memb.* 4. *quæſt.* 2. Aſtenſis *in Summa prima parte lib.* 1. *tit.* 24. *art.* 3. *quæſt.*4. Lyranus *in Matth. cap.* 15. Silveſter *verb. Religio* 6. *quæſt.*9. Tabiena *verb. Pietas num.*3. S. Antoninus, Armilla, Sa, Sanchez, Layman, alioſque plures allegat Joannes Angelus Boſſius *part.* 2. *de effect. Matrim. cap.* 23. *num.* 1296. La Croix *lib.* 4. *num.* 180. Et ratio eſt, quia profeſſus in Religione non habet poſſe, nec velle, cum ſuam voluntatem, ſeque ipſum tranſtulerit in poteſtatem Religionis, a qua in omnibus dependere debet, adeout quidquid agit contra voluntatem Superiorum ejuſdem, inique agat, & conſequenter non accedente Superiorum conſenſu, non poterit a Religione exire ad ſubveniendum extremæ ſeu valde gravi neceſſitati parentum, cum talis neceſſitas ſuperveniens profeſſioni jam emiſſæ inveniat ſubjectum impotens ad ſic ſubveniendum. Non deſunt ta- 103
men magni nominis Doctores ſuſtinentes, poſſe Filium e Religione exire etiam contra voluntatem ſuorum Superiorum ad ſubveniendum parentibus in tali neceſſitate, quia dicunt ipſi, profeſſus adhuc manet filius, & obligatio filii erga parentes ita eſt naturalis, & intrinſeca, ut nequeat per ullum ſtatum eximi; Sic Palacius *in* 4. *diſt.* 38. *diſput.* 1. Silvius *part.* 1. *verb. Egreſſus e Monaſterio*; Viguerius *lib. Inſtit. cap.* 6. §. 7. aliique plures apud Sanchez *in Decalog. lib.*4. *cap.* 20. *num.* 25. & apud Mendo *dict.* 3. *num.* 2. & apud Roſignol. *de Patria poteſt. loc. cit. num.* 49.

Filius familias, ſi ſui parentes non ſint in extrema, vel 104
gravi neceſſitate conſtituti, poteſt etiam ipſis invitis ſtatum Religioſum aſſumere; S. Thom. 2. 2. *queſt.* 189. *art.* 6. Bartolus *in leg.* x. §. *Si parens ff. Si quis a Parent. fuer. man.* Palacius *in cap. Per veſtras* §. 11. *num.*1. *de donat. inter Vir & Uxor.* & communis aliorum. Et ratio eſt, quia filius in ſtatu eligendo eſt ſui Juris præſertim in his, quæ ſunt Divini obſequii; Tum quia magis eſt obediendum vocanti Deo, quam parentibus carnalibus; Hinc Chriſtus *Matth.* 8. reprehendit diſcipulum, qui nolebat eum ſtatim ſequi intuitu paternæ ſepulturæ. Et S. Hieronymus *in Epiſt. ad Heliodorum*, quam refert D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 101. *art.* 4. ait: *Per calcatum perge Patrem, per calcatam perge Matrem, Ad vexillum Crucis evola, ſummum genus pietatis eſt in hac re fuiſſe crudelem*.

Filius non ſolum inſpecto jure naturali, ſed etiam jure 105
civili, poteſt vendi a Patre in extrema, & valde gravi neceſſitate, cui aliter ſubveniri non poſſit. Quod hoc poſſit de jure naturali, colligitur ex pluribus textibus Sacræ Scripturæ, ubi habentur plures venditiones filiorum factæ a parentibus, ut 2. *Nehemiæ cap.*3. *Exod.* 21. *Deuteronomii* 15. quæ tamen ibidem non reprobantur, & certe non ſubſiſterent, ſi eſſent jure naturali vetitæ, & ſic tenent Covarr. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.*14. Angelus *verb. Servitus num.*1. *ad fin.* Sotus *de Inſtitut. lib.* 4. *quæſt.* 2. *art.* 2. *& in quarto diſt.*29. *quæſt.*1. *art.*4. Silveſter *verb. Emptio quæſt.* 3. *num.* 6. Roſella *verb. Emptio num.* 26. Tabiena *verb. Emptio num.*7. *ad fin.* Azorius *inſtit. moral. part.* 2. *lib.*2. *cap.* 19. *verſ. Mihi vero probatur*, & alii paſſim. Quod hoc etiam poſſit de jure civili, colligitur *ex textu in leg.* 2. *Cod. de patrib. qui fil. diſtrax.* & ſic tenent Salicetus *in dict. leg.* 2. *num.* 1. *ff. de patrib. qui fil. diſtrax.* & ibi Baldus *num.* 3. & Gloſſa, Navarr. *in Manual. cap.* 13. *num.* 26. Rebellus *de obligat. juſtit. part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 9. Joannes Angelus Boſſius

tract.

106 *tract. de patr. potest. cap. 3. num. 5.* Villalobos *in Summa tom. 2. tract. 10. diffic. num. 7.* Lessius *de justit. lib. 2. cap. 5. vers. Adverte*, Rosignol. *de patr. potest. loc. cit. num. 5.* & alii. Imo antiquitus sancitum fuerat in lege Romuli (de qua mentionem faciunt Covarruvias *variar. resolut. lib. 3. cap. 14. num. 4. vers. Secundo*, Azorius *Instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 19. vers. Secundus effectus*, Rosignol. *loc. cit. num. 1.*) quod absolute posset pater indistincte, & sine ulla necessitate filium cuicumque voluerit vendere, sed barbara illa lex Romuli correcta est per textum *in leg. Celsus, & leg. Si in Emptione §. Liberum ff. de contrahen. Empt. leg. Liberis §. Si quis sciens ff. de liberorum caus.* per quæ jura est absolute statutum, quod patres nequeant vendere, seu alienare filios, nec quisquam possit hominem liberum vendere.

107 Filius tamen Sacerdos non potest a Patre vendi, neque in extrema egestate famis; Surdus *de aliment. tit. 8. privil. 38. num. 16.* Barbosa *collect. ad leg. 2. num. 8. Cod. de patrib. qui fil. distrax.* Covarruvias *lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. 4.* Paschalis *de virib. patr. potest. part. 1. cap. 1. num. 15.* Molina *de justit. & jur. tract. 2. disput. 33. vers. Sciendum*, Azorius *part. 2. lib. 2. cap. 19. quæst. 6. vers. Si verum roges*, Joann. Angel. Bossius *tract. de patria potest. cap. 3. num. 9.* & alii, qui omnes adducunt pro ratione privilegium concessum statui Sacerdotali, cui derogare nequit necessitas patris, cum venditio caderet in dedecus talis sta-
108 tus. Nec filius, nec filia Matrimonio copulati possunt a patre vendi ob necessitatem famis; Covarruvias *lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. 4. & seq.* Castropalaus *de justitia tract. 1. disput. unica punct. 9. num. 6. vers. At spectato*; Molina *de Justitia, & jur. tract. 2. disput. 33. vers. Sciendum*, Azorius *Instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 19. vers. Si iterum roges*, & alii; quamvis enim stando Juri communi filii, & filiæ per Matrimonium non solvantur patria potestate, quia tamen venditio illorum caderet in detrimentum alterius con-
109 jugis, facultas parentum ad illam non extenditur. Nec etiam filius emancipatus potest vendi a Patre ob necessitatem famis; Paschalis *de vir. patr. potest. part. 1. cap. 1. num. 13.* Lessius *de justitia lib. 2. cap. 5. num. 17.* Pinellus *in rubr. Cod. de bonis mater. part. 2. num. 23.* & alii magis communiter. Facultas enim concessa Patribus *in cit. leg. 2. Cod. de patrib. qui filios distrax.* non est solum ratione sanguinis, sed etiam ratione patriæ potestatis, a qua sunt exempti filii legitime emancipati, per textum *in §. Admonendi Instit. quib. mod. jus patriæ potest solv. & leg. Cum in adoptionibus, vers. Si vero in fin. Cod. de adopt.*

110 Inspecto jure naturali in extrema necessitate famis potest filius vendi etiam a Matre & Avo. Filii enim de jure naturæ post Deum sunt obligati parentibus, a quibus esse acceperunt, adeoque parentum vitæ jure naturali compelluntur suam libertatem postponere. Hinc in Sacris paginis Exod. 21. Deuteron. 15. Nehemiæ *cap. 1.* non solum in ordine ad patrem, sed etiam ad Matrem permittitur talis venditio; sic tenent Covarruv. *lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. 4.* Sotus *lib. 4. de justit. quæst. 2. art. 2.* Tiraquell. *lib. 1. de retract. §. 26. num. 17.* Alcanius Clemens *de patria potest. part. 2. cap. 1. num. 9.* Molina *de justitia tom. 1. disput. 33. vers. Sciendum*, Silvester *verb. Emptio num. 6.* Lessius *de justit. lib. 2.*
111 *cap. 5. num. 17.* & alii. Inspecto autem præciso Jure civili talis facultas vendendi filios ob famis extremam egestatem non competit Matri, quia Mater non habet tantam potestatem in filios, quantam habet pater, prout colligitur ex textu *in leg. Transactione Cod. de transaction.* adeoque in hoc non venit nomine patris, cui specialiter hoc privilegium concessum est *in cit. leg. 2. Cod. de patribus, qui filios distrax.* quod, cum sit contra filium, adeoque contra jus tertii, non est extendendum, sed strictissime accipiendum; *argum. cap. Odia 15. de Regul. Juris in 6.* Et sic tenent Salicetus *in dict. leg. 2. num. 2. Cod. de patribus, qui filios distraxer.* & ibi Glossa *verb. Vendiderit*, Baldus *num. 4.* Pinellus *de Rub. part. 2. a num. 20. Cod. de bonis matern.* Glos. *in princip. Instit. de patria potest.* Alcanius Clemens *de patria potest. cap. 6. effect. 1. num. 20.* Sanchez *de Matrim. lib. 7. disput. 24. num. 16. & consil. moral. lib. 1. cap. 1. dub. 13. num. 2.* Rebellus *de obligat. just. part. 1. lib. 1. quæst. 9.* Joannes Angelus Bossius *tract. de patria potest. cap. 3. num. 28.* Molina *loc. cit. tract. 2. disput. 33. vers. Sciendum*, & alii. Nec
112 etiam talis facultas inspecto præcise jure civili competit Avo, seu aliis Ascendentibus, quia quamvis appellatione Patris quandoque veniat etiam Avus, *leg. Parentum appellatione ff. de verb. Signif.* in lege tamen strictissima, in qua ex dispositione juris speciale privilegium constitit, venit solummodo pater naturalis; Salicetus *in dict. leg. 2. num. 3. Cod. de patribus, qui filios distraxer.* Montalvus *lib. 7. ad fin. tit. 17. part. 4.* Barbos. *collect. an. ad dict. leg. 2. num. 10. Cod. de patribus, qui filios distrax.* & ibi Baldus, Surdus *de aliment. tit. 8. privileg. 38. num. 29.* Sanchez *lib. 7. de Matrim. disput. 24. num. 16.* & alii.

Filius non tenetur credere Matri asserenti ipsum non esse 113
legitimum; Mater enim est incerta ad dignoscendum, an concéperit ex coitu mariti, an vero adulteri, cum supponatur pro eo tempore cohabitare cum marito, prout colligi potest ex textu *in leg. 1. §. Si mulier, ff. de liber. agnoscend.* ubi quod possit contingere casus, quod fœmina carnaliter cognita non sentiat conceptionem, adeoque ejus dicto non videtur firmiter credendum; *argum. leg. Lucius Titius ff. de condit. demonstrat.* Tum quia alleganti suam turpitudinem, maxime ubi hæc potest esse in præjudicium tertii, ex vulgata regula non est fides præstanda; Glossa *in cap. Officii, de pœnit. & remiss.* hocque satis evincit textus *in leg. Mercalem Cod. de condit. ob turp. caus. leg. Transactione Cod. de transact.* præcipue cum jura possint semper præsumere, quod assertio fuerit ex odio, vel aliquo alio pravo prætextu, prout haberi videtur *in leg. fin. ff. de probat.* Sic tenet Bartolus *in leg. Filius ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni juris*; Menochius *de arbitr. Judic. lib. 2. contr. 1. cas. 89. num. 5. & num. 27. vers. Extenditur quarto*; Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 14. num. 8.* Decius *in cap. Per tuas num. 4. de probat.* Boerius *decis. 299. num. 6. in fin.* Joan. Navizani *in Sylva nupt. lib. 1. num. 50. vers. Præsertim quando filius*, Rosignolus *de patria potest. discept. 1. cap. 7. num. 2.* Suarez *de Censuris disput. 50. sect. 4. num. 5.* Bonacina *de his, quæ pertinent ad usum Matrimonii quæst. 4. punct. 15. numer. 21.* Syrus, & alii plures.

Filius nec pro foro interno tenetur sic credere Matri, pro- 114
ut signanter notat Mantica *de conjectur. ult. volunt. lib. 2. tit. 14. num. 8. & 27.* Rosignolus *loc. cit. num. 6.* Filius enim habet fundatam intentionem suam in viribus matrimonii, cujus favor semper prævalet; *argum. leg. Miles §. Defuncta ff. de adult.* Etiamsi Mater juret ipsum non esse legi- 115
timum; *cap. Per tuas 10. de probation.* & ibi Felinus *in princip. & num. 14.* & communiter Canonistæ, & ex Theologis, Suarez *tom. 5. de censur. disput. 50. sect. 4.* Silvester *verb. Adulterium num. 5.* Bannes 2. 2. *quæst. 62. art. 6.* Bonacina *de iis, quæ pertinent ad usum Matrim. quæst. 4. punct. 15.* 116
num. 22. & alii. Etiam si Mater in exonerationem suæ conscientiæ juret in articulo mortis, & mandaverit suo Confessario, ut post suum obitum hoc propalaret, quia nihilominus filius non tenetur eidem credere; Boerius *decis. 229. num. 7. vers. Et hoc etiam*, Joan. Baptista *de Barbobus de filiis famil. quæst. 45. num. 15.* Rosignol. *loc. cit. sub num. 7.* & alii. Unde Legistæ *in leg. Filium ff. de his, qui sunt sui, vel alieni Juris*, quos citat Fagnan. *lib. 3. decretal. in cap. Cum esses 10. de testament. num. 104.* & sequitur Menochius *de arbitrariis Judicum l. 2. cent. 1. num. 28.* & Bartolus *in dict. l. Filium de iis, qui sunt sui, vel alieni juris*, fatuum reputant filium, si credat Matri asserenti eum ex adulterio esse genitum, ut fatuum reputarunt Regem, qui renunciavit, & dimisit Regnum, eo quod Mater Regina in articulo mortis asseruisset, Filium, qui jam Regnum assumpserat, non esse ex se, & marito Rege procreatum, sed ex se, & quodam milite, & teste Fagnano *loc. citat.* conveniunt Doctores, quod talis non tenebatur Matri credere in foro conscientiæ, quia non credit lex, cui debebat se conformare, & merito Bartolus *loc. cit.* ipsum arguit nimiæ levitatis, eo quod fiderit verbis maternis, & subdit, quod, si ipse in tali casu fuisset, non deposuisset, quia matris verba non possunt filiis præjudicare quoad filiationem, per textum *in l. Neque professio C. de testamentis, & l. Non nudis Cod.* 117
de probationib. & aliis concordantibus. Intellige hæc tamen de filio, qui non habet conscientiam læsam, *argum. dict. l. Filium, de iis, qui sunt sui, vel alieni juris*, alioquin si veniat contra conscientiam, ædificat ad gehennam; *cap. fin. de præscript.* Fagnan. cum aliis *in lib. 5. decretal. cap. Officii 9. de pœnit. & remiss. num. 20.* ubi in *Summario sub num. 18.* dicit præcisis verbis, quod *filius, qui matri eum Spurium asserenti fidem adhibuit, & Regno renunciavit, deluditur a Legistis, laudatur a Canonistis.* 118

Filius pluribus modis liberatur a patria potestate. Primo per

per mortem naturalem patris, per textum *in §. 1. vers. Hic vero, Instit. Quibus modis jus patriæ potest. solv.* Secundo
119 per ejusdem patris mortem civilem, scilicet per deportationem in Insulam ob maleficium, prout habetur in §. *Cum*
120 *autem, Instit. Quibus modis jus patriæ potest. solv.* Tertio per lapsum patris in hæresim etiam ante condemnationem, textu expresso in *cap. 2. §. Illorum autem filiorum, de hæ-*
121 *reticis in 6.* Quarto per electionem filii ad Patritiam, vel Consularem dignitatem; *leg. ult. Cod. de Decurionibus lib. 10. & leg. ult. Cod. de Consulibus lib. 12. & §. Filius fami-*
122 *alias Instit. Quibus modis jus patriæ potest. solv.* Quinto per electionem filii in Episcopum; *cap. Per venerabilem, Qui filii sint legitimi.* Sic etiam per assumptionem ad Cardinalatum filius liberatur a patria potestate; Glossa *in Extravag. Execrabilis, de præbend. inter communes, vers. solemnitatem*, Bartolus *in tract. de præstantia* Card. *part. 1. quæst. 1. num. 69.* Covarruvias *in cap. Quia nos numer. 5. de testament.*
123 Bossius *de patr. potest. cap. 2. num. 76.* & communis aliorum. Sexto per professionem Filii seu Patris in Religione; Sic communior Doctorum, tum Juristarum, tum Theologorum: Ex Juristis Baldus *in l. Sacrosancta num. 1. Cod. de Episcopis, & Clericis*, Mysingerius *in §. Filius familias Instit. Quibus modis jus patr. potest. solv.* Covarr. *in cap. Qui nos num. 5. de testament.* & alii plures, quos allegat, & sequitur Joann. Angel. Bossius *de patria potest. cap. 2. num. 36.* Ex Theologis Molina *de justitia tom. 1. tract. 2. disput. 140. vers. Utrum autem*, Sanchez *in Summa lib. 5. cap. 5. num. 29.* Azorius *Instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 20. vers. Sexto*; Armilla *verb. Patria potestas*, Layman *lib. 3. de justitia*
124 *tract. 3. part. 3. cap. 8. sub num. 13.* ubi testatur de communi. Septimo per emancipationem filii coram Judice factam; *leg. ult. Cod. de mancip. lib. Instit. Quibus modis jus patr. po-*
125 *test. solv.* Octavo per adoptionem filii familias factam non ab extraneo, sed ab Avo paterno, vel materno; *l. Cum in adoptivis §. Si vero Cod. de adoptionibus.*

126 Filii alendi sunt a suis parentibus; *l. Si quis a liberis ff.*
127 *de agnoscend. & alend. liberis.* Non solum legitimi, sed etiam spurii. Quamvis enim Jure Cæsareo parentibus interdictum esset alimenta præstare Spuriis, seu ex coitu damnato ortis, *Authent. Quibus modis naturales &c. §. penult. Authent. Ex complexu Cod. de incest. nuptiis, Authent. Licet Cod. de naturalibus liberis*; Jure tamen Canonico sancitum est, quod a parentibus moderata alimenta debeant præstari quibuscumque illegitime natis; *cap. Cum haberet 5. de eo, qui duxit in Matrimonium, quam polluerat adulterio*, ibi in fine: „ Sollicitudinis tamen tuæ intererit, ut uterque pa-
128 „ rentum liberis suis, secundum quod eis suppetunt facul- „ tates, necessaria subministret „. Cum hac tamen advertentia, quod mater tenetur alere filios primo triennio, & post triennium tenetur pater usque ad emancipationem, ut colligunt recte Doctores *ex leg. Nec filium, Cod. de patria potest.*, & *cap. Ex litteris, de convers. infidelium*, ubi decernitur filium a patre alendum post triennium. Unde deducti sunt hi vulgati versiculi.

Mater alit puerum trimum, trimoque minorem:
Majorem vero pascere patris erit.

129 Nomine alimentorum aliud intelligitur respectu Patris, & aliud respectu Matris; Respectu enim Matris intelligitur solum lac, plus enim quam lac non tenetur filio exhibere; Unde si proli alia necessaria subministraverit sine animo donandi, potest repetere a patre; *l. Alimenta Cod. de negotiis gestis, & cit. l. Si quis a liberis §. Si mater alimenta*; Azorius *Instit. moral. part. 2. lib. 2. cap. 5. quæst. 8.* Bonac. *de leg. disput. 6. quæst. unic. punct. 6. §. 1. num. 3.* Gobat *in Quinario tract. 5. cap. 28. num. 15. & 19.* La Croix *lib. 3.*
130 *part. 1. num. 697.* & alii passim. Si autem mater nequeat ipsa lac præbere filio, tenetur pater suis impensis nutricem conducere. Si vero possit ipsamet, tenetur præbere, vel suis impensis nutricem conducere; Azorius *loc. citat.* Bonac. *loc. citat. punct. 6. num. 5.* Gobat *loc. cit. num. 19. &*
131 20. La Croix *loc. cit. num. 697.* & alii. In defectum patris, si is videlicet pauper sit, tenetur alere filios avus paternus, vel alii ascendentes, & in defectum ascendentium paternorum, hæc obligatio devolvitur ad matrem, uti colligitur *ex l. Si quis a liberis ff. de liber. agnoscend. Utrum autem; & Authent. Si Pater, Cod. de divortio in fine*, & tenent Thesaurus *decis. 212. num. 9.* Layman *loc. cit. num. 7.* Angelus, Armilla, Silvester *verb. alimenta*, & alii apud Gobat *in experient. tract. 10. num. 782.* quamvis addat usum

præsentium temporum esse contrarium. Deficiente autem 132
matre, tenetur filios alere avus, aliique ascendentes materni; *l. penult. ff. de filiis agnoscendis*; Layman *loc. cit.* & alii. Vide verb. *Parentes num. 8.*

Filii etiam Spurii alendi sunt ab hæredibus; *Authent. Li-* 133
cet Cod. de naturalibus liberis; Gobat *in Quinario loc. cit. num. 31.* Covarruvias *in Epitome decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 21.* La Croix *loc. cit. num. 698.* & alii. Aut a Fisco, si bona patris ei sint addicta ob crimen distinctum a crimine hæresis, vel læsæ Majestatis; Gobat *loc. cit.* La 134
Croix *loc. cit.* Bonacina *loc. cit. num. 10.* Clericus potest filio Spurio alimenta suppeditare etiam ex bonis Ecclesiasticis; Navarr. *in tract. de spoliis Clericorum §. 10. num. 11.* Azorius *loc. cit. cap. 12. quæst. 4.* Filiucc. *tract. 28. part. 2. num. 31.* Bonacina *loc. cit. num. 4.* Gobat *loc. cit. num. 29.* & alii *argum. cap. Pasce dist. 86. & cap. Cum haberet 5. de eo, qui duxit in Matrimonium.* Supradicta tamen de præstandis alimentis filiis, intelligi debent, si filii non possunt 135
habere, unde se alant, *cit. leg. Si quis a liberis ff. de filiis agnoscend. §. Sed si filius*, Covarruvias *loc. cit. num. 13.* cum ceteris Jureconsultis, Gobat *loc. cit. num. 24.* Layman *loc. cit. num. 7.* Reginald. *lib. 20. num. 39.* & alii. Alimenta enim debent præstari, si necessitas adsit, & non aliter; Thesaurus *loc. cit. num. 16.* Gobat *loc. cit. num. 24.* & alii passim. Unde si filius aliunde habeat sufficientem sustentationem, vel laborando honeste acquirere possit spectata qualitate personæ, ac status sui, vel si sit artifex, parentes non tenentur ipsum alere; Tunc enim præsumitur posse seipsum alere; Thesaurus *loc. cit. num. 17.* Layman *loc. cit. num. 7.* Gobat *loc. cit. num. 24.* quandoquidem quilibet præsumitur ex suo opificio posse non solum ali, sed etiam ditari; Sic ex Baldo Gobat *loc. cit. num. 24.* Thesaurus *loc. cit.* & alii.

Filios spirituales esse alendos a patribus spiritualibus, do- 136
cent quidam Juristæ apud Tiraquell. *Commentar. in leg. Si unquam Cod. de revocat. donat.* Gloss. *in verb. Susceperit liberos num. 31.* At, ut recte notant Gobat *loc. cit. numer. 39.* La Croix *loc. citat. num. 703.* & alii, nulla lex, vel consuetudo hoc probat, quod filii Spirituales alendi sint a patribus Spiritualibus, si desint parentes naturales, unde talis opinio videtur minus probabilis; *Citati Doctores.*

Filii an possint, & ob quas causas exhæredari? Vide *verb.* 137
Exhæredatio.

Filii quorum bonorum dominium habeant, & quid pos- 138
sint, vel non circa sua bona? Vide verb. *Bona art. 4.* & verb. *Dominium.*

Filii quas eleemosynas facere possint? Vide verb. *Elee-* 139
mosyna.

Varia de filiis expositis. Vide verb. *Parentes a num. 20.* 140
ad 32. verb. *Expositi.*

Filius, an & quando teneatur ad restitutionem mutui si- 141
ne consensu Patris accepti? Vide verb. *Mutuum a num. 5. ad 19.*

Additio ex Auctore.

Filii ex Matrimoniis occultis nati fraudari nequeunt bonis 142a
paternis, & avitis; Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 35. incip. *Satis Vobis §. 9.* Filii nati ex soluto & soluta legitimantur per subsequens Matrimonium; Idem Constitut. 113. incip. *Redditæ §. 2.* Filii nati ex adulterio, & constante 143
Matrimonio, non legitimantur per subsequens Matrimonium; 144
Idem *ibid. §. 3. & per tot.* Si autem filii generati ex adul- 145
terio, nati sint post mortem legitimæ uxoris, cum quantum ad hoc inveniantur Textus Testibus contrarii, cumque Doctores Doctoribus, Tribunalia Tribunalibus adversentur, non aliter disponeret in hoc casu Pontifex, quam secundum sententiam in Tribunalibus, & Curia illius Regionis receptum, in qua esset pronunciandum. Et in dubio pro- 146
li favendum esse censet: Idem *ibid. §. 3.*

Filii nati ex incestu legitimantur, accedente dispensatio- 147
ne *in radice Matrimonii*: Idem *ibid. §. 40.* Ut autem obti- 148
neatur dispensatio in radice Matrimonii, requiritur quod proles nata sit ex copula non manifeste fornicaria, sed putative matrimoniali, quodque impedimentum, quo Matrimonii nullitas inducta est, non a jure Divino, aut naturali, sed a jure duntaxat Ecclesiastico proveniat: Sicque, & non aliter, legitimatur proles incestuosa, vigore dispensationis, quæ dicitur *in radice Matrimonii*: Idem *ibid. §. 40.*

Filii mulierum Christianarum ex Turcarum contubernio 149

geniti, quando ad Baptiſmum admitti debeant, nec ne? Vide in addit. ad verb. *Baptiſmus*.

150 Filii in poteſtate ſunt Patris, non vero Matris: Idem
151 tom. 2. Conſtitut. 28. incip. *Poſtremo menſe* §. 15. Ubi tamen Fidei Chriſtianæ favor intercedit, poteſt Mater, invito Patre, filios ad Baptiſmum offerre: Idem *ibid.* §. 16.

152 Filii Judæorum in parentum poteſtate ſunt: Idem *ibid.* §. 9. Non ideo tamen ipſis relinqui debent, quando conſtat baptizatos fuiſſe, etiam illicite: Idem *ibid.* §. 30.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 PAcifica haud eſt opinio *Auctoris num.*41. quod habilitas ad Matrimonium, quam in Parentibus exigit legitimatio per ſubſequens Matrimonium, non requiratur tempore conceptionis, ſed ſufficiat tempore nativitatis. Communior tamen eſt ſententia, Prolem non legitimari per ſubſequens Matrimonium, ſi tempore conceptionis inhabiles erant Parentes ad Matrimonium; *Zoeſ. in decret. lib.*4. *tit.*17. *num.*88. rurſus *in Pandect. lib.*25. *tit.*7. *num.*14. & demum *in Codic. lib.* 5. *tit.*27. *num.*14. & demum *in Codic. lib.*5. *tit.*27. *quæſt.*5. *Stryk in uſ. modern. Pandect. lib.* 4. *tit.* 6. §.1. *Vvameſ. conſil. canon.*545. *num.*6. *Sarmient. lib.*1. *ſelect. Interpret. cap.*5. *num.*5. optime *Merend. controverſ. jur. lib.* 24. *cap.* 5. *num.* 20. *Pax Jordan. diverſ. Elucubr. tom.*2. *lib.*10. *tit.*18. *num.*46. *Coccejus jur. controverſ. lib.*1. *tom.*6. *quæſt.*10. *Peregrin. de Fideicommiſ. art.*24. *num.*50. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*409. *n.*10. *Garz. de Benefic. part.*7. *cap.*2. *num.*36. *Rot. in recent. deciſ.* 100. *num.*51. *part.*5. *tom.*1.

2 Non obſtat allegata ab *Auctore* Lex *Nuper Cod. de. Natural. liber.* ubi in fine habetur, quod in quæſtionibus de ſtatu liberorum non conceptionis, ſed nativitatis tempus, ſi iis ſit favorabile, attendi debeat. *Non obſtat* (ait ex proxime allegatis *Zoeſ. in Codic. lib.*5. *tit.*27. *quæſt.*5.) *quia quum dicat inſpiciendam eſſe qualitatem, quæ eſt tempore nativitatis, ſi ea ſit Proli favorabilior non eſt accipienda de qualitate ex delicto complexus, ſed ea quæ cauſatur ex inſtrumentis dotalibus confectis vel ante nativitatem, vel poſtea, cui ſubjungitur ſupradicta deciſio, ut neutiquam ſit dicenda reſpicere qualitatem conjunctionis damnatæ, quæ uti dictum non purgatur per nativitatem Prolis eo tempore, quo conjuges eſſe poſſunt. Nam alias Imperator ſibi contradiceret in dict. Leg. Nuper, in cujus principio ad legitimationem deſiderat ut ea in contubernio habeatur, cum qua connubium eſſe poterat, quæ res reſpicit omnino copulam, quo modo ſi ea damnata fuerit non procedat legisimatio utpote deficiente uno ex requiſitis.*

3 Poſita hac ſententia, hoc venire ſolet in quæſtionem, an locum habeat legitimatio per ſubſequens Matrimonium, ſi a morte primæ uxoris ad nativitatem Prolis effluxerint dies 182. in quibus concipi ea, & nalci potuit; *L.* 11. *ff. de ſtat. Homin. & L.*3. §. 12. *ff. de ſuis & legitim. Hæred.* & ſic concurrerit habilitas ad matrimonium utroque tempore conceptionis, & nativitatis?

4 Porro negari haud poteſt, quod non obſtante diſcordia Philoſophorum, & Medicorum prævaluit in jure opinio
5 *Hippocratis*, qui *in libro de Partu ſeptimeſtri* (ab Eruditis apocrypho exiſtimato teſte *Fabrotto in exercit. de tempor. Human. Part. pagin. mihi* 24.) ſcripſit ſeptimo menſe incæpto, ideſt diebus 182. hominem naſci poſſe, ut videre eſt *in dict. Leg.*12. *ff. de ſtat. Homin. & in dict. Leg.*3. §.12. *ff. de ſuis & legitim. Hæred.* At ponderandum eſt, quod in jure noſtro non aliter opinio hæc *Hippocratis* admiſſa ſit, quam ſi is, de quo agitur ex juſto præterea Matrimonio natus ſit, ut ſatis eruitur ex ipſa *L.*12. *ff. de ſtat. Homin.* & innuunt *Noodt in Comment. ad Pandect. lib.* 1. *tit.* 6. §. *ſuper eſt, ac Bohemer. in*
7 *exercit. in Pandect. tom.*1. *exercit.*20. §. 12. Ita ſcilicet favore Matrimonii prudenti conſilio ſtatutum fuit ad amputandas diſſenſiones, quæ perpetuo inter conjuges duraturæ eſſent, ſi Partus ſeptimo menſe a die contractus Matrimonii editus
8 alii quam viro attribueretur. Quapropter non eſt cur nativitas tempore ſeptimeſtri, quæ per naturam non eſt ſemper certa, & in jure unice admiſſa eſt in gratiam eorum, qui ex Matrimonio geniti ſunt, extendatur ad eum, qui extra Matrimonium natus eſt.

9 Neque id novum in jure eſt. Favore quoque ejuſdem Matrimonii receptum eſt, ut qui partus naſcitur Marito cum Uxore cohabitante, nec manifeſta impotentia præpedito, is attribuatur ipſi Marito, quamtumvis Uxor ſui copiam aliis fecerit, ad vulgatiſſimum Textum *in L. Miles* 11. §. *Quæ propter ff. ad Leg. Jul. de Adult.* At ſi extra Matrimonium 10 genitus quis ſit ex Muliere, quæ cum pluribus commercium habuit, quum ceſſet favor Matrimonii, nec ei partus adſcribi valet, quem Mulier Patrem deſignavit, ut cum eodem poſtea Matrimonium contraxerit.

Gravior eſt quæſtio, an ex diſpenſatione in *radice matrimonii* obtenta poſt contractum ipſum Matrimonium legitimetur ad omnes effectus Proles antea nata, perinde ac ſi ex juſto Matrimonio nata eſſet?

Invaluit diſtinctio, quod aut impedimentum in Parentibus 11 ad ineundum Matrimonium erat juris divini, & dicta diſpenſatio in radice Matrimonii efficere nequit, ut filii nati perinde legitimentur ac ſi ex juſtis nuptiis nati eſſent; ſed vix eis tribuit legitimationem, quæ dicitur *per reſcriptum*, quum nequeat Summus Pontifex diſpenſando tollere nullitatem Ma- 12 trimonii a jure divino inductam. Aut vero impedimentum erat juris Eccleſiaſtici, rurſus diſtinguendum eſt, quod videlicet ſi Matrimonium nec de facto præceſſit, diſpenſatio in radice Matrimonii operatur, ut in caſu præcedenti, legitimationem Filiorum natorum per reſcriptum, idque quia ubi nullum præceſſit Matrimonium, non eſt radix in qua diſpenſetur. Sin autem de facto præceſſit Matrimonium, quan- 13 tumvis irritum ex dicto juris Eccleſiaſtici impedimento, dubium nullum eſſe poteſt, quia attenta ſumma, qua Summus Pontifex pollet, poteſtate, tollendi legem Eccleſiaſticam, quoad omnes effectus non ſolum incurrendos, ſed & incurſos, diſpenſatio in radice Matrimonii vim habeat pleniſſime legitimandi Filios natos, eodem prorſus modo ac ſi ex legitimo Matrimonio nati eſſent; *Molin. de Primog. Hiſpan. lib.*3. *cap.*2. *num.*12. *Fajard. de Legitim. per ſubſequ. Matrim. Torr. de Majorat. Ital. tom.*1. *cap.*29. §.4. *num.*28., *& plur. ſequent. De Juſtis de diſpenſat. Matrim. lib.*1. *cap.*7.

Nec admitti poteſt opinio *Auctoris num.* 44. quod Legiti- 14 mati per ſubſequens Matrimonium veniant ſub diſpoſitione Hominis directa *ad Legitime natos*. Quum enim in his terminis qualitas legitimitatis tanquam propria, & vere requiſita tempore nativitatis prædicari nequeat de Legitimatis per ſubſequens Matrimonium, qui non niſi per quamdam juris fictionem habentur pro legitimis uſque ab initio. Hinc eſt quod legitimati per ſubſequens Matrimonium venire nequeunt ſub dicta diſpoſitione ad legitime natos directa; *Merend. controv. Jur. lib.*17. *cap.*22. *num.* 18. & rurſus *lib.* 24. *cap.*5. *num.*34. *Peregrin. de Fideicomm. artic.*24. *a numer.*25. *ad plur. ſequent. Fajard. de Legitim. per ſubſequens Matrim. membr.*4. *num.* 337. *Torr. de majorat. Ital. tom.* 1. *cap.* 29. §.9. *a num.*95. *ad plur. ſequent.*, *Rot. in Romana Immiſſionis* 21. *Junii* 1726. §. *Recedere*, *cor. bon. mem. Criſpol.*, *& in Romana Salviani* 7. *Maji* 1728. §. *Ut igitur cor. clar. mem. Calcagnin.*

Legitimati per ſubſequens Matrimonium quoad omnes juris 15 effectus exæquati ſunt vere legitimis in his, quæ proveniunt, vel a providentia ipſius Legis, vel ab Hominis diſpoſitione Legi tamen conformi, nequaquam vero in his, quæ dependent a diſpoſitione Hominis, quæ a Lege recedendo unice ad vere legitimos directa eſt, quum in his prout in aliis materiis diſpoſito Hominis faciat ceſſare diſpoſitionem Legis, ut ex mox allegatis optime præ ceteris differit *Rot. in Romana* 16 *Immiſſionis* 21. *Junii* 1726. §. *Si quidem*, *& plur. ſequent. cor. bon. mem. Criſpolo*.

Non incongrue hic quæritur, an quæ a ſtatutis proveniunt, attribui debeant Legis providentiæ, ita ut ad ea indiſcriminatim admittendi ſint Legitimati per ſubſequens Matrimonium?

Si ſermo ſit de ſtatutis conditis a Communitate, ſive Ec- 18 cleſiaſtica, ſive laicali ſuperiorem recognoſcente, non Legis, ſed Hominis providentiæ attribui debent, quæ ab ipſis proveniunt, nam ea nequeunt legibus accenſeri; obligantque non uti Leges, ſed uti pacta; *Huber. in Prælect. Jur. Roman. & Hodiern. part.*2. *lib.*1. *tit.*3. *num.*11. *Strauch ad jus Juſtin. diſſert.*1. *theſ.*6. *Stryk juridic. diſſert. tom.* 5. *diſp.*11. *cap.*1. *a num.*7. *ad plur. ſequent. Ziegler. de jurib. majeſt. lib.*1. *cap.*4. §.16. Atque hinc nequeunt Legitimati per ſubſequens 19 Matrimonium indiſcriminatim admitti ad ea, quæ proveniunt a ſtatutis; Eo vel maxime quod Legitimati per ſubſequens 20 Matrimonium pro vere legitimis habeantur, quoad ea dumtaxat, quæ proveniunt a jure communi: *Add. Zoeſ. in Cod. lib.*5. *tit.*27. *lit. F. Fjard. de Legitim. per ſubſeq. Matrimon. membr.*4. *num.*302.

FILIUS

FILIUS VIDUÆ NAIM.

Additamenta noviſſima Auctoris.

QUis fuerit filius Viduæ Civitatis Naim a Chriſto e mortuis revocatus, tradit inter alios eruditiſſimus Clericatus parte prima delle *Spighe raccolte*, italico idiomate editæ dicens, quod vocabatur *Maternus*, ætatis viginti circiter annorum dives & nobilis, lubricam vitam, ducens cum Maria Magdalena tunc in dicta Civitate Naim commorante, ſolo milliario aſſuo Caſtro Magdalo diſtante: *Et erat mulier in Naim mollicns virum ex mollitie peſtis alliciendo ad libidinem*, ut tradit Victor Antiochenus, relatus ab Alberto Magno *cap.* 7. *in Lucam*. Mortuo. Deo ſic diſponente, Materno, & a Chriſto in vitam reſtituto: Is Magdalenam monuit de viſis horrendis ſuppliciis, quibus torquentur peccatores, ipſam ſerio exhortans ad pœnitentiam de peccatis commiſſis, & ad omnimodam converſionem, ut & ipſe decreverat, & facto jam cæperat. Magdalena monitis, & exhortationibus *Materni* obtemperans, illico penitus contrita convolavit ad pedes Jeſu Chriſti exiſtentis in eadem civitate, & ad menſam accumbentis in domo Phariſæi: „Et ecce mulier, quæ erat in Civitate „ peccatrix, ut cognovit, quod accubuiſſet in domo Phariſæi, „ attulit alabaſtrum unguenti, & ſtans retro ſecus pedes ejus, „ & capillis capitis ſui tergebat, &, oſculabatur pedes ejus „ & unguento ungebat. Luc. c.7.17.„Et exinde uterque ad meliorem frugem vere converſi, fideliſſimi ſequaces facti ſunt Jeſu Chriſti, ut & fecit vidua Materni facta diſcipula, & ſectatrix Deiparæ Virginis, ut notat laudatus Albertus Magnus *in cit. cap.*7. *Luc.* Tandem poſt paſſionem, mortem, Reſurrectionem, & Aſcenſionem Domini Noſtri Jeſu Chriſti a D. Petro Apoſtolo una cum Eucherio, & Valerio ordinatus Maternus Epiſcopus, & ad convertendos Tungrenſes, Colonienſes, & Trevirenſes, alioſque finitimos populos miſſus, ſanctiſſime obiit Treviris Epiſcopus, & ejus feſtum colitur die 14. Septembris (a).

FISCUS.

Vid. verb. *Poena art.*2. *num.*7.

FŒMINA.

1 FOEmina non eſt capax Ordinum; *cap. Novæ* 10. *de poenit. & remiſ.* & eſt communis inter Catholicos cum D. Cyrillo *ſuper cap.*6. *Joann.* D. Ambroſio *cap.*15. *in Epiſt. ad Roman.* D. Cryſoſt. *in illud Secundæ ad Timoth.*2. D. Thoma *in* 4. *diſt* 25. *quæſt.*2. *art.* 1. & aliis communiter. Quid-
2 quid dixerint, & fecerint Hæretici, qui fœminas ad ſacros Ordines admittebant, inter quos numerantur primo Cataphrygæ quorum meminit D. Ambroſius *in prima ad Timoth. cap.*3. Secundo Paputiani, & Papuritæ, de quibus D. Epiphanius *hæreſ.*49. Tertio Gnoſtici, de quibus Tertullianus *lib. de præſcript. hæretic. cap.*41. Ultimo Vvicleffus, & Lutherus, qui docuerunt, mulieres ſacri Baptiſmatis fonte ablutas ſtatim Sacerdotiſſas conſecrari, de quibus Thomas Valdenſis *lib. de Sacrament. cap.*59. & Rophenſis *art.* 13. *contra Lutherum*. Nec officit quod in Jure fiat mentio Diaconiſſæ, Presbyte-
3 riſſæ, & Epiſcopiſſæ, ut *in cap. Diaconiſſam* 27. *quæſt.*1. *& c. Mulieres* 19. *diſt.*32. & ſæpe alibi. Non officit, inquam, quia, ut recte notant Baronius *ad annum Chriſti* 34. *num.*280. Campanil. *in diverſ. Iuris Canonic. rubr.*11. *c.*2. Vaſquez *t.*3. *in* 3. *part. Diſp.*245. *c.*3. & alii paſſim; ipſæ fœminæ tali nomine appellabantur, non quod ſic eſſent ordinatæ, ſed quia Viri earum erant aſſumpti ad Diaconatum, Presbyteratum, & Epiſcopatum, & ideo uxores Diaconorum Diaconiſſæ, Presbyterorum Presbyteriſſæ, & Epiſcoporum Epiſcopiſſæ dicebantur denominatione deſumpta ab earum maritis. Nec
4 etiam officit id, quod ab aliquibus aſſeritur, quod quædam fœmina Joanna nomine ad Summum Pontificatum fuerit aſſumpta. Non officit, inquam, quia id, quod dicitur de Joanna, eſt mera fabula, talemque eſſe probant Bellarm. *lib.*3. *de Pontifice Romano c.* 24. Baronius *t.* 10. *anno Chriſti* 853. *n.*86. Papirius Maſſon. Gallus *in lib. de Urbis Epiſcopis*, Onuphrius Panvinius *in ſuis annotat. ad Platinam* Florimundus de Remundo *in lib. Error popularis de Joanna, ſeu Pontifice dicta Papiſſa*, Graveſon, Uriaya, & alii paſſim Vide verb. *Ordo art.*2. *n.*26.

Poteſt tamen Fœmina habere poteſtatem Juriſdictionis, 5 quamvis non poſſit habere poteſtatem Ordinis. *Communis*. Hinc Fœmina ſuccedens in aliquo Officio, ſeu Dignitate, quæ habeat aliquam Juriſdictionem annexam, quamvis alias capax non ſit exercitii Curiæ animarum tamen efficitur capax, & poteſt per ſe ipſam adminiſtrare Juriſdictionem, & committere exercitium Curiæ Viro capaci talis poteſtatis, & Beneficia conferre, ut deducitur *ex cap. Dilecta, de Majorit. & obedientia*, & Rota *part.*10. *deciſ.*44. *num.* 13. & tenet Abbas *in cap. Cum Dilectus num.* 20. *de conſuetud.* Felin. *in c. Cum venerabilis n.*36. *de except.* Fagnan. *in c. Judæorum* 3. *de ætat. & qualitat. n.*14. Joann. de Serva *de Benefic. q.* 5. *n.* 1. *&* 5. & alii paſſim. Unde Fœmina habens Juriſdictionem, ut v.g. 6
Abbatiſſa, Prioriſſa, & hujuſmodi, eſt capax conferendi Parochialem, & Parochum nominandi, & inſtituendi; quem Ordinarius ad regimen animarum idoneum approbaverit, ut declaravit *Sac. Cong. Concilii in una Mediolanenſ.* 17. *Dec.*1701. Fœmina virtute talis Juriſdictionis poteſt cum legitima cauſa 7
privare Clericos ſibi ſubjectos Beneficiis jam illis collatis, auferendo ſcilicet quod illis dedit, nempe titulum, & poſſeſſionem, nam poſita hac ablatione cenſetur Pontifex confefre jus ſpirituale, quia ſicuti Beneficium confertur dependenter a deſignatione Fœminæ, & collatione tituli, & poſſeſſionis, ita etiam cenſetur conſervari Juriſdictio a Summo Pontifice dependenter ab iiſdem, quibus ſublatis etiam reliqua alia tolluntur. Rota *par.*9. *tom.* 2. *deciſ.*429. *num.*10. *&* 20. 8

Non poteſt autem Fœmina ipſos Clericos ſuſpendere, prout ſuſpenſio eſt Cenſura Eccleſiaſtica, ſicuti neque interdicere aut excommunicare; nequit enim Fœmina Cenſuras ferre, quia caret ſpirituali juriſdictione, ut colligitur *ex cap. Dilecta, de Majorit. & Obedient.* & Rota dicta *part.*9. *tom.*2. *dec.*429. 9
*num.*17. *&* 18. Fœmina quamvis ſit docta & ſancta, non debet docere maxime publice, textu expreſſo in *c. Mulier* 19. *de conſecr.* ibi. *Mulier quamvis docta & ſancta, viros in Conventu docere...non præſumat.* Fœminæ in Eccleſiis debent ta- 10
cere, 1. *ad Cor. c.*14. *n.*34. *& ſeq.* ibi: *Mulier in Eccleſiis taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit; Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim Mulieri loqui in Eccleſia*. Fœmina quamvis ha- 11
beat Juriſdictionem, ut Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa in ſubditas, non poteſt publice benedicere, ſed ſolum eo modo, quo parentes ſolent benedicere propriis filiis, cum munus benedictionis proveniat ex poteſtate clavium, quæ non competit Fœminæ. *Communis* Fœmina non poteſt pro miniſtro ſervire 12
Sacerdoti ad Altare; ſic expreſſe prohibetur in *Miſſali* §.1. *de defectibus*, & in *c. Inhibendum* 1. *de cohabitat. Clericor. & mulier.* ibi: *Prohibendum quoque eſt, ut nulla foemina ad Altare præſumat accedere, aut Presbytero miniſtrare. Et ſi mulier* ſubjungit la Croix *lib.*6. *part.*2. *num.* 388. *Et ſi mulier in Eccleſia tacere debeat*, uti habetur 1. *ad Corinth.* 14 *multo magis abſtinere a miniſterio Altaris*.

Fœmina, ſi tantum ex levitate utatur veſte virili ſine pra- 13
va intentione, periculo ſcandali, & libidinis peccat tantum venialiter, alias mortaliter; Deuteronomii enim *cap.* 22. *n.*5. ſic præciſe habetur: *Non induetur mulier veſte virili, nec vir utetur veſte foeminea, abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc*. Nullo autem modo, ſi utatur ex neceſſitate, quia neceſſitas facit licitum, quod alias eſt illiçitum; *c. Quoniam* 1. *q.*7. *cap. Omnes* 1. *de Fer. cap. Conſuluiſti* 2. *de celebratione Miſſar.* cum multis ſimilibus; in qualibet enim diſpoſitione 14
intelligitur excepta; *cap. Licet, de poenit. & remiſ.* Fœmina tenetur etiam abſtinere ab ornatu muliebri ex ſe nimis turpi, & ad laſciviam provocante, et hoc ſub mortali, ſi præ videat aliquem in particulari probabili er lapſurum. Et ratio eſt, quia nullum habet jus ad illum nimis turpem, et laſcivum ornatum, imo eſt ei prohibitus, adeoque tenetur ab eo abſti-

(a) Hæc hiſtoria, ſi vera foret, quæſtionem illam perantiquam, & perobſcuram ſolveret de muliere, quam D. Lucas *peccatricem* adpellat. Verum quum de illa nondum liqueat (nec unquam liquebit, ait Ant. Sandini in Hiſtor. Famil. Sacræ C. X. De Chriſto Domino): hæc ab Auctore noſtro præpoſita pura puta fabella credenda eſt. Alia etiam falſitatis argumenta occurrent, ſi Auctores, qui de S. Materno ſcripſerunt, conſulas.

nere ad evitandum peccatum alicujus in particulari ab ipsa prævisi probabiliter lapsuri (a); Busembau *lib.2. cap.2. art.2.* et ibi La Croix *num.343.* Sporer *tom.2. tract. 5. in quint præcept. Decal. cap.1. sect.2. num.39.* et alii passim (b).

15 Fœmina vante se ornans, & pigmentis, seu picturis se fucans ea intentione, ut aliorum oculos ad se trahat, & viros ad lasciviam provocet, peccat mortaliter; *cap. Nec solo affectu, & tactu 12. & cap. Qui viderit mulierem 13. caus.42. quæst.1.* Unde S. Joan. Chrysostom. relatus, & secutus a Fagn. *lib.3. decretal. in cap. Multa 1. Ne Clerici; vel Monachi numer.68.* sic ait: *Nulier si se decoravit & voeaverit ad se oculos hominum, etiamsi plagam non intulerit; vindictam dabit extremam; venenum enim obtulit, etsi nullus qui bibat, inventus sit;* & concordant S. Augustinus *Epist. 265. alias 73. in cap. Fucare 58. de consecrat. dist. 5.* S. Cyprian. *tract. de habitu Virg. post med.* S. Clemens Alexandr. *in Pædagog. lib.3. cap.2.* S. Thomas 2. 2. *q.169. art.2. in corp.* S. Antoninus, & alii communiter. Quamobrem *Eccles. 4.* expresse dicitur: *Ne accipias faciem adversus faciem tuam*, scilicet faciem picturæ adversus faciem naturalem: & contrafaciens debet timere illud Joel 2. *Omnis vultus redigetur in ollam*, idest vultus depictus in ollam infernalem, ut explicat Fagnan. *loc.cit. num.62.* & S. Cyprianus *de disciplina, & habitu Virginum* sic expresse dicit: *Opus Dei est quod nascitur; Diaboli quod mutatur.* Et in libro de habitu Virginum incipient. *Disciplina custos post med.* sic ait: „ Non virgines tantum, aut viduas, sed & nuptas puto, & omnes omnino fœminas admonendas, quod opus Dei, & facturam ejus, & plasma „ adulterare nullo modo debeant adhibito flavo colore; vel nigro pulvere, vel rubore, aut quolibet lineamenta nativa „ corrumpente medicamine. *Et postea subdit*: Manus Deo „ inferunt, quando illud, quod ille formavit, reformare „ contendunt, impugnatio ista divini operis prævaricatio est „ veritatis, Deum videre non poteris, quando oculi tui non „ sunt, quos Deus fecit, sed quos Diabolus infecit, de inimico tuo compta cum illo pariter arsura.

16 „ Si autem Fœmina se ornet, & fucet ex quadam levitate, vel etiam quadam vanitate propter instantiam quamdam, non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale; S. Thomas 2. 2. *quæst.169. art.1. in corpor.* Fagnan. *loc.cit. num. 69.*

17 et alii passim. Imo si Fœmina se ornet, et fucet, servata recta intentione, consuetudine patriæ, et conditione status, non est peccatum; sic S. Thomas 2. 2. *q.169. art.1. in corp. & in c.3. 1. Epist. ad Timoth. lect.2. sub fin.* Alexander Alens. *in summ. Theolog. p.2. q.134. membro 1.* ubi sic præcise dicit: *Licet secundum nobilitatem personæ, secundum consuetudinem Terræ, secundum Dignitatem Officii ornare se vestibus pretiosis, ita tamen, quod absit libido in voluntate, & scandalum in exteriori opere.* Unde S. Thomas in *cit. q.169. art. 2. ad 2.* subjicit, quod non est vetitum fœminis faciei vitia occultare, quod probat his verbis auctoritatem Apostoli adhibens: *Aliud est fingere pulchritudinem ex aliqua causa provenientem putæ ægritudine, vel aliqua hujusmodi, hoc enim licitum est. Quia secundum Apostolum 1. ad Corinth.12. Quæ putamus ignobiliora membra corporis esse, his honorem abundantiorem circumdamus.* Quo fit, ut forte non peccaverit quidam ex Procerибus, qui cum morbo gallico tabesceret, ostro pingebat pallentes genas, de quo Urbanus VIII. festive fertur dixisse: *Foris minio pictus Ibero, intus autem Gallico.* Et sic etiam li-

19 citum est fœminæ se ornare sine pictura, ut viro suo magis placeat, vel ut futuri mariti præ aliis mulieribus licitam benevolentiam captet. S. Thomas in *cap.3. Isaiæ in fin.* ubi sic expresse dicit: *similiter si faciat, ut placeat decenter viro suo, quem habet, vel quem accipere debet, & ut ab aliis mulieribus retrahatur*, non peccat; Pontas verb. *Ornatus muliebris cas.2.* & alii.

20 Fœmina denudans collum, vel pectus ex intentione mala, & maxime illum morem inducens, peccat mortaliter (c). Elizalde *in Regul. morum lib.8. q.13. §.9.* Pignatell. *tom.7. consult.35. a num.27. usque ad fin.* La Croix *lib.3. n.248.* cum plurimis ibi citatis. Unde Ursaya *Instit. crimin. lib. tit. 5. n.50.* notat sub excommunicationis pœna prohiberi posse ab Episcopis, ne mulieres incedant discoopertæ brachiis, vel pectore nudatæ, quia sunt incitamenta ad libidinem, & peccata, ut re matura perpensa in Urbe mandavit San. mem. Innocent.XI. cujus Edictum referunt, & exornant P. Maraccius *in libercul. cui titulus: Rimedio per curare la vanità femminile* Franc. de Re *moral. consult.37.* Raynald. *tom.3. cap.27. §.3. n.1.* Quamobrem S. Cyrillus Alexandrinus *lib.2. Pædagog. cap.3.* sic expresse scribit: *Nullo modo permittendum est mulieribus, ut appareant aliquid corporis denudantes, ne ambo prolabantur, hi quidem, ut qui ad videndum incitentur, illæ vero, ut quæ in se virorum intuitum attrahant; Semper autem tamquam præsente Domino honeste versandum est, ne nobis quoque sicut Corinthiis succensens dicat Apostolus: Convenientibus vobis non licet Dominicam coenam manducare;* & S. Hieronymus *Epist.8. ad Demetriadem* de publicis pediseq uis illam informans sic ait: *Illa tibi sit pulchra illa amabilis, illa habenda inter socias, quæ se nescit esse pulchram, quæ negligit formae bonum, & procedens ad publicum non pectus, & colla denudat, nec pallio revoluto cervicem aperit, sed quæ celat faciem, & vix uno oculo, qui vie necessarius est, patente ingreditur.*

21 Fœmina sciens se turpiter amari ab aliquo particulari, quoties eum aspicit, vel ab eo aspicitur, peccat graviter, si data opera ei se conspiciendam offert; Layman *lib.2. tract.3. c.13.* Sanchez, Bonacina, Diana, & alii passim cum Busembau, & La Croix *lib.2. dub.5. art.2. n.243.* Sporer *tom.2. tract.5. in quint. præcept. Decalogi cap.1. sect.2. num.35.* Hinc peccat

22 fœmina pergens ad hoc templum, ad hoc sacrum, in quo est aliquis particularis, a quo turpiter amatur, quando commode potest aliud templum adire eo periculo vacans. Item quando it per hunc vicum potens commode ire per alium. Item quando e domo egreditur sciens eum expectare spectandam; sic cum aliis Sporer *loc.cit. num.36.* Imo volunt multi

23 absolute cum Busembau *loc.cit.* & probabilius cum La Croix *loc.cit. num.244.* Fœminam scientem aliquem in particulari se turpiter amare, quoties eam aspicit, posse, & debere non tantum publicum, sed etiam Sacro abstinere die Festo, semel, atque iterum, ad peccatum illud evitandum. Alii ta-

24 men cum Castropalao *tract.6. disp.6. part.16.* Diana *part.5. tom.7. resolut.21. & 22.* & Pasqualig. *de Sacrificio quæst.1347.* universaliter sustinent, quod ob vitandum præcise scandalum non sint omittenda ulla opera præcepta. Unde Tamburin. *in Decalog. lib.4. cap.2. §.2. num.8.* docet, quod Femina sciens se ardenter amari ab aliquo particulari, qui erit in Templo, possit quidem die Festo abesse a Missa propter charitatem, non tamen teneatur, quia hoc est scandalum non datum, sed acceptum, quod homo non tenetur vitare cum tanto detrimento omissionis Missæ die Festo, sic docet etiam Illsung. *tract.3. num.111.* dicens, ne quidem semel teneri omittere. Concedunt tamen Castropal. Dianal, & alii apud ipsos *loc.cit.*

25 omitti debere, vel ad aliquod tempus differri actionem bonam, quæ est tantum consilii.

26 Fœmina in publicum prodiens, quamvis sciat se ab aliquo in particulari turpiter amari, si hoc faciat ex necessitate, nullimode peccat, & saltem non mortaliter, si faciat ex utilitate, aut ne se privet sua libertate, vel jure exeundi e domo, aut standi ad ostium domus, vel fenestram; Sanchez, Cajetan. Bonacina, Diana *part.2. tom.15. resolut.30.* Sporer *l.cit. num.35.* qui *num.37.* subjungit consentire omnes, fœminam ob illam causam non teneri ad longum tempus abstinere a publico, vel actionibus vel se indifferentibus, v. g. ad longum tempus non aspicere per fenestram, non ad januam domus suæ stare, vel assidere; sed solum semel, & iterum, donec alter advertere possit se fugi ab illa. Quod si enim alterius turpis amor diutius duret, non erit amplius ex infirmitate, & scandalum pusilli; sed potius ea occasio erit ex propria amantis malitia, & non ex fœmina, quæ libertate sua jure utitur; unde deinceps non est de his curandum (a).

27 Fœmina permittens tactum sui impudicum ex objecto, vel osculum turpe, ac venereum in secreto, peccat mortaliter, si non impediat, quando commode potest, quia concurrit ad actum intrinsece, & mortaliter malum; Sporer *loc.cit.n.41.*

28 La Croix *loco cit. num.249.* & alii communiter. Si vero tactus sint ex objecto honesti, ut osculа in facie, tactus genarum compressio manuum, & sola tangentis prava intentione libidinosi sint, id advertente fœmina, distinguendum est, vel fiunt in publico, ut in Choreis, in convivio &c. ubi juxta morem regionis non possunt repelli, nisi ingerendo animis adstantium suspicionem peccati, & infamando alterum, & tunc fœmina non peccat permittendo similes tactus, quia in re per se non mala adest excusatio sufficiens, ne scilicet ratione moris, & consuetudinis regionis in suspicionem malitiæ apud

29 spectantes veniat tangens repulsus, alias bonæ famæ. Aut tactus fiunt in secreto, seu etiam in publico, & sine suspicione illa, & periculo infamiæ, repelli possint, & tunc fœmina peccat graviter permittendo similes tactus, osculа, & amplexus, si moraliter certo advertat malitiam, & libidinosum affectum tangentis, osculantis, vel amplectentis; Sporer *loco cit. num.41.* Azorius, aliique cum Bonacina *de matrim.*

30 *quæst.4. part.9. num.10.* Si autem dubitet, an similes tactus, osculа, & amplexus ab altero fiant malo animo, Filiuccius, & Tamburin. *in Decalog. lib.5. cap.1. §.4. num.25.* La Croix *loc.cit. num.249.* Sporer *loc.cit. num.41.* & alii negant teneri impedire, quia in dubio nemo præsumendus est malus; Bonacina tamen probabilius affirmat, quia vix abest culpa, et fœmina utitur jure suo, consulitque saluti proximi (b).

31 Fœmina acceptans munera ab amasio, quando ei moraliter certo constet de ejus libidinosa intentione, quamvis ipsa non consentiat ejus pravæ intentioni, regulariter peccat mortaliter, quia sic fovet impurum ejus amorem, ac desiderium,

32 & spem copulæ aliquando obtinendæ. Nec refert, quod fœmina dicat se nolle consentire ejus pravæ intentioni, quamvis munera accepteet, nam reipsa acceptando adhuc relinquit spem in amasio, quod vi munerum possit tandem facilius eam expugnare; Sporer *tom.2. tract. 5. in septim. & decim. præcept. Decalogi cap.5. num.141.* La Croix *loco cit.n. 264.*

33 & alii. Si autem semel tantum, ac iterum accipiat ab amasio munera, nec certo constet ei de libidinosa intentione, ac effectione donantis, tunc non peccat sic accipiendo; Sporer

34 *loco cit. num.141.* & alii. Fœmina ob munera sibi liberaliter donata ab amasio, quamvis illicite accepta ob ejus notam libidinosam intentionem, non tenetur ad ullam restitutionem, sed licite retinere potest; Et ratio est, quia fœmina accipiendo non peccavit contra justitiam; impurus enim amasius liberaliter ea donavit sciens fœminam non acceptare cum pacto copulæ, ut supponitur, quamvis ipse eam speraverit. Unde si sua spe frustratus amasius munera prodegit, sibi imputet, & suæ libidinosæ credulitati; Molina *tom.1. disp.95.* Lugo *disp.10. num.49.* & cum aliis Sporer *loc.cit. num.141.* (c).

35 Fœmineus sexus in quo sensu dicatur *Devotus* notat Macri *in Hierolexic. verb. Antiphona in fin.*, ibi: Est etiam alia difficultas in illa ejusdem Virginis Antiphona, quæ inter consuetas Officii commemorationes habetur super verba: *Intercede pro devoto fœmineo sexu*, ac si sexus alius devotus non esset? Respondetur tamen, hoc nomen *Devotus* hic non significare piam, ac teneri cordis erga Deum personam, sed quæ Deo se devovit, ut sunt Moniales, & similes; Quæ Antiphona desumpta est ex D. Augustino, *in serm.21. Annunt.* cujus mens fuerat distinguere Clerum, & Moniales a populo juxta Ecclesiæ universalis consuetudinem in Feria sexta Parasceve, ubi de iisdem habentur distinctæ orationes, In hoc etiam sensu D. Agatha dixerat: *Soror mea Lucia, Virgo Deo devota*, quia voto perpetuæ Virginitatis se Deo dedicaverat. Ita pariter *in Concilio Tolet. canon.16.* habetur, devotam peccantem recipiendam in Ecclesiam; Sic apud Ursayam *in Miscellaneo secundo Sacro, & Profano, Canonico, & Civili*, verb. *Fœmineus sexus*.

36 Fœmina quædam viginti duos successive habuit maritos, & deinde nupsit viro, qui viginti sepelierat uxores: qui postmodum vincens superites remansit, & Populus Romanus coegit eumdem virum abstinere a lugubri funere, & lauro coronatum, Palma in manibus tenta, tanquam victorem uxoris cadaver ad tumulum assiciare jussit; Sic Vincent. de Justis *de Dispensat. lib.2. cap.9. num.16.* Majolus *de irregularitatibus, lib.1. cap.33.* Corrad. *in praxi dispensat. lib.7. c.2.*

37 *n.81.* & alii apud ipsos.

Expenditur dictum Ecclesiastici *cap.42. numer.14.*, ibi: *Melior est enim iniquitas viri, quam mulier benefaciens* idest melior est pro bono tuo spirituali, quatenus magis tibi proderit, minoris periculi erit, minusque tibi nocebit vir iniquus, qui sua iniquitate, & malitia injuste te vexet, ac bonis temporalibus spoliet, quam Mulier blanda, & benefaciens, quæ suis blanditiis, & beneficentiis ad ejus concupiscentiam te adducat, bonisque omnibus spiritualibus te denudet: vir enim iniquus, ac malignus te injuste vexando tuam exercebit patientiam, quæ necessaria est, ut æternæ reportentur promissiones, sicut docet Apostolus *ad Hebræos cap.10. num.36.*, ibi: *Patientia enim vobis necessaria est, ut reportetis promissiones; & Luc. cap.21. numer.19. In patientia vestra possidebitis animas vestras*; mulier vero benefica munusculis suis, ac blanditiis labiorum suorum venenum libidinis, & ignem lasciviæ usque ad perditionem devorantem in te succendet, ac in laqueum æternæ captivitatis te protrahet, juxta illud Proverbiorum *cap.7. a num.21.* „ *ad 23.*, ibi: Irretivit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum, statim eam sequitur, quasi „ bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciviens, & „ ignorans quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta jecur ejus; velut si avis festinet ad laqueum, „ & nescit quod de periculo animæ illius agitur „. Unde Ecclesiastici *cit. cap.42.* antequam *num. 14.* dicatur: *Melior est enim iniquitas viri, quam &c.* numero immediate antecedenti dicitur: „ In medio mulierum noli commorari, de „ vestimentis enim procedit tinea, & a muliere iniquitas „ viri „. Sic Sacri Expositores passim in prælaudat. *c. 42. num.14. Ecclesiastici*.

(a) *Volunt multi absolutè cum Bosembau*, inquit auctor num.23. *fœminam scientem aliquem in particulari se turpiter amare, quoties eam aspicit, posse, & debere non tantum publico, sed etiam sacro abstinere die festo*. num. vero 26. vult, fœminam iisdem in circumstantiis constitutam, peccare tantum venialiter, si, ne se privet sua libertate, domo exeat, per fenestram aspiciat, ad januam domus suæ stet, vel assideat. Harum autem ferè contradictoriarum opinionum, quænam sit amplectenda, prudens judicet lector.

(b) Si Mulier dubitet actus illos malo fieri animo impedire, & prohibere illos tenetur; alioquin proximi saluti non consuleret, & semetipsam quoque periculo exponeret peccandi, cum sine commotione, ac delectationis periculo vix amplexus, & osculа illa contingant.

(c) Rogarem hic auctorem, num credat mulierem peccare, quæ impurum in amasio foveat amorem? Si ita opinetur, ut opinari revera censeo: Rursum rogo num acceptatio donorum amorem illum foveat? Num prudenter suspicari possit ab hujusmodi amore prava oriri posse desideria? Ita sane. Ergo acceptando dona nequit esse immunis a culpa.

(a) Peccat mulier, si non abstineat ab ornatu nimis turpi, etiamsi non prævideat aliquem probabiliter lapsurum; cum enim prohibitus ei sit turpis ornatus, qui ad peccandum homines provocet, palam est graviter eo utentem peccare, etsi non prævideat aliquem lapsurum.

(b) In verbo illo *nimis* habent fortasse insidiæ, & deceptiones, lasciviæque mulieres nunquam nimis turpem credent turpem ornatum. Legatur Auctores citati a Bened.XIV. De Synod. Diec. l.11. c.12.

(c) Etiam secluſa intententione mala graviter peccat mulier illa. Nam denudatio illicita est non solum ob pravam mulieris intentionem; sed etiam quia de se mala est, inducens homines ad peccandum.

Novæ additiones ex aliena manu.

FŒminæ (ait Ulpianus in L.2. ff. de Regul. jur.) ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt, & „ ideo nec Judices esse possunt, nec Magistratum gerere, „ nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores „ existere „. Varii Auctores varie celebrem hanc de Fœminis Regulam juris sunt interpretati. Unus autem *Jacobus Gothofredus* meo judicio verum ejus sensum est assequutus.

Publica, & civilia officia non sunt hic pro eisdem accipiunt *Cuiacius, & Petrus Faber*, sed observante *Jacobo Gothofredo* distinguenda sunt publica officia ab officiis civilibus, ita quidem ut publica civilia quoque sint, non retro omnia civilia publica. Et in hunc modum particula *Vel* posita est inter genus, & speciem, quod non est novum.

Publica autem officia, ut monet idem *Jacobus Gothofredus*, non dicuntur hic ratione finis, vel loci, verum ratione auctoritatis, quæ scilicet cum publica exercentur auctoritate, cujusmodi duo tantum exempla hac Regula commemorantur, Judicem esse (pedaneum scilicet, seu causæ discepratorem), & Magistratum gerere cum jurisdictione, & imperio, a quo

quibus obeundis Fœminæ prohibentur. Civilia vero sunt ea
6 quoque ministeria, ii actus, qui partim in Civitatis vel Judiciorum conspectu in Comitiis exercentur, partim privatim in cœtus alicujus Virorum ore, seu conspectu, modumque excedunt domesticæ curæ, cujusmodi tria exempla hic
7 commemorantur, *Postulare*, idest *Advocare*, *pro alio intervenire*, *& procuratorem existere*, a quibus quoque obeundis prohibentur fœminæ.

8 Male autem Græci Interpretes, ut & *Glossa*, *Cujacius*, & alii, *interventionem pro alio*, hic de *Fidejussoria intercessione* accipiunt. Interveniendi voce, ut post *Petrum Fabrum*
9 probat *Jacobus Gothofredus*, non fidejussoria intercessio intelligi debet, verum judicialis quædam opera, & civile officium, cognitoriæ, & procuratoriæ simile.

10 Ratio vero hujus prohibitionis, sive Regulæ circa fœminas non fuit Muliebris sexus levitas, non item infirmitas, & con-
11 ditio fragilitatis, nec periculum rei familiaris, verum remotæ fuere fœminæ ab officiis publicis ob honestatem sexus, ob verecundiam, & stolæ matronalis decus. Consule toties laudatum *Jacobum Gothofredum hic*.

FORNICATIO.

Vide verb. *Luxuria a numer. 3. ad 9.*, & verb. *Pœna art. 2. num. 102.*, *& 103.*

FORTITUDO.

Vide verb. *Virtus num. 120.*

FORUM, SEU FORUS.

1 NOmen Fori varias habet significationes, aliquando enim in masculino, & aliquando in neutro genere ponitur. Forum in neutro genere venit a *Ferendo*, sic dictum ab eo, quod controversiæ, & res venales illuc ferantur; M. Varro *leg. 1. de lingua latina*, Calvin. *Magno Lexico Juridico* verb. *Forum neutri generis*. Sic dicitur Forum Boarium. Piscarium, in quo boves, vel Pisces veneunt, Calvin. *loc. cit. verb. Forum Boarium*. Forum in neutro genere magis proprie accipitur pro districtu, seu Territorio cujusque Judicis, intra
3 quod in facinorosos animadvertere potest, *Leg. Pupillus §. Territorium*, *ff. de verb. signific.*, & post Hostient. notat Abbas ad *Rubr. de Foro competenti*, & alii passim. Forus in masculino genere describitur, *quod sit exercendarum litium*
4 *locus a Fando dictus*, *sive a Foranco Rege*, *qui primus Græcis legem dedit*. Sic ad litteram in *Cap. Forus 10. de verb. signific.* Alio nomine dicitur Tribunal, ut *leg. 1. ff. de Judiciis*. Item Auditorium, *leg. contra Pupillum*, *ff. de Re judicat.*

5 Forus competens idem est, ac Tribunal Judicis, cujus Jurisdictioni Reus, qui convenitur, subiectus existit. Notanter autem hæc Definitio Fori competentis ponitur in ordine ad Reum, quia generale est, ut Actor Forum sequatur Rei; *Cap. Si Clericus 5. de Judice compet.*, ibi: Cum Actor Fo-
„ rum Rei sequi debeat; & cap. Cum si 8., ibi: Cum sit
„ generale, ut Actor Forum Rei sequatur, & l. ultim. Cod.
„ Ubi in rem actio &c., Si Reus habet multiplicem Forum, in electione, Actoris est, eum, in quo maluerit foro, convenire; Glossa *in cap. Dilecti 17. de Foro competent verf. Vbi domicilium*; *& leg. ultim. Cod. Vbi in rem actio &c.* Si
6 Reus habet multiplicem Forum, in electionem, Actoris est, eum, in quo maluerit foro, convenire; Glossa *in Cap. Dilecti 17. de Foro competent verf. Vbi domicilium*; *& leg. ultim. Cod. Vbi in rem actio &c.* id probans *in leg. 2. §. Plane*, *si per ff. fecta de judiciis*, & sic communis Canonistarum, ut restatur, & tenet Fagnan. *in Cap. Licet 20. de foro compet. num. 41.* Reus curam incompetente
7 Judice conventus, impune non comparet opponendo exceptionem fori dummodo tamen hæc exceptio proponatur statim ab initio ante litis ingressum, ne reo sciente, & connivente procedatur ad alia, & sic videatur is in talem Judicem consensisse, ejusque personam approbasse, ac jurisdictionem prorogasse, *leg. Consensisse §. 1. ff. de judiciis*, & patet hoc in *leg. ultim. Cod. de exceptionibus*, & amplius declarat Glossa *in Cap. Exceptionem*, *verf. In dilatoriis*, *de exceptionibus*, & Abbas *ibid. num. 11.*, & alii.

8 Orta quæstione de competentia fori inter Judicem Ecclesiasticum, & Laicum, debet cognoscere Ecclesiasticus; habetur expresse *in cap. Si Judex 12. de sentent. excommun. in 6.* Ubi Bonifacius VIII. loquendo de malefactore, qui captus a Judice sæculari dicit se esse Clericum, decidit aperte, & absolute, quod tunc cognitio hujus causæ spectat ad Judicem Ecclesiasticum, vocato tamen judice sæculari, ibi: Si
„ Judex Laicus malefactorem captum detineat, & is se
„ Clericum dicens ad Curiam Ecclesiasticam petat remitti,
„ vel curia ipsa eum tamquam suum Clericum repetat a Ju-
„ dice ipsum inficiante Clericum, ac ob hoc minime remit-
„ tendum, dubitationis hujusmodi, an scilicet sit, qui re-
„ petitur Clericus, ad Judicem Ecclesiasticum (quia de re
„ Ecclesiastica, & spirituali, vocato tamen Judice sæcula-
„ ri, vel alio, cui interest) cognitio pertinebit. Ob quem textum adeo clarum datam conclusionem tenuit Rota *decis. 3. alias 202. tit. de sentent. excommunic. in novis*; & tenent Canonistæ communiter cum Glossa *ibid. in princip.* ubi dicit, *quod talis Pontificia decisio est expediens*, *& utilis valde*, *& sæpissime practicatur*, & Covarruvias *Pract. Quæst. cap. 33. circa init.* recte monet, quod sit semper præoculis habenda, & Felinus *in cap. Pastoralis num. 4. de Rescript.* advertit Lectorem, ut hujus nunquam sit oblitus; & sic Barbosa *in cit. cap. Si Judex num. 3.* Sperell. *decis. 8. Fori Ecclesiastici nu. 23.*, *& decis. 24. num. 59.* allegans alios. Julius Clarus *lib. 5. Practic. cirmin. §. fin. quæst. 36. num. 21.* Farinacius *in appendice de Immunit. Eccles. num. 367.*, *& lib. 1. Prax. criminal. q. 3. num. 33.* citans plurimos alios, Jason *in leg. Ex quacumque num. 19. ff. Si quis in Jus vocatus &c.* post Anton. de Butrio *in Cap. Ceterum col. 4. de Jud.* & Joan. de Imola ibid. subjungens, quod hoc communiter tenetur.

9 Quamvis sint plurimi modi fortiendi Forum, quorum multos enumerant in *cap. Licet 20. de foro competent.* Hostiens. *num. 3.* Joan. Andr. *num. 2.*, & Fagnan. *num. 27.* Et ad sexaginta duos recenset Speculator *in tit. de competent. Judic. §. 1.* 10 Tamen modi ordinarii, seu speciales fortiendi, forum sunt quatuor, qui expresse enumerantur a Gregorio IX. *in d. cap. Licet 20. de Foro competent.*, ibi: Ratione delicti, seu con-
„ tractus, aut domicilii, sive rei, de qua contra possesso-
„ rem causa movetur forum regulariter quis sortitur „. Primus igitur modus specialis fortiendi forum est ratione delicti, 11 in cujus enim Territorio quis delinquit, ejus jurisdictioni subjicitur, licet alias ei subjectus non sit; *Cap. Postulasti 14. & cap. Licet 20. de foro competent. cap. De illis 1. de Raptoribus*, *& Cap. Placuit 6. quæst. 3.*, *& Authent. Qua in Provincia*, *Cod. Vbi de criminibus agi oportet*, ubi sic expresse habetur: *Qua in Provincia quis deliquit*, *aut in qua pecuniarum*, *aut criminum reus sit*, *illic etiam jure subjaceat*.

12 Delinquens, si adhuc est in loco delicti, tam respectu Personæ, quam respectu bonorum etiam alibi existentium, est de jurisdictione Judicis illius loci, in quo delictum fuit commissum, dummodo executio sententiæ, quoad ad bona alibi existentia, fiat a Judice, in cujus Territorio bona condemnati existunt. Sic clare deducitur *ex cap. Postulasti 14. de foro competent.* ubi decisum habetur, quod, quando Clericus habet Beneficium in una Diœcesi, in alia vero delinquit committendo crimen dignum privatione Beneficii, tunc Episcopus Diœcesis, in qua deliquit, sententiam pronunciet super Clericum privando ipsum Beneficio, & executio talis latæ sententiæ quoad privationem Beneficii fiat ab Episco-
„ po, in cujus Diœcesi Beneficium existit, ibi: Respon-
„ demus, quod per Episcopum, in cujus Diœcesi deliquit,
„ sententia promulgari poterit in eumdem, sed ab eo, in
„ cujus Diœcesi Beneficium obtinet, erit quoad illud exe-
„ cutio facienda. Et sic textum istum intelligit Glossa *ibid.*
„ verb. *Executio facienda* præcisis his verbis: Et sic ille
„ Episcopus, cui subest illa Ecclesia istius Clerici, privabit
„ illum per sententiam ab alio Episcopo latam „ quam sequuntur Speculator *tit. de executione sententiæ*, §. *Nunc dicendum num. 13. verb. Item facit*, Abbas *in cit. cap. Postulasti num. 7.* Reiffenstuel *lib. 2. decretal. tit. 2. num. 48.*, *& sequent.*, & alii passim: Atque idem decisum habetur de simili *in cap. Romana 1. de foro compet. in 6. §. Contrahentes*, ubi unus Episcopus decernit missionem faciendam in bona, quæ reus contumax in alia etiam Diœcesi obtinet, quam deinde ad illius requisitionem alter Episcopus exequitur.

13 Si delictum sit inchoatum in Territorio unius Judicis, & finitum, seu consummatum in Territorio alterius, ut si quis existens in Territorio Alexandrino explodat sclopum, & occidat

cidat hominem existentem in Territorio Dertonensi, probabilius est, quod tunc tam Judex Alexandrinus, quam Dertonensis possit contra Reum procedere, & si concurrant, detur locus præventioni. Ita Abbas *in Cap. Licet 20. de foro compet. num. 25.* Joan. Andr. *in Cap. in obscuris num. 5. §. Solutio*, *de Reg. Juris in 6.* Farinacius *tom. 1. criminal. leg. 1. tit. 1. quæst. 7. num. 46.* allegans plures alios, & inquiens, quod hæc sit veritas, Reiffenstuel *lib. 2. Decretal. tit. 2. numer. 75.*, *& 78.* Julius Clarus *lib. 5. Criminalium §. final. quæst. 38. numer. 11.* asserens ita communiter servari. Et ratio est, quia, qui explodit sclopum ex uno Territorio, & occidat hominem existentem in alio, in utroque Territorio delinquit, & utrumque Territorium ex tali delicto læditur, seu injuriam patitur, nam etiam ille jam noxius est, qui mittit lanceas, & sagittas in mortem; *Cap. Sicut noxius est 1. de præsumptionibus*, ibi: *Sicut noxius est*, *qui mittit lanceas*, *& sagittas in mortem &c.* adeoque, ne crimina maneant impunita, merito utrique Judici tribuitur jurisdictio in solidum. Fateor tamen, 14 quod probabile etiam est, quod solus ille sit competens Judex, in cujus Territorio consummatum est delictum, & nullatenus ille, in cjus Territorio est inchoatum. Sic tenent Bartolus *in leg. Libellorum num. 7. ff. de accusat.* Felinus *in d. cap. Licet 20. num. 14.* Aretinus *ibid. num. 7.* quorum sententiam approbat Fagnan. *ibid. num. 3.* ac probabilem censet Pirging *lib. 2. Decretal. tit. 2. num. 28.*

15 Secundus modus specialis fortiendi Forum est ratione Contractus, ut si quis in alieno Territorio per se, aut per alium contrahat, vel contraxisse fingatur, eo quod in tali loco sese soluturum promiserit, possit ibidem super tali contractu conveniri, etiamsi domicilium ibi non habeat; *cit. Cap. Licet 20. de foro compet. leg. Heres absens*, *& leg. Omnem obligationem*, 16 *ff. de judiciis*. Contractus tamen non accipitur hic stricte, prout esse dicitur ultro, citroque obligatorius, ut Emptio, venditio, societas, juxta textum *in leg. Labeo*, *ff. de verb. signific.* sed latissime pro omni eo, quod obligationem inducit, etiamsi obligatio nascatur ex parte unius tantum, *ut in leg. omnem obligationem*, *ff. de judicis*, *& leg. Heres absens*, *ff. eodem*, & secundum Glossam *in cit. cap. Licet vers. Rationecontractus*, Abbat. *ibid. numer. 29.* Hostiens. *ibid. numer. 4.* Butr. *ibid. num. 11.* Fagnan. *ibid. num. 5.*

17 Dantur tamen plures casus, in quibus contrahentes nequeunt conveniri in loco contractus. Primo, quando inter partes contrahentes conventum fuit, ut non in loco contractus, sed alibi V. G. in loco domicilii teneantur respondere, si forsan in posterum lis oriri contingat super talem contractum, prout limitatur *cit. leg. Heres absens §. Proinde*, *ff. de judiciis*. Ut enim statuitur *in Regula 85. Juris in 6. Contractus* 18 *ex conventione legem accipere dignoscuntur*. Secundo, quando quis tamquam Advena, & Viator contrahit in aliquo loco mox inde discessurus, & hoc scitur ab altera parte contrahente; tunc enim non tenetur ibi respondere, nisi voluerit, sed habet jus revocandi domum, seu ad forum sui domicilii, *cit. leg. Heres absens §. Proinde*, *ff. de judiciis*, ubi datur hæc ratio, quia durissimum est quotquot locis quis navigans, vel iter faciens delatus est, tot locis se defendere. Sic 19 enim a susceptο itinere, aliisque negotiis suis magno cum damno posset sæpe sæpius impediri. Hoc autem est intelligendum de vero Advena, seu Viatore, qui habet alibi certum domicilium, non vero de Vagabundis per mundum nullibi certum domicilium habentibus, quia isti possunt conveniri, non solum in loco contractus, sed ubicumque reperiantur, ne alioquin Creditores jus suum perdant. Glossa marginalis *in Cap. Licet 20. de foro competent. verf. aut domicilii*, & Glossa *in leg. Heres absens §. Proinde verb. debebit*, *ff. de judiciis*. Quam Glossam sequitur Bartolus *ibidem §. Quæro quid si Debitor*, Joann. Andr. *in cit. cap. Licet 20. de foro competent. num. 11.* Fagn. *ibid. num. 26.* Felin. *ibid. num. 20.* Pirhing *lib. 2. Decr. tit. 2. num. 15.* Reiffenstuel *ibid. num. 46. & 87.* Sanchez *l. 3. de Matrim. disp. 25. n. 5.* & alii passim. Et id de sumitur *ex l. 1. C. Vbi quis de Curiali &c. & l. 1. C. Vbi de crimin. agi oport.* juncta Glossa *ibid. in verb. Reperiuntur* de talibus Vagabundis illud vulgatum allegante: *Vbi te invenero*, *ibi te* 20 *judicabo*: Tertio, quando agitur de contractu dotis, quia pro hoc contractu, illud habetur speciale, quod non inspiciatur locus contractus, seu in quo instrumentum dotis factum est, sed locus, ubi vir habet domicilium, & in cujus domicilium etiam ipsa mulier per conditionem Matrimonii est itura, eo quod sequatur forum Mariti, *leg. Exigere 65.* 21 *ff. de judiciis*, & ibi Glossa, & Doctores communiter. Excipe tamen, nisi partes contrahentes aliter inter se convenerint juxta Regulam 85. *Juris in 6.* traditam *supra num. 17.*

22 Tertius modus specialis fortiendi forum est ratione domicilii; *cap. Ex parte 15. & cap. Licet 20. de foro competent.*, *l. Cives*, *Cod. de Incolis lib. 10.*, & hic proprie dicitur verus, & naturalis forus, ut tradunt *in d. cap. Licet* Innoc. *numer. 3.* Butr. *num. 16.* Felin. *num. 23.* Fagn. *num. 9.*, & alii passim. Hinc appellatione *fuæ Diœcesis* in dubio intelligitur Diœcesis 23 domicilii, seu habitationis, non autem originis, vel alia. Glossa singularis *in cap. Statutum verb. unam dictam*, *de Rescript. in 6.* asserens sic servari in Curia Romana; Felin. *in cit. cap. Licet 20. de foro compet. num. 22.* citans alios, Fagn. *ibid. num. 10.* Compostell. *in cap. Nonnulli in 4.* Glossa *de Rescript.* Speculat. *in tit. cit. §. 1. circa princ.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 25.* & alii. Sic etiam appellatione *subditi*, seu *sub-* 24 *jecti* in dubio venit duntaxat *subditus*, vel *subjectus* ratione domicilii, *arg. leg. Cives*, *Cod. de Incolis lib. 10.*, & sic Glossa *in cap. Nuper verb. Absolutio de sent. Excomm.*, & Glossa *in Clement. 1. verb. Subditos*, *de foro competent.* quam ibi omnes sequuntur, teste Fagn. *in cit. cap. Licet num. 10.*

In foro domicilii, potest quis conveniri etiam pro delictis 25 alibi commissis; *Leg. Sciens*, *Authent. Quæ in Provincia*, *Cod. Vbi de crimin. agi oportet*; ac pro contractibus alibi gestis, *Cap. Delicti 17. de foro compet.*, & super rebus alibi sitis; *Leg. Ultim. Cod. de Præscript. long. tempor.* Et sic tenent Abbas *in cap. Si quis Clericus 1. numer. 6. in cap. Cum contingat 13.*, *& Cap. Licet 20. num. 38. de foro compet.* Felin. *in cit. cap. Licet num. 23.* Fagn. *ibid. num. 12.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 28.*, & alii. Judex domicilii potest procedere 26 contra subditum, nedum præsentem, sed etiam absentem, & ubicumque existentem, nam potest ab ipso citari quoad omnes effectus, scilicet ut procedat contra eum, vel ad missionem in possessionem, vel ad condemnationem, si status causæ patiatur, quia ubicumque sit, ejus subditus remanet, & citatio decernitur in proprio Territorio ipsius Judicis, licet nuntius exequatur extra Territorium; nam actus nuntii citationem exequentis, ut citatus futuræ litis notitiam habere possit, est nudum duntaxat ministerium executionis, & non actus jurisdictionis, & ideo potest exerceri extra Territorium, ut notatur *in Cap. Novit*, *de offic. Legati*, *& in cap. Romana §. Contrahentes*, *de foro competenti in 6.*, *& in leg. omnes*, *verb. Verum si apparitor*, *C. de Episc.*, *& Cleric.*, & tenent Hostiens., & Joan. Andr. *in cap. 7. de raptor.* Abbas *in cit. cap. Licet 20. de foro compet.* Fagnan. *ibid. numer. 12.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 30.* & alii.

Habens domicilium habitationis æqualiter in duobus locis, 27 eo quod utrobique æqualiter per anni decursum commoretur, tunc in utroque loco censetur sortiri forum, & utrobique potest conveniri. Colligitur *ex cap. Ex part. 15. de foro compet.*, & tenent Glossa *ibid. verb. Andegavensi*, Abbas *ibid. num. 8.* & alii passim Doctores, teste Reiffenstuel *loc. citat. num. 42.*, & concordat textus *in leg. Labeo*, *& leg. Assumpto §. fin. ff. Ad municipalem*. Mutatio domicilii non perimit 28 instantiam coram Judice illius domicilii jam cœptam, textu expresso *in cap. Proposuisti 16. de foro compet.*, ibi: „ Pro-
„ posuisti nobis quod quidam subditus tuus ad petitionem
„ cujusdam adversarii sui a te legitime citatus ad causam, quia
„ postmodum jurisdictionis alterius esse cœpit, tuum inten-
„ dit judicium declinare. Porro tuæ prudentiæ dubium esse
„ non credimus, quod is in prædicta causa jus revocandi
„ forum non habet, quasi ab alio jam præventus. Unde
„ clare patet ex textu, quod legitime citatus coram hujusmodi Judice citante causam prosequi debet, non obstante, quod post citationem mutaverit domicilium. *Communis*.

Quartus modus specialis fortiendi forum est ratione rei, de 29 qua contenditur. Unde coram illo Judice, in cujus territorio res litigiosa existit, vel illius possessio habetur, potest quis conveniri, textu expresso *in cap. Licet 20. de foro compet.*, ibi: „ Ratione .... rei, de qua contra possessorem causa
„ movetur ..... forum regulariter quis sortitur, & concordat *cap. Sane 3. eod. & leg. 1. cum seq. Cod. Vbi in rem actio*. Et hoc procedit sive res sit immobilis, sive mobilis; *leg.* 30 *Quod legatur §. Si autem ff. de foro compet.* & *leg. ultim. Cod. Vbi in rem actio*. Ita Glossa *in cit. cap. Licet 20. de foro competent. verb. Contra possessorem*, Innocent. *ibid. num. 1. Hostiens. num. 5.* Fagnan. *ibid. num. 20.* & alii passim.

Præter quatuor supra recensitos speciales modos fortiendi 31 forum, datur quoque alius modus generalis fortiendi forum, videlicet ratione communis patriæ, vel communis superio-

perioris in Romana Curia. Roma enim communis est Patria; *leg. Roma ff. Ad municip.* & Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum Mater est, & Magistra; *cap. Licet* 20. *de foro competent.* & Papa est Judex ordinarius singulorum; *cap. Cuncta per mundum* 9. *quæst.* 3. Unde quilibet non solum Clericus, sed etiam Laicus potest super Ecclesiasticis, ac spiritualibus causis conveniri coram summo Pontifice, seu in Curia Romana, ibique conventus non habet jus declinandi forum, licet ibi non delinquat, nec contrahat, nec habeat domicilium, seu possessionem alicujus rei; *Est communis*. Et est sic expresse decisum *in cap. Licet* 20. *de foro compet.*, ibi: „ Licet ratione delicti, seu contractus, aut domicilii, „ sive rei, de qua contra possessorem causa movetur, quibus forum regulariter quis sortitur, Episcopus vester apud „ Sedem Apostolicam conventus non fuerit. Quia tamen „ omnium Ecclesiarum mater est eadem, & Magistra, rite „ compelli potuit, ut ibi suis adversariis responderet „. Papa enim, ut jam fuit dictum, est Judex ordinarius singulorum; *cit. cap. Cuncta per mundum* 9, *quæst.* 3. & totus mundus est sibi Territorium quoad causas spirituales, ut patet ex auctoritate per Christum sibi demandata *Matth.* 6., ibi: „ Quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in „ Cœlis, & quodcunque solveris super terram, erit solu„ tum & in Cœlis, & concordat *cap. Duo sunt* 10. *& cap. Si Imperator* 11. *dist.* 96. *& cap. Solitæ, de majorit. & obedient.* cum similibus.

32 Neque dispositioni dictæ Decretalis *in cap. Licet*, quæ deciditur, ut quilibet in Romana Curia conveniri possit super Ecclesiasticis, & spiritualibus causis, fuit quidpiam derogatum per Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 20. *de reformat.* quamvis ibi statuatur, quod „ causæ omnes ad fo„ rum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi Be„ neficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis loco„ rum dumtaxat cognoscantur; atque omnino saltem infra „ biennium a die motæ litis terminentur „. Sub illis enim verbis: *Coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur*, non solum, ut optime respondet Fagnan. *in cit. cap. Licet num.* 25. comprehenditur Ordinarius loci domicilii, sed etiam Ordinarius cujusque loci, ubi quis ex Juris Præscripto forum sortitur, sive id contingat ratione Ordinis, vel Beneficii; *cap. Cum nullus, de tempor. ordin. in 6.* sive ratione delicti, contractus, ac rei litigiosæ; *cap.* 1. *de privileg. in 6.* & consequenter comprehenditur etiam Ordinarius loci Romanæ Curiæ, cum in ea quilibet non solum Clericus, sed etiam Laicus in causis Ecclesiasticis, & spiritualibus forum sortiatur, & Papa sit Ordinarius singulorum, ut dicit Glossa final. *in cit. cap. Licet* 20. *de foro compet.* & totus mundus sit ei territorium, ut jam dictum est *supra num.* 31. per Jura ibi citata.

33 Fori privilegio quinam gaudeant? Vide *verb. Clericus*,
34 *art.* 2. Per privilegium fori intelligitur illud, vi cujus quis exemptus est ab omni potestate, & jurisdictione fori sæcularis, adeo ut non possit amplius a Judice sæculari in judicium trahi, carcerari, vel puniri, sed duntaxat a Judice Ecclesiastico, ut colligitur *ex cap. Si Imperator* 11. *dist.* 96. & sic
35 tenet *communis Doctorum*. Hoc fori privilegio gaudet Clericus non obstante irregularitate contracta ob homicidium; *Sacr. Congregat. Immun. in Alatrina* 13. *Augusti* 1658. *lib.*
36 *Decret. Rocci pag.* 112. Etiamsi Clericus non habeat requisita Sacr. Concil. Trident. remittendus est Episcopo illum repetere volenti; *Sacr. Congregat. Immun. in Tudertina* 12. *Se*37 *ptembris* 1645. *lib.* 3. *Decret. Pauluc. pag.* 262. Clericus gaudet privilegio fori quoad personam, etiamsi post delictum, & processum Clericatum assumpserit; *Ead. Sac. Cong. in Regien.* 28. *Maji* 1626. *lib.* 1. *Decret. Paul. pag.* 2. *& in Januen.*
38 16. *Decemb.* 1642. *lib.* 3. *Decret. Paul. pag.* 191. Clericus successor Laici non ligatur instantia inchoata coram Judice Laico; *Ead. Sacr. Cong. in Nullius* 27. *Septembris* 1632. *lib.* 2. *Decret. Paul. pag.* 140. *& in Hyeracen.* 12. *Octobris ejusdem*
39 *anni* 1632. *lib.* 2. *Decret. Paul. pag.* 142. Clericus provocans Fratrem Laicum ad divisionem, convenire debet coram Judice Laico uti Judice Rei conventi; *Eadem Sacr. Cong. in Nullius* 9. *Octobris* 1635. *lib.* 2. *Decret. Vallem. pag.* 235.
40 Clericus laudatus non potest declinare forum Judicis Laici, quando sententia dirigitur contra Laicum laudantem, secus si dirigatur contra Clericum laudatum; *Ead. Sacr. Congr. in Bojanen.* 4. *Septembris* 1640. *lib.* 3. *Decret. Paul. pag.* 128.
41 Fvvus legitimus Clerici ante Clericatum susceptus gaudet privilegio Fori durante vita Patris; *Sac. Congregat. Immun. in Callien.* 18. *Martii* 1631. *lib.* 2. *Decret. Paul. pag.* 99. Et licet gaudeat privilegio fori, non ideo est incapax Officiorum Communitatis; *Ead. Sac. Cong. in Urbanien.* 13. *Junii* 42
1640. *lib.* 3. *Decret. Paul.* 120. Verum filii Clericorum non 43
gaudent post mortem Patris privilegio fori; *Ead. Sacr. Congr. in Bisignan.* 28. *Novemb.* 1653. *lib.* 5. *Decret. Paul. pag.* 24.
Filius Clerici Græci, quatenus sit legitimus, vivente Patre, 44
gaudere debet privilegio fori; *Ead. Sacr. Congregat. in Hydruntina* 29. *Septembris* 1624. *lib. Scripturarum vet. pag.* 39. *& in Cassanen.* 21. *Martii* 1645. *lib.* 3. *Decret. Paul. pag.* 247.
Filii Græcorum Ritus Græci redeuntes ad convivendum cum 45
Matribus Viduis gaudere debent privilegio Fori; *Ead. Sacr. Cong. in Nullius S. Mariæ del patire* 15. *Martii* 1628. *lib.* 2. *Decret. Altoviti pag.* 1546. Fori privilegio gaudet ille, cui 46
reservata fuit pensio Ecclesiastica, cum ad hunc effectum pensionem obtinens habeatur pro Clerico; *Sac. Cong. Conc. teste Didaco Narbona de ætate ad humanos actus requis. anno* 14. *quæst.* 59. *num.* 10. & Armendar. *in addit. ad recept. legum Navarræ lib.* 2. *tit.* 19. *de Foro compet. num.* 3. *&* 7. 47
Etiamsi non incedat in Habitu, & Tonsura; *Ead. Sacr. Congregat. Conc.* apud Nicol. Garziam *de Benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 70. & novissime *Ead. Sacr. Congreg. Conc. in Portugalen.* 10. *Apr.* 1622. apud Barbos. *de Offic. & potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 151. *& in summa Apostolicar. decision. verb. Fori privilegium num.* 7.

Fori privilegio gaudent Protonotarii Honorarii, etiamsi 48
Ecclesiæ non inserviant: *Sacr. Congreg. Concil. sub die* 9. *Julii* 1626. nec servitio alicujus Ecclesiæ adscripti sint, dummodo in habitu Clericali incedant; *Ead. Sacr. Congr. in Toletana* 27. *Martii* 1632. quam refert Bonfadin. in *Thesauro Ecclesiastico decis. resol.* 17. *num.* 20. Fori privilegio gaudet de 49
præsenti Laicus pro tempore, quo fuit Clericus; *Sacr. Cong. Immunit. in Nullius Garopoli* 9. *septembris* 1631. teste Bonfa50
din. *dict. resol.* 17. *num.* 25. Fori privilegio gaudet Clericus, qui ante carcerationem reassumpserat habitum; *Sacr. Cong. Immun. in Rossanen.* 18. *Martii* 1631. apud Bonfadin. *dict. resol.* 17. *num.* 24. Equites Regulares quorumcumque Ordi- 51
num Militarium gaudent Fori privilegio; *Sacr. Congr. Immun. in Assisien. de mense Decembris* 1627. in qua annuente Sanctissimo mandavit, Placidum Bennium Equitem Christi ad Forum Ecclesiasticum esse remittendum, de qua meminit Sperell. *dec.* 2. *num.* 120. *Ead. Sacr. Cong. in Mantuana* 25. *Septembris* 1617. censuit, Equitem Religionis Constantiniæ inquisitum, & carceratum a Ministris Ducalibus consignari Episcopo Mantuano una cum originali processu facto, quamvis nullo, qui ut delegatus causam cognoscat, audito Procuratore Ducali, & facta consignatione, ut supra, mandavit, quod Dux absolveretur, & omnes complices ab Episcopo, apud Sperell. *decis.* 2. *num.* 120. Barbos. *in Summa Apostol. dec. verb. Eques Regularis num.* 4.

Fori privilegio non gaudent illi, qui in accendendis lam- 52
padibus, & aperiendis Ecclesiæ portis deserviunt; *Sacr. Cong. Episcop. & Regul. sub die* 28. *Januarii* 1603. apud Barbos. *in Summa Apostolic. dec. verb. Fori privilegium num.* 19. Filius 53
Cancellarii Curiæ Episcopalis non gaudet privilegio Fori; *Sacr. Congr. Immun. in Interamnen.* 1. *Februarii* 1661. *lib. decr.* 54
Rocci pag. 213. Filius Titii quondam Fiscalis Curiæ Episcopalis non gaudet privilegio Fori; *Eadem Sacr. Congr. Immun. in Balneoregien.* 8. *Aprilis* 1642. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 172. 55
Filius seu Nepos ipsbaffictuarii bonorum mensæ Episcopalis non gaudet privilegio Fori; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Ravennaten.* 28. *Januarii* 1681. *lib.* 2. *decret. Altovit. pag.* 146. 56
Filii Colonorum Ecclesiasticorum, etiamsi sint partiarii, non gaudent privilegio Fori; *Eadem Sacr. Congreg. Immun. in S. Agathæ Gothorum* 4. *Junii* 1630. *lib.* 2. *decr. Paul. pag.* 41.
Attamen Filii Colonorum Partiariorum Mensæ Episcopalis, 57
& alii de eorum Familia inhabitantes cum eisdem Colonis, & bona ejusdem Mensæ colentes, gaudent privilegio Fori, prout gaudent ipsi Coloni; *Ead. Sac. Cong. Immun. in Urbevetana* 6. *Martii* 1635. *lib.* 2. *decret. Paul. pag.* 222. in Civitatis Ducalis 13. *Julii* 1638. *lib.* 3. *decret. Paul. pag.* 65. in Interamnen. 16. *Julii* 1641. *dict. lib. pag.* 151. in Anagnina 27. *Decembris* 1679. *lib.* 2. *decr. Altovit. pag.* 1900.

Pro complemento verbi *Fori* notandum, quod sæpe per 58
Forum intelligitur *Judicium*, *Jurisdictio*, *Potestas*. Et in hoc sensu dicitur, quod aliqua causa pertineat ad Forum Ecclesiasticum, si pertineat ad Judicium, Jurisdictionem, seu Potestatem Ecclesiasticam, & quod aliqua spectet ad Forum sæculare, si pertineat ad Judicium, Jurisdictionem, & Potestatem sæcularem, & quod aliqua sit mixti Fori, si pertineat

ad utramque Jurisdictionem, seu Potestatem. Causa mixti 59
Fori dicitur illa, quæ in utroque Foro tam Ecclesiastico, quam Laicali tractari potest, ita ut detur locus prævention; Sic colligitur *ex cap. Sunt quædam* 23. *quæst.* 5. *& cap.* 1. *de Offic. Ordin.* ac notat *Sacr. Congreg. Immunit. in Sorana* 18. *Februarii* 1631. apud Pignatell. *tom.* 5. *consult.* 2. *num.* 58. Sic causa mixti Fori est, quando persona est Sæcularis, & pœna statuta est a Jure Canonico, & tunc datur locus prævention; Sperell. *decis.* 9. La Croix *lib.* 4. *num.* 1412. Florentinus, 60
Delbene, & alii. Unde causa rixæ secutæ inter Mulieres in Ecclesia spectat ad Gubernatorem stante prævention reali; *Sacr. Congregat. Immun. in Signina* 17. *Julii* 1663. *lib. de-* 61
cret. Rocci pag. 496. Punitus ab uno Judice super crimine mixti Fori non potest amplius regulariter accusari, ac puniri in altero Foro, quia nec Deus judicat bis in idipsum; Nahum *cap.* 1. *& cap. Sunt plures* §. *Auctoritas, de pœnit. dist.* 3. Nec de delicto unius hominis sæpius quæritur; *cap. de his criminibus* 6. *de Accusation.* Simulque bona fides non patitur, ut semel exactum, iterum exigatur; *Regul.* 83. *Juris in* 6. Et sic tenent Abbas *in cap. Tuæ num.* 5. *de Procurator. & cap. Cum sit generale num.* 1. *de foro compet.* Covarruvias *l.* 2. *var. resolut. cap.* 10, *num.* 6. Barbos. *in cap. Felicis num.* 38. *de pœnis in* 6. & alii ab his citati.

Forum aliud dicitur externum, sive *Forum Fori*, in quo 62
tractantur causæ in ordine ad externam gubernationem Reipublicæ, sive Ecclesiasticæ, sive Sæculares. Et aliud internum, sive *Forum poli*, seu *Conscientiæ*, quod intus in mente hominis, ubi conscientia est, exercetur; *Communis*. Forum 63
internum aliud dicitur *Pœnitentiæ*, in quo aliquid geritur interveniente Sacramento Pœnitentiæ, sive Absolutione Sacramentali: Et aliud non Pœnitentiæ, in quo aliquid geritur sine Sacramento Pœnitentiæ, uti si aliquis extra Sacramentum absolvatur a Censura, vel Reservatione peccati. Unde ex his patet, Forum *Pœnitentiæ*, *& Conscientiæ* non esse idem. Nam Forum *Conscientiæ* est quid commune Foro Sacramentali, & non Sacramentali. Forum autem Pœnitentiæ 64
comprehendit solum Forum Sacramentale; *Communis*. Fo- 65
rum contentiosum dicitur ex eo, quod in illo contendatur, seu litigetur: Unde illud dicitur deductum ad Forum contentiosum, super quo ad Judicem jam delato facta est contestatio litis, *argum. cap. Ex parte* 10. *de verbor. significat*; *Communis*.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 LIbet paucis differere de Foro dumtaxat Ecclesiastico competenti.
2 Forum Ecclesiasticum competens est vel ratione causarum,
3 vel personarum. Si ratione causæ forum Ecclesiasticum fundatum est, ratio haud habetur Personarum; *Christian. Michael Bohnius de Laici For. Eccles.*
4 Causæ ad Forum Ecclesiasticum spectantes vel sunt civiles,
5 vel Ecclesiasticæ, vel mixtæ.
Causæ civiles etsi regulariter ad Forum Ecclesiasticum haud pertineant, *C.* 7. *Qui filii sint legitim.* ex accidenti tamen pertinere pluribus modis ad ipsum queunt.
6 I. *Ratione peccati* circa causam civilem sub prætextu juris
7 commissi, vel committendi, adeoque præcavendi. Quem in finem quicumque Laici denunciari possunt judicio Ecclesiastico, ut præcaveatur, ne sub prætextu juris peccatum
8 committatur. Pone esse statutum, quo præscribens sive cum
9 bona, sive cum mala fide tutus sit. Adversus eum, qui cum mala fide præscripsit nullum in Foro sæculari suppetit remedium. At denunciari hic potest Foro Ecclesiastico, ne sub
10 prætextu juris committat peccatum. Vide alia exempla *apud Felin. in cap.* 13. *num.* 5. *& sequent. de Judic. tum apud*
11 *Scacc. de Judic. lib.* 1. *cap.* 53. *numer.* 4. Denunciatio hæc dicitur evangelica, &, ut vides, introducta est, ut Judex Ecclesiasticus imploratus super quacumque causa procedere
12 queat, si peccatum imminere videatur. Scripsit contra eam *Thomasius in dissertat. de usu practic. denunt. evangel.* At ex ipsis protestantibus ipsam tuentur *Brunemann. Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. §. 9. *& de Jena in tract. de denunc. evangel.*
13 II. *Ratione denegatæ justitiæ*. Si enim Judex laicus suo desit officio, nec integram justitiam administret, de causa cogno-
14 scere potest Judex Ecclesiasticus, ut supplere possit defectum Judicis sæcularis; *C.* 6. *de For. competent.* ibique *Gonzal. nu.* 5. Sed an denegata justitia a Judice Ecclesiastico de causa co-

gnoscere queat Judex laicus, magna controversia est? At contrariis confutatis negativam tenent sententiam *Gonzal. in* 15
cap. 17. *fer. per tot. de Judic. Ansald. de Jurisdict. part.* 3. *cap. unic. tit.* 21. aliique.
Addi III. possunt causæ de omnibus, & quibuscumque 16
negotiis quibus juramentum accessit *cap.* 13. *de Judic. & cap.* 3. *de For. compet. in* 6.
Causæ Ecclesiasticæ vel sunt civiles, vel criminales. Ci- 17
vilium nomine veniunt quæcumque causæ de Rebus spiritua- 18
libus, vel annexis spiritualibus, inter quas jus patronatus emi- 19
net; *cap.* 3. *de Judic.* Cognoscere de iis debet Judex Ecclesiasticus, tum in petitorio tum in possessorio, si reus sit clericus; *Barbos. Jur. Eccles. univ. cap.* 39. *numer.* 73. *& sequent. Wiestner in decretal. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 116. Quod si Reus 20
sit laicus, cognoscere & de ipsis in possessorio debet Judex Ecclesiasticus si titulus quoque edendus, vel saltem colorandus; *Oliva de For. Eccles. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 58. *& sequent. Sperell. decis.* 8. *numer.* 25.
Criminalium vero nomine veniunt causæ de delictis Eccle- 21
siasticis, ut sunt delicta Hæreseos, Schismatis, Apostasiæ, Simoniæ &c. de quibus & Judex Ecclesiasticus debet cognoscere.
Causæ mixti fori illæ sunt, quæ tam coram Judice laico, 22
quam coram Judice Ecclesiastico agitari queunt, itaut operetur prævention. Ad eas referuntur causæ miserabilium per- 23
sonarum; *cap.* 26. *de verb. Signif. in fin.* licet alii contradicant *ob cap.* 11. *de For. compet.* Confer tamen *Oliv. de For. Eccles. part.* 3. *quæst.* 40. Item contractuum usurariorum *Wer. ber. de jur. Consist. cap.* 27. *sect.* 19. concubinatus, adulterii, stupri, incestus & aliorum delictorum carnis *Tondut. de prævent. part.* 2. *cap.* 28. tum aliorum criminum, turbationi scilicet sacrorum, violationis festorum &c.
Hactenus de Foro Ecclesiastico competente ratione causarum. Agendum nunc de Personis, quæ ei subjiciantur in causis civilibus.
Ei subjiciuntur Clerici cujuscumque generis, & ita quidem, 24
ut nec per prorogationem voluntariam tametsi juramento confirmatam queant Judicis sæcularis cognitioni se se subjicere; 25
cap. 12. *de For. competent.* nec reconvenire queant coram eo- 26
dem Judice sæculari; *cap.* 12. *eod. titul.* Ceterum quoad Clericos, qui nondum sacris ordinibus sunt initiati, *Concilium Tridentinum* ita statuit: „ Fori privilegio non gaudent Cle„ rici prima tonsura initiati, aut etiam in minoribus ordini„ bus constituti nisi Beneficium Ecclesiasticum habeant, aut „ Clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui Eccle„ siæ ex mandato Episcopi inserviant, vel in Seminario „ Clericorum, aut in aliqua Schola, vel universitate de li- 27
„ centia Episcopi quasi in via ad majores ordines versentur.
Extensum autem est hoc privilegium Clericorum ad totam 28
Familiam ipsorum. Quinam autem veniant sub Familia Clericorum explicant *Klock vol.* 1. *consil.* 39. *num.* 44. *Brunemann. Jur. Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 1. §. 12. Illud tamen certum est, non venire Famulos conductos; *Gonzal. in cap.* 10. *nu.* 3. *& sequent. de Offic. Archidiac. Barbos. Jur. Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 57.
Item extensum est ad servos dotales Ecclesiarum; *Gonzal.* 29
in cap. 10. *numer.* 4. *de Offic. Archidiac. Stamm. de servit. personal. lib.* 11. *cap.* 7. *num.* 6. & conveniunt de hodiernis etiam servis dotalibus *Ziegler. de dot. Eccles. cap.* 12. §. 39. *Schilter. in Prax. Jur. Roman. exerc.* 6. §. 74. *in fin.*
Et in aliquibus locis extensum est præterea ad Scholarum Pu- 30
blicarum Præceptores.
Nota hic, quod hoc privilegium Fori est immutabile, quum 31
Clerici qui characterem receperunt, laicorum sortem induere nullo modo queant, sed etiam depositi, vel suspensi Clerici maneant, & privilegio Fori fruantur; *Gonzal. in cap.* 10. *num.* 11. *de Judic. Westner in decretal. tit. de Pœnis num.* 73. 32
Quod si vero degradatio solemnis accessit, tum demum in laicalem conjiciuntur statum, & brachio sæculari traduntur, privantur omni Fori privilegio; *cap.* 2. *de Pœn. in* 6.
Tum nota, Forum Ecclesiasticum prædominari, si vel 33
maxime in una eademque causa Clericus cum Laico sit conveniendus, cum continentia causæ non sit dividenda, & hoc modo dignius Forum, quale est Ecclesiasticum, sit præ- 34
ferendum; *Berlich. part.* 2. *decis.* 220. *num.* 24.
Ceterum non aliter Clerici Fori privilegio gaudent, quam 35
si Reorum vices teneant. Sin autem conveniant Laicum, coram Judice Laico litigare tenentur; *cap.* 5. *de For. competent.* 36
quum Actor sequi debeat Forum Rei. Facile autem est & hoc

decidere; an Clerici moto concursu Creditorum, tum *ex leg. diffamari*, conveniri queant coram Judice sæculari. Vide tamen *Stryk. ad Brunemann. tract. de concurs. Credit. cap.* 1. §. 2. *& Mev. part.* 3. *decis.* 213. Quid si denuncianda sit lis
37 Clerico, qui de evictione tenetur? Vide *Burgund. de evict. cap.* 67. *num.* 3. *& sequen.*

Nec Clerici, aliique gaudent privilegio Fori, quum non
38 principaliter lis primum contra eos movetur, sed jam mota contra eos continuatur, idque quia litis pendentia haud mutatur per intervenientem mortem Rei; *Oliva de For. Eccl. part.* 3. *quæst.* 24. *num.* 23.

In causis criminalibus Clerici quoque subjiciuntur Foro
39 Ecclesiastico, de quovis crimine conveniantur, nec aliter ad Forum sæculare trahendi sint, quam ut supra diximus postquam degradati fuerint. Quod si dubitetur utrum delinquens
40 sit Clericus an laicus, cognitio ad Judicem Ecclesiasticum spectat; *Oliva de For. Eccles. part.* 3. *quæst.* 20. *num.* 64.

Sunt tamen & alii casus, in quibus Clerici Fori privile-
41 gium in criminalibus amittunt; veluti si Clerici sint Assassini, vel eorum fautores, & submissores; *cap.* 1. *de Homicid. in* 6. si in habitu sæculari inventi fuerint delinquentes; *cap.* 1. *de Apost.* si post delictum commissum Clericatum susceperint in fraudem Legis; *Corvin. de Person. & Benefic. Eccles. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 9. *Barbos. Jur. Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 69. *& sequent.*

FRANCHITIÆ.

1 FRanchitia Ecclesiasticorum non potest nec debet reduci. *Sacr. Congreg. Immun. in Aquilana* 3. *Martii* 1641. *liber.* 5. *decret. Paul. pag.* 138.

Quare nihil innovandum est circa diminutionem Franchitiæ
2 Clericorum, sed servandum est solitum. *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Sulmonen.* 10. *Januarii* 1639. *lib.* 3. *decret. Paul. pag* 84. Hoc idem dicitur de Franchitiis Monialium. *Ead. Sacr. Congr. in Sarnen.* 7. *Maii* 1658. *lib. decr. Rocci pag.* 89.

Ecclesiastici gaudent Franchitia, non obstante transactio-
3 ne, quæ ex defectu Beneplaciti Apostolici est omnino irrita, & non confirmanda. *Ead. Sacr. Cong. Immun. in Cosentina* 21. *Septembris* 1633. *lib.* 2. *Decr. Paul. pag.* 178.

Episcopus quamvis absens debet gaudere Franchitia pro fru-
4 ctibus suorum bonorum. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Agrigentina* 20. *Febr.* 1629. *lib.* 1. *decr. Paul. pag.* 124.

Sic Clerici quacumque de causa absentes gaudent Franchi-
5 tia sibi competente. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Biselien.* 25. *Maii* 1638. *lib.* 3. *decret. Paul. pag.* 61. *in Bojanen.* 30. *Junii* 1643. *ibi, pag.* 183. *in Aquilana* 31. Decemb. 1667. *lib.* 1. *decret. Altovit. pag.* 187. in Nullius Altamuræ 7 *Maii* 1672. *ibi, pag.* 686. in Juvenacen. 16. *Novembr.* 1688. *lib. decret. Martelli pag.* 369.

Amplia I. Etiam pro tempore, quo Clerici fuerunt negli-
6 gentes illam petere a Gabellariis, qui hoc ignorantes non dederunt exitum Communitati pro ipsius bonificatione. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Nullius Terlitii* 16. *Novembr.* 1688. *lib. decr. Martel. pag.* 370.

Amplia II. Quamvis abfuerint ob metum Inquisitionis.
7 *Ibidem.*

Amplia III. Quamvis absentes non incedant in habitu, &
8 tonsura ac velut Laici inserviant personis privatis. *Ibidem.*

Amplia IV. Qamvis absentes causa carcerationis secutæ de
9 Ordine A. C. in eadem Terlitii 21. *Januar.* 1676. *lib.* 1. *decret. Altovit. pag.* 1200.

Amplia V. quoad abientem ob periculum vitæ. In eadem
10 *d. lib. pag.* 1486. *anni* 1677.

Amplia VI. Quamvis absentes ratione peregrinationis ad
11 Annum Sanctum; pro tempore tamen dictæ peregrinationis. Bituntina 12. *Junii* 1675. *lib.* 1. *decret. Altov. pag.* 1108.

Pariter debentur absenti causa studii. Materanen. 7. *Maii*
12 1704. *lib.* 3. *decret. Vallem. pag.* 579. *&* 25. *Junii D. A. & l. p.* 589. Bovinen. 22. *Junii D. A. & l. p.* 582.

Item absenti ex causa infirmitatis. Salernitana 10. *Maii* 1704.
13 *lib.* 3 *decret. Vallem. pag.* 580.

Item absenti qui docet cantum Gregorianum. Materanen.
14 4. *Junii* 1704. *lib.* 3 *decret. Vallem. pag.* 585.

Tandem Franchitiæ debentur Ecclesiasticis absentibus stu-
15 diorum causa, vel ob lites pro capitulo, aut pro suis bonis Ecclesiasticis. Juvenacen. 31. *Julii* 1674. *lib.* 1. *decret. Alt. pag.* 975. Montis Casini 18. *Junii* 1680. *lib.* 2. *decr. Alt. pagin.* 1988. Nullius Castellanetæ 12. *Jan.* 1694. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 99. Oritana 12. *Decembris* 169. *lib.* 29. *decr. Vallem. pag.* 271.

Porro Gabellarii, qui debent bonificare Franchitias Ec- 16
clesiasticis forensibus, sed commorantibus in loco Terlitii, tenentur bonificare etiam Ecclesiasticis concivibus, qui eodem tempore sunt absentes ex quacumque causa. Juvenacen. 16. *Novemb.* 1688. *lib. decret. Mart. pag.* 369. Terlitii *d. die pag.* 370.

Limita tamen, dummodo tempore absentiæ alibi iis boni- 17
ficata non fuerit Franchitia. Lycien. 8 *Decembris* 1688. *lib. decr. Martelli pag.* 385., *&* 29. *Novembris* 1692. *l.* 1 *decr. Vall. pag.* 5. Bitecten. 28. *Martii* 1693. *l.* 1. *decr. Vall. pag.* 33. Ruben. 18. *Julii* 1700. *l.* 2. *decr. Vall. pag.* 301.

Sic Clericus, qui per annos quindecim a patria abfuerat, & 18
interim nesciebatur an viveret, non debetur franchitia. Melphien. 31 *Jan.* 1703. *l.* 3. *decr. Vall. pag.* 471.

Franchitia non debetur Sacerdoti pro bonis in Territorio 19
loci, ubi non moratur. Tranen. 2. *Decemb.* 1670. *l.* 1. *decr. Alt. pag.* 5.

Sic Clericus Advena habens domicilium in alia Diœcesi, 20
ibidem debet frui franchitia farinæ, non obstante decreto, vel sententia Curiæ Episcopalis contra Clericos Advenas. Salernitana 4 *Septemb.* 1703. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 515.

Similiter franchitia competit Clerico in loco sui domicilii 21
a multis annis, non in loco suæ originis, & in quo ordinatus fuit. Lycien. 21 *Jan.* 1687. *l. decr. Martelli pag.* 40.

Asserta consuetudo, quod Clericis absentibus competat me- 22
dietas franchitiæ farinæ probanda est intra terminum sex mensium ab Episcopo præfixum. Motulen. 5 *Maii* 1699. *lib.* 2. *decr. Vall. pag.* 218.

Franchitia debetur Clericis in ea quantitate, quam usque- 23
modo habere consueverunt etiam respectu colentium bona Ecclesiæ, & Beneficiorum ac Patrimonialia, necnon respectu Custodum animalium, tam Ecclesiæ, quam Clericorum, quos quidem colentes, & Custodes Sac. Congregat. censuit non teneri solvere Gabellam dictam *del Foro*. Bovinen. 21. *Jun.* 1644. *l.* 3. *decr. Paulucci pag.* 229.

Unde Episcopus circa franchitias Ecclesiasticorum curet 24
omnino servari consuetudinem solitam, nec permittat quid innovari in eorum præjudicium. Thelesina 24. *Maii* 1670. *l.* 1. *decr. Alt. pag.* 434.

Apocha remissionis franchitiæ Molituræ, seu *del Macinato*, 25
quamvis ad tempus factæ ab Ecclesiasticis in favorem Communitatis laicalis, non sustinetur. Cathacen. 3. *Decemb.* 1686. *l. decr. Mart. pag.* 15.

Nullo modo annuendum est petitioni Ecclesiasticorum cir- 26
ca remissionem partis franchitiæ ad septennium in favorem Communitatis. Caven. 24. *Maii* 1644. *leg.* 3. *decr. Paul. pag.* 229.

Non est concedenda facultas Capitulo, & Clero donandi 27
medietatem franchitiæ, qua Personæ Ecclesiasticæ fruuntur. In una S. Marci 12. *Decembris* 1645. *leg.* 3. *decretal. Paul. pag.* 268.

Sacra Congregatio censuit, Capitulum, & Presbyteros 28
Terræ Carovineæ, qui medietatem franchitiæ farinæ absque facultate Sac. Congr. mutuam dederunt Communitati in subsidium Universitatis, & pauperum, non incurrisse Censuras, attentis circumstantiis in casu, de quo agitur; at Episcopus mandet restitui mutuum. Oltunen. 28. *Aprilis* 1665. *lib.* 3. *decr. Paul. pag.* 634.

Denegatur Episcopo posse applicare franchitias Clerico- 29
rum Monasterio in pœnam eorum, qui non habent requisita. Sac. Congr. Concil. Trid. Aquilana 23 *Septemb.* 1659. *l. decr. Rocci pag.* 207.

At facultas, ut Ecclesiastici pro reparatione Ecclesiæ Pa- 30
rochialis cedant quibusdam franchitiis ad quinquennium conceditur, Lycien. 13. *Septembris* 1701. *leg.* 3. *decretal. Vall. pag.* 379.

Circumscripta reductione franchitiæ Clericorum facta per 31
Vicarium, servanda est primæva taxatio, scilicet pro Sacerdotibus tumulorum viginti quatuor, pro constitutis in Sacris Ordinibus tumulorum decem, & octo, pro Clericis in Minoribus duodecim. Cosentina 27. *Aprilis* 1632. *l.* 2. *decr. Paul. pag.* 123.

Clericis competit franchitia duodecim tumulorum, donec 32
ab eis probata sit consuetudo pro majori quantitate. Neritonen. 24. *Aprilis* 1663. *l. decr. Rocci pag.* 481.

Per modum provisionis resolutum fuit circa quantitatem 33
controversam franchitiarum competentium Ecclesiasticis debere

bere servari solitum locorum finitimorum. Bituntina 26. *Januarii* 1673. *l.* 1. *decr. Altoviti pag.* 769.

34 Ecclesiastici Civitatis Ruben. sunt manutenendi in possessio- 54
ne exigendi franchitiam farinæ ad rationem rotulorum quinquaginta pro quolibet tumulo; at iisdem non debentur franchitiæ pro rata Gabellæ diminutæ, nec pro tempore absentiæ, si alibi habeant. Ruben. 11 *Aprilis* 1690. *lib. decretal. Marzelli pag.* 598.

Pariter Clerici Ruben. Civitatis manutenendi sunt in solita
35 Franchitia pro vino musto, *ibidem*.

Ecclesiastici possunt vendere franchitiam sibi competentem-
36 Bovinen. 7 *Septemb.* 1636. *l.* 3. *decret. Paul. pag.* 14. Anglonen. 7 *Julii* 1633. *l.* 2. *decret. Paul. pag.* 158. Asculana 12 *Septembris* 1673. *l.* 1. *decret. Alt. pag.* 839.

Quare Edictum prohibens contrahere, vel vendere fari-
37 nam non comprehendit Ecclesiasticos. Ruben. 11. *Apr.* 1690. *lib. dec. Mart. pag.* 598.

Et Episcopus debet procedere sua ordinaria facultate con-
38 tra prohibentes, ne Laici emant Franchitias, quæ Ecclesiasticis superfluunt. Nullius Altamuræ 23 *Martii* 1683. *l.* 3. *dec. Alt. pag.* 155.

Clerici, qui ob paupertatem, vel aliam causam legitimam
39 nequeunt emere frumentum pro sua quantitate Franchitiæ, & vivunt pane vendibili, possunt vendere suam Franchitiam. Oritana 6. *Maii* 1631. *lib.* 2. *decret. Paul. pag.* 77.

Pariter Franchitia integra competit Clericis, etiamsi non
40 habeant famulos, & vivant aliorum expensis. Sulmon. 21. *Martii* 1646. *lib.* 3. *dec. Paul. p.* 276.

Sacerdotes, & Clerici gaudere debent Franchitia simplici-
41 ter pro quantitate frumenti eisdem necessaria, & ideo nihil innovandum est in præscribendo eis certam quantitatem franchitiæ. Bovinen. 17 *Dec.* 1641. *l.* 3 *dec. Paul. pag.* 165.

Franchitia duorum tumulorum concedi solita aliis Canoni-
42 cis, debetur etiam Canonico Clerico. Tranen. 6 *Jun.* 1673. *lib.* 1. *dec. Alt. pag.* 810.

Quando Communitas Laica auget exactionem pro molitura
43 solvi consuetam, nihil innovandum est quoad Ecclesiasticos. Policastren. 2. *Octobris* 1691. *lib. decret. Grim. p.* 16.

Quoad assignationes factas franchitiarum Episcopi tueantur
44 tur, tam de jure, quam ratione conventionum cum Sede Apostolica. Neapolitana, & aliarum Civitatum Rheni 12. *Febr.* 1668. *leg.* 4. *decr. Paul. pag.* 5.

Ecclesiasticus debet gaudere franchitia etiam pro Conjun-
45 ctis, & familiaribus, qui in eadem domo ejus expensis vivunt. Caven. 27. *Apr.* 1632. *l.* 1. *decret. Paul. pag.* 123. Teramen. 18. *Julii* 1562. *leg. decretal. Rocci pag.* 417. & sæpe alibi.

Non debent vero gaudere franchitia pro Conjunctis, &
46 aliis, quando non vivunt eorum expensis. Capuana 21. *Martii* 1645. *lib.* 3. *decr. Paul. p.* 246.

Clerico petenti franchitiam non tantum pro sua persona,
47 sed etiam pro omnibus suis famulis actualibus, Sac. Congr. respondit non competere franchitiam in majori quantitate expressa, seu taxata in concordia pro Clerico simplici. Aquilana 18. *Decembris* 1668. *lib.* 1. *dec. Altoviti pag.* 297.

Franchitia panis non extenditur ad panem laboratorum Cle-
48 rici, seu ut dicitur *de' Massari di campagna*. Tranen. 2. *Octobris* 1668. *lib.* 1. *dec. Altoviti p.* 272.

Ecclesiasticis Episcopo inservientibus, & viventibus ejus
49 expensis, ac manducantibus ex ejus pane competit Franchitia Farinæ, quam vendere possunt. Melphien. 13. *Maii* 1692. *lib. decret. Grimaldi pag.* 139. Laquedonen. 14. *Octobris* 1630. *lib.* 2. *decret. Paul. pag.* 62. *&* 26. *Augusti* 1636. *lib.* 3. *decret. Paul. pag.* 12.

Episcopo competunt Franchitiæ etiam pro famulis Laicis,
50 quibus assignat partem panis in deductionem salarii, sed non competunt eisdem famulis *in Cartella*, sicut Ecclesiasticis. In eadem Melphien. *ibidem*.

Eremitis non habentibus requisita necessaria non debentur
51 Franchitiæ. In dicta Melphien. *ibid.*

Clerici annorum triginta, aut quadraginta non transeuntes
52 ad Ordines Sac. & incumbentes operibus Sæcularibus, gaudent Franchitiis. Hydruntina 11. *Junii* 1675. *lib. decret. Altov. pag.* 1109.

Clericus non incedens in habitu, & tonsura gaudet suis
53 Franchitiis, usque ad sententiam declaratoriam decidisse a Privilegiis Clericalibus. Lucyen. 21. *Januarii* 1687. *lib. decret. Martelli pag.* 40.

Clerici convictores Seminarii gaudentes suis Franchitiis pro
54 tempore, quo recipiunt victum in Seminario, non debent separatim frui Franchitia respectu Clericatus. Neritonen. 12. *Julii* 1678. *lib.* 2. *decret. Altov. pag.* 1610.

Puelæ viventes in Conservatoriis, asservantes Sacramenta 55
in earum Ecclesia, & observantes Clausuram, gaudent Franchitiis debitis Personis Ecclesiasticis. Aquilana 23. *Junii* 1676. *lib.* 1. *decret. Altovit. p.* 1266.

Gabellarii non possunt diminuere Rectori, ac Magistro Se- 56
minarii Cathedralis consuetam franchitiam farinæ. Salernitana 4 *Novemb.* 1683. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 84.

Gabellarii non possunt denegare franchitiam Ecclesiasticis 57
sub prætextu, quod cum mittunt triticum ad Molendinum, non deferunt cartulam, vulgo *Bolletta* ab iisdem Gabellariis subscriptam. Nullius Altamuræ 7 *Novembris* 1693. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 85.

Temperamentum captum ab Episcopo, quod Ecclesiastici 58
diurno tantum tempore introducant farinam in Civitatem, ut melius observentur, an abutantur eorum franchitia? approbatur. Et Officialis ad hoc observandum ab Episcopo est deputandus. Caven. 4 *Septembris* 1668. *lin. dec. Alt. pag.* 272.

FRANCISCANI.

Additio ex Auctore.

FRanciscani Missionarii in Ægypto laborantes laudantur a 1
Benedicto XIV. tom. 1. Constit. 129. incip. *Eo quamvis tempore* §. 2. Franciscan. Instituti spiritus quoad Jurisdictionem 2
Parochum ex documentis S. P. Francisci, & S. Bonaventuræ demonstrantur; *ibid.* §. 15. ubi adductis verbis Testamenti dicti S. Patri Francisci, & S. Bonaventuræ in tractatu: „ 3
„ Quare Fratres Minores prædicent, *subjungit*: Licere tan-
„ tum Fratribus Ordinis Minor um Sancti Francisci Custodiæ
„ Terræ Sanctæ Parochialia munia obire circa Græcos Mel-
„ chitas, eisque Sacramenta administrare in iis locorum &
„ temporum circumstantiis, quibus omnino deficiat modus
„ habendi Parochum, aut alium Antistitem Greci Ritus „.
Franciscani Observantes Missionarii a quibusdam Ecclesiis, 4
& Missionibus Cocinchinæ discedere jubentur Decreto Visitatoris Apostolici: Idem Constitut. 111. incip. *Quantoper* §. 17. Inde appellant ad S. Sedem; Idem *ibid.* §. 9. Et decre- 5
ta prius confirmata revocantur, ipsique in pristinum restituun- 6
tur; Idem *ibid.* §. 11. Adjecta lege conservandi Missiones sibi 7
adjudicatas, easque non deferendi; Idem *ibid.* §. 15. Iisque 8
permittitur prædicare in Regnis Ciampæ, & Camboiæ; non tamen aliis exclusis; Idem *ibid.* §. 16.

De Franciscanis plura vide verb. *Minoritæ*, ubi de eorum Missionibus in unum congesta sunt decreta Benedicti XIV. a *num.* 1. *ad* 12. Vide etiam verb. *Alimenta num.* 118. verb. *Alternativa num.* 15. *ad* 17. verb. *Capuccini num.* 1. verb. *Doctrina Christiana num.* 1. verb. *Indulgentia art.* 5. verb. *Religiones Regulares art.* 5. verb. *Tertiarii*, *Tertiariæ*, verb. *Visitatio*, *visitare. num.* 123., & verb. *Votum art.* 2. *num.* 130., & sequentib.

FRAUS.

FRaus omnis est prohibita de jure naturali, & quidquid ra- 1
tione fraudis prohibetur tamquam jus naturale de similibus ad similia extenditur *l.* 1. *& l. ultim. ff. Si quid in fraud. patr. l. Cum hi* §. *Si cum lex, de transact.* Fagnan. *lib.* 2. *decr. In presentia* 8. *de probation. num.* 64. Unde fraus in omni dis- 2
positione semper intelligitur excepta, *l. Imperialem* §. 1. *De prohibit. Feud. alien Federic. Afflict. dec.* 111. *num.* 3. Fagnan. *lib.* 1. *decretal. in cap. Magnus* 1. *de obligatis ad ratiocina &c. num.* 30. cum aliis relatiis ab Alciat. *cauf.* 69. *num.* 10, *& sequent. lib.* 8. Put. *decis.* 134. *circa fin vers. Si autem lib.* 3. Fraus enim, & dolus nulli patrocinari debent; *cap. Ex litteris* 2. *de Dolo, & contumacia* ibi: *Nos attendentes malitiam, & dolum nulli patrocinari debere, c. Sedes* 15. *de Rescriptis*, ibi: *Quia fraus, & dolus ei patrocinari non debent; c. Ex tenore* 16. *Cod.* ibi: *Quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent; Cap. Tuæ* 12. *de Cler. non residen.* ibi: *Cum fraus, & dolus nemini debeat patrocinium impertiri; & l. in fundo, ff. de rei vindic.* ibi: *Neque malitiis indulgendum est; leg. Cum hi, ff. de transact.* ibi: *Non debet via aperiri malitiis, & l. Si Legatarius, Cod. de Legatis*, ibi: *ut non accipiat fructus sua*

calliditatis, cum aliis apud Rotam decis. 53. num. 203. coram Peutingerio.

4 Temporis intervallum fraudis suspicionem excludit; *l. 4. §. 4. Si ab ignoto, ff. de Manumiss.* Ita cum multis aliis, Fa-
5 gnanus *in cit. c. Magnus num. 37.* Si e contra fraus arguitur ex brevitate temporis; *c. Officii, de elect. l. Si neutri §. fin. de pri-*
6 *vileg. Creditor.* Et sic cum multis aliis Fagnan. *loc. cit. n. 38.* Fraus. & collusio dicuntur esse delicta, nec præsumuntur, nisi probentur. Rota *p. 5. tom. 1. dec. 132. num. 1. part. 9. tom. 1.*
7 *decis. 26. num. 5. part. 14. decis. 126. num. 17. part. 17. dec. 107. num. 15.* Nec ad fraudem probandam admittuntur conjecturæ.
8 Rota *part. 5. tom. 1. decis. 26. num. 21. p. 13. dec. 407. n. 8.*
9 Nisi conjecturæ sint legales, evidentes, ac perspicuæ. Rota *ibidem, & p. 16. decis. 2. num. 6.* Quæ tamen conjecturæ
10 eliduntur a potentioribus ad effectum fraudem excludendi. Rot. *ibid. n. 7.* Adeout ad prædictum effectum lata sit admit-
11 tenda interpretatio. *Annotat. ad decis. 16. num. 7. p. 8. Rotæ recentior.* Immo suspicio fraudis ex qualitate personarum tol-
12 litur. Rota *part. 13. decis. 421. num. 11.* Et ideo in Viro nobili non est fraus præsumenda. Rota *p. 9. tom. 1. dec. 472.*
13 *num. 11. part. 17. dec. 107. num. 6.* Minus fraus præsumitur in persona constituta in Ecclesiastica Dignitate. Rota *ibidem.*
14 Sicuti nec in Infante potest considerari fraus. Rota *part. 19. tom. 2. dec. 529. num. 24.*

15 Tollitur etiam, & cessat fraudis, ac doli suspicio in iis quæ palam, ac publice fiunt. Rota *p. 2. dec. 206. num. 10.* Et sic
16 tollitur in herede palam ac publice possidente, Rota *part. 14.*
17 *decis. 82. num. 9.* Neq; fraus præsumitur in eo, cui nullum commodum ex actu resultat. Rota *p. 2. dec. 206. num. 11.*
18 Eumdem effectum quoad fraudis exclusionem operatur actus ratihabitio, & geminatio. Rota *part. 14. decis. 97. num. 12.*
19 Operatur quoque prædictum effectum conscientiæ exoneratio.
20 Rota *p. 9. tom. 1. decis. 25. num. 28.* Attenditur etiam deficientia causæ fraudandi ad effectum excludendi quamlibet fraudis suspicionem. Rota *part. 1. dec. 407. num. 8. & de-*
21 *cis. 529. n. 3. part. 13. dec. 336. num. 10.* Quo casu conjecturæ pro fraude inducenda ad lucra non operantur. Rota *ibid.*
22 *num. 12.* Quare fraude cessante, cessare debet quoque dispositio ad obviandum fraudibus. Rota *part. 3. dec. 463. n. 3.*
23 Fraus, & deceptio deducitur ex circumstantia temporis, actus gesti, & ex qualitate actum gerentis. Rota *part. 13.*
24 *dec. 243. num. 8.* Item ex inverisimilitudine. Rota *ibid. n. 10.*
25 Hinc fraudis suspicione non caret volens fingere id, quod non
26 est. Rota *part. 6. dec. 339. num. 50.* Nec dicta caret suspicione, qui majoribus abundant cautelis in rebus suspectis. Rota
part. 10. dec. 305. num. 12. part. 17. dec. 256. num. 10. Actus
27 fraudulentus revocari non potest nisi ab eo, cujus in fraudem factus est, Rota *part. 18. tom. 1. dec. 309. num. 10. & seq.*
28 Et fraudantis bona prius excutienda sunt antequam quis contra Tertium agere permittatur, Rota *part. 16. dec. 413. n. 13.*
29 *& seq.* Ubi agitur de fraudibus, omnia sunt rejicienda, etiamsi ageretur de causis piis. *Annotat. ad dec. 16. num. 5. part. 8.*
30 Rota *recentior.* Hinc leges in quantum possunt, resistunt fraudibus. *Ibidem num. 1. & seq.* vide *supra numer. 3.* Ideoque fraudibus, quantum fieri potest, est occurrendum, & via præcludenda. Rota *part. 3. decis. 43 num. 5. & dec. 386. num. 4*
part. 6. decis. 229. n. 12. & decis. 243. n. 4. part. 10. decis. 332.
num. 11. Adverte tamen quo fraus, & deceptio possit stare in multis sine læsione. Rota *part. 5. tom. 2. decis. 497. n. 165.*
Et quod sæpe cum veritate fiat, atque misceatur. Rota *part.*
15. decis. 351. num. 4.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 DE Fraude, duæ in titulo Pandectarum de Regulis Juris sunt Leges; Scilicet *Lex 78. & Lex 79.* „ Genera-
„ liter (*ait Lex 78.*) quum de fraude disputatur, non quod
„ habeat Actor, sed quod per Adversarium habere non po-
„ tuerit considerandum est: Fraudis (*sunt verba Legis 79.*)
„ interpretatio semper in jure civili non ex eventu dumtaxat,
„ sed ex consilio quoque desideratur.
2 Utilis esset expositio utriusque hujus Legis pro definitio-
3 ne etiam quæstionum, quæ in foro agitantur. Sed ne nimius sim, omissis aliis qui commentarios edidere ad titulum hunc de Regulis juris, Revardo quoque, & Petro Fabro, consule unum *Jacobum Gothofredum.*

FRUCTUS ECCLESIASTICORUM, & PRÆSERTIM BENEFICIATORUM.

Referuntur ad rem sequentia decreta a Riccio *in Synopsi* verb. *Fructus.*

FRuctus universi Ecclesiasticorum, qui colliguntur in bonis, tam Beneficialibus, quam Patrimonialibus, sunt exempti ab oneribus, & impositionibus laicis, nec ullo modo est admittenda restrictio ad certam ratam, & portionem; *Sac. Cong. Immunit. in Ortonen. 24. Julii 1634. lib. 2. decr. Paul. pag. 196. in Lavellen. 27. Februar. 1677. lib. 2. decret. Altovit. pag. 1354.* 1

Ecclesiastici non possunt impediri asportare fructus recollectos in bonis propriis, nisi adsit indigentia Civitatis; *Sac. Congr. Immunit. in Assisien. 22. Januarii 1629. lib. 1. decret. Paul. pag. 121.* 2

Recurrentes ad Judices laicos, ut impediant Ecclesiasticis collectionem fructuum, Censuras incurrunt; *Ead. Sac. Cong. Immunit. in Aprutina 2. Decembris 1698. lib. 2. decr. Vallem pag. 188.* 3

Contra Gubernatorem retinentem fructus Beneficii cujusdam Ecclesiastici, injungitur Episcopo, ut viriliter tueatur; *Ead. Sac. Congr. in Aquilana 1. Januarii 1695. lib. 1. decr. Valleman. pag. 165.* 4

An Laici sint præferendi in emptione fructuum decimalium, cognitio spectat ad Judicem Ecclesiasticum; *Ead. Sac. Cong. in Augustana 22. Aprilis 1698. lib. 2. decr. Valleman. pag. 148.* 5

Recurrentes ad Potestatem laicam, ut impediant decreta Episcopi pro libertate venditionis fructuum decimalium, excommunicantur; *Ibidem:* 6

Prævia renunciatione dictis recursibus, & reintegrata parte, absolvuntur etiam in forma privata; *Ibidem.* 7

Cetera de Fructibus, sive redditibus Beneficiatorum vide verb. *Beneficiatus art. 1, 2- & 3.* & verb. *Dominium art. 2.*

Novæ additiones ex aliena manu.

DE Fructibus Beneficiorum frequentes sunt controversiæ. Si obierit Beneficiatus, fructus nondum exacti de jure communi spectant ad successorem in Beneficium, & quidem etiamsi cesserit dies eorum solutionis vivente adhuc Beneficiato; *Rot. in Burgen. Canonicatus super fructibus 28. Junii 1745. §. 4. coram clar. mem. Millin.* ubi quod in Hispaniis ex consuetudine ubique recepta spectent ad Hæredem Beneficiati. 1 2 3 4

Idem juris obtinet, si Beneficiatus Beneficium resignaverit; Illud vero peculiare in Resignatione occurrit, quod Resignatario debentur fructus Beneficii resignati a die admissæ resignationis, etiamsi ipse Resignatarius professionem Beneficii resignati non apprehenderit; *Piton. discept. eccl. §. 74. numer. 23. Paris. de Resignat. lib. 1. quæst. 6. num. 27. & seq. Rot. cor. Cavaler. decis. 104. num. 1. & sequent. & in dict. Burgen. Canonicatus super fructibus 28. Junii 1745. §. 3. cor. clar. mem. Millin.* 5 6

In locis, in quibus fructus Beneficii nondum exacti non spectant ad successorem in Beneficium, sed ad Hæredem, vel ad Cameram Apostolicam, quæri solet, an subrogatus in juribus defuncti prætendere queat fructus ipsi defuncto debitos? sed negativa amplexa fuit sententia a Rota, idque quia nisi in subrogatione fiat expressa mentio fructuum, intelligitur subrogatio quoad jus defuncti quod erat in lite, non item quoad fructus decursos, ut respondit *Rota in dict. Burgen. Canonicatus super fructibus 28. Junii 1745. §. 6. cor. clar. mem. Millin. in Aurien. Parochialis super fructibus 24. Januarii 1755. §. 5. cor. Illustriss. Caprar. Alm. Vrb. Gubernatore.* 7 8

Major in iisdem locis est dubitatio de Accumulato, an is prætendere possit fructus decursos per id temporis, quo primo loco Præsentatus litem sustinuit super Beneficio? At definitum quoque fuit minime posse prætendere; Confer Rotam *in dict. Aurien. Parochialis super Fructibus 5. Maji 1754. §. 6. & plur. sequent. cor. Illustriss. Figueroa, & 24. Januarii 1751. §. 7. & plur. sequent. cor. Illustriss. Caprar. Alm. Vrb. Gubernatore.* 9

Translato ab una ad alteram Ecclesiam & cujus temporis fructus debeantur, plene distrinctis variis casibus agit *Bohemer. in decretal. lib. 1. tit. de Translat.*

FRU-

FRUMENTUM.

Referuntur ad rem sequentia decreta a Riccio *in Synopsi* verb. *Frumentum.*

1 EDictum taxæ super pretio frumenti editum a Curia Magni Magistri afficere non potest Ecclesiasticos, sed si concurrat publicum bonum, injungi potest Episcopo, ut pro Ecclesiasticis publicet Edictum simile, non tamen relative ad Edictum Laicum, *Sac. Cong. Immun. in Melevitana 1. Decembris 1648. lib. 4. dec. Paul. pag. 58.*

2 Non est permittendum Ecclesiasticos comprehendi in prohibitione Laicorum vendendi, & emendi frumenta, sed urgente necessitate potest Ordinarius suo peculiari Edicto Ecclesiasticis prohibere. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Ragusina 10. Junii 1636. lib. 3. decret. Paul. pag. 7.*

3 In venditione frumenti, Bladarum, & similium Ecclesiastici non tenentur servare taxam, & alias ordinationes editas a potestate laica; sed Episcopus sua ordinatione constituat eamdem taxam pretii justi, & contra Transgressores procedat. *Ead. Sacr. Congreg. Immun. in Melevitana 21. Martii 1646. lib. 3. decret. Paul. p. 276. Bovcn. 17. Maji 1695. lib. 1. dec. Vall. p. 189.*

4 Episcopus potest in casu necessitatis proprio Edicto statuere pretium frumenti Ecclesiasticorum, eosque cogere ad venditionem, reservata tamen pro usu, & sustentatione ipsorum æqua, & proportionata quantitate. *Ead. Sac Cong. Immun. in Casalen. 12. Februarii 1695. lib. 1. decr. Vallem. pag. 171.*

5 Injungitur Episcopo, ut pro currenti anno, attenta gravissima penuria, præfigat proprio Edicto justum pretium frumento Ecclesiasticorum, & obliget auctoritate Sac. Cong. Ecclesiasticos, tam Sæculares, quam Regulares ad venditionem frumenti, reservata tamen pro usu, & sustentatione, eorum ea quantitate quæ æqua, & proportionata omnibus consideratis ab eodem Episcopo reputata fuerit *Ead. Sac. Cong. Immun. in Neocastren. 1. Decemb. 1696. lib. 2. dec. Vallem. p. 61.*

6 Quatenus Episcopus judicet talem esse penuriam frumenti, ut sit expediens prohibere Ecclesiasticis extractionem, eam prohibeat proprio Edicto, nulla facta mentione, vel habita relatione ad Edictum Laicale. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Neocastr. 8. Augusti 1693. lib. 1. decr. Vallem. pag. 66.*

7 Mandatur Episcopis & Archiepiscopis Regni, ut, attenta penuria, vendant eorum frumenta, & respective vendere faciant a Personis Ecclesiasticis pro pretio tamen per eosdem cum emptoribus concordato, & quatenus non concordet, vendant pro pretio justo judicato arbitrio Episcoporum. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Neapolitana 10. Novemb. 1648. lib. 4. decr. Paul. pag. 63.*

8 Tempore penuriæ, ut dicitur *le rassegne* Frumentorum, & Bladarum Ecclesiasticorum faciendæ sunt per Ecclesiasticos Curiæ Episcopalis, & ab Episcopo arbitranda est quantitas, qua indiget unusquisque Ecclesiasticus. Frumentum vero, & Bladæ asserventur in loco ipsi Episcopo benevisо & sub custodia Deputati ab ipso Episcopo. Et ut dicitur *si spiani* in turno Ecclesiasticorum, si quem habent. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Civitatis Castelli 14. Jan. 1630. lib. 2. decr. Paul. pag. 23.*

9 Perquisitio frumentorum in locis immunibus est prorsus prohibita Laicis *Ead. Sac. Cong. in Florentina 15. Decemb. 1648. lib. 4. decret. Paul. pag. 66.*

10 Dantur litteræ circulares Episcopis Status Ecclesiastici pro perquisitione frumenti in locis immunibus ad effectum faciendi ejus assignationem Ministris abundantiæ, soluto competenti pretio. *Ead. Sac. Congr. Immun. 20. Aug. 1678. lib. 2. decret. Alt. p. 1630.*

11 Datur facultas perquirendi, & extrahendi frumentum ad effectum consignandi pro servitio Abundantiæ Civitatis. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Interamnen. 2. Aprilis 1678. lib. 2. decret. Aultoviti pag. 1555.*

12 Episcopus pro extractione frumenti mensæ Episcopalis de loco ad locum in eodem Gubernio non tenetur recipere Bullettinum. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Fanen. 17. Novembris 1671. lib. 1. decret. Altoviti pag. 618.*

13 Contra Ministros laicos impedientes exactionem frumenti debiti cuidam Beneficiato Episcopus tueatur efficaciter, adhibitis etiam Juris remediis. *Ead. Sac. Congreg. Immunit. in Cajetana 30. Martii 1695. lib. 5. decret. Vallem. pag. 180.*

14 Idem mandet restitui frumentum executatum in loco immuni per Ministros laicos spectans ad Ecclesiasticum. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Aquilana ibid.*

Frumenta Ecclesiasticorum non tenentur ad Gabellam introductionis. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Camerinen. 10. Febr. 1680. lib. 2. decret. Alt. pag. 1923.* 15

Frumentum recollectum in bonis propriis Ecclesiastici potest asportari, nec in hoc potest impediri, nisi adsit indigentia Civitatis. *Eap. Sac. Congr. Immun. in Assisien. 22. Jan. 1629. lib. 1. decret. Paul. pag. 121.* 16

Sacra Congregatio inclinat Clerum Sæcularem, & Regularem non teneri ad recipiendam portionem frumenti horrei publici, de qua agitur, sed in omnem casum distribuendum esse per capita comprehensis etiam Equitibus, & omnibus aliis. *Ead. Sacr. Cong. Immunit. in Melevitana 6. Octob. 1638. lib. 1. decret. Paul. pag. 74.* 17

Nuncio Neapolis scribitur, non esse extendendam facultatem extrahendi frumenta, ita ut etiam cum deputatione personæ Ecclesiasticæ minime liceat Commissario Regio extrahere frumenta recondita in locis immunibus, etiamsi fortassis empta contra formam Pragmaticæ. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Neapolitana 28. Sept. 1694. lib. 1. decret. Vallem. pag. 149.* 18

Conceduntur Gubernatori Piceni de ordine Sanctissimi Litteræ perquisitionis in forma quoad frumenta recondita in locis immunibus. *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Macer. 10. Octobris 1671. lib. 1. decret. Altoviti pag. 610.* 19

Gubernator Marchiæ vigore asserti Brevis non potest prohibere Episcopo Auximano, ejusque Colonis partiariis, ne absque sua licentia in scriptis extrahant de loco ad locum infines Provinciæ frumentum in terris Episcopi collectum. *Ead. Sac. Cong. Immunit. in Aximana 10. Decemb. 1647. lib. 4. decret. Paul. pag. 35.* 20

Idem Gubernator non potest cogere Ecclesiasticos ad asportandum in horrea publica partem suorum frumentorum. *Ead. Sac. Cong. Immun. ibidem.* 21

Idem non potest præcipere Ministris Montium frumentorum, ne absque sua licentia distribuant in singulos annos statutis temporibus frumentum pauperibus. *Ead. Sac. Cong. Immun. ibidem.* 22

Circa Edicta publicata a Gubernatore Perusiæ super assignatione frumentorum præcipitur eidem, ut publicet novum Edictum totaliter conforme Edicto Eminentissimi Camerarii die 19. *Augusti 1697.* cum revocatione Edicti publicati ab eodemmet Gubernatore, seu Præside die 14. d. mensis *Ead. Sac. Congreg. Immun. in Perusiaa 30. Septemb. 1704. lib. 3. decret. Vallem. pag. 618. & seq.* 23

Communitas Oppidi Centi in Legatione Ferrariensi tenetur ad recipiendum frumentum, Mensæ Episcopalis Bononiensis (cum jam se ad hoc obligaverit, dummodo d. Mensa clauderet furnum in d. loco,) recollectum in territorio Centi pretio majori, Calmerii de mense Novembris, & Decembris, dummodo d. frumentum sit mercantile, & plane mundum. Tenentur pariter ministri d. Mensæ infra totum mensem Octobris notificare ministris Annonæ, se promptos esse ad vendendum frumentum, & exprimere quantitatem tradendam. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Bonon. 5 Januarii 1696. lib. 2. dec. Vallem. pag. 2.* 24

Injungitur Eminentissimo Legato, ut præfigat terminum 15. dierum d. Communitati Centi ad emendum frumentum d. Mensæ Archiepiscopalis, quo elapso liceat eidem Mensæ aperire furnum ad effectum, ut dicitur *di spianare* præfatum frumentum. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Bononien. 17. Martii 1696. l. 2. decr. Vallem. pag. 12.* 25

Appaltatores Piltrinorum renuentes se accommodare appretiationi factæ super triticum Ecclesiasticorum, censuras incurrunt. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Tudertina 27. Julii 1683. lib. 3. dec. Alt. pag. 211.* 26

Ad supplicationem Reipublicæ Lucanæ a Sanctissimo Sac. Cong. remissam petentis frumentum Ecclesiasticorum debere vendi Ministris Reipublicæ, & prohiberi Ecclesiasticis vendere panem minutatim confectum ex frumento recollecto in bonis propriis Ecclesiasticorum, Sac. Cong. auditis informationibus deductis ab utraque parte censuit, si Sanctissimo placuerit, posse prefato Clero, Jus, & libertatem eidem ex dispositione Sacrorum Canonum, & declarationibus Sac. Cong. competentem vendendi minutatim panem confectum ex frumento in bonis propriis recollecto suspendi per septennium proximum futurum cum infrascriptis conditionibus.

I. Quod Ecclesiastici utriusque Cleri intra mensem Septembris declarare debeant in actis Curiæ Episcopalis, an velin dare 27

tum mortale non satis inter se conveniant Doctores, ita ut propemodum tot sint sententiæ, quot capita, assignando alii, ut *Navarrus*, nimis stricte solum dimidium Regalem, vel Julium, seu unum Pacium, vel paulo plus. Alii cum *Corduba* unum Regalem, scilicet duos Pacios circiter. Alii cum *Molina*, *Rebell. Lessio* duos Regales, ideſt quatuor, vel quinque Pacios, seu duos Julios. Alii cum *Valentina*, *Sayro* tres Regales vel Julios, ideſt medium Florenum circiter. Alii cum *Sanchez* quatuor Regales, ideſt medium Talarum, vel unum Florenum circiter. Alii trimis luxe cum *Soto Silvestro*, *Angelo*
22 unum, vel duos Aureos, seu Ducatos. Alii tandem Laxissime 100. Aureos. Hinc in tanta opinionum varietate tenenda est probabilior, & communior Doctorum sententia, quod non possit pro regula universali statui una certa quantitas pecuniæ, quæ sit materia absolute gravis, sive quæ ad mortale requiratur, & sufficiat respectu omnium, sed taxanda sit judicio prudentum tam ex quantitate rei ablatæ, quam ex circumstantiis personæ, cui aufertur, temporis, loci, & hujusmodi. Reiffenstuel *in Theolog. moral. tract. 9. de præcept. Decalog. dist. 5. quæst. 1. num. 7.* Sporer *loc. cit. num. 28.* Moya *tom. 3. dist. 3. quæst. 3. cap. 1. §. 2.* Gormaz *4 num. 963.* La Croix *lib. 3. part. 1. n. 983. & seq.* & alii passim.

23 Quantitas igitur furti respective gravis potest sic esse, ut respectu cujuscumque etiam ditissimi Regis sint duo Aurei, seu duo Ducati, pro quibus veniunt quatuor Imperiales, seu sex Pacii Regales, aut sexdecim Julii, seu quadraginta octo Pacii, vel circiter centum sexaginta Crucigeri; respectu inferioris Principis unus Aureus, seu unus Ducatus, aut duo Imperiales, vel quatuor Floreni, seu sexdecim Regales, aut Julii; respectu viri perillustris, aut mercatoris valde divitis unus Imperialis, seu duo Florenti, aut octo Regales, vel Julii, aut viginti quatuor Pacii; respectu Mercatoris mediocriter divitis medius Imperialis, seu medius Talarus, vel unus Florenus, aut quatuor Regales, seu quatuor Julii; respectu Civis mechanici tertia pars Imperialis, seu Talari, aut octo Pacii; respectu tenuioris civis, vel Rustici duo Regales, seu duo Julii, aut sex Pacii; respectu hominis utcumque pauperis unus Regalis, & dimidius, seu unus, & dimidius, respectu plane pauperis etiam unicus Regalis, seu unicus Julius, aut tres Pacii, vel decem circiter Crucigeri, & sic de omnibus intermediis loquendum est cum proportione. Ratio autem hæc est, quia dicta taxata quantitas videtur requiri, & sufficere respective ad singulorum sustentationem pro integra die, adeoque per ejus ablationem censebuntur pati grave damnum, & esse graviter inviti, merito enim ab omnibus multum æstimatur posse pro una die honeste subsistere, & cui hoc tollitur, vere redditur miserabilis pro illa die, & per consequens censetur illi dari causa gravis contristationis, & dissolvendæ amicitiæ, quod secundum communem sensum est gravis injuria. Hinc materia gravis
24 furti, & quantitas sufficiens ad peccatum mortale censetur probabiliter ea, quæ ad congruam sustentationem unius diei sufficit illi homini, cui injuria furti infertur. Sanig *dist. 10. de justitia quæst. 1. num. 7.* Layman *lib. 3. tract. 3. p. 1. c. 1. numer. 3.* Sporet *loc. cit. num. 29.* Reiffenstuel *loc. cit. numer. 9.* Gormaz *num. 699.* La Croix *loc. cit. num. 985. cum sequentibus*, *& in re consentiunt alii*, *pecias sinu Illsung. tom. 4. d. 3. num. 147.* Marchant. *Tribun. part. 2. tract. 8. tit. 1. quæst. 5.*, & re ipsa fere coincidunt Bonacina, Petrus Navarrus, & alii cum Lug. *disp. 16. sect. 1.*

25 Furtum potest esse grave peccatum in pluribus casibus, etiamsi materia furata in se sit levis. Primo, si materia furata sit Domino valde profica, ut Sartori acus, quam unicam habet nec habere aliam potest, qua se alat. Lessius *lib. 2. cap. 12. num. 33.* & communis aliorum. Secundo, si in furando rem levem fuerit intentio furandi notabilem quantitatem, si adfuisset copia, & commoditas. *Communis*. Tertio, si materia levis fuerit furata in finem mortaliter peccaminosum. *Communis*. Quarto, si materia levis furetur Domino valde pauperi, & indigenti. *Communis*. Quinto, si Dominus habuerit jutum, & rationabilem quemdam specialem affectum ad talem rem, ob cujus ablationem periculum sit, ne tamquam nimis iracundus prorumpat in mortales blasphemias, seu alias colerice mortaliter peccet, dummodo tamen fur ante furtum habuerit sufficientem cognitionem de tali speciali affectu, & periculo. *Communis*. Sexto, si res auferatur cum notabili violentia. *Communis*.

26 Furtum non committitur in pluribus casibus, quamvis aliena surripiantur. Primo non committitur, cum quis aufert rem alterius sciens illum, etiamsi sit, non tamen debere esse invitum rationabiliter. *Communis*. Secundo non committitur furtum, cum quis aufert aliena ipso Deo supremo rerum omnium Domino facultatem dante, qua ratione Israelitæ spoliarunt Ægyptios. *Communis*. Tertio non committitur, cum quis aufert gladium a furioso, vel alias occisuro. *Communis*. Quarto non committitur, cum quis aufert libros hæreticos a non habente legendi facultatem. *Communis*. Quinto non committitur, cum Uxor V.G. auferat a Marito pecunias, ne ludis, aut comessationibus prodigat, aut Vinum, ne inebrietur. *Communis*. Sexto non committitur, cum quis accipit rem alienam, tamquam sibi debitam ob justam compensationem. *Communis*. Septimo non committitur, cum quis pro se, vel pro alio in extrema necessitate constituto alienum accipit quantum necessarium est ad sustentationem sed de hoc infra. In his enim, & similibus casibus Dominus esset irrationabiliter invitus sibi rem talem auferri. *Sic communis Doctorum* (a).

27 In extrema necessitate licitum est auferre rem alienam quatenus ad eam sublevandam necesse est, adeo ut talis neque furtum committat neque peccet; *Communis* cum S. Thom. 2. 2. *quæst. 66. art. 7.* Scoto *in 4. dist. 15. quæst. 2. ad 5.* & habetur *ex cap. Exiit §. Nec quidquam, de verb. signific. in 6.*, ibi: „ Nec jure poli in extremæ necessitatis articulo ad provi„dendum sustentationi naturæ via omnibus extrema necessi„tate detentis concessa præcluditur, cum ab omni lege „ extrema necessitas sit exempta „. Et ratio est, quia in extrema necessitate constitutus habet jus naturale, imo & obligationem conservandi vitam, adeoque etiam sibi applicandi media necessaria; neque per hoc furatur, quia ille, cui surripit, non est, nec potest esse rationabiliter invitus, quia in extrema necessitate omnia sunt communia quoad jus utendi in ordine ad conservationem vitæ; de ratione autem formali furti est, quod fiat Domino rationabiliter invito, ut pa- 28
tet ex ejus definitione. Unde cum Dominus in tali extrema necessitate nequeat esse rationabiliter invitus, talis surripiens bona alterius non dicitur furari, uti notant communiter Doctores cum S. Thoma 2. 2. *quæst. 65. art. 5.* In extrema necessitate si quis non possit per se ipsum aliena auferre ad sibi 29
subveniendum, potest ejus loco quivis alius ex proprio subvenire non potens, uti habet communis cum D. Thoma 2. 2. *quæst. 66. art. 7. ad 3.* & Scoto *loc. cit.* Tunc enim surripiens est veluti instrumentum indigentis. Si Dominus, aut detinens bona sit in pari necessitate, non potest extreme egens, neque alius pro eo surripere ipsi Domino, aut detinenti, quia tunc duplici jure res illa Domino, aut detinenti debetur, primo propter æqualem extremam necessitatem, secundo propter dominium, & possessionem; in pari enim causa melior est conditio possidentis; Sic Scotus *in 4. dist. 15. quæst. 2. ad 5.* & *communis* aliorum.

In gravi duntaxat necessitate non est licitum aliena surripe- 30
re, colligitur *ex cap. Si quis 3. de furtis*, ibi: „ Si quis pro„pter necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit ciba„ria, vestem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres, ubi, ut vides, fames, & nuditas supponunt surripientis necessitatem, & quidem valde gravem, unde si hac necessitate non obstante talis surripiens censetur pœnitentia dignus, cum pœnitentia supponat peccatum, censetur non excusari a furto peccaminoso. Hinc justissime ab Innocentio XI. die 2. Martii 1679. fuit damnata sequens propositio 36. in ordine, ibi: *Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* Ita conformiter Doctori Subtiliss. *loc. cit.* Mastrius *disput. 9. Theolog. moral. num. 21.* appellans hanc sententiam communiorem, & veriorem. & Sporer *loc. cit. num.* 105. vocans eam verissimam, La Croix *loc. cit. num. 955.* & alii passim, quamvis nonnulli apud Lugonem *disput. 26. de* 31
justit. & jure num. 153. Dianam *part. 2. tract. 3. Miscellan. resol. 29.* & apud Sporer *loc. cit. num. 104.* male oppositam sententiam probabilem censuerint. Si tamen necessitas gravis sit urgens, adeout adsit simul periculum labendi in necessitatem extremam, ut si morbus gravis probabiliter sit futurus letha-

(a) Vera Auctor scribit; cave vero, ne putes retinere res illas hominem posse, nec ad restitutionem, vel compensationem teneri, jam remoto periculo, vel sublata necessitate; Vide explicationes aliis in locis.

lethalis, aut perpetuus, nisi remedio tempestivo ei occurratur, si quis sit in probabili periculo incidendi in captivitatem, vel infamiam gravissimam, nisi equo alieno adjutus elabatur, & his similia: tunc licitum est surripere necessaria ad illam necessitatem sublevandam, quia tunc censetur extrema esse moraliter præsens, cum sit proxima, aut hæc sit illi æquivalens; pari enim modo naturæ indultum est, ut gravem necessitatem, quæ facile vergit ad extremam, æque ac ipsam extremam necessitatem, a se quisque, quoquo modo potest, avertat; Lugo *loc. cit. num. 154.* Lessius *num. 71.* Sporer *loc. cit. num. 103.* Haunold. *de justitia tom. 1. tract. 2. a num. 347.* Carden. *in 2. Crisi dict. 23. num. 17.* & fusius *in 1. Crisi dist. 80.* La Croix *loc. cit. num. 957.* Tamburin. *lib. 8. tract. 2. cap. 9. §. 1.* ubi dicit hanc sententiam esse certam.
32 Si tota Respublica sit in necessitate gravi, possunt licite auferri a divitibus superflua, quæ necessaria sunt ad Rempublicam sublevandam. Et ratio est, quia necessitas gravis Reipublicæ æquivalet, imo superat necessitatem, quam haberet unus privatus, uti cum S. Thoma, & aliis docet Carden. *loc. cit. num. 16.* La Croix *loc. cit. num. 956.*

33 Qui in extrema necessitate rem alienam abstulit, & pro sua indigentia absumpsit, quamvis postea ad meliorem, & pinguiorem fortunam devenerit, nunquam tenebitur restituere; Sic Scotus *in 4. dist. 15. quæst. 2. & communis* aliorum. Et ratio est, quia is usus fuit jure suo, & rei tunc acceptæ, quatenus sibi necessaria fuit, dominium sibi comparavit, cum res illa per talem justam acceptionem facta sit accipientis, ut patet ex D. Thoma 2. 2. *quæst. 66. art. 7.* & ex communi aliorum. Si autem res accepta in extrema necessitate non sit ab-
34 sumpta, sed adhuc existat, ut equus, vestis, & hujusmodi, tunc est restituenda; *Communis*. Et ratio est, quia extrema necessitas tribuit solum tantum Juris in rem alterius, quantum necessarium est ad illam sublevandam. In proposito autem non erat necessaria res adhuc existens, sed solum ejus usus, adeoque extreme egens occupando illam, solum comparavit sibi dominium utile illius rei, dominio directo adhuc remanente penes pristinum Dominum, & per consequens res adhuc existens post superatam necessitatem erit restituen-
35 da Domino. Qui rem accepit ante extremam necessitatem, sive ex delicto, furto v. g., sive ex contractu, v. g. Deposito, Commodato, Locato, vel quovis alio titulo, & in extrema necessitate absumpsit, tunc superata necessitate, si ad meliorem fortunam redierit, tenebitur restituere in æquivalenti; Ita Scotus *in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 4. resp. ad argument.* Adrian. *in 4. de restitut. §. Quia dictum est de lucro*: Navarr. *cap. 17. num. 61.* Covarruv. *regul. Peccatum part. 8. §. 1. num. 4.* Medina *C. de restit. num. 3. in princip.* Less. *lib. 2. cap. 16.* aliique cum Sporer *loc. cit. num. 101.* Et ratio est, quia tunc egenus rem illam, secluſa necessitate, alio titulo debet Domino suo, quæ obligatio per supervenientem necessitatem extremam non extinguitur, sed sopitur, adeout superata necessitate, Domino compensanda est æque, ac antea compensari debuisset, maxime quia si antea res furto ablata, & postea in extrema necessitate absumpta, non deberet restitui, superata necessitate ab eo, qui eam ante dictam necessitatem furatus fuerat, sequeretur, quod quis posset commodum reportare ex sua malitia; malitia autem, & iniquitas nulli debet prodesse; *argum. cap. Sedes 15. & cap. Ex tenore 16. de rescriptis*, *cap. Tuæ 12. de Clericis non resident. Cap. Ex literis 2. de dolo, & contum.*, & aliis similibus.

36 Est tamen æque probabilis, imo teste Sporer *loc. cit. nu. 102.* jam communior opposita sententia, quod nempe, qui rem ablatam, vel apud se depositam, commodatam, impignoratam, locatam &c. urgente necessitate absumpsit, nihil restituere debet, postquam ad meliorem fortunam pervenit: sic expresse Angelus verb. *Furtum §. 37.* Silvester verb. *Furtum quæst. 5. & verb. Eleemosyna in fine*, Jul. Clar. *lib. 5. §. Furtum num. 25.* Layman *lib. 3. tract. 3. part. 1. cap. 1. num. 7.* Sporer *loc. cit. num. 102.* & alii. Et ratio est, quia, qui rem alienam bona fide absumpsit, liberatur ab onere restitutionis, ut fert communis opinio, talis autem in extrema necessitate, nedum bona fide rem alienam, sed imo tamquam Dominus ejus effectus, & suam reputans, absumpsit, adeoque non tenetur pro ea ad restitutionem. Neque ei patrocinatur iniquitas, si rem antea furatus fuit, sed superveniens extrema necessitas, ad quam sublevandam, sicuti potest de presenti auferre rem alienam, & ipsam absumere sine ullo onere restitutionis, ita sine onere restitutionis potest absumere rem alienam de præterito ablatam.

Qui per furta minuta intendit ditescere, & conquirere nota- 37
bilem pecuniæ quantitatem, peccat mortaliter illa prava intentione, & quovis externo furto minuto ex vi illius intentionis deliberatæ procedente; *Communis*. Et ratio est, quia talis intendit accipere rem alienam magni momenti invito Domino, simulque singula externa furta procedunt ex intentione mortifera furandi seorsim quantitatem notabilem, adeoque talis singulis furtis minutis peccat mortaliter. Hinc de similibus dicitur *Deuteron. 25. Non habebis in facculo diversa pondera majus, & minus ... Abominatur enim Deus eum, qui facit hoc*, & Prover. 11. *Statera dolosa abominabilis est apud* 38
Deum. Notant tamen Lessius *lib. 2. de justitia cap. 12. dub. 7. numer. 48.* Sporer *loc. cit. num. 35.* & alii, non committi tot distincta furta mortalia, quot sunt furta minuta, sed continuari solum jam cœptum, quia omnia furta minuta & detentiones acceptorum censentur una continua executio illius mortalis intentionis. Quod etiam in furtis gravibus repetitis, & sub una intentione unitis usu venit. Qui furatur quid modicum, 39
animo tamen, & voluntate plura furandi, si posset, peccat mortaliter; *Communis, ac certa*. Et ratio est, quia talis, quantum est ex se, si adesset copia, & commoditas, habet pravam voluntatem, & effectum furandi quantitatem notabilem, adeoque peccat graviter ratione talis pravæ, & mortiferæ voluntatis, & affectus. Unde recte monet Layman *loc. cit. num. 3.* esse a Confessariis examinandos illos pœnitentes, qui confitentur modicum quid esse furatos, an habuerint voluntatem, & affectum plura furandi, si adfuisset copia, & commoditas.

Qui furatur materiam levem, quæ cum aliis præcedentibus 40
furtis complet materiam gravem, si habet voluntatem eam cum aliis retinendi, peccat graviter ratione injustæ gravis detentionis, quia licet priora præcedentia furta minuta quoad ablationem fuerint solum venialia, tamen accrescente materia complente quantitatem sufficientem ad mortale ratione injustæ detentionis exurget peccatum mortale, & obligatio restituendi sub mortali. Et ratio est, quia illud opus, quo injustum grave damnum proximi completur, mortale est; per illud autem ultimum furtum, quo quis advertit se pervenire ad summam gravem, v. g. furando ultimum Pacium, vel ultimum Regalem, seu ultimum Julium complentem Talarum, vel Imperialem, seu ducatum, respective completur grave damnum proximi, adeoque illud ultimum furtum unius Pacii, Regalis, seu Julii mortale est, non quidem secundum se absolute, sed cum habitudine ad furta præcedentia consideratum. Unde talis secundum omnes sub mortali tenetur restituere summam notabilem furtis minutis congregatam; Sporer *loc. cit. num. 37. & 40.* Cardenas *in 2. Crisi decis. 23. num. 90.* La Croix *lib. 3. part. 2. num. 244.* & ipso teste alii communissime. Hinc Innocent. XI. *die 2. Martii* 1679. merito damnavit sequentem propositionem 38. in ordine: *Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna* 41
summa totalis. Non quidem, ut notat Sporer *loc. cit. nu. 37.* sub mortali tenetur restituere totam illam summam, sed solum illam partem, quæ constituit quantitatem notabilem in grave damnum proximi, quaque restituta, non retinetur amplius quantitas notabilis cum gravi damno proximi secundum communem DD. apud Cardin. de Lugo *disput. 16. sect. 3. de* 42
justitia num. 41. Nec valet dicere, quod non plus noceat ultimum furtum, quam præcedentia, adeoque omnia esse venialia tantum. Non valet, inquam, quia respondetur distinguendo antecedens. Non plus nocet absolute secundum se sumptum, conceditur antecedens, non plus nocet respective, & ut est conjunctum cum furtis præcedentibus, negatur. Ultimo enim furto minuto completur materia notabilis sufficiens ad peccatum mortale, cum auferatur jam integer Florenus, vel respective Ducatus, qui non ablatus erat furtis præcedentibus. Nec etiam valet objicere, quod peccata 43
venialia quantumcumque multiplicata nunquam faciunt mortale. Non valet, inquam, quia hoc verum est, quando peccata venialia sunt omnino disparata absque omni connexione ad invicem in materia, vel effectu causato, ut in cognitionibus inutilibus, verbis otiosis, mendaciis jocosis &c. etiam in infinitum multiplicatis. Falsum autem hoc est, quando sunt ita connexa, ut ultimum veniale compleat materiam notabilem sufficientem ad peccatum mortale, ut in nostro proposito, ubi, quamvis furta, seu peccata venialia, ut talia in individuo, non faciant unum mortale, ultimum tamen furtum, quod secundum se solum esset veniale, hic & nunc ratione

tione connexionis cum præcedentibus furtis fit mortale.

44 Peccat graviter, qui post levia furta, quæ non potest restituere, addit aliud leve, quo completur quantitas gravis; Lugo *disput.* 16. *sect.* 3. *num.* 39. Illsung. *tom.* 4. *dist.* 3. *nu.* 157. Sporer *loc. cit. num.* 39. La Croix *lib.* 3. *part.* 1. *num.* 1006. Dicastill. *lib.* 2. *tit.* 2. *dist.* 9. *num.* 55. & alii contra Lessium, & Granado. Et ratio est, quia ut recte dicit Lugo *loc. cit.* malitia furti non oritur ex commodo, quod furi ex retentione provenit, sed ex damno, quod proximus ex ablatione patitur. In casu autem posito, sive fur restituere possit, sive non possit priora furta, eodem modo per ultimum furtum facit, quod proximus grave detrimentum patiatur, ubi ante ultimum hoc furtum patiebatur solum detrimentum leve, adeoque, etiamsi non possit fur restituere præterita, curare debet, ne ex illis, & hoc alio proximus grave detrimentum patiatur, quod facere potest vitando hoc ultimum furtum (a).

45 Si tamen haberet efficacem voluntatem restituendi priora saltem usque ad materiam levem, excusaretur a mortali, uti notant Molina, Rebell. Sanchez, aliique cum Lugo *loc. cit.*

46 *a num.* 40. La Croix *loc. cit. num.* 1006. Qui semel conflavit materiam gravem, & iterum furatur aliud leve, quod cum priore materia ablata facit unum, si nondum pœnituit de furtis præcedentibus, nec restituere proposuit, probabilius peccat iterum mortaliter toties, quoties denuo furatur modica ab eodem, quia tunc semper habet explicitam, vel implicitam saltem voluntatem augendi damnum notabile proximi, & retinendi notabilem quantitatem rei alienæ semper

47 majorem, & majorem. Si tamen talis jam pœnituit de furtis præcedentibus, & restituere vere proposuit, tunc furando iterum minuta peccat tantum venialiter, donec rursus attingat quantitatem notabilem sufficientem ad furtum mortale, quia tunc per pœnitentiam, & restituendi propositum abrupit continuationem furtorum præcedentium cum sequentibus, & sequens materia furti non concrescit amplius cum præcedenti, sed manet per se sola, & venialis; Lugo *loc. cit. a numer.* 43. Dicastill. *loc. cit. num.* 59. Sporer *loc. cit. num.* 39.

48 La Croix *loc. cit. num.* 1007. Amicus *de peccat. dict.* 23. *nu.* 233. Ovied. *de Peccat. contr.* 3. *num.* 114. & alii. Furta parva coalescunt, etiamsi fiant in diversis negotiis, ut si quis defraudet eumdem semel venditione, semel cambio, semel furando &c. quia licet diversa sint negotia, in quibus furta committuntur, in omnibus tamen causatur damnum ejusdem rationis; Sanchez *in Decal. lib.* 7. *cap.* 21. *num.* 16. La Croix *loc. cit. num.* 1008. contra Rebell. Tanner. & Dianam.

Furta minuta usque ad notabilem summam concrescentia constituunt peccatum mortale cum obligatione restituendi sub mortali, non solum cum fiunt ab eodem eidem, ut us-

49 que modo fuit suppositum, & concluSum, sed etiam cum fiunt ab eodem diversis Dominis; Sic Molina *tom.* 3. *disput.* 689. Lessius *lib.* 2. *de justitia cap.* 12. *dubit.* 7. Layman *lib.* 3. *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. Sanchez *lib.* 7. *moral. cap.* 5. Sporer *loc. cit. num.* 43. Lugo *disput.* 16. *sect.* 3. *num.* 48. ubi dicit, quod rejicitur communiter sententia contraria Joannis Medinæ, Angeli, Petri Navarræ, & aliorum dicentium, illa minuta furta non constituere peccatum mortale cum obligatione restituendi sub mortali, etiamsi fiant animo comparandi magnam quantitatem, quia, dicunt ipsi, singulis Dominis parum nocent: Ratio autem nostra est, quia licet talis minuta furando a diversis Dominis non inferat notabile damnum singulis seorsim, & actualiter, infert tamen notabile grave damnum omnibus collective, seu ipsi Communitati, vel Reipublicæ saltem habitualiter, & consecutive, quatenus scilicet, si talis modus furandi minutatim a diversis Dominis non esset graviter prohibitus, sequerentur maxima incommoda, & inconvenientia contra bonum publicum, & contra indemnitatem etiam singulorum Civium, sequeretur enim non peccare mortaliter eum, qui ex granario tritici totius Communitatis furaretur magnam quantitatem, quia singulis civibus parum nocet. Item sequeretur non peccare mortaliter contra justitiam eum, qui sine justo titulo exigeret tributa, seu gabellas, etsi minutas ab omnibus transeuntibus per aliquem pontem, quia singulos levissime læderet. Item sequeretur posse aliquem sine peccato mortali in venditionibus uti ponderibus, & mensuris modice falsificatis, & diminutis, quod tamen est ubique gravissime prohibitum, & in Sacra Scriptura damnantur, qui talia agunt; *Deuter.* 25., ibi: *Non habebis in sacculo diversa pondera majus, & minus .... abominatur enim Deus, qui facit hoc*; *Proverb.* 31., ibi: *Statera dolosa abominatio est apud Deum*: Restitutio autem a talibus furantibus minuta a diversis Dominis, v. g. per falsa pondera, per alteratas mensuras, & hujusmodi facienda est iis, a quibus acceperunt quantum possunt, v. g. in simili occasione furta minuta commissa Dominis minutim supplendo, aut si ii ignorentur, vel amplius conveniri non possint, talia pauperibus erogando, prout in simili dicitur *in cap. Cum tu* 5. *de Usuris*. 50

Furta minuta facta eidem a diversis non moventibus se mutuo, quamvis isti advertant per omnia dicta furta simul sumpta causari eidem grave damnum, licet probabilius non constituunt peccatum mortale in singulis, sub mortali tamen obligant singulos ad respectivam restitutionem, quidquid dicant Sanchez *lib.* 7. *moral. cap.* 21. *num.* 22. Lessius *lib.* 2. *cap.* 12. *dubit.* 9. Tanner. *tom.* 3. *dist.* 4. *quæst.* 6. *dub.* 9. *num.* 285. Diana *part.* 2. *tract.* 17. *resol.* 42. Lugo *disput.* 16. *sect.* 3. *num.* 55. Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 2. & Clarius *lib.* 4. *de justitia quæst.* 7. *art.* 3. *colum.* 6. Malderus *de Furto tract.* 4. *cap.* 1. *dub.* 5. *cauf.* 3. Sales *in* 1. 2. *tract.* 13. *disput.* 16. *sect.* 27. *num.* 92. Sporer *loc. cit. num.* 47. Ovied. *de peccatis controverf.* 3. *num.* 112. La Croix *lib.* 3. *part.* 1. *num.* 1010. Illsung. *tom.* 4. *dist.* 3. *num.* 158. & alii. Et ratio est, quia singuli non sunt causa, neque physica, neque moralis damni ab aliis causati, sed tantum illius, quod per se inferunt, quo l est leve, & exiguum, ut supponitur, adeoque non peccant singuli graviter, sed tenentur sub gravi ad restitutionem, saltem ex charitate, alioquin sequeretur, quod posito ad furtum mortale sufficere decem Regales, seu decem Julios, & Paulus jam abstulisset novem, Antonius autem conscius absque ulla cooperatione, auferret solum unum Regalem, vel unum Julium, peccaret mortaliter, & Paulus solum venialiter, quo nihil absurdius; adeoque quamvis furta minuta facta eidem a diversis ascendant ad summam notabilem, illi diversi furantes non peccant singuli mortaliter, sed sub mortali tenentur singuli ad restitutionem, saltem, ut diximus, ex charitate. 51

Plurimi tamen apud Lugo *loc. cit. num.* 54. ut Suarez, Vasquez, Navarrus, Medina Major, Corduba, Rodriguez, Salonius, Rebellus, Angelus, Ledesma, Sayrus, Petrus Navarra, Covarr. Molina, Turrianus, Bonacina, Filiuccius, tenent contrarium, scilicet quod singuli peccent graviter, & sub gravi teneantur ad restitutionem, quia dicunt ipsi scienter concurrunt singuli ad grave damnum ejusdem, & consentiunt in illud. At ut recte notat Sporer *loc. cit. num.* 47. *in fine* tale fundamentum, seu principium est solum verum, quando influit in totum damnum moraliter jussu, concursu &c. quod nos ultro fatemur, nam certum est, si plures communi consensu, consilio, vel cooperatione, ingressi v. g. in Vineam, ita notabiliter furentur, singulos peccare mortaliter, & obligari ad restitutionem in solidum, scilicet in defectu aliorum, quia singuli sunt causa moralis totius damni; Sicuti etiam si unus suo malo exemplo efficaciter moveat alios ad furandum, v. g. si ex cohorte militum, aut peregrinorum transeuntium, unus principalis, ut capitaneus, vel conductor primus furetur ex vinea aliquos racemos, aut ex viridario aliqua poma prævidens suo malo exemplo alios ad simile furtum efficaciter movendos, reus est furti mortalis, debetque deficientibus sociis totum damnum resarcire, quia perinde est, sive quis facto, sive exemplo, sive verbo sit causa moralis damni illati. 52

Advertendum tamen est, quod sive quis furtis minutis furetur 53

(a) Malitia furti non oritur ex commodo, quod furi ex retentione provenit, sed ex damno, quod proximus ex ablatione patitur. Ita Lugo ab Auctore citatus. Hoc principio casus plures, Lector, aliter solves, ac solvat Auctor noster. Ex. gr. num. 47. Si talis jam pœnituit de furtis præcedentibus, & restituere vere proposuit, obliviscinequit damni, quod proximus ex ablatione, rei patitur. Ergo tunc iterum minuta furando primum grave damnum proximi auget, & propterea iterum mortaliter peccat. Et num. 51. Quicunque advertit per suum furtum quamvis minutum uni eidemque grave damnum inferri, peccat mortaliter. Et ratio est, quia qui advertit ipse causa est damni gravis, adeoque sub gravi tenetur ad restitutionem. Suppositio Auctoris in exemplum deducta nihil valet quum exempla contraria fingi possint,

retur ab eodem, sive a diversis, sive plures, sive diversi ab eodem furentur, ad contrahendum peccatum mortale requiritur major quantitas, quam illa, quæ simul ablata constitueret peccatum mortale, v. g. plus dimidio. Et ratio est, quia Domini non sunt ita inviti ad furta successive, seu per intervalla facta, quam ad furtum rei notabilis simul factum, & ordinarie non tantum damnum infertur; Molina *tom.* 3. *disp.* 689. Sanchez *lib.* 7. *moral. cap.* 5. Lugo *disput.* 16. *numer.* 15.

54 Sporer *loc. cit. num.* 44. & alii passim. Item major quantitas requiritur, si plura furta minuta fiant pluribus, quam si uni soli, quia tunc omnes, & singuli non tam grave damnum patiuntur actualiter, & ordinarie illud patiuntur minus inviti, quam unus solus, qui totum illud damnum per plura minuta furta causatum cogatur in se uno sustinere. *Communis*

55 cum præcitatis. Item major requiritur quantitas in furtis factis sive eidem, sive diversis, quando fiunt per majora temporum intervalla, quam quando brevi temporis successu fiunt, quia eo magis deficit unius damni connexio, & domini minus inviti censentur. Unde licet Imperialis, seu respective Ducatus v. g. simul, vel successive brevi tempore ablatus constitueret peccatum mortale, tamen successive per longum tempus, utpote duorum, vel trium annorum surreptus non concrescit in peccatum mortale. Et si pluribus tanto temporis intervallo absque diteSCendi proposito talia furta minuta fierent, etiam duo, vel tres Aurei non sufficerent ad mortale peccatum. Hæc autem omnia attentis circumstantiis personarum, locorum, & temporum judicio prudentis Confessarii relinquuntur.

56 Furta domesticorum, Uxorum, Maritorum, filiorum, parentum, Religiosorum, famulorum &c. facta invito rationabiliter Marito, Uxore, Patre, Filio, Prælato, Domino &c. sunt vera furta, quia omnes illi vere usurpant rem

57 alienam invito rationabiliter Domino; *Communis*. Talia domestiCorum furta, ut mortalia sint, regulariter requiritur major materiæ quantitas, quam in furtis extraneorum; quia paterfamilias v. g. non est ordinarie ita invitus, quod res sua a Domesticis surripiatur, quam si surriperetur ab extra-

58 neis; *Communis*. Hinc contra tales personas domesticas, uxorem, filios, famulos &c. in foro externo non conceditur Actio pœnalis, & famosa furti, sed tantum alia mitior Actio rerum amotarum. Et quidem inter conjuges propter reverentiam, & honorem Matrimonii non dari rigorosam Actionem furti, sed tantum Actionem rerum amotarum, habetur expresse *in leg.* 1., *& sequent. ff. de actione rerum amotarum*, *in leg. Si quis* 52. *ff. de furtis*; *& leg. Manifestissimi* 22. §. 4. *Cod. eod.* ubi ulterior ratio additur his verbis: *Quia lex ita atrocem actionem dare, in personam ita sibi conjunctam erubuit*.

59 Similiter contra filios, & servos non datur Actio furti, textu expresso *in* §. *Hi*, *qui* 12. *Instit. de obligat. ex delicto*, *leg. Ne cum* 16., *& leg. Servi*, *& filii* 17. *princip. de furtis*, ibi: *Servi & filii nostri furtum quidem nobis faciunt*, *ipsi autem furti non tenentur*, *neque etiam qui potest in furem stattuere*, *necesse habet adversus furem litigare*; *idcirco*

60 *nec Actio ei a veteribus prodita est*. Item contra famulos, ac mercenarios apud Dominum degentes non datur Actio furti, si leviora, & modica furta commiserint, *leg. Respicien-*

61 *dum ff. de pœnis*. Secus autem, si eorum furta sint gravia, vel nimis multiplicata, quia tunc etiam pœna corporalis puniri solent, ut ex communi DD. notat Jul. Clar. *lib.* 4. *fententent.* §. *Furtum num.* 22. apud Layman *loc. cit. num.* 4.

62 Famuli, ancillæ, & Operarii apud Dominum degentes ordinarie non peccant graviter surripiendo esculenta, aut poculenta communia in usus proprios, nisi forent excessiva, secus in aliis materiis; *Communis* quoad utramque partem: quoad primam enim patet, quia Domini respectu illorum non solent esse inviti, quoad substantiam, sed tantum quoad modum quandoquidem si illa peterentur, concederentur, dummodo tamen sint esculenta, & poculenta communia, idest famulantibus ordinaria, non autem extraordinaria, rariora, & delicatiora, & dummodo illa surripiant in usus proprios, quia si illa surripiunt ad dandum parentibus, amasiis, amicis, ad vendendum, ad ludos, ad compotationes, meretricia, & alia hujusmodi, committunt furtum mortale obnoxium restitutioni, ubi quantitas notabilis, etiam per minuta furta, ablata est, quia respectu illorum est simpliciter, & rationabiliter invitus Dominus. Quoad secundam partem etiam patet; quia in aliis materiis, v. g. pecunia, vestibus, linteis, & hujusmodi peccant sicuti extranei. Immo gravius, cum illorum cura sit eorum fidelitati, & custodiæ commissa, & ideo longe gravius puniuntur furta domestica, quam alia, quia hujusmodi furta, quæ a Servitoribus & famulis committuntur, dicuntur proditoria a Caball. *crim. resolut.* 104. *num.* 24. *cum sequent.* Raynald. *in observat. crimin. cap.* 14. *num.* 299. *cum seq.*, *& in Voto* 163. *numer.* 5. & in sæculari puniuntur pœna ultimi supplicii, secundum Fabr. §. *Alia deinde*, *Instit. de public. Judic.* Farinac. & alios cum Raynald. in *cit. voto* 168. *n.* 5. Reliqua de furtis famu- 63
lorum vide verb. *Famulus*.

Parentes, qui quantitatem notabilem surripiunt ex bonis, 64
quorum filii habent dominium, & administrationem, ut sunt bona castrensia, aut quasi castrensia, si ipsi filii sint rationabiliter inviti, peccant graviter, & tenentur ad illorum restitutionem, sicuti extranei, *arg. cap. Qui abstulerit* 6. *cauf.* 12. *quæst.* 1., *& leg.* 2. *Castrense ff. de peculio castrensi*, vide verb. *Bona art.* 4. In dicto enim casu de facto rem alienam accipiunt invito rationabiliter Domino, adeoque &c. *Communis*. Filii etiam peccant mortaliter, si quantitatem nota- 65
bilem surripiant ex illis bonis, quorum dominium, vel usus fructus spectat ad patrem; *Proverb. enim* 28. sic expresse habetur: *Qui subtrahit aliquid a Patre suo*, *& a Matre & dicit hoc non esse peccatum*, *particeps homicidæ est*; *Communis*. Reliqua de furtis filiorum, vid. verb. *Filius*, verb. *Bo-* 66
na articul. 4. Maritus peccat graviter cum onere restitutionis, si dissipet, & dilapidet bona Uxoris paraphernalia, dotalia, 67
imo, & communia sine ejus licentia; *leg. Hac leg.*, *Cod. de pactis conventis*. Vide verb. *Bona art.* 4. Sic etiam Uxor graviter peccat, si ex bonis, quorum dominium, aut admi- 68
nistrationem habet maritus, quantitatem notabilem surripiat rationabiliter ipso invito; *Communis*. Unde merito a Clero Gallicano *anno* 1700. condemnata fuit sequens propositio: *Potest Uxor viro surripere pecuniam etiam ad ludendum*, *si mulier talis sit conditionis*, *ut ludus honestus pari loco cum ali-* 69
mentis, *& victu habeatur*. Reliqua de Uxore quoad bona 70
mariti, vide verb. *Bona artic.* 4. Religiosi surripientes de bonis Monasterii quantitatem notabilem, duplex peccatum mortale incurrunt, unum furti contra justitiam, & alterum proprietatis contra votum paupertatis; *Communis*. Et ratio 71
est, quia quamvis Religiosi sint in Monasterio, quasi filii familias, imo & illius membra, quia tamen ratione voti paupertatis sunt omnis proprietatis incapaces, ideo quidquid surripiunt invito rationabiliter Prælato, furtum est, & actus proprietatis. Eadem autem quantitas requiritur, & sufficit in Religioso ad furtum mortale, & ad mortalem transgressionem voti paupertatis quæ sufficit ad furtum mortale Sæcularium, exceptis tamen esculentis, & poculentis, in quibus, quia Superior ordinarie magis invitus est quoad modum, quam quoad substantiam, major requiritur quantitas ad mortale; *Communis* Doctorum sententia apud Molinam *disp.* 86. Sanchez *lib.* 7. *moral. cap.* 20. *num.* 5. Layman *lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 5. Sporer *loc. cit. num.* 62. ubi subjungit, quod in hac communi sententia damnatur Religiosus, si de bonis Monasterii tenuis surripiat unum Florenum, & de bonis Monastrii opulenti surripiat ducatum.

Res furtivæ inventæ apud furem a Judice apprehensum, 72
non Fisco, nec Judici, nec Officialibus ejus, sed Domino restitui debent, non obstante consuetudine, aut statuto contrariis; Sic expresse declaravit Carolus V. *in Const. crim. art.* 207. & Fridericus I. *leg. in recessu* 1559. qui ambo etiam statuta, & consuetudines contrarias tamquam veros abusus, & corruptelas Juri divino, & naturali contrarias reprobarunt. Et revera iniquum, & Juri naturali contrarium est, quod quis cum jactura alterius locupletetur, & Domini res sine facto, & consensu illius in alium transferantur; *leg. Nam hoc* 14. *ff. de condict. indebit.*, ibi: *Nam hoc naturæ æquum est*, *neminem alterius detrimento fieri locupletiorem*; *Et cap. Locupletari* 48. *de Regul. Juris in* 6., ibi: *Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria*, *vel jactura*. Sicuti etiam omnino iniquum, & rationi naturali contrarim est ex facto unius alterum prægravi, & delictum unius in alterius perniciem trahi, *leg.* 1. *ff. de alien. Jud. mut. cauf.*, ibi: *Omnibus modis Proconsul id agat*, *nec cujus deterior causa fiat ex facto alterius*. Qui rem alienam alicubi inventam accipit animo re- 73
tinendi, & Domino comparenti non restituendi, vere furtum facit, & Actione furti tenetur, textu expresso *in leg. Falsus* 43. §. 4. *ff. de furtis*, ibi: *Qui alienum quid jacens lucrifaciendi causa sustulit*, *furti obstringitur*, *sive scivit*, *cujus sit*, *sive ignoravit*, *nihil enim ad furtum minuendum fa-* 74
cit, *quod*, *cujus sit*, *ignoret*. Hinc si quis aliquam rem in- venit

venit, ignorans cujus sit, tenetur de rei domino debite, & sufficienter indagare, v. g. per promulgationem ex Cathedra, vel per Præconem, vel per schedulam publico loco affixam juxta qualitatem, & æstimationem rei inventæ, aliter, si hanc indagationem omittat, & rem retineat, Furti tenetur, *arg. leg. Falsus* 43. §.4., *& 7. ff. de furtis*, quia animo retinendi fraudulenter eam accepisse censetur. Si autem post dictam, vel consimilem diligentem indagationem nulla amplius spes de Domino comparituro appareat, probabilius tenetur hujusmodi rem inventam pauperibus, vel ad pias causas erogare, cum hæc credatur voluntas Domini; Sic S. Thomas 2. 2. *q.66. art.* 5, *ad* 2. Covarruvias *Regula Peccatum part.*3. §.1. *num.*2. Navarrus *in Manual. cap.* 17. *num.*171. Molina *de Justitia, & Jure tract.*2. *disp.* 746., & alii passim contra aliquos contrarium sustinentes cum Reiffenst. *lib.*5. *decret. tit.* 18. *num.* 20. 21., *&* 22. Vide verb. *Dominium art.*3. ubi abunde de his, & similibus.

75 Fur Pyxidis in Ciborio, in qua servatur SS. Eucharistiæ Sacramentum, spargens particulas in Ciborio bene, & valide fuit ab Episcopo extractus ab Ecclesia, & causa remittitur ad S. Officium; *Sac. Congregat. Immunit. in Lucana* 2. *Decembris* 1681. *lib.*2. *decret. Alt. pag.*2290.; Et quatenus
76 Sac. Congreg. S. Officii renuat procedere in hac causa, Episcopus procedat ipse juxta suas ordinarias facultates; *In eadem* 23. *Januarii* 1682. *lib.*3. *dec. Alt. p.*8.

77 Fur Pyxidis cum indecenti projectione SS. Sacramenti in Terram, mandante Sanctissimo, cum istud sit crimen læsæ Majestatis Divinæ, & Hæresis, consignatur a Curia Ecclesiastica, in cujus fortiis exiit, Curiæ Sæculari condigne puniendus; *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Syracusana* 6. *Aprilis* 1692. *lib.*1. *Decret. Paul. pag.*132. Et sic statuit etiam Innocentius XI. Constit.1. incipient. *Ad Nostri Apostolatus auditum*.

78 Mandatur Archiepiscopo, ut extrahat a loco immuni furem Sacrilegum Pyxidum a Tabernaculo, ac retineat in carceribus Ecclesiasticis, etiam adhibita particulari custodia, conficiat processum, ac transmittat; *Ead. Sac. Cong. Immun. in Neapolitana* 22. *Januarii* 1697. *lib.* 2. *Decret. Vallent. pag.* 71.

79 Furans vero Pyxidem, seu vas Sacrum gaudet immunitate Eccles. si tempore furti non extet in Pyxide Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum; *Eadem Sacr. Congregat. in Squillacen.* 26. *Maii* 1632. *lib.*2. *Decret. Paul.pag.*128. Sic quate-
80 nus constet particulas repertas apud furem Sacrilegum non esse consecratas, fur restituendus est Ecclesiæ, de rebus vero furto sublatis Episcopus disponat prout juris; *Eadem Sacr. Congrega. Immun. in Eugubina* 3. *Februar.* 1674. *lib.*1. *Decret. Alt. pag.*895.

81 Fur rerum Sacrarum, & signanter Pyxidis, sine tamen Particulis, pacifice, & quiete degens in loco furti gaudet Immunitate; sed annuente Sanctissimo condemnatur ad pœnam extraordinariam exilii; *Eadem Sacra Congregat. Immun. in Civitatis Castellanæ* 10. *Junii* 1681. *lib.*1. *Decret. Alt. pag.*2204. Item furans in Ecclesia argenta, & alia pretiosa
82 B. M. V. oblata de rigore non privatur Immunitate, ex licentia tamen Sanctissimi potest puniri pœna Triremium; *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Placentina* 21. *Novembr.* 1635. *lib.*2. *Decret. Paul. p.*238. *in Mantuana* 14. *Novemb.* 1645. *lib.*3. *Decr. Paulucci pag.*264.

83 Fur sacrilegus quatuor lampadarum argenteorum in Ecclesia, & postea confugiens ad aliam Ecclesiam, & deinde exiens ab ista tempore, quo Baroncellus dedita opera eum expectabat, ut carceraret, sicuti de facto carceravit, gaudet Immunitate: Sed mandante Sanctissimo retinetur in carceribus Ecclesiasticis, & conficitur processus a Curia Episcopali, attentis gravibus delicti circumstantiis; *Eadem Sacra Congregat. Immun. in Spoletana* 3. *Julii* 1674. *lib.* 1. *Decret. Altovit. pag.*963.

84 Furans in Ecclesia gaudet Immunitate, sed potest puniri aliqua pœna leviori; *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Squillacen.*18. *Martii* 1631. *lib.*2. *decret. Paul. pag.*100. Simplices
85 fures gaudent Immunitate, adeoque sunt restituendi Ecclesiæ; *Eadem Sacr. Congregat. Immun. in Sorana* 14. *Januarii* 1698. *lib.*2. *Decret. Vallem. pag.*132.

86 Sed merces, & pecuniæ restituantur integre, reservatis juribus repetendi alimenta præstita furibus carceratis, quibus de jure; *Ead. Sac. Cong. Immunit. ibid.*

Cum facultate Sac. Congregat. possunt extrahi Fures ab 87
Ecclesiis ad correctionem, quando reperiuntur actualiter furantes; *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Urbevetana* 5. *Junii* 1694. *lib.*1. *Decret. Vall. pag.*127. Curia Episcopalis non 88
potest absque dicta facultate extrahere Fures, nec res furto sublatas; *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Perusina* 1. *Martii* 1695. *dict. lib. pag.*176. Neque ad effectum vitandi popu- 89
larem tumultum; *ibidem*. Et si extraxerit, Sac. Congregat. 90
mandat Episcopo, ut faciat restitui; *ibidem*.

Episcopus cum facultate Apostolica potest extrahere res 91
furto sublatas, dummodo non permittat consignari Judici Laico pro corpore delicti; *Eadem Sac. Congregat. Immunit. in Ravennaten.* 5. *Novembris dict. An. & lib. pag.*227. Verum jussu Sanctissimi injungitur Episcopo Faventino, ut con- 92
signet Curiæ Legationis Ferrarien. septem fures detentos in suis carceribus una cum processu contra illo formato cum solita præservatione; *Ead. Sac. Congreg. Immun. in Faventina* 17. *Aprilis* 1694. *lib.*1. *Decret. Vallem. pag.*119.

In causa furti nocturni cum qualitate *di scalata*, ut di- 93
citur, & cum fractura portarum, jussu Sanctissimi datur Legato Vrbini facultas examinandi Cancellarium Vicarii Foranei, ac procedendi contra eum, si culpabilis reperiatur; *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Urbinaten.* 25. 94
Maji 1694. *dict. lib. p.*125. Deinde idem Sanctissimus præcepit dict. Episcopo, ne ulterius procedat in eadem causa, sed procedat Tribunal Legationis; *In eadem* 5. *Junii ibidem*. 95

Quamvis latro extractus gaudeat Immunitate Eccles. attamen conceditur facultas Ordinario ipsum retinendi aliquo tempore in carceribus pro exemplo aliorum, ac attenta mala ipsius qualitate, & circumstantiis facti, *Eadem Sac. Congregat. Imm. in Pisana* 23. *Aug.*1633. *lib.*2. *Dec. Paul.p.*169. 96

Annuente Sanctissimo conceditur Ministris Montis Pietatis Forolivien., ut possint offerre de pecuniis Montis præmium scutorum 300. Detectori, seu Propalatori furti facti cum fractione muri in dicto Monte scutorum 2500. ac etiam conceditur de mandato Sanctissimi facultas Em. Legato promittendi impunitatem alicui complici in delicto arbitrio Eminentiæ suæ; *Sac. Congregat. Imm. in Forolivien.* 16. *Maii* 1697. *lib.*2. *Dec. Vallem. pag.*80.

Fures rerum privatarum in compedibus vitam agere, pu- 97
blicatum in auro, & purpura conspicuos incedere, ait Cato *in sent.* apud Ursayam *in* 1. *Miscellaneo sacro, & profano litt. F. num.* 173.

Novæ additiones ex aliena manu.

AN civilis pœna dupli, vel quatrupli prout furtum erat manifestum vel non manifestum, a jure Romano statuta adhuc obtineat? negat *Groenovvegen. de Legib. Abrogat. Instit. lib.*4. *tit.*1. §.4. *num.*1. 2

Quoad pœnam publicam, eadem non est pro furto cum violentia commisso, ac pro furto non violento. Quoad vero ipsum furtum non violentum oportet distinguere, rum sit primum, an secundum, an tertium. Valor etiam rei furtivæ inspicendus est in hoc furto non violento. Tum illud videndum, an sit domesticum. Vide de varia furti pœna publica, prout varium est ipsum furtum, egregie differentem: *Stryk in usu modern. Pandec. lib.*47. *tit.*2. *fer. per tot.* 5

Illud breviter est examinandum, an pœna mortis pro furto sit justa. Negant aliqui, quia nulla est proportio inter pœnam hanc, & delictum. Addunt, quod jure divino non pœna 6
mortis, sed dupli, quatrupli &c. solum in Fures statuta est 7
Exod. 2. *v.*1. *seqq.* At affirmant *Carpzov. Prax. crimin.q.*77. 8
Hoppius in Comment. ad §.5. *Instit. de Obligat. quæ ex delict. nascunt. in us. hodiern.* In irrogatione enim pœnarum non ad delicti quantitatem, id est ad rem circa quam delinquitur, sed ad qualitatem, idest dolosam legis transgressionem, & exinde propullantem turbationem Societatis humanæ respicien- 9
dum est. Hinc nullum dubium est, quin pœna mortis pro 10
justa haberi debeat. Quod vero attinet ad Legem Mosaicam, quum ea in parte hac, in qua de furto disposuit, sit mere forensis, nihil impedit quo minus Princeps duriorem quoque pœnam circumstantiis ita exigentibus Furibus dictare valeat.

G

GABELLA, GABELLARIUS.

1 GAbella descendit a *Gabbia* voce Syriaca significante Publicanos, qui conducebant vectigalia exigenda & Ministros eorum, apud Romanos quidem functionem honestissimam, quæ non nisi equestri Ordini conferri soleret, apud Judæos autem, & Græcos infensissimam, & plane invidiosam, ut eorum libertati contrariam; Spondan. *ad ann.* 31.
2 *num.*26. Nicol. *in Floculis verb. Gabella num.*1. Gabella, Dacia, Talia, Passagium, Pontivegium, Guidagium, & similes voces, quæ apud Italos sunt species certi tributi, & exactionis, nemo ignorat esse ab interpretibus e trivio sermonis italici collectas; Lexicon Calvin. verb. *Gabbella*. Unde quia multi sunt modi exigendi tributa, & hæc variantur ex personis, a quibus exiguntur, ex rebus, de quibus solvuntur, ex titulis, propter quos petuntur, ex tempore, ex loco, ex quantitate, & aliis pluribus circumstantiis; ideo innumera videntur esse genera tributorum veterum, & novorum, quorum præcipuorum nomina, & significata ad uberiorem notitiam hic recensentur.

3 Appellantur igitur istæ exactiones, seu contributiones aliquando *Tributum*, sic dictum a contributione, vel ex eo, quod militibus tribuatur; Ulpian. *de verb. signific. leg.* 77. *in fin.* & Festus *lib.*17. Lexicon Calvin. verb. *Tributum*. Unde tributa postquam Augustus cum populo provincias partitus est, appellari cœpta sunt, quæ bello victæ Provinciæ populo quotannis pendebant; Lexicon Calvin. *loc. cit.* Tributum stricte
4 sumptum est pensio, quæ subditis imponitur Principi solvenda adhoc, ut statum suum tueri, & communibus utilitatibus,
5 ac necessitatibus congrue prospicere possit; *Est in re Communis*. Dividitur in ordinarium, & extraordinarium. Ordinarium est, quod singulis annis ad dictum finem ex lege nova, vel antiqua in certa quantitate solvitur. Extraordinarium est, quod non in singulis annis, nec aliis certis, ac determinatis temporibus, sed ingruentibus extraordinariis necessitatibus ex mandato Principis juxta determinationem ejusdem a subditis solvi debet, prout plerumque fit tempore belli. Hujusmodi extraordinaria tributa alias vocantur *Exactiones*, Talea, seu Talee, ita ut horum omnium nomine aliud non significetur, quam extraordinaria *pensio*, seu *Tributum*, ut Alciat. super verb. *Extraordinarium in leg. Placet de Sacrosanct. Eccles.* Calvin. *in Lexico Juridic. verb. Talea*, ubi etiam dicit, quod Talea pro exactione est barbarum prorsus vocabulum, natum e schola imperitorum Latinitatis, cui multa
6 id genus similia debemus. Tributum adhuc subdividitur in duo membra. Unum est, quod singulis personis, seu capitibus, nulla habita ratione facultatum, ponitur, & *capitatio* vocatur, cujus impositio modica solet esse, cum a singulis etiam minimæ fortunæ famulis, & famulabus præstetur. Alterum vero, quod secundum æstimationem bonorum, quæ quivis possidet, taxatur, & imponitur; *leg.*3. *ff. de censibus*, *leg.* 42. *ff. de pact. leg.*32. *in fin. de usufruct.*

Aliquando *Vectigal*, quod est id, quod rebus Civitati in-
7 vectis, vel evectis publico solvitur; Alciat. *in comment. ad Leg. inter publica ff. de verb. signific.* Calvin. *in cit. Lexico verb. Vectigal.* Vectigalium jus proprie dicitur redditus, qui Principi, vel Reipublicæ pro evectione, & invectione mercium in compensationem salvi conductus, ac reparationem
8 viarum, ac pontium in certo loco penditur; Ita cum aliis Calvin. *loc. cit.* Aliquando *Portorum*, & hoc Vectigal est, non tantum quod in portu, sed, & quod in transitu porti pro exportandis mercibus solvitur; *leg.*203. ubi vide Gædeum *ff. de verb. signific. leg.* 3. *Cod. de Vectigal. leg.*60. §.5. *ff. locat.* Unde Publicani, qui hoc Vectigal redemerunt, Portitores dicuntur; *Portorium* rerum venalium dixit Cic. *in Pison.*, & cum aliis Calvin. *in cit. Lexico*, *verb. Portorium*.
9 Aliquando *Guidagium*, & est illud, quod transeuntes dant pro salariandis hominibus, qui secure deducunt per loca, vel alias loci securitatem præstant; Glossa *in cap. Quamquam in princip. de censibus in* 6. Quod idem stricte loquendo significat *Pedagium*: *Guidagia* enim sunt quasi *Pedagia*; *Cap. Super quibusdam* 26. *de verb. signific.* Joann. Andr. *in cit. cap. Quamquam de censibus in* 6. Calvin. *in cit. Lexico verb. Guidagia*, Schardius *verb. Pedagium*. Unde capiens *Pedagium*, seu *Guidagium* debet dare salvum conductum, & territorium ejus tenere securum, adeout teneatur ad resarciendum damnum, si transeuntes a raptoribus, vel aliis vias infestantibus, damnum patiantur; Calvin. *in cit. Lexico verb. Pedagia*, cum Archidiacon., & Baldo *ibi cit.* Schardius verb. *Pedagium*, Reiffenstuel *lib.*3. *Decr. tit.* 39. *num.*39., & alii. Guidagium, seu Pedagium, est quod datur alicui pro securo conducto transeundi per terram alicujus; *Cod. de raptoribus* 36. *part.*3. Calv. *loc. cit. verb. Guidagium*. Aliquando *Census*, quia cen- 10
bantur singulorum facultates ad ejus solutionem. Card. de Lugo *de justit.*, *& jure disp.* 36. *num.*2. Aliquando *Collectæ*, 11
quia colliguntur a singulis, seu *Præstantiæ*, quia præstantur, Lugo *loc. cit.* Aliquando *Stipendium*, quia per stipes 12
colligitur, Lugo *loc. cit.* Aliquando *Gabella*, & est illud 13
tributum, quod in Civitatibus, & Pagis pro certis rebus, 14
vino, cereviśia, frumento, carnibus, vel aliis mercibus solvitur, Calv. *in cit. Lexico Juridic. verb. Gabellæ*. Dicta tamen nomina, licet ad diversa tributa significanda imposita 15
sint, usu tamen confunduntur, & uno nomine cetera Tributa, seu Gabellas Communitatis nominibus significare solemus. Unde hic pro nomine *Gabellæ* intelligimus quodcumque Tributum, seu quascumque Exactiones quocumque nomine appellentur.

Ad juditiam Gabellarum, Tributorum, & hujusmodi 16
tres potissimum conditiones requiruntur. *Communis*. Prima 17
est, ut legitima auctoritate imposita sint. Unde Gabellas, Tributa, & hujusmodi imponere, & exigere possunt soli Principes supremi in terris suis alium Superiorem non agnoscentes, aut ii, qui a supremis Principibus privilegio, aut legitima consuetudine jam præscriptam facultatem has Gabellas, Tributa, & hujusmodi imponendi, consecuti sunt. *Communis, ac certa, argumen. cap. Innovamus* 10. *de censibus, & cap. Super quibusdam* 26. *de verb. signific.* Secunda 18
est justa causa, videlicet Principis decens sustentatio, considerato ejusdem statu, dignitate, & meritis in Rempublicam, Necessitas, seu magna utilitas communis Reipublicæ. Expunctio debitorum pro communi necessitate, seu utilitate Reipublicæ contractorum, & hujusmodi; *Communis*. Si causa necessitatis, vel utilitatis sit perpetua, V. C. 19
conservatio murorum, pontium, Custodia Civitatis, & hujusmodi, perpetua etiam potest imponi Gabella, Tributum, & hujusmodi. Si vero causa sit solum temporalis, & transitoria, ut defensio contra hostem tempore belli, reparatio destructorum per hostes, & hujusmodi, tunc ea causa cessante, debet cessare etiam Gabella, Tributum, & 20
hujusmodi; *Communis, ac certa*. Tertia conditio est modus debitus imponendi gabellas, & Tributa, ut videlicet exactio, seu contributio non sit nimia, sed moderata, & juxta mensuram causæ, vel necessitatis, ob quam contribui debet, & secundum proportionem facultatum singulorum, ut non aliis plus alii minus graventur, quam justum sit; *Communis*.

Imponentes gabellas nova Pedagia, & hujusmodi sine di- 21
ctis conditionibus præter restituendi obligationem incurrunt Excommunicationem Bullæ Cœnæ, ut expressis verbis habetur *in* §.5. *ejusdem Bullæ*, ibi: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova Pedagia, seu gabellas, præterquam in casibus sibi a Jure, seu speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis imponunt*. Unde hic juvat adducere ad litteram, quæ habet Reiffenstuel *lib.*3. *Decret. tit.* 22
39. *num.*42., ibi: *Colliges, Principes non tantum gravissime peccare, sed etiam ipso facto Excommunicationi subjacere, ac infuper ad restitutionem teneri. I. Quoties sine justa causa publica nova* Tributa, Vectigalia, gabellas, *vel alias* Exactiones, *qualitercumque eas baptizent, imponunt subditis. II. Si plus exigunt, quam causa ipsa requirit. III. Si causa justa cessante continuant, nisi nova emergat. IV. Si antiquæ* Tributa, *aut* Vectigalia *augent absque justa causa. V. Si antiqua, & extraordinaria* Tributa, *aut* Vectigalia *per se jam essent sufficientia ad causam, vel necessitatem præsentem tollendam. Peccant etiam VI. Si nimiis, & excessivis luxu, pompa, lusu, conviviis, donationibus, recreationibus, ædificiis &c. omnino exhauriant æraria, vel etiam debitis Cameram*

meram gravent, ut quavis urgente necessitate cogantur statim indicere nova Tributa, Vectigalia, gabellas, *& id genus Exactionum, cum alias antiqua* Tributa, *& Ærarium ad tollendas similes necessitates, vel omnino sufficientia fuissent, vel certe cum magno sublevamine pauperum multum contribuere potuissent. Et in hoc habent, quod multum attendant Consiliarii, & Confessarii Principum, ne alias vel muti canes, vel adulantes politici, vel displicere timentes, & se, & Principes in æternum perdant, simulque miseros subditos plurimis, iisque gravibus oneribus, &* Exactionibus *emungant. Certe severe scribunt de hac materia cuncti Doctores*, hactenus Reiffenst.

33 Defraudantes Gabellas, Tributa, Vectigalia, & alia hujusmodi peccant pro materiæ quantitate graviter, vel leviter, & ad restitutionem tenentur; *Est communior*, & reipsa vera sententia DD., & signanter hanc tenent Lugo *disp. 36. sect. 4.* Lessius *lib. 2. cap. 33. dub. 1. num. 8.* Molina *disp. 674.* Layman *lib. 3. tract. 3. part. 1. cap. 3. num. 5.* Covarruv. *in cap. Peccatum de Regul. Iur. in 6. part. 2. §. 5. num. 1. & 5.* Diana *part. 1. tract. de Legibus resol. 19.* Navarr. *in manual. cap. 17.* La Croix *lib. 3. part. 2. num. 269.* Sanchez *lib. 2. consil. cap. 4. dub. 1. num. 8.* Sporer *loc. cit. num. 150.* Gabriel, Silvest. Cajetan. Medina, Sotus, Sayrus, Corduba, Turrianus, Vega, aliisque congestis Suarez *lib. 5. de legibus cap. 18.* Vasquez *de restitut. cap. 6. §. 2. dub. 2.* Alfonsus de Castro *lib. 1. de lege Pœnali cap. 9. & 11.* ubi dicit, conclusionem adeo esse certam, ut contraria doctrina sit error, Reiffenstuel *lo-*
24 *co cit. num. 45.* ubi dicit, esse communissimam aliorum contra Angelum, Henricum, Durandum, aliosque satis graves Doctores dicentes, subditos non obligari in foro conscientiæ solvere ejusmodi Gabellas, & tributa, antequam petantur ab Exactoribus, quia, ut volunt ipsi, Lex pœnalis non obligat in conscientia, nisi ad pœnam post Judicis condemnationem; Lex autem Gabellarum, Vectigalium, & hujusmodi solvendarum pœnalis est, quia Magistratus intentio esse videtur, ut subditi, vel negotiatores, aut Gabellas, & Vectigalia solvant, aut si non solvisse deprehendantur, pœnam solvant, quæ communiter debet esse pœna commissi, vel caducitatis, seu confiscationis mercis. Nec per hoc derogatur bono communi, nam unus defraudans deprehensus abunde solvet pro viginti occulte elapsis, & hanc sententiam tenent etiam Tabiena verb. *Pedagium conclus. 3.* Beja *part. 2. cas. 13.*, & in eamdem inclinant Sotus *lib. 3. quæst. 6. art. 7. in fin.* Toletus *lib. 5. cap. 75.*, & probabilem censet Lessius *lib. 2. cap. 33. num. 55.* Bonac. *de restit. disp. 2. quæst. 9. punct. 1. num. 3.*, & alii.

25 Ratio autem nostræ conclusionis est, quia justitia commutativa obligat semper in conscientia, etiam antequam petatur debitum; Justæ autem Gabellæ, justa Tributa, & Vectigalia sunt debita Principi ex justitia commutativa, tamquam jure naturæ debitum stipendium ad suum statum, & bonum publicum sustinendum, justitia enim commutativa postulat Principi publica onera compensari ab iis, quorum gratia sustinet ea, quia *dignus est operarius mercede sua*. Tum quia lex, vel mandatum Superioris justum obligat in conscientia, juxta certissimam apud Covarruv. *in cap. Peccatum de Regul. Juris in 6. part. 2. §. 5. num. 1.* juxta illud Pauli *ad Roman. 13.*, ibi: *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, non est enim potestas, nisi a Deo, quæ autem sunt a Deo, ordinata sunt; itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, sibi ipsi damnationem acquirunt*. Adeoque justæ Gabellæ, & justa tributa, Vectigalia, & hujusmodi præcepta a justa lege Principis sunt in conscientia solvenda; Tum etiam quia obligatio solvendi gabellas justas, justa tributa, vectigalia, & hujusmodi est de jure divino, adeoque obligat in conscientia; *Ad Romanos enim cap. 13.* dicitur expresse: *Ideo enim, & tributa præstatis, Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui Vectigal.* Vectigal. & *Matth. 21* Christus ipse quæstione facta de hac materia, ostenso sibi Numismate census dixit: *Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*. Imo non tantum verbo, sed, & exemplo docuit justas Gabellas, & justa Tributa, Vectiga- 26
lia, & hujusmodi esse solvenda, dum *Matth. 17.* pro se, & Petro Tributum solvit.

Non solum subditi, sed etiam exteri tenentur ad solvendas justas Gabellas, Vectigalia, Pedagia, Guidagia, quia quoad usum Pontium, Fontium, Viarum, & hujusmodi Gabella etiam exteris ideo imposita justificatur, cum ad illorum etiam utilitatem cedat; Sic recte Medina, Suarez, Vasquez, Azorius, Filiuccius, aliique cum Sanchez *dist. 45. numer. 9.* Bonacina *loco cit. num. 4.* La Croix *lib. 3. part. 2. numer. 275.* Emens ab eo, a quo scit defraudari Gabellas certe justas, 27
si vere cooperetur defraudationi, tenetur ipse Gabellam solvere pro Venditore, quia Gabella est onus reale, quod cum merce transit ad ementem, & ipse, ratione suæ veræ cooperationis, esset causa damni, adeoque tenebitur reparare in defectu Venditoris; *Communis*. Si vero non cooperetur, sed tantum permittat, Molina, Lessius, Bonacina, Dicastill. *dub. 9.* Sanchez *dub. 12.* Sporer *loc. cit. numer. 151.*, & alii dicunt non teneri, quia Gabella non est stricte onus reale gravans mercem, sed merx tantum est veluti hypotheca obligato pro gabella, si fiat excussio, & intentetur actio.

Quando certo, aut satis probabiliter constat, gabellas, 28
Tributa, & hujusmodi ex toto, vel ex parte injuste esse imposita, tunc potest quis ea, vel ex toto, vel ex parte subterfugere, & defraudare. Imo potest insuper occulta compensatione uti, casu, quo in foro externo, uti ordinarie fit, ad solvendum cogeretur; Sic Lavm. *lib. 3. tract. 3. part. 1. cap. 3. num. 5.* Molina *disp. 674.* Sivester *verb. gabella 3. quæst. 3. art. 14.* Reiffenstuel *lib. 3. decretal. tit. 39. num. 43.* & post alios Sporer *loc. cit. num. 152.* dicens ita pro certo tenere omnes. Et ratio est, quia uniquique jure naturæ concessum est damnum suum injustum impedire, vel reparare, quatenus licite fieri potest, in eo autem casu exactionis gabellarum injustarum, seu quorumcumque injustorum Tributorum subditi patiuntur damnum injustum, quod alia ratione impedire non possunt, nisi subterfugiendo solutionem, vel si jam solvere coacti sint, occulte compensando, dummodo serventur conditiones justæ compensationis, ut patet ex dictis verb. *Compensatio*, adeoque &c. Quando est dubium de justitia, absque eo, quod sit aliqua ratio probabi- 29
lis pro, aut contra, sive, dubium sit positivum, dum scilicet dubitatur de tali justitia, ex eo quod pro utraque parte sint rationes prababiles, non datur in conscientia obligatio ea solvendi; Ita communior, & verior, ac in praxi tuta sententia, quam tenent Lugo *de just.*, *& jure disp. 36. sect. 6.* Sanchez *lib. 2. consil. cap. 4. dub. 6.*, Molli a *disp. 674. num. 6.*, *& 9.* Azorius *part. 3. cap. 22. quæst. 7.* Diana *p. 7. tract. 17. resol. 59.* Sporer *loc. cit. num. 154.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 44.* Cajet. Silvester, Medina, Armilla, Gabriel, Corduba, & communis fere omnium, teste Cardin. de Lugo *loc. cit. arg. cap. Pervenit 5. de censibus*, *& cap. Quamquam 4. eodem in 6.* Et ratio est, quia in dubio debiti melior est conditio possidentis, *arg. cap. In pari 65. de Regul. Juris in 6.*, & ei, qui petit, incumbit probatio debiti. In proposito autem subditus possidet adhuc bona fide res suas, & Princeps petit gabellas, Tributa, & hujusmodi, ut sibi debita; adeoque, donec a Principe probetur justitia gabellarum, Tributorum, & hujusmodi, subditus non tenentur solvere. (a)

Nec

(a) Videat hic prudens lector, num Censores legere æquo animo possint doctrinam numeris 28., 29., & 30. expositam? Fac enim in dubio de justitia tributorum licere aut dolo solutionem declinare, aut quidquid solutum sit occulte compensare, ubi tunc Principes securi esse poterunt de suis ex solutione tributorum proventibus? Cum enim plerumque justæ causæ, quæ Principem ad tributa exigenda movent, occultæ sint, atque Populo incognitæ; & cum pauci ex plebe sint homines, qui justam agnoscere, ac decernere tributorum causam valeant; nec aliunde desint, qui causa etiam incognita, tributorum injustitiam prædicent, facile erit, si non omnibus, plerisque, saltem de tributorum justitia dubitare. Quamobrem pauci semper erunt in Republica homines, qui se ad tributa solvenda obligatos credant. Ubi ergo tunc esset debitum præcepto Principis obsequium? Ubi debita eidem subjectio? Nam semel facta populo, ob dubium in ejus mente ortum de tributorum injustitia, libertate, statim Princeps veluti tirannus contemnitur, ac animus debi-

30 Nec valet objicere, quod in dubio justitiæ legis, & præcepti præsumendum est pro justitia, & parendum Legislatori juxta communem. Non valet, inquam, quia verum quidem est, quod in dubio justitiæ legis, & præcepti præsumendum est pro justitia, & parendum Legislatori, quando non agitur de ipso Legislatoris interesse proprio, qui tunc præsumi potest partialis, ut quando non agitur de interesse ipsius subditi, seu inferioris, cujus rem suam possidentis meliori, & potiori conditioni præjudicari non debet. Et in nostro casu præsumptio non stat pro ipso Legislatore, cum, ut patet, agatur de ipsius interesse, & etiam de interesse subditi meliori, & potiori conditione adhuc bona fide res suas possidentis. Tum quia novæ Gabellæ, Tributa, Pedagia, & hujusmodi damnantur, & rejiciuntur, tum in Jure civili, *leg. Non solent Cod. Vectigalia nova*, tum in Jure Canonico, *cap. Quamquam 4. de censibus in 6.*, ibi: *Quamquam Pedagium, Exactiones, tam Jure Canonico, quam Civili regulariter merito sint damnatæ*, adeoque solvendæ non sunt, quando de eorum justitia aperte non constat; *argum. cap. Pervenit 5. de censibus*, eo quod contra ipsas Gabellas, Tributa, & hujusmodi militet utrumque jus, tam Civile, quam Cano-
31 nicum per textus mox citatos. Hinc pro praxi Confessariorum placet referre consilium Molinæ *tom. 2. de justitia disput. 673. num. 9.* valde laudatum a Card. de Lugo *cit. disp. 36. sect. 4. num. 43.* a Sporer *loco cit. num. 156.* La Croix *loco cit. num. 282.* & ab aliis, & est, quod quando evidenter, vel satis probabiliter non constat de justitia Gabellæ, Tributi, & hujusmodi, solvant, & non defraudent, ne nimis laxentur habenæ in præjudicium Reipublicæ, & in spretum legum, & præceptorum Supremorum Principum. Post factum autem, & post jam defraudatas Gabellas, & hujusmodi in ipso dubio, & incertitudine justitiæ ipsarum non sunt cogendi pœnitentes ad restitutionem, ne nimis graventur, & illa queantur animæ, cum ex mille in similibus casibus vix unus restitutionem faciat. Unde, ut refert Card. de Lugo *loco cit.* & ex ipso Rosignolus *de restitutione 1. prænot. XI. sub num. 14.* Potentissimus Hispaniarum Rex Philippus II. Ministris conquerentibus contra fraudantes Gabellas, Vectigalia, & hujusmodi sic respondit: *Sinite eos, furantur enim de suo*.

32 Gabella, Vectigal, seu Portagium, quamvis antiquitus solveretur ob translationem Cadaveris de uno loco ad alterum, juxta *leg. Funeris 37. ff. de relig. & sumpt. fun.*, ibi: *Vectigalia*, idque duraverit apud Romanos usque ad tempus Imperatorum Valentiniani, Theodosii, & Arcadii, quapropter bene carpit Romanos Xiphilinus in Nerone, ibi: *Scitis quantum pendamus pro mortuis? Romanis solis, etiam mortui vivunt, ut aliquid ex his accipiant, neque enim mori licet apud eos sine tributo, & mulcta*; Byoldus *de Ærario publico cap. 4. §. 17.* Pancirol. *in Thesauro lib. 3. cap. 31.* Cujacius *observ. lib. 5. cap. ult. & lib. 11. observat. cap. 21.* Pe-
33 trus Gregorius *de Republica lib. 3. cap. 6. a num. 21.* Prædicti tamen Imperatores lege lata hæc Vectigalia abstulerunt, liberumque reliquerunt corpora de uno ad alium locum transferre, *in leg. ultim. Cod. de Religios. & sumpt. funer.* Unde de jure communi loquendo, quando corpora de uno ad alium locum transportantur, ut alibi funerentur, aut tumulentur, in transitu per Oppida, vel Parochias, per quas corpus transfertur, vel in pontibus Vectigal, seu Portagium nullimode licet exigere, *ex dict. leg. ultim. Cod. de Relig. & sumpt. funer.* ubi Vectigal pro transferendo corpore de uno ad alium locum percipere expresse interdicitur. Et sic non posse exigi Gabellam pro extractione, introductione, vel transitu cadaveris, reprobatis contrarium sentientibus, nervose probat Card. de Luca *de Regul. disc. 166.* occasione prætensionis excitatæ pro cadavere Card. Giberti Borromæi, qui obiit in Oppido Neptuni, & transportatus fuit ad Urbem; & in fine testatur, ita vivæ vocis oraculo decisum fuisse a San. Mem. Alexandri VII. occasione ejusdem prætensionis Dohaneriorum pro translatione cadaveris Infantis Margaritæ de Sabaudia, quæ in Urbe pie decedens Assisii sepulturam elegerat; Quem aliis adductis sequitur *Add. ad Pamphil. dec. 323. num. 9.* Urlaya *Institut. crimin. lib. 8. num. 40.* & late sic etiam tenet cum plurimis aliis Amostaz *tom. 2. lib. 6. de causis piis a num. 40.*, ubi *sub num. 44.* subjungit, quod cadavera ad mercimonium trahere, & quæstum de eis percipere odiosum est, *cap. Quæsita 12. & cap. Postquam 13. caus. 13. quæst. 2.* Unde nulla valet considerari ratio, ut simile Portagium, seu Vectigal percipi possit in translatione cadaverum. 34
Et *num. 45.* addit, similiter esse dicendum de Parochis volentibus aliquam portionem, seu stipendium percipere ex translatione Cadaveris per ipsorum Parochias, hoc enim nullo jure decretum est.

Gabellarii, seu Dohanerii, exigentes Gabellam in excessu 35
tenentur ad restitutionem, & possunt puniri; *leg. Locatio alias licitatio 9. §. Quod illicite ff. de Publicanis*, *& leg. 3. Cod. Vectigalia nova*, per quæ Jura deciditur Publicanum exigentem Gabellam in excessu, & ultra modum teneri ad restitutionem, quinimmo & puniri posse disponit textus *in leg. 4. Cod. Vectigalia nova*. Bajard. ad Clar. §. *Furtum*, Galeot. *respons. fiscal. 10. num. 17. cum seqq.* Card. de Luca *lib. 2. de Regalibus disc. 71. numer. 4.* Neque consuetudo præterita 36
excusat, quoniam ista tamquam contra legem censenda est potius corruptela, frequenter, & de facili per hujusmodi Publicanos, & Gabellarios, seu Dohanerios induci solita, ideoque ubi etiam, non per ipsosmet, sed per prædecessores introducta esset, id operari posset excusationem a delicto, & a pœna, non autem a restitutione exacti; Franc. Marc. *decis. 421.* Fachin. *consil. 61. lib. 2.* Guttier. *de Gabell. quæst. 3. num. 14.* apud quos ceteri. Hinc, ut recte notat Sporer *loc. cis. num. 144.* cautissime debent procedere Confessarii circa Gabellarios, Telonarios, & similes Officiales, qui inscio Principe propria auctoritate certas expensiones sibi exigunt, & in consuetudinem deducunt, nunquam, aut difficulter obrogandam. Quamvis enim aliquando excusari videantur ob justam causam, vel compensationis ob defectum stipendii, vel extraordinarii laboris, & molestiæ, vel quod homines benevolentia, vel gratitudine ultro liberaliter donare videantur, omnia tamen periculosa, & caute trutinanda a Confessario; *Hæc Sporer*.

Gabella carnis noviter imposita non est solvenda a Clericis; 37
Eadem Sacra Congregatio Immun. in Asculana 30. Maji 1628. lib. 1. decret. Paul. pag. 94.

Gabella vini, vulgo *della Foglietta*, non est solvenda a 38
Vendentibus vinum in Civitate Lauretana, nisi Venditores sint caupones, vel ut dicitur *diano da mangiare*. Nec huic resolutioni obstat Constit. Clementis VIII. super extinctione recentiorum Victualium; *Eadem Sacr. Congreg. Immun. in Lauretana 18. Julii 1629. lib. 1. Decret. Paul. pag. 145.*

Clerici, & Ecclesiastici vendentes vinum recollectum in 39
propriis bonis mimutatim in suis domibus, non tenentur ad Gabellam vulgo dictam *della foglietta*; & cognitio fraudum, quæ desuper fieri possunt, spectat ad Judicem Ecclesiasticum; *Ead.*

debitam ei subjectionem exuit: Satius ergo est asserere cum Antoine de justitia, & jure *cap. 5. quæst. 17.* in dubio de justitia tributorum solvendum omnino esse „ quia in dubio ju-
„ stitiæ debet præsumi pro justo præcepto superioris possi-
„ dentis jus præcipiendi, & exigendi tributa, quod jus est
„ altius, & majus jure, quod habent subditi in bona quæ
„ possident. Præterea Princeps sæpe habet causas justas oc-
„ cultas. Imo etiamsi essent evidenter injustæ sive ex toto,
„ sive ex parte, tamen solvenda sunt, cum exiguntur, ad
„ vitandum scandalum, ac perturbationem publicam, ob
„ quam causam quisque juri suo cedere debet. Hæc quantum ad solutionem; ad compensationem vero quod attinet, satis notum est ex iis quoque, quæ Auctor exposuit ubi de compensatione tractavit, compensationem permitti non posse, nisi in casu certo. Dubium ergo de tributorum injustitia satis non est ad compensationem hujusmodi permittendam. Accedit etiam, doctrinam hanc perniciosam Reipublicæ esse, cum fovendo adversus ipsam occultas compensationes, ad occulta eidem inferenda damna homines alliciat; ut consi- 7
deranti patet.

Ex iis facile etiam est agnoscere, tutam non esse doctrinam num. 31. expositam. Si enim subditi, etsi dubitant de tributorum injustitia, solvere illa tenentur ob superius allatas rationes, cogendi a Confessario sunt ad restitutionem ii, qui subterfugiis solutionem declinaverint. Neque enim ex difficultate, quam patitur pœnitens ad restituendum, moveri Confessarius debet ad eum absolvendum a restitutione. Confessarius enim Judex est, qui cogere pœnitentem debet ad suum cuique tribuendum.

Ead. Sacr. Congregat. Immun. in Ravennaten. Spoletana, & aliis 25. *Sept.* 1627. *leg.* 1. *Decret. Paul. pag.* 67. *Nolana* 26. *Jan.* 1644. *lib.* 3. *Decret. Paul. pag.* 218. *Theatina* 15. *Martii* 1661. *lib. Decret. Rocci pag.* 323. *Faventina* 25. *Januar.* 1677. *lib.* 2. *Decret. Alt. pag.* 1338.

40 Sacra Congregat. inhærendo decretis alias factis cenſuit, perſonas Eccleſiaſticas, tam Sæculares, quam Regulares vendentes vinum minutatim in propriis locis, & domibus, recollectum in eorum bonis, non teneri ad ſolutionem Gabellę etiam vigore Conſtitut. Sixti V. dummodo ibidem non dent, ut vulgo dicitur, *da mangiare, e non faccino Bettole*, a quibus debent abſtinere ratione honeſtatis Clericalis; cognitionem autem fraudum, quæ deſuper committi poſſunt, ſpectare ad Judicem Eccleſiaſticum; *Eadem Sacr. Congregat. Immun. in Aſculana* 23. *Januar.* 1646. *lib.* 3. *decret. Paul. pag.* 268.

41 Eccleſiaſtici non tenentur ad ſolutionem Gabellæ dictæ *della foglietta* pro vino vendito in propriis domibus minutatim, & recollecto in eorum bonis, cum Communitas nunquam appaltaverit dict. Gabellam juxta præſcriptum Bullæ Sixti V. ſed ſolum juxta quædam Capitula Communitatis; *Ead. Sacr. Congregat. Immun. in Auximana* 2. *April.* 1680.

42 *lib.* 2. *decret. Altov. pag.* 1954. Item non tenentur ad Gabellam pro vino minutatim vendito, & pignus deſuper factum eſt iis reſtituendum; *Ead. Sacr. Congregat. Immun. in Callien.* 1. *Aprilis* 1704. *lib.* 3. *decret. Vallemani pag.* 568.

43 An Eccleſiaſtici vendentes vinum minutatim poſſint permittere, ut ementes bibant vinum emptum, dum degunt in eorum Cellis Vinariis, ſeu Anditis, & ibi manducent res comeſtibiles per ipſos emptores ſecum latas? Sacr. Congregat. reſpondit: Serventur litteræ Sacr. Congregat. Sublevaminis ſub die 4. Junii 1656. in Tudertina, quibus hoc cavetur, & dicitur eſſe facere (ut vulgo ajunt) Betulam; *Ead. Sacr. Cong. Immun. in Faventina* 5. *Martii* 1697. *lib.* 2. *decret. Vallem. pag.* 78. *in Tolentina* 15. *Aprilis* 1699. *ibi pag.* 215.

44 *in Firmana* 19. *Auguſti* 1704. *lib.* 3. *decret. Vallem. pag.* 605. Quare Eccleſiaſtici, vel ſe abſtineant a venditione Vini minutatim cum permiſſione ementibus manducandi, vel ſolvant Gabellam dictam *della foglietta*; *Ead. Sacr. Congregat. Immun. in Camerinen.* 4. *Decemb.* 1680. *lib.* 2. *decret. Altov. pag.* 2105.

Vinum Eccleſiaſticorum non poteſt vendi in caupona ſine
45 ſolutione gabellæ dictæ *della foglietta*; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Senogallien.* 12. *Julii* 1678. *lib.* 2. *decret. Altov. pag.* 1612.

46 Pro vino recollecto in propriis bonis, quod Canonici Lateranenſes faciunt vendere in domo per eos conducta, ſolvi non debet Gabella dicta *della foglietta*, ſi ibi non vendantur comeſtibilia ad edendum; *Ead. Sacr. Congregrat. Immun. in Ravennat.* 1. *Decemb.* 1638. *lib.* 3. *decret. Paul. pag.* 81.

47 Vinum, quod ab Eccleſiaſticis traditur ad vendendum, aſſignata certa mercede ei, qui curam habet vendendi, debet eſſe omnino exemptum a quacumque Gabella vino impoſita; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in vlixiponen.* 1. *Decembr.* 1638. *lib.* 3. *decret. Paul. pag.* 82.

48 Canonici non tenentur ad Gabellam pro eo, quod minutatim vendant vinum abſque comeſtibilibus; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Lauretana* 27. *Julii* 1654. *lib.* 2. *decret. Paul. pag.* 193.

49 Perſonæ Eccleſiaſticæ ſive vendentes, ſive ementes vinum minutatim non comprehenduntur ſub Gabella impoſita vendentibus, & ementibus Vinum; *Ead. Sacr. Congr. Immun.* in Nolana 12. *Julii* 1649. *lib.* 4. *decret. Paul. pag.* 123.

50 Gaudere debent exemptione a Gabella vini, tam perſonæ Eccleſiaſticæ vendentes, quam ementes ab illis; *Ead. Sacr. Congr. Immun.* in Taurinen. 11. *Septemb.* 1634. *lib.* 2. *decret. Paul. pag.* 202. *Converſana* 14. *Jan.* 1653. *lib.* 3. *decret. Paul. pag.* 5.

51 Taxatio quoque exemptionis, ſeu Franchitiæ ſuper oneribus vini, & moliturę ſingulis Eccleſiaſticis aſſignandæ non ſpectat ad Judices Laicos, nec cognitio controverſiarum quæ illorum occaſione oriri poſſunt, ſed ad Judicem Eccleſiaſticum, prævio tamen beneplacito Apoſtolico; taxatio inſuper vini, & frumenti non eſt facienda pro ſingulis tantum Eccleſiaſticis, ſed etiam pro omnibus, qui vivunt expenſis Eccleſiaſticorum; *Ead. Sacr. Congregat. Immun. in eadem Taurinen.*

52 Rata, ſeu portio vini ſpectans ad Eccleſiaſticos eſt duntaxat exempta ab oneribus, cognitio vero ſuper hujuſmodi portione ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum. Ad obviandas fraudes committendas ab Eccleſiaſticis, quarum cognitio ſpectat ad Judicem Eccleſiaſticum, hic pro opportuna proviſione prohibere poteſt Eccleſiaſticis, ne recipiant in propriis Cellis vinartis vinum laicorum, nec proprium vinum reponant in Cellis vinariis laicorum; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in eadem Taurinen.*

Vina recollecta in Feudis Eccleſiaſticis excipiuntur ab one- 53
ribus; *In eadem Tauriren.*

Perſonæ Eccleſiaſticæ gaudent exemptione a Gabella Vini, 54
dummodo non adſit fraus; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Januen.* 9. *Aprilis* 1647. *lib.* 4 *decret. Paul. pag.* 10.

Bannimenta laicalia ſuper venditione vini non poſſunt com- 55
prehendere Eccleſiaſticos; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Lycien.* 30. *Junii* 1632. *lib.* 2. *decret. Paul. pag.* 130.

Abſque ſolutione ullius Gabellæ Epiſcopus poteſt vende- 56
re vinum propriæ Menſæ, dummodo nihil indecens intercedat; *Eadem Sacr. Congregat. Immun. in Aſculana* 5. *Aprilis* 1672. *lib.* 1. *decret. Altoviti pag.* 677.

Epiſcopus tueatur jura Eccleſiaſticorum vendendi vinum 57
minutatim recollectum in eorum bonis, vel in propriis domibus, vel in apothecis in Civitate ad hunc effectum electis, & per laicos ad hunc effectum deputatos contra Edictum Gabellariorum prohibens cuicumque recipere vinum ad effectum vendendi ſine eorum licentia; *Ead. Sacr. Congregr. Immun. in Callien.* 14. *Aprilis* 1693. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 17.

Eccleſiaſticus Faventinus introducens Ravennam proprium 58
vinum, partim per aquam, partim per viam Terræ, tenetur tantum ad Gabellam vini introducti per aquam; *Eadem Sacra Congregatio Immun. in Faventina* 20. *Novembris* 1685. *lib.* 3. *decret. Altov. pag.* 509.

Eccleſiaſtici medio eorum juramento aſſignent quantitatem 59
vini recollecti per ipſos in propriis bonis, & deinde conſignent atteſtationem mulioni de vino, quod extrahetur, ad evitandas fraudes *Ead. Sacr. Cong. Immun. in Faventina* 4. *Maji* 1688. *lib. decret. Mart. pag.* 282.

Denegatur facultas petita, quod Eccleſiaſtici teneantur 60
conſignare notam vini deputato Civitatis ad effectum illud appretiandi, etiamſi adſint conditiones, quod pretium debeat eſſe juſtum, & Eccleſiaſtici non teneantur ſolvere Gabellam, & etiamſi una cum Ordinario conſenſerint; *Ead. Sacr. Congregat. Immun. in Salernitana* 26. *Febr.* 1636. *lib.* 2. *decret. Paul. pag.* 245.

Quoad exemptionem a Gabella vini, ut dicitur, a *minuto* 61
dantur D. Nuncio Litteræ adinſtar earum, quę datæ fuerunt Epiſcopo Lucano ſub die 26. Nov. 1655. quibus ei injungebatur, ut prohiberet Regularibus ſuæ juriſdictionis, ne venderent comeſtibilia, ſive cocta, ſive cruda Sæcularibus quovis prætextu ſub pœnis ſibi beneviſis; *Ead. Sacr. Congregat. Immun. in Neapolitana* 12. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decret. Paul. pag.* 177.

Novæ additiones ex aliena manu.

DE Gabella ſine Beneplacito Apoſtolico impoſita Vendi- 1
toribus laicis ſuper rebus ad victum neceſſariis, puta carne, vino &c. an ea lædere cenſeatur immunitatem Eccleſiaſticam, non incongrua eſt hic quæſtio.

Examinavit eam ex profeſſo *clar. mem. Cardinal. Lanfredi-* 2
nus occaſione talis Gabellæ anno 1730. impoſitæ a Senatu Civitatis Ulliſiponen. auctoritate Regis; & affirmativam tenuit ſententiam, idque quia licet Gabella non ſit impoſita Perſonis Eccleſiaſticis, ſed Laicis, onus tamen novæ illius Gabellæ afficit non minus Eccleſiaſticos quam Laicos; & hoc quia 3
res illæ, æque Eccleſiaſticis, ac Laicis ſunt neceſſariæ, & 4
ab omnibus cariori pretio ſunt emendæ propter impoſitum 5
gabellæ onus. Læſa autem dicitur Eccleſiaſtica libertas, 6
etiamſi indirecte, & tacite graventur Eccleſiaſtici, præſertim poſt Bullam Cœnæ, in qua Summus Pontifex excommunicationem fert in Principes, qui Eccleſiaſticis etiam indirecte gabellas imponunt.

Idque procedere ait, etiamſi gabella, de qua diſceritur, im- 7
poſita ſit ob communem utilitatem, tam Laicorum, quam 8
Eccleſiaſticorum. Hæc enim communis utilitas juſtam præbere valet cauſam impetrandi a Summo Pontifice facultatem gravandi etiam Eccleſiaſticos, nequaquam vero potis eſt ſuſtinere gabellam ſola auctoritate Magiſtratus ſecularis impoſitam. Conſule mox laudatum *Auctorem Reſponſ. Eccleſiaſtic.* 25. *per tot.*

Cæte-

9 Cetertim ſi agatur de gabella abſque Apoſtolico Beneplacito impoſita ſuper aliis rebus, licet ejus onus per accidens afficiat Eccleſiaſticos, non dicitur lædere libertatem Eccleſiaſticam, adeoque ſuſtinetur; *Idem Auctor*, ubi ſupra *num.* 11., ibi: *Atque hinc facile declinatur auctoritas Molinæ, quem ſpecialiter laudat Theologus Luſitanus in tract.* 2. *diſput.* 663. *num.* 6., *ubi agens de vectigali nuncupato* Alcavala, *quod Laicis impoſitum eſt, pro venditione rerum tam mobilium, quam immobilium, probat eam non repugnare Eccleſiaſticæ immunitati per hoc, quod Clerici eas res ementes cariori pretio emere cogantur. Etenim obſervandum eſt, quod cum Rex Alphonſus XI. ad Mauros ex Hiſpaniis depellendos cogitaret de imperando tributo, quod a Nobilibus, non autem a plebe ſolvendum eſſet, Nobiles, ut ſuam a tributis exemptionem ſervarent illæſam, obtulerunt ſe ſoluturos trigeſimam, aut vigeſimam partem pretii rerum omnium, quæ venderentur, indeque ortum eſt vocabulum* Alcavala: *ideſt*: Alquovala; *atque ita fieri cæpit ſub annum* 1342. *Promptum itaque eſt intelligere, quod in origine impoſitionis hujus tributi non venit in mentem cogitatio, & deſiderium gravandi Clericos, ſed ſincere, & bona fide fuit dumtaxat cogitatum de exigendo hoc tributo a Laicis, ex pretio ad eos perventuro, dum res ſuas venderent. Idcirco autem Molina inquit momenti non eſſe, quod ratione talis oneris per accidens augeatur pretium, quo indiſcriminatim res illæ emuntur ſive a Laicis, ſive a Clericis, prout etiam contingit in portoriis, ſive Gabellis, quas Mercatores ſolvunt pro tranſvectione Mercium venalium, cum in his vectigalibus imponendis vere non alter habeatur reſpectus, quam ad ipſos Mercatores, qui negotiationis cauſa Merces aſportant; ideoque per accidens fit, quod inde augeatur pretium, quodque etiam Clerici emptores earum Mercium idem pretium ſolvant, quod Laici, prout eo exemplo utitur ipſe Molina.*

GEOMANTIA.

Vide verb. *Superſtitio num.* 16.

GRADUS AFFINITATIS, & CONSANGUINITATIS.

Vide verb. *Affinitas art.* 2. *num.* 14.
& verb. *Impedimenta art.* 1. *a num.* 32.

GRÆCI.

Additio ex Auctore.

1 GRæcæ Eccleſiæ laudabiles conſuetudines, jejunia, rituſque imutari nequeunt inconſulta Sede Apoſtolica. Benedict. XIV. tom. 1. Conſt. 87. incip. *Demandatam* §. 3.

2 Græci Italiæ, & Inſularum adjacentium ſubjiciuntur Ordinariæ Juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcoporum Latinorum, in quorum Diœceſibus manent. Idem Conſtitut.

3 5. incip. *Et ſi Paſtoralis* §. 9. Ita tamen ut iidem Epiſcopi Vicarium Græcum retineant pro negotiis, & cauſis Græcorum; Idem *ibid.* Quemadmodum Metropolitanus pro cauſis

4 Græcorum vigore appellationis ad ſe delatis Judicem Græcum deputare debet. Idem *ibid.* Si vero proprium Ordinarium Græcum habeant, ab Epiſcoporum Latinorum juriſdictione, & viſitatione exempti eſſe debent. Idem *ibid.*

6 Græcorum filii quo ritu baptizari debeant; Vide verb. *Bap-*
7 *tiſmus*. Infantes Græcorum ad ejus Parochi juriſdictionem pertinent, cujus ritu ſunt baptizati. Laud. Pontifex in cit. Conſtitut. 57. §. 2.

8 Græcorum Ordinationes in Italia duobus Epiſcopis delegantur; uni Romæ commoranti, & alteri in Calabria in Collegio

9 Corſino. Idem *ibid.* §. 7. Excluſis ſchiſmaticis Epiſcopis, & etiam Latinis, quantumvis locorum Ordinariis. Idem *ibid.*

10 Prædicti tamen Epiſcopi ad Ordinationes Græcorum deputati, nullam habent ordinariam juriſdictionem; Nec ordinare poſſunt aliquos abſque dimiſſoriis Ordinariorum, præter

11 Alumnos Collegii Corſini. Idem *ibid.* Tam ipſi quam alii quicumque Epiſcopi Græci Latinos ordinare prohibentur, ſub pœna ſuſpenſionis. Idem *ibid.*

12 Græci ordinati ritu Latino cum diſpenſatione Apoſtolica, promoveri poſſunt ad reliquos Ordines ritu Græco. Si vero ordinati fuerint ritu Latino abſque diſpenſatione, coguntur remanere in ritu Latino, maxime ſi poſt ſuſceptos Ordines latine vixerint. Idem *ibid.* §. 7.

Græcis Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis permittitur 13
retentio uxoris, quam ante Ordinem Sacrum duxerint unicam, & virginem. Si vero bigami ſint, ad Sacros Ordines 14
promoveri non poſſunt. Et ſi poſt Ordines ſuſceptos Matri- 15
monium contrahant, ſeparandi ſunt, & ab Ordine deponendi. Idem *ibid.* §. 7.

Græci Laici communicari poſſunt ſub ſpecie azymi in Ec- 16
cleſia Latina, ubi deſit Eccleſia Græca. Nunquam vero Latini ſub ſpecie fermentati. Idem *ibid.* §. 6. Græci non aliis 17
Libris Eccleſiaſticis in Sacramentorum adminiſtratione, & Miſſis, Diviniſque Officiis celebrandis uti poſſunt, niſi iis, qui per Congregationem a S. Sede Apoſtolica emendationi librorum hujuſmodi deputatam, correcti, typiſque impreſſi fuerint. Idem *ibid.* §. 9.

Græcorum, & Latinorum præcedentiæ deſumi debent a 18
dignitate perſonali, ab Ordine, & antianitate. Idem Conſtitut. 57. incip. *Et ſi Paſtoralis* §. 9. Græco Melchitæ Latino ri- 19
tu baptizati de præterito eligere poſſunt, quo ritu vivere velint. In poſterum vero ſic baptizati, Græcum ritum ſequi tenentur. Idem Conſtit. 87. incip. *Demandatam* §. 18. 20

Græca lingua legitur Evangelium, & Epiſtola in Miſſa 21
Pontificali Papæ. Et id olim fiebat per Monachos Baſilianos 22
Cryptæ Ferratæ; donec ad Alumnos Collegii Græci munus iſtud translatum eſt. Idem tom. 2. Conſtitut. 33. incip. *Inter* 23
multa Græci ſine ullo proprii Ritus detrimento Latinorum 24
Antiſtitum juriſdictioni ſubſunt. Idem *ibid.*

Apud Græcos gradus octavus conſanguinitatis, vel affini- 25
tatis reſpondet quarto gradui apud Latinos. Et in hujuſmodi gradu Matrimonia prohibentur. Idem cit. Conſtitut. 57. incip. *Et ſi Paſtoralis* §. 8.

A Græcis in Sacris Ordinibus conſtitutis recitari debent 26
horæ Canonicæ. Idem *ibid.* §. 7.

Græci in Latinorum Epiſcoporum Diœceſibus commoran- 27
tes impediri non debent, ne ſuis ritibus vivant. Idem Conſtit. incip. *Allatæ ſunt* §. 13. A Græcis Orientalibus ritibus non 28
licet ad latinum tranſire abſque diſpenſatione Apoſtolica. Idem *ibid.* §. 21. Græci, qui ritus ſuos ita ſectantur, ut lati- 29
nos damnent tamquam improbos, ſunt hoc ipſo hæretici. Idem *ibid.* §. 22. Græci non ſunt a latinis Eccleſiis arcendi, 30
ubi præſertim propria carent Eccleſia. Idem *ibid.* §. 41.

Uxores ante ordinationem ad Ordines ſacros acceptas jure 31
retinent Græci Sacerdotes. Idem Conſtit. incip. *Allatæ ſunt* §. 13. & 22. Vide ſupra *num.* 13. *ad* 15.

Italo Græcis duo conſtituti ſunt Græci Epiſcopi, qui eoſ- 32
dem ad Ordines promoveant. Idem Conſt. incip. *Allatæ ſunt* §. 15. Conſtitutiones pro Italo Græcis editæ Græcos Græcis Epiſcopis ſubjectos non afficiunt. Idem *ibid.* §. 15. & 16. Nec ipſis Italo-Græcis licet ſine diſpenſatione Apoſtolica ad latinum ritum tranſire. Idem *ibid.* §. 21.

Italo-Græci mentionem Romani Pontificis in Miſſa facere 33
debent. Idem Conſtit. incip. *Ex quo primum* §. 17. Italo- 34
Græci quoad commemorationem in Miſſa habendam, latinam diſciplinam ſequi tenentur. Ideoque, nec Epiſcoporum, nec Patriarcharum Orientalium commemorationem facere debent in Sacrificio Miſſæ. Idem *ibid.* §. 21. Italo Græci Ka- 35
lendario novo uti debent: Attamen quandoque ex peculiaribus circumſtantiis iiſdem permiſſus eſt veteris Kalendarii uſus. Idem dict. Conſtit. *Allatæ ſunt* §. 45.

GRASSATOR, GRASSATIO.

GRaſſator viarum, quamvis a multis cum latrone confun- 1
datur, ſtricte tamen loquendo unus differt ab alio. Nam Graſſator dicitur ille, qui in itineribus frequentatis, aut ſtratis publicis prædæ cauſa homines violenter, abſque tamen occiſione aggreditur, Ita deſumitur ex Bulla Gregor. XIV. incip. *Cum alia* §. 3. ibi: *Viarum Graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidiis aggrediuntur*, ubi ut vides, nulla fit mentio de occiſione. Latro autem publicus dicitur ille, qui violenter cum armis homines aggreditur, & ſpoliat cum occiſione. Ameno *de pœnis tit.* 2. §. 6. *Latrocinium* 3. & 4. Reiffenſtuel *iib.* 3. *decr. tit.* 49. *num.* 34. Officiales Curiæ *quoad Immunitatem Eccl. num.* 4. & alii paſſim. Concordat, & diſtinctionem inter Latrones, & Graſſatores facit *l. Capitalium* 28. §. 10. *ff. de pœnis*, ibi: *Graſſatores, qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur.*

Tam graſſator viarum, quam publicus latro non gaudet 2

immunitate Ecclesiastica; *cap. Inter alia 6. de Immun. Eccl.* Gregorius XIV. Constit. incip. *Cum alias*, & novissime Benedict. XIII. Constit. incip. *Ex quo*.

Grassator viarum, ut careat immunitate Ecclesiastica, requiritur I. ut non una tantum, vel altera vice, sed sæpius grassetur, & homines aggrediatur. II. Ut auferendi causa id fiat. III. Ut in itineribus frequentatis, ac stratis publicis hoc agat, IV. Ut de hoc constet notorietate Juris, vel facti, Reipsituel *loc. cit. num. 94.* & alii passim, & sic sæpius decrevit Sac. Congregatio. Immunit, ut patet in sequentibus decretis.

Grassatores non privantur Immunitate Ecclesiastica, nisi reiteratis vicibus delictum Grassationis commiserint. *Ead. Sac. Congr. Imm. in Beneventana 20. Nov. 1640. lib. 3. decr. Paul. pag.* 133. Immo de Jure requiritur trina Grassatio ad hoc, ut quis privetur Immunitate Eccles. *Ead. Sac. Cong. Imm. in Aprutina 14. Novembris 1645. lib. 2. decretal. Paul. pag.* 262.

Et insuper requiritur plena, & concludens probatio quoad trinas Grassationes, ut quis privetur privilegio Immunitatis. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Laudens. 7. Novembris 1651. l. 4. decret. Paul. pag.* 163.

Verumtamen justificatis pluribus Grassationibus in publicis viis commissis extractus imm. non gaudet, & consignandus est Curiæ Sæculari. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Brugnaten. seu in Florentina 11. Martii 1681. lib. 2. decretal. Altov. p.* 2165.

Grassator publicus, qui commiserat sex homicidia, & postea assumpserat habitum Laici in Religione, carceratus ab Episcopo ante professionem, annuente Sanctissimo exuto habitu Regulari, conceditur justitiæ Sæculari. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Mediolanen. 16. Septembris 1625. liber script. vet. pag.* 71.

Quando vero legitime non probantur prætensæ Grassationes, extractus est restituendus. *Ead. Sac. Cong. Imm. in Cremonen. 2. Maii 1661. l. decret. Rocci pag.* 232. *in Fesulana 11. Septemb. 1685. l. 3. decret. Alt. pag.* 485.

Sic quando delictum non est commissum in publica via, gaudet Reus Immunitate. *Ead. Sac. Cong. Imm. in Albingen. 22. Jan. 1627. l. 1. decr. Paul. p. g.* 33.

Mandatur Nuncio ut constito quod Reus commiserit unicam Grassationem, reintegtata Ecclesia annuat pro pœna extraordinaria, citra pœnam tamen sanguinis. *Ead. Sac. Cong. Imm. in Neapolitana. Dec. 1666. l. 1. decret. Altovit. pag.* 75.

In causa Grassationis annuente Sanctissimo datur Gubernatori facultas examinandi personas Ecclesiasticas, & Ministros Religionis Hierosolimytanæ, eolque cogendi in casu renitentiæ etiam per alium (modo sit Clericus) cum solita præservatione, & procedendi contra easdem personas, dummodo denuncientur. *Ead. Sac. Cong. Imm. in Viterbien. 19. Februarii 1695. l. 1. decret. Vallem. pag.* 172.

Supradicta autem modo sunt corrigenda, & regulanda juxta novissimam dispositionem Benedicti XIII. Const. incip. *Ex quo* §. 3. ubi sic præcise statuit: „ Cum itaque prædicta „ Gregoriana Constitutione cautum sit, ut publicis latronibus, „ viarumque Grassatoribus, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, aut viatores ex insidiis aggrediuntur, „ immunitas Ecclesiastica minime suffragetur; non levis autem inter Doctores emerserit controversia, an quis ex unico „ actu publicus latro, & Grassator dicit possit, vel plures ad „ id actus requirantur? Nos ejusmodi contraversiam dirimere intendentes unicam tantum grassationem in via publica, „ aut vicinali admissam sufficere ad hoc ut qui publicus latro, & grassator dici valeat, dummodo tamen grassati mors, „ aut membrorum mutilatio secuta fuerit, tenore præsentium definimus, & declaramus.

GRATIA UT EST DONUM DEI.

GRatia est donum Dei gratis homini concessum ex meritis Christi, reddens hominem Deo gratum, vel capacem eliciendi opera ad finem ultimum supernaturalem conducentia. *Est in re communis.* Gratia per respectum ad finem, ad quem datur, dividitur in Gratiam gratis datam, & in Gratiam gratum facientem. Gratia gratis data specifice sumpta est illa, quæ præsertim ad aliorum utilitatem, & salutem procurandam homini a Deo conceditur. *Est in re communis.* Gratia gratum faciens est illa, quæ ad ipsius recipientis salutem, & Dei gratiam obtinendam primario conceditur. Gratiæ gratis datæ novem sunt species, quas enumerat Apostolus 1. *ad Corint.* 12. ibi: „ Per spiritum alii datur „ sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ, alteri fides, alii gratia „ sanitatum, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii dis„ cretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio „ sermonum „. Gratia gratum faciens alia est habitualis, & alia actualis. Habitualis est qualitas supernaturalis inhærens permanenter homini, ipsumque formaliter, & intrinsece sanctificans reddendo ipsum Deo gratum. Gratia actualis est aliqua motio in nobis Divinitus excitata, qua transeunter illustratur intellectus ad bonum, & malum cognoscendum, vel pulsatur voluntas ad illud prosequendum, & illud fugiendum in ordine ad beatitudinem. Gratia habitualis sanctificans est duplex; *Prima* scilicet, & *Secunda*. *Prima* gratia dicitur, qua homo peccator primo justificatur, atque ex inimico amicus Dei, constituitur, inde dicta *Prima*, quia nullam aliam Gratiam habitualem præsupponit, cum ipsa immediate sit expulsiva peccati mortalis, & talis Gratia prima per se confertur per Sacramenta mortuorum, Baptismum scilicet, & Pœnitentiam. Gratia *secunda* dicitur Gratiæ prioris augmentum, & omnis Gratia sanctificans habitualis præsupponens in suscipiente primam, seu est illa, quæ confertur homini jam in Gratia constituto, indeque dicta *secunda*. Et talis Gratia secunda per se confertur per Sacramenta vivorum scilicet Confirmationem, Eucharistiam, Ordinem, Extremam Unctionem, & Matrimonium. Item talem Gratiam secundam acquirimus meritorie per omnem actum meritorium, factum scilicet in statu Gratiæ.

Gratia sanctificans actualis est triplex, scilicet Excitans, seu præveniens, Adjuvans, seu concomitans, subsequens, seu complens. Hæc Gratiæ divisio desumitur ex Scriptura Sacra; Nam prævenientis fit mentio *Ps.* 20. *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Concomitantis 1. ad *Corinth.* 15. *Laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Et subsequentis *Ps.* 22. *Misericordia tua subsequetur me.* Hujus triplicis Gratiæ meminit Concilium Trident. *sess.* 5. *cap.* 16. ubi sic dicit: „ Ipse Christus Jesus tamquam caput in membra, & „ tamquam vitis in palmites, in ipso justificatos, jugiter virtutem influit, quæ virtus bona eorum opera antecedit semper, & concomitatur, & subsequitur, & sine qua nullo „ pacto Deo grata, & meritoria esse possent „. Gratia excitans, vel præveniens est supernaturalis motio animæ ad bonum aliquod volendum, vel malum fugiendum; dicitur enim *excitans*, quia excitat hominem velut dormientem, dicitur *præveniens*, quia voluntatem prævenit, dicitur *antecedens*, quia antecedit consensum nostrum. Gratia concomitans, seu adjuvans est illa, per quam Deus cum volumus, & sic volumus, ut facimus, nobiscum cooperatur ad illud volendum, & exequendum, ad quod prævie excitavit. Hocque colligitur ex S. Augustino *lib. de gratia, & liber. arbitr. c.* 13. ibi: „ Ut velimus, *inquit*, sine nobis operatur, cum autem volu„ mus, & sic volumus, ut faciamus nobiscum cooperatur. „ Dicitur enim *concomitans*, quia concomitatur liberum voluntatis usum; dicitur *adjuvans*, quia hominem jam motum, aut excitatum adjuvat ad bonum opus actu perficiendum, vel malum evitandum; dicitur *cooperans*, quia actionem bonam, ad quam Deus prævie excitavit, nobiscum coeficit. Gratia subsequens, seu complens est illa, quę liberum voluntatis consensum sequitur, corroborat, & confirmat, de hac gratia loquitur S. Augustinus *in Enchirid. c.* 32. ubi postquam de gratia præveniente dixisset; *Nolentem prævenit, ut velit*, de subsequente subdit: *Volentem subsequitur ne frustra velit.* Dicitur enim subsequens, quia subsequitur justificationem, & dat homini justificato, ut in sanctitate accepta confirmetur, ac perseveret; dicitur *Complens*, quia corroborando hominem justificatum tribuit operi bono cæpto ultimam perfectionem, & complementum, ne justus iterum fiat impius, & ne a tali bono opere cæpto deficiat, & cadat. Unde S. Fulgentius *l. 1. ad Monimum c.* 11. de subsequente sic sumpta, sicuti & de prævenient præclare ait: „ Prævenit impium, ut fiat ju„ stus; subsequitur justum, ne fiat impius... prævenit eli„ sum, ut surgat, subsequitur elevatum, ne cadat.

Gratia excitans dividitur in sufficientem, & efficacem. Gratia sufficiens specifice sumpta est illa, quæ licet præbeat vires sufficientes ad ponendum effectum, ad quem ultimate datur, non ponitur tamen defectu consensus ex parte hominis. Efficax vero est illa, quæ semper, & infallibiliter infert effectum ultimate intentum, & cooperationem liberi arbitrii. Utriusque hujus gratiæ meminit Scriptura, de sufficienti 2. *ad Corinth.* 5. ibi: *Sufficit tibi gratia mea: & ad Philipp.* 4. ibi *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Efficacem commemorat Ezechiel c. 26. ibi: *Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, ut in præceptis meis ambuletis*, & Paulus *ad Philippen.* 2. ibi: *Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere.* Homini lapso datur interior gratia mere sufficiens, quæ defectu consensus liberi arbitrii frustratur effectu a Deo ultimate intento. *Est certissima* apud Catholicos contra Pelagianos, qui gratiam omnem rejecerunt, & contra Calvinum, & Lutherum, qui omnem gratiam efficacem esse voluerunt, & ita efficacem, ut voluntas juxta Calvinum nonnisi rapta, & necessitata operetur, immo juxta Lutherum, ut in actibus bonis mere passive se habeat nihil operando, & contra Bajum, & Jansenium, qui ultimus *lib. 3. de Gratia Christi c.* 3. dicit gratiam sufficientem esse monstrum quoddam singulare gratiæ. Veritas nostræ conclusionis patet clare ex pluribus locis Sacræ Scripturæ *Isaiæ enim* 5. sic dicitur „: Habitatores Hierusalem, & viri Juda judicate inter me, & vineam meam, quid „ debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? Expectavi, ut „ faceret uvas, & fecit labruscas „, ubi, ut vides populus habebat gratiam interiorem, qua bene operari poterat; illa autem gratia non erat efficax, quia non habuit effectum, quoniam loco uvarum fecit labruscas: ergo erat sufficiens, adeoque homini lapso datur interior gratia mere sufficiens, cui resistitur. *Matthæi* 23. sic habetur „; Hierusalem, quæ occidis Prophetas, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos, & noluisti; Isaiæ 65. „ & ad Romanos 10. *sic dicitur*: Tota die expandi manus „ meas ad Populum non credentem, & contradicentem, *Proverb.* 1. *Vocavi, & renuistis. Actor.* 7. *Vos semper Spiritui Sancto resistitis.* 2. *ad Corint.* 6. *Exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*, ex quibus aperte patet, dari gratiam sufficientem ad salutariter operandum, alias non posset juste Scriptura viam salutis negligentes increpare, & patet etiam, non omnem gratiam esse efficacem, nam inutiliter hortaretur Apostolus Corinthios, ne in vacuum gratiam Dei recipiant. Hinc merito Innocentius X. in Const. incip. *Cum occasione*, damnavit ut hæreticam sequentem propositionem Jansenii secundam in ordine: *Interiori Gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur*, & dict. Innocentii Constitutionem una cum aliis confirmavit, & innovavit Clemens XI. Constit. incip. *Vineam Domini Sabaoth*, ex qua damnata propositione aperte constat, & sequitur quod gratię aliquando resistatur, si autem resistitur, non est efficax, adeoque tantum sufficiens.

Nec valet objicere illud *Joan.* 6. ubi expresse dicitur: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum* quod D. Augustinus *lib. de prædestin. Sanctorum c.* 8. intelligit de tractione efficaci, adeoque gratiam sufficientem non dare posse ire ad Deum, & consequenter esse superfluam. Non valet, inquam, quia, supposito, quod fiat ibi mentio tractionis efficacis, distinguitur antecedens. *Nemo potest &c.* absolute loquendo, negatur antecedens: omnis enim habens gratiam sufficientem potest absolute credere, & sequi Christum, cum nihil aliud requiratur ex parte gratiæ, Nemo potest &c. ex suppositione quod Deus vid erit non venturum, conceditur antecedens, sed nihil inde contra nos.

Item non valet objicere illud ad *Romanos* 9. ubi dicitur: *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei*, quod non posset dici, si daretur gratia, cui homo posset consentire, vel dissentire, quia in tali casu esset etiam volentis. Non valet, inquam, quia respondetur distinguendo antecedens. Non est volentis ex propriis viribus, conceditur antecedens. Non est volentis quatenus gratia excitati, & adjuti negatur antecedens. Item non valet objicere, quod Deus nihil facit frustra, sed frustranea est gratia sufficiens, cum nunquam habeat effectum adeoque &c. Non valet, inquam, quia respondetur distinguendo minorem. Est frustranea ex parte Dei, negatur minor; semper enim habet effectum proximum, & generalem, ad quem Deus illam tribuit, qui est instruere homines de mediis necessariis ad salutem, ipsisque præbere sufficientem illius obtinendæ potentiam; Est frustranea ex parte hominis potentis & nolentis ex sua malitia ipsi assentiri, conceditur minor. Undè gratia sufficiens de se nobis bona est, utilis, proficua, medicinalis, cum det homini omnia, quæ ad actum primum completum sunt necessaria, ita ut nihil aliud requiratur ex parte Dei, ut quis possit plane operari salutariter. Hinc merito Alexander VIII. die 7. Decemb. 1690. damnavit inter alia sequentem propositionem 6. in ordine: „ Gratia sufficiens „ statui nostro non tam utilis, quam perniciosa est, sic, ut „ proinde merito possimus petere, a gratia sufficienti libera „ nos Domine.

Gratia sufficiens datur omnibus. *Est communis* inter Catholicos contra Calvinum, & alios hæreticos, & habetur clare ex variis Scripturæ locis, *Joan. enim* 1. dicitur expresse: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Quod omnes Patres de lumine gratiæ intelligunt; & signanter S. Augustinus *lib.* 1. *de Genes. contra Manich. c.* 3. ubi sic dicit: „ Illud autem non irrationabilium animalium „ oculos patet, sed pura corda, quæ Deum credunt, & ad „ ejus præcepta servanda converturtur, quod omnes homi„ mines possunt, si velint, quia illud lumen illuminat omnem „ hominem venientem in hunc mundum „. *Ad Rom.* 8. ibi: „ Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis „ omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo „ omnia nobis donavit? 1. ad Timoth. 2. „ ibi: *Omnes homines vult... ad agnitionem veritatis venire, & 2. ad Tim. 2.* ibi: *Deus vult omnes homines salvos fieri. Ps.* 18. ibi: *Non est, qui se abscondat a calore ejus. Ezech.* 22. ibi: *Nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti*, & alibi fæpe consimiliter. Homo potest cum gratia Divina, quæ nulli deest, omnia Dei præcepta observare. *Est communis* inter Catholicos contra hæreticos nostri temporis, & habetur ex S. Scriptura *Matth.* 11. ibi: *Jugum meum suave est, & onus meum leve, Lucæ c.* 1. de Zacharia, & Elisabeth. dicitur: *Erant justi ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini*, 1. *Joan.* 5. ibi: *Mandata ejus gravia non sunt. Ad Philipp.* 4. ibi: *Omnia possum in eo, qui me confortat*, & sæpe alibi consimiliter.

Facienti quod in se est ex viribus gratiæ Deus non denegat gratiam. *Est communis*, & colligitur ex *Zach.* 1. ibi: *Convertimini ad me*, nempe per gratiam prævenientem, & *convertar ad vos* per gratias ulteriores, & tandem per gratiam reconciliantem, & justificantem. Unde Sanctus Thomas *in quæst. disputat. q.* 14. *de Fide art.* 11. *ad* 1. sic ait: *Si aliquis nutritus in Silvis, vel inter Bruta animalia ductum naturalis rationis sequeretur in appetitu boni, & fuga mali, scilicet cum auxilio gratiæ, certissime est tenendum, quod & Deus per internam inspirationem revelaret ea, quæ sunt ad credendum necessaria, vel aliquem Fidei Prædicatorem ad eum dirigeret, sicuti misit Petrum ad Cornelium*, & idem S. Doctor *q.* 14. *de veritate art.* 11. *ad* 2. expresse dicit *Si nos fecerimus, quod in nobis est, ut scilicet ductum naturalis rationis sequamur, Deus non deficiet in eo, quod est nobis necessarium*. Nullatenus autem potest homo solis naturæ viribus gratiam actualem etiam salutis initialem consequi; Est contra Pelagianos, & Semipelagianos, & habetur clare ex variis Scripturæ locis; *Joannis 6.* sic dicitur: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*. Item *Joannis* 15. habetur: *Sine me nihil potestis facere. 2. ad Corinth.* 3. sic dicitur: *Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*, & similiter alibi sæpe. Unde S. Augustinus *lib. 2. contra duas Epist. Pelagian. cap. ult.* sic expresse concludit: *Nemo potest bonum inchoare sine Domino*, & S. Bernardus *tract. de gratia, & liber. arbitr. versus finem* sic precise dicit: *A Deo sine dubio sit salutis exordium, nec per nos, nec nobiscum*.

Gratia æqualis potest esse respectu unius sufficiens, & respectu alterius efficax. Colligitur clare ex Sac. Scriptura. *Matthæi enim* 11. sic præcise habetur: *Væ tibi Corozaim, Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cinere, & cilicio egissent pœnitentiam*, quibus verbis Christus ostendit, quod si gratiæ eædem, quæ sunt concessæ habitantibus Corozaim, & Bethsaidæ, concessæ fuissent Tyriis, & Sydoniis, certè cum illis egissent pœnitentiam, adeoque eadem gratia fuisset efficax respectu Tyriorum, & sufficiens respectu aliorum. Immo aliquando convertuntur illi, qui minorem hrbent gratiam, & non convertuntur, qui majorem habent, ut colligitur ex *Matthæi* 12. ubi Christus Judæos reprehendens dicit: *Viri Ninivitæ surgent in Judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ*: Jonæ autem prædicatio fuit minor gratia in Ninivitis, quam, quam in Judæis multa, & maxima Dei auxilia; adeoque Ninivitæ cum minori gratia conversi sunt, & non Judæi cum majori. Tum quia certum est, aliquos superiores Angelos cecidisse, minores vero perseverasse in gratia; Gratia autem fuit major in superioribus. cum gratia Angelis data sit cum proportione ad naturam. Sic etiam probabile est, Judam acce-

21 accepisse majores gratias pluribus prædestinatis. Hinc deducitur gratiam in actu secundo reddi efficacem per cooperationem voluntatis humanæ elevatæ per gratiam adjuvantem; colligitur *ex* 2. *ad Corinth.* 6. ubi Apostolus clamat nobis, ne in vacuum gratiam Dei recipiamus; ibi: *Exhortamur, ne in vacuum Gratiam Dei recipiatis*; quibus verbis videtur clare monere, ut demus efficaciam gratiæ, adeoque pendet a cooperatione nostra, non quidem nuda, sed elevata per gratiam adjuvantem, & hoc est conforme Concilio Tridentino *sess.* 6. *can.* 4. ubi asseritur, esse in potestate liberi arbitrii consentire, vel dissentire vocationi; sic enim liberi arbitrii cooperatio redlit gratiam efficacem; & concordat ratio, quia non alia ratione gratia in actu secundo dicitur efficax, nisi quia voluntas consentit, & non aliunde est efficax, nisi quia vo-
22 luntas dissentit adeoque &c. Dicitur autem notanter *Gratia in actu secundo*, quia efficacitas gratiæ potest spectari in actu primo, hoc est, in quantum potest habere suum effectum, & sic gratia habet efficacitatem in actu primo ab ipso Deo, qui ideo concedit illam homini, ut per illam operetur voluntas nostra. Et potest etiam considerari in actu secundo, in quantum scilicet suum effectum obtinet, & de efficacitate gratiæ sic sumpta in actu secundo procedit conclusio:

23 Gratia divina non necessitat voluntatem humanam ad bonum, nam voluntas gratiæ resistere potest. *Est communis* inter Catholicos contra Calvinistas, Lutheranos, & Jansenistas, & habetur clare ex Sacræ Scripturæ locis: *Proverb.* 1. ibi; *Vocavi, & renuistis. Actorum* 6. ibi; *Vos semper Spiritui Sancto resistitis*; *Ad Romanos* 10. ibi: *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. Matth.* 23. ibi: *Quoties volui congregare filios tuos .... & noluisti?* 2. *ad Corint.* 6. ibi: *Exhortamur, ne in vacuum Gratiam Dei recipiatis. Genes.* 4. ibi: *Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Ecclesiastici* 31. ibi: *Qui potuit transgredi, & non est transgressus*, & sæpe alibi consimiliter. Accedit ratio, quia si homo non esset liber, non posset mereri, nec demereri, nec præmiari, nec puniri, quare Scotus *in* 1. *dist.* 39. inquit, *Negantes libertatem exponendos esse tormentis, quousque credant possibile esse eos non torqueri.* Hinc Innocentius X. in Constitut. incip. *Cum occasione*, damnavit ut hæreticam sequentem Jansenii propositionem, secundam in ordine: *Interiori Gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur*, & ut falsam, & hæreticam damnavit etiam hanc sequentem, quartam in ordine: *Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus etiam ad initium Fidei, & in hoc erant Hæretici, quod vellent eam Gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.* Reliqua de gratia quære apud Theologos.

APPENDIX PRIMA.

In Articulo de Christi Gratia plura in Auctore desiderantur; & quæ exposita sunt, unius Scotistarum Scholæ opiniones indicant, & inter hæreticos stabilire videntur Auctores illos Catholicos, qui negantes dari gratiam sufficientem obcæcatis, & obduratis, hanc dari omnibus negant; ac præterea talia argumenta ab eodem adhibita sunt, ut quis suspicari facile possit, reprehendere eum voluisse Thomistarum, & Augustinianensium de gratia efficaci opiniones. Hac de causa duas hasce addidi Appendices: In hac prima de vitio, atque eorum crimine agam, qui Bajanismi, & Jansenismi catholicas opiniones insimulant: in altera vero principaliores opiniones designabo, quæ notari erroris nequeunt.

VEnio itaque ad grave eorum crimen explicandum, qui Thomistas, Augustinianos, & Theologos saniores morum regulas edocentes, Jansenismi accusant. Principio
1 vero statuo, gravem esse culpam in re gravis momenti Apostolicæ Sedi non obtemperare, eiusque præcepta sub onere sanctæ obedientiæ, & sub gravissimis pœnis imposita palam contemnere. Id enim Catholicis est omnino exploratum. Videamus modo Apostolicæ Sedis Decreta, & Constitutiones. Mitto latas in causa Baii Constitutiones, atque rem ex In-
2 nocentii XI. decreto exordior. Is itaque die 2. Martii anni 1679. *omnibus in virtute sanctæ obedientiæ præcepit, ut tam in libris imprimendis, ac MSS., quam in thesibus, disputationibus, ac prædicationibus, caveant ab omni censura, & nota, necnon a quibuscumque convictis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec a Sancta Sede recognita super iisdem propositionibus judicium proferatur.* Deinde Innocentius XII. die 6. Januarii an. 1694. 3
decreto suo sancivit, *ne quis traducatur invidioso nomine Jansenismi, nisi prius legitime constiterit, aliquam ex quinque propositionibus docuisse, ac tenuisse.* Vides Apostolicæ Sedis præcepta. Parent ne decretis, præceptisque hujusmodi, qui Thomistas, Augustinianos, ac Theologos eorum opinionibus non faventes Jansenianos palam prædicant? Sed rem persequamur. Satis nota est celeberrima Constitu- 4
tio, quæ incipit *Unigenitus*. Cum ea promulgata nonnulli Quesnellianismi, & Jansenismi insimulare coepissent asserores gratiæ per se efficacis, ac saniores morum regulas edocentes, re ad Clementem XI. Pont. Max. delata ann. 1718. v. Kalendas Septembris Constitutionem edidit, cujus initium 5
est *Pastoralis*, in qua ad eos coercendos, qui Scholarum opiniones cum damnatis in Bulla *Unigenitus* propositionibus confundebant: *Ceterum*, inquit, *in hoc ipso præpostero judicio consuetum calumniandi modum non derelinquunt; nisi enim excæcaret eos malitia eorum, ac nisi diligerent magis tenebras, quam lucem, ignorare non deberent, sententias illas, ac doctrinas, quas ipsi cum erroribus per nos damnatis confundunt, palam, & libere in Catholicis Scholis, etiam post editam a nobis memoratam Constitutionem sub oculis nostris doceri, atque defendi, illasque propterea minime per eam fuisse proscriptas. Verum supercecidit ignis contentionis, & non viderunt solem lucidissimæ veritatis.* Cum vero hæc satis non fuerint ad eos compescendos, qui partium studio incitati, atque superbiæ spiritu ducti, proprias alienis opinionibus præponere, & de adversariis victoriam, ac veluti reportatum triumphum canere student; Clemens XII. die 2. Octobris anno 6
1733. novam Constitutionem edidit, quæ incipit, *Apostolicæ providentiæ officio*, in qua celeberrimæ Constitutionis *Unigenitus* mentione præmissa, in hunc modum loquitur; *Nos paterna quoque sollicitudine inhærentes magnopere dolemus, tenebras a dissensionis filiis offusas nondum ex quorumdam mentibus satis esse discussas, sed plerosque etiam nunc intollerabili pertinacia contendere, censuræ laudatæ Constitutionis doctrinam Sanctorum Augustini, & Thomæ de divinæ Gratiæ efficacia esse perstrictam. Ut igitur nullas charitatis partes ad revocandos errantes nobis reliquas faciamus, universis, & singulis Christifidelibus, quacumque dignitate, etiam Episcopali, & majori fulgentibus, in virtute sanctæ obedientiæ districte precipimus, & sub canonicis pœnis mandamus, ne disputantes, aut docentes sive in Scholis, sive in concionibus, sive scriptis editis, sive aliter propositiones defendant, aut enuncient, quæ antedictas Novatorum calumnias firmare, & promovere possint; Mentem tamen eorumdem Prædecessorum perspectam habentes, nolumus aut per nostras, aut per ipsorum laudes Thomisticæ Scholæ delatas, quas iterato nostro judicio comprobamus, & confirmamus, quidpiam esse detractum ceteris Catholicis Scholis diversa ab eadem in explicanda divinæ gratiæ efficacia sentientibus quarum etiam erga hanc Sanctam Sedem præclara sunt merita, quominus sententias ea de re tueri pergant, quas hactenus palam, & libere ubique, etiam in hujus Almæ Urbis luce docuerint, & propugnarunt. Quamobrem fel. record. Pauli V., & aliorum prædecessorum nostrorum ad restringendum dissensionum fomitem vestigia prosequentes, & salubberrima mandata renovantes, auctoritate quoque nostra omnibus, & singulis superius expressis interdicimus, & prohibemus sub iisdem pœnis, ne vel scribendo, vel disputando, vel alia qualibet occasione Notam, aut censuram ullam theologicam iisdem Scholis diversa sentientibus inurere, aut eorum sententias conviciis, aut contumeliis incessere audeant, donec de iisdem controversiis, hæc Sancta Sedes aliquid definiendum, ac pronunciandum censuerit. Pacem siquidem, quam cum veritate diligendam Dominus præcipit, inter Catholicæ Ecclesiæ filios fovere, & communire debemus, & curamus, ut conjunctis diversarum licet Scholarum studiis firmius sit adversus erroris insidias præsidium.*

Accedunt etiam Litteræ in forma Brevis Benedicti XIII. 7
ad universos Fratres Ordinis Prædicatorum adversus calumnias doctrinæ SS. Augustini, & Thomæ intentatas, quarum initium est, *Demissas preces*. In iis itaque habetur; *Eos, qui Constitutione* Unigenitus *damnatam Augustinianam, & Thomisticam doctrinam asseverant, Apostolicæ auctoritati detrahere*; atque ita concluditur: *Magno igitur animo contemnite, dilecti Filii, calumnias intentatas sententiis vestris de Gratia præsertim per se, & ab intrinseco efficaci, ac de gratuita Prædestinatione ad gloriam sine ulla prævisione meritorum,*

rum, quas laudabiliter hactenus docuistis, & quas ab ipsis Sanctis Doctoribus Augustino, & Thoma se hausisse, & Verbo Dei, summorumque Pontificum, & Conciliorum decretis, & Patrum dictis consonas esse commendabili studio Schola vestra gloriatur. Cum igitur bonis, & rectis corde satis constet, ipsique calumniatores, nisi dolum sequi velint, satis perspiciant, SS. Augustini, & Thomæ inconcussa, tutissimaque dogmata nullis prorsus antedictæ Constitutionis censuris esse perstricta; ne quis in posterum eo nomine calumnias struere, & dissensiones tenere audeat, sub canonicis pœnis districte inhibemus. Pergite porro Doctoris vestri opera Sole clariora sine ullo prorsus errore conscripta, quibus Ecclesiam Christi mira eruditione clarificavit, inoffenso pede decurrere, ac per certissimam illam Christianæ doctrinæ regulam sacrosanctæ Religionis veritatem, incorruptæque disciplinæ sanctitatem tueri, ac vindicare &c.

8 En Apostolicæ Sedis decreta, præcepta, ac latas in contemptores pœnas. At quæ sub præcepto, & in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub canonicis pœnis vetita sunt, ea gravem præ se obligationem ferre, nemo ignorat. Ita vero Apostolica Sedes vetat Jansenismi notare opiniones, quæ in Scholis a Thomistis, & Augustinianis traduntur, quæ palam Romæ sub Pontificis oculis docentur, & propugnantur, & quæ ab Auctoribus Catholicis proponuntur, dummodo per legitimam causam probatum non sit, sensum illas involvere
9 damnatorum errorum. Quis ergo non videt, peccare eos, qui invidiosis hujusmodi nominibus viros catholicos traducant, ac publicos etiam esse Apostolicæ Sedis contemptores?

10 At convicia, & calumniæ hujusmodi non solum inobedientiæ, & contemptus Apostolicæ Sedis reatum habent, sed injuriam maximam secum ferunt, ac alia quamplurima, quæ peccatum augeant. Nam crimen hæreseos maximum est, ac maximam secum fert infamiam. Ergo gravissima viro præsertim Ecclesiastico, vel Regularium Ordini injuria fit, dum hæreticus prædicatur, & gravissimum peccatum hujusmodi
11 convicium est. Accedit præterea odium, quod inde sequitur, & publicæ inter Ecclesiasticos viros inimicitiæ, atque lites, quæ res Populo Christiano sunt maximo scandalo, atque hæreticis occasionem præbent contemnendi Ecclesiam Catholicam, fidemque Orthodoxam. Quænam vero etiam apud benigniores Theologos doctrina est, quæ a gravissima culpa mala hæc valeat excusare? Non solum enim charitas in re gravissima, sed etiam justitia manifeste læditur, ut ex iis, quæ de Charitate & Justitia disputata sunt, manifestum est.

12 Dicet vero aliquis, non posse opiniones illas censura notari, sed fas esse Theologo, qui in opposita sententia versetur, Thomisticas, vel Augustinianas opiniones ita confutare, ut ex earum opinione Bajanismum, vel Jansenismum consequi argumentetur. Ut enim cuique licet omni argumentorum genere contrarias opiniones refellere, ac proprias tueri, ita etiam licitum cuique erit ob absurda, quæ inde sequerentur, opiniones illas rejicere, quia veris illis constitutis, vera quoque adstruere oporteret Baii, Jansenii, Quesnellique theses.

13 Non nego, licite id fieri posse, imo & quandoque hujusmodi oppositiones plurimum conferre censeo ad exponendum Catholicum dogma, & ad aperiendum, explicandumque discrimen, quod inter damnatas ab Ecclesia propositiones, & Catholicorum opiniones intercedit. Quamobrem,
14 si servatis Charitatis legibus, ac eo tantum animo hujusmodi argumenta urgeantur, ut veritas magis magisque clarescat, & ut certi inter damnatam doctrinam, atque Orthodoxas opiniones limites detegantur, laude digni Theologi haberentur. Sed si fallaces illas ratiocinationes, quas adhibent,
15 tanti faciant, ut certos se esse jactitent, opiniones illas, Bajanas, Jansenianasque esse, atque ita prædicent, tum peccant revera contra Apostolicæ Sedis præceptum, & Apostolicam Sedem contemnunt, cum pluris faciant privatam eorum opinionem, quam illius judicium, & mandatum: peccant etiam contra charitatem, & justitiam, quia lædunt quam maxime famam proximi sui, illumque ad odium, & dissidia talia provocant, ut maxima inde in Christiano Populo scandala sequantur; ac demum Catholicæ Religioni plurimum obsunt, tum ob honorem, quem præbent damnatis sectis, dum cum iisdem Theologos nostros sentire prædicant, tum ob derisionem, cui apud illas sectas exponunt judicium Ecclesiæ, quod veluti iniquum traducitur, quasi in illis damnasset, quod in aliis tolerat, ac aperte permittit; tum denique, quia ita difficiliorem faciunt errantium conversionem. Hæc vero tanti mihi momenti semper visa sunt, ut 16
non modo convicia hæc, sed etiam hujusmodi argumentandi rationem horruerim. Neque enim facile fieri posse censeo, ut ita argumentando scandalum apud simpliciores præcaveri possit, & ut animus in eo, qui ita agit, desit in opinionem contrariam, illiusque assertores invidiam conciliandi. Accedit etiam, argumenta hujusmodi mera esse sophis- 17
mata, posita jam definitione Ecclesiæ, quæ decrevit opiniones illas a damnatis erroribus esse omnino diversas. Etquis enim ignoret, in re Theologica purum putumque sophisma esse ratiocinium illud, quo probari quidpiam contenditur, quod judicio Ecclesiæ adversetur? Quis ergo dicat non perverse agere, qui usu sophismatum violant charitatem, scandala creant, & ad minus periculo se se exponunt lædendi in re gravissima famam proximi, & contemnendi Ecclesiam?

Denique muneri desunt suo Scholastici illi, qui hujusmo- 18
di ratiocinandi rationem adhibent. Nam Scholasticæ Theologiæ institutum, ac Theologi officium est explicare orthodoxa dogmata, Novatorum adversus ea sophismata solvere, ac discrimen ostendere, quod inter proscriptos errores, & catholicorum opiniones intercedit; Hac enim unice de causa Theologia Scholastica utilis dici potest; quodnam enim aliud est bonum, quod ejus usu Religioni, atque Ecclesiæ afferri possit? Numquid ingenii ostentatio, gloriola apud homines, aut seria occupatio, quæ otium excludat? At priora duo Ecclesiæ malum potius, quam bonum afferunt, tertium vero inutile prorsus est, nisi ex occupatione illa quidpiam erui valeat, quod Religioni prosit. Age vero, qui tanto conatu student Thomisticas, vel Augustinianas, aut aliorum Catholicorum hominum opiniones Jansenianas ostendere, an non potius confundere orthodoxas opiniones cum erroribus videntur, quam discrimen detegere, & explicare? An non favent potius, quam noceant errori proscripto, dum illum cum Catholici hominis opinione confundendo, occasionem Novatoribus præbent sub velo orthodoxæ opinionis tegendi errores, ac hæreses? Ubi tunc est bonum, quod Ecclesiæ affert Theologia Scholastica? Nam ita potius errori, quam veritati catholicæ præsidio est. Nec dici potest, obscuram hac in re materiam esse; etenim 19
Ecclesiæ definitio, quæ Scholarum opiniones immunes ab errore declarat, perspicua est. Theologi Thomistæ, & Au- 20
gustiniani perspicue explicant discrimen inter proprias, & damnatas sententias, atque id egregie quoque tuentur. Ut ii ergo id faciunt, cur conjunctis viribus adversus errorum insidias ex horum etiam principiis, agere Theologi reliqui non poterunt? Ita sane prudentiores omnes faciunt, dum contra Semipelagianos disputando, eos constituta quoque *scientia media* confutant, etsi hæc hujus aliquando erroris insimulata fuerit. Quare ergo Thomistica, vel Augustiniana, aut quacumque alia constituta hypothesi refellendi non erunt Lutherani, Jansenianique? Hac via Catholicorum honori, Ecclesiæque bono consulitur, & conjunctis viribus, ut Apostolica Sedes jubet, hæreses impugnantur. Hæc quantum ad Monitum; quoad explicationem Catholicarum opinionum, earumque a Jansenismo errore discrimen, vide sequentem Appendicem.

APPENDIX ALTERA.

In qua discrimen ostenditur inter Catholicas opiniones, & Jansenianam hæresim; Ut vero clarior res fiat, exponuntur varii hominis status ad Gratiam comparati.

STatus hic sumitur pro conditione illa, sub qua humana 1
Natura ad suum ultimum finem juxta providentiæ leges comparata, concipitur: quo sensu ii, qui ultimum finem possident, eoque fruuntur, in statu termini; qui vero per virtutes, ac bona opera ad illud pervenire contendunt, in statu viæ positi dicuntur. Dum hominem spectamus veluti in via positum, per quam juxta providentiæ ordinem ad finem 2
pervenire studeat, triplicem distinguimus ipsius statum; hoc est, innocentiæ, naturæ lapsæ, & naturæ per Christi gratiam reparatæ. Status innocentiæ ille est, in quo fuit Ada- 3
mus

mus a Deo positus a doloribus, miseriis, ac morte immunis, cum ea naturæ integritate, per quam sensus affectusque perfecte rationis imperio subesset, & cum originali justitia ac gratia sanctificante. Status naturæ lapsæ misera est illa Adami posterorum conditio, qui nondum per Baptismum ab
4 originaria, quæ ex eodem Adamo trahitur, culpa liberati
5 sunt. Status denique naturæ reparatæ, is est, in quo sunt homines Christi gratia liberati, & redempti. Atque ii status sunt, in quibus revera homo aut fuit, aut nunc est. Disputari quoque solet de statibus, qui non fuere, sed esse possint, qui possibiles appellantur, & inquiri.

6 I. Num possibilis sit status puræ naturæ, in quo homo sine vitio, & sine gratia esset, subjectus tamen infirmitatibus, aliisque miseriis, quibus nunc sumus obnoxii?

7 II. Num possibilis sit status naturæ integræ, in quo supernaturali auxilio careret homo, nec ad supremam esset beatitudinem elevatus, sed iis naturæ præsidiis donaretur, quibus immunis fieret a nostris miseriis, ac per naturales virtutes iis respondentem beatitudinem comparare sibi posset?

8 III. Denique num possibilis sit status naturæ lapsæ, non reparandæ, in quo fuisset homo post Adæ peccatum, si Deus infinita sua misericordia eum non liberasset. De iis ergo statibus primum dicendum est.

9 Atque a recensendis proscriptis erroribus exordior. Pelagiani initio V. Ecclesiæ sæculi negantes Originale peccatum, Adamum dixere ita fuisse a Deo conditum, ut nunc homines naiscuntur, sine ullo naturæ adjutorio, & sine supernæ
10 gratiæ auxilio. Horum hæresim excitavere iterum sextodecimo sæculo Sociniani, originariam culpam negantes, ac docentes Adamum mortalem, ac iis omnibus obnoxium conditum fuisse miseriis, quibus nos premimur. Iis proxime ac-
11 cedunt Arminiani, qui juxta Limborchii explicationem, in Adamo nullum supernaturale donum, nullamque indebitam prærogativam agnoscunt, licet scientia aliqua ei in illo statu necessaria donatum fuisse asserant, eaque rectitudine, qua nec inordinate concupisceret, nec concupiscere posset; quia cum lex tunc non esset, liberrimus voluntatis usus sine culpa erat; Et licet contra Pelagianos, ac Socinianos doceant, a morte futurum fuisse immunem, virtute fructus arboris vitæ, quo in Paradiso uti potuisset, statuunt nihilominus, hominem viribus naturæ, quas etiam in præsentia habet, Deo ultimo fini, ac superno bono proportionatum esse, ac ad illius possessionem pervenire posse; & Adamum peccato suo, secluso pravo exemplo, nihil prorsus homini nocuisse.

Contra vero Calvinus, Lutherus, Bajus, Jansenianique,
12 hominem ob Adami peccatum, ita vitiatum in natura, ac depravatum effutiunt, ut non tantum quælibet indebita in eo prærogativa desideretur, sed etiam naturales, ac propriæ ipsius virtutes, ac perfectiones, quibus ante illius peccatum Deo ita proportionatus erat, ut solis naturæ viribus cognoscere, amare, ac bono libertatis usu facile Deum consequi potuisset. Dicam paucis, omnia concessa Adamo bona, integritatis, justitiæ, innocentiæ, quibus a passionibus, infirmitate, ac morte immunis erat, & facile virtutem sectari, sanctèque vivere poterat, naturæ fuisse proprietates, & appendices tradunt. In eo ergo cum Pelagianis, Socinianis-
13 que conveniunt, quod hominem omni bono supernaturali, ac superna gratia destitutum, initio a Deo conditum asserant, & quod solæ ei naturæ vires ad finis consecutionem sufficerent; dissident vero, quia nunc nonnullis naturæ proprietatibus, & perfectionibus spoliatum asserunt. Ita vero Calvi-
14 num docuisse, verba hæc satis aperte declarant, quæ a Bellarmino recensentur *de Gratia primi hominis cap.* 1. *Ergo animam hominis Deus mente instruxit, qua bonum a malo, justum ab injusto discerneret; ac quid sequendum vel fugiendum sit præeunte rationis luce videret. Huic adjunxit voluntatem, penes quam est electio. His præclaris dotibus excelluit prima hominis conditio.* Vides, nullam fieri supernaturalis gratiæ mentionem, sed libertatis tantum per peccatum amissæ, & naturalis cognitionis per illud obtenebratæ, ut ipse alibi exponit. Lutherus vero *Comment. in* 3. *Genes. caput* clarius lo-
15 quitur, quia postquam dixit, *justitiam non fuisse quoddam donum, sed fuisse vere naturalem, ut natura Adæ esset, diligere Deum, credere Deo, agnoscere Deum*, subdit, *Hæc tam naturalia fuere in Adamo, quam naturale est quod oculi lumen recipiunt.* Et infrà: *Porro hæc probant, originalem justitiam esse de natura hominis: ea autem per peccatum amissa, non manusse integra naturalia, ut Scholastici delirant.*
16 In eandem abiere hæresim Bajus, ejusque sectatores. Vide Baji propositiones circa gratiam Angelorum, & primi hominis, 1. 3. 7. 9. 21. 23. 24. 27. 75. 76. in quibus asserit, Angeli, primique hominis *merita* non recte vocari *gratiam*; felicitatem, quam consecuti sunt Angeli, quamque perseverando assecutus esset Adam, non *gratiam*, sed *mercedem* fuisse; *merita* primi hominis *munera* fuisse creationis, ac exaltationem humanæ *naturæ* in divinæ consortium, idest justitiam, & sanctificationem, sive in filii Dei adoptionem, naturalem dicendam esse, non supra naturæ ordinem atque indebitam; naturalem itidem sive juxta naturæ conditionem fuisse immortalitatem. Denique irridet Theologos ajentes; Adamum supernaturalibus, & gratuitis donis ac auxiliis indiguisse, ut fide, spe, & charitate Deum coleret. Hæc vero 17
cum ita se habeant, quis non videt, Bajum cum Calvino, ac Luthero sensisse, hominem a Deo initio formatum cum debitis ipsius naturæ perfectionibus, ea fuisse mente, ac libertate præditum, qua bonum malumque discernere, sancte vivere, ac æternam adipisci beatitudinem potuisset, si vellet, quave perfecte corpus, ejusque motus deprehenderet, ac nutu suo facile regeret; corpus denique habuisse, nec infirmitatibus, nec morti obnoxium? Ita sane ipsius sententiæ declarant, atque ita expositæ illæ fuere a celebrioribus Theologis, scilicet a Bellarmino *de Grat. primi hominis lib.* 1. *cap.* 1.; ab Alovsio Turriano *in Tract. contra Bajum cap.* 1. §. 1. a Vasquesio, a Suaresio *proleg.* 6. *de Grat. cap.* 2. *num.* 5. a Ripalda, Goneto, Estio, Francisco Macedo, aliisque. Hoc vero po- 18
sito, quis non videt, turpiter eos errare, qui censeant, cum Bajo sentire, negantes possibilem statum puræ naturæ, quia hic *propositione* 55. dixerat: *Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur?* Nam Bajus puram naturam hominis eam credidit, quæ in Adamo fuit, nunc vero non puram, sed depravatam, vitiatam, ac in naturalibus corruptam ob peccatum esse, & a Deo vitiatam fieri non potuisse naturam, asserit. At qui negant inter Catholicos, naturam puram a Deo creari potuisse, ex aliis principiis id eruunt, quæ non sunt improbata, ut infra ostendemus. Redeo nunc ad rem.

Neque dubitari potest, quin in eadem cum Bajo hæresi 19
fuerit Jansenius damnati illius systematis propugnator acerrimus, cum recensendo Adamiticæ culpæ consectaria ea doceat, quæ ex pravis Baji principiis sequuntur, de quibus infra dicemus. Interim indicare sufficiat Quesnellianas illas 20
theses, quæ eumdem errorem præseferunt; Sunt vero 34. 35. 36. 37. in quibus declarat, Adami gratiam, quæ sequela fuit creationis, debitam adhuc integræ naturæ fuisse, & humana dumtaxat produxisse merita; ac discrimen designando, quod gratiam status innocentiæ, atque Christi gratiam interesse, ait, illum quemque *in propria persona* recipere debuisse, hanc vero *in persona Christi*; ac illam sanctificando hominem in semetipso fuisse *ei proportionatam*; hanc vero nos in Christo sanctificando, omnipotentem esse, ac Dei Unigenito Filio dignam. Quæ sane perspicue designare videntur, voluisse Quesnellium adstruere integritatem, ac sanctitatem, ceteraque Adami prærogativas, naturæ nondum per culpam depravatæ, inseparabilem conditionem, ac debitas proprietates fuisse. Id vero ne gratis videatur assertum, celebres nonnullos Theologos indicandos censui, qui rem ita explicaverunt. Vide Jacobum Fontanam *tom.* 1. *Constitut. Unigenitus propugnatæ pag.* 747. *& seq.*, *Instructionem Pastoralem* editam, ac probatam post comitia Cardinalium, Archiepiscoporum, & Episcoporum Galliæ anno 1714. Henricum Cardinalem Bissy *in tract. Theologico adv. Quesn. &c.* Gregorium Selleri S. R. E. Cardinalem in principio *Tomi VI.* aliosque Theologos.

Habes itaque hæreses contra Catholica de statu innocentiæ 21
dogmata, quæ credere nos cogunt, Adamum in illo fuisse statu positum, supernaturali gratia instructum, per quam in sanctitate & justitia constituebatur, & a morte, miseriisque immunem; nec denique concupiscentiæ, & passionibus subjectum, cum affectus rationis imperio omnino subditi essent.

Dum hæc intacta maneant, nil est quod in Scholasticorum 22
opinionibus reprehendas, quæ versantur, vel circa instans, in quo fuit illi gratia collata; vel circa distinctionem originalis justitiæ a charitate; vel circa necessitatem gratiæ per se efficacis, ultra sufficientem, vel circa naturam habitus supernaturalis auxilii, aliudve simile. Dum enim statuas habuisse supernaturale auxilium, sine eo nil agere potuisse, quod ad æternam felicitatem conferret, ac liberum sub hoc auxilio mansisse, Fides nostra sarta tecta servatur, sive dicas, gratiam

tiam sanctificantem habuisse, & sufficientem qua bene agere posset, si vellet; sive auxilium efficax ultra sufficiens ad salvandam dependentiam a Deo, necessarium ei fuisse ad agendum opineris; sive putes supernam dilectionem divinitus eidem inspiratam, ac in eo permanentem charitatem fuisse, qua sanctus Deoque charus esset, & qua, si vellet, bene agere, ac in accepta justitia perseverare potuisset, quin etiam novo auxilio adjuvaretur, sive alio modo Scholasticis etiam ignoto explices inhærentem, aut permanentem in eo sanctitatem, & justitiam, & supernum adjutorium, sine quo bene agere, ac perseverare non poterat. Idem de integritate, aliisque privilegiis dicas; nam modo rationis in affectus imperium adstruas, ac immunem illum a morte fuisse concedas, nil vetat, quominus vel in gratia supernaturali, vel in naturali rectitudine vim illius imperii constituas, & quominus una, vel altera hypothesi, qua id contigerit ratione, demonstres; sicut liberum cuique est investigare, quo modo ab infirmitatibus, & morte futurus fuisset immunis, dum tamen legem fateatur, qua a moriendi necessitate liberabatur.

23 Pauca nunc de statu puræ naturæ dicemus, idque ex eo quod Sporerius, sive illius supplementi auctor, aliique confidenter asserant, Bajanos, Jansenianosque esse, qui hunc possibilem negant, sed ducti principiis superius a nobis expositis,
24 quæ sunt hæreseos ab Ecclesia notata. Si ergo Theologi sint, qui principia illa improbent, ac alia via adstruere conentur, vel Deum hominem concupiscentiæ rationi rebelli subjectum condere initio non potuisse, vel debuisse etiam illum supernaturali gratia donare, cur damnati erroris contra Apostolicæ Sedis sententiam arguuntur? Sunt vero quamplures, qui hominem fieri potuisse, qualis nunc nascitur, negent, ac nonnulli etiam qui attenta divina providentia, nequidem sine gratia condi posse propugnent. Ex iis autem nemo cum Jansenianis convenit in damnatis erroribus. Si enim, ut vidimus, integritatem justitiamque originalem; & sanctitatem debitas naturæ proprietates adstruebant. Contra vero Augustiniani, aliique Theologi Orthodoxi, hæc indebita homini esse, ac sanctitatem gratuitum donum supernaturale fatentur. Negant vero, posse hominem fieri concupiscentiæ subjectum; quia hanc effectum peccati, ad peccatum inclinantem; & contra naturam esse hominis rationalis juxta SS. Augustinum, & Thomam opinantur. Quid vero in hoc est revelationi, ac definitioni Ecclesiæ contrarium?

25 Dicent fortasse, damnatam esse Baji propositionem, quæ
26 hominem fieri potuisse negat, sicut nunc nascitur. Sed jam dixi, quo sensu hæc proscripta fuerit, ac celebriores Theologi asserunt, hanc unam ex illis esse, quæ aliquo pacto defendi possunt, licet attentis Baji principiis jure meritoque proscripta in eo fuerint. Videatur Petrus Mansius *de Peccato Originali qu.* 4. ubi plurima profert ex Augustino, Thoma, Bonaventura, Alensi, aliisque Theologis, qui probant concupiscentiam esse ab appetitu sensitivo distinctam, ac perversam affectionem, sive qualitatem, quæ Deum auctorem habere nequeat. Accedit etiam, quod si ex illa fas esset inferre, potuisse revera Deum hominem facere qualis nunc nascitur, cum nunc peccato nascatur infectus, ita quoque fieri potuisse oporteret, quo nihil absurdius.

27 Alii vero censent, non solum fieri a Deo non posse hominem concupiscentiæ subjectum, sed nec etiam supernaturali gratia destitutum; non quod hæc naturæ sit debita, cum donum sit gratuitum, & supernaturale, sed quia posito homine ad imaginem Dei formato, ac amante Deum, atque in ipsum veluti in ultimum finem suum tendente, illumque appetente, providentiæ ordo postulat, ut ea ipsi concedantur, quæ ad illius consecutionem sunt necessaria; & sicut alii Theologi teneri Deum ex providentiæ lege asserunt ad uniquique dandum in hoc statu auxilia sufficientia Redemptoris, quibus possint homines expedite, & proxime mandata servare; quæ tamen auxilia etsi ex illa lege debita, ad veram tamen gratiam pertinere tuentur; ita isti quod hominis naturam exigere asserant imaginem Dei, innatum Dei clare videndi appetitum, & esse non possit, quin Deum amet, quem tamen nequit sine gratia diligere, nequidem ut naturæ auctorem, in quocumque statu ex providentiæ, & justitiæ lege homini gratiam Conditoris deberi opinantur, ut mandata servare, Deum auctorem suum diligere, ac optatam beatitudinem consequi valeat.

28 Opinio hæc Novatorum supra expositam hæresim detestatur, atque in tribus fundatur principiis, in quibus Theologi pro libito disceptare salva Fide possunt: Nam asserunt. I. Hominem naturæ suæ ad imaginem Dei esse. II. Fieri non posse, quin indito naturæ appetitu feratur in Deum ipsius auctorem, ac finem clare videndum. III. Amare non posse Deum ne quidem ut naturæ auctorem, quin superna gratia a creaturis & supra se ipsum elevetur, ac dirigatur in Deum propter se amabilem. Hæ vero opiniones sunt, quæ revelatis principiis, & Ecclesiæ definitionibus non adversantur, & quæ in Scholis Catholicis semper apud nonnullos viguere. Ex hujusmodi principiis eruunt, Deum condito homine rationali, 29
vi suæ providentiæ, debere illi gratiam conferre, qua suum auctorem diligere possit, servare mandata, & in finem suum pervenire; qua gratia is, qui est, natura servus, adoptatur, ut licite serviat, & suum dominum colat, & jus habeat ad illam hæreditatem, sine qua beatus esse non possit. Ubinam 30
hæc opinio ab Ecclesia proscripta est? Imo Apostolica Sedes, ut improbat eos, qui contrariam, quæ communior est, Pelagianismi, & Manichæismi cum Jansenio insimulant; ita eos reprehendit, qui hanc Jansenianismi accusant. Atque hæc una ex illis Scholæ opinionibus est, quæ a Catholicis etiam Romæ sub oculis Pontificis propugnatur; Mitto enim Contensionum celebrem e Dominicana familia Theologum, aliosque, qui editis jam Operibus variis in locis puræ naturæ statum impossibilem tradidere, Cardinalis Norisius, Fulgentius Belelli, & Laurentius Berti Romæ hanc propugnaverunt opinionem, ac in editis in lucem Operibus asseruere, & eamdem traditam vidi ac publice propugnatam, non solum in Schola Augustinianensium, sed etiam a Monachis Cassinensibus in Monasterio S. Calisti, & a Viro Clarissimo Antonio Francisco Vezzosi Clerico Regul. in Conventu S. Andreæ de Valle. Sed hæc satis de statu innocentiæ, & naturæ puræ.

Disputandum nunc est de statu naturæ lapsæ, hoc est de 31
misera illa conditione, in qua humanum genus ob Adami culpam nunc reperitur, spoliatum nempe naturæ indebitis donis; miseriis, quibus premimur, concupiscentiæ, potestati Dæmonis, Deique indignationi subjectum, ac Adamitica, ipsa culpa per generationem propagata infectum. Orthodoxa 32
Fides docet, omnes homines ex Adamo propagatos, etiam ex Fidelium parentibus ortos, originali peccato infectos nasci, esse jure ad æternam felicitatem privatos, filios iræ, atque vindictæ, & æternæ damnationi obnoxios. Hæretico- 33
rum nonnulli, ut Pelagiani, Sociniani, & Arminiani, Originale peccatum negant. Lutherani vero, Calviniani, ac Jansenisti nimium illius effectus extollunt. Nam per istud liberum arbitrium omnino extinctum prædicant, ac rationem misere obtenebratam, depravatamque ipsam naturam. Ad Lutheranos, Calvinianosque quod spectat, præter quam quod peccatum originale in concupiscentia formaliter positum asserunt, quæ etiam in baptizatis remanet, ajunt, Baptismum tegere tantum, aut radere, non vero tollere originale peccatum, & editi contra eosdem in Concilio Tridentino Canones palam faciunt, docuisse etiam perditum omnino Adami culpa fuisse liberum arbitrium. In quam hæresim abiisse quoque Bajum, Jansenium, atque Quesnellium, eorum damnatæ propositiones ostendunt, ex quibus constat, in homine post Adami peccatum libertatem deesse indifferentiæ, ad merendum, & demerendum satis esse, ut a coactione immunis sit, nec requiri ut a necessitate antecedente, & inevitabili sit liber. Hinc ajunt, peccare homines damnaliter, etiam in iis, quæ vitare nequeunt, indeliberatos concupiscentiæ motus esse vera peccata; impossibilia Deum jubere, ac hominibus quoque justis impossibilia esse aliqua Dei præcepta, atque iis similia, quæ clariora fient eorum exposita hæresi.

Omnes ergo Novatores isti, ajunt, Adamum per volun- 34
tarium peccatum dona naturæ debita amisisse, & inter alia libertatem indifferentiæ, & claram cognitionem eorum, quæ ad jus naturæ pertinent. Quamobrem ignorantia eorum, quæ ad naturæ legem pertinent, & agendi, peccandique necessitas, atque concupiscentia rebellis, veluti voluntariæ in Adamo volitæ reputantur. Idcoque invincibilis juris naturæ ignorantia a culpa non excusat, indeliberati concupiscentiæ motus peccata sunt contra præceptum *Non concupisces*, & operationes omnes, quamquam necessariæ, ut sunt opera omnia. Infidelium, secundum hypothesim Jansenianam, sunt peccata, quia necessitas illa, qua inevitabiliter fiunt, ex voluntaria, & libera Adami culpa, cum quo nos quoque peccavimus, orta est, ac remanet in homine etiam postquam per Baptismum sit originale peccatum sublatum.

Itaque homo post Adami peccatum libertatem amisit, ac 35
necessarie agit quæcumque operatur. Quamobrem spectari

juxta

juxta Novatores hujusmodi debet, veluti agens necessarium delectatione ad ea, quæ operaturus sit, determinandum. Itaque sicuti bilanx determinatur ponderè, & sicut lanx quæ majori premitur pondere necessario inclinatur, ita necessarie in eam trahitur partem hominis voluntas, in quam major delectatio urgeat. Hæc est vera Jansenianæ hæresis imago a Luthero, & Calvino delineata, sed a Bajo, Jansenio, atque
36 Quesnellio veluti aliquo velo obducta. Videant vero ii, qui Augustinianos, ac Thomistas Jansenianissimi insimulant, num jure horum de libertate hominis sententia, cum Jansenii systemate confundatur? Nam ii omnes fatentur per Adami peccatum attenuatas quidem esse liberi arbitrii vires, sed manere adhuc indifferentiæ libertatem.

37 Sed antequam ad aperiendum discrimen veniamus, quod inter hos Novatores, Catholicosque Theologos intercedit, observare necesse est; tria alia illos statuere, quæ sunt cum recensito errore connexa; scilicet amissam cum libertate fuisse naturalis scientiæ cognitionem, castumque amorem Dei integræ naturæ debitum, ac loco istius dominantem cupiditatem successisse. Cum vero in homine necessitas, ignorantia legis, & vitiosa cupiditas ob peccatum insint libere in Adamo commissum, asserere non verentur, ad peccatum, & demeritum agendi necessitatem non obesse, sed libertatem sufficere libere in Adamo amissam, eamdemque ob causam peccata esse, quæ ex ignorantia etiam invincibili contra naturæ legem fiunt; atque dominantis concupiscentiæ motus.
38 Hæc basis est Janseniani Systematis. Ut vero pessimas, quæ inde nascuntur consecutiones, intelligere valeamus, duo illi amores, sive duæ illæ delectationes exponendæ sunt, quibus veluti pondere necessario flectitur, agiturque voluntas. Sunt ii duo amores, amor mundi, qui vitiosa cupiditas, ac terrena quoque delectatio dicitur, & amor Dei, sive charitas a Deo inspirata. Nullam in homine actionem esse contendunt, quæ aut ex vitiosa illa cupiditate, aut ex charitate, perfecta non oriatur. Quamobrem, quæ ex charitate non sunt, ea omnia ex cupiditate, ideoque vera peccata esse prædicant: Hinc omnia opera Infidelium, & peccatorum cum ex charitate non sint, veluti ex vitiata radice prodeuntia infecta esse, atque peccata ajunt: Hinc vel ipsum timorem gehennæ quo peccator ad conversionem disponitur, actusque reliquos qui a charitate non oriantur, cujusque generis sint, vera peccata esse definiunt. Hac de causa, ajunt, liberum arbitrium sine sanctificante gratia nihil nisi peccatum operari posse, atque gratiam omnem extra dominantem charitatem, etiam sufficientem, excludunt. Hæc indicasse sufficiat, ut inde concludere clare possim, toto Cœlo Thomistarum, Augustinianensium, aliorumque Theologorum opiniones, ab horum Novatorum erroribus dissidere. Nam ut incipiam a libero arbitrio.

39 Quis ex his est, qui Adami peccato extinctum asserat? Numquid illud perimit gratia efficax? At hæc infirmo, & attenuato arbitrio a Deo datur, ut illud roboret, adjuvet, perficiat, modo tamen ejusdem indoli consentaneo, libero scilicet, cum libera sit illius indoles; Gratia enim efficax, quæ lapsis hominibus datur, medicinalis est, neque præsumi potest, peritum medicum cognito ægroti morbo medicinam porrigere, quæ illum occidat. Quis ergo credat, Deum divinum medicum, cui arbitrii infirmitas cognita est, congruam medicinam non porrigere? Si Adami peccatum non extinxit arbitrium, numquid medicina divina illud interficiet? *Si non occiditur per vulnerantem*, inquit Prosper, *numquid per medentem*? Quod medicus gravi infirmitati, natura sua efficax remedium porrigat, ideone ægroti natura detrimentum accipiet? Paucis dicam, efficax gratia actio est Dei Omnipotentis, qui non tollere, sed roborare, juvare, perficere vult libertatem; ergo perficit, non minuit, non extinguit: alioquin effectus infinitæ causæ virtuti non responderet. Dic-
40 ces: intellectu difficile est, qua ratione id cum arbitrio concilietur. At mysterium est, ut ait S. Augustinus, quid ergo mirum?

41 Hæc vero non ad Thomistas tantum, sed etiam ad Augustinianos pertinent. Si enim medicinalis efficax gratia a Deo ad perficiendum libertatis usum destinata est, sive hæc præmotio dicatur, sive divina inspiratio, sive dilectio, sive delectatio prævia, ac victrix, semper Dei actio est, atque effectum parit, quem Deus vult. Quid, si dicant, moralem necessitatem afferre prævium prædominantem delectationem? Quis unquam hanc proscripsit opinionem? Sed ut os obstruatur imperitis nonnullis, quibus Sorbonicus ille Turnelius imposuit, dum asseruit, delectationem superiorem, seu relative victricem basim constituere Jansenistæ systematis, paulo fusius rem agam. Opinio hæc, damnata jam Jan- 42
seniana hæresi, propugnata fuit a Basilio Pontio, Augustino Burgensi, Mansio, Macedo, Haberto, Cardinali Lauria, Cardinali Norisio, aliisque; & Romæ sub oculis Pontificis Summi tradita & propugnata fuit ab Augustinianis, & Monachis Cassinensibus, ac asserta, & typis tradita a Laurentio Berti, aliisque. Numquid passa id fuisset Apostolica Sedes, cujus judicio Jansseniana hæresis damnata fuit, si res ita se haberet, ut Turnelius asserit? Imo pluries hæc doctrina expensa fuit, ac post illius examen, Norisius Cardinalis renunciatus fuit, ac Berti laudatus. Sed annon Moliniani ipsi propugnant gratiam relativam, comparatam malitiæ gradibus, quæque respectu Syriorum est efficax seu victrix, & respectu Corozaitarum inefficax est? Numquid hæc a Jansenia- 43
nis differt, quia gratiam, non vero inspirationem, lumen cæleste, sanctam delectationem vocant? At hic non est de nominis appellatione contentio. Itaque cum jam sit notum, Jansenium extinctum asserere arbitrium per peccatum Adami, jam patet fundamentum systematis: ac delectatio illa victrix in Jansenio non potest libertatem, quæ non est, tollere, sed naturam necessarie operantem flectere debet; ut ab aliis vero usurpata, juvat, fovet, perficitque libertatem, ut alia quæcumque efficax gratia.

Dissident præterea Thomistæ, Augustiniani, aliique ab 44
istis Novatoribus: Quia isti præter dominantem charitatem, nullam aliam gratiam agnoscunt, ac sufficientem damnant. Contra vero Thomistæ sufficientem admittunt, quæ vere potentiam perficit, ac dat posse operari, atque hanc ab efficaci diversam statuunt, concessamque asserunt non prædestinatis tantum, sed Catholicis, Hæreticis, ac etiam Infidelibus, licet nonnulli eorum cum aliis Catholicis sentiant, non 45
dari parvulis decedentibus in utero Matris, ac obcæcatis nonnullis peccatoribus, & Infidelibus. Qua in re consentientes quoque habent Augustinianos, qui gratiam sufficientem, usurpata ab Augustino phrasi, etiam parvam vocare solent, quod concupiscentiæ conatus non vincat: Differunt vero isti a Thomistis, quia sine novo auxilio, hanc satis esse ajunt ad orandum, si homo velit, ut gratiam uberiorem ad vincendum aptam obtineat.

Aliud est Augustinianæ doctrinæ caput, quod cum dam- 46
natis erroribus aliqui imperiti confundunt, quod scilicet ii doceant, hominem teneri ad actiones suas humanas in Deum ultimum finem dirigendas, nec posse eas ita in Deum referre fine gratia. At a Jansenianis, Bajanisque hæc opinio longe diversa est, cum Augustiniani dicant, tantum vel actu, vel virtute in Deum referendas; cum adstruant, præsto esse infidelibas, & peccatoribus etiam saltem non obcæcatis, gratiam, qua ita actiones dirigant suas; cum fateantur, non ita esse mentem ab originali culpa depravatam, ut motus aliquos bonos natura sua habere non possit, ac non habeat, & ut gratia destituta necessarie ad peccandum trahatur. Nam beatitudinis amor, qui in natura est, bonus est naturæ motus & si qui sint actus, qui ad Deum non referantur juxta Augustinianos, non sunt mali, ac lethalia peccata, quæ ab infecta dominante cupiditate inficiantur, sed mali tantum dici possunt ob defectum rectæ ordinationis, ac fere semper culpa venialis, ac levissima sunt. Rursum gehennæ metum in pœnitente bonum, ac salutarem fatentur, & Novatores hac in re validissime confutant, licet asserant esse præterea ad justificationem obtinendam necessariam initialem charitatem, qua & Deum pœnitens diligere incipiat, & se se a creatura avertere, atque convertere ad Creatorem. Hanc opinionem censura notari posse vetuit Apostolica Sedes, ut videre est in superiore appendice. Vides ergo, quam late distent Catholicorum opiniones a damnatis sententiis.

Sed unum adhuc monendum supereſt, scilicet, notandos 47
non esse Catholicos, qui salva Fide, qua credimus hominem justificari per gratiam eidem inhærentem, gratiam ei necessariam esse ad bene agendum etiam ad initium Fidei, eamque iis conferri omnibus, quos supra diximus, atque hanc arbitrii libertatem juvare, & roborare, non adimere; diverso a recepto in Scholis modo supernaturalium donorum, & gratiæ interioris naturam explicent. Nam id Philosophi potius munus est modum declarantis, quo actiones nostræ fiant, habitusque in anima insit, quam Theologi revelationem unice proponentis, atque consecutiones ex ea deducentis. Quis ergo reprehendat illos, qui sanctificari ani- 48
mam per charitatem asserant, & charitatem esse vel Dei in nobis permanentem actionem, vel inspiratam divinitus dilectionem, quæ naturam elevet, elevatam ad Deum amandum, ejusque amore agendum inclinet, adjuvetque etiam ut vere actu diligatur Deus, vel Dei amore quidquam agatur? Si hæc salva libertate fiant, quid est, quod damnari possit, præsertim cum aliæ etiam divinæ in homine gratiæ operationes, juxta definitam ab Ecclesia doctrinam expli-
49 centur? Dum necessitas gratiæ salvatur ad initium Fidei, ad sanctitatem, ad credendum, sperandum, agendumque ut oportet, libertas una cum gratia operante, & mysterium in concilianda gratia cum libero arbitrio, salva Fides, ac Ecclesiæ doctrina est.

GRATIA, UT EST GRATIOSUM RESCRIPTUM.

1 GRatia, quam Papa concesserit, eo mortuo non revocatur, etiamsi adhuc res integra maneat; *cap. Si super gratia 9. de offic. Delegat. in 6.*, ibi: *Ipsa gratia licet nondum sit in ejus executionem processum, morte non perimitur concedentis; cap. Si cui 36. de præbend. eodem in 6.* ibi: *Hujusmodi concessio (quam, cum specialem gratiam contineat, decet esse mensuram) non expirat, etiam re integra per obitum concedentis*; Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. glos. 12. in princip. num. 33. & sequent.* ubi in pluribus exemplis hoc ipsum demonstrat, Barbos. *de Offic. & Potest. Episcop. lib. 1. num. 8.* Card. de Luca *de Pension. disc. 1. num. 25.* Reiffenstuel *lib. 1. Decretal. tit. 3. num. 250.* ubi testatur de communi circa gratiam jam factam, ut supponit nostra conclusio.

2 Secus autem circa gratiam faciendam, ideſt quando Rescriptum Apostolicum continet gratiam primum faciendam, seu concessam non in proprium recipientis litteras, sed in alterius duntaxat favorem, quia tunc ejusmodi gratia facienda expirat morte concedentis re adhuc integra, textu expresso *in cit. cap. Si cui 36. de præbend. in 6. §. final.*, ibi: *Secus si super provisione certæ personæ facienda sit data potestas eidem non ob suam, sed ejus, cui provideri mandatur gratiam, vel favorem, illa quidem expirat omnino, si concedens re integra*
3 *moriatur*. Et ratio disparitatis est clara, quia circa gratiam jam factam, seu quando Rescriptum Apostolicum continet *gratiam factam*, jam illi, cui talis gratia facta est, fuit jus acquisitum, quod non decet ei amplius auferri ratione solius mortis concedentis. E contra vero *circa gratiam faciendam*, seu quando Rescriptum Apostolicum continet *gratiam primum faciendam*, nulli adhuc Jus quæsitum fuit; unde nullum est inconveniens, quod talis gratia veluti primum facienda expiret morte concedentis re adhuc integra, seu cum in ejusdem executione necdum cœptum est procedi.

4 Gratia facta ad beneplacitum concedentis, durat, donec ille eam revocaverit, quia istud beneplacitum nulli subjacet legi, ad notat. *in leg. Fideicommissa §. Quamquam; ff. de Legat.* ubi glossa verb. *Voluerit*, Natt. *consil. 608. num. 5. vol. 3.* Cohier. *de jurisd. ordinaria in exempt. part. 3. quæst. 5. num. 3.* Barbosa *clausula 3. num. 2.* & alii passim. Aut donec
5 ipse concedens moriatur, quia morte voluntas solvitur, & extinguitur, textu expresso *in cap. Si gratiose 5. de rescriptis*, ibi: *Hujusmodi gratia per ejus obitum (per quam ipsius beneplacitum omnino extinguitur) eo ipso expirat. Et sic communis* Doctorum cum Barbosa *loco cit.* & Reiffenstuel *loco*
6 *cit. num. 260.* Card. de Luca *disc. 40. num. 4.* Gratia concessa ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, aut interim, dum Sedes Apostolica voluerit, non expirat morte Papæ concedentis, sed opus est expressa revocatione, textu expresso *in dict. cap. Si gratiose*, ibi: *Secus autem si usque ad Apostolicæ Sedis beneplacitum gratia concedatur prædicta*; tunc enim quia Sedes ipsa non moritur, durabit perpetuo, nisi a successore fuerit revocata; *Sic etiam communis* cum præcitatis.
7 Si gratia fieret, & concederetur ad beneplacitum Personæ, & Dignitatis, quæ perpetua est, aliqui volunt, quod præponderet Dignitas, & si quod illa gratia minime extinguatur morte concedentis, cum Dignitas sit perpetua; Ita Joan. Andr. *in dict. cap. Si gratiose num. 6. in fine*. Alii autem volunt, quod præponderet nomen, quod præcedit, & sic quod gratia non extinguatur, si præcedat nomen Dignitatis; *arg. cap. Quoniam 14. de Offic. & potest. judic. Delegat.* quia Dignitas non moritur, neque variatur per mortem, & variationem personæ; *cit. cap. Si gratiose 5. de rescript. in 6.* & quod extinguatur, si præcedat nomen personæ, quia tunc

sequitur personam, & veluti accessoria extinguitur cum persona, *arg. cap. Privilegium personale 7. de Regul. Juris in 6. & c. Accessorium 42. de Regulis Juris etiam in 6.* Et sic tenet Imola *in dict. cap. Si gratiose*; ut eum referunt Dominicus *ibid. num. 6.* & Franch. *in fine*, & Barbosa *loc. cit. num. 6.* Gratia concessa cum clausula *donec revocaverimus, do-* 8
nec aliud duxerimus ordinandum, & hujusmodi, durat perpetuo, nisi a concedente, vel successore ipsius revocetur, neque expirat morte concedentis; Sic Barbosa *claus.* 43. *num.* 21. Theodor. de Rub. *in singul. Rotæ tom. 2. part. 4. clausul.* 290. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 263. Menochius *de Arbitr. Judic. lib. 1. quæst. 69. num.* 12. citans communem aliorum contra Bartolum; Et ratio est, quia ad revocationem requiritur actus positivus contrarius, qualis non habetur per solam mortem concedentis, nam aliud est voluntatem cessare, & aliud eam revocare. Prius fit per mortem; *l. 4. ff. Locati*; posterius autem requirit factum quoddam, nempe novam dispositionem, & expressionem ipsius revocationis; Menochius *consil.* 360. *num.* 9. cum aliis, Barbosa *loc. cit.* Reiffenstuel *loc. cit.*

Gratia solo verbo Papæ perficitur etiam Litteris non ex- 9
peditis; *cap. Inquisitionis 25. quæst. 1. Clementin. Dudum de Sepulturis §. ultim.* Archidiacon. & Joan. Andr. *in prooem. 6. Decretal.* Felin. *in cap. In nostra in fin. de rescript.* Pyrrus Corrad. *Prax. dispens. Apostolic. lib. 1. cap. 6. num. 4.* Rota *par. 1. rec. decis.* 585. *num. 2. part. 7. decis. 218. n. 7. par. 8. decis. 79. num.* 21. Gratia recipit robur, & virtutem suam, 10
& regulatur a sola signatura Papæ a die ejusdem datæ; Rota *part. 2. decis. 327. num. 1. & seq. part. 8. decis. 70. num. 17. part. 17. dec. 270. num. 4. part. 18. tom. 2. dec. 469. num. 5. part. 19. tom. 2. decis. 648. num. 4.* Gratia Papæ per solam 11
signaturam perficitur; Rota *part. 6. decis. 38. num. 80. & sequent. part. 17. decis. 270. num. 5.* Scriptura autem, seu 12
litteræ Apostolicæ requiruntur tantum ad probationem gratiæ; Rota *locis mox citatis*, Mascard. *de probationibus concl.* 843. *num.* 10. Pyrrus Corrad. *loc. cit. num. 7.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancell.* Glos. 2. *num.* 47. ubi dicit, quod in lingua 13
Principis stat gratia, & in scriptura testimonium, & in executione commodum. Gratia concessa per Pontificem Præ- 14
decessorem absque expeditione Bullarum est exequenda per successorem expeditis litteris sub forma: *Rationi congruit*; Card. Petra *tom. 5. in comment. in Constit. 1. Pii II. num.* 12. ubi tradit etiam tenorem talium Litterarum; Rota *part. 12. dec. 121. num. 5.* & habetur ex Regula decima Cancellariæ, in qua super litteris non expeditis solet concedi facultas expeditionis pro gratiis factis, & non expeditis a duobus Antecessoribus Pontificibus tantum. Unde Regula tantum quod 15
nominatos Pontifices suffragatur, quia ceteri non nominati excluſi censentur: Amyden. *de Stylo Datariæ lib. 1. cap. 21. num.* 14. Card. Petra *loc. cit. num.* 15. & alii passim.

Hæc regula Cancellariæ, seu hic modus expediendi litte- 16
ras ab Antecessore, seu antecessoribus non expeditas, desumptus fuit ex Jure communi, *in c. Litteris, de Rescriptis*. Ex quo Canone arguunt DD. Pontifices successores ex congruenti ratione debere exequi gratias, quas concesserunt Prædecessores, & morte præventi exequi non potuerint; Barbos. *in cit. c. Litteris num. 5.* Mandos. *in Regula de Litteris in forma Rationi congruit expediendis quæst. 2. num. 5.* Rosa *de execut. Litterarum Apostolicarum part. 1. c. 2. num.* 19. *& sequent.* Card. Petra *loc. cit. num.* 16. Hinc novus 17.
Papa nullam facit gratiam de novo, sed solum testatur de gratia concessa, vel exequitur eam, juxta verba Gregorii IX. *in cit. cap. Litteris*, ibi: *Cum factum Prædecessoris nostri potius, quam nostrum fuerimus prosecuti*. An ista expeditio re- 18
quirat, ut supplicatio sit signata tempore antecessoris, vel sufficiat, si gratia sit facta solo verbo Papæ? Variant Doctores; Rebuffus *ad Regul. 10. Cancell. num. 8.* dicit vidisse hujusmodi Litteras expeditas per Successorem super Gratia viva voce facta ab Antecessore, sed Jure probata; Mandos. *loc. cit. quæst.* 11. affirmat in Gratia etiam verbo facta, si Papa statim moriatur, vel æger fiat usque ad mortem, ut expediantur istæ Litteræ in forma: *Rationi congruit*; Secus si diu super vivat, quia sibi imputet impetrans, si supplicationem signari omiserit; Glossator antiquuus hujus Regulæ decimæ *num.* 2. quem sequitur Amyden. *loc. cit. num.* 18. dicit non posse expediri has litteras, nisi in gratia per supplicationem signata; Corrad. vero citatus a Card. Petra *loc. cit. num.* 21. dicit, quod, si Papa mandaverit expediri, Jure expedirentur sub ipso, sed ex Stylo non solent expe-

diri hæ Litteræ , nisi signata fuerit supplicatio tempore Antecessoris , quia mora non obtinendi supplicationem signatam debet impetranti nocere, quia *ex Regula* 25. *Juris in* 6. *Mora sua cuilibet est nociva* , & idem docet Rosa *loc. cit. num.* 25. Card. Petra *loc. cit. sub num.* 21. ubi dicit , quod vere si deberent expediri litteræ hujusmodi, super gratia solo verbo facta, plures fraudes occurrere possent pro probanda tali gra-
19 tia per testes, aut alio modo. Hinc inolevit mos , quod supplicationes signatæ statim mortuo Papa consignentur Collegio Cardinalium sigillatæ , ut præsententur futuro Pontifici, & sic supplicatione signata gratiæ non expirant morte Papæ concedentis etiamsi litteræ expeditæ non sint , sed sunt expediendæ per Papam Successorem sub dicta forma : *Rationi congruit* ; Rota *part.* 18. *tom.* 3. *decis.* 808. *num.* 15. Card. de Luca *de Pensionibus disc.*44. *n.*6. Rota *loc. cit. num.* 18. & 24. Card. Petra *loc. cit. sub num.* 21. & alii passim .
20 Gratiam non suspendit Clausula : *Ex nunc prout ex tunc*, quando est apposita in collatione de vacanti ; secus si de vacatura ; Cassad. *decis.* 3. *num.* 15. *de præbend.* Crescent. *decis.* 7. *num.* 13. & 19. *de conces. præbend.* Achill. *decis.* 7. *n.* 4. *de renunc.* & fuit dictum *in una Ilerden. Canonicatus* 25. *Octobris* 1597. *coram Card. Pamphil.* ut referunt Mart. *clausul.* 54. *num.* 2. Aloysius Ricc. *in Collect. decis. part.* 1. *Col-*
21 *lect.* 753. *in princip.* Barbosa *clausul.* 61. *num.* 5. Dicta enim clausula operatur , quod unum tempus alteri inesse dicatur ; Rota *part.* 3. *decis.* 770. *num.* 3. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 350. *num.* 9. & *communis Doctor.* cum Barbosa *loc. cit. num.* 6.
22 Gratia expectativæ concessa cum clausula : *Ex nunc pro ut ex tunc* , retrotrahitur ad tempus datæ ipsius gratiæ ; Felin. *in cap. Licet causam num.* 6. *de probat.* Alexander *consil.* 211. *num.* 23. unde perinde est, ac si Papa tempore datæ primam gratiam contulisset ; Crescent. *decis.*4. *lib.* 2. *alias decis.* 7. *num.* 13. *de concession. præbend.* Ferret. *consil.* 314. *num.* 7. *lib.* 2. Barbosa *loc. cit. num.* 7. Rota in *Anconitana*
23 *Canonicatus* 8. *Octobris* 1592. *coram Penna*. Gratia ita dicitur perfecta , si Papa concordat expectativam de beneficio vacaturo cum clausula ; *Ex nunc pro ut ex tunc* , ut non expiret morte concedentis , ut fuit dictum in una *Calaguritana Canonicatus* 1. *Junii* 1591. *coram Penna* , cujus meminerunt Gonzalez ad *Regul.* 8. *Cancellar. Glos.* 12. *num.* 42. *vers. Sic etiam* Lotter. , *de re beneficiar. lib.* 1. *quæst.* 29. *num.* 34. Barbosa *loc. cit. num.* 9.
24 Gratia conditionalis expirat per mortem Papæ concedentis ante illius purificationem; Card. de Luca *de Pension. disc.*
25 1. *n.*14. Gratia dicitur conditionalis per tacitam conditionem,
26 *si preces veritati nitantur* ; Rota *part.* 13. *dec.* 353. *n.* 1. Dicitur etiam conditionalis emanata cum clausulis , *ut asseris* , *Dummodo* , *Constito* , *Si ita est* , & *hujusmodi aliis* ; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 142. *num.* 5. *part.* 7. *decis.* 157. *num.* 3. & *part.* 17. *decis.* 41. *num.* 2. *part.*19. *tom.* 1. *decis.*379. *num.*
27 9. Gratia concessa sub aliqua conditione , regulari debet ab ipsa conditione , Rota *part.* 11. *decis.* 205. *num.* 6. *part.* 14.
28 *decis.* 536. *num.*86. Ad quem effectum requirit præcisam , & concludentem justificationem; Rota *part.* 7. *decis.* 157. *num.* 3. *part.*12. *decis.* 341. *num.* 2. *part.* 14. *decis.* 15. *num.* 12.
29 *part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 379. *num.* 9. & 10. Et interim stat in suspenso , nec capi potest alia provisio , donec per necessarias probationes verificetur ; Rota *part.* 10. *decis.* 122. *num.*
30 21. *part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 379. *num.* 10. Hinc sit quod gratia conditionalis cessat , cessante , vel non purificata conditione; Rota *part.* 4. *tom.* 1. *decis.* 184. *sub num.* 1. *dec.*641. *num.* 2. *part.* 7. *decis.* 237. *num.* 5. *p.* 11. *decis.* 187. *num.*11. *part.* 14. *decis.* 88. *num.* 14. *part.* 15. *decis.* 147. *num.* 19. *part.* 16. *de-*
31 *cis.* 186. *num.*4. *part.* 18. *tom.* 2. *decis.* 416. *num.* 5. Purificata vero conditione perinde est , ac si ab initio simpliciter emanasset ; Rota *part.*13. *decis.* 62. *num.* 17.
32 Gratia alicui concessa , præterquam in certo casu , si ille casus evenerit , cessat. Rota *p.* 14. *decis.* 536. *num.* 124. Et
33 gratia concessa cum aliqua limitatione subsistit , donec venerit casus limitationis , & interim dicitur pura ; Rota *ibidem*
34 *num.* 18. Gratia concessa cum clausula : *dummodo tempore datæ præsentium non fuerit alteri jus quæsitum* , constito quod alter habeat legitimum Jus , resolvitur , ac si non fuisset
35 concessa ; Rota *p.* 9. *t.* 1. *decis.* 254. *num.* 9. Prout gratia Apostolica facta sine præjudicio alterius , habetur pro non facta , si ex ea aliquod præjudicium resultet ; Rota *p.* 4. *t.* 2. *decis.* 260. *num.* 13. & *seq. p.*18. *t.* 2. *decis.* 495. *num.* 10. Facta enim cum præservativa Juris alterius , vel sine derogatione , eidem tertio præjudicare non potest ; Rota *p.* 18.
tom. 1. *decis.*139. *num.* 22. Et in omni casu clausulæ & præ- 36
servativæ reddunt gratiam conditionalem , & præservant Jus alteri antecedenti provisione quæsitum ; Rota *p.* 19. *t.* 2. *decis.* 566. *num.* 21.
Per gratiam *Si neutri* acquiritur Beneficium , quan- 37
do neuter litigantium super illud Jus habet ; Barbosa *clausu-* 38
la 164. *num.* 2. cum aliis ibi citatis . Gratia *Si neutri* est conditionalis , dummodo scilicet per eventum litis apparuerit neutri jus competere ; Rota *part.* 4. *tit.* 1. *decis.* 220. *nu.* 6. 39
Gratia *Si neutri* ita pendet a futuro litis eventu , ut antequam operetur effectum suum , debeat expectari dictus eventus ; Barbosa *dict. clausula* 164 *num.*5. cum multis ibi citatis ; Rota *part.* 2. *decis.* 726. *num.* 3. Et interim nullum jus tribuit, non impleta conditione , seu non impleto tali eventu ; Rota *part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 223. *num.* 18. Gratia si *neutri* non ha- 40
bet locum , nisi quando Beneficium est litigiosum lite nondum extincta ; Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. Gloss.* 32. *n.* 4. Azor. *Institut. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 72. Barbosa *loc. cit. num.* 6. Imo Gratia si *neutri* requirit litem de tempore datæ 41
gratiæ ; Garzias *de benefic. part.* 6. *cap.*2. *num.* 212. & *seq.* Mantic. *decis.* 56. *num.* 1. Verall. *decis.*34. *num.* 1. & *sequent. part.* 2. & fuit resolutum *in Gerundensi Hebdomadariæ* 13. *Junii* 1602. *coram Patriarcha Pamphilio* impressa per Farinac. *decis.* 456. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Sicuti enim piscis nequit esse sine aqua , ita nec gratia si *neutri* sine lite , ut fuit dictum a Rota *in Salamantina Archidiaconatus* 16. *Junii* 1581. *coram* 42
Rubeo . Unde gratia *Si neutri* non conceditur pro lite movenda ; Barbosa *loc. cit. num.*8. Verall. *decis.* 34. *num.* 4. *part.*2. & fuit resolutum a Rota *in Verdun. Canonicatus* impressa per Nicol. Garziam *de Benefic. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 44. Gratia 43
Si neutri , ut suffragetur , debet , ultra litem , verificari duplex conditio , videlicet , quod Beneficium vacet , & quod neutri jus competat ; Barbosa *dict. clausula* 164. *num.* 4. cum multis ibi citatis ; Rota *part.* 2. *decis.* 726. *num.* 1. Quibus 44
probatis , scilicet vacatione Beneficii , lite inter Provisos , & non jure utriusque , habet executionem paratam ; Rota *part.* 12. *decis.* 208. *num.* 12. *part.* 17. *decis.* 298. *num.* 1.
Satis autem probatur lis , seu Beneficium esse litigiosum 45
ex commissione causæ appellationis , ex citatione cum inhibitione , & illius executione ; Rota *part.* 2. *decis.* 81. *num.*1. & *decis.* 455. *num.* 1. Non jus impetrantis probatur ex ipsius- 46
met impetrantis confessione , & ex non justificatione prioris gratiæ ; Rota *part.* 2. *decis.* 699. *num.* 2. & *decis.* 736. *nu.*6. *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 68. *num.* 3. Beneficii vacatio probatur 47
per mortem ultimi legitimi possessoris , & non factam adhuc de illo ullam legitimam canonicam provisionem . Unde , ad hoc ut sit valida Gratia *Si neutri* , debet fieri mentio illegitimæ , & non Canonicæ provisionis adversarii , seu ipsius intrusionis , & fructuum malæ perceptionis ; Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 3. *num.* 43. Barbosa *loc. cit. num.* 12. Rota *part.* 2. *decis.* 105. *sub num.* 1. In Gratia *Si neutri* attenditur 48
data , non autem expeditionis tempus ; Rota *part.*11. *decis.* 124. *num.* 52. Gratia si *neutri* debet præsentari infra novem 49
menses , & pro illius executione instari , alias remanet nulla ; Rota *part.* 18. *tom.* 1. *decis.* 273. *num.*11. Item debet in- 50
timari , quando agitur de privatione ; Rota *part.* 2. *dec.* 99. *num.* 4. Verum , ut dicatur intimata , sufficit eum , contra quem agitur , fuisse citatum ad dicendum contra gratiam; Ro- 51
ta *ibidem* . Gratia *Si neutri* non est subreptitia , ex eo, quod non sit facta mentio , quod collitigans sit provisus Apostolicus ; Gregor. *decis.* 150. *per totum* , ubi *num.* 3. dicitur quod hæc gratia ex Stylo Datariæ conceditur proviso Apostolico 52
etiam contra alium provisum Apostolicum , & *num.*6. quod non est præjudicialis , quia non habet locum , nisi data invaliditate gratiæ partis adversæ ; Barbos. *loc. cit. num.* 16. & 17.
Gratia in *forma dignum* non est conditionalis , quia illa 53
verba *quatenus idoneus reperiatur* , respiciunt qualitatem idoneitatis , quæ de jure inest , & potius sonat in monitionem , & instruunt Executorem , ut intelligat , qualis esse debeat ille , cui providet , & sic non reddunt gratiam conditionalem , quoad ejus substantiam , sed tantum respectu executionis , & provisionis faciendæ , quæ est dilata in tempus postquam idoneus repertus fuerit . Licet enim ista conditio impediat executionem gratiæ , donec constet de idoneitate impetrantis , tamen non impedit acquisitionem , si in rei veritate impetrans sit habilis , & sic ipsa suspensio est circa executionem , non circa acquisitionem juris , cum qualitas idoneitatis sit pura , & certa in rerum natura , licet a nobis ignora-

ta , antequam examinetur , & conditio de præterito , vel præsenti non suspendit ; *l. Cum ad præsens ff. Si certum petatur , leg. Institutio talis ff. de condition.* Sic Barbosa *clausula* 16. *num.* 1. Rota *part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 539. *num.* 1. *part.* 10. *decis.* 122. *num.* 19. *part.* 17. *decis.*116. *num.* 11. & 12. Et quod talis gratia non sit conditionalis quoad substantiam , sed suspensiva solum executionis , donec constiterit Provisum esse dignum , resolutum fuit a Rota *part.* 1. *decis.* 711. *num.* 2.
54 Clausula enim *in forma dignum* posita in gratia operatur , ut Beneficium habeatur pro collato , remanente solum suspensione circa executionem ratione examinis , & collationis ab Executore faciendæ ; Rota *part.*16. *decis.*141. *num.* 33. Hinc
55 ubi hujusmodi gratia *in forma dignum* sit justificata , tribuit non solum jus ad rem , sed etiam in re ; Rota *part.* 17. *decis.* 207. *num.* 46.
Sequuta morte Provisi *in forma dignum* , antequam dignus
56 repertus , seu declaratus fuerit , Beneficium non vacat per mortem illius , sed per mortem ultimi possessoris ; Barbos. *dict. clausul.* 56. *num.* 7. cum aliis ibi citatis ; Rota *part.* 5. *tom.* 2. *decis.* 549. *num.* 21. & *decis.* 569. *num.* 23. Gratia *in forma dignum* censetur facta a die ejus datæ , ita ut exclu-
57 dat gratiam alterius postmodum impetratam ; Rota *part.* 2. *decis.*523. *num.*3. Quando gratia est concessa *in forma dignum*, Executor sit mixtus ; Garzias *de Benefic. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 126. & 127. ubi citat varias decisiones Sac. Rotæ , Barbos. *loc. cit. num.* 8. ubi adducit etiam varias Sac. Rotæ decisio-
58 nes . Unde ab Executore cum ista clausula *in forma dignum* appellare licet , & possessio interim capta est attentata ; Sic sæpe fuit resolutum in Sacra Rota, & signanter *in una S. Agathæ Gothorum* , *in Zamorensi Beneficiorum* , & *in Nullius Sacristiæ* 26. *Octobr.* 1601. *coram Penna* , & *in Barchinonens. Parochialis* 10. *Decembris* 1601. *coram Card. Sacrato* , & *decis.* 701. *sub num.* 2. *part.* 1. *recent.* apud Barbos. *loc. cit. n.*9.
59 Hoc tamen est intelligendum , quando alius est in possessione, vel adest legitimus Contradictor ; tunc enim datur appellatio propter præjudicium possessoris ; Secus quando nullus est in possessione , nec adest legitimus contradictor ; Rota *part.* 4. *tom.* 2. *decis.* 333. *num.* 5. & *sequent.* Barbosa *loc. cit. num.*10. ubi adducit alias decisiones Sacræ Rotæ , & testatur de com-
60 muni . Provisus per Sedem Apostolicam *in forma dignum* de Canonicatu , cujus Ordinem requisitum jam habet , examinandus non est ab Ordinario super litteratura , seu idoneitate scientiæ ; ii vero qui Sacros Ordines nondum susceperunt , examinandi sunt , an illa habeant adjumenta doctrinæ , quæ ex præscripto Sacri Concilii Tridentini necessaria sunt illi Sacro Ordini , qui Canonicatui , quem consequi volunt , erit annexus ; Sic decisum fuisse a Sac. Congregat. Concilii referunt Garzias *de Benefic. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 234. Barbosa *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 13. *num.* 7. & 8. & *in Summa Apostolicar. decision. verb. Examen* , *Examinare num.*10. Fagnan. *lib.* 1. *Decret. in cap. Accepimus* 13. *de ætat. & qualitat. num.* 14. ubi dicit sic a Sacr. Congregat. Concil. fuisse responsum Card. Borromæo .

Novæ additiones ex aliena manu.

1 DE Gratia *derogatoria Jurispatronatus in totum* , de Gratia *pro præsentato cum derogatione medietatis vocum*, tum de Gratia *si neutri* , quæ concedi quotidie a Dataria solent , haud abs re videtur , pauca hic adnotare .
2 Ut locus esse queat *Gratiæ derogatoriæ jurispatronatus in totum* , ante vacationem Beneficii lis debet inter Patronos pendere , tum nemo ex ipsis debet existere in pacifica quasi possessione præsentandi .
3 Ad primum requisitum quod attinet , litis pendentia satis probatur ex præcedenti instantia facta coram Judice competenti , quod jus præsentandi ad Instantem pertineret cum pro-
4 ductione nonnullorum jurium , eaque instantia intimata aliis Patronis . Minimeque obstat si citati non comparuerint , quia ad hujus gratiæ validitatem non est necessaria litis contesta-
5 tio , sed sufficit eam fuisse introductam . Maxime si Summo
6 Pontifici expressa fuerit simplex hæc litis introductio . Pariter nec obstat si a litis introductione effluxerint triginta & amplius anni , quia instantia de jure Canonico est perpetua , & pro extincta non habetur , nisi vel supervenerit sententia illius extinctionem decernens , vel cum lapsu temporis concurrat malum jus Actoris . Confer de his omnibus *Rotam in Camplen. Capellaniæ* 28. *Novembris* 1746. *cor. clar. mem. Mellin.*
7 Cæterum si instantia non fuerit legitime intimata , vel repro-
ducta , deest requisitum pendentiæ litis ; *Rot. in Colonien. Parochialis de Vittembergh.* 16. *Januarii* 1747. *cor. bon. mem. Vi-* 8
cecom. Idem est si fuerit affectate introducta ; *Rot. in Januen. Jurispatronatus* 27. *Martii* 1748. & 14. *Junii ejusdem anni cor. Illustriss. Molin.* ubi quod lis re judicata sublata non est 9
subjectum gratiæ derogatoriæ jurispatronatus in totum, etiam obtenta commissione restitutionis in integrum si elapsis centum annis nihil actum sit .
Alterum requisitum est , quemadmodum supra innuimus , 10
ut nullus Patronus existat in pacifica quasi possessione præsentandi . Cæterum si sit Patronus , qui in pacifica quasi possessione præsentandi existat , cessat ratio reservationis reposita in incertitudine Personæ præsentare debentis , adeoque frustra impetratur gratia derogatoria jurispatronatus in totum , quum non intendat Summus Pontifex præjudicium illi irrogare ; *Rot. in dict. Colonien. Parochialis de Vittembergh.* 16. *Januarii* 1747. *cor. bon. mem. Vicecom.*
Intellige tamen si existat ex *persona propria* , non item *ex* 11
persona sui Auctoris ; *Rot. in dict. Camplen. Capellaniæ* 28. *Novembris* 1746. *coram clar. mem. Millin.* In jurepatronatus vero familiari suffragari & quasi possessionem præsentandi Auctoris ad impediendam dictam Gratiam , respondit idem sacrum Tribunal in *Compostellana Parochialis S. Thirsi* 8. *Martii* 1744. *coram bon. mem. Nunez* , & 12. *Februarii* 1745. *cor. bon. mem. Vicecomit.* Hæc de Gratia *derogatoria jurispatronatus in totum* .
Ad gratiam vero *pro præsentato cum derogatione medieta-* 12
tis vocum satis est fuisse præsentatum a Patronis existentibus in quasi possessione præsentandi pro medietate ad formam ultimi status . Quinimo potest obtineri hæc gratia ante hanc præsen- 13
tationem , sufficitque quod ea , intra quadrimestre superveniat , *Rot. in Papien. Beneficii* 4. *Maji* 1744. *Cor. Illustrissimo Thunn* , & 15. *Martii* 1748. *cor. Illustriss. Clement.* & *in Colonien. Vicariæ* 12. *Junii* 1750. *cor. R. P. D. Canilliac.*
In hac Gratia quasi possessio Auctoris prodest Successori, 14
qualecumque sit juspatronatus . Nec attenduntur exceptio- 15
nes , quamcumque indaginem admittentes ; *Rot. in dict. Camplen. Capellaniæ* 28. *Novembris* 1746. *cor. clar. mem. Millin.*
Validitati hujus gratiæ , non obstat sententia super institu- 16
tione alterius Præsentati lata jam ab Ordinario . Diversum tamen esset si Ordinarius gratificationem illi concessisset . De 17
cætero si gratificatio , & gratia præseferant datam ejusdem 18
diei , præsumptio est pro anterioritate gratiæ , nisi concludenter probetur , quod per aliquod spatium ejusdem diei Ordinarii sententia præcesserit , *Rot. in Colonien. Personatus* 22. *Novembris* 1743. *cor. bon. mem. Nunez* , & 25. *Januarii* 1745. *cor. Illustriss. Caprar. Alm. Urbis Gubernatore* , & 14. *Februarii* 1746. *cor. R. P. D. Canilliac* , & 13. *Martii* 1747. *cor. bon. mem. Vicecom.*
Nec obstat si reticeatur alterum Præsentatum a Patrono ha- 19
bente medietatem jurispatronatus esse filium ejusdem , dummodo is , qui dictam gratiam obtinuit sit Consanguineus, & agatur de jurepatronatus hæreditario ; *Rot. in dict. Colonien. Personatus* . Quod si Præsentatus a Patronis habentibus me- 20
dietatem jurispatronatus sit insuper unus ex Patronis , dicta gratia vitiatur ex ejus reticentia ; *Rot. in Tuden. Parochialis de Luvaderes* 9. *Maji* 1749. , & *in* confirmatoria 28. *Novembris ejusdem anni* 1749. *cor. Illustrissimo Molin.*
Restat , ut verba faciamus de gratia *Si neutri* . Ejus requi- 21
sita sunt non jus utriusque , & litis pendentia . Quoad vero illum , qui impetrat gratiam hanc , hoc ipso quod eam impe- 22
trat , fatetur nullum sibi jus competere , ut dixit *Rot. in Mindonien. Parochialium* 16. *Februarii* 1748. *cor. bon. mem. Lana.*
Lis per renunciationem sublata inefficax est ad sustinendam 23
dictam gratiam . Idque etiamsi affectate renovata sit . Quan- 24
do autem dici possit affectate renovata , vide apud *Rot. in* 25
Colonien. Parochialis 22. *Januarii* 1748. *cor. Illustriss. Clemente.* 26
An Gratia hæc impetrari queat a Tertio ? Affirmandum videtur secundum ea , quæ firmavit *Rot. in Cæsenaten. Vicariæ* 14. *Maji* 1727. *coram bon. mem. Gamaches* .
Quando & ex quibus clausulis dicta gratia impetrata dici 27
queat ad majorem cautelam adi *Rotam in Vercellen. Capellaniæ* 29. *Novembris* 1720. , & *in* confirmatoria 5. *Junii* 1722. *cor. bon. mem. Foscar.*

GUBERNATOR.

1 GUbernator non comprehenditur ſub nomine Magiſtratus Civitatis ; *Sac. Congr. Rit. in Alexandrina* 15. *Martii* 1603. *in* 4. *dubio*, teſte Sellio *in ſelect. Canon. cap.* 27. *nu.* 18. Barboſa *in ſumma Apoſtolicar. deciſion. verb. Gubernator num.* 1.

2 Gubernatori Provinciæ non debet textus Evangelii oſculandus porrigi ; *Sac. Congr. Rit. in Cuſentina* 17. *Julii* 1614. *& in Tropien.* 3. *Junii* 1617. ubi quod nec etiam debet in proceſſionibus ſimul cum Epiſcopo incedere, quas refert Sellius *dict. cap.* 27. *num.* 30.

3 Gubernator Civitatis Lauretanæ præcedit juxta conſuetudinem Vicario Generali ; *Sacr. Congregrat. Rit. in Lauretana* 9. *Maji* 1609. quam citat Sellius *dict. cap.* 27. *num.* 31.

4 Gubernator, & Magiſtratus recuſantes contra ſolitum accedere ad Eccleſiam Cathedralem, debitis remediis cogendi ſunt, ut accedant ; *Sac. Congr. Rit. in Fanen.* 1. *Septemb.* 1607. penes Antonin. Dianam *moral. reſol. part.* 5. *in fine, in collect. declaratio. num.* 49. Lezanam *in Sum. q. q. Regul. tom.* 3. *verb. Eccleſia num.* 18.

5 Gubernator Civitatis non debet habere Sedem, ſeu locum in Choro, nec ſupra, nec inter Canonicos, ſed omnino extra Chorum in loco decenti ; *Sacr. Congr. Rit. in Signina* 4. *Junii* 1615. referente Sellio *dict. cap.* 27. *num.* 32.

6 Gubernator Civitatis debet habere Sedem pro audienda concione apud Epiſcopum, quæ tamen non ſit major, nec pulchrior Sede ipſius Epiſcopi, & neutra ſit coloris rubri ; *Sacr. Congr. Rit. in Peruſina* 3. *Octobris* 1615. cujus meminit Ald. *in comped. Canon. reſol. lib.* 1. *tit.* 16. *num.* 59.

7 Gubernatori Prælato ſolita Sedes cum ſtrato in Eccleſia paranda eſt ; *Sacr. Congr. Rit. in Fulginaten.* 30. *Januar.* 1610. apud Aldan. *dict. tit.* 16. *num.* 71.

8 Gubernator Civitatis, quæ eſt caput Provinciæ, thurificandus eſt, & pacem habere debet ante Vicarium Epiſcopi; etiam abſente Epiſcopo ; in aliis vero minoribus Civitatibus poſt Epiſcopum thurificari, & pacem habere debet, ſed abſente Epiſcopo ei præfertur Vicarius ; *Sacr. Congreg. Epiſcop. & Regular. Jub die* 30. *Junii* 1592. quam adducit Aldan. *dict. tit.* 16. *num.* 62.

9 Gubernator ſtatus, ubi viget conſuetudo, thurificandus eſt ante Baronès, & Curatos Eccleſiarum ; *Sacr. Congr. Rit. in Gotian. in Sardinia* 5. *Julii* 1613. teſte Aldan. *dict. tit.* 16. *num.* 63.

10 Gubernator Protonotarius cum habitu prælatitio, ideſt rochetto, & mantelletta Divinis aſſiſtens, thurificandus eſt ante Canonicos immediate poſt Epiſcopum ; *Sacr. Congr. Rit. in Faventina* 5. *Jul.* 1603. atteſtante Aldan. *dict. tit.* 16. *n.* 64.

11 Gubernator digniſſimus, & perpetuus thurificandus eſt immediate poſt Epiſcopum, & ante Canonicos etiam paratos ; *Sacr. Congr. Rit. in Alexandrina* 15. *Martii* 1608. *in reſput. ad* 4. *dub.* penès Sell. *dict. cap.* 27. *num.* 34. & Barboſ. *Summa Apoſtolic. deciſ. verb. Gubernator num.* 11.

12 Gubernator Civitatis etiam non Prælatus, thurificandus eſt immediate poſt Canonicos aſſiſtentes ante alios Canonicos ; abſente vero Epiſcopo immediate poſt Vicarium Generalem ; *Sacr. Congr. Rit. in Faventina* 9. *Maji* 1606. *& in Fanen.* 1. *Septembris* 1607. apud Sellium *dict. cap.* 27. *n.* 35. etiamſi Gubernator ſit uxoratus ; *Ead. Sacr. Congr. in Faventina* 17. *Novembr.* 1607. cujus meminit idem Sellius *dict.*

13 *cap.* 27. *num.* 36.

Gubernatores Civitatum Sedis Apoſtol. quando ſunt Referendarii, & Prælati, & utuntur rochetto, poſt Epiſcopum, & aſſiſtentes, ante Canonicos juxta conſuetudinem thurificandi ſunt ; *Sacr. Congr. Rit. in Cæſenaten.* 7. *Decembr.* 1601.

14 quam refert Aldan. *dict. tit.* 16. *num.* 65.

Gubernator thurificari debet poſt Dignitates, & Canonicos tam Eccleſiæ Cathedralis, quam Collegiatæ ; *Sac. Congr. Rit. in Camplen.* 28. *Januar.* 1612. quam citat Aldan. *dict.*

15 *tit.* 16. *num.* 66.

Gubernator Civitatis thurificandus eſt duplici, non triplici ductu thuribuli ; *Sacr. Congr. Rit. in Civitatis Ducalis* 11. *Novembris* 1614. apud Sellium *dict. cap.* 2. *num.* 38.

16 Gubernatores Capitulares electi a Capitulo, Sede vacante, non debent præcedere Decano, & Canonicis aliis ipſis dignioribus ; *Sacr. Congr. Rit. in Elboren.* 25. *Januar.* 1603. de qua Sellius *dict. cap.* 27. *num.* 39. Licet ad ipſos tantum, & non ad Decanum, & alios Canonicos non electos pertineat decidere, & votare in iis, quæ pertinent ad curam ei commiſſam ; *Ead. Sacr. Congr. in dict. Elboren.* 5. *Julii* 1603. penes Sellium *dict. cap.* 27. *num.* 30.

Gubernator Judex, & alii Miniſtri non poſſunt prohibere 17
Executoribus Curiæ Laicæ, quo minus exequantur monitoria, & mandata Curiæ Eccleſ. etiam nulla ab eis petita licentia, ſeu aſſenſu ; *Sacr. Congr. Immun. in Macerat.* 2. *Septembris* 1664. *lib. Decret. Rocci pag.* 578. *in Vercell.* 30. *Junii* 1632. *lib.* 2. *Decret. Paul. part.* 131.

Gubernator debet permittere Epiſcopo liberum uſum 18
Birruariorum, & carcerum Laicalium ; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Civitatis Caſtellanæ* 19. *Julii* 1679. *lib.* 2. *Decret. Altoviti pag.* 1800.

Quare Gubernator carcerans Balivum Curiæ Laicæ, eo 19
quod ei præſentaſſet præceptum Curiæ Epiſcopalis, excommunicatur ; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Sutrina* 13. *Januarii* 1703. *lib.* 3. *Decret. Vallemani pag.* 468.

Gubernator denegans claves carcerum communium Curiæ 20
Eccleſiaſticę graviter reprehenditur ; *Eadem Sacr. Congr. Immun. in Civit. Caſtellanæ* 28. *Februarii* 1662. *lib. Decret. Rocci pag.* 386.

Gubernator pariter reprehenditur graviter, & acriter pro 21
carceratione Birruarii Curiæ Epiſcopalis, & ipſi injungitur, ut ſine mora eum relaxet cum refectione damnorum ; *Eadem Sacr. Congr. Immun. in Camerinen.* 9. *Martii* 1649. *lib.* 4. *Decret. pag.* 73.

Gubernator non poteſt cogere Colonos bonorum Patrimo- 22
nialium Epiſcopi ad mittendum eorum animalia pro ſervitio, & reaptatione viarum, niſi habeat a Sancta Sede facultatem ſpecialem ; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Macerat.* 15. *Decembris* 1654. *lib.* 5. *deciſ. Paul. pag.* 60.

Nec poteſt prohibere Notariis, & Officialibus Curiæ Epi- 23
ſcopalis, quin exercere poſſint Officia publica Communitatis ; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Firmana* 8. *April.* 1631. *lib.* 2. *Decret. Paul. pag.* 74.

Gubernator declaret per ſuum Edictum circa damna data 24
non eſſe cogendos Eccleſiaſticos ad dandas querelas pro damnis datis in bonis Eccleſiaſticis in Curia Gubernatoris ; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Maſſana* 2. *Junii* 1693. *lib.* 1. *Decret. Vallem. pag.* 50.

Non poteſt, nec debet Epiſcopus permittere Clericum 25
incedentem in habitu, & Tonſura gerere vices Gubernatoris Laici abſentis ; *Ead. Sac. Congr. Immun. in Civitatis Plebis* 25. *Januarii* 1650. *lib.* 4. *Decret. Paul. pag.* 97.

Gubernator contra eum, qui in fraudem reaſſumpſit habi- 26
tum Clericalem, poteſt proſequi cauſam quoad bona, non autem quoad perſonam ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Reatina* 10. *Septembris* 1629. *lib.* 2. *decret. Paul. part.* 6. *in Nullius S. Laurentii in Campo* 17. *Decembris* 1630. *lib.* 2. *decret. Paul. pag.* 68.

Injungitur Gubernatori, ut faciat ſuos Birruarios excom- 27
municatos parere, alias illos removeat ; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Maceraten.* 16. *Junii* 1651. *lib.* 4. *decret. Paul. pag.* 163.

Facto verbo cum Sanctiſſimo, injungitur Gubernatori, ut 28
non impediat, quatenus Epiſcopus procedat ad pœnas ſpirituales contra Birruarium, qui Clericum offendit, etiamſi Gubernator prævenerit in captura ; *Eadem Sacr. Congr. Immun. in Macerat.* 20. *Junii* 1656. *lib.* 5. *decret. Paul. pag.* 100.

Gubernator non habet poteſtatem viſitandi molendina 29
Eccleſiaſticorum, nec moleſtandi Molitores affictuarios eorumdem ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Verulana* 2. *Octobris* 1691. *lib. decret. Grim. pag.* 18. Nec viſitandi Furnos Eccleſiaſticorum ; Vide verb. *Furnus num.* 15. 30 31

Gubernator tenetur declarare in ſuo Edicto, quo prohibetur indiſtincte, ne quis poſſit emere, & vendere frumenta abſque ejus licentia, non comprehendi Eccleſiaſticos ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Guardien.* 6. *Auguſti* 1695. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 207.

Nec poteſt impedire, ſeu punire Larvatos die feſto de li- 32
centia Epiſcopi ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Civitatis Caſtellanæ* 6. *Februar.* 1694. *dict. lib. pag.* 102.

Gubernatori, quamvis ſit Clericus conjugatus, datur fa- 33
cultas procedendi contra Perſonas Eccleſiaſticas, & quomocumque exemptas, nec non examinandi ; eaſque in caſu renitentiæ cogendi cum ſolita præſervatione ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Peruſina* 2. *Junii* 1703. *lib.* 3. *decret. Vallem. pag.* 492.

Item quamvis non ſit Clericus datur facultas procedendi 34
con-

contra Clericum ; *Eadem Sacr. Congreg. Immunit. in America* 24. *Martii* 1688. *lib. decret. Martelli pag.* 257.

Juſſu Sanctiſſimi aliquando Epiſcopus conſignat Guberna- 35
tori corpus delicti ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Aquipendii* 11. *Decembris* 1694. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 160. *& alibi*.

Injungitur Gubernatori, qui mandaverat carcerari reum 36
in loco immuni, ut ipſe una cum aliis Miniſtris ſuæ Curiæ omnino adeant Epiſcopum pro abſolutione a Cenſuris incurſis, & ſimul injungitur Epiſcopo, ut benigne illos recipiat, & dictum Gubernatorem, & Magiſtratum abſolvat privatim, alios vero officiales inferiores publice in forma Eccleſiæ conſueta ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Narnien.* 4. *Auguſti* 1627. *lib.* 1. *decret. Paul. fol.* 59.

In caſu occaſionis mulieris cum fœtu Sanctiſſimus tribuit 37
Gubernatori facultatem procedendi, & injungit Curiæ Archiepiſcopali Firmi, ut conſignet carceratum eidem Gubernatori ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Aſculana, ſeu Firmana* 15. *Maji* 1694. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 121.

Ad tuendam publicam quietem a Bannitis, & Facinoroſis 38
datur Gubernatori Aſculi facultas procedendi contra Perſonas Eccleſiaſticas, tam ſæculares, quam Regulares, & quovis alio titulo privilegiatas, eaſque examinandi, & cogendi abſque incurſu Irregularitatis ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Aſculana* 20. *Octobris* 1694. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 152. Etiam extra Juriſdictionem ; *Eadem Sacr. Congreg. Immun. in ead.* 1. *Martii* 1695. *dict. lib. pag.* 175.

Recenſentur aliqui Gubernatores Excommunicati.

1 Datur Epiſcopo Narnien. facultas abſolvendi privatim Gubernatorem, ejuſque Cancellarium ob carcerationem cujuſdam Rei habilitati a Curia Epiſcopali ad habendam Civitatem loco Carceris ; impoſitis pœnitentiis ſalutaribus, ac de conſenſu Partis ; & quatenus hæc ſit abſens a dict. Civitate, recipiat idoneam cautionem de reficiendis damnis juxta ſummam liquidandam ; *Eadem Sacr. Cong. Immunit. in Narnien.* 7. *Novembr.* 1693. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 85.

2 In honorem Feſti Paſchalis abſolvitur cum reincidentia Gubernator, & Miniſtri Curiæ Laicalis, eo quia proceſſerunt in quadam cauſa Clerici conjugati, & carcerarunt ſucceſſive ejus conſanguineos ob recurſus ab ipſo factos ad Curiam Epiſcopalem, dummodo non exiſtant in aliqua actuali læſione Immunitatis Eccleſ. & ſe obligent de parendo mandatis Papæ ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Polycaſtren.* 30. *Martii* 1694. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 114.

3 Epiſcopus abſolvat cum reincidentia Gubernatorem Civitatis N. qui violenter poſuit ut dicitur *in Banco* in Eccleſia, quatenus judicet dignum tali gratia, & pro ſua prudentia id expediens judicaverit ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Iſernien.* 30. *Octobris dict. anni, & lib. pap.* 154.

4 Gubernator, & Satellites, qui carcerarunt Balivum Curiæ Epiſcopalis, abſolvuntur in forma privata, & abolitis prius actis factis per Curiam Laicalem, & refectis damnis ob dict. carcerationem ipſi illatis ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Imolen.* 10. *Januar.* 1690. *lib. decret. Mart. pag.* 561. Item

5 abſolvuntur Gubernator, & complices ob recognitionem corporis delicti factam in Eccleſia abſque facultate Apoſtolica ; *Ead. Sacr. Congr. Immunit. in Nullius S. Marci* 21. *Novembr.* 1693. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 87. Item Gubernator, qui propria auctoritate extrahi fecerat ab Eccleſia cadaver ad effectum recognoſcendi corpus delicti ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Portuen. eadem die pag.* 87.

7 Item Gubernator Atini, Miniſtri, & Executores Curiæ
8 Laicalis ob carcerationem, & læſionem Clericorum ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Atini* 17. *April.* 1694. *dict. lib. pag.* 119. Inſuper ob carcerationem Curſoris Curiæ Epi-
9 ſcopalis ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. Ibidem*. Præterea ſuſtinentur cenſuræ contra dictum Gubernatorem, eo quod
10 vulneraverit Curſorem dict. Curiæ ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. Ibidem*. Rurſum idem Gubernator abſolvitur impoſitis gravibus pœnitentiis ſalutaribus, quia carceraverat duos Clericos Salvaticos ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in ead.* 9. *Julii* 1695. *dict. lib. pag.* 200.

11 Contra Gubernatorem Minerbinen. Epiſcopus procedat ad aggravationem Cenſurarum ſuper earum contemptu, & procedat etiam juridice ſuper Edicto læſivo libertatis Eccleſiaſticæ, ex eo quia prohibebat ſæcularibus emere, & recipere panem Franchitiarum Eccleſiaſticis debitarum ; *Eadem Sacr. Congreg. Immunit. in Minerbinen.* 6. *Novembr.* 1694. *lib.* 1. *decret. Vallem. pag.* 155.

Et injungitur Nuncio Apoſtolico, ut inſtet apud dict. 12
Proregem, ut condigne puniat Gubernatorem pro publicatione præfati Edicti ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. ibid.* Rurſum contra præfatum Gubernatorem denuo proceditur ad ag- 13
gravatorias ob ſpretum Cenſurarum ; *Eadem Sacr. Congreg. Immunit. in ead.* 8. *Decembr. dict. anni, & lib. pag.* 160.

Prævia conſignatione carceratorum in manibus Curiæ Ec- 14
cleſiaſticæ, præſtita cautione de in omnibus parendo mandatis Eccleſiæ, datur facultas abſolvendi dict. Gubernatorem cum reincidentia poſt menſem, quatenus ſe geſſerit cum debito reſpectu erga Cenſuras, ſaltem ab initio Quadrageſimæ ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in ead.* 26. *Martii* 1695. *dict. lib. pag.* 179.

Denuo injungitur Epiſcopo, ut procedat prout de jure con- 15
tra Gubernatorem dict. Civitatis, & alios pro Edictis læſivis Eccleſiaſticæ libertatis, & ut ſupra *numer.* 12. pro extractione a loco immuni, & in reliquis ad ulteriora procedat ſuper ſpretu Cenſurarum ; *Eadem Sacr. Congr. in ead.* 19. *Aprilis dict. anni, & lib. pag.* 183.

Inſuper quia carceraverat duos Clericos ſalvaticos, datur 16
facultas eumdem abſolvendi conſtito de reintegratione Eccleſiæ, & prævia obligatione de non incurrendo amplius in ſimilia, & impoſitis gravibus pœnitentiis ſalutaribus ; *Eadem Sacr. Cong. Immunit. in ead. dict. anni, & lib. pag.* 200.

Gubernatorem Carinolen. ejuſque Miniſtros prævio depo- 17
ſito penes perſonam Eccleſ. ſummæ exactæ a Cuſtode animalium Clerici carcerati, eo quia Clericus non obedierat Edicto edito circa animalia, Epiſcopus abſolvat cum reincidentia, quatenus humiliter petat ; *Eadem Sacr. Congreg. Immunit. in Carinolen.* 19. *Julii* 1695. *lib.* 1. *decret. Vallem. p.* 203.

Inſuper contra eumdem procedat ſuper ſpretum Cenſurarum ; 18
Ead. Sacr. Congreg. Immunit. in ead. 6. *Auguſt. dict. anni, & lib. pag.* 207.

Conſtito de reparatione Eccleſiæ violatæ ob extractionem 19
confugiti in eadem, arbitrio Epiſcopi abſolvitur private Gubernator, alii vero in forma conſueta, prævio tamen conſenſu omnium intereſſe habentium, qui ſunt in Diœceſi, & previa cautione de reficiendis damnis, & parendo mandatis Eccleſiæ ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Theanen.* 4. *Junii* 1695. *dict. lib. pag.* 193.

Sic Gubernator Avellinen. abſolvitur private, ejus autem 20
Miniſter publice ob carcerationem Clerici ; *Eadem Sac. Cong. Immunit. in Avellinen.* 8. *Maji* 1694. *dict. lib. pag.* 21.

Gubernator Verulanus, ſeu ejus Curia excommunicatur, 21
quia viſitavit Molendina Eccleſiaſticorum, & carceravit Molitores affictuarios eorumdem ; *Eadem Sacr. Congr. Immunit. in Verulana* 2. *Octobr.* 1691. *lib. deciſ. Grim. pag.* 18. *in Vigilien.* 12. *Novemb.* 1704. *lib.* 3. *decret. Vall. pag.* 627.

Gubernator Caſtri Turris abſolvitur, dummodo revocet 22
præceptum factum Officialibus Confraternitatis de non egrediendo a d. loco, niſi ſoluta dote quibuſdam mulieribus debita ab ipſa Confraternitate, & revocet omnia acta læſiva libertatis Eccleſiaſticæ ; *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Alatrina* 13. *Decemb.* 1692. *lib.* 1. *Decret. Vallem. p.* 10.

Proceditur contra Gubernatorem retinentem fructus cujuſ- 23
dam Beneficii ; *Ead. Sac. Congregat. Immun. in Aquilana* 1. *Januar.* 1695. *dict. lib. p.* 165.

Attenta reintegratione Eccleſiæ, & prævio conſenſu Par- 24
tis, ac juramento de non incurrendo amplius in ſimilia, abſolvitur Gubernator cum ſuis Miniſtris ob carcerationem Clerici, & ſequeſtrationem rerum ejuſdem ; *Eadem Sacr. Congregat. Immunit. in Materanen.* 12. *Novemb.* 1695. *lib.* 1. *decret. Vall. pag.* 227.

Item conſtito de reintegratione, & cum ſupradictis con- 25
ditionibus abſolvitur Gubernator private, ſed ſervata forma, alii vero in forma conſueta, qui carceraverant Cuſtodes animalium Clerici ; *Eadem Sac. Congregat. Immunit. in Carinolen.* 17. *Decemb. dict. anni, & lib. p.* 235.

Gubernator, ejuſque Miniſtri abſoluntur cum reinciden- 26
tia, prævia cautione de parendo mandatis Eccleſiæ, & quatenus humiliter, & perſonaliter petant ; *Eadem Sac. Congregat. Immunit. in S. Severinæ* 17. *Decembris dict. anni, & lib. pag.* 236.

Attenta abolitione actorum, & prævia obligatione de ab- 27
ſtinen-

ſtinendo a ſimilibus abſolvitur Gubernator, qui proceſſum formaverat Sacerdoti; *Eadem Sacr. Congregat. Immunit. in Aſculana* 31. *Auguſti* 1700. *lib.*2. *decret. Vallem. p.*311.

28 Præmiſſis conſuetis conditionibus, & facta obligatione de ſervando in poſterum debitum reſpectum Immunitati, & Juriſdictioni Eccleſiaſticæ, abſolvitur Gubernator cum ſuis Miniſtris ob carcerationem Clerici; *Eadem Sacr. Congregatio. Immunit. in Nepeſina* 18. *Septembris dict. anni, & lib. pag.*314.

29 Gubernator Froſinonis abſolvi poteſt a Confeſſario, ejus autem Miniſtri abſolvantur ab Epiſcopo privative ob carcerationem detentorum in carceribus Laicis vigore mandati Curiæ Epiſcopalis; *Eadem Sacr. Congregat. Immunit. in Verulana* 3. *Auguſti* 1694. *lib.*1. *decret. Valleman. p.*138.

30 Locumtenens Froſinonis, eo quod teſtem examinatum in Curia Eccleſiaſtica ſuper loci Immunitate carceraverat, jubetur accedere ad Urbem; *Eadem Sacr. Congregat. Immunit. in Verulana* 14. *Januarii* 1698. *lib.* 2. *decret. Vallem. pag.* 133.

31 Locumtenens poſitis ſolitis conditionibus abſolvitur in forma Eccleſiæ conſueta ob perquiſitiones in Eccleſia factas; *Eadem Sac. Cong. Immunit. in Hydruntina* 9. *Februarii* 1694. *lib.*1. *dec. Valleman. pag.*105.

32 Impoſita alicui eleemoſyna arbitrio Epiſcopi abſolvitur Locumtenens Oppidi N., qui extraxerat ab Eccleſia homicidam preciſe ad vitandum tumultum Populi acriter concitatum; *Eadem Sacr. Congregat. Immunit. in Aquen.* 28. *Septemb.*1694. *lib.*1. *dec. Vallem. pag.*148.

33 Gubernator Placentiæ in Hiſpania aliorum auxilio Confugam violenter ab Eccleſia extraxit, ac per Civitatem publice fuſtigatum in Eccleſiam repoſuit; Conſtito autem, quod idem Gubernator, & alii abſtinuerint ab exercitio quorumcumque munerum, & ſe geſſerint in omnibus tamquam Cenſuratos per menſem; & prævia ſatisfactione partis, & quatenus Oratores humiliter petant, datur Epiſcopo facultas abſolvendi Gubernatorem in Sacello Epiſcopali in forma Eccleſiæ, alios vero in Eccleſia, ſervata forma pariter, ſoluta prius tamen per Gubernatorem eleemoſyna in ſumma duplarum 100., & per alios omnes in ſumma duplarum viginti quinque, eroganda in aliquo patenti opere in reparationem injuriæ Eccleſiæ illatæ arbitrio Epiſcopi; *Eadem Sacr. Congregat. Immunit. in Placentina Hiſp.*18. *Auguſti* 1699. *lib.*2. *decret. Vallem. p.*240.

34 Gubernator, Magiſtratus, & alii Cenſurati ob violentias Eccleſiæ illatas in violenta collocatione ſcamni, prævia remotione ejuſdem ſcamni, abſolvuntur arbitrio Epiſcopi etiam in forma privata, ſi humiliter petant; *Eadem Sac. Congr. Immunit. in Iſernien.* 1. *Martii* 1695. *lib.* 1. *decret Vallem. pag.* 174.

35 Gubernatori Urbis nulla competit juriſdictio in Civilibus contra Clericos, & Loca Pia; Benedict. XIV. tom.1. Conſtitut. 115. incip. *Romanæ Curiæ* §.23. Exceptis cauſis mer-
36 cedis, & ſummæ infra ſcuta 25. etiamſi adſit obligatio Cameralis; Idem *ibidem* §.24.

37 Gubernatore Civitatis, aut Loci Ditionis Eccleſiaſticæ decedente, non licet Magiſtratibus, ſive Conſiliis, ſubrogare Pro-Gubernatorem; Idem Conſtitut.127. incip. *popu-*
38 *pulorum* §. 7. Non obſtante quacumque conſuetudine, aut
39 quaſi poſſeſſione; Niſi doceant de expreſſo privilegio a Sede Apoſtolica ſibi conceſſo; Idem *ibid.* §.7. & 8.

40 Gubernatoribus Prælatis Civitatum Ditionis Eccleſiaſticæ decedentibus, ſubrogantur ipſo facto eorum Locumtenentes cum facultatibus, & emolumentis; Idem *ibidem* §.1.
41 Gubernatoribus non Prælatis ſubſtituuntur ſimiliter Procuratores Fiſcales; Idem *ibidem* §. 2. & 3. Gubernatoribus a
42 Præfectis, ſive aliis Gubernatoribus dependentibus ſubrogari jubetur aliquis Pro-Gubernator; Idem *ibidem* §. 4. In Le-
43 gationibus Romandiolæ, & Ferrariæ hujuſmodi ſubrogatio pertinet ad Cardinales Legatos, ſive Præſides Provincia-
44 rum. In Legationibus autem Bononiæ, & Urbini ſpectat ad eos, ad quos pertinet deputatio Gubernatorum; Idem *ibidem* §.5., & 6.

45 Gubernatoris Urbis Tribunal certo Judicum, & Notariorum numero conſtare debet, quibus omnibus certa emolumenta aſſignantur a Benedicto XIV. tom. 2. Con-
46 ſtitut. 44. incip. *Rerum humanarum*. Iiſdem certa ſumma annua attribuitur pro expenſis commiſſionum, ex qua ſi quid reliquum fuerit in fine anni, inter omnes æqualiter dividendum erit; Idem *ibid.* Gubernatori Urbis prohibetur ul-
lum Judicem, Notarium, aut ſubſtitutum admittere ſupra 47
numerum a Pontifice ſtatutum, Idem *ibid.* Gubernator Urbis
cibaria taxare debet pro Judicibus, & Commiſſariis ad com- 48
miſſiones prodeuntibus, & idem annua ſcuta centum loco
præmii partiri poteſt inter eos, qui digniores ſe præſtiterint; Idem *ibid.* Gubernatori Urbis S. R. E. Vice-Camerario 49
conceſſum eſt Rocchetum per Urbem deferre, & lemniſcos
nigros equorum capiti appenſos habere, Idem *In Appendice num.*5. *pag.*30.

Gubernatorum per Ditionem Eccleſiaſticam conſtitutorum 50
controverſiæ Cæremoniales cum Epiſcopis definiuntur, &
aſſignantur certæ Cæremoniales Leges, quas erga Epiſcopos
ſervare jubentur, Idem tom.1. Conſtitut. 18. inclp. *Quod Apoſtolus, & tom.*2. *in Appendice num.* 2. *pag.*11., *& ſequent.* ubi ad longum adducuntur, & ibi brevitatis gratia videndæ relinquuntur.

GUIDAGIUM, SEU PEDAGIUM.

Vid. verb. *Gabella numer.*9.

GULA.

GULA eſt inordinatus, ſeu immoderatus appetitus, uſuſque cibi, ac potus; *Eſt in re communis*. Quinque ſunt 1
ſpecies, ſeu modi, quibus peccatum Gulæ ſolet committi; 2
Sic S. Gregorius *lib.*3. *moral. cap.* 17., ibi: *Quinque modis Gulæ vitium tentat, aliquando namque indigentiæ tempora prævenit, aliquando lautiores cibos quærit, aliquando quæ ſumenda ſunt, accuratius præparari appetit, aliquando in ipſa quantitate ſumendi menſuram neceſſitatis excedit, aliquando in ipſo æſtu immenſi deſiderii peccat.* S. Gregorium ſequitur D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 148. *art.*4., *& communis aliorum*, & prædicti quinque modi comprehenduntur in hoc verſu a S. Thom. *loc. cit.* adducto.

Præpropere, laute, nimis, ardenter, ſtudioſe. 3

Præpropere quis dicitur peccare peccato Gulæ, quando tempora indigentiæ prævenit. Unde ſi in die jejunii notabiliter præveniat tempus ordinarium refectionis ſine neceſſitate, peccat mortaliter, ſi autem aliis diebus, vel nimis mane, vel ante orationem, vel ſæpius quam deceat, comedat, & bibat, peccat ſolum venialiter. Hic juvat adducere duos ſequentes veteres verſus.

Qui ſemel eſt, Deus eſt; homo qui bis; beſtia qui ter.

Qui quater Doemon, qui quinquies eſt ſua mater.

Laute quis dicitur peccare peccato Gulæ, quando nimia 4
ſollicitudine quærit cibos pretioſos, delicatos, aut particulares, & ſimiliter pretioſiora, & delicatiora vina ex ſola Gulæ aviditate. Si autem propter infirmi conſolationem, Principis, amicorum, ſeu conjunctorum adventum, convivii occurrentiam, vel ordinariam ſeſe lautius certis diebus recreandi conſuetudinem, quærantur cibi pretioſiores, delicatiores, & rariores, nullum ordinarie committitur peccatum. Unde S. Auguſtinus *lib.*3. *de Doctrina Chriſtiana c.* 12. ſic ad rem dicit: *In omnibus talibus, non uſus rerum, ſed libido utentis in culpa eſt. Fieri enim poteſt, ut ſine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretioſiſſimo cibo ſaptens utatur; inſipiens autem foediſſima Gulæ flamma in viliſſimum ardeſcat*; Idem ait S. Gregorius *lib.*30. *moral. cap.*14. *Neque enim cibus*, inquit, *ſed appetitus in vitio eſt, unde, & lautiores cibos plerumque ſine culpa ſumimus, & abjectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus.*

Nimis quis dicitur peccare peccato Gulæ, quando ni- 5
miam, & immoderatam cibi, & potus quantitatem abſorbet; quia tamen difficile eſt limites debitæ comeſtionis, & potationis non excedere, cum venter ſit exactor inquietus, niſi temperantiæ frenum ei injiciatur; (Unde S. Gregorius *lib.*3. *moral. cap.*14. dicit: *Quia per eſum voluptas neceſſitati miſcetur, quid neceſſitas petat, & quid voluptas ſuppetat, ignoratur*:) Ideo debet unuſquiſque complexionem ſuam conſulere, & inde ſibi regulas præſcribere, ſemper in mente retinens id, quod dicit Card. Bona *in Manud. ad Coelum cap.* 4. §. 1. ſcilicet quod *pauci ſunt infirmi, quos Gula ad ægritudinem non adegerit*; & *ibidem* §. 1. *in fine*, quod *Gula multo plures occidit, quam Gladius*. Unde recte poeta, prout refert Urſaya *in Miſcellaneo ſacro, & profano verb. Gula,*

Gulæ pone metas, ut ſit tibi longior ætas.

Ardenter quis dicitur peccare peccato Gulæ, quando ci- 6
bum,

ſum, & potum nimis avide ſumit, quod contingere poteſt etiam in cibis, & potionibus vilioribus, ut patet experientia in Eſau, qui nimis avidus lenticulæ fratris ſui Jacob pro ea primogenita ſua ſtulte commutavit; Unde S. Auguſtinus *lib.*10. *Confeſſ. cap.* 31. ait: *Non ego immunditiam obſonii timeo, ſed immunditiam cupiditatis . . . Scio Eſau lenticulæ conſpiſcentia deceptum.*

7 *Studioſe* quis dicitur peccare peccato Gulæ, quando nimis accuratam, & exquiſitam in ciborum condimentis præparationem exquirit. Unde Ugo *de diſciplina cap. ultim.* dicit: *Quidam ſunt, qui præparandis cibis nimium ſtudium adhibent, infinita decoctionum genera excogitantes, modo mollia, modo dura, modo calida, moda cocta, modo aſſa deſiderant, & tanta ſollicitudine præparantur, ut devoratis jam quatuor, aut quinque ferculis, prima non impediant noviſſima, ſemper novos ſapores deſiderant inſtar fœminarum prægnantium . . . . Ad irritandam autem Gulam hæc fiunt, non ad ſuſtentandam naturam, ad aviditatem explendam, non ad neceſſitatem ſupplendam.*

8 Gula, comeſſatio, potatio ordinarie per ſe eſt ſolum peccatum veniale, quia nimirum exceſſus non enormis in re alias indifferenti, vel licita, non niſi venialis culpa eſt; Sic S. Auguſtinus *ſerm.*4. *in die Animarum tom.*10. ubi ait: *Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit, quam neceſſe ſit, ad minuta peccata pertinere noveris*; & S. Thomas 2.2. *quæſt.* 148. *art.*2. ſic dicit: *Si vero in vitio Gulæ intelligatur inordinatio concupiſcentiæ tantum ſecundum ea, quæ ſunt ad finem, utpote quia nimis concupiſcit delectationes ciborum . . . . eſt peccatum veniale.* Per accidens tamen poteſt eva-
9 dere peccatum mortale multipliciter. (a) I. Ratione enormis exceſſus, & deformitatis contra virtutem temperantiæ, qua homo ſtatum naturæ rationalis enormiter, & horrende deturpat, maxime qui ſcienter, & ordinarie ſe inſarcit, & ingurgitat uſque ad vomitum, & qui ex propoſito commeſſat, & potat in exceſſu, ut vomat; talis enim Gula, commeſſatio, & potatio *ad Roman.* 13. *Galat.*5. 1. *Petr.*4., *& in Epiſtola Judæ num.*12. inter peccata mortalia enumeratur. II. Ratione ſcandali, dicit enim Apoſtolus 1. *ad Corinth.*8. *Si eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.* III. Ratione gravis nocumenti corporis, ut qui ex nimia commeſſatione, & potatione prævidet, aut prævidere debet contracturum ſe morbum notabilem, ut enim dicitur *Eccleſiaſtic.* 37. *Propter crapulam multi perierunt.* IV. Ratione gravis nocumenti animæ, & cum quis advertit ex nimia ingurgitatione ſibi cauſari graves morbos libidinoſos, quibus ordinarie conſentire ſolet. V. Ratione impotentiæ ſervandi præcepta gravi-
ter obligantia, ut ſolvendi debita, aliendi familiam, ſtudendi in Judice, aut Advocato, ubi res urget, & hujuſmodi. VI. Ratione ultimi finis poſiti in cultu ventris, ut faciebant olim Epicurei, de quibus Apoſtolus *ad Philippenſ.*3. dicit: *Quorum Deus venter eſt; & ad Roman.* 16. *Chriſto Domino noſtro non ſerviunt, ſed ſuo ventri.*

Illicitum eſt comedere, & bibere uſque ad ſatietatem 10
ob ſolam voluptatem. Innocentius enim XI. *die* 2. *Maii* 1679. expreſſe damnavit ſequentem propoſitionem inter ordine 8. *Comedere, & bibere uſque ad ſatietatem ob ſolam voluptatem non eſt peccatum, modo non obſit valetudini, quia* 11
licite poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui. Hic ad damnatæ propoſitionis intelligentiam eſt advertendum, quod ſatietas poteſt duo ſignificare, vel comeſtionem, & potationem talem, qua ſatisfit fami, & ſiti; vel talem, quæ fiat in majori quantitate, quam requirit ſuſtentatio. Si ſumatur primo modo comedere, & bibere uſque ad ſatietatem, nullum eſt peccatum, ſi ſecundo modo, eſt peccatum; Sic ex S. Auguſtino *tom.*10. *ſerm.*4. *in die animarum*, ex S. Gregorio *lib.*30. *moral. cap.* 17. ex S. Iſidoro relato, & ſecuto a S. Thoma 2.2. *quæſt.*148. *art.*4. probat Cardenas *in* 2. *Criſi: diſſertat.* 7. *num.*26. Sanctus enim Auguſtinus *loc.cit.* ſic ait: *Quoties aliquis in cibo, & potu plus accipit, quam neceſſe eſt ad minuta peccata pertinere noverit.* S. Gregorius *loc. cit.* ait, committi peccatum Gulæ, cum quis *in ipſa quantitate ſumendi menſuram neceſſitatis excedit*; S. Iſidorus *loc. citat.* affirmat peccare guloſum, dum excedit in cibo *ſecundum quantum*; S. Thomas *loc. cit. in dicto verſu* dicit, quod commit- 12
titur peccatum Gulæ, cum quis *Nimis* comedit. (b)

Ebrietas eſt exceſſus voluntarius in potu voluptatis gratia 13
factus uſque ad privationem uſus rationis; *Eſt in re communis*. Ebrietas formalis, & voluntaria eſt peccatum mortale; *Eſt communis* cum S. Thoma 2. 2. *quæſt.*150. *art.*2. & habetur ex Sacra Scriptura; *ad Galatas* enim 5. *Ebrii excludun-*
tur a Regno Dei, & Iſaiæ 5. legitur: *Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam . . . . Væ qui potentes eſtis ad bi-* 14
bendum vinum, & Viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Væ autem non uſurpat Scriptura, niſi contra peccatum mortale. Probabilius licitum eſt ſe inebriare ex præſcripto Medici ad recuperandam ſanitatem, ſi deſit aliud medium (c); Et ratio eſt, quia ſicuti licitum eſt ſe in perpetuum privare brachio, vel pede, ut ſervetur totum corpus, ita multo magis ad breve tempus uſu rationis; non enim eſt inebriatio formalis, quia non eſt voluptatis gratia, ut requiritur ex data definitione, ſed materialis, & ex juſta cauſa cum talis ebrietas ſit re ipſa neceſſaria ad conſervationem vitæ; Sic tenent Silveſter verb. *Ebrietas quæſt.* 3. Sa *eodem verb. numer.* 4.

Armi-

(a) Ne quis in errorem inducatur verbis illis *enormiter, horrende*, quæ laxiorem ſane præſeferre videntur theologiam: legat S. Thomam 2.2. q. 148., nonnulloſq. alios, qui de rebus moralibus pertractarunt.

(b) Damnata ab Innoc. XI. propoſitio eo videtur expoſita conſilio ab Auctore noſtro, ut licitum eſſe velit intendere delectationem, quæ capitur ex cibo, & potu moderato; quemadmodum a Sancheſio, Eſcobario, Moya, aliiſque benignioribus Theologis propugnatur. Cum ſolam cibi vel potus quantitatem reſpicere propoſitionem illam contendat, facile eſt intelligere, Ferrarium noſtrum opinari improbatam a Summo Pontifice non eſſe delectationem, quam pro fine habeat ultimo comedens, & bibens ad ſatietatem. Sed quis æquo animo feret hanc interpetationem? Voluptas ſane & ſapor cibi, & potus peccatum non eſt; quia *non ſolum cibo, ſed etiam cibi ſapore indiget infirmitas corporis*, inquit Auguſt. *lib.*4. contra Julian *cap.* 14. ſed qui manducant, & bibunt ob ſolam voluptatem, ſemper peccant ſaltem venialiter; nam inordinatus tunc eſt eorum appetitus, quo fruuntur utendis, ideoque peccatum gulæ, juxta traditam definitionem. Audiatur S. Thom. 2. 2. *quæſt.*189. *art.* 2. *Homines*, inquit, *gulæ dediti, ventri ſuo, tanquam ultimo fini famulantur, ut* Rom.xvi. *ait Apoſtolus. Hujuſmodi enim Chriſto Domino noſtro non ſerviunt, ſed ventri. Item ad* Philippen. III. *Quorum Deus venter eſt. Si vero in vitio gulæ*, ſubdit idem Doctor, *intelligatur inordinatio concupiſcentiæ, ſecundum ea, quæ ſunt ad finem, utpote quia nimis concupiſcit delectationem ciborum, non tamen ita quod propter hoc faceret aliquid contra legem Dei, eſt peccatum veniale.*

(c) Ebrietas jure naturali, & divino prohibita eſt. Itaque a ſupremo Medico, in cujus manu ſalus, & vita hominis eſt, omnino damnatur. Quis ergo Medicorum pro medicina præſcribet, quod ſupremus vitæ Dominus execratur? Docet utique S. Thom. largiorem potum ſanitatis cauſa ſumi poſſe ad vomitum excitandum, ſed ſubdit 2. 2. *quæſt.* 150. „ *art.*2. *ad* 3. „ Nec tamen ad vomitum requiritur quod ſit „ potus inebrians, quia etiam potus aquæ tepidæ vomitum „ cauſat: & ideo propter hanc cauſam non excuſaretur ali- „ quis ab ebrietate. „ Sed abſtineo ab ulteriori confutatione, quia caſus chimæricus eſt; Neque enim deſignari morbus poteſt, cujus neceſſaria, & unica medicina ebrietas ſit, ſicut morbis occurrunt in brachio, vel alio membro, quos ſola membri amputatio curare, & ſanare poſſit. Quamobrem fruſtra in ebrietatis favorem hæc ac iis ſimiles opiniones excogitatæ a Probabiliſtis fuere; neque tutæ haberi poſſunt opiniones, quas Auctor infra recenſet *num.* 16. 23., *& 26.* „ quas conferre juvat, cum doctrina S. Cæſarei *ſerm.*295. „ in Appendice oper. S. Auguſtini: Solent, inquit, Ebrioſi, „ ut dicant: Perſona potens me coegit ut amplius bibam, „ & in convivio Regis non potui aliud facere. Ad excuſan- „ das excuſationes in peccatis iſta prætendimus, & quod „ implere noluimus, non potuiſſe nos dicimus . . . Etiamſi „ ad hoc veniretur, ut tibi diceretur: aut bibes, aut mo- „ rieris: melius erat ut caro tua ſobria occideretur, quam „ per ebrietatem anima moreretur. Item ſerm.292. Qui al- „ terum cogit ut ſe pluſquam opus eſt, bibendo inebriet, ma- „ nus malum ei erat, ſi carnem ejus vulneraret gladio, quam „ animam ejus per ebrietatem occideret.

Armilla *eodem verb. numer.* 5. Naldus *eodem verb. numer.* 2. P. Ledesma *tract.*23. *cap.*3. Navarr. *cap.*23. *num.*119. Tolet. *lib.*8. *cap.*61. Tanner. 2. 2. *dist.*3. *quæst.*4. *numer.* 53. Diana *part.*6. *tract.*7. *resolut.* 41. Bonacina *tom.* 2. *d. ult. quæst.* 1. *part.*1. *propos.*1. *num.*3. Alv. 1. 2. *d.* 147. *num.*6. Reginald. *lib.*22. *cap. ult. num.*55. Baldell. *lib.*3. *d.* 30. *num.*23. Rayn. *de virt.*, *& vit. lib.*6. *sect.*2. *cap.*6. *num.*113. Joan. Pontius *d.*22. *quæst.*12. *num.*103. Stephan. *tom.*1. *d.*5. *num.*76. Loth. *tract.*18. *art.* 8. Illiung. *tract.* 4. *d.*1. *numer.* 54. Layman *lib.*3. *sect.*4. *num.*5. Busembau *lib.*5. *dub.*5. *art.*2. Sporer *t.*1. *tract.*1. *cap.*7. *sect.* 2. *num.*62. La Croix *lib.*5. *num.*311. alii- 15 que plurimi citati ab ipso *num.*309. Varii autem alii cum Mendo *d.*13. *quæst.*14. Henno *tom.*1. *tract.*1. *de peccatis actualib. disp.*4. *art.*3. *conclus.*1., & apud ipsum S. Antoninus, Silvius, & alii sustinent contrarium, quia, dicunt ipsi, ebrietas est intrinsece mala, & per se loquendo est peccatum mortale, adeoque nunquam potest esse licita. At revera ebrietas est solum intrinsece mala, cum est facta *voluptatis gratia*, non autem cum est facta ex justa causa, qualis est conservatio vitæ non alio medio conservabilis.

16 Sic probabilius licitum est se inebriare ad vitandam mortem ab alio intentatam, dummodo absit scandalum, neque cedat in contemptum Religionis, & virtutis temperantiæ a Christianis servandæ. Et ratio est, quia, si ad redimendam vitam a Tyranno fas est sibi ipsam manum, vel pedem amputare, cur non etiam rationis usum ad breve tempus sibi adimere? Lessius *lib.*4. *cap.*3. *d.* 4. *num.*37. Layman *loc. citat. numer.*5. Busembau *loc. cit. num.* 3. Azor., Reginald., Bal-
17 dell., La Croix, & alii. Contrarium tamen sentiunt multi alii nitentes pro se adducere Divum Augustinum *serm.* 232. *de tempore*, ubi sic habet: *Etiamsi ad hoc veniretur, ut tibi diceretur, aut bibas, aut morieris, melius erat, ut caro tua fobria occideretur, quam per ebrietatem anima moreretur*. Sed S. Augustinus, ut exponunt Lessius, Dicastil., Illsung. apud La Croix *loco cit. num.* 311. loquitur de casu, quo in contemptum Religionis, vel virtutis bibendum esset, quod, & concedit etiam nostra conclusio. Fateor tamen, contrariam opinionem esse vere probibilem, quinimo Henno *loc. cit. conclusion.*2. dicit esse communem contra paucos.

18 Alterum inducere, seu provocare ad illicitam ebrietatem semper est peccatum ex genere suo mortale; Sic S. Augustinus *serm.*231. *de tempore*, ubi sic habet: *Certa bibendi lege contenditur, qui potcrit vincere, laudem meretur ex crimine . . . Oh infelicitas generis humani. Quam multi inveniuntur, qui ebriosos, & luxuriosos amplius, quam oportet, cogunt bibere, & ante ostium pauperibus potentibus, vel unum calicem dissimulant dare . . . Quando animalia ducuntur ad aquam, ubi saturaverunt sitim suam, etiamsi supra aquam ipsam diutius teneantur, expleta siti bibere nolunt omnino, nec possunt; considerent ebriosi, si non pejores animalibus judicandi sint . . . . Et quod pejus est, aliqui Clerici, qui hoc deberent prohibere, ipsi cogunt aliquos plus bibere, quam expedit . . . . . Si & te, & alium inebriaveris hominem amicum, habebis Deum inimicum*. Sic S. Ambrosius *de Elia & jejunio cap.*13., *& 14.* graviter tales reprehendit, qui ad vini haustus se mutuo provocant, verisimiliter prævidentes in se, vel altero ebrietatem secuturam esse. Et S. Augustinus citat. *serm.*231. *de tempore*, sic expresse ad rem loquitur: *Qui enim alterum cogit, ut se plus quam opus est, bibendo inebriet, minus malum ei erat, si carnem ejus vulneraret* 19 *gladio, quam animam ejus per ebrietatem necaret*. Sic graviter peccant Caupones, si inebriandos, plura vendendi, ac lucrandi prætextu, ad potum continuandum provocent, nam si teste Apostolo *ad Romanos* 1. digni sunt morte, non tantum qui male agunt, sed etiam qui male agentibus consentiunt, a fortiori digni erunt morte, qui alios ad male agendum provocant, & inducunt; *Communis*. Imo mortali-
20 peccant caupones, qui potum ministrant iis, quos inde prævident inebriandos, si ex denegatione non timeantur gravia incommoda; *Communis, & certa*, teste Henno *loc. citat. art.*4. *concluf.*1.

21 Judex, qui inebriat reum, ut sic inducat ad fatendum crimen, dupliciter peccat; primo peccat tantum, & eo genere peccati, quantum, & quo illi, qui illicite aliquem ad ebrietatem provocant. Secundo peccat etiam contra justitiam, quia vult ab invito extorquere confessionem, quare gravi injuria illum afficit; *arg. cap. Qualiter, & Quando* 17. *de accusat.* Hinc ex illa scientia, utpote illegitima nec juridica illicite procederet ad torturam, vel ad sententiam; Baldell. *lib.*5. *disp.*30. *num.*29. Lessius *lib.*2. *cap.*29. *dub. ult. n.*173. Clarus *in practica criminali quæst.* 55. Glossa, & DD. *in l. penult. ff. de quæst.* Si quis reum ad mortem damnatum, & 22 rite dispositum inebriaret eo fine, ut cruciatus, & mortem non sentiret, peccaret graviter, quia hic non est finis potus, neque est ratio sufficiens tollendi rationem pro eo tempore quam maxime necessariam; Dicastill. *lib.* 1. *de justitia, & jur. disp.*3. *dub.*11. *num.*146. Tanner *tom.*3. *disp.* 2. *quæst.*6. *dub.*8. Gobat *tom.*2. *cap.*13. *num.*38. & alii. Injuste detentus 23 in carcere non peccat inducendo Custodes ad materialem ebrietatem, cum in tali casu, ex quo ebrietas ipsis Custodibus non sit voluntaria, ipsi inculpabiliter inebrientur, & aliunde injuste detentus utatur jure suo ad se liberandum a tali injustitia sine propria, & custodum culpa. Peccat tamen, si 24 inducat ad ebrietatem formalem, etiamsi adesset periculum mortis, quia est intrinsece malum inducere aliquem directe ad peccatum, quidquid contra dicere videatur Lessius *lib.*4. *de justitia cap.*3. *num.*35. & Baldellus *lib.*5. *disp.*30. Si autem 25 juste detinetur in carcere, peccat, licet ad materialem tantum ebrietatem inducat, partim quia inducit ad aliquid de se malum: partim quia est causa injusta gravium malorum, quæ patientur Custodes; Gobat *tom.*2. *cap.*13. *n.*30. La Croix *lib.* 5. *cap.*3. *dub.*5. *art.*2. *num.* 332. & alii.

Si grave malum non possit alia via impediri, nisi Auctor 26 inebrietur, licet eum inducere ad ebrietatem materialem ei penitus involuntariam, ut scilicet præter intentionem, ideoque inculpabiliter inebrietur, v. g. præbendo tali homini vinum fortissimum, seu medicatum, cujus vi ignorata inebrietur, & sic omittat grave illud malum jam ideatum, & præparatum, exempli gratia proditionem Urbis, incendium communium, & publicarum scripturarum, abductionem, seu deprædationem publici ærarii, & hujusmodi. Tunc enim videtur adesse justa causa sic eum materialiter inebriandi, & aliunde non induceretur ad peccatum formale, cum talis ebrietas esset ipsi penitus involuntaria; Sic Lessius *lib.* 4. *cap.* 3. *dubit.*4. *num.* 37. Sanchez *lib.*2. *de Matrim. disp.*11. Busembau *lib.*5. *cap.*3. *art.*2. *numer.*5. Diana, Medina, Gobat, & alii. An autem hoc casu liceat eum inducere ad ebrietatem 27 formalem ipsi voluntariam, & culpabilem, variant Doctores; Lessius *loc. cit. num.*32. affirmat, quia, inquit, licet suadere, & inducere ad minus malum, ut impediatur majus. Rectius tamen negant Arsdechin *in qq. singul. q.*11. Burgh. *cant.* 3. *cas.*68. Layman *lib.*3. *sect.*4. *num.*5. Busembau *loc. cit.* & alii. Qui in ebrietate scit se solere percutere Uxorem, Filios, 28 alioque Domesticos, aut damna inferre aliis, peccat etiam contra pietatem, aut justitiam, si se inebriet, teneturque compensare damna in tali ebrietate aliis illata, cum sint satis prævisa in casu, neque adhibeatur sufficiens, & requisita præcautio; Gobat *tom.*1. *tract.* 5. *cap.* 19. *sect.* 1. La Croix *lib.*5. *n.*334. & alii passim.

Bibere in sanitatem aliorum, v. g. Regum, Principum, 29 Magnatum, amicorum, & hujusmodi, est mos satis antiquus, ut ex Ovidio, Horatio, atque aliis ostendit Fornerus *lib.* 3. *de tumulentiæ malo cap.*16. & potest esse laudabilis, & licitus, si re ipsa nihil aliud contineat, quam sanitatis apprecationem, cum sit consuetudo usitatissima in conviviis etiam Clericorum, & Religiosorum modestiæ laude non carentium dummodo tamen non interveniat in similibus potationibus aliqua ad vini haustus mutua provocatio cum solito periculo ebrietatis, ut ad rem S. Augustinus, & S. Ambrosius adducti supra *sub num.*18. Si autem per talem potum intenderet, & 30 vellet quis inducere Deum ad sanitatem alteri dandam, esset peccatum superstitionis, quia esset per actum per se indifferentem, & non spectantem ad Dei gloriam velle movere, & inducere Deum ad aliquid faciendum, quod est superstitiosum, cum ex S. Thoma 2. 2. *q. 93. art.*2. *in corpor.* & communi aliorum actus superstitionis exerceatur, quoties ad Dei gloriam facimus aliquid, quod ad Dei gloriam non pertinet. Tum quia potest esse peccatum, cum tales propinationes fæpissime fiant ex sola adulatione, & talia pocula ut plurimum ebibantur cum præsentissimo periculo lædendi mentem, sanitatemque propriam, vel alienam; Unde, ut refert Gobat *tom.*2. *tract.*5. *cap.*14. *sect.*8. *n.*68. scite scripsit quidam sibi notus Medicus:

Quo tibi potatum, plus est in ventre salutum.
Hoc minus a potis hisce salutis habes.

Hinc S. Ambrosius *de Elia, & jejunio cap.*7. sic ait: *Quid autem obtestationem potantium loquar? Quid memorem sacramenta quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus, inquiunt, pro salute Imperatorum, & qui non biberit, sit vati reus in devotione. Videtur enim non amare Imperatorem, qui pro ejus salute non biberit. O piæ devotionis obsequium; Bibamus pro salute exercituum, pro Comitum virtute, pro filiorum sanitate. Et hæc vota ad Deum pervenire credunt. O stultitiam hominum, qui ebrietatem sacrificium putant*; Unde Forne- 31 rus *loc. cit. cap.*19. suadet Principibus, ne permittant hujusmodi vinaria vota pro sua salute fieri, ne Deus irritatus peccatis, quæ intervenire solent, morbo potius illos plectat, quam sanitate donet; Vid. Gobat *loc. cit. sect.*8. *per tot.* La Croix *loc. cit. n.*327. Forner. *loc. cit. cap.*19.

Gulæ filiæ quinque assignantur a S. Gregorio *lib.* 3. *mo-* 32 *ral. cap.*17. (*alias* 31.) a S. Thoma 2. 2. *quæst.*148. *art.* 6. *in corp.* a S. Antonino *part.*6. *tit.*6. *cap.* 4. *ante* §. 1. & sunt: Hebetudo mentis, Inepta lætitia, Multiloquium, Scurrilitas, Immunditia. *Per Hebetudinem* mentis intelligitur obfuscatio intellectus orta ex ciborum, & poculorum fumositate, caput perturbans, atque impediens operationes intellectus, ac rationis, ut non possint penetrare ea, quæ cetero quin possent, ac deberent, & ideo monuit Christus *Luc.* 21. *Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate*. Unde S. Joannes Crysostom. *homil.* 44. *in Joann.* sic ait: *Nihil gula perniciosius, nihil ignominiosius est; hæc obtusum, & crassum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc excæcat intellectum, nec sinit, ut quid-* 33 *quam perspiciat*; Tunc solum per eam aggravatur malitia gulæ, quando per eam impeditur cognitio illorum, quæ quis scire debet, v. g. necessaria ad salutem, & necessaria ad recte fungendum officio proprio, & hujusmodi; S. Antonin. *loc. cit.* Baldell. *Theolog. moral. lib.*3. *disp.*2. *num.*1. & alii. *Per ineptam lætitiam* intelligitur lætitia vaga, & incompos- 34 ta reddens hominem inaniter hilarem, & eum excitans ad stulte, obscoene, aut infamatorie loquendum, ad ridicule saltandum, ludendum, & hujusmodi; Unde *Exodi* 32. dicitur: *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere*, & S. Gregorius *lib.* 1. *moral. cap.*4. (alias 5.) sic ait: *Pene omnes epulas comitatur voluptas, nam cum corpus in refectionis delectationem resolvitur, cor ad inane gaudium relaxatur*. Ordinarie loquendo non excedit peccatum veniale, nisi adhibeantur gestus, saltus, aut verba ad grave peccatum inducentia, vel grave malum causantia. *Per Multi-* 35 *loquium* intelligitur certa quædam superflua loquacitas, per quam augetur mortaliter gulæ malitia, quando potus, vel cibus ingestus causa est gravis detractionis, secretorum revelationis, & hujusmodi. Unde *Proverb.* 10. dicitur; *In multiloquio non deerit peccatum*. *Per Scurrilitatem* intelligitur cer- 36 ta jocularitas, qua excitatur risus per verba inhonesta, aut etiam per actus exteriores inhonestos; S. Thom. *loc. cit. art.*6. S. Antonin. *loc. cit.* §. 5. Unde S. Chrysostom. *homil.* 57. *ad popul.* sic ait: *Ubi ebrietas, ibi Diabolus, ubi turpia verba, ubi saturitas, illic Dæmones choros agunt &c.* Scurrilitas si sit in materia indifferenti cum solo excessu in jocis, & facetiis, est solum venialis. *Per immunditiam* intelligitur inordinata 37 emissio quarumcumque superfluitatum, sive per vomitum, sive per pollutionem; S. Thomas *loc. citat. art.* 6. Gobat *tomo* 2. *tract.*5. *cap.*23. *num.*209. Unde Apostol. *ad Ephes.* 5. 5. dicit: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*, & S. Hieronymus *Epist.*83. *ad Oceanum* sic habet: *Venter mero æstuans cito despumat in libidines, in vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est*. Ordinarie Immunditia est solum peccatum veniale, potest tamen esse mortale, si inde sequatur notabile damnum in corpore, vel bonis fortunæ, aut in aliorum scandalum, aut ex excessivo potu, & cibo intendatur, vel prævideatur, & directe procuretur voluntaria pollutio.

* Haud mirum, si in hoc titulo de gula, multa Auctor, vel indulgeat, aut facile a gravitate excuset, cum semper illorum Theologorum sententiis adhæreat qui consunt pulvillos sub omni cubito manus.

Adeat Lector *Nat.* ab *Alex. Theol. Dogm. & Mor. l.* 3. *C.* 10. *de gula*, ubi Saniissima Scripturarum Sanctorumque Patrum Doctrina ediscet ea omnia, quæ ad hoc capitale vitium pertinent.

H

HABITUS.

1 HAbitus non facit Monachum, sed Professio regularis, textu expresso *in cap. Porrectum* 13. *de Regularibus*, *Cum Monachum non faciat Habitus, sed Professio regularis, & in cap. Ex parte* 22. *cod. tit.*, ibi: *Cum habitus non faciat Monachum, sed professio Regularis*; Et est communis Doctorum sententia cum Glossa *in cit. cap. Porrectum verb. Non* 2 *faciat Habitus*. Ad hoc tamen, ut Professio regularis faciat verum Monachum, debet Novitius per integrum annum probationis deferre habitum Monachalem, seu Regularem, aliter professio est invalida; Concil. Trid. *cap.*15. *sess.*25. *de Regularibus*, & sic tenent communiter Doctores, & Gloss. in *cap. final. verb. Habitus* 17. *qu.*2. *& in cap. Super eo de Regularibus*, ubi expresse dicit, probationem debere fieri in habitu Monachali, & *cap. Statuimus de Regularibus*, *Alioquin*, inquit, *non posset probare austeritatem Monachalem, quæ magna ex parte in vestibus consistit*. Et quod in habitu Sæculari 3 nequeat fieri Novitiatus, expresse decrevit *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in una Senogallien.* 17. *Aprilis* 1602., *& in una Mediolan.* 25. *Octobris ejusdem anni* 1602.

4 Habitus Novitiorum est triplex pro diversitate Religionum, ac Constitutionum earum, & consuetudinis, ut bene advertit Glossa communiter recepta *in Clement. Eos, qui* 2. *de Regularibus verb. Deinceps*. Primo enim, in aliquibus Religionibus est penitus indistinctus ab habitu Professorum, de quo *in cap. Statuimus* 23. *de Regularibus*, *& in cap. Is qui* 1. *de Regularibus in* 6. Secundo in nonnullis Religionibus est quidem distinctus, sed latenter, seu non patenter, ut si habitus Professorum solet benedici, non habitus Novitiorum; *cit. cap. Statuimus* 23. *de Regularibus*, *& cit. cap. Is, qui* 1. *de Regularibus in* 6. Tertio, in pluribus Religionibus est patenter & manifeste distinctus ab habitu Professorum; *cap. Constitutionem* 3. *de Regularibus in* 6. v. gr. quia habitus Novitiorum est albus, Professorum vero niger, vel quia habet alia externa patentia signa, uti in mea Religione, & Provincia, ubi ad Novitiorum habitus appenduntur petia ad distinctionem habitus Professorum. Deferre habitum Novitiorum non 5 est de essentia, & necessitate anni probationis ad validitatem Professionis, sed sufficit deferre habitum Religionis, seu professorum, quia etsi de Jure communi Canonico Novitiatus debeat omnino, & simpliciter fieri in habitu Regulari, ut dicit Glossa *in cap. Si quis* 3. *caus.*17. *quæst.*2. *in verb. Habitus*, & habetur *in cap.*1. *Super eo, de Regularibus*, ibi: *Religionis Habitum susceperunt, & cap. Statuimus* 23. *eodtit.*, ibi: *Ante susceptum Religionis habitum*; Nihilominus in citatis locis nihil in specie dicitur de habitu Novitiorum, sed tantum de habitu Religionis, qui æque se extendit ad habitum Novitiorum, & Professorum, etiamsi inter se reperiantur in aliqua Religione distincti. Quis enim diceret, quod in mea Religione, & provincia habitus delatus per integrum annum Novitiatus, solum ex quo non habuerit appensa supradicta parvula petia, non sufficeret ad validitatem Professionis expressæ, concurrentibus omnibus aliis requisitis? Tum quia ex supradictis in pluribus Religionibus habitus Novitiorum est penitus indistinctus ab habitu Professorum, ut in specie de suo præclarissimo Ordine Prædicatorum testatur Doctissimus Donatus *in praxi Rerum Regul. tom.* 2. *tract.*10. *quæst.*23. *num.*1. dicens, quod Novitiorum, & Professorum est unus, & idem omnino habitus, sola benedictione distinctus, & tamen validissimæ sunt Professiones. Unde secundum Jura supracitata debet intelligi Concilium Tridentinum *in cap.*15. *sess.* 25. *de Regularibus* ibi: *Nec qui minori tempore quam per annum post susceptum habitum* (supple Religionis) *in probatione steterit*, ut bene advertit Suarez *tom.*3. *de Relig. lib.* 15. *de ingressu cap.*14. *n.*10. Donatus *tom.*4. *tract.*11. *quæst.*4. *num.*4. & patet ex eo, quia per Trid. *loc. cit.* non auferitur Professio tacita, quæ incurritur per annalem probationem factam cum

habitu Professorum ; *cap. Ad nostram* 8. *de Regularibus*, & *Clementin. Eos qui* 2. *de Regularibus*,& notat Pellizar. *in tract. de Monialibus art.*2. *sect.*2. *quæst.*13. *num.*40. Donatus *loc. cit. num.* 4. & sic respondit Sacr. Congreg. Concil. ut refert Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Navarræ lib.*7. *tit.*18. *de Relig. num.* 6. Navarr. *in sua Lucerna Regular. verb. Professio num.* 24.

Hinc Novitius deferens per annum Religionis habitum, 6
completo integro anno probationis, censetur tacite professus, si habitus, quem defert, sit patenter indistinctus ab habitu Professorum, & aliunde concurrant aliæ qualitates requisitæ ; *Clement. Eos qui* 2. *de Regularibus* per expressa verba infra adducenda ; Donatus *tom.*2. *tract.*10. *quæst.* 22. *num.*1. cum 7
aliis infra citandis, Secus autem si habitus Novitiorum sit patenti distinctione distinctus ab habitu Professorum, nempe in colore, forma, & scissura, prout in Ordine Minorum; habetur utriusque conclusionis decisio expressa *in cit. Clement. Eos, qui* 2. *de Regularibus*, ibi : *Eos, qui deinceps in discretionis constituti ætate Novitiorum habitum in aliqua Religione per annum portaverint, hoc ipso Religionem illam decernimus esse Professos, Nisi hujusmodi habitus in colore, scissura, vel forma se distinctum patenter exibeat ab Habitu professorum* ; Sic Silvester *verb. Relig.* 3. *quæst.* 19. *vers.*3. *inducitur*, Navarr. *de Regular. consil.* 41. *num.* 1. *in* 1. *edition.*, *& comm.*4. *eod. tit. num.*72. *&* 74. Rodriq. *in compend. resolut.* 8
101. *in fin.* Donat. *loc. cit. num.*2. & alii. Nec requiritur protestatio ad hujusmodi Professionem præcavendam ; Miranda *tom.*1. *Manual. Prælat. quæst.*24. *art.*10. *in fine*, quia ipsummet signum, quod patenter defertur, & quod a Professis distinguit, est sufficientissima protestatio ; Panormit. *in cap. Ex parte*, *& cap. Postulasti*, *de Regularibus*, Donat. *loc. citat. num.* 3. Nec nocent antiqua Jura, quia censentur correcta per dictam Clementin. *Eos, qui* 2. *de Regularibus* Donat. *loc. cit. num.*5. Imo Silvester *loc.cit.* Donat. *loc. cit.* dicunt, quod talis delatio quantumcumque producta etiam ad centum annos nunquam talem Professionem inducet.

Habitus Religionis debet patenter deferri, non autem occulte ; Nullus enim Religiosus de Jure communi potest habitum sui Ordinis dimittere, ut constat *ex cap. Ut periculosa* 2. *Ne Clerici*, *vel Monarhi in* 6. & ex Tridentino *sess.*29. *de Regularibus cap.*19. *in fin.* ubi sic expresse habetur : *Nec detur licentia cuiquam Regulari occulte ferendi habitum suæ Religionis*, & sic docet Navarr. *lib.*3. *de Regul. consil.*51. *num.*3. *& consil.*53. *num.*1. Donat. *tom.*1. *tract.*3. *num.*3. & alii passim.

Potest autem Religiosus habitum occulte deferre, seu etiam 11
deponere, & alium induere absque ulla culpa, dum transiturus est per loca Infidelium, vel Hæreticorum cum periculo vitæ, aut ob metum servitutis, verberum, vel alterius gravis incommodi, & ut evadat incolumis, neque cognoscatur ab hostibus ipsum ad necem infectantibus, & hujusmodi ; *arg. cap. Deus quæst.*11. *de vita*, *& honestate Clericor.* sicuti ob similes rationabiles, & justas causas potest Clericus occulte deferre suum habitum Clericalem, & alium induere; Barbosa *in Clementin. Quoniam* 2. *de vita*, *& honestate Clericor.* Portell. *verb. habitus* §. *Additio num.* 1. Reiffenstuel *lib.*3. *Decret. tit.*1. *num.*112. *&* 117. Bonacina *tom.*3. *de Censuris disput.*3. *quæst.* 6. *punct.*6. *num.*2. Sanchez, Cajetan. Aragon. & alii communiter post Glossam *in cap. Clericus* 5. *de vita*,*& honestate Clericor. verb. Relaxaverint*, ubi id declarat exemplo Clerici, qui a Papa reprehensus, quod sine Tonsura, & Habitu Clericali Romam accessisset, sequentibus versiculis se excusavit :

Tutius ut peterem Laici sub imagine Romam,
Fas fuit, ut sinerem luxuriare comam.

12 Religiosus dimittens temere habitum suæ Religionis est ipso facto excomunicatus, textu expresso *in cap. Ut periculosa* 2. *Ne Clerici*, *vel Monachi in* 6. ibi : „ Ut periculosa evagandi materia subtrahatur, districtius inhibemus, ne de cetero aliquis quamcumque Religionem tacite, vel expresse „ professus in scholis, vel alibi temere habitum Religionis „ suæ dimittat, nec accedat ad quævis studia litterarum, nisi „ a suo Prælato cum consilio sui Conventus, vel majo„ ris partis ejusdem, sibi eundi ad studium licentia primitus „ sit concessa: si quis autem horum temerarius violenter exti„ terit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto „. 13 Habitus dimissio dicitur temeraria ad incurrendam hanc excommunicationem, cum fit animo vagandi, & sine rationabili causa, secus si ex justa causa: Barbosa *in dict. cap. Ut periculosa num.*5. Suarez *tom.*5. *disp.* 23. *sect.*4. *num.* 27. *&* 29. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.* 6. *cap.* 8. *numer.*41. & alii passim. Religiosus temere exiens e Claustro cum habitu ita abscondito, ut a circumstantibus cognosci nequeat, cujus Ordinis sit Religiosus, incurrit dictam excommunicationem, quia licet non dimittat habitum materialiter, dimittit tamen formaliter, in quantum est talis Religionis protestativus, & sine illo, sive dimisso, sive abscondito, non cognoscitur quod sit hujus, vel illius Religionis ; Bannes 2. 2. *quæst.* 12. *art.*1. *quæst.*3. *dub.* 2. *conclus. ultim.* Cajetan. *in Summ. verb. Excommunicatio capit.*61. Donat. *prax. Rerum Regul. tom.*1, *part.*2. *tract.*6. *quæst.*8. Navarr. *in Manual. cap.*27. *num.* 131. Suarez *tom.*4. *lib.*3. *cap.*5. *num.*12. Rodriq. *tom.*1. *quæst.* 30. *art.*2. Sanchez *loc. cit. cap.*8. *num.*63. & Cum variis aliis Barbosa *loc. cit. sub num.*5. 14

Religiosus dimittens Habitum temere, sed intra Claustra, non incurrit dictam excommunicationem, quia ipsa incurritur ob dimissionem habitus factam ad finem libere vagandi, ut aperte habetur in principio ipsius *Cap. Ut periculosa* ibi: *Ut periculosa vagandi materia subtrahatur*, & cessante causa finali Legis, cessat legis dispositio ; *leg. Adigere* §. 2. *ff. de jure patronat.* maxime si sit pœnalis, ut est ista, de qua agitur, cum Lex pœnalis sit potius restringenda, quam amplianda ; *cap. Odia* 15. *& cap. In pœnis* 49. *de Regul. Iuris in* 6. Talis autem Religiosus in nostro casu, dum existit intra septa Monasterii, ut supponitur, non potest dici, quod actu vagetur extra illud, adeoque non incurrit dictam pœnam, seu Excommunicationem ; Donat *loc. cit. quæst.* 9. *per tot.* Angelus *verb. Excommunicatio* 7. *casu* 27. & alii. Non incurrit dictam Excommunicationem Religiosus, qui intra, vel extra 16
septa ex quadam levitate dimittit habitum suæ Religionis, v. g. ut quietius dormiat, melius studeat, expeditius currat ; aut saltet, aut lapidem projiciat, ut habitum purget, vel accommodet, ut se in Balneo melius lavet, & hujusmodi ; quia non censetur facta dimissio habitus ex contemptu legis ; Suarez *tom.* 5. *de censur. disp.* 23. *sect.*4. *num.* 29. Donat. *loc. cit. quæst.* 7. *num.* 2. Sanchez *loc. cit. cap.*8. *num.* 55. Savr. *lib.*3. *cap.* 33. *num.* 13. *&* 14. Barbosa *loc. cit. num.* 6. *&* 8., & 17
alii apud ipsum, Nec etiam dictam Censuram incurrit, si habitum dimittat ad finem domestice manendi per totam diem in Camera, vel alibi, dummodo sæcularium conspectui non se exhibeat, quia talis dimissio habitus non dicitur facta ad finem vagandi ; Cajetan. *verb. Excommunicatio cap.* 61. Donat. *loc. cit. quæst.* 7. *num.* 3. & alii. Nec item incurritur 18
dict. Censura propter dimissionem Habitus, si fiat animo adeundi pro brevi tempore ad lupanar, vel ad aliquid turpius peragendum (a) Sanchez *loc. cit. cap.* 8. *num.* 56. Donat *loc. cit. quæst.* 7. *num.* 3. Barbosa *loc. cit. num.*9. & alii.

Religiosus tenetur semper portare habitum suæ Religionis 19
colligitur *ex cap. Sanctimonialis Virgo* 24. *dist.* 23., ibi : *In talibus vestibus applicetur*, *qualiter semper usura est Professioni*, *& Sanctimoniæ aptis*, & *cap. Vidua* 15. 20. *quæst.* 1., ibi: *Tunc accepta a Sacerdote apta Religionis Professioni veste*, *in quocumque loco consistens constanter ea utatur*. Cum enim habitus sit signum protestativum propriæ Religionis, adstringuntur Professi illum semper, & in omni occasione portare, ex 20
Concil. Trident. *sess.*14. *cap.*6. Verum ly *semper* debet intelligi moraliter, hoc est seclusis causis rationabilibus occultandi, vel dimittendi habitum Religionis propriæ, ut sunt illæ assignatæ sub *num.*11. & aliæ consimiles ; Donat. *loc. cit. qu.*5. *per totum*. An autem Religiosus teneatur deferre proprium 21
habitum etiam in lecto, & dormire cum ipso sub culpa ? Respondent Doctores, quod de Jure communi non licet Religioso Professo dormire sine habitu absque peccato, nisi ab eo excusetur ex aliqua causa rationabili, ut colligitur expresse *ex cap. Vidua* 15. *causa.* 20. *quæst.*1. ibi : *Seu in lectulo quiescens*, *& cap. Sanctimonialis Virgo* 24. *dist.*23. cujus verba relata sunt sub *num.* 19. An autem dormire sine habitu sit pec- 22
catum veniale, seu mortale ? relictis brevitatis gratia diversis Doctorum opinionibus, quorum aliqui volunt esse peccatum mortale, maxime si sit cum scandalo ; Respondeo cum sapientissimo Donato *loc. cit. q.*10. *num.*16. quod ad hoc diligendum unusquisque Religiosus debet attendere tenorem suæ Regulæ, & particularium Constitutionum sui Ordinis ; Quæ si de hoc, quod quæritur, nihil dicant, recurrendum est ad Jus commune, nempe ad dict. *cap. Vidua* 15. *causa.*20. *quæst.* 1 *& cap. Sanctimonialis Virgo* 24. *dist.* 23. quæ duo capitula, cum non sint præceptiva, sed consultiva, & inter consilium, & præceptum magni interest, videtur dicendum, quod dormientes sine habitu, dempto contemptu, & scandalo, non peccent ne quidem venialiter, etsi alias sint castigandi.

(a) Non video, cur non incidat in censuram dimittendo habitum ad breve tempus propter pravum illum finem ; dimissio enim habitus eo tunc animo fieret, quo liberius concupiscentiæ, & libidini serviret.

23 Habitum suorum Ordinum debent deferre Regulares ad Cardinalatum assumpti ; Gre. XIV Constitut. incip. *Sanctissimus*, Benedictus XIII. Constit. incip. *Custodes*. Sic Epis-
24 copus Regularis tenetur portare habitum suæ Religionis *communis* cum Henriq. *in Summa lib.* 10. *cap.* 32. §. 5. *&* 33. *in fine*, Valent. 2. 2. *disput.* 10. *quæst.*3. *punct.* 8. Azor. *parte* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæst.*4. Bartholomæus a S. Fausto *in Thesauro Relig. lib.* 6. *quæst.* 199. Barbosa *super Tridentini sess.* 25. *de Regularibus cap.* 19. *numer.* 38. Lessius *de justitia lib.*2. *cap.* 40. *dubit.* 14. *num.* 113. Petrus de Ledesma *in Summa part.* 2. *tract.* 32. *cap.* 3. *ad fin.* Fr. Joan. a Cruce *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 7. *dubit.*4. Sanch *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.* 6. *num.* 22. & ex multis probat Rodriq. *Addition. ad summ. verb. Episcopus*, *cap.*68. *concluf.* 6. maxime ex Concilio Lateranensi, & addens Sixtum V. semper gestasse Habitum Regularem Ordinis, ut de facto vidimus etiam hisce nostris temporibus Benedictum XIII. semper eum gestasse, & citat. Cæremoniale Papæ Clementis VIII. ubi jubetur, quod Episcopus Monachus non portet Rocchetum, sed vestes coloris sui Habitus Regularis cum birreto nigro, & galero circum circa fibrato viridis coloris. Et sic noviss ime statuit sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium ipso facto incurrenda Benedictus XIII. cit. Constit. incip. *Custodes* relata per extensum a D. Ursaya *tom.* 6. *part.* 2. *desceptat.*37. *num.* 6. ubi multa ad rem ; quæque etiam a nobis ad litteram affertur infra sub num. 26.

25 Episcopi autem, & Cardinales Regulares, quamvis sine causa Habitum Religionis deponant, non incidunt in Excommunicationem latam a Bonifacio VIII. *in cit. cap. Ut periculosa* 2. *Ne Clerici* ; *vel Monachi in* 6. quia Episcopi, & Cardinales licet teneantur deferre Habitum suæ Religionis, & certe peccarent, si talem Habitum non deferrent, ut docet Cardin. Petra *tom.*4. *Comment. in Constit.* 1. *Eugenii IV. numer.* 22. *&* *tom.*5. *in Constit.* 9. *Sixti IV. sub num.* 17. tamen sunt extra Religionem, quo ad vim coactivam, ita ut requiratur mentio specialis eorum, & non possint venire sub nomine, & turma Professorum, de quibus loquitur Bonifacius VIII. *in cit. cap. Ut periculosa*, quotiescumque elevati fuerint ad dignitatem Episcopalem ; maxime quia cessat causa, & ratio *textus* ne vagentur Professi extra obedientiam Superiorum Habitu dimisso, quod non est verificabile in Regularibus Episcopis, & Cardinalibus, Passerin. *tom.*1. *de statu homin. quæst.* 185. *art.* 8. *num.* 142. Diana *part.* 2. *tract.* 2. *de dub. Regul. resolut.* 50. Card. Petra *tom.* 5. *Comment. in Constit.*9. *Sixti IV. num.*17. Barbosa *super Tridentin. sess.*25. *de Regularib. cap.*19. *num.*39. Azorius *loc. cit. lib.* 12. *cap.*17. *quæst.* 4. Sanchez *loc. cit. cap.* 6. *num.* 23. Bartholomæus a S. Fausto *loc. cit. quæst.* 200. Fr. Emman. *tom.* 2. *quæst.* 58. *art.* 3. Sanctarell. *de Apostasia cap.* 1. *num.*15. Bonacina, & alii passim, contra Majol. *de Irregul. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. Fulv. Pacianum *consil.*132. *num.*42. *volum.*1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 79. *num.*10. Henriq. *lib.* 10. *cap.*33. *in fin.* & alios existimantes Episcopum Regularem omittentem Habitum, & assumendo illam albam, & candidam vestem, quæ ab Episcopis exterius defertur, incurrere excommunicationem latam contra Monachos deponentes proprium Habitum *in cit. cap.* 26
Ut periculosa 2. *Ne Clerici*, *vel Monachi in* 6. Habitu Clericorum Sæcularium, qui in Episcopos creantur, uti possunt Canonici Regulares ad Episcopatum assumpti, Leo X. Constitut. incip. *Dudum*. Nunc autem quoad concernentia habitum & varia alia Episcoporum, & Regularium, attendenda est novissima Constitutio Benedicti XIII. quæ ut ab omnibus percipiatur, hic ad litteram datur.

Custodes super muros Hierusalem a Christo Domino constituti, de omnibus Sacrorum virorum Ordinibus in eo, quo decet, sanctiori disciplinæ splendore servandis magnam vigilantiam, & sollicitudinem gerere debemus; tum vero illud nobis incumbit, ut qui e Regularium, Monachorum, & Mendicantium institutis ad onus Episcopale admoventur, majoris observantiæ, & virtutum specimine gregi sibi subjecto præluceant ; primævique instituti, cui nomen dederunt, insignia more majorum perpetuo retineant non solum in Monastica, & Regulari professione, sed etiam in specialibus indumentis, inque rasili tonsura ad planitiem cutis in summo capite circumducta, vel eo gyro, & forma, quibus quisque, ut sui Ordinis Regularis, Monastici, & Mendicantes peculiaribus, signis, pridem solemni ritu vitam Deo consecraverat.

Mœrorem, quem jam dudum animo premimus, celare diutius non possumus, nec debemus ; quippe quem post nostram humilitatem ad summum Apostolatum evectam, præsulum doctrina, & pietate præstantium expostulationes auxerunt ; nimirum quod nonnulli Episcopi ex Regularium, Monachorum, & Mendicantium familiis assumpti reperiantur, qui brevioribus vestimentis pristinæ suæ professioni minime congruis, sed quibus tantum inferiores Clerici seculares uti soleant, se in ipsa etiam civitatum frequentia palam spectandos pati non erubescant, laneasque tunicas a suorum Ordinum conditionibus præscriptas & eorumdem vitæ sanctimonia quodammodo consecratas induere detrectantes, etiam contra Cæremonialis Episcoporum sanctiones, a Romanis Pontificibus antecessoribus nostris probatas, summa omnium admiratione vestes sericas præferant ; eo quoque impudentiæ, sui status plane immemores, progressi, ut albas chirothecas ad ostentationem gerant, inque Pontificalibus Ecclesiæ functionibus, unde omis arrogantiæ typhus, & fucus abesse debet, superpelliceum Episcopis Monachis, vel ex Ordinibus Mendicantium proprium abjicientes, rocchetum Præsulum ex Clericis sæcularibus, vel regularibus assumptorum temere adhibeant, nec defuerit, qui colores a suo instituto omnino abhorrentes in exterioribus vestibus jactare non dubitaverit. Hæc quam deceant Episcopos, qui ex Monachorum, & Mendicantium regulis non sine spiritus Apostolici afflatu conscriptis, modestiam Sacerdotalem nunquam ex suis animis obliterandam, ceteraque virtutes aliis propinandas haurire debuissent, quoque in majori gradu, quo Spiritus Sanctus eos posuit, auctus retinere oporteret; non jam *nostris* verbis dicemus, ne ipsi, qui regulam Ordinis Fratrum Prædicatorum, quam professi fuimus, & profitemur, quique onus Episcopale per totos quinquaginta annos sustinentes ejusdem nostri Ordinis sacros ritus, disciplinamque, Deo juvante, in omnibus observare studuimus, ex privato affectu loqui videamur : sed suis verbis dicent Romani Pontifices, qui nobis in eorum locum longe dispari merito suffectis exempla, quæ sectari debeamus, reliquerunt. Dicent Concilia ab iisdem probata ; auctorum Ecclesiasticorum, quos honoris causa Patres, Doctoresque appellamus, documenta memorabunt.

Ut ergo a primis, hoc est a Romanis Pontificibus ordiamur, inclytæ record. Innocent. Papa III. Pennensem Episcopum Ordinis Cistercienses olim Abbatem propterea graviter objurgavit, quod post acceptum Episcopatum *in sui Ordinis injuriam ageret in pluribus*, *ut apostata*, *& propriæ conditionis oblitus picturata sella*, *& chirothecis sericatis uteretur*, *amplo se galero coronaret*, *& Cistercienses Ordinis observantias non custodiret*, *a quibus eum Pontificalis dignitatis susceptio non absolveret*, sed earumdem onus ei magis augeret. Si ad Concil. statuta evolvenda hinc processerimus, nobis se offeret Canon 27. Conil. Œcumenici VIII., seu Constantinopolitani IV. decernens, illos, qui Monasticam vitam amplexi, *Episcopalem meruerunt honorem*, *conservare schema*, *& amictum Monasticorum indumentorum*, *& ipsam Beatam vitam*, *nullamque habere potestatem deponendi jam dictum schema propter typum*, *& arrogantem voluntatem*, *ne per hoc inveniatur proprio rum transgressor pactorum*. Postremo *Episcopum*, *qui Monasticarum vestium schema deposuerit*, *aut corrigendum*, *aut deponendum statuit*. Hæc rata habuit Canon 16. Concil. Œcumenici XII. sive Lateranensis IV. sub jam dicto Innocentio Papa III. definiens *Episcopos Monachos deferre habitum Monachalem*. Hoc idem postea sanxit Synodus Londinensis ab Othobono S. R. E. Diacono Cardinali S. Hadriani, & Apostolicæ Sedis Legato celebrata, cujus Canon V. *iis*, *qui de Monasteriis*, *vel de regularibus locis in Episcopos sunt assumpti*, *vel de cetero assumentur*, *suum deferre habitum regularem* specialiter indicit. De inconvenientia, & dedecore habitus splendidi in Episcopis sæcularibus, eoque magis in regularibus, extat Canon 16. Concil. Nicæni II. Sed nostrorum temporum regulares Episcopos instruentem audiamus Ferrandum Carthaginensis Ecclesiæ Diaconum de B. Fulgentio Ruspensi Episcopo testantem, Episcopatum sine aliqua ambitione ab illo susceptum, *nec ita factum Episcopum*, *ut esse desisteret*

Monachus; sed eum, accepta Pontificis dignitate professionis præteritæ servasse integritatem, nunquam pretiosa vestimenta quæsivisse, orario, sicuti Episcopi, nunquam usum, sed pelliceo cingulo, tamquam Monachum. Nec vero soli Episcopi, sed & ipsi Romani Pontifices eadem Religione se obstringi voluerunt. De Magno enim Gregorio intelligimus, una cum ejus corpore inventum baltheum, *qui speciem propositi regularis, olim a S. Benedicto statuti, manifestaret.* De Eugenio III. legimus, *taneam tunicam carni ejus adhæsisse, & diebus ac noctibus cuculla vestitum intus Monachi Habitum retinere, extra se Pontificem, & moribus, & vestibus exhibere consuevisse.* Denique Doctor Ecclesiæ B. Thomas Aquinas, ob Sanctioris Doctrinæ excellentiam *Angelici* elogio cognominatus, cujus hodie festa recolimus, diserte docuit: *si qua sunt in regularibus observantiis, quæ non impediant Pontificale Officium, sed magis valeant ad perfectionis custodiam, sicut est continentia, paupertas, & alia hujusmodi; ad hoc remanet Religiosus, etiam factus Episcopus, obligatus; & per consequens ad portandum Habitum suæ Religionis, qui est hujus obligationis signum.*

Hæc in sacris, receptisque Ecclesiæ Codicibus de exteriori amictu, & habitu Episcopi regularis sancita reperimus, quæ nostrates ejusdem disciplinæ Episcopi sibi dicta meminerint. Rasilem capitis coronam in orbem expressam ad humilitatem docendam regulæ Monasticæ, Constitutiones, Usus, & consuetudines statutis anni temporibus earumdem Sacris alumnis renovandam præscribunt: quos postea Episcopali charactere insignitos ea maxime distinguendos nemo in dubium vocaverit. Hæc tamen, quæ ex venerandis Ecclesiæ monumentis ad duximus, cum per humanam corruptelam, nisi eis occurratur, nobis ipsis spectantibus, in desuetudinem abire videantur, hac nostra Constitutione Apostolica, firmum robur perpetuis futuris temporibus habitura, ea omnia confirmantes, & renovantes statuimus, atque sancimus, ut ex Monastico, Regulari, & Mendicantium instituto ad Episcopalem seu quamcumque aliam dignitatem etiam S. R. E. Cardinalium jam evecti, & in posterum evehendi, universis, & singulis suæ Regulæ Officiis, & obligationibus, quæ Pontificale, sive cujuscumque alterius dignitatis, aut Cardinalatus Officium minime impediant, perpetuo subsint, & proinde sui Monastici Ordinis, sive alterius regulæ Mendicantium insignia, & propria indumenta lanea, suoque peculiari colore distincta, rasilem quoque, & ad cutis planitiem in summo vertice, vel eo gyro & forma expressam coronam preferant, quibus antea cum intra eorumdem regularium Ordinum claustra Deo militarent, ex solemni sua professione induere, & coronam præferre tenebantur, a cujus professionis obligationibus per munus Episcopale neutiquam absolvuntur, aut ullo pacto eximuntur. Propterea hujusmodi Episcopis ex familiis Regularium, Monachorum, & Mendicantium assumptis in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut omnia, & singula præsentibus litteris nostris hactenus recensita undequaque observare non differant. Si vero, quod absit, hoc agere contempserint, vel neglexerint, eos pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium ipso facto incurrenda tamdiu innodatos esse declaramus, donec a contumacia resipiscentes ejusdem suspensionis relaxationem meruerint obtinere.

Quia vero pastoralis nostræ sollicitudinis est non solum excubare pro optimo statu, & conservatione Regularis observantiæ in Religiosis viris, qui ex Monasticis, & Mendicantibus institutis ad onus Episcopale assumuntur; sed etiam prospicere, ne illi, qui ex his ceteris que universis Religiosis Ordinibus ad ejusmodi gradum evecti Ecclesiæ sibi commissæ postmodum se abdicaverint, ita vivant ut, qui eos primum in claustris Monasteriorum, deinde in culmine Episcopali conspexerant, quique ipsos demum curarum Episcopalium oneri subductos visuri essent, eis objicere nullo modo possint, quod ideo ad Episcopatum irrepserint, ut hac via Regularem observantiam deserentes extra sua claustra, quasi nullum unquam Religiosum Ordinem professi, vitam ducerent; hæc animum nostrum, omnium quorumcunque Ordinum Regularium honoris amantissimum permovent, ut Apostolica auctoritate approbemus, confirmemus, & tanquam præsentibus inserta habeamus Decreta duo ab antecessoribus nostris felicis recordationis Alexandro VII. die 20. Julii anno MDCLXII. & Clemente XI. die 11. Junii MDCCXV. vulgata: quibus Decretis Regulares ad transmarinos Episcopatus, sive Vicariatus Apostolicos translati, vel etiam Ecclesiarum administratores, aut visitatores creati, quotiescumque in locis, & Ecclesiis sibi in Episcopalis dignitatis collatione assignatis minime resederint, vel Episcopatum dimiserint, aut munere suo perfuncti fuerint, seu quomodocumque a Schismaticis, vel infidelibus impediti munus Episcopale exercere non possint, jubentur ad pristina suorum Ordinum claustra reverti cum reliquis confratribus suis sub eodem instituto Religiosam vitam ibidem acturi.

Hujusmodi autem Episcopis tam pio disciplinæ regularis instinctu ad suos redeuntibus Apostolica largitate concedimus, ut in sua Provincia quodcumque Ordinis sui Cœnobium, & Monasterium, ubi commode, & religiole degere possint, sibi pro libitu eligant; ideoque volumus, & præcipimus, ut illorum Præsides, & Superiores Regulares congruas eis, & honestas cellulas in Cœnobiis, & Monasteriis ab eisdem electis assignent. Itaque Monachis, Mendicantibus, & cujuscumque Ordinis Regularibus, qui onere Episcopali sibi imposito deinceps quomodocumque etiam ultro se abdicaverint, præcipimus, eolque monemus in Domino, ut ad suorum Ordinum cellulas ultro quoque regrediantur: qua in re sanctitate, & doctrina illustrium, & magnorum Præsulum exempla eis imitanda proponimus, Cœlestini Papæ V. antecessoris nostri, Gregorii Nazianzeni, Petri Damiani, aliorumque ob virtutes Sacerdotales omnium sæculorum præconiis maxime dignorum antistitum, ut interim sileamus legationibus, & muneribus clarum Ardicinum juniorem a Porta Alerienfem Episcopum, & S. R. E. presbyterum Card. tituli Pammachii, a felicis recordationis Innocentio Papa VIII. renunciatum. Is enim, annuente Pontifice, dimissis dignitatibus, vetus propositum in Sacrum Camaldulensium Eremum confugiendi resumere, atque ultro executioni mandare sanctum existimavit. Ubi vero, quod minime credimus, iidem regulares paternis nostris monitis aures accommodare noluerint, his nostris perpetuum robur habituris decernimus, volumus, & præcipimus, ut Monachi, Mendicantes, & cujuscumque alterius instituti Regulares, specialissima etiam mentione digni, qui Episcopatu sibi pridem collato quacumque de causa se in posterum abdicare permissi fuerint, claustra suæ Religionis repetere omnino teneantur, & debeant; iis tantum exceptis, qui a nobis, sive a Romanis Pontificibus antecessoribus, aut successoribus nostris obtinuissent, vel obtinebunt facultatem expressam vivendi extra claustra sacro alicui muneri, quod cum vita claustrali exerceri non posset, ex peculiari voluntate nostra, vel eorumdem antecessorum, aut successorum nostrorum speciatim addicti: quod quidem munus respiciat servitium, & obsequium nostrum, vel successorum nostrorum, sive hujus Sanctæ Apostolicæ Sedis. Eis autem, vel eorum cuilibet qui hanc Constitut. violare tentaverint, vel eam quomodocumque neglexerint, omni usu Pontificalium etiam cum facultate, & permissione cujuscumque Episcopi exercendorum, penitus & undequaque interdicimus; sique perseveraverint in contumacia non redeundi ad claustra, post annum sint eo ipso suspensi a Divinis.

Omnia vero, & singula Romanorum Pontificum Decreta, Conciliorum Canones, Patrum dicta, sententias, regulas, Constitut. Usus, Consuetudines, statuta his nostris litteris memorata, post maturam hac de re habitam de liberationem, ex certa scientia, auctoritate nostra confirmamus, innovamus, & stabilimus, inque plenario robore perpetuis futuris temporibus servanda sancimus, præsentesque semper validas fore, sicque & non aliter per quoscumque Judices semper judicari, interpretari, & definiri debere statuimus. Quidquid autem secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, non obstantibus privilegiis, concessionibus, ordinationibus, aliisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, confirmationis, innovationis, sanctionis, declarationis, suspensionis, præcepti, decreti, interdicti, & voluntatis infringere, vel ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, nonis Martii Pontificatus noſtri anno ſecundo. *Anno a Nativitate Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſexto, indictione quarta, die vero 4. menſis Aprilis, Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris & D. N. D. Benedicti Divina Providentia Papæ XIII. anno ſecundo, ſupradictæ Litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicarum Lateranenſis, Principis Apoſtolorum, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis in locis ſolitis, & conſuetis per me Dominicum de Martinis Curſorem.*

P. Card. Prodatarius
F. Card. Oliverius.

Viſa de Curia
J. Archiepiſcopus Ancyranus.
Lucas Martinettus.
Nicolaus de Cappellis Curſ. Mag.

27 Habitus, & color peculiaris fuit præscriptus pro discretiva visibiliter servanda in quolibet Ordine Regulari. Passerin. *de statu hom. t. 2. q. 187. art. 6. num. 13. & 17.* & alii pas-
28 sim. Quam diversitatem habitus, & præceptum servandi formam illius juxta præscriptum in Constitut. procedere etiam quo ad Moniales, sub Regula approbata per Sedem Apostolicam viventes, præcise resolvit *Sacr. Cong. Concil. 27. Apri-*
29 *lis 1686. in Romana delationis Habitus.* Unde una Religio non debet, nec potest assumere Habitum alterius Religionis, & ad hoc variæ Religiones obtinuerunt expressa privilegia a S. Sede, ne eorum Habitus ab aliis assumeretur; uti de PP. Prædicatoribus referunt Constitut. Gregor. IX. & Innocentius IV. ambæ incip. *Quia confusio Habitus*, Gregor. XI. incip. *Virtute conspicuos*, Clem. VIII. & Alexand. VII. ambæ incip. *Ex injuncto Nobis*, & Benedicti XIII. incip. *Pretiosus in conspectu*, & de Minoribus Gregor. IX. Constitut. incip. *Regularem vitam*, Clem. IV. Constit. incip. *Virtute conspicuos*, Urban. VIII. Constit. incip. *Cum sicut*, & de mandato Innocent. XI. ad instantiam Procuratorum Generalium Ordin. Minor. de Observantia, & Reformator. & Cappuccinor. *Sacr. Congr. Episcop. & Regul. 21. Martii 1686.* & novissime Benidict. XIII. Constit. incip. *Alias emanarunt* edita ad instantiam Procuratoris Ordinis Minorum de Observantia, quæ ad litteram cum alia Urbani VIII. refertur sub verb. *Eremita num. 20.* Et eodem privilegio gaudent omnes Regulares Ordines, sive per speciales concessiones Apostolicas, sive per. communicationem. Rodriq. *q. 76. art. 1.* Portell. *dub. Regul. verb. Habitus num. 6.* & alii passim.

Et sic per eamdem rationem prohibitus est Clericis Sæcu-
30 laribus habitus Regularium, & Regularibus habitus Clericorum Sæcularium; Hinc in Concil. Aquisgrani *anno 816.* apud Gonzalez *in c. Intelleximus num. 4. de stat. & qualit.* habetur: *Reprehensibilem, & Ecclesiastica moderatione dignum apud plerosque Canonicos comperimus casum, eo quod contra morem Ecclesiasticum cucullas, quibus solis Monachis utendum est, induant; cum utique illorum Habitum usurpare non debeant, a quorum professione quodammodo distant, quia sicut eis indecens est, ut arma militaria more Laicorum gestent, ita nimium inhoneste, & valde indecorum est, ut alterius propositi indumenta sibi imponant.* Cuculla enim est talaris vestis, *Flochus* dicta, propria & distinctiva Monachorum. Clement. *Ne in agro, de stat. Monachorum*, Gonzalez *in cit. c. Intelleximus 12. num. 4. de stat. & qualit.*
31 & cum aliis. Card. Petra *loc. cit. num. 14.* Pueris quoque sexto ætatis suæ anno expleto non licet, neque possunt ex devotione habitum Religiosum deferre, sed ipsum debent statim deponere, prout *sub die 10. Januarii 1627.* fuit rescriptum Neapoli Cardinali Boncompagno; ut per extensum refert Lan-
32 tusch. *Tebatr. regul. verb. Habitus num. 1.* Novitio exeunti non est restituendus habitus Religionis, sed illius pretium. Sic decisum fuisse *a S. Cong. Concil.* referunt Novarius *in Lucerna Regul. verb. Habitus num. 6.* Barbosa *in sum Apostolic. dec. eod. verb, Habitus num. 9.* Lezana *in sum. qq. Reg. tom. 1. c. 25. num. 38.*

Super admissione ad habitum, ejusdemque concessione Ter-
33 tiariis cum Claustralibus habitantibus, servari debet decretum Congr. super Statu Regularium, quam licet Innocentius XII. sub die 4. Augusti *1698. Constit. Debitum* extinxerit, & suppresserit; singulas tamen facultates, eidem quomodocumque a Prædecessoribus concessas, illis exceptis, quas Congregationis super disciplina Regulari, præfatis Litteris institutæ impertitus est, in Congregationem Episcoporum, & Regularium transtulit, ex speciali mandato Sanct. mem. Clementis X. sub die *16.* Maii *1675.* ea de re editum tenoris qui sequitur.

„ Etsi decretis Sacræ Congregationis super statu Regularium „ de mandato Summorum Pontificum Innocentii X. & Ale„ xandri VII. jam pridem editis pro Novitiis recipiendis sta„ tutum sit, ut omnes, qui ad habitum probationis se recipi „ postulaverint, diligenter examinentur, ac per vota secreta „ probentur, quotquot idonei reperti fuerint, ætate, aliisque „ requisitis, ad præscriptum Apostolicarum Constitutionum „ ac Statutorum Ordinis; nec quispiam censeatur habilis ad „ hujusmodi habitum suscipiendum, ut Clericus, nisi annum „ ætatis suæ decimum quintum, neque ut Conversus nisi an„ num vigesimum expleverit: nihilominus in pluribus Reli„ gionibus Italiæ, & Insularum adjacentium, aliquibus ab „ hinc annis introductum est, ut recipiantur adolescentes „ Laici non quidem pro Conversis, ut annum probationis in„ cipiant, & finito tempore Novitiatus admittantur ad Pro„ fessionem, sed pro Tertiariis, vel Oblatis, seu Donatis „ eisque tradatur habitus, ut vocant sine Caputio illis dari, „ consueto, ut sic inserviant alicui Religioso particulatim, „ aut pluribus, vel omnibus communiter, & multoties pueri, „ & adolescentuli recipiantur in Monasteriis non ut Novitii, „ sed ut hospites, seu postulantes se recipi pro Clericis ad „ habitum probationis, & parva veste induti plures menses, „ quinimmo & annos sic detinentur intra Claustra, donec „ compleverint annum ætatis decimum quintum Clericis ut „ supra præscriptum ad annum Novitiatus inchoandum; id„ que prætextu, ut interea fiat experimentum de ipsorum in„ dole, & aptitudine ad Religionem; & aliquando etiam „ in eadem veste iidem pueri, & adolescentuli admittantur „ in Novitiatibus & cum Novitiis degant ad hoc, ut eorum „ voces pueriles in Choro cum vocibus Professorum misce„ antur, dum Divina peraguntur Officia.

„ Quoniam vero secundum Canonicas Sanctiones, & ju- 34
„ ris regulas, cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia „ non debeat admitti, & memorati abusus irrepserint in frau„ dem Legis, & elusionem Decretorum ut supra editorum „ in Religionum dispendium, ac non sine multorum admi„ ratione, & scandalo; idcirco eadem Sacra Congreg, ut in „ dies crescat in Ecclesia Dei Sacrarum Religionum splen„ dor, & veneratio, ex speciali mandato Sanctiss. D. N. D. „ Clementis Divina providentia Papæ X. hoc præsenti de„ creto in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipit omnibus, & „ singulis Superioribus Generalibus, Provincialibus, & Lo„ calibus, quocumque nomine, ac titulo appellatis quorum„ cumque Ord. & Congreg. tam mendicantium, quam non „ mendicantium, ut de cetero neminem pro Tertiariis, vel „ Oblatis, seu Donatis, aut Commissis, vel servientibus, „ nec pro hospitibus, seu postulantibus, vel Cantoribus, „ aut alio quocumque nomine nuncupatis, aut quovis præ„ textu, vel causa, aut quæsito colore recipiant, seu admit„ tant ad habitum intra Claustra, nisi vigesimum ætatis suæ „ annum expleverint, omnesque sic receptos, seu admissos „ (iis tantum exceptis, qui completa ætate annorum quin„ decim pro Clericis, seu Choristis in habitu Novitiorum „ annum probationis agunt) a Monasteriis, seu Domibus „ Regularibus omnino amoveant & ejiciant infra terminum „ duorum mensium, inchoandum a die intimationis præsen„ tis Decreti faciendæ Procuratoribus eorumdem Ordinum, „ & Congregationum in Romana Curia existentibus.

„ Quod si prædicti Superiores præsenti Decreto per om- 35
„ nia non paruerint, aut in aliqua ejus parte contravenerint, „ pœnam privationis Dignitatum, & Officiorum, quæ tunc „ temporis obtinebunt, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel „ alia in posterum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ „ ipso facto absque alia declaratione incurrant, non obstan„ tibus quod ad omnia suprascripta, privilegiis, indultis, & „ consuetudinibus, ceteris que contrariis quibuscumque.

Datum Romæ 16. Maji 1675.

Prohibentur disputationes super vera forma habitus S. Fran- 36
cisci; cum enim in dies orirentur lites inter Patres Conventuales, & Capuccinos circa veram formam habitus, & Caputii Seraphici Ordinis, Urbanus VIII. *die 14. Decemb. 1630. mandavit eisdem sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, nec non privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque etiam corporalibus arbitrio Sanctitatis suæ pœnis, ne audeant de cetero voce, vel scripto de hujusmodi materia tractare, donec ab eadem Sanctitate sua aliter fuerit ordinatum. Joannes Antonius Thomasius S. Roman. & Universal. Inquisition. Notarius.* Sic apud Lantusch. *Theatr. Regul. verb. Habitus num. 11.* Inter- 37
dicuntur libri omnes tractantes de vera successione Filiorum S. Francisci, & vera forma caputii. Alexander enim VII. fieri mandavit sequentia decreta, & in Indice librorum prohibitorum apponi, videlicet: *Libri omnes impressi, & qui in-*

con-

consulta Sacra Congregatione imprimentur, tractantes controversiam de vera, & non interrupta successione Filiorum S. Francisci, & de vera forma caputii ejusdem, prohibentur sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis die 20. Junii 1658

38 *Inscriptiones omnes Imaginum SS. Francisci, & Antonii de Padua, in quibus dicitur formam Habitus, qua depicti sunt, esse eamdem, qua ipsi usi fuerunt, vel in quibus asseritur in hoc, vel illo Ordine S. Francisci esse veram, legitimam, & non interruptam ejusdem S. Patris in Filios successionem, inhærentes decreto alias edito die 20. Junii 1658. prohibentur.*

Romæ 20. Novemb. 1663.

Suspenduntur quoque, & prohibentur Imagines S. Augu-
39 stini, S. Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum ejusdem Ordinis impressæ, & depictæ a Fratribus Discalceatis Augustinianis in eorum habitu, prout in Decreto *Sacr. Rit. Congr. edito die 19. Decemb.* 1637. quod ab Urbano VIII. approbatur, & confirmatur Constit. incip. *Exponi nobis, la* 240. *tom.* 5. *Bullar.* Ex post tamen dicta suspensio, & prohibitio fuit revocata per varia posteriora Pontificia Rescripta, de quibus vide quæ adducuntur in verb. *Imagines sub num.* 39. ubi inter alia occurrit Rescriptum Benedicti XIII. specialiter attendendum. Prohibentur sculpi, aut facere pingi Imagines
40 Domini Nostri Jesu Christi, & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis, seu alio modo in Ecclesia Catholica inconsueto, & jam sic sculptæ, aut pictæ prohibentur teneri, & publico aspectui exponi, & mandatur ab Ecclesiis, & aliis locis quibuslibet amoveri, & deleri. Et Regulares, & Moniales parere negligentes possunt a locorum Ordinariis, & Legatis Apostolicis juris remediis, & etiam Censuris Ecclesiasticis, & aliis arbitrio eorum ad observantiam cogi, & quo ad loci Superiores etiam privationis Officii, ac vocis activæ, & passivæ pœnis compelli. Sic expresse statuit Urbanus VIII. 15. Martii 1642. Constit. incip. *Sacro Sancta Tridentina la* 163. *Bullar. Cherubin. tom.* 4.

41 Habitum Fratrum Mendicantium osculantibus concessit Joan. XXII. quinque annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis, qui sunt dies 2075. Sic referunt Casarrub. *verb. Indulgentia quoad Sæculares §. 9. num.* 6, Fr. Emanuel. *q. Regul. tom. 2. quæst. 76. art.* 10. Laurent. de Peyrinis *de privileg. Regul. ad Constit.* 3. *Sixti IV. num.* 5. Barbosa *in Sum. Apostol. decis. verb. Habitus num.* 6. & alii passim. * Vide tamen dicta verb. *Indulgentia art.* 5. *num.* 48. * Talem Indul-
42 gentiam lucrari possunt iidemmet Regulares, quia conceditur omnibus Christifidelibus Habitum osculantibus, inter quos Fratres deterioris conditionis esse non debent; Nec indulgentia hæc revocata est per Paulum V. quia non est concessa Fratribus immediate, sed omnibus etiam sæcularibus. Lan-
43 tusch. *Theatr. Regular. verb. Habitus num.* 10. Cum habitu Fratrum Minorum morientibus, vel cum eo sepeliri eligentibus, Clemens IV. Nicolaus III. & Urbanus V. concesserunt remissionem tertiæ partis peccatorum. Casarrub. *in compend. Privileg. verb. Indulgentiæ quoad Sæculares §. 6. numer.* 1. 2. & 3, Leo X. concessit indulgentiam plenariam morientibus cum habitu Fratrum Minorum, vel cum habitu Sororum Tertiæ Regulæ Sancti Francisci sub obedientia Ministrorum Generalis, & Provincialium degentium, ad quam lucrandam indulgentiam declaravit idem Pontifex sufficere habitum prædictum petere, ac super se usque ad mortem habere, ac in eo sepeliri, etiamsi ante mortem non induatur. Casarrub. *loc. cit. num.* 6. 7. & 8. Alexander VI. concessit, ut mulieres suscipientes ante mortem, vel post mortem, habitum S. Claræ habeant talem relaxationem peccatorum, qualem habent viri pro habitu Fratrum Minorum. Casarrub. *loc. cit. num.* 5.

44 Eligentes sepeliri in aliquo habitu Religiosorum sive Minorum, sive aliorum habentium eadem privilegia per speciales concessiones, aut per communicationem, debent, ut lucrentur Indulgentias, recipere habitum a Superiore illius Religionis, cujus est habitus, vel ab alio, cui ille duxerit committendum, & non ab aliis quavis auctoritate fulgentibus. Sixtus IV. in Bulla aurea; Unde prædictum habitum dare non potest particularis Frater subditus, neque Confessarius Monialium, neque quivis alius, nisi id sibi a Prælato concedatur. Portell. *dub. Regul. verb. Habitus, additio ad additionem, & verb. Sepultura num.* 9. Non est autem necesse, ut habitum petentes dent aliquam eleemosynam Fratribus pro habitu, quia Bullæ Pontificiæ illas indulgentias concedentes nihil loquuntur de obligatione dandi eleemosynam pro illo. Rodriquez. *tom.* 2. *quæst. Regul.* 76. *art.* 10. *ad fin.* Portell. *loc. cit. verb. Habitus.* Lantusch. *loc. cit. num.* 6. Volentes sepeliri in 45
habitu Religiosorum, non est de necessitate, quod tumulentur in Ecclesiis eorum, quorum est habitus, sed possunt sepeliri, ubi sepulturam elegerint; prout eorum relinquitur arbitrio a Leone X. Constit. incip. *Dum intra*, ibi: *Volentes quoque sepeliri in Habitu eorumdem Fratrum in Claustro non degentes, sed in propriis domibus cohabitantes, in eorum ultima voluntate sepulturam sibi libere eligere possint.* Sixtus IV. statuit quod corpora volentium cum prædicto habitu sepeliri, 46
deferantur ad sepulturam sine alio pallio, vel tegumento superimposito, non obstante quacumque Ordinatione, vel prohibitione Ordinariorum locorum, etiam sub censuris facta. Sic refert Casarrub. *loc. cit. verb. Sepultura num* 15. Vide verb. *Vestis num.* 17.

Seculares utentes habitu Religiosorum ignominiose in lu- 47
dis, vel in lasciviis, peccant mortaliter, & per *l. Authent. de Sanctiss. Episcop. §. ultim.* plectuntur exilio, & insuper incurrunt alias pœnas civiles, & possunt puniri etiam per Judices Sæculares. Silvester *verb. habitus num.* 3. & alii. Sic mortaliter peccaret, qui habitum traderet ad lusum profanum, 48
aut ad facinus exequendum. Sanctorus *in compend. verb. habitus num.* 3. *ex Const. Ordinis cap.* 2. *Statut.* 71. *qu.* 4. Hinc locorum Ordinarii, aliive Prælati Regulares non debent dare 49
licentiam, nec permittere, quod Moniales tempore Bacchanalium recreationis gratia dimittant proprium habitum, & assumant alium Sæcularem præsertim virilem, ut *Sacr. Congr. Episcop. & Regul. rescripsit Episcopo Ferrar.* 27. *April.* 1654. Femina enim non potest uti veste virili, nec vir veste femi- 50
nea, & si hoc fiat sine prava intentione, periculo scandali, & libidinis, erit tantum peccatum veniale; alias mortale; *Deuteronom. enim cap.* 22. *num.* 5. sic expresse habetur: *Non induatur mulier veste virili, nec vir utatur veste feminea abominabilis enim apud Deum est, qui facit hoc*; Nullum tamen erit peccatum si hoc faciat ex necessitate, quia necessitas facit licitum, quod alias est illicitum; *cap. Quoniam* 1. *quæst.* 7. / *cap. Omnes* 1. *de fer. cap. Consoluisti* 3. *de celebrat. Missar.* In qualibet enim dispositione necessitas intelligitur excepta; *cap. Liceat. de pœnit. & remiss.* (a).

Habitum, & Tonsuram deferre tenentur Clerici Benefi- 51
ciati non solum in sacris constituti, sed etiam in Minoribus, & Clerici Tonsura insigniti sub pœna privationis ipso facto, ipsoque jure Beneficiorum, & pensionum absque ulla monitione ac Judicis decreto, sed Beneficia ipsa libere aliis conferri possunt, & pensiones cassatæ, & extinctæ dicuntur. Si- 52
xtus V. Constitut. 92. incip. *Cum Sacrosanctum*. Habitum debitum decentem, atque vestem talarem deferre tenentur percipientes fructus, vel pensiones ex Beneficiis Ecclesiasticis excedentes valorem 60. ducatorum auri de Camera. Idem 53
Sixt. V. in dict. Constit. *Cum Sacrosanctum*. Habitum dimittens Clericalem potest illum reassumere non obstante irregularitate superveniente, & Ordinarii prohibitione. *Sacr. Cong. Concil. in Maxarien.* 27. *Junii* 1630. *& in Regien.* 29. *Novembris* 1692. apud Monacell. *supplement. ad to.* 2. *num.* 199. Clericalis vestis Laicis Curialibus permittitur, præter Colla- 54
re, quod sit a Collari Clericorum diversum. Benedict. XIII. *in Concilio Romano tit.* 16. *cap.* 4. ibi: „ Laicis vero Curiali-
„ bus cum sæpe sit eis in Palatio nostro Apostolico versan-
„ dum, sæpissime etiam cum Cardinalibus, & Prælatis agen-
„ dum, togam Clericalem nigram communem facimus; &
„ & Collaria Clericorum propria, sive rotundæ sint formæ,
„ sive quadratæ, penitus prohibemus eisdem, & prohibita
„ jam sibi esse sciant, tenore servato nostri Edicti die 22. Ja-
„ nuarii 1725. expediti.

Irregularitas ex homicidio voluntario non impedit reas- 55
sumptionem habitus Clericalis, & Episcopus procedat prout de jure. *Sac. Cong. Immun. in una Civitatis Ducalis* 10. *Martii* 1699. *lib.* 2. *decret. Vallem. pag.* 206. Clericus reassumens 56
habitum post commissum homicidium gaudet privilegio quoad personam tantum, *Eadem Sac. Cong. Immun. in Gravinen.* 7. *Julii* 1699. *d. lib. pag.* 230.

Item Clericus, qui post renunciationem Clericatus inquisi- 57
tus a Curia Laica, denuo reassumpsit habitum, gaudet privilegio quoad personam tantum. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Spoletana* 20. *Novembris* 1696. *lib.* 2. *decret. Vallem. p.* 49.

(a) Quod abominabile apud Deum est, peccatum dumtaxat veniale esse non videtur.

Similiter Clericus, qui per duas vices renunciavit privile- 58
gio Clericali, & ista renunciatio acceptata fuit ab Ordinario, potest denuo reassumere habitum, & gaudere. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Marsicen.* 22. *Aprilis* 1692. *lib. dec. Grim. pag.* 121.

Inquisitus de pluribus delictis, & obligatus ad rationis ob 59
officium Syndici Communitatis, de consensu Episcopi reassumens habitum Clericalem, licet habeat uxorem, & Filios, gaudet quo ad personam, non quo ad bona. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Sorana* 2. *Junii* 1693. *lib.* 1. *decret. Vellem. p.* 51.

Item gaudet privilegio fori Clericus reassumens habitum, 60
postquam exercuit officium Notarii, administravit publicum Archivium, ac alia officia Laicalia. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Narnien.* 30. *Septemb.* 1693. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 178.

Clericus conjugatus soluto Matrimonio rite potuit reassu- 61
mere habitum cum Decreto Episcopi *Ead. Sac. Cong. Immun. in Anglonen.* 19. *Augusti* 1698. *lib.* 2. *decret. Vallem. pag.* 169.

Archiepiscopo injungitur, ut adducat rationes cur deneget 62
reassumptionem habitus Clericalis *Ead. Sac. Congr. Immun. in Tranen.* 2. *Decemb.* 1692. *lib.* 1. *decr. Vallem. pag.* 8.

Quidam Episcopus denegans, seu impediens reassumptio- 63
nem habitus adduxit sequentes causas.

I. Quod toto tempore habiti Matrimonii cum Virgine, & unica non incesserit in habitu.

II. Quod non posset promoveri ad superiores Ordines ob imperitiam, & podagræ morbum.

III. Quod non reddiderit rationes administrationum locorum piorum juxta Ordines Episcopi.

IV. Quod exercuerit macellum, & laridariam.

V. Quod esset Usurarius.

At cum primæ tres causæ militent in promovendis / non in promotis, duæ autem ultimæ non justificentur. Sac. Cong. pronunciat: Orator utatur jure suo quoad reassumptionem habitus *Ead. Sac. Cong. Immun. in una Civitatis Ducalis* 13. *Jan.* 1699. *lib.* 2. *decr. Vallem. pag.* 197.

Alia quo ad habitum Clericalem. Vide verb. *Clericus* 64
art. 1.

Alia quoad habitum Religiosum. Vide verb. *Apostata*, 65
Conventus, Novitius.

Habitus quo ad Tertiarios. Vide verb. *Tertiarii*. 66

Uteris habitu honorifico alicujus, ab eo inhiberi potest. Ur- 67
saya *Instit. Crim. tit.* 10. §. 4. *n.* 77. Abbas *in Cathal. Glor. Mund. p.* 1. *consider.* 32. *& seq.* Menoch. *de Arbitr. caus.* 18. *num.* 23. *& seq. l.* 2. Ursell. *concluf. legal.* 171. *num.* 8. & alii passim. Benedictio parvorum habituum facienda est a Patri- 68
bus Carmelitis in illis locis, in quibus Conventum habent, etiamsi ante fundationem dictorum Conventuum facta fuisset a Parochis, vel a Cappellanis Confraternitatum; A quibus pariter Patribus facienda est Processio in die Dominica infra Octavam propriæ Festivitatis, cum facultate tamen Confratribus illam associandi, vel faciendi aliam Processionem posteriori die. Vertente enim controversia intra Patres Carmelitas discalceatos Loci Biumii Varasii, & Confraternitatem Beatæ Mariæ V. de Monte Carmelo super d. Confraternitatis translatione ad Ecclesiam prædictorum Patrum, eaque delata ad S. Congr. Episcop. & Regul. prodiit *die* 13. *Septemb.* 1607. *Confraternitatem non esse transferendam & cum SS. profanatione*, & quia præfata Confraternitas benedictionem parvorum habituum qui distribui solent a PP. Carmelitis impugnare, & Processionem similiter fieri solitam quolibet anno in Festivitatem Beatæ V. ad sui libitum celebrare prætendebant, hinc pro parte dictorum Patrum *die Martii* 1709. proposita causa in d. Sacr. Cong. Episcop. & Regular. per Emin. Card. Corsinum, & post Clement. XII. Summum Pontificem, fuit rescriptum: „ Benedictionem, & distribu-
„ tionem parvi habitus spectare in posterum ad Superiorem
„ Conventus Patrum Carmelitarum, & quoad Processio-
„ nem videatur particulariter.

Reproposita vero die 22. Junii ejusdem anni 1708. fuit re- 69
scriptum: *Quoad benedictionem, & distributionem Habitus parvi persistendum in decisis. In reliquis ad Emin. Archiepiscop. pro concordia*.

Tertia tandem vice iterum proposita die 10. Aprilis 1710. 70
rescriptum fuit: *Quoad benedictionem, & distributionem, habitus parvi persistendum in decis.* 1. *Martii & 22. Junii* 1708. „ Quoad Processionem vero, illam faciendam prius esse die
„ Dominica infra Octavam per Patres Ordinis, cum facul-
„ tate Confratribus, vel illam associandi, vel aliam Proces-
„ sionem alia die posteriori faciendam. „ Sic refert Ursaya *t.* 3. *part.* 1. *disc.* 24. ubi egregie rem tractat suo more per totum.

Cum quidam Canonicus Regularis Lateranensis obtinuisset 69
Indultum Apostolicum retinendi Beneficium Parochiale cum Clausula *servata forma Decreti Clementis X.* dubitatum fuit: Primo, an teneatur deferre habitum Regularem, tam in functionibus Ecclesiasticis, quam extra Ecclesiam? Et secundo, an eidem competat regressus, seu reintegratio ad bona renunciata occasione Professionis Regularis? Et Sac. Congr. Concilii in Firmana 23. Maji 1722. censuit: Ad primum, ad mentem ut servaretur solitum. Ad secundum, Affirmative quoad usum tantum. Sic refert Card. Petra *tom.* 5. *comment. ad Constitut.* 9. *Sixti IV. sect. unic. sub. num.* 5.

Habitus viatorius ad formam habitus per Prælatos, & Fa- 70
milares Pontificis extra Urbem gestari soliti servato tamen nigro colore, Advocatis Consistorialibus conceditur a Benedicto XIV. tom. 1. Constitut. 106. incip. *Inter conspicuos* §. 13.

Alia ad rem. Vid. verb. *Eremita a num.* 18. & Verb. *Vestis. num.* 17.

Novæ additiones ex aliena manu.

A Reprehensione excusari nequit *Auctor*, qui tum hic 1
num. 39. tum in *verb. Imagines* pariter *num.* 39. *Suspenduntur quoque* (ait) *& prohibentur Imagines S. Augustini, S. Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum ejusdem Ordinis impressæ & depictæ a Fratribus Augustinianis discalceatis in eorum habitu*. Latum utique fuit, ut ipse tradit, a 2
Sac. Rit. Congreg. die 19. Decembris 1637. tale decretum, at illius decreti asperitas primum, & ab ipso Urbano VIII. (qui ceteroqui illud confirmaverat) cæpit demulceri, ac temperari Constit. *Divinæ Majestatis* 19. Augusti. 1641., qua Fratribus ejusdem Ordinis Provinciæ Galliarum ejusmodi Imagines depingendi, imprimendive denuo facta fuit po- 3
testas, donec tandem post varios alios casus trica omnis a Benedicto XIII. e medio fuerit sublata. Hic enim supplici pro hac eadem re sibi oblato libello a Fratrib. Augustinianis Discalceatis juxta eorum vota rescripsit die 16. Dec. 1729. 4
his verbis: *Sanctissimus petitis benigne annuit, & proinde firma remanente Constitutione confirmativa privilegiorum a S. Sede concessorum Ordini Eremitarum S. Augustini per Sanctitatem suam emanata Kalend. Januarii* 1727. *atque ejus motu proprio* 21. *Martii* 1729. *declaratorio ejusdem Constitutionis mandavit: non molestari Patres Excalceatos ipsius Ordinis S. Augustini, seu alios quoscumque in depingendo, aut quovis alio modo repræsentando Excalceatos, & cum eorum habitu Sanctos, seu Beatos ejusdem Ordinis: Immo licere eis, & licitum esse Sanctos, & Beatos ipsos depingere, & repræsentare, prout pie hactenus depinxerunt, seu depingendos, vel repræsentandos curarunt, etiam ad tenorem Constitutionis fæl. mem. Urbani VIII. incipien. Divinæ Majestatis latæ anno* 1637. *ac insuper eosdem PP. impediri non posse, imo etiam licere illis sive publice, & solemniter, sive privatim benedicere, & distribuere Cingulos, seu Cincturas S. Monicæ, & Panniculos S. Nicolai Tolentinatis juxta declarationem Congregationis Episcoporum, & Regularium* 30. *Septembris* 1622., *ab eadem Congregat. confirmatam* 16. *Julii* 1627., *& ita ab omnibus servari mandavit, perpetuumque super his silentium imposuit Constitutione, & motu proprio suprad. tis, quam & quem in hac parte moderavit, aliisque quibuscumque etiam necessario exprimendis in contrarium non obstantibus*.

HÆREDITAS.

HÆreditas nihil aliud est, quam universum Jus defuncti, 1
textu expresso *in leg. Hæreditas* 62. *ff. de Regul. Jur.*, *Hæreditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit*. Hæreditas tota communiter a Jure 2
vocatur *As*, & nisi aliter exprimat Testator, dividitur in duodecim partes, seu unicas, quæ singulæ pro numeri diversitate, diversa sortiuntur nomina, omnes autem simul sumptæ *Assem* constituunt; Unde Hæres totius hæreditatis, Hæres ex *Asse* nominatur, *arg.* §. *Hæreditas*, 5. *Instit. de hæred.* ubi etiam habetur, quod in potestate Testatoris sit,

In quot partes hæreditatem dividere velit, ibi; *Hæreditas plerumque dividitur in duodecim unicas, quæ Assis appellatione continentur: habent autem & hæ partes propria nomina ab unica usque ad Assem, utpote hæc; Sextans* ideſt ſexta pars Aſſis, quæ facit duas unicas: *Quadrans* ſive quarta pars Aſſis continens tres unicas; *Triens*, ſive tertia pars Aſſis complectens quatuor unicas totius Aſſis; *Quincunx*, ſive quinque unicæ; *Semis*, ſive dimidium Aſſis comprehendens ſex unicas; *Septunx*, ſive ſeptem unicæ; *Bes*, ideſt octo unicæ; *Dodrans*, ſive novem unicæ; *Dextans*, ſive decem unicæ; *Deunx*, ſive undecim unicæ; & tandem *As*, ſive omnes partes ſimul ſumptæ, ſeu tota hæreditas.

3 Hæreditatis nomine veniunt omnes, & ſingulæ res, jura, & commoda, ſive parva, ſive magna defuncti, quæ Hæres titulo hæreditatis acquiſivit, vel acquirere potuiſſet; item omnes actiones activæ utiles ad aliquid proſequendum, & acquirendum; *Communis*, *arg. leg. Qui Filiifamilias* 14. *ff. de hæredit.* Rota *part.* 2. *deciſ.* 182. *num.* 3. *part.* 7. *dec.* 164. *num.* 13. *part.* 12. *deciſ.* 271. *num.* 3. *part.* 13. *deciſ.* 64. *num.* 11. Appellatione hæreditatis veniunt omnia bona ubique 4 exiſtentia; Rota *part.* 10. *dec.* 146. *num.* 13. & veniunt etiam omnia credita, tam activa, quam paſſiva; Rota *part* 7. *deciſ.* 257. *num.* 3. Venit pariter Juſpatronatus; Rota *part.* 10. *deciſ.* 240. *n.* 11. Imo veniunt non ſolum bona ſtabilia, ſed etiam mobilia; Rota *part.* 2. *deciſ.* 518. *num.* 2. Hæreditas etiam comprehendit omnes ſpecies quorumcumque bonorum undequaque provenientium, quæ apud Defunctum reperiuntur; Rota *part.* 4. *tom.* 3. *dec.* 664. *num.* 9. *cum ſequent.* Non veniunt tamen hæreditatis nomine Legata; Ro- 5 ta *part.* 3. *dec.* 160. *num.* 6. *& deciſ.* 474. *num.* 1. & minus veniunt Prælegata; Rota *ibidem*.

6 Hæreditatis petitio eſt actio, qua quis hæreditatem, vel totam, vel pro parte petit, ſeu vindicat ab eo, qui illam pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſidet; Calvin. *in Lexico Jurid. verb. Petitio hæreditatis*, *arg. leg. Licet minimam* 10. *ff. de hæredit. petit & leg.* 27. *ff. de rei vindicat*. Pro hærede autem poſſidet qui putat ſe hæredem eſſe; *leg. Pro hærede* 11. *ff. de hæredit. petit.* Pro poſſeſſore vero poſſidet, qui cauſam ſuæ poſſeſſionis aliam reddere nequit quam quia poſſidet; *cit. leg.* 11. *& ſequ. ff. eodem*. Uterque ſcilicet, & qui jus pro hærede, & qui poſſeſſor poſſidet, regulariter tenetur petitione hæreditatis; *leg. Regulariter* 9. *ff. eod.* Adi- 7 re hæreditatem aliud non eſt, quam ſe pro hærede declarare, ſeu hæreditatem amplecti, agnoſcere, ſeu admittere; *leg. Pro hærede* 22. *& leg. Gerit* 88. *ff. de acquirend. hæredit. Eſt in re Communis*. Aditio hæreditatis variis modis contingere poteſt, ſcilicet verbis, factis, aut aliis ſignis, dummodo tacite, vel expreſſe qui ſignificet, quod ſe pro hærede declarare habere, aut agere velit: *leg. Pro hærede* 22. *& leg. Gerit* 88. *ff. de acquirend. hæred. Eſt in re communis*. Hæ- 9 reditatem adire poteſt omnis, qui ſe obligare poteſt; *Communis*. Ad hoc autem ut hæreditatem adire quis poſſit, de- 10 bet ei prius ex teſtamento, vel ab inteſtato eſſe lata hæreditas, ac ſufficienter conſtare, quod adire volens, ſit certo hæres Donell. *lib.* 7. *Comment. cap.* 4. *num.* 16. & alii paſſim.

11 Hæreditas ad hoc, ut tranſmittatur ad hæredes hæredis, debet prius eſſe adita; non adita enim non tranſmittitur, excepto caſu, quo hæres *ſuus* nondum adiit hæreditatem, textu expreſſo *in leg.* 1. §. *In noviſſimo* ibi: *Hæreditatem etenim, niſi fuerit adita, tranſmitti, nec veteres concedebant, nec nos patimur, exceptis liberorum perſonis*; Rota *part.* 6. *deciſ.* 22. *num.* 6. *& ſequent. part.* 7. *deciſ.* 74. *num.* 5. *& deciſ.* 106. *num.* 2. *part.* 16. *deciſ.* 35. *num.* 8. & ſæpe alibi; eſt enim neceſſaria hæreditatis aditio ad effectum tranſmiſſionis; Rota *part.* 12. *dec.* 400. *n.* 10. *p.* 13. *deciſ.* 137. *num.* 12 15. Per aditionem hæreditatis acquirit quis jus, & dominium omnium rerum hæreditariarum, quas defunctus habuit, textu expreſſo *in leg. Cum hæredes*, 23. *ff. de acquir. & amit. poſſeſſ.* ibid. *Adita hereditate omnia jura ad nos tranſeunt*. 13 Nec requiritur, quod eorum poſſeſſionem actu, & corporaliter accipiat, quia aditio hæreditatis ſolo animo fieri poteſt, & in nuda voluntate conſiſtit, dummodo ea ſufficienter per ſigna externa conſtet, §. *final. Inſtit. de Hæred. qualitat. & differ.*, ibi: *Nuda voluntate extraneus hæres fit*. 14 Poſſeſſio tamen ipſa non acquiritur per ſolam aditionem hæreditatis, niſi quis eam naturaliter etiam apprehendat, textu expreſſo *in cit. leg. Cum hæres* 23. *ff. de acquir. & amit. poſſeſſ.*, ibi: *Adita hæreditate omnia quidem jura ad nos tranſeunt; poſſeſſio tamen, niſi naturaliter comprehenſa, ad nos non pertinet*. & ratio eſt, quia poſſeſſionem ſic dictam a pedum poſitione, *leg.* 1. *ff. eodem*, adipiſcimur corpore, & animo, neque per ſe animo, neque per ſe corpore, ut dicitur *leg.* 3. *princip. ff. eod.* Et *eſt communis*.

Additio hæreditatis transfert in hæredem omnem obligationem Defuncti, etſi vires hæreditatis excedat, caſu quo 15 non fecerit inventarium, vel ſine beneficio legis, & Inventarii hæreditatem adierit; *leg. final.* §. *Sin autem C. de jure deliber. & cap. In litteris* 5. *de Raptorib. Sic communis Doctorum*. Hinc poſt additionem hæreditatis tenetur hæres ſol- 16 vere cuncta Legata, & Fideicommiſſa, totamque adimplere voluntatem Defuncti, ita tamen ut detrahere poſſit a Legatis, non tamen piis, Falcidiam, vel a Fideicommiſſis Trebellianicam, ſi fecit inventarium. *leg.* 1. *Cod. de SS. Eccleſ.* & eſt communis, *ac certa*, Dicitur autem notanter: *Si fecit inventarium*, quia ſine beneficio Legis & Inventarii adit hæreditatem, Falcidiam detrahere non poteſt, textu claro *in leg. final. C. de jure deliber.* Et probabilius nequit etiam detrahere Trebellianicam, Haunold. *part.* 4. *tit.* 16. *cap.* 3. *num.* 11. Covarruv. *cap.* 16. §. 11. *num.* 6. *de Teſtam.* Clarus §. *Teſtamentum quæſt.* 66. & alii, quia, ut recte dicit Rota, inter hæredem adeuntem hæreditatem ſine beneficio Legis, & inventarii, & Legatarios, & Fideicommiſſarios cenſetur iniri quaſi contractus, ratione cujus hæres remanet ipſis obligatus; Dicta Rota *part.* 5. *tom.* 1. *deciſ.* 19. *num.* 9. *tom.* 2. *dec.* 438. *num.* 4. *&* 12. *part.* 9. *tom.* 1. *deciſ.* 79. *num.* 2. *part.* 15. *deciſ.* 222. *num.* 42.

Hæreditas repudiari, vel adiri debet, Rota *part.* 6. *dec.* 17 322. *num.* 23. alias habetur pro derelicta, Rota *ibidem*. Pro 18 parte autem acceptari, & pro parte repudiari non poteſt; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *dec.* 272. *num.* 15. *& ſequent.* Repu- 19 diatio autem hæreditatis eſt hæreditatis jam delatæ recuſatio, ſeu rejectio, vel non admiſſio; *Communis*, Dicitur notanter *Hæreditatis jam delatæ*, quia quæ nondum eſt delata, repudiari non dicitur, textu claro *in l.* 1. §. *Decretalis ff. de ſucceſs. edict.* Dicitur autem hæreditas delata alicui, quando mortuo jam illo, de cujus hæreditate quæritur, poteſt ſine ullo impedimento hæreditatem, ſi vult, ſtatim adire, & acquirere, vel repudiare; Baldus *in leg. potuit*, *Cod. de jure deliber.* Calvin. *in Lexico Jurid. verb. Delata*, Molina *diſp.* 274. *num.* 20. *& communis* aliorum. Hæreditatem re- 20 pudiare poteſt omnis, qui eam acquirere poteſt; *leg. Is* 18. *ff. de acquirend. hæredit. Communis*. Ordinarie loquendo, qui 21 ſemel hæreditatem adiit, eam repudiare amplius non poteſt, ſicut e contra, qui eam repudiavit, illam adire amplius nequit; *leg. Sicut* 4. *Cod. de repud. hæredit. Communis* cum Rota *part.* 1. *deciſ.* 495. *num.* 7. *in fine part.* 3. *deciſ.* 288. *num.* 2. *part.* 11. *dec.* 19. *num.* 8. *part.* 12. *deciſ.* 358. *num.* 2. *part.* 13. *deciſ.* 232. *num.* 5. & ſæpe alibi. Dicitur autem *ordina-* 22 *rie loquendo*, quia limitatur concluſio in hærede *ſuo*, utpote qui repudiatam hæreditatem, adhuc adire poteſt, intra trienium; ſi nondum alienata eſt; *leg. Si ſuus Cod. de repud. hæredit.* Rota *part.* 15. *deciſ.* 130. *num.* 11. & limitatur concluſio etiam in Minore, Rota *part.* 12. *deciſ.* 358. *num.* 3.

Renunciatio hæreditatis eſt ceſſio, ſeu remiſſio juris, 23 quod quis ad hæreditatem habet, vel habere poteſt, *arg. leg.* 1. *Cod. de Pactis* Eſt in re *Communis*. Renunciatio futu- 24 ræ hæreditatis alicujus adhuc viventis incerti, ſeu in genere licite, & valide fieri poteſt, etiamſi fiat in favorem tertii, *arg. leg.* 3. *ff. Pro ſocio*, Sanchez *l.* 7. *moral. cap.* 2. *num.* 31. Layman. *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 3. Reiffenſtuel *lib.* 3. *Decret. tit.* 26. *num.* 534. & communis aliorum; Et ratio eſt, quia in hujuſmodi renunciatione abeſt periculum voti captandæ mortis, ob quod alia jura prohibent renunciationem hæreditatis futuræ hominis adhuc viventis, in favorem tertii, *arg. leg. fin. Cod. de Poëtis*. Quævis renunciatio hæ- 25 reditatis hominis adhuc viventis etiam in alterius favorem facta valet, ſi fiat cum illius conſenſu, quem non revocet uſque ad mortem, *leg. final. Cod. de Pactis*, Et eſt, *communis*. Renunciatio autem de hæreditate viventis, ſine hujus con- 26 ſenſu facta non valet, textu claro *in leg. final. Cod. de Pactis*, *Communis*, *ac certa*. Nec talis renunciatio valet quamvis ju- 27 ramento confirmata ſit, Bald. *in cap. Ad noſtram, de jureju-rando*. Sanchez *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 33. Tholoſan. *Synt. rand. num.* 7. *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 33. Tholoſan. *Syntag. Jur. unic. lib.* 41. *num.* 13. Layman *lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 3. & communis aliorum. Et ratio eſt, quia hujuſmodi renunciatio de hæreditate viventis ſine ipſius conſenſu eſt contra bonos mores, utpote in qua inducitur votum captandæ mortis alterius; *leg. final. de Pactis*. Ex *Regula autem* 58. *de Regul. Juris in* 6. non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum juramentum; nec actum jure nullum validat, ſi ideo eſt nullus, ut in noſtro caſu, quia eſt contra bonos mores, vel Jus naturale, §. *Sed naturalia*, *Inſtit. de jure natural. gent. & Civ.* vel quia eſt in præjudicium tertii, *cap. Cum contingat* 28. *de jure jurando*, adeoque talis renunciatio non valet, quamvis juramento firmata ſit.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 SI plures inſtituti ſint hæredes, ſecundum jus Romanum ſolemnis fit diſtributio hæreditatis in duodecim uncias. Ita enim Juriſconſultus *in L.* 50. §. 2. *ff. de Hæred. Inſtitut.*: *Hæreditas* (ait) *plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ aſſis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia, uſque ad aſſem, puta hæc: Sextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.*

2 Quod ſi minus diſtribuit Teſtator poteſtate juris in hoc revolvitur, ut puta ſi duos hæredes ex quadrante ſcripſerit, nam hæreditas ejus reſidua accedit, ut ſcripti ex ſemiſſibus 3 videantur, *L.* 13. §. 2. *ff. dict. tit. de Hæred. inſtituend.* Pariter ſi hæredes ſcripti ſint alter ex quadrante, alter ex ſemiſſe, quadrans adhuc ſupereſt, qui pro partibus hæreditariis ipſis 4 accreſcit; *dict. L.* 13. §. 3. *ff. dict. tit. de Hæred. Inſtit.* Quod ſi duodecim uncias exceſſerit in diviſione, æque pro rata decreſcit; *dict. L.* 13. §. 4. *ff. dict. tit. de Hæred. inſtit.*

5 Fluunt ex hac ſolemni diſtributione, & aliæ plures deci- 6 ſiones *in L.* 14. *ff. dict. tit. de Hæred. Inſtit.* relatæ, de quibus an laborandum ſit hodie dubitari vel ex hoc poteſt, quod 7 naturales conſtituuntur portiones pro lubitu Teſtatoris, ac propterea ſi adſcriptæ ſint omnibus partes ſuæ, recurrere minime oporteat ad ſolemnem partium diſtributionem, ſed dividenda ſit hæreditas in tot partes, quot aſſignavit Teſta- 8 tor. De cetero ſi non omnibus partes ſint adſcriptæ, recurri & nunc debet ad ſolemnem diſtributionem partium, idque quia alias conſtare haud poteſt, quid ei, qui ſine partibus 9 eſt ſcriptus hæres, aſſignari debeat. Confer *Stryk. in uſ. modern. pandect. lib.* 28. *tit.* 5. §. 10.

HÆRES.

1 HÆres, (cujus nomen derivatur ab *Hexo*, quia Veteres, *Hæredes pro Dominis appellabant*, §. *final. Inſtitut. de Hæred. qualit.*) eſt qui in univerſum jus defuncti vel ex Teſtamento, & diſpoſitione Teſtatoris, vel ab inteſtato, & diſpoſitione Legis ſuccedit; Eſt in re *communis*, & habetur clare *ex leg. Hæredem* 59. *ff. de regul. juris*, ibi: *Hæredem ejuſdem poteſtatis, juriſque eſſe, cujus fuit Defunctus conſtat, & leg. Hæres* 37. *ff. de acquir. Hæred.*, ibi: *Hæres in omne jus mortui, non tantum ſingularum rerum Dominium ſuccedit*.

2 Hæres alius eſt ab inteſtato, & alius ex Teſtamento, ſeu inſtitutus. Hæres ab inteſtato eſt qui ex diſpoſitione Legis ſuccedit in univerſum jus illius, qui inteſtatus decedit, qui nempe, aut omnino Teſtamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id quod fecerat, ruptum, irritumque factum eſt, aut ſi ex eo nemo hæres extiterit, juxta verba Juſtiniani *princip. Inſtitut. de Hæred. quæ ab inteſt.* Hujuſmodi Hæredes ab inteſtato ſunt proximi conſanguinei inteſtatorum. Hæres ex Teſtamento, ſeu inſtitutus eſt, qui ex ſpeciali diſpoſitione Teſtatoris in Teſtamento inſtituitur ad ſuccedendum in bonis ſuis; *Eſt in re communis*.

3 Hæres ex Teſtamento alius eſt *univerſalis*, ſive ex *Aſſe*, qui inſtituitur ad ſuccedendum in omnibus bonis, & juribus Defuncti, & conſequenter ad ſubeunda etiam omnia onera, ſeu debita realia ipſius. Alius eſt *particularis* in parte Hæreditatis aliquota, V. G. Sextante, Quadrante, Triente, Semiſſe; vel *particularis* in re aliqua certa, ac determinata, V. G. in tali agro, domo, & hujuſmodi, & talis potius Legatarii loco habetur, adeoque jura, onera, & debita Defuncti ad eum nihil pertinent, ſed ad Hæredem proprie dictum, qui Defuncti perſonam tam quoad jura, & commoda, quam quoad onera, ſeu debita repræſentare debet; *leg. Quoties Cod. de Hæred. inſtit.* Si autem ſolus hæres particularis etiam in re aliqua certa, ac determinata tantum verbis ipſi directis inſtitutus ſit, aut alii Hæredes particulares ante Teſtatorem mortui ſint, reliqua etiam hæreditas illi accrescere debet; *leg.* 1. §. *Si ex fundo*, *ff. de Hæred. inſtit.*

Hæres ex Teſtamento rurſus alius eſt *neceſſarius*, & alius 4 *non neceſſarius*, ſeu voluntarius. Neceſſarius dicitur, quem Teſtator in portione legitima inſtituere cogitur, niſi juſtam exhæredandi cauſam habeat ex illis quatuordecim aſſignatis ſub verb. *Exhæredatio*, & tales hæredes neceſſarii ſunt omnes deſcendentes, & aſcendentes legitimi. Hæres non neceſſarius, ſeu voluntarius dicitur ille, quem Teſtator inſtituere non cogitur; uti ſunt omnes tum extranei, tum etiam ſanguine, vel ſtirpe conjuncti, ſed non in linea recta deſcendente, vel aſcendente, adeoque etiam fratres, & ſorores Teſtatoris defuncti, cujus proinde Teſtamentum infirmare non poſſunt, quod præteriti ſint, niſi aliquem infamem inſtituiſſet; tunc enim ipſis competeret querela inofficioſi Teſtamenti, niſi & ipſi infames eſſent, vel de ingratitudine erga Teſtatorem notati; *leg. Fratres* 27. *Cod. de inofficioſ. Teſtament.*

Hæres inſuper alius eſt *Suus*, & alius *non ſuus*. Hæres 5 *ſuus* dicitur proximus deſcendens in poteſtate Defuncti mortis tempore exiſtens, etiam poſthumus, ac naturalis legitimatus per Matrimonium; §. 2. *Inſtitut. de Hæred. qualit.*, ibi: *Sui autem, & neceſſarii Hæredes ſunt veluti Filius, Filia, Nepos, Neptiſve ex Filio, & deinceps ceteri Liberi, qui in poteſtate morientis modo fuerint*. Ubi etiam Legislator dat rationem, quare ita vocentur, ibi: *Sui quidem Hæredes ideo appellantur, quia domeſtici Hæredes ſunt*. Item quia hæreditatem prius quodammodo jam ſuam obtinent; *leg. In ſuis* 21. *ff. de liberis, & poſthumis*. Hæres *non ſuus* dicitur omnis alius hæres, ſive ab inteſtato, ſive ex Teſtamento conſtitutus; & talis hæreditatis Dominium non acquirit, antequam eam adeat, ſeu voluntarie acceptet, declarando ſe hæredem eſſe velle; §. *ultim. Inſtitut. de Hæred. qualit.* Et datur ei anni ſpatium, poſtquam ſibi hæreditatem collatam cognovit, ad deliberandum utrumnam adire velit, nec ne? & interea moriens uſque ad finem anni poteſtatem adeundi ad hæredes tranſmittit; Sporer *tom.* 2. *tract.* 6. *in complement. VII. Præcept. Decal. cap.* 3. *ſect.* 6. *num.* 116. & alii paſſim. Et ſi 6 intra 30. dies a cognita ſibi hæreditate delata inventarium conficere incœperit, & intra alios 60. dies abſolverit, non tenetur Defuncti creditoribus debita ſolvere ultra vires hæreditatis; *leg. ultim. Sin autem dubius*, *Cod. de jure deliberand.* Sporer *loc. cit.* Layman *loc. cit. cap.* 6. *num.* 7.

Hæres poteſt eſſe omnis, qui non prohibetur; *Communis*, 7 ac certa; *argum. leg. Non juris* 31. *ff. de hæred. inſtitut. & princip. Inſtitut. eod.* Prohibentur autem de jure inſtitui hæredes omnes ſequentes. Primo Judæorum communitas; *leg.* 1. *Cod. de Judæis*. Secundo Hæretici, eorumque receptores, & defenſores. Excipiuntur tamen Lutherani, & Calviniſtæ, qui ſaltem in Imperio Romano hæredes eſſe poſſunt vi pacis Monaſterienſis. Tertio Apoſtatæ a Chriſtiana Fide; *leg. Hi, qui* 3. *Cod. de Apoſtatis*: Quarto, qui percutiunt, vel perſequuntur Cardinalem; *cap. Felicis recordationis* 5. *de pœnis in* 6. Quinto, Peregrini, qui jus Civitatis Romanæ ex cauſa pœnæ amiſerunt, quales ſunt Deportati; *leg. Cod. de hæred. inſtitut.* Secus eſt de peregrinis ſine cauſa pœnæ, ſeu alienigenis, hi enim quia facere poſſunt Teſtamentum, *Authent. Omnes peregrini*, *Cod. Communia de Succeſſorib.* etiam hæredes inſtitui poſſunt, eo quod Teſtamenti factio activa tamquam nobilior annexam habere ſoleat paſſivam. Sexto 8 damnati ad ultimum ſupplicium, eo quod ſtatim, ac damnantur, evadunt peregrini: *leg. Qui ultimo* 29. *ff. de pœnis* 8. & ſervi pœnæ, *leg.* 3. *ff. de his, quæ pro non ſcript. habentur*. Septimo liberi rebellium, & perduellium; *leg. Quiſquis* 5. §. 1. *Cod. ad Leg. Jul. Majeſt.* Octavo Spurii ex damnato coitu nati; *Authentic. Ex complexu*, *Cod. de inceſtuoſ. nupt. & Authent. Licet Cod. de naturalib. liber.* Nono, ex Teſtamento, vel ab inteſtato hæres eſſe nequit, qui occidit Teſtatorem; *leg.* 7. §. *penult. ff. de bonis damnator. & leg.* 15. §. *final. & Cod. S. C. Silaniano*. Decimo, nihil capit ex Teſtamento, qui manifeſtiſſime comprobatus eſt id egiſſe, ut per negligentiam, vel culpam ſuam, illa Perſona, a qua hæres inſtitutus eſt, moreretur; *leg. Indignum* 3. *ff. de his, quæ ut indignis*. Undecimo, inſtitui hæredes non poſſunt omnes illi, qui ob delictum Teſtamentum facere non poſſunt; de quibus ſuo loco ſub verb. *Teſtamentum*.

Duodecimo vi ſuæ Regulæ, & altiſſimæ paupertatis hæredes inſtitui prohibentur Fratres Minores de Obſervantia, Reformati, & Capuccini; *Clementin. Exivi* §. *Quia igitur, de verb. ſignific.* & expreſſe Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. 9 *de Regular.* Tertiodecimo, non ſolum particulares Profeſſi, &

Coadjutores vota formata habentes, sed nec etiam Collegia, & Domus Societatis Jesu ratione alicujus talis Professi; aut vota formata habentis, possunt succedere in hæreditatem, vel esse hæredes, sive ex Testamento, sive ab intestato, *Part. 6. Constit. cap. 2. §. 12.*, ibi: *Non solum particulares Professi, & Coadjutores formati Hæreditariæ successionis non erunt capaces; Verum nec Domus, nec Ecclesia, nec Collegia eorum ratione; Sic enim omnibus litibus, ac controversiis præcisis, Charitas cum omnibus ad Dei gloriam melius conservabitur*; Sic Sanchez *lib. 7. cap. 27. numer. 16. 24.* Layman *lib. 3. de justitia tractat. 5. cap. 5. num. 3.* Molina *tom. 1. tract. 2. disput. 139. ver. Tam professi, juncta disput. sequent.* Possunt tamen Societatis Jesu Collegia, & Domus hæreditates accipere, dummodo non deferantur contemplatione suorum Professorum; *Part. 6. Constitut. cap. 2. §. 5.* & docet Sanchez *lib. 7. cap. 27. num. 15.* Molina *tom. 1. tract. 2. quæst. 195. verb. Regula*, Layman *loc. cit. sub num. 4.*

10 Alii Ordines omnes, eorumque Professores, etiam Mendicantes, quibus permissum est bona stabilia in communi possidere, possunt esse hæredes sive ex Testamento, sive ab intestato; *leg. ultim. §. Hoc etiam Cod. de Episcop. & Cleric.* Et ratio est, quia licet Religiosi per votum solemne paupertatis privati sint omni jure, & proprietate per se, & pro se in particulari, manent tamen capaces jurium, quatenus sunt membra Communitatis capacis ejusmodi jurium in communi, atque adeo hæredes esse possunt sive ex Testamento, sive ab intestato; cum hoc tamen, quod ratione suæ Professionis emissæ omnia eorum bona ac jura (excepta portione legitima hæredibus necessariis sive descendentibus, sive ascendentibus debita) in Monasterium transeunt ipso facto absque alia apprehensione, quia transeunt accessorie ad ipsam personam transeuntem in Monasterium; *Authent. de Monachis, §. illud quoque*, ibi: *Ingredientem namque simul sequuntur omnino res*; *Authentic., Si qua mulier, de SS. Ecclesiis*; *leg. ultim. §. hujus autem, Cod. de Episcop. & Cleric. cap. Ab-*
11 *bates 16. caus. 18. quæst. 2.* Hinc Monasterium ratione sui Monachi hæreditatem delatam adire potest etiam ipso Religioso ignaro, & invito, vel ante additionem mortuo; Religiosus vero eam adire nequit absque Prælati, vel Monasterii mandato, quia Religiosus professus propter paupertatis votum est incapax sibi acquirendi, sed omnia ejus bona, & jura ex hæreditate, legato, donatione, industria, vel quovis alio titulo acquisita ad Monasterium transeunt; quidquid enim acquirit Monachus, acquirit Monasterio; *cap. Statutum 1, caus. 18. quæst. 1. cap. Abbates 16. caus. 18. quæst. 2. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quæst. 3. cap. In præsentia 8. de probationib.* & sic contra Legistas docet communis Theologorum, & Canonistarum, quos citant, & sequuntur Rodriq. *tom. 2. qq. Regul. q. 76. art. 1.* Sanchez *lib. 7. moral. cap. 12. quæst. ultim.* Molina *tom. 1. tract. 2. disput. 140.* Covarruv.
12 *cap. 1. de Testament. num. 1.* Layman *loc. cit. num. 7.* Religiosus ad Episcopatum translatus, quamvis fuerit Ordinis Mendicantium, & etiam Ordinis Minorum, est capax hæreditariæ successionis, ita tamen, ut bonorum sola administratio ipsi acquiratur, Dominium vero Ecclesiæ cui præest; Rota *in Urgellen. Hæreditat. 24. Maji 1619. part. 4. recent. tom. 2. decis. 115. num. 22.* Bartol. *in tract. Minorum lib. 4. dist. 3. cap. 3.* cum aliis allegatis *argum. cap. Statutum 1. caus. 18. quæst. 1.* Vide verb. *Episcopus art. 7. num. 11. 12. 13. & sequent.*

13 Hæredes ab intestato succedunt sequenti ordine. Primo, ante omnes legitimi liberi, tum mares, tum fœminæ Dominii capaces, æqualibus portionibus; in quorum mortuorum locum succedunt nepotes in stirpem, non in capita; *Novella Justiniani 118. collat. 9. cap. 1.* Secundo deficientibus liberis, ac Nepotibus descendentibus, succedunt Pater, & Mater Defuncti, si superstites sint; si vero superstites non sint, in locum Patris succedunt Avus, & Avia paterna, & in locum Matris Avus, & Avia Materna; *Authent. de Hæredib. ab intestato.* Tertio deficientibus tam descendentibus, quam ascendentibus, succedunt Fratres, & Sorores Defuncti ex utraque parte conjuncti æquis portionibus, exclusis iis, qui ex solo Patre, vel sola Matre conjuncti sunt, atque in illorum mortuorum locum etiam succedunt Nepotes; *Authent. Itaque Cod. communia de successionibus.* Quarto deficientibus Fratribus, & Sororibus ex utraque parte conjunctis, ac eorum Filiis, succedunt Fratres, ac Sorores ex una tantum parte conjuncti respective ad bona profecta, ut qui ex parte Patris conjuncti sunt succedant in bonis a Patre profectis, & qui ex parte Matris conjuncti sunt, succedant in bonis a Matre provenientibus, in reliquis communibus bonis æqualiter omnes; ut docet Glossa communiter recepta *in cit. Authent. Itaque Cod. communia, de successionibus.* Quinto, deficientibus omnibus fratribus, & sororibus, eorumque Filiis, succedunt propinquiores collaterales usque ad decimum gradum, civili computatione facta, æquali divisione in capita, nulla habita ratione, utrum ex utraque, vel ex una tantum parte conjuncti sint, dummodo in eodem gradu vicinitatis conjuncti sint; *Authent. de Hæredib. ab intestato cap. 3. & Authent. post Fratres, Cod. de legitimis Hæredibus.* Sexto deficientibus etiam hæredibus collateralibus usque ad decimum gradum, succedit conjux Defuncti, nisi inter eos fuerit divortium; *l. unic. ff. & C. unde vir & uxor.* Septimo denique, si ab intestato decedentis, neque consanguineus ullus, neque uxor extet, succedit Fiscus in omnibus bonis, Laici quidem ab intestato Defuncti, Fiscus sæcularis, Clerici vero sic ab intestato Defuncti, Fiscus Ecclesiasticus; *leg. Vacantia 4. Cod. de bonis vacantibus, & cit. leg. unic. Cod. Unde vir & uxor.* Vide tamen verb. *Successio ab intestato*, ubi fusius de omnibus.

Hæredibus descendentibus, scilicet Filiis, ac in illorum 14
defectu Nepotibus, si non adsit aliqua justa causa ex illis quatuordecim assignatis sub verb. *Exhæredatio*, eos exhæredandi, debetur semper legitima portio, quæ est Triens hæreditatis, si non sint plures liberi quam quatuor; & Semis, si sint plures quam quatuor; *Authent. de Triente, & Semisse, Authent. Novissima, Cod. de inofficios. Testamenti.* In supradicto descendentium numero computandi sunt etiam, qui hæreditati renuntiarunt, non tamen qui legitime sunt exhæredati. aut ob Religionis Professionem incapaces facti sunt; Cum hoc tamen discrimine, quod liberi immediati eorumque Nepotes singulares, de illa portione legitima participent in capita; Nepotes autem unius plures tamquam unius Patris personam repræsentantes, etiam unius tantum portionem participent in stirpem; *instit. de Hæredibus ab intestato, §. Cum filius.* Unde dantur communiter sequentes versus:

Quatuor, aut infra dant natis Jura Trientem;
Semissem vero dant natis quinque vel ultra.

In defectu autem descendentium, legitima portio ascen- 15
dentium est semper *Triens* Hæreditatis, immediate deputa parenti utrique, vel uni superstiti; & neutro superstite in locum patris succedunt Avus, vel Avia Paterna; & in locum Matris, Avus, vel Avia Materna; *Authent. de Hæredib. ab intestato.* Talis autem legitima portio debet relinqui om- 16
nibus supradictis hæredibus sine ullo onere, aut gravamine; alioquin appositæ onera, & gravamina habentur pro non appositis; *leg. Quoniam Cod. de inoffic. Testam.*

Quod si alicui descendenti, aut ascendenti relinquatur pro 17
legitima minor portio quam supra assignata, competit ei actio ad petendum complementum Legitimæ, quæ actio durat ei usque ad 30. annos; *leg. Omnimode, Cod. eod. & Authent. Et cum de appellat. cognoscitur, §. Hæc autem disposuimus*, & sic ex communi sententia Gomez 1. *resolut. cap. 11. n. 23.* Molina *disp. 177.* Layman. *loc. cit. numer. 11.* Si vero sine 18
justa exhæredandi causa non solum minor portio, quam assignata, sed nulla relinquatur pro Legitima, Testamentum ipso jure est nullum, quoad extranei hæredis institutionem (non item quoad Legata, Commissa, & alia) *Authent. Ex causa, Cod. de liberis præteritis*; & præterito hæredi competit actio triginta annorum ad Testamentum nullum dicendum; Glossa communiter recepta *in leg. Licet verb. Longe, Cod. de jure deliberandi.* Quod si autem legitima causa exhæ- 19
redationis sit Testamento inserta, sed ab hærede instituto probari non possit, tunc competit hæredi necessario querela inofficiosi Testamenti, per quam evacuabit Testamentum quoad hæredis extranei institutionem, sed necessario absolvenda intra quinquennium; *leg. Si quis filium 34. leg. Scimus 36. Cod. de inoffic. Testam.* & ex communi docet Jul. Clarus *qu. 40. num. 5.*

Pater, quamvis non teneatur instituere hæredes Filios 20
naturales, si tamen Filiis legitimis careat, potest eos instituere, & eis quomodolibet sua bona relinquere, dummodo Parentes, si supersint, legitima portione non priventur; *Authent. Licet Cod. de naturalibus Liberis.* Si autem Filios 21
legitimos habeat, non potest Pater relinquere Filiis naturalibus plusquam unam hæreditatis unciam, seu duodecimam partem; *Authent. quibus modis naturales efficiantur sui, &*
22 *cit. Authent. Licet, Cod. de naturalib. Liberis.* At vero Matri Filii naturales succedunt cum legitimis tam ex Testamento, quam ab intestato, ubi jus commune observatur; *leg. 5.*
23 *Si qua Illustris, Cod. ad S. C. Orficianum.* Filii vero spurii ex damnato coitu nati succedere non possunt nec Patri, nec Matri, neque per Testamentum, neque ab intestato, neque per substitutionem; *leg. Si quis incesti, Cod. de incestis nuptiis, leg. 1. Cod. de naturalibus liberis, Novella 74. cap. 4. & 6.* Licet possit spurius in defectu hæredum necessariorum, institui hæres ab Avo, licet sit natus ex Filio spurio Avi, quia ille, qui instituitur, non est Filius spurius Testatoris, sed nepos, & cit. Leges loquuntur solum de spuriis Filiis, & non de Nepotibus; Et a fortiori possit institui ab Avo Filius legitimus, vel naturalis Filii spurii, quia ille Nepos non est spurius; Lugo *de justit. & jure disp. 24. num. 119.* cum San-
24 chez, & Vasquez ibi citatis, & plures alii. Tenentur tamen Parentes alere ipsos Filios spurios; *cap. Cum haberet 8. de eo, qui duxit in Matrimonium, quam polluerat adulterio*, ibi in fine; *Sollicitudinis tamen tuæ interest, ut uterque Parentum liberis suis, secundum quod eis suppetunt facultates, necessaria*
25 *subministret*: vide verb. *Filius a num. 126.* Hærede Patris habent eandem obligationem alendi spurium, si Pater non providerit; Lugo *de justit. & jur. decis. 24. num. 125.* La Croix *lib. 3. par. 2. num. 1167.* & alii. Item ascendentes Paterni, si Pater, aut hæredes deficiant; Lugo *loc. cit. n. 136.* La Croix *loc. cit. num. 1167.*

26 Hæres semel non potest desinere esse hæres; Rota *par. 4. tom. 2. decis. 466. num. 3, & 6. part. 5. tom. 2. decis. 436. par-*
27 *te 12. decis. 322. num. 10.* Limita tamen ex causa superveniente, cum tunc possit desinere esse hæres; Rota *part. 2. decis.*
28 *75. num. 11.* Hæres hæredis reputatur etiam hæres primi Defuncti; Rota *part. 9. tom. 1. decis. 301. part. 14. decis. 227.*
29 *num. 2.* Dictio *Hæres* comprehendit tam masculos, quam fœminas in materia indifferenti; Rota *part. 9. tom. 2. dec. 383. num. 16.* Secus autem in materia differenti, & ubi constat de contraria mente statuentium, quo casu restringitur ad solos ma-
30 sculos; *ibid. num. 17.* Hæres Tutoris tenetur de neglectis, &
31 ad usuras pupillares; Rota *part. 11. decis. 69. num. 3.* Hæres uxoris tenetur alere Maritum inopem; Rota *part. 18. to. 1. decis. 30. num. 1.* Prout tenetur præstare evictionem Viro, cui bona Fideicommissa in Dotem constituta sunt, quando evictio fuit promissa; Rota *part. 18. tom. 2. decis. 605. numer. 4.*
32 Deficiente hærede scripto ante Testatorem, hæreditas devolvitur hæredi ab intestato; Rota *part. 11. decis. 84. numer. 1.*

33 Hæredis voluntas servanda est circa funera Defuncti; *Sac. Congr. Rit. in Ferrarien. 7. Sept. 1613. apud Aldan. in compend. Canonic. resolut. lib. 2. tit. 8. num. 26.* Hæredes Defunctorum pro illis ad sepulturam associandis numerum cereæ sibi benevisum, quolibet contrario prætextu per Parochum deducto non obstante, subministrare valent; *Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Cassanen. 5. Maji 1617.* penes Aldan. *loc. cit.*
35 *num. 27.* Hæredes Defunctorum possunt vocare numerum Religiosorum sibi benevisum in deferendis Cadaveribus ad Ecclesias; *Sac. Congr. Rit. in Camerinen. 21. Nov. 1627.* penes Barbosam *in Summa Apostolic. decis. verb. Hæres numer. 3.* & eadem *Sacr. Congr. subdie 14. Januarii 1649.* Electio, & numerus Religiosorum pro associandis Cadaveribus ad libitum hæredum Defunctorum spectat, & pertinet, & ita ubique servatur, prout antea *Congr. Rit.* decrevit 14. *Januarii 1649.* Sic *Sac. Congr. Concil. 30. April. 1660.* Item *ead. Sacr. Congr. Concil. in Papien. 27. Decemb. 1667.* decrevit ut sequitur: *Non sunt à Parochis cogendi, & compellendi Defunctorum Hæredes, ut si duodecim V. G. Fratres vocent ad associandum Cadaver, totidem omnino pares numero Clericos sæculares vocare debeant*: & sic sæpe sæpius tum *Sacr. Congr. Rit.* tum *Sacr. Congr. Concil.* tum *Sacr. Congr. Episcoporum, & Regul.* & signanter *in Alexandrina 10. Septembr. 1638.* ut sequitur.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.

36 „ IL Guardiano de' Minori Osservanti del Convento di S. Bernardino nella Città d' Alessandria umilissimo O-
„ ratore dell' EE. VV. riverentemente espone, che essendo

„ morto in detta Città il quondam Giovanni Vitali, e do-
„ vendosi sepellire nella Chiesa dell' Oratore, e perciò in-
„ vitati tutti i suoi Religiosi ad accompagnare il Cadavere,
„ pretesero li Signori Canonici della Cattedrale impedire
„ il trasporto di quello, asserendo doversi chiamare a tal'ac-
„ compagnamento in egual numero i Sacerdoti Secolari, e
„ Regolari, ma perchè Monsignor Vescovo, attese le buo-
„ ne ragioni dell' Oratore, decretò a suo favore, li Cano-
„ nici fecero protesta di non esser con quell' atto pregiudica-
„ ti. Ricorre per tanto esso Guardiano alla retta giustizia
„ delle EE. VV. supplicandole, che come altre volte, e da
„ cotesta Sacra Congregazione, e da quelle del Concilio, e
„ de' Riti, e stato determinato, che sia in arbitrio degli E-
„ redi del Defonto chiamare i Religiosi, e Preti secolari in
„ qual numero più loro piaccia degli uni, e degli altri, così
„ vogliano degnarsi determinare ancora nel presente caso,
„ che &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, censuit Oratori dandam esse declarationem alias editam, nempe esse ad libitum disponentium, seu ipsorum hæredum convocationem Cler., & Fratrum, quos ipsi maluerint.
Romæ 10. Septembr. 1688.

G. Card. Carpineus.

B. Panciaticus Secret.

Et hoc Decretum reperitur Authenticum in Archivo hujus Conventus S. Bernardini Alexandriæ. Et idem statuit Alexander VII. Constitut. incip. *Alias* apud Theatr. Regular. verb. *Sepultura*. Et sic novissime etiam Benedictus XIII. Constit. incip. *Pretiosus*, §. 70., ibi: *Volentes numerum Fratrum associare debentium fore libere determinandum per hæredes defuncti, nullo habito respectu ad numerum Clericorum sæcularium*. Et idem jam decreverat Sac. Congr. Episc. & Regul. in Albinganen. non obstante Synodo Provinciali, ac concordia, & affertur Decretum ad litteram.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.

IL Priore, e Frati del Convento di S. Agostino della Terra della Pieve, Diocesi d' Albenga riverenti espongono all' EE. VV. come per la morte del già Pietro Gherardi, che si aveva eletta la sepoltura nella Chiesa degli Oratori, l' Arciprete Curato di quella Colleggiata pretese di non voler andare a levare quel Cadavero, che era nella sua Parocchia, mentre non si osservava una concordia seguita fra loro, e praticata sin' ora da molti anni in quà, che quando intervenivano alla detta Associazione due Regolari, dovessero anche intervenirvi col Curato due Preti del Clero, tanto più per esser ciò stato disposto, e decretato dal Sinodo Provinciale di Genova, confermato nel 1574. dalla Sagra Congregazione del Concilio d' ordine del Sommo Pontefice di quel tempo a relazione della medesima Sagra Congregazione, ed anco con lettere di questa Sagra Congregazione del 1600. che ne ordinò l' osservanza. E perchè gli Eredi del detto Gherardi nell' Associazione di detto Cadavero non vi vollero, che gli Frati di S. Agostino, ed il solo Arciprete Curato, quale ricusò d' andarvi, mentre non v' interveniva tutto il Clero, e non si osservava detta concordia, e Sinodo. Onde gli Oratori levarono il Cadavero, e condussero alla Chiesa, per dargli sepoltura senza l' Arciprete. Per tanto li medesimi Oratori reclamando da tal Decreto, e concordia supplicarono umilmente l'EE. VV. dichiarare esser lecito, ed in arbitrio de' Defonti, o de' suoi Eredi, o che abbino, o che s' eleggano sepoltura nella Chiesa de' Regolari, di poter chiamare quanti, e quali Regolari vogliono per associazione di Cadaveri alle dette loro Chiese de' Regolari, benchè non vi siano chiamati Preti, o alcun de' Preti Secolari; purchè non s' escluda il Parroco. Ed essendo state da questa Sagra Congregazione maturamente considerate, e discusse le ragioni addotte da ambe le parti, proponente l' Eminentissimo

„ Signor Cardinale d'Elci, fu risoluto, e dichiarato sotto li
„ 23. Novemb. 1663.

Synodum non comprehendere Regulares in casu de quo agitur. Ideoque esse ad libitum disponentium, seu ipsorum hæredum convocationem Cleri, & Fratrum, quos ipsi maluerint, non attenta præfata concordia, ceterisque in contrarium allatis non obstantibus quibuscumque &c.

„ Alla quale dichiarazione, e Decreto non quietandosi
„ il medesimo Arciprete, e Collegiata, hanno con nuove
„ istanze, e motivi fatto nuovamente ricorso a questa
„ medesima Sagra Congregazione per la moderazione, e
„ revocazione di detta dichiarazione, o Decreto.
„ Supplica perciò Fr. Geronimo Valvasori da Milano Pro-
„ curatore Generale di S. Agostino, unitamente con gli O-
„ ratori l' EE. VV. Reverendissime di confermare la sud.
„ detta resoluzione. Che &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, reque denuo, auditis Partibus, Eminentissimo Ilcio referente, mature discussa, statuit, ac decrevit standum esse in decisis, quibuscumque non obstantibus.

Romæ 27. Martii 1664.

M. Card. Ginettus.

Loco ✻ Sigilli.

E. Episc. Camer. Secret.

37 Hæres ab intestato tenetur solvere Legatum pium relictum in testamento profano nullo; Rota *part. 6. recent. decis.* 108. *num.* 23. & 24. & late *part.* 19. *tom.* 1. *decis.* 484. *num.* 3. *& in Cæsaraugustana Testamenti* 9. *Martii* 1671. *decis.* 65. *num.* 14. *part.* 17. *recent.* Card. Petra *tom.* 2. *Comment. ad Constit.* 10. *Innocent. III.* & alii passim. Hæres detrahat Trebellianicam contra Ecclesiam mediate substitutam, data cautione restituendi eam, si substitutio purificabitur pro Ecclesia; Sabell. *diversor. tract. verf. Trebellianica numer.* 20. citans plures alios; Card. Petra *loc. cit. num.* 76. & alii
39 passim. Hæres ex Testamento per lapsum triginta annorum præscribit contra Legatarios, vel cohæredem; Ancharan. *in cap. Sine possessione num.* 7. *in fin. de regul. Jur. in* 6. Balb. *de præscript. part.* 3. *q.* 13. *num.* 9. Pox Jordan. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 306. *& tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 24. *num.* 26. Card. de Luca *de credit. disc.* 131. *num.* 21. Card. Petra *to.* 1. *comment. ad Constitut.* 4. *Honorii III. num.* 98. citans Rotam, & varios alios.

40 Hæredes personæ excommunicatæ præstent cautionem de satisfaciendo parti, antequam Excommunicatus Defunctus absolvatur; *Sacr. Congr. Immun. in Aquilana* 13. *Augusti*
41 1686. *lib.* 1. *decret. Altovit. pag.* 387. Successio in hæreditate bonorum omnium Sacerdotis mortui absque hærede spectat ad Episcopum, non ad Cameram Ducalem, ad effectum disponendi juxta regulas Canonicas; *Sacr. Congreg. Immun. in una Burgi S. Domnini* 26. *Augusti* 1669. *lib.* 1.
42 *Decret. Altovit. pag.* 190. Hæres institutus sub conditione ne mulierem inhonestam in Uxorem ducat, hæreditatem amittit, si idem præceptum non servet; *Sac. Congr. Conc.*
43 *in Nullius* 19. *Decemb.* 1626. *lib.* 13. *Decret. fol.* 62. Hæredem qui vult facere Ecclesiam, Consanguineis exhæredatis, quærat alterum qui suscipiat, non Augustinum, imo Deo propitio neminem inveniet: *cap. Quicumque* 43. *caus.* 17. *quæstion.* 4. ex verbis S. Augustini *serm.* 52. *de vit. Clericor.*

44 Hæredes, aliique Executores post hæreditatem aditam, & inventarium confectum statim tenentur solvere legata, & alia exequi, quæ Defunctus præceperat, nisi justo impedimento excusentur, & ad hoc a Judice cogi possunt, *l. Cum res* 47. *In princip. ff. de Legatis* 1. *l. Si domus* 71. §. *In pecunia ff. eodem cap. Si hæredes* 6. *de Testament.* Quantvis enim hæredes, aliique Executores non incurrant pœnam ab ipso jure statutam, nisi intra tempus a jure determinatum voluntatem Testatoris exequi negligant, potest tamen Episcopus per Censuram Ecclesiasticam, vel etiam alius Judex per interdictum administrationis bonorum defuncti, vel aliis pœnas arbitrarias etiam ante annum compellere hæredes, & Executores testamentarios ad implendam voluntatem defuncti, non tantum quoad causas pias, sed etiam profanas, nam hæres cum primum potest, tenetur solvere Legata, & alia relicta in Testamento per leges citatas; Abbas *in cit. cap. Si hæredes num.* 5. Covarruv. *ibid. num.* 4. Card. *ibid.* Pirhing. *lib.* 3. *Decret. tit.* 26. *num.* 129. Reiffenstuel *ibid. num.* 792. & alii. Dominium enim rei Legatæ adita hæreditate statim transit in Legatarium, §. *Nostra autem, Institut. de Legatis*, & ibi Gloss. *verb. Per in rem, juncta additione, & l. A Titio* 64. *ff. de furt.*

Hæredes, aliique executores tenentur adimplere Defuncti 45
voluntatem intra annum computandum non a die mortis Testatoris, sed a die monitionis factæ per Judicem, & si semel moniti negligant, perdunt omne id, quod eisdem alias ex Testamento competit, sive hæreditas, sive Legatum sit, textu expresso *in Authent. hoc amplius Cod. de Fideicomm.* ibi: *Monitus a Judice intra annum non implet.* Et *Novell.* 1. *cap.* 1. §. 1. *cap. Nos quidem* 3. *de Testamentis*, ibi: *Ut eam commoneas, quatenus infra annum &c.* & ibi Fagnanus *num.* 2. Abbas antiquus *num.* 2. Hostiens. *num.* 2. Joan. Andr. *num.* 6. Ancharan. *num.* 5. *& 6.* Butrius *num.* 9. Abbas Siculus *num.* 3. & alii passim. Et concordat *Authent. De hæred. & Falcid.* §. *Si quis autem in princip. cap.* 1. *collat.* 1. ubi etiam una tantum monitio, ut præcedat requiritur; idem etiam desumitur ex *cap. Si hæredes* 6. *de Testamentis*, ibi: *Si hæredes justa Testatoris non adimpleverint* (supple intra annum juxta *cit. Authent. hoc amplius, & cit. cap. Nos quidem*) *ab Episcopo loci illius omnis res, quæ eis relicta est, Canonice interdicatur, cum fructibus, & ceteris emolumentis, ut vota Defuncti adimpleantur.* Ratio autem hujus pœnæ privationis datur *in l. Si patrohi* 55. §. *Sed nec illud ff. ad Sac. C. Trebell.* ubi dicitur: *Cur enim non videatur indignus, ut qui destruit supremas Defuncti preces, consequatur quid ex voluntate?*

Limitatur tamen hæc pœna privationis totius hæreditatis 46
in hæredibus necessariis tam descendentibus, quam ascendentibus, qui licet sint negligentes in adimplenda ultima voluntate Testatoris, non ideo tamen debent privari sua Legitima, quæ illis non ex voluntate Testatoris, sed juris dispositione obvenit, & quasi jure naturæ est debita; *cit. Authent. hoc amplius, Cod. de Fideicomm.* Abbas *in cit. cap. Si hæredes num. ult.* & ibid. Covarruv. *num.* 9, Pirhing *loc. cit. numer.* 126. Reiffenstuel. *loc. cit. num.* 794. & alii. Nisi forte hæreditas sit talis, quæ dividi non possit, uti sunt Regna, Ducatus, & hujusmodi; *arg. cap. Licet* 6. *de Voto*, ubi Filio Regis Hungariæ indicitur privatio Regni, si defuncti Patris voluntatem non adimpleat; Cum enim Regnum dividi non possit ideoque nec legitima ex eo detrahi potest; Gloss. ibidem *verb. Privandum*; Silvester *verb. Testamentum* 2. *quæst.* 10. *dict.* 3. Pirhing *loc. cit. num.* 126. Reiffenst. *loc. cit. n.* 794. & alii.

Relicta ad pias causas integre solvi debent ab hæredibus, 47
aliisque Executoribus infra sex menses a die insinuationis Testamenti numerandos; Et si intra tale tempus cessante legitimo impedimento id negligant, debent in pœnam restituere Legata cum omnibus fructibus, & omni augmento, & emolumento, quod a tempore mortis Testatoris ex iis percipi potuit; *Authent. de Eccles. titul.* §. *Si autem hæres, versic. Si autem Legatum cap.* 12. *collat.* 6. Fagnan. *in cit. cap. Nos quidem* 3. *de Testament. num.* 7. *& 8.* Pirhing *loc. cit. num.* 127. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 796. & communis aliorum. Quod si 48
hæredes, vel alii Executores bis admoniti ab Episcopo dispositionem Testatoris ad causas pias adimplere neglexerint, etiam ante annum elapsum privantur omnibus commodis ex Testamento eisdem relictis competentibus; textu expresso *in cit. Authent.* §. *Si quis autem pro redemptione, versic. Si autem qui hoc facere jussit cap.* 11. *collat.* 9. Bartol., & Salicet. *in Authent. Hoc amplius, Cod. de Fideicomm.* Covarruv. 49
in cap. Si hæredes 6. *de Testamentis num.* 5., & Abbas *ibid. num.* 5. Lavman *loc. cit. cap.* 11. *num.* 13. Pirhing *loc. cit. numer.* 127. Reiffenstuel *loco cit. num.* 795., & alii passim. Si autem hæredes perperam negent legata esse relicta Ecclesiis, vel aliis piis causis, & in illa negatione persistant usque ad 50
sententiam, condemnandi sunt in duplum, ut expresse statuitur *in §. Item mixta Instit. de action.*, & tenent cum communi aliorum Doctores mox citati.

Si hæredes, vel executores semel admoniti, intra annum dis-

dispositionem a Testatore factam præsertim circa causas pias adimplere neglexerint, potestas exequendi devolvitur ad Episcopum, textu expresso in *cit. Authent. de Eccles. tit. cap.* 10., *& cap. Nos quidem* 3. *de Testamentis*. Quod si
51 bis admoniti talem dispositionem adimplere neglexerint, etiam ante annum dicta exequendi potestas ad Episcopum devolvitur; *cit. Authent. de Eccles. tit. cap.* 11. §. *Si autem qui hoc facere jussit*, & concordat *leg. Nulli, Cod. de Episcop., & Cleric., & Cap. Tua nobis* 17. *de Testamentis*, & Concil. Trid. *sess.* 22. *cap.* 8. & expresse Covarruvias *in cit. Cap. Nos quidem* 2. *de Testament. num.* 8. Abbas *ibid. num.* 11. Fagnan. *ibidem num.* 9., *&* 10. Innocent. *ibidem num.* 2. Reiffenstuel *loco cit. num.* 797., & alii. Imo Fagnan. *loco cit. numer.* 10.
52 Innocent. *loco cit. num.* 2. Hostiens. *ibidem num.* 6., & alii sustinent, Episcopum hærede, vel Executore negligente succedere in facultate exequendi etiam ad non pias causas, & rationem reddunt cum ipso Fagnano *loco cit. num.* 10. Abbas *ibid. num.* 8. Butrius *ibid. num.* 6. quia, dicunt ipsi, quælibet defuncti voluntas potest dici pia, *leg.* 1. *Cod. de sacrosanct. Eccles.*

Assignare fundum favore Capellaniæ hæredem non potuis-
53 se, & assignationem non sustineri, respondit *Sac. Congregat. Conc. in Viterbien.* 20. *Sept.* 1727. *ad* 1. *dub.* ut patet *in Thesauro resol. Sacr. Congreg. Concil. dicti anni* 1727. *ubi ad longum.* Quando enim non sunt a Fundatore certa bona determinate taxata, censentur obligata omnia bona hæreditatis ad sustinenda onera Capellaniæ. E contra autem quando a Testatore pro certa Missarum, & Anniversariorum celebratione alicui Ecclesiæ relictus est determinatus fundus; si dictus taxatus fundus deinde extinguatur, non tenetur hæres alium fundum in locum illius substituere; *Sacr. Congregat. Concil. in Albanen.* 10. *Martii* 1742. etiamsi sit opulenta hæreditas; quia cum legatum incipiat ab assignatione bonorum, nonnisi taxativum censeri debet, siquidem si Testator non gravavit hæredes ad solvendam annuam præstationem respondentem oneri Missarum, sed certa ab eadem hæreditate segregavit bona, quæ voluit subjecta oneri designato, conjecturæ qualescumque sive a perpetuitate legati, sive ab hæreditatis opulentia desumptæ, nimis vagæ, ac imbecilles æstimantur, ut judicetur contra Regulam passim servatam in d. Sac. Congregat. Concil. nempe quod non sit substituendus alius fundus, quoties Legatum incipit ab assignatione bonorum, sunt enim ad id certa bona determinata taxata.

Ad dubium: An candela gestanda per Canonicos in asso-
54 ciatione funeris debeat esse ponderis ad minus quatuor librarum, vel arbitrio hæredum; & an Canonici ultra dictam candelam prætendere possint unum Ducatum Regni pro quolibet Canonico? *Sac. Congregat. Concil. in Trojana* 21. *Maii* 1701. *respondit Negative, quoad primam partem, sed remittendum arbitrio hæredum; quo vero ad secundam partem Negative.*

Ad dubium: An hæredes defunctorum possint adhibere
55 circa Cadavera defunctorum quantitatem ceræ, sibi benevisam, seu potius constet de aliqua consuetudine quoad quantitatem ceræ, eaque sit servanda? *Sac. Congregat. Concil. in Nullius, seu Montis Casini* 26. *Januar.* 1726. *ad VIII. respondit: Esse statuendam taxam ab Ordinario, auditis interesse habentibus, & taxa ab eodem transmittatur ad Sacram Congregationem.*

Ad dubium: An Presbyteri dictæ Ecclesiæ valeant pro-
56 hibere sonum campanarum, tam de tempore obitus, quam de tempore delationis cadaveris ad aliam Ecclesiam; & quod emolumentum ab hæredibus defunctorum Sacristiæ debeatur in casu &c. *Eadem Sac. Congregat. ibid. ad XV. respondit Negative quoad tempus obitus, & pro sonitu nihil deberi; quoad tempus vero delationis Cadaveris pulsandas esse campanas, si hæredes velint, soluta competenti mercede taxanda ab Ordinario.*

Hæredibus licet duntaxat Parochum ad funus vocare; sed
57 si velint alios Presbyteros vocare præferendi sunt Presbyteri Ecclesiæ Parochialis, & receptitiæ in numero ipsis hæredibus benevisо; *Sac. Congreg. Concil. in Nullius, seu Montis Cassini* 26. *Januar.* 1726.

Ad hæredes, & non ad Parochum spectat vocare quot,
58 & quos libuerit *ad funus, Sacra Congreg. Episcop., & Regul.* 4. *Januar.* 1594.

Numerum Religiosorum, ac electionem Religionum pro
59 associandis cadaveribus, ad hæredes defunctorum pro libito voluntatis eorum spectare, & pertinere, & ita ubique in posterum servari debere declaravit *Sac. Rit. Cong.* 4. *Januar.* 1640.

Hæredes Defuncti invitare possunt numerum Sacerdotum 60
sæcularium, aut Regularium, immo, & Confraternitatum sibi bene visum, nec cogi possunt ad vocandum Capitulum, vel alios, sed solum Parochum, cui debetur duplum eleemosynæ illius, quæ datur aliis Sacerdotibus simplicibus, *Sac. Congr. Episcop., & Regul.* 17. *Martii* 1579. 11. *Octobr.* 1580., 24. *Januarii* 1581., 11. *Januarii* 1647., *&* 11. *Decembris* 1649.

Hæredes non tenentur vocare nisi Parochum; *Sacr. Cong.* 61
Episcop. & Regul. 28. *Septemb.* 1646.

Hæredes Beneficiatorum tenentur refarcire bona, & do- 62
mos Beneficiorum, necnon sacris supellectilibus Ecclesias providere ex Oraculo *Clementis XI. mediante encyclica Epistola sub die* 23. *Maji* 1708. *impressa in Appendic. Synod Fulginat. Baptistelli fol.* 167. *Ursaya in Miscellaneo Sacro, & profano primo litt. B. num.* 29.

Novæ additiones ex aliena manu.

SUmma Hæredum divisio est, ut vel testamentarii, vel 1
legitimi sint. De testamentariis placet hic differere. Es- 2
sentia cujuscumque testamenti vel solemnis, vel minus so- 3
lemnis, consistit in *Hæredis* institutione quæ est *certi Successoris* in universum jus quod Defunctus habuit declaratio legitima.

Hæredis institutio, aut necessaria, aut voluntaria est. Hæc 4
quando necessario certæ personæ sunt instituendæ vel exhæredandæ, hoc est quibus debetur legitima. Sic itaque ante- 5
omnia hæredes sunt instituendi liberi tam sui, quam emancipati tam a Patre, quam a Matre; *Novell.* 115. *cap.* 3. imo, 6. 7
& spurii respectu Matris; *L.* 29. §. 1. *de Inoffic. testam.* Quin, 8
& Nepotum quoque filiis mortuis, & posthumorum *eventualiter* habenda est ratio; *Princip. & §. 1. Instit. de Liber., & Posth. hæred. instit.* alias nativitate sua rumpunt testamen- 9
tum; *Leg.* 3. §. 3. *de injust. rapt., & irrit. testam.* Huc etiam referuntur, qui in potestatem Testatoris quocumque 10
modo post conditum testamentum recidere queunt; *Leg.* 29. §. 11. *ff. de Liber. & Posth. hær. instit.* Hinc consultum est, instituere hosce *eventualiter*, in quem finem Romani ex le- 11
gibus varias formulas excogitarunt; *Leg.* 29. *ff. dict. tit. de Liber., & Posth. hered. insti.* Inde posthumi alii *legitimi*, 12
alii *Aquiliani*, alii *Vellejani*, alii *Juliani*, alii *Corneliani* dicebantur; *dict. leg.* 29. *dict. tit. de Liber., & Posth. hæred. inst.* Sed nullam hodie præstant utilitatem anxiæ illæ Vete- 13
rum formulæ. Vide *Leg.* 15. *Cod. de Testam. leg. ultim. Cod.* 14
de Post. Hæred. instit. Sic etiam ex eodem fundamento utile 15
est *eventualiter* instituere Parentes, ne liberis mortuis ante Testatorem testamentum rumpant. Dici, & idem potest de Fratribus quo casu & illis legitima debetur.

In voluntaria Hæredis institutione inspici debet I. ad ha- 16
bilitatem Personarum instituendarum, II. ad modum instituendi.

In personis requirebatur, ut juris civilis commercio fruerentur; *leg.* 1. *ff. ad leg. Falcid.* tum ut Hæredes scripti *certi* 17 18
essent. Excludebantur propterea servi qua tales, Peregrini, 19
leg. 9. §. 2. *de Hæred. inst.* qui tamen postquam jura succedendi illis sunt communicata, hodie institui queunt; *Auth.* 20
Omnes Peregrini Cod. Commun. de Success. Deportati, Banniti, Apostatæ; *L.* 3. *C. de Apostat.* Hæretici *L.* 4. *C. de Hæ-* 21 22
retic. Collegia denique, Universitates, & incertæ personæ, nisi Collegia essent excepta; *L.* 2. *& L.* 22. *C. de SS. Eccles.* 23
L. 1. *C. de Judæis.* Emendavit vero hoc Justinianus *in* §. 25. 24
& sequent. Institut. de Legat. ut tantum reprobata Collegia institui nequeant.

Sunt & qui *certo respectu* instituti hæredes haud possunt. In 25
horum numero sunt liberi naturales, quando adsunt legitimi, 26
tunc enim nonnisi in una uncia institui a Patre queunt; *Auth.* 27
Licet C. de Natal. Liber. Novell. 89. *cap.* 12. Si Testatoris 28
Parentes soli supersint, in octo unciis, alias vero ex asse. Sic
& incæstuosi hæredes a Parentibus instituti haud possunt, nec 29
Parentes incæstuosi a se invicem; *L.* 6. *C. de Incæst. Nupt.* ab aliis vero possunt.

Hæc inhabilis institutio si palam fiat pro non scripta habe- 30
tur; *L.* 1. *C. de Hæred. Institut.* at si clam, & in fraudem 31
Legis, lucrum ejus cedit Fisco; *L.* 1. *& L.* 3. §. 1. *de Jur. Fisc.*

Habi-

Habilitas hæredis tribus maxime temporibus considerari debet, testamenti conditi ob Regulam Catonianam, mortis, quia testamentum per hanc confirmatur, & additionis, quia per hanc acquiritur. Quod ultimum in hæredibus suis diversum haud est a tempore mortis. Sed jam satis de Habilitate Personarum instituendarum,

Quod attinet ad modum instituendi, I. requiritur *ut institutio possit habere effectum*. Quamobrem ridicula est omnium hominum institutio. Diversa autem est ratio in institutione Pauperum; *L. 46. & L. 49. C. de Episc. & Cler.* quum magis Pauperes collective sumpti in eo quo vixit Testator loco videantur instituti. Huc etiam refertur si quis Sanctum instituat, quia sic Ecclesiæ Sancto illi dicatæ debetur; *L. 26. Cod. de SS. Eccles.*

II. *Ut fiat institutio de universis bonis*, sive unus, sive plures hæredes sint instituti, quia jus Romanum non admittit, ut decedere quis possit pro parte testatus, pro parte intestatus; *L. 15. ff. de Legat. 1. L. 7. de Regul. Jur.* Hinc unicus in re certa institutus detracta mentione rei universam hæreditatem capit; *L. 1. ff. de hæred. instit.* Idem & de pluribus ex certa re institutis asseritur *in L. 9. §. 13. L. 10. & L. 11. ff. dict. tit. de hæred. instit.* ut tamen hoc casu certæ rei adjectio habeatur instar prælegati in divisione hæreditatis & ex reliquis bonis, ex æquo solvi debeat æs alienum; *L. 35. §. 1. ff. eod.* Idque ipsum placuit si quidam ex certa re sint scripti, quidam non. Hoc casu illi sunt loco Legatariorum, hi vero hæredum; *L. 13. C. eod.* Deficientibus vero his, illis jus accrescendi salvum est.

III. *Ut institutio sit libera, non extorta*, quamvis blanditiæ non sint vetitæ; *L. ultim. ff. Si quis aliq. testat. prohib.*

IV. *Ut sit institutio ex certa scientia & animi sententia facta*. Hinc nequit in alterius arbitrium conferri: *L. 32. ff. eod.* *aperte* scilicet, bene tamen *tacite* per conditionem: *L. 68. ff. eod. L. 1. ff. de Legat. 1.* vel si consideratur tanquam arbitrium boni viri: *L. 1. ff. de Legat. 2.* De jure vero Canonico hoc simpliciter admittunt *ob cap. 13. de Testam.*

V. *Ut sit concepta verbis dispositivis & directis*. Intellige tamen de jure veteri, nam sublatum est hoc requisitum *per L. 15. C. de Testam.* adeoque qualiscumque declaratio tacita vel expressa hodie sufficit. Vide omnino *Harpprecht. de Tacit. Institut. hæred.*

VI. *Ut sit sincera, non Captatoria*. Confer vero hic *Thomas. disput. de Captator. & in primis Bynkershoek in opuscul. de Captat. Institut.*

HÆRESIS.

Hæresis est verbum Græcum Latine significans electionem, ac sectationem, eo quod sit novæ, & a communi Ecclesiæ, & Spiritus Sancti vero sensu alienæ Doctrinæ, & opinionis electio, aut secta; *cap. Hæresis 27. & cap. Hæreticus 28. caus. 24. quæst. 3.* Hæresis alia est materialis, & alia formalis. Hæresis materialis est hominis baptizati, & Fidem professi erroneus assensus contra aliquam veritatem Fidei ex sola ignorantia, vel errore proveniens absque pertinacia voluntatis in eo persistendi; *Est in re communis*. Hæc hæresis materialis inter veras hæreses numeranda non est; *argum. cap. Dixit Apostolus 29. caus. 24. quæst. 3. & cap. Damnamus 2. de Summa Trinitate*. Hæresis formalis est hominis baptizati, ac Christianam Fidem professi error voluntarius, ac pertinax contra aliquam veritatem Fidei: *Est in re communis*. Unde patet, quod ad hæresim formalem duo copulative requiruntur scilicet error in intellectu, & pertinacia in voluntate: *argum. cap. Dixit Apostolus 29. & cap. Qui in Ecclesia 31. caus. 24. quæst. 3. & cit. cap. Damnamus 2. de Summa Trinitate*. Pertinacia autem ex parte voluntatis requisita ad constituendam hæresim formalem non consistit in hoc, quod quis acriter & mordicus diu retineat, defendat, & tueatur errorem contra Fidem, sed in hoc, quod hujusmodi errorem retineat postquam contrarium eidem est jam sufficienter propositum: vel quando scit contrarium teneri a vera universali Christi in terris Ecclesia, cui judicium suum præferre prælimit: Sic Doctores communiter. Talis autem pertinacia, & error debet esse *hominis baptizati, & Christianam Fidem professi*, ad hoc ut contineat hæresim, quia errores, quos non baptizati, V. G. Turcæ, Gentiles, Judæi contra Fidem Christianam habent, non *hæreses*, sed Paganismi, Gentilismi, vel Judaismi sunt, & vocantur: *Communis*. Talis pertinax error ad hoc ut sit *hæresis*, debet esse *contra aliquam veritatem Fidei Christianæ*. Nam si sit circa alia objecta, quæ ad Fidem Christianam non pertinent, non est *hæresis*, ut de se patet: Et si non sit contra *aliquam*, sed contra omnem Fidei Christianæ veritatem, non hæresis, sed Paganismus, vel Judaismus erit, aut Apostasia ad illos, aut denique Atheismus perfectus: Quælibet enim hæresis admittit aliquos articulos, & veritates Fidei Christianæ, V. G. Christum pro nobis esse passum, & mortuum, resurrexisse, & ascendisse in Cœlum, & hujusmodi.

Hæresis formalis, de qua hic est sermo, alia est interna, seu mentalis, & alia externa. Hæresis interna, seu mentalis est illa, quæ in corde, seu mente retinetur, & nec verbis, nec facto externe manifestatur. Hæresis externa est illa, quæ interne vigens, verbis, vel facto aliquo externo sufficienter externe exprimitur: *Communis*. Hæresis externa dividitur in occultam, & publicam, seu manifestam. Hæresis externa publica, seu manifesta est illa, quæ palam, & coram pluribus externe manifestatur. Hæresis externa occulta, est illa, quæ verbis, vel facto, aut signo aliquo externo proditur, vel nemine, vel uno, aut altero solummodo præsente, & audiente, dicendo V. G. *Non credo tres esse Personas divinas. Non credo secundam Divinam Personam esse incarnatam*, & hujusmodi. Et hæc hæresis, quia vere est, & dicitur *externa*, quantumvis occulta, sufficit ad incurrendas pœnas, nec requiritur, ut sit publica, dummodo alias conditiones habeat. Quot autem, & quænam fuerint hereses, & Hæresiarchæ, vide Berninum, qui late, & fuse de omnibus per quatuor integros Tomos; Graveson. in historia Ecclesiastica, Nicolium in Florilus: Boyvin *in Theologia tom. 4.* aliosque passim Dogmaticos, & Historicos de hæresibus, & Hæresiarchis expresse tractantes, & quoad antiquos S. Augustin. & S. Epiphan. *lib. de Hæresi*, & S. Isidorum relatum *in cap. Quidam autem 39. caus. 24. quæst. 3.* ubi plurimæ antiquæ hæreses, & Hæresiarchæ enumerantur.

Hæresis differt a Schismate puro per hoc, quod ipsa per se, ac directe opponatur Fidei, negando, seu non credendo unum, aut plures Fidei Articulos: Schisma vero opponitur unitati, tollendo Ecclesiæ unitatem, quæ per Charitatem habetur: *Sic communis* cum D. Thoma *2. 2. quæst. 39. art. 1.* Sanchez *lib. 2. Moral. cap. 36. num. 6.* Reiffenstuel *lib. 5. Decretal. tit. 8. num. 7.* Unde constat, Schisma esse errorem voluntatis, non intellectus, ut est hæresis: Ursaya *Institut. Crimin. lib. 1. tit. 7. num. 4.* Notanter autem dicitur, a *Schismate puro*: quia schisma purum facit quidem recedere ab unitate Ecclesiæ, & ejus Capitis Vicarii Christi in terris, sed absque errore in Fide: ad differentiam Schismatis mixti, seu conjuncti cum hæresi, quod nedum facit recedere ab unitate Ecclesiæ, sed & insuper facit recedere a vera Fide, negando V. G. seu non credendo Summum Romanum Pontificem esse in terris Vicarium Christi, & caput totius Ecclesiæ Catholicæ &c. Hinc patet, posse esse schisma sine hæresi, sed non e contra; Omnis enim hæreticus est schismaticus, sed non e converso, ut declarat Goffred. *in Summa de Schismat.* & Socin. cum Fagnan. *lib. 5. decretal. in cap. Quod a prædecessore 1. de Schismaticis num. 20.* Ordinarie tamen, & practice loquendo, vix nostris hisce diebus unquam datur amplius Schisma purum, seu sine hæresi, quamvis enim in sui principio Schisma non habeat perversum Fidei dogma, sicut hæresis, tamen in fine nullum Schisma est sine hæresi, ut ex verbis S. Hieronymi recte notatur *in cap. Inter hæresim 26. caus. 24. quæst. 3.*, ibi: *Inter hæresim, & Schisma hoc interesse arbitramur, quod hæresis perversum dogma habeat, Schisma propter Episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest; Cæterum nullum Schisma non aliquam sibi confingit hæresim, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur.*

Hæresis causa spectat solummodo ad Judicem Ecclesiasticum, est enim hæresis crimen mere Ecclesiasticum; textu expresso *in cap. Ut inquisitionis 18. §. Prohibemus, de hæretic. in 6.*, ibi: *Prohibemus quoque districtius, Potestatibus, Dominis temporalibus, & Rectoribus, eorumdemque Officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine, cum sit mere Ecclesiasticum, quoquomodo cognoscant, vel judicent*, & Glos. *ibid.* communiter recepta. In specie autem Judices Ecclesiastici in causa hæresis sunt sequentes, Primo Summus Pontifex; *Communis, & indubitata*. Secundo Sacr. Congregatio Cardinalium Generalium Inquisitorum ad hoc erecta a Paulo III. anno 1542. Constitut. 34. incipient. *Licet*, & denuo restituta a Sixto V. anno 1587. Constitut. incipient. *Immensa*. Tertio Epis-

Episcopi respectu omnium existentium in sua Diœcesi; *cap. Excommunicamus 13. §. Adjicimus, de Hæreticis, Clementin. 1. §. Propter quod, De Hæreticis*. & Communis Doctorum. Imo Episcopi etiam exemptorum Regularium Judices sunt in causa hæresis, non ut Judices Ordinarii, sed ut delegati Papæ, textu expresso *in cap. Ad abolendum 9. §. final. de Hæretic.*, ibi: „ Si qui fuerint a Lege Diœcesana jurisdictionis „ exempti, soli subjaceant Sedis Apostolicæ Potestati; Ni„ hilominus in his, quæ contra Hæretic. sunt instituta, Epis„ coporum subeant judicium; & eis in hac parte, tamquam „ a Sede Apostolica delegatis (non obstantibus libertatis sibi „ privilegiis) obsequantur „. Vicarius tamen Generalis sine speciali mandato Episcopi non est Judex in causa hæresis; Farinac. *de Hæresi quæst. 186. num. 13.* Imola *in Clementin. 1. de Hæretic. num. 18.* Pirhing *lib. 5. Decret. tit. 7. num. 124.* Reiffenstuel *ibid. num. 439.* & alii, & ratio est, quia ob gravitatem hujus criminis requiritur specialis commissio, ut desumitur ex Concil. Tridentin. *sess. 24. de reformat. cap. 6.*

Quarto Judex Ordinarius in causa hæresis est etiam Capitulum Sede vacante; Sic Farinac. *de hæresi quæst. 186. nu. 177.* Hostiens. *in cap. Ad abolendam 9. de Hæreticis num. 2. & 4.* Barbosa *ibid. numer. 2.* Abbas *ibid. nu. 1.* Pirhing. *loc. cit. n. 125.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 440. arg. cit. cap. Ad abolendam*, ibi: *Vel Clerici ipsi Sede vacante, cum consilio (si oportuerit) vicinorum Episcoporum, hæreticos judicaverint*. Non potest tamen Capitulum Sede vacante Exemptos judicare in causa hæresis; Farinac. *de hæresi quæst. 186. num. 182.* Abbas *in cit. cap. Ad abolendam in fine*, & alii communiter. Et ratio est, quia Capitulum Sede vacante succedit Episcopo solum in iis, quæ jure ordinario competunt Episcopo, non vero in iis, quæ non nisi jure delegato, aut speciali habet; *arg. cap. Pastoralis 11. de offic. Judic. Ordinar. & Delegat. in 6. & leg. In omnibus ff. de Regul. Juris*. Quinto Judices competentes in causa hæresis sunt Inquisitores Fidei in S. Officio Inquisitionis specialiter deputati a suprema, & universali Congregatione Cardinalium Generalium Inquisitorum, juxta cit. Constit. Pauli III. incipient. *Licet*, & Constitut. Sixti V. incipient. *Immensa*. Et est communis *arg. cap. Ut officium, de hæreticis in 6. cap. Ut Inquisitionis cod. in 6. Clementina 1. de hæreticis*, cum similibus. Inquisitores autem Provinciarum, & Diœcesum non sunt Judices Episcoporum, Nunciorum, & Officialium Apostolicorum, sed occurrente casu suspicionis, vel accusationis, vel denunciationis contra ipsos, debent significare Sedi Apostolicæ, prout expresse statuitur *in cap. Inquisitores 16. de hæret. in 6.* & Extravag. *Cum Matthæus 3. de hæretic.* inter communes.

Inquisitores, & Episcopi possunt conjunctim, vel separatim in causa hæresis contra suspectos, vel denunciatos procedere; ita tamen ut si separatim procedant Sententiam condemnatoriam ferre non possit Inquisitor, nisi prius processum communicet Episcopo, vel Sede vacante Capitulo; Nec Episcopus nisi suum processum communicet Inquisitori, si in sua Diœcesi officium Inquisitionis vigeat, textu claro *in cap. Ut Officium 11. de hæreticis, & cap. Per hoc 17. eod. in 6.*

In locis, ubi non viget Officium Inquisitionis, Episcopi soli gaudent omni facultate Inquisitoribus alias competente; Sic probat receptus usus, & consuetudo, ut observant Azorius *part. 1. lib. 8. cap. 18. quæst. 2.* Pirhing *loc. cit. num. 130.* Reiffenstuel *loc. cit. num. 449.* & alii passim. Episcopi enim in suis Diœcesibus sunt Inquisitores nati, ut recte notat Card. de Luca *Relat. Curiæ Romanæ disc. 14. num. 4.*

Principes, Potestates, & Judices Sæculares nullo modo possunt se immiscere in processum a Judice Ecclesiastico contra hæreticos instituendum, vel institutum, sed debent indilate exequi sententiam Judicis Ecclesiastici, textu expresso *in cap. Ut Inquisitionis 18. de hæreticis in 6.* Nec possunt prætendere videre prius processum a Judice Ecclesiastico factum, & si prætendant, debet illis negari; *cit. cap. Ut inquisitionis*, & Innocent. VIII. Constitut. incipient. *Dilectus*, ubi præcipit, ut Judices sæculares sine ulla visione Processus ab Inquisitore facti exequantur sententiam sub pœna Excommunicationis ipso facto incurrenda. Sententia autem Judicis Ecclesiastici dicitur statim & indilate exequi a Judice Sæculari, si intra sex dies exequitur, textu expresso in citat. Constitut. Innocentii VIII. incipient. *Dilectus filius*, ibi: „ Præcipiatis, „ atque mandetis, ut infra sex dies postquam legitime fue„ rint requisiti sine aliqua dictorum Processuum per vos agi„ tatorum visione, sententias per vos latas contra hujusmo„ di Hæreticos prompte exequantur, appellatione remota.

Hæresis pure mentalis, cum excommunicationem anne- 32
xam non habeat, potest absolvi a quocumque etiam simplici Confessario; Barbosa *de potest. Episcop. part. 2. allegat. 40. num. 13.* Bordon. *in Tribunali cap. 12. num. 2. & 3.* Del bene *de Offic. Inquisit. part. 1. dub. 49. petit. 3.* Bonacina *de Censur. in Bulla Cœnæ disput. 1. quæst. 2. punct. 2. num. 3.* & cum aliis a se citatis Card. Petra *tom. 3. comment. ad Constitut. 18. Innocent. IV. num. 13.* Episcopi, & Inquisitores absolvere 33
possunt in utroque Foro ab hæresi deducta in Forum contentiosum; *cap. ut Officium 11. de hæret. in 6.* & docent communiter Doctores teste Card. Petra *loc. cit. num. 27.* ubi dicit sic pluries respondisse Sacram Supremam Inquisitionem; nec obstare Bullam in Cœna Domini, cum ipsa procedat quoad absolutionem ab hæresi non deducta ad Forum conten- 34
tiosum. Non possunt tamen absolvere ab hæresi in Foro conscientiæ tantum, ut pluries de Inquisitoribus respondit Suprema Inquisitio, teste Card. Albitio *de inconstantia in Fide cap. 25. num. 16.* Salell. *lib. 2. cap. 8. regul. 200. num. 35.* Card. Petra *loc. cit. num. 28.* & de Episcopis pluries respondit Sacr. Congregat. Concil. præsertim *die 21. Augusti 1609. die 7. Julii 1617. die 5. Novembris 1644.*

Quamvis enim Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform.* 35
cap. 6. concesserit Episcopis facultatem absolvendi in Foro conscientiæ ab hæresi occulta, tali tamen Decreto Tridentini derogatum esse per Bullam Cœnæ pluries respondit Sacr. Congregat. ejusdem Concilii, & signanter in *Concordat. anno 1585. lib. 4. decretor. pag. 17. Censuit, Decreto Concilii sess. 24. cap. 6. derogatum esse in casu hæresis per Bullam Cœnæ Domini, & in Cameracen. 28. Februarii 1602. lib. 10. decretor. pag. 25.*, ibi: „ Quamvis a Concilio Tridentino Epis„ copis tributa fuerit facultas ab hæresi per se ipsos in casi„ bus occultis absolvendi, eam tamen illis ademptam esse „ Pontificia Constitutione, quæ in die Cœnæ Domini legi „ consuevit; Ideoque oportere ipsum, si ita res esse arbi„ tretur, ejusmodi facultatem petere a Sede Apostolica, a „ qua facile illam impetrabit, & in causa Hiberniæ 9. Se„ ptembr. 1690.“, ibi: „ VI. Cum de jure, ubi non adest „ inquisitio, Episcopus sit Inquisitor, an possit saltem ut „ Inquisitor absolvere ab hæresi, etiamsi specialem ad id „ non habeat a Sede Apostolica facultatem concedi solitam „ ad tempus limitatam Episcopis Hiberniæ? VII. cum ne„ que Episcopus, neque Vicarius Generalis commode adi„ ri possint pro absolutione ab hæresi, an liceat Episcopo „ delegare facultatem Parocho absolvendi ab ea? Sacr. Cong. „ respondit Ad VI. Negative. Ad VII. Negative, & ad „ mentem, & mens est, ut quatenus facultas absolvendi non „ sit concessa, concedi possit, & debeat, & sic etiam plu„ ries declaravit Suprema Inquisitio, ut testantur Pegna *part. 3. director. comm. 141.* Card. Albit. *loc. cit. cap. 25. num. 9.* Cardin. Petra *loc. cit. num. 21.* & teste Barbosa *de offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 40. num. 24.* Pignatell. *tom. 1. consult. 391.* Pegna, & Piatec. Fagnan. & alii. Sic pariter declaratum est a S. Pio V. Gregorio XIII. & Clement. VIII. & clarissime ultimo constat ex Decreto Alexandri VII. de anno *1665. 24.* Septembr. damnantis hanc propositionem tertiam in ordine: „ Sententia asserens Bullam Cœnæ solum prohi„ bere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quan„ do publica sunt, & id non derogare facultati Trident., in „ qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Julii „ in Consistorio Sacr. Congregat. Eminentiss. Card. visa, & „ tolerata est“. Et hanc aliam 4. in ordine: „ Prælati Re- 36
„ gulares possunt in Foro conscientiæ absolvere quoscumque „ Sæculares ab hæresi occulta, & ab Excommunicatione „ propter eam incursa „.

An autem Prælati Regulares possint absolvere suos subditos ab hæresi occulta? Vid. verb. *Absolutio*, ubi late de hoc. 37

Absolutio in Foro interno non suffragatur in Foro externo. 38
Pœnitentes enim sic absoluti possunt adhuc in Foro externo inquiri, & puniri. Locatus *verb. Absolvere num. 1. & verb. hæreticus num. 24.* Repertor. Inquisitor. *verb. Confessio §. rerum*, Zanchin. *de hæretic. cap. 34.* Duard. *in Bulla Cœnæ lib. 3. §. 2. quæst. 12. num. 12.* Barbosa *loc. cit. allegat. 40. num. 29.* Card. Petra *loc. cit. num. 39.* & alii passim.

Hæresis abjuratio præcedens requiritur tamquam conditio 39
necessaria in Litteris Apostolicis dispensationum, quæ super gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, aliisve impedimentis petuntur pro personis diversæ professionis. Bened. XIV. tom. 2. Constitut. 51. incip. *Magnæ Nobis admirationis*. Hæresis abjurandæ promissio non sufficit, ut hujusmodi Litterarum 40

rum Executor, seu Episcopus dispensandi facultatem ab Apo-
41 stolica Sede habens, dispensationes ipsas ad effectum perducat. Idem Constitut. 59. incip. *Ad tuas manus*. Hæretici ratione suscepti Baptismi ad amplectendam Fidem Catholi-
42 cam cogi possunt. Idem *ibid.* In locis tamen, in quibus toleratur, ut hæretici mixti cum Catholicis habitent, videndum quid ferat usus, & consuetudo. Idem *ibid.*

43 Hæreticorum conjugia ex perpetua Sedis Apostolicæ disciplina, sunt Catholicis interdicta. Idem Constitut. 52. incip.
44 *Magnæ Nobis admirationis*. Si vero aliquando ex gravissimis causis permittuntur, opportunæ adjiciuntur cautelæ, quibus & conjugis Catholici Fides, & futuræ prolis Catholica educatio in tuto habeatur. Idem *ibid.* Hujusmodi conjugia in aliquibus locis, in quibus hæretici cum Catholicis mixti vivunt
45 de facto ineuntur, & a Potestate Ecclesiastica, ne majora, mala proveniant, tolerantur. Idem Constitut. 19. incip. *Ad*
46 *tuas manus*. Verum Dispensationes super gradibus aut impedimentis, ab Apostolica Sede pro ipsis non conceduntur, nisi adjecta conditione abjurandæ prius hæresis. Idem *ibid.* & citat. Constitut. 51. incip. *Magnæ Nobis admirationis*.

47 Hæretici occulti absolvi possunt a Pœnitentiaria Apostoli-
48 ca. Idem tom. 1. Constitut. 95. incip. *Pastor bonus* §. 9. Hæretici ad Fidem redeuntes summa Caritate ab Ecclesia recipiuntur. Idem Constitut. 129. incip. *Quamvis tempore* §. 11.

49 A censuris propter Hæresim formalem externam incursis nullus Confessarius quibusvis amplissimis facultatibus munitus, vel etiam tempore Jubilæi, absolvere potest, nisi expressam ad id facultatem habuerit; Benedict. XIV. Consti-
50 tut. incip. *Inter præteritos* §. 85. Etiamsi occulta hæresis sit; & Confessarius facultatem habeat absolvendi a Censuris in Bulla Cœnæ reservatis. Idem Benedict. XIV. Constitut. incipient. *Convocatis* §. 53. Videsis etiam *cap.* 4. & 5. *lib.* 9. De Synodo Diœcesi.

HÆRETICA PROPOSITIO.

Vide verb. *Propositiones damnatæ num.* 22.

HÆRESI PROXIMA.

Vide *ibidem num.* 25.

SAPIENS HÆRESIM.

Vide *ibidem num.* 23.

SUSPECTA DE HÆRESI.

Vide *ibidem num.* 24.

HÆRETICUS.

1 Hæreticus est, qui negat aliquem ex Articulis ab Ecclesia definitis; *Cap. Sicut* 2. *dist.* 15. *Cap. Cum Christus* 7. *de Hæreticis*, Fagnan. *lib.* 3. *Decret. in cap. Ex parte* 8. *de Clericis non resident.*, & communis aliorum. Ad hoc autem
2 ut quis sit hæreticus formalis, articulum ab Ecclesia definitum negare debet cum errore intellectus, & pertinacia voluntatis; *arg. Cap. Dixit Apostolus.* 29. *& cap. Qui in Ecclesia* 31. *caus.* 24. *quæst.*, *& cap. Damnamus* 2. *de Summa*
3 *Trinitate*. Hæreticus enim censeri non debet errans in Fide, si Romanæ Ecclesiæ Fidem se tenere confiteatur, ut errorem suum supponat judicio Sedis Apostolicæ, quia in suo errore non est pertinax contra Fidem; *Cap. Hæc est Fides* 13. *caus.* 24. *quæst.* 1. *cap. Dixit Apostolus* 29. *caus.* 24. *quæst.* 3., ubi ex verbis S. Augustini sic dicitur: „ Qui sententiam „ suam quamvis falsam atque perversam nulla pertinaci „ animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ „ præsumptionis pepererunt, sed a seductis, atque in er„ rorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cau„ ta solicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint, „ nequaquam sunt inter hæreticos deputandi; & concordat „ Cap. Damnamus 2. de Summa Trinitate §. In nullo: junc„ cta Gloss. ibidem verb. Paratus, & Extravagant. Vas elec„ tionis, de hæreticis, & Gloisa ibi verb. Corrigenda, & „ sic Communis Doctorum.

Hæreticus autem formalis est, qui positive dubitat de Fi- 4
de, vel aliquo illius articulo sufficienter sibi proposito, pertinaciter asserendo, vel judicando non esse omnino certum, vel esse dubium, an sit certus, vel verus talis Articulus Fidei; *arg. Cap. Dubius* 1. *de hæreticis*, ibi: *Dubius in Fide infidelis est*; *cap. Firmiter* 1. *de Summa Trinitate*, juncto Symbolo S. Athanasii, ibi: *Nisi fideliter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit*; Sic S. Th. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 5., *& quæst.* 11. *art.* 1. Abbas *in cit. Cap. Dubius num.* 1. 5
Pirhing *lib.* 5. *Decret. tit.* 7. *num.* 4. Reiffenstuel *ibidem n.* 10. & communis aliorum. Dicitur autem notanter, *de articulo sufficienter sibi proposito*, quia ex hujus defectu formales hæretici non sunt, qui inter hæreticos nati, & educati de uno, vel pluribus articulis dubitant; His enim dubitare interim licet, donec instruantur, & argumenta, seu motiva credibilitatis Fidei nostræ sufficienter, & recte apprehendant. Et ratio est, quia talis dubitatio in istis non est conjuncta cum pertinacia, imo eam ordinant ad penetranda melius fundamenta Fidei Catholicæ exemplo Beroensium, qui auditæ prædicatione S. Pauli *susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent*. ut legitur in Actibus Apostolorum *cap.* 17., & colligitur ex verbis S. Augustini *Epist.* 162. *relat. in cap. Dixit Apostolus* 29. *caus.* 24. *quæst.* 3. & docet Layman *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 13. *numer.* 5. Valent. *tom.* 3. *decis.* 1. *quæst.* 10. *part.* 4. Sanchez *lib.* 2. *decis.* 1. *num.* 8. Reiffenstuel *lib.* 5. *Decret. tit.* 7. *num.* 11. & alii.

Hæreticus est qui de Sacramentis aliter sentit, ac docet, 6
quam Romana Ecclesia prædicat, & observat; *arg. Cap. Ad abolendam* 9. *de hæreticis*, *& Cap. Hæresis* 27. *caus.* 24. *quæst.* 3. Fagnan. *lib.* 1. *Decret. in Cap. Cum venisset* 1. *de Sacra Unction. n.* 96. Hæreticus alius est lapsus, & alius relapsus. La- 7
psus est, qui a professione Fidei in hæreticam pravitatem incidit, in eaque perseverat; Relapsus vero est, qui postquam pœnitens errorem abjuravit, iterum in hæresim relabitur; Farinac. *de hæresi quæst.* 194., *&* 195. Brugiot. *Institut. crimin. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 9. Card. Albic. *de Inconstant. in Fid.* 8
part. 1. *cap.* 16. *numer.* 1., *& sequent.* Urtaya *Instit. Crimin. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 12. Relapsus alius dicitur relapsus manifestus, seu vere, & alius præsumptus, seu ficte. Relapsus manifestus, seu vere est ille, de cujus primo, & secundo lapsu constat ex manifestis probationibus, Decian. *lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 1. Relapsus vero præsumptus, & ficte est ille, cu- 9
jus duplex lapsus non est concludenter probatus, sed solum ex vehementi suspicione; Urtaya *loc. cit. num.* 13. Non solum autem relapsus dicitur, qui in eamdem speciem hæresis, quam abjuravit, relabitur, ut *in cap. Ad abolendam* 9. *de hæretic.* §. *Illos quoque*, sed etiam ille, qui post abjuratam simpliciter, & generaliter hæresim, inde in quamcumque aliam hæresim incidit, vel receptat, associat, defendit, vel auxilium fert hæreticis; *cit. Cap. Ad abolendam* 9. *de hæreticis*, §. *Illos quoque*, Urtaya *Instit. Crimin. lib.* 1. *tit.* 6. *numer.* 15., & cum aliis Penia *de Inquisit. part.* 2. *Commen.* 65., Menoc. *de Arb. cap.* 374. *num.*, *& sequent.*

Hæreticus, vel Schismaticus, si non respiscat, nequit 10
salvari, sed æterno damnabitur, nec ad salutem ei proderunt Baptismus, eleemosyna, aut mori pro Christo, text. expresso *in cap. Firmissime* 3. *de hæreticis*, ubi ex verbis S. Augustini (a) sic præcise habetur: „ Firmissime tene, & nul„ latenus dubites, omnem hæreticum, vel Schismaticum „ cum Diabolo, & Angelis ejus æterni ignis incendio præci„ pitandum, nisi ante finem vitæ, Catholicæ fuerit incor„ poratus Ecclesiæ; & post pauca: Omni homini, qui Ec„ clesiæ Catholicæ non tenet unitatem, neque Baptismus, „ neque eleemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors pro „ nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem (b).

Cathecumenus nondum baptizatus deficiens a Fide, quam 11
recepit, non est proprie dictus hæreticus saltem coram Ecclesia, & in Foro externo, sed Infidelis, quia Fidem solemniter in Baptismo non est professus, adeoque neque formaliter,

(a) Vel potius S. Fulgentii.

(b) Scilicet dummodo mors pro Christo suscepta non includat implicitam hæresis detestationem; nam si charitate motus hæreticus pro Christo mortem subeat, implicite detestatur hæresim.

maliter, & completive membrum Ecclesiæ factus est, sed inchoative solum, Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 7. *num.* 34. Azor. *part.* 1. *Instit. moral. lib.* 8. *cap.* 9. *quæst.* 3. Pirhing. *loc. citat.*
12 *num.* 6., & alii. Ficte, & invalide Baptizatus si Fidem deferat, habendus est ut hæreticus, quamdiu de Baptismi fictione, aut invaliditate non constat; licet in genere talis non
13 sit defectu Baptismi; *Communis*. Qui metu mortis perculsus negat Fidem, V.G. se esse Catholicum, vel aliquid Fidei contrarium affirmat, absque ullo tamen interiore mentis assensu, peccat quidem contra præceptum profitendi Fidem, at non est vere, & proprie Hæreticus, cum Hæresis essentialiter consistat in interno judicio erroneo intellectus contra Fidem; Azorius *part.* 1. *Instit. moral. lib.* 8. *cap.* 9. *quæst.* 9. cum communi aliorum.

Tamquam Hæreticus censendus est, non solum is, qui te- 14
mere asserit, sed etiam qui vertit in dubium, animam rationalem, seu intellectivam non esse formam corporis humani per se, & essentialiter, *Clement. unic.* §. *Porro*, *de Summa Trinitate*. Sic etiam tamquam verus Hæreticus est habendus
15 non solum is, qui temere assereret, sed etiam qui vertit in dubium, animam rationalem, seu intellectivam esse immortalem; Concil. Lateranense tertium *sub Leone X. sess.* 8., ibi: *Damnamus, & reprobamus omnes asserentes, animam intellectivam mortalem esse, & hoc in dubium vertentes, cum ilta non solum vere, & per se, & essentialiter humani corporis forma existat, verum, & immortalis, quod manifeste constat ex Evangelio*. Urtaya *Instit. crimin. lib.* 1. *tit.* 6. *de crimine Hæresis num.* 2. habet præcisa verba: „ Si aliquis „ hodie assereret, (a) Terram esse mobilem, Solem vero „ Orbis centrum, & immobilem, esset Hæreticus, quia „ contrarium a Sacra Congregatione Sanctissimæ Inquisi„ tionis definitum fuit die 22. Junii 1633. teste Caferr. *in* „ *Syntagm. vetust. ad d. diem* 22. *Junii* condemnando opi„ nionem præstantissimi Mathematici Galilei, qui eamdem „ antiquam sententiam Copernici, & Pythagoræ totis viri„ bus defendebat „. Hæc Urtaya. Et quidem merito, cum ex Sacra Scriptura expresse habeatur, Solem moveri, & Terram quiescere; De motu enim Solis habetur Josue *c.* 10. *num.* 12., 13., *&* 14. „ Tunc locutus est Josue . . . . di„ xitque coram eis, Sol contra Gabaon ne movearis, & „ Luna contra vallem Ajalon; steteruntque Sol, & Luna, „ donec ulcisceretur se gens de inimicis suis . . . . . Stetit „ itaque Sol in medio Coeli, & non festinavit occumbere „ spatio unius diei. Non fuit antea, nec postea tam longa „ dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro „ Israel. Et Ecclesiastes *cap.* 1. *num.* 5., *&* 6. Oritur Sol, „ & occidit, & ad locum suum revertitur, ibique renascens „ gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans „ universa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos re„ vertitur. Et Isaias *cap.* 38. *num.* 8. *Reversus est Sol* (in horologio Achaz) *decem lineis per gradus, quos descenderat*, juxta id quod habetur etiam 4. *Regum cap.* 20. *numer.* 11. Et Matthæi *cap.* 5. *num.* 45. Christus ipse dicit: *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos*. Et Apostolus ad Ephes. *cap.* 4. *num.* 6. dicit: *Sol non occidat super iracundiam vestram*. Pro terræ autem quiete habetur Paralipomenon *lib.* 1. *c.* 16. *num.* 30. *Commoveatur a facie ejus omnis terra, ipse enim fundavit orbem immobilem*. *Et Psal.* 92. *num.* 1., Etenim „ firmavit orbem terræ qui non commovebitur. *Et Psal.* „ 103. num. 5. Qui fundasti terram super stabilitatem suam, „ non inclinabitur in sæculum sæculi. Et Proverb. 8. num. 29. 16
„ Quando appendebat fundamenta terræ. Et Ecclesiastes *cap.* 1. *nu.* 4. *Terra autem in æternum stat*. Hinc juremerito Copernici, Pythagoræ, Galilæi, suorumque sequacium opinio de motu terræ, & Solis quiete tamquam contraria Sacræ Scripturæ anno 1616. sub Paulo V., & anno 1633. sub Urbano VIII. proscripta est, ut temeraria, & hæretica apud Ricciol. *lib.* 9. *Almagesti*, & Fortunatum a Brixia *in Philosophia sensuum mechanica tom.* 2. *tract.* 1. *dissert.* 2. *propos.* 3. & alios passim (b).

Omnis communicatio politica, seu quæcumque conver- 17
satio, commercium, & convictus cum hæreticis, unde immineat periculum subversionis Fidei, vel morum, est Catholicis prohibita sub mortali; *Communis*. Apostolus enim „ *ad Titum* 3. sic præcise dicit: „ Hæreticum hominem „ post unam, & secundam correptionem de vita, sciens

(a) Lucius noster hospitem omnino in re theologica sese demonstrat, dum, hæreseos notat opinionem, quæ terram moveri, Solem vero centrum esse mundi, atque immobilem asserit. Scimus, sub Paulo V. an. 1616., & sub Urbano VIII. anno 1633. vetitum fuisse hanc opinionem propugnare: at nefas inde est concludere declaratam fuisse hæresim, atque ut hæreticam proscriptam, etsi enim qualificatores notarint ut in philosophia falsam, & formaliter hæreticam „ hanc propositionem: Sol est in centro mundi, & im„ mobilis motu locali, quia est expresse contraria sacræ Scri„ pturæ; ut legitur in sententia contra Galilæum lata, tamen Apostolica Sedes neque tunc, neque deinceps illam hæreticam declaravit. Id ex ipsa abjuratione sententiæ, annexa „ satis superque liquet. En verba Galilæi: „ Eo quod post„ quam mihi cum præcepto fuerat ab hoc sancto Officio „ juridice injunctum, ut omnino desererem falsam opinio„ nem, quæ tenet, Solem esse centrum mundi, & immo„ bilem, & terram non esse centrum, ac moveri, nec pos„ sem tenere, defendere, aut docere quovis modo, vel „ scripto prædictam falsam doctrinam, & postquam mihi„ notificatum fuerat prædictam doctrinam repugnantem es„ se sacræ Scripturæ scripsi, & typis mandavi, librum, in „ quo eamdem doctrinam jam damnatam tracto, & addu„ co rationes cum magna efficacia in favorem ipsius non af„ ferendo ullam solutionem; Idcirco judicatus sum vehe„ menter suspectus de hæresi, videlicet quod tenuerim, & „ crediderim, Solem esse centrum mundi, & immobilem; „ & terram non esse centrum, ac moveri. Vide ergo, mi Ferrari, Galilæum non hæreticum, sed suspectum de hæresi habitum ob hanc opinionem fuisse, quæ quidem suspicio vehemens ex eo quoque oriebatur, quod monitus a suprema Inquisitione de falsitate opinionis pugnante cum sacra Scriptura, illam obstinate tueri etiam deinceps voluerit. Injuria ergo dicitur fuisse hanc opinionem ut formalem hæresim damnatam. Dicet fortasse a Theologis notatam. Sed nota illa per Apostolicam Sedem probata non fuit, neque ab omnibus Theologis adjecta propositioni fuit; fuere enim, qui eam erroneam in fide existimarunt; Sed neque hæc ita probata fuit censura, quemadmodum Lucius noster affirmat; nam in Sententia dicitur tantum Galilæum se reddidisse *vehementer suspectum de hæresi*; atque ita coactus fuit abjurare.

Itaque a suprema Inquisitione prohibitum fuit, ac etiam nunc prohibetur defendi ut thesim prædictam opinionem de motu telluris, quia textus sacræ Scripturæ qui exprimunt motum solis, ac quietem telluris a Sanctis Patribus in sensu litterali accipiuntur; & non juxta vulgi intelligentiam, et captum, ut nonnulli philosophi exponunt. Nefas vero est recedere a sensu litterali sacræ Scripturæ etiam de re philosophica differente, Sanctis Patribus probato, sine perspicua, et omnino evidenti demonstratione contraria. Hac de causa vetitum est hanc opinionem tueri veluti thesim; nam ut hypothesis propugnari, et doceri licite potest ex Decreto Supremæ Inquisitionis anni 1712. Imo si eo Philosophi devenirent, ut evidenti demonstratione ostenderent, quiescere Solem in centro mundi, ac terram moveri, statim permitteretur omnibus hanc opinionem amplecti; sicuti universim tenemus dari antipodas contra plures, qui exponentes secundum litteram nonnullos Scripturæ testus dari Antipodas inficiati sunt. Hoc in casu diceremus, Scripturam de Solis motu loquentem, id exprimere quod oculis apparet, et quod vulgo homines putant; non vero qua ratione motus illi juxta naturæ leges fiant.

(b) Ad præcavendos scrupulos, qui occasione verborum quorumdam significationes varias præferentium excitari in animo possint lector sententiam S. Hilarii l. 2. de Trinit. teneat dicentis: „ De intelligentia Hæresis, non de „ scriptura est: et sensus, non sermo sit crimen; Et Melch. „ Cani, qui lib. 12. de loc. Theol. cap. 8. ait: Non satis est „ ad sententiam dehaeresi rite, justeque ferendam, hære„ sin ipsam suspicione attigisse, sed comprehensione quadam opus est, ut sine errore de erroribus judicem . „ Quod ad num. 16. adtinet legatur cap. 22. lib. 1. De Ingeniorum Moderatione in relig. negotio Lamindi Pritanii, sive Ludov Antonii Muratorii.

„ quia subversus est, & 2. ad Timot. cap. 2. idem Apostolus prohibet omnem conversationem, & colloquium cum „ hæreticis dicens: Profana, & inaniloquia devita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut „ cancer serpit, ex quibus Hymenæus, & Philetus, qui „ veritate exciderunt, & ex Ecclesiastici 3. Qui amat pe-
18 „ riculum, in illo peribit. Si autem absit periculum subversionis, & scandalum, possunt Catholici licite cum hæreticis communicationem politicam habere, etiamsi essent Lutherani, Calvinistæ, aliive publice denunciati quotannis per Bullam Cœnæ. Et ratio est, quia Martinus V. in Concilio Constantiensi per Constitutionem incipient. *Adevitanda*, declaravit nullum excommunicatum in posterum esse vitandum, nisi a Judice specialiter, & nominatim sit denuntiatus, aut nisi publicus, & notorius percussor Clerici; Denuntiatio autem, quæ fit in Bulla Cœnæ, non est specialis circa aliquas Personas nominatim expressas, sed generalis duntaxat omnes Lutheranos, Calvinistas &c. in genere complectens, adeoque &c. Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 9. *numer.* 3. Pirhing *lib.* 5. *Decret. tit.* 7. *num.* 22., *&* 23. Reiffenstuel *ibid. numer.* 22., *&* 23., & communis aliorum juxta praxim, & usum communem.

Hinc citati Doctores, & alii inferunt, licitum esse Ca-
19 tholicis præsertim in locis ubi cum hæreticis permixti vivunt, Primo, inire, & habere cum eis civiles contractus; Azorius *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11. Sanchez *loc. cit. cap.* 9. *num.* 5. Pirhing *loc. cit. num.* 24. Reiffenstuel *loc. cit. numer.* 24. Secundo, adire, & visitare templa hæreticorum, & ibi ritu Catholico orare (a), vel conciones eorum audire, si ex justa causa fiat, V. G. ut famulus Dominum suum comitetur, vel ut errores Prædicantis hæretici annotentur ad confutandum, dummodo absit scandalum, & periculum propriæ perversionis; Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 4. *num.* 26. Layman *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 11. *num.* 5. Becan. *tract. de Fide cap.* 9. *quæst.* 5. *num.* 17. Azor. *loc. cit. cap.* 11. *quæst.* 4. Pirhing *loc. cit. sub num.* 24. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 24. Tertio, admittere filios hæreticorum ad Scholas, vel studia Catholica, non tamen e contra Filios Catholicorum ad Scholas hæreticorum ob perversionis periculum; Navarr. *lib.* 1. *consil.* 1. *num.* 26. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 24. Quarto, cum hæreticis nondum personaliter denuntiatis simul orare, & rem Divinam, ac conciones cum eis audire, & funus ad sepulcrum, comitari, dummodo id fiat solo affectu civilitatis, et amicitiæ sine communicatione in ritibus, & cæremoniis hæreticorum, & hæretici non sepeliantur in loco Sacro; Navarr. *consil.* 12. *num.* 7. *de hæreticis*; Azor. *loc. cit. cap.* 11. *quæst.* 2. *&* 4. Pirhing. *loc. cit. num.* 24. Quinto, servire, seu famulari hæreticis; Reiffenstuel *loc. cit. num.* 24., & communis aliorum.

Matrimonia Catholicorum cum hæreticis debite, ac ritu Catholico contracta sunt valida; S. Thomas, & S. Bona-
20 ventura *in* 4. *dist.* 39. *q.* 1. *art.* 1. Abbas *in cap. final. de condition. appos. num.* 5. & ibi Joann. Andr. *num.* 8. Cardinalis *num.* 3. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 72. *num.* 2. Navarr. *in Manual. cap.* 22. *n.* 49. Reiffenstuel *lib.* 4. *Decret. tit. num* 357. cum communissima aliorum, & hodierna certa; *arg. cap. Decrevit* 14. *de hæreticis in* 6. Talia tamen Matrimonia sunt illicita sub peccato mortali, nisi Papa dispenset, aut rationabilibus
21 causis excusentur; *Communissima* ob clara jura hujusmodi Matrimonia expresse, & graviter prohibentia, uti patet ex Concilio Agatens. relat. *in cap. Non oportet* 16. *caus.* 28. *quæst.* 1. ibi: *Non oportet cum hominibus hæreticis miscere connubia*. Concil. Illiberitan. *cap.* 16., ibi *Catholicas puellas neque hæreticis dare placuit*; *&* *cap. Cave* 15. *caus.* 28. *quæst.* 1. ibi: *Cave Christiane . . . . ne hæreticam omnem aliena a Fide tua uxorem accersas tibi* Concord. Conc. Laodicense *cap.* 10. Carthaginense III. *cap.* 12. Chalcedonense *cap.* 14. juncto *cap. Decrevit* 14. *de hæreticis in* 6. ubi mulieres hæreticis nubentes in pœnam peccati privantur dote, & sic tenet communis Catholicorum cum Perez *de Matrimonio disp.* 36. *sect.* 2. *num.* 2. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 72. *num.* 5. Sporer *tom.* 4. *cap.* 1. *sect.* 1. *n.* 119. Layman *lib.* 5. *tra.* 10. *par.* 4. *cap.* 14. *n.* 2. Gobat. *tract.* 9. *cas.* 11. *n.* 216. dicentium peccare mortaliter Catholicum, aut Catholicam si cum hæretica, aut hæretico Matrimonium contrahat, quia in re gravi agit contra justissima Ecclesiæ præcepta. Et novissime declaravit Clemens XI. *die* 16. *Junii* 1710. teste Card. Petra *tom.* 4. *Comment. in Constit.* 12. *Joann. XXII. n.* 14. Vide ibi ubi multa ad rem.

Notanter autem dicitur, nisi Papa dispenset, aut rationabilibus causis excusentur, quia interveniente Pontificis dis- 22
pensatione, talia Matrimonia sunt licita, cum Pontifex possit sine dubio supra jus Ecclesiasticum dispensare; textu expresso *in cap. Proposuit* 4. *de concession. præbend.*, ibi: *Qui secundum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare*. Sicuti etiam sunt licita talia Matrimonia, si rationabiles causæ interveniant, quæ potissimum tres esse pos- 23
sunt. Prima utilitas spiritualis, utpote si conjux hæreticus promittat, vel certe magna spes sit illum Fidem Catholicam amplexurum; Ita expresse citat. Concil. Illiberitanum, & Laodicense, & communis Doctorum cum Layman *loc. cit. sub num.* 2. Marchant. *tom.* 2. *tract.* 2. *sect.* 4. *quæst.* 11. *in appendic.* qui huc refert connubia cum hæreticis Regibus, & Principibus, si inde speretur conversio Regnorum, protectio Catholicorum, cessatio persecutionum. Secundo moralis quædam necessitas, V. G. dum quis habitat in Regionibus hæreticorum prædominantium, nec facile reperit personam suæ qualitatis, & conditionis, cui honeste nubere possit. Tertia gravis damni evitatio, V. G. quia alias effet periculum exhæredationis, proscriptionis, ruinæ totius familiæ, hæreditatis totius ad hæreticos devolvendæ, & hujusmodi. In his, & similibus casibus permittuntur connubia Catholicorum cum hæreticis, consulto tamen semper, cum fieri potest, Pontifice, vel saltem Ordinario. Imo Azorius *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11. *quæst.* 5. Sanchez *cit. disp.* 72. *n.* 5. Sà *de Ma-* 24
trimonii impedimentis num. 8. Layman *loc. cit. sub num.* 2. Sporer *tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. *sect.* 2. *num.* 33. Reiffenstuel *lib.* 4. *decret. tit.* 1. *sub num.* 371. & alii addunt in Hermania, & cæteris locis, ubi hæretici cum Catholicis permixti habitant, id licere ex consuetudine, dummodo revera absit omne periculum subversionis, & scandali, Matrimonium celebretur ritu Catholico, & educatio totius prolis in Fide, & moribus maneat penes conjugem Catholicum saltem usque ad annos pubertatis, & emancipationis. Observa tamen novissimam declarationem allatam supra *num.* 21. *in fine*. (b)

Unde iniquissimum, & graviter peccaminosum est tam contra Jus Ecclesiasticum, quam Divinum, illud pactum, 25
quod in aliquibus locis dicitur adjici Matrimonio Catholici cum hæretica, nempe ut masculi educentur in Fide Catholica Patris, & fœminæ in secta hæretica Matris; vel e contra; Navarr. *lib.* 1. *consil.* 1. *quæst.* 25. *num.* 63. Dicastill. *disput.* 7. *num.* 705. Perez *de Matrimon. disput.* 36. *sect.* 2. *num.* 6. Bosco *de impediment. Matrim. disput.* 2. *sect.* 11. *concl.* 3. *n.* 118. Sporer *tom.* 4. *cap.* 1. *sect.* 1. *num.* 118. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 371. Layman *loc. cit. numer.* 3. ubi dicit, id apud omnes in confesso esse. Et quidem quod sit contra Jus Ecclesiasticum patet ex *cap. final. de convers. infidelium*; Et concordant Jura allegata *supra num.* 21. Quod autem sit contra Jus Divinum inde constat, quia juxta communem Theologorum ad utrumque parentem de Jure Divino pertinet cura educandi omnes liberos in vera Fide, ac Religione. Nec valet dicere, pluribus in locis adesse immemorabilem consuetudinem 26
de existentia, & tolerantia hujusmodi pacti. Non valet, inquam

(a) Vide Append. verbo Fides adjectam, in qua laxæ Auctoris nostri opiniones hic expositæ confutantur. Hic vero satis duximus responsionem afferre, quam dedit Anglis ann. 1606. Paulus V. *Accepimus* namque, inquit „ SS. Pontifex, compelli vos gravissimis poenis propositis „ templa hæreticorum adire, coetus eorum frequentare, „ concionibus illorum interesse . . . . Nihilominus zelo Pastoralis officii nostri impulsi, et pro paterna sollicitudine „ qua pro salute animarum vestrarum assidue laboramus, cogimur monere vos, atque obtestari, ut nullo pacto ad „ hæreticorum templa accedatis, aut eorum conciones audiatis, vel cum ipsis in ritibus communicetis, ne Dei iram „ incurratis. Non enim licet vobis hæc facere sine detrimento Dei cultus, et salutis vestræ.

(b) Præter novissimam declarationem Clementis XI. adisis etiam Benedicti XIV. de Synod. Diœces. caput 3. lib. 9., ejusque Constitutionem *Magnæ nobis*, quæ legitur tom. 2. Bullarii num. 51.

quam, quia cum tale pactum sit contra Jus naturale, & Divinum, nulla valet consuetudine etiam immemorabili roborari, & licitum reddi, textu expresso *in cap. Cum tanto* 11. *de consuetudine*, ibi: *Nemo sanæ mentis intelligit naturali Juri, cujus transgressio periculum salutis inducit, quacumque consuetudine (quæ dicenda est verius in hac parte corruptela) posse aliquatenus derogari*.

27 Disputare publice, vel privatim cum hæreticis de Fide, est prohibitum omnibus Laicis sub pœna Excommunicationis ferendæ sententiæ, textu expresso *in cap. Quicumque hæreticos* §. *Inhibemus* 2. *de hæreticis in* 6. ibi: *Inhibemus quoque, ne cuiquam Laicæ Personæ liceat publice, vel privatim de Fide Catholica disputare, qui vero contrafecerit, excommunica-*
28 *tionis laqueo innodetur*. Notant tamen teste Sanchez *lib.* 5. *moral. cap.* 6. *num.* 7. Palao *tract.* 4. *disput.* 2. *punct.* 4. Herincx *disput.* 9. *de Fide quæst.* 3. *num.* 34. Reiffenstuel *lib.* 5. *Decret. tit.* 7. *num.* 28. Pirhing. *ibid. sub num.* 28. & alii, Legem, seu prohibitionem hanc, vel casu nunquam fuisse receptam, vel contraria consuetudine iterum abrogatam in locis, in quibus Catholici habitant permixti cum hæreticis, quia passim ibidem Laici Catholici disputant cum hæreticis in privatis colloquiis; & id sæpe necessarium est pro avertendo pusillorum scandalo, præsertim, ubi ob persecutionem hæreticorum
29 non tolerantur Clerici. Disputare cum hæreticis non est prohibitum Clericis, maxime si sint sufficienter docti, & debitas circumstantias prudenter observent respectu audientium, loci, & temporis, ut recte observat Gonzalez *in cap. Cum ex injuncto* 12. *de hæreticis*, Reiffenstuel *loc. cit. num.* 29. *&* 30. Vide verb. *Fides a num.* 36.

30 Stando in rigore Juris communis tum Canonici, tum Civilis, nec recipi, nec tolerari possunt hæretici, & ritus eorum in territoriis Catholicis, sed eos ubique repellere, expellere, & exterminare tenentur Principes Catholici. Et quidem in Jure Canonico sic statuitur expresse *cap. Excommunicamus* 13. §. *Moneantur*, *de hæreticis*, & concordat *cap. Ad Abolendam* 9. §. *Statuimus tit. eod. & cap. Ut officium* 11. §. *Statuimus eod. in* 6. & sæpe alibi. In Jure Civili sic statuitur *leg. Omnes* 2. *Cod. de hæreticis*, *leg. Manichæus* 5. *Cod.*
31 *eod. Authent. Si vero*, *Cod. eod. Authent. Gazaros*, *Cod. eod.* & sæpe alibi. Ad evitandum tamen majus Religionis, vel Ecclesiæ Catholicæ malum recipi, & tolerari possunt hæretici in locis Catholicis; Layman *lib.* 2. *tract.* 1. *cap.* 17. *n.* 4. cum variis aliis; Reiffenstuel *loc. cit. num.* 146. & alii passim, & docet usus & praxis communis.

32 Hæretici sunt revelandi, seu denunciandi Inquisitoribus
33 sub pœna Excommunicationis; Innocent. IV. Constitut. 18. incipient; *Noverit*. Imo hæretici evidenter cogniti tales sunt denunciandi, ac etiam suspecti, quamvis probari non possint; Alexander enim Septimus die 7. Septembris 1665. inter alias merito damnavit sequentem propositionem in ordine quintam: *Quamvis evidenter tibi constet, Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis*. Li-
34 bros hæreticorum scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, incurrunt Excommunicationem Bullæ Cœnæ; *Communis ac certa* textu expresso in ipsa Bulla §. 1., ibi: *Excommunicamus, & anathematizamus &c. omnes, & singulos hæreticos &c. ac eorumdem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, aut Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore &c.* Sed de istis late sub verb. *Libri*.

35 Hæretici omnes formales externi ipso facto incurrunt Excommunicationem Papæ reservatam; *Communis, & certa* ob clara Jura *cap. Sicut* 8. *cap. Ad abolendam* 9. *cap. Excom-*
36 *municamus* 13. *de hæreticis*, *& Bulla Cœnæ* §. 1. Imo non solum hæretici, sed etiam credentes eis, receptores, item defensores, & fautores eorumdem; *Communis, & certa* ob expressa Jura *cit. cap. Excommunicamus* 13. *de hæreticis*, *&*
37 *Bull. Cœnæ* §. 1. Credentes autem in proposito dicuntur, qui eorum erroribus aliquo modo assentiuntur, saltem implicite, & in confuso, v. g. dicendo, & tenendo vera esse, quæ Lutherus, Calvinus, vel alius determinatus hæreticus contra Ecclesiam Catholicam docuit, vel dixit: etsi in particulari eorum errores ignorent; Communis cum Barbosa *in cit. cap. Excommunicamus* 13. *de hæreticis num.* 20. Pirhing *loc citat. num.* 106. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 248. Sporer *loc. citat.*
38 *num.* 27. Receptores dicuntur, qui hæreticos ob causam hæresis fugientes in domo, vel alio loco recipiunt, & abscondunt,

ne a Judicibus legitime inquisiti capiantur; *Communis*. Defensores dicuntur, qui quovis modo, vi aut dolo, verbis, aut calamo hæreticorum errores, vel Personas defendunt, & impediunt ne cum eis justitia fiat; *Communis*. Fautores dicuntur, qui aliquem illis favorem præstant, quo eorum hæresis, aut immunis permaneat, aut illam liberius diffundere possint, & exercitia sua hæretica, conventicula, aut alia quæque ad hæresim fovendam, & promovendam spectantia exercere valeant; *Communis*. Excommunicationem ipso facto etiam incurrunt, qui hæreticos, aut eis credentes, aut eorum receptores, Defensores aut fautores in loco Sacro sepeliunt; *cap. Quicumque* 2. *de hæreticis*.

Omnes hæretici publici, & notorii ipso facto sunt Irregu- 42
lares, & remanent tales etiam posi conversionem, & absolutionem; Communis, ac certa *argum. cap. Nos consuetudinem* 8. *dist.* 12. *cap. Si quis Presbyteri* 1. *cap. Conventientibus* 4. §. *Ex hac auctoritate*, *& cap. Saluberrimam* 21. *caus.* 1. *quæst.* 7. *juncto cap.* 2. §. *hæretici*, *& cap. Statutum* 15. *de hæreticis in* 6. Etiam hæretici occulti probabilius sunt Irregu- 43
lares; Sicut enim ob hæresim occultam contrahitur Excommunicatio, ita & Irregularitas; Jura enim universaliter loquuntur; Tum quia Clemens VII. concessit Inquisitoribus facultatem dispensandi in irregularitate ob hæresim occultam, quod est manifestum signum eam etiam incurri propter hæresim occultam, aliter esset superflua talis concessa facultas dispensandi in ipsa; Sic Farinac. *de hæresi quæst.* 192. *num.* 68. Donatus *prax. rerum Regular. tom.* 2. *tract.* 5. *quæst.* 21. *n.* 5. Silvest. *verb. Crimen quæst.* 2. *num.* 3. Azorius *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11. *quæst.* 3. *&* *cap.* 21. *quæst.* 8. Sanchez *lib.* 2. *Moral. cap.* 25. *num.* 2. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 255. cum communiori, & veriori aliorum. Irregularitas incurritur etiam a 44
Credentibus, Receptoribus, Defensoribus, & Fautoribus hæreticorum, *cap. Quicumque* 2. §. *hæretici*, *& cap. Statutum* 15. *de hæreticis in* 6.

Hæretici omnes, Credentes, Receptores, Defensores, 45
& Fautores eorum sunt inhabiles ad Beneficia, & Officia Ecclesiastica; *textu expresso in cit. cap. Quicumque* 2. §. *hæretici*, *& cit. cap. Statutum* 15. *de hæreticis in* 6. Hinc te- 46
nentur Beneficia in hæresi recepta una cum fructibus dimittere, & restituere; *argum. cit. cap. Quicumque*, *& cit. cap. Statutum*, ubi expresse subjungitur: *Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum, & inane*; quod autem est irritum & inane nullo modo subsistit; & sic talis collatio Beneficii est ipso Jure nulla, & fructus injuste sunt recepti, adeoque &c. Farin. *de hæresi quæst.* 189. *numer.* 71. Garzias *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 72. *&* 80. Sanchez *lib.* 2. *Moral. cap.* 26. *num.* 4. Pirhing *loc. cit. num.* 49. Reiffenstuel *loc.*
cit. num. 257. & alii passim. Talis inhabilitas ad Beneficia, 47
& Officia Ecclesiastica durat in ipsis etiamsi convertantur, & hæresim abjurent, præsertim si fuerint publici, seu notorie hæretici; Geminian. *in cap. Super eo* 4. *de hæreticis in* 6. Hostiens. in Summa *de hæreticis* §. *Quando*, *& qualiter num.* 12. Palao *de hæresi tractat.* 4. *disput.* 4. *punct.* 5. *num.* 2. dicens id esse certum, Reiffenstuel *loc. cit. num.* 258. & alii relati a Farinac. *de hæresi quæst.* 192. *num.* 68. Et hæc inhabilitas pro- 48
babilius durat etiam in hæreticis occultis post eorum conversionem, & absolutionem; Jura enim citata indistincte loquuntur, & ubi Lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; *cap. Quia circa* 22. *de privil. & leg. De pretio ff. de Publiciana in rem action.* Reiffenstuel *loc. cit. num.* 259. & alii apud Farinac. *de hæresi quæst.* 189. *num.* 82. *& seq. & qu.* 93. *a num.* 66. & Donat. *Prax. rer. Regul. tom.* 2. *tract.* 5. *qu.* 12. *num.* 5. ubi ex *cap. Nos consuetudinem* 8. *dist.* 21. *& cap. Conventientibus* §. *Ex hac auctoritate* 4. *caus.* 1. *qu.* 7. expresse dicit, quod qui lapsus est formaliter in hæresim, sive occulte sive manifeste, etiam post absolutionem remanet Irregularis, non solum quo ad recipiendas dignitates, sed etiam quoad recipiendos Ordines, & etiam ad exercendos eos, quos habet; Ricciol. *de Jure Person. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 1. Bonacin. *de Censur. disput.* 7. *qu.* 5. *part.* 7. *num.* 6. *& seq.* & multis citatis Peyrin. *tom.* 2. *de Prælat. quæst.* 2. *cap.* 5. §. 6. *num.* 73.

Hæretici, eisque Credentes, Receptores, Defensores, 49
& Fautores eorum sunt insuper privati Beneficiis, & Officiis prius rite obtentis; Communis, *argum. cap. Ad abolendam* 9. *de hæreticis*, *& cap. Ut commissi* 12. *eod. in* 6. Et hoc ipso Ju- 50
re ante sententiam Judicis; Garzias *de Benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 66. Gonzal. *de Regul. Cancell. gloss.* 15. *num.* 65. Farinac. *de hæresi qu.* 183. *num.* 77. Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 26.

num. 6. Reiffenſtuel *loc. cit. num.* 262. Flaminius *lib.* 3. *qu.* 1. *num.* 31. Caſtro Palao *loc.cit.* Covarruv. *variar.reſolut.cap.* 8. *num.* 4. & communior, & probabilior cum Fagnan. *in cit. cap. Ad abolendam a num.* 29. *uſque ad* 44. *argum.cit.cap. Ad abolendam* 9. *de hæreticis*, & facit praxis, & Stylus Curiæ Romanæ, hæreticos a die commiſſi criminis hæreſis cenſentis privatos Beneficiis, ita ut a die lapſus in hæreſim nulli
51 amplius reſignari poſſint, ſed a quovis impetrari valeant; Fagnan. *loc. cit. num.* 41. Sic de tali ſtylo & praxi teſtantur Sanchez, & Farinac. *locis citatis*. Ante tamen ſententiam declaratoriam criminis commiſſi Beneficia dimittere, & fructus poſt privationem ipſo Jure ſtatutam perceptos reſtituere non tenentur; *argum. cap. Cum ſecundum leges* 19. *de hæretic. in* 6. Farinac. *loc. cit. quæſt.* 189. *num.* 8. Sanchez *loc.cit. num.* 7. Caſtro Palao *loc. cit. num.* 5. Reiffenſtuel *loc. cit. num.* 265. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 8. *quæſt.* 3. Fagnan. *loc.cit.*
52 *num.* 42. citans alios. Hinc infertur, quod privatio Beneficiorum prius rite obtentorum, locum non habeat, quandiu hæreſis manet occulta, cum ſupra hæreſi occulta nequeat ſententia declaratoria proferri, ut de ſe patet; Reiffenſtuel *loc. cit. num.* 265. & alii paſſim.

53 Tam filii, quam nepotes patris hæretici, ſoli autem filii non item nepotes matris hæreticæ ipſo jure ſunt inhabiles ad Officia, & Beneficia Eccleſiaſtica, & Irregulares, textu expreſſo *in cap. Quicumque* 2. §. *hæretici*, *& cap. Statu-*
54 *tum* 15. *de hæreticis in* 6. & ſic communis doctorum. Redduntur tamen habiles, ſi eorum parentes convertantur, & ad Eccleſiam Catholicam redeant, ſive nati ante, ſive poſt ipſorum converſionem, textu expreſſo *in cit. cap. Statutum*
55 15. §. *hoc ſane de hæreticis in* 6. Rurſus *Communis*. Qui ad preces, vel recommendationem hæreticorum obtinent Beneficia, ipſo actu privantur ſic acquiſitis, & inhabiles fiunt ad alia, textu expreſſo *in cap. Quicumque* 2. §. *Ad hæc*, *de*
56 *hæreticis in* 6. *Communis*. Hæretici, eorumque Receptores, Defenſores, & Fautores, ipſo Jure privati exiſtunt Eccleſiaſtica Sepultura; *argum. cap. Sicut* 8. *de hæreticis*, *& cap.*
57 *Quicumque* 2. *eod. in* 6. *Communis*. Hæretici propter crimen hæreſis confugientes ad Eccleſiam, non gaudent immunitate; Gregor. XIV. Conſtitut. incipient. *Cum alias*, ubi inter Perſonas non gaudentes immunitate Eccleſiaſtica expreſſe
58 excipiuntur *hæreſis rei*. Notanter autem dicitur *propter crimen hæreſis confugientes*, quia ſi hæretici tolerati confugiunt ad Eccleſiam propter aliud Crimen, V. G. furtum, homicidium &c. immunitate gaudent ut ceteri, cum ſolum pro hæreſi crimine, & non pro aliis delictis non exceptuatis immunitate priventur; Nicolius *Lucubr. utriuſque Juris part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 8. *limita ſecundo*, Silveſter *verb. Immun.* 3. *qu.* 3. Zoeſius *de Immun. Eccleſ. num.* 16. & alii paſſim. Et ſic docet praxis, & uſus communis.

59 Hæretici omnes ſunt infames; *cap. Infames* 17. *cauſ.* 6. *qu.* 1. *cap. Excommunicamus* 13. §. *Credentes*, *de hæretic. & Authent. Gazaros Cod. de hæretic.*, ibi: *Omnes hæreticos utriuſque ſexus quocumque nomine cenſeantur perpetua damnamus infamia*. Poſt tamen ſententiam declaratoriam criminis commiſſi, ut docent Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 36. *numer.* 1. Pirhing *loco cit. num.* 52. Reiffenſtuel *loco cit. num.* 239. & alii communiter; niſi ſint hæretici publici, & notorie tales; Sanchez *loco cit, num.* 2. Reiffenſtuel *loco cit. num.* 304. Azo-
60 rius *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſt.* 8. & alii. Receptores, Defenſores, & Fautores hæreticorum redduntur etiam ipſi infames, ſi poſtquam fuerint excommunicati intra annum ſatisfacere contempſerint, textu expreſſo *in cit. cap. Excommuni-*
61 *camus* 13. §. *Credentes de hæreticis*. Hæretici, eorumque Receptores, Defenſores, & Fautores ſunt etiam inhabiles ad omnia Officia publica, honores, & omnes actus Civiles; *cit. cap. Excommunicamus* 13. §. *Credentes*, *de hæreticis*, & concordat *cap. Quicumque hæreticos* 2. §. *hæreticis in* 6. *leg. Manichæos* 4. *leg. Quæ Samaritis* 18. *& Authent. Credentes, Cod. de hæreticis*, & ſic communis Doctorum.

62 Hæretici a die commiſſi criminis ipſo facto amittunt patriam poteſtatem in filios, & iſti efficiuntur ſui Juris, textu expreſſo *cit. cap. Quicumque hæreticos* 2. §. *final. de hæreticis*
63 *in* 6. Et ibi Gloſſa communiter recepta, verb. *Deſierint*. Sic mulieres hæreticæ amittunt dotem, & omnia alia privilegia, textu expreſſo *in* §. *Item privilegium*, *Cod. de hæreticis*.
64 Hæretici amittunt facultatem faciendi Teſtamentum, & ſuccedendi in hæreditatem, tam ab inteſtato, quam ex Teſtamento; *leg. Manichæos* 4. §. 2. *&* §. 5. *C. de hæreticis*. Concordat Authen. *Credentes*. Et *leg. Ariani*, *& leg. final. Cod. eodem*. Et expreſſe *cap. Excommunicamus* 13. §. *Credentes*, *de hæreticis*.

Hæretici a die commiſſi criminis ipſo Jure incurrunt confiſcationem omnium ſuorum bonorum; itaut nec filiis eorum 65
Catholicis ſucceſſio aliqua, vel hæreditas relinquatur; *cap. Vergentis* 10. *de hæreticis*, *cap. Cum ſecundum* 19. *de hæreticis in* 6. Et *Authent. Gazaros Cod. de hæreticis*. Ante autem 66
ſententiam declaratoriam commiſſi criminis hæreſis poſſeſſorem non amittunt, & bona ſua *Fiſco* tradere non tenentur; *argum. cit. cap. Cum ſecundum* 19. *de hæreticis ad finem*. Et
communis Doctorum. Niſi tamen hæretici ſint publici, & 67
notorie tales; quia cum crimen jam notorium celari non poſſit, declaratio illius non erit expectanda, *argum. cap. Evi-* 68
dentia, *de accuſat.* Hæretici amittunt juriſdictionem, & dominium in Vaſallos, & ſervos; ipſi enim Vaſalli, & ſervi, aliique liberantur a privata obligatione debita hæreticis, & fide eiſdem ſervanda, textu expreſſo *in cap. Abſolutos* 16. *de hæreticis*.

Hæretici debent damnari ad carceres perpetuos, vel tem- 69
porales juxta criminis, & Perſonarum circumſtantias, & qualitates; *cap. Ut commiſſi* 12. *verſ. Et illorum*, *de hæreti-* 70
cis in 6. Hæretici impœnitentes ultimo ſupplicio affici, & comburi debent. Sic communis Doctorum; *argum. leg. Ariani* 5. *leg. Quicumque* 8. *Cod. de hæreticis*, *cap. Excommunicamus* 13. *de hæreticis*, & Conſtitutione Caroli V. 1540. edita, vi cujus hæretici impœnitentes comburi, reſipiſcentes vero 71
gladio feriri jubentur. Sic etiam *ultimo ſupplicio* afficiendi ſunt hæretici relapſi etiamſi pœniteant, & hæreſim denuo abjurent, & plene ſe convertant; *argum. cap. Ad abolendam* 9. *de hæreticis* & concordat *cap. Super eo* 4. *& cap. Accuſatus* 8. *eod. in* 6. Et ſic communis Doctorum, teſte Palao *de Fide tract.* 4. *diſput.* 6. *punct.* 2. *num.* 7.

Filii, & Filiæ parentum hæreticorum, quamvis ſint Ca- 72
tholici, privantur quavis hæreditate paterna, tam ex Teſtamento, quam ab inteſtato eis alias competente; *cap. Ver-*
gentis 10. *de hæreticis*, *cap. Cum ſecundum* 19. *eod. in* 6. *&*
Authent. Gazaros Cod. de hæreticis, Non ſunt tamen incapaces hæreditatis aſcendentium, collateralium, & extero- 73
rum; quia Jura ſtatuentia privationem ſucceſſionis ex Teſtamento, & ab inteſtato loquuntur de ſola ſucceſſione paterna, non autem Avi, Collateralium, & exterorum bonis, & conſequenter ad hæc extendenda non ſunt; *argum. cap. Odia* 15. *& cap. In pœnis* 49. *de Regul. Juris in* 6. Communis cum Farinacio *de hæreſi quæſt.* 291. *num.* 26. Pirhing *loc. cit. nu.* 99. Molina *de Jur. & Juſtit. diſput.* 6. *num.* 19. Filii, & Filiæ 74
hæreticorum ſunt etiam infames; *argum. leg. Quiſquis* 5. *Cod. Ad leg. Jul. Majeſt. & cap. Quicumque* 2. *de hæreticis in* 6. Et expreſſe habetur in pluribus Conſtitutionibus Pontificiis, ut Innocent. IV. incip. *Ad extirpanda*, *edita* 1252. Alexandri VI. incip. etiam *Ad extirpanda. edita* 1259. Clementis IV. incipit. pariter *Ad extirpanda*, *edita* 1265. Honorii IV. incip. *Exhi-* 75
bita, *edita* 1286. quibus ſpecialiter declaratur, filios hæreticorum eſſe infames, videre eſt apud Farinac. *de hæreſi quæſt.* 191. *num.* 26. & Pegna *in Direct. Inq iſit. part.* 1. *comm.* 4. *verſ. Hæc autem infamia*. Claudius tamen la Croix *lib.* 6. *part.* 12. *numer.* 2218. ex Sa, Henriq. Sanchez, Layman, Sayr. Gibal. Gobat. dicit, quod nati in Germania ex hæreticis parentibus non ſunt infames: unde converſi poſſunt ſine diſpenſatione promoveri ad ſacros Ordines.

Filii hæreticorum ſunt immunes a reliquis temporalibus, & 76
corporalibus pœnis; *cap. Vergentis* 10. *de hæreticis*, *& leg.* 77
Quiſquis 5. *Cod. Ad leg. Jul. Majeſt. Communis*. Imo Filii hæreticorum ſunt immunes etiam a pœna privationis Beneficiorum, & Officiorum obtentorum ante parentum condemnationem; Quamvis enim Jo. Andr. Gigas, & alii, quos refert Riciullus *de Jur. Perſon. lib.* 5. *cap.* 29. *num.* 4. teneant, & affirment, ipſos talem pœnam incurrere; Merito tamen negat Abbas *in cap. Vergentis* 10. *de hæreticis num.* 4. & alii. Unde cum tempore ſan. Mem. Clement. VIII. quæſtio hæc ad Sedem Apoſtolicam delata fuiſſet, idem eque Summus, ac Doctus Pontifex auditis ſententiis Cardinalium approbavit hanc partem negativam, ut teſtatur Riciullus *loc. cit.* & recognoſci poteſt *ex deciſ.* 87. *&* 90. *impreſſis poſt* 2. *vol. Concil. Farinac.* Sic Urſaya *Inſtitut. Crimin. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 72. & tenent Sanch. *lib.* 2. *moral. cap.* 28. *num.* 28. Mepoch. *conſil.* 805. *num.* 33. Felin. *in cit. cap. Vergentis num.* 3. Clarus *§. hæreſis numer.* 14. Pirhing *loc. cit. num.* 106. & plures alii contra Gonzalez, Reiffenſtuel *loc. cit. num.* 281. & plures alios ibi ab ipſo citatos.

Hære-

78 Hæretici, qui ad Catholicam Eccleſiam redeunt, poſſunt libere, & licite retinere tamquam ſua propria omnia bona Eccleſiaſtica olim a ſuis majoribus, ſeu a ſeipſis uſurpata; Sic noviſſime ampliſſime conceſſit Clemens XII Conſtitut. incipient. *Sedes Apoſtolica* edita pro hæreticis in ditione Saxonica exiſtentibus: Uti jam conceſſerat Benedictus XIII. Conſtitut. incip. *Æterni Patris* edita 12. Auguſti 1724. pro Ruthenis redeuntibus ad Eccleſiam Catholicam (a).

79 * Hæretici occulti abſolvi poſſunt in foro conſcientiæ a majori Pœnitentiario, vel de ejus mandato; Occulti vero ſunt, qui etſi hæreſim ſuam extrinſecis actibus manifeſtarunt nemo tamen illos vidit. Ita Benedict. XIV. Conſtitut. 95. tom. 1. incip. *Paſtor bonus* §. 9.

80 Poteſt etiam major Pœnitentiarius in foro conſcientiæ abſolvere publicos hæreticos, ſeu apoſtatas a fide, quando neceſſe non eſt complices denunciare, illis nempe mortuis, ſive degentibus in locis palam infectis: non vero ſi vivant ubi Inquiſitionis officium viget. *Ibid.*

81 Princeps, vel qui Vicario nomine ſtatui præſunt, Dominia, & Reſpublicæ, illarumque adminiſtratores, vel qui adminiſtrationem habere ſolent, Epiſcopi, & Superiores Prælati, in caſibus publicis contentis in Bulla Cœnæ Domini ab illo, nempe majori Pœnitentiario abſolvi nequaquam poſſunt; *ibid.* §. 11.

82 Sicuti nec ab eo abſolvi poſſunt ab incurſa cenſura omnes quicumque etiam S. R. E. Cardinales, qui vivente Romano Pontifice, de alio eligendo, vel excludendo tractaverint, ſuffragia inierint, ambituſque, aut pactiones fecerint, *ibid.* §. 12.

83 Nec poteſt abſolvere eos, qui per aſtrologiam judiciariam per ſe, vel per alios de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, ſive de vita & morte Rom. Pontificis tunc exiſtentis inquiſiverint. *ibid.* §. 13.

84 Denique nec poteſt abſolvere in caſibus publicis violatæ immunitatis, ſeu libertatis Eccleſiaſticæ, etiam non deductis in judicium; §. 14.

85 Tenetur Epiſcopus etiam in locis ubi Officium Sacr. Inquiſitionis viget, ſedulo curare, ut creditam ſibi Diœceſim ab hæreticis purget; & ſi quem repererit, pœnis canonicis punire debet; cavere tamen debet, ne Fidei Inquiſitores a ſuo munere obeundo impediat. Deductum vero hæreticum ad ſuum tribunal non minus Epiſcopus, quam Inquiſitor reconciliare poſſunt Eccleſiæ, & pro utroque foro abſolvere. Quin & poſſunt hæreticum poſtquam errores ſuos ejuraverit, ad ſimplicem Confeſſarium pro abſolutione remittere, quæ tunc data a Confeſſario in foro Sacramentali abſolutio pro foro pariter externo valet. Ita in Tract. *De Synodo Diœc. lib.* 7. *cap.* 32. §. 3.

86 Ab hæreſi mere interna & mentali, nullo exteriori ſigno manifeſtata ſimplex Confeſſarius abſolvere poteſt, cum hæreſis ſit Summo Pontifici reſervata per cenſuram adnexam, quæ certe in eo caſu nulla eſt. Poteſt etiam ſimplex Confeſſarius eum abſolvere, qui verbo aliquo vel facto Fidei articulum negaverit, interiori tamen aſſenſu fidem retinuerit, neque enim in ea rerum circumſtantia cenſura illigaretur. Quamquam in foro externo tanquam hæreticus puniretur, & nequidquam obtineret ſe in corde fidem retinuiſſe; *ibid.* §. 4.

87 Si vero agatur de hæreſi externa occulta nondum deducta ad forum Epiſcopi, olim quidem facultas facta fuit Epiſcopis a Conſilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. ut per ſe, non vero per Vicarios ſuos illam abſolverent in foro conſcientiæ. Sed cum in Bulla ſingulis annis publicata reſervetur Romano Pontifici abſolutio inter cetera etiam ab hæreſis crimine, & in ea Bulla derogetur omnibus contrariis decretis cujuſvis Concilii, hinc quæſtio agitatur apud Theologos, num hodie pariter Epiſcopo maneat facultas abſolvendi hæreticos in foro conſcientiæ. Neganda tamen eſt illis hæc facultas, nam illis verbis *non obſtantibus cujuſvis Concilii Decretis*, omnis Concilii Tridentini facultas Epiſcopis adimitur. Quam in rem multa Congregationis S. Officii, & Congregationis Concilii aſſeruntur Decreta, adjiciuntur S. Pii V. Gregorii XIII. Clementis VIII, vivæ vocis oracula, ne quid dixerim de propoſitione inter damnatas ab Alexandro VII. *Sententia aſſerens Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno* 1629. 18. *Julii in Conſiſtorio Sacr. Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium viſa & tolerata eſt*. Ingenue quidem fatendum, hanc propoſitionem ideo confixam fuiſſe ex falſa aſſertione de approbatione Sac. Congregationis, quæ nulla fuit. Vix tamen creditur Pontificem adeo ſe præbuiſſe ſollicitum de amovenda hac Sac. Congregationis approbatione ab ea propoſitione, niſi & eamdem ipſam propoſitionem improbabilem judicaſſet. *De Synod. Diœc. cit. lib.* 7. *cap.* 32. Sed 88
nec credi poteſt facultatem hæreſis hujuſce abſolvendæ Gallicanis Epiſcopis datam eſſe, quamquam eam ſibi multi arrogant, ut multis argumentis *cap.* 33. evincitur. Quod vero negatur Epiſcopis, negandum eſt etiam Inquiſitoribus Hiſpaniæ & Luſitaniæ, quibus ſi aliqua olim fuit in hanc rem auctoritas, modo ex Bulla Cœnæ ſublata eſt. *Ibid.* §. 4. *

Novæ additiones ex aliena manu.

L Apſus in hæreſim, privatur *ipſo facto* omnibus bonis, & 1
juribus ex text. *in Cap. Vergentis*, *de hæretic. Cap. Quum ſecundum Leges eod. titul. in* 6. At intellige ſi accedat ſententia Judicis declaratoria incurſæ hæreſis, & pœnæ condignæ, 2
ut advertit *Auctor num.* 65. & dixit *Rot. in Romana Pecuniaria ſeu Livellorum* 2. *Decembris* 1746. §. 5. *cor. Illuſtriſſimo Caprar. Alm. Urb. Gubernator. &* 5. *Februarii* 1748. §. *cor. bon. mem. Cortad.*

Dubitatur vero, an hoc ipſum procedat reſpectu Hæretici 3
manifeſti? Negant poſt alios *Fagnan. in Cap. Abſolutos n.* 13. *de hæretic. Farinac. de hæreſ. quæſt.* 189. *num.* 66. tenentque etiam citra ſententiam declaratoriam privatum eſſe hæreticum manifeſtum omnibus ſuis bonis, & juribus.

Cæterum Textus *in Cap.* 26. *de Verb. ſignificat.* ſtatuit: *Illos intelligendos eſſe manifeſtos hæreticos, qui contra Fidem Catholicam publice prædicant, aut profitentur, ſeu defendunt eorum errores, vel qui coram Prælatis ſuis convicti ſunt, vel confeſſi, vel ab eis ſententialiter condemnati ſuper hæretica pravitate*. 4

Debitores hæretici etiam manifeſti, tametſi ſolvere non 5
tenentur hæretico ipſius creditum, tamen nihil ſibi lucrantur, quum Fiſco illud ſolvere debeant; *Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtol. Conſtit.* 8. *Innocent. IV. num.* 26. *Farinac. de Hæreſ. quæſt.* 89. *num.* 68. *in dict. Romana Pecuniaria, ſeu Livellorum* 2. *Decembris* 1746. §. 8. *cor. Illuſtriſſ. Caprar. &* 5. *Februarii* 1748. *cor. bon. mem. Cortad.* 6

Inde ſequitur, quod ſi Fiſcus non exegerit creditum hæ- 7
retici, interimque hæreticus abſolutus fuerit ab omni pœna, poteſt ipſe hæreticus ſuum creditum a Debitore ſuo exigere; *Rot. in dict. Romana Pecuniaria, ſeu Livellorum* 2. *Decembris* 1746. §. 8. *cor. Illuſtriſſ. Caprar. &* 5. *Februarii* 1748. *coram bon. mem. Cortad.*

Illud non omittendum, quod licet lapſus in hæreſim repel- 8
latur a teſtimonio dicendo; ab eo tamen minime repellitur ille, qui Patris ſui veſtigia ſequens, hæreticus natus eſt; *Rot.* 9
in Paderbonen. Canonicatus 22. *Martii* 1734. *coram clar. mem. Calcagnin.*

(a) Conſtitutio Benedicti XIII. de qua loquitur Auctor noſter de Solis Ruthenis ad Catholicam Eccleſiam redeuntibus verba facit; & Clementis XIII. de Solis hæreticis in Saxonia degentibus: ait enim Summus Pontifex: *Omnia, & ſingula bona Eccleſiaſtica cujuſcumque qualitatis, quantitatis, & valoris in Ducatu Saxoniæ, aliiſque ditionibus* Auguſto Regi, uti *Saxoniæ Duci ſubjectis, conſiſtentia, præteritorum temporum confuſione occupata modernis eorum poſſeſſoribus, ſeu detentoribus, cujuſvis ſtatus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, qui ad Catholicæ Eccleſiæ unitatem jam redierunt, vel in poſterum redierint, eorumque ſucceſſoribus quibuſcumque Catholicis, & in ſinceritate Orthodoxæ Fidei perſeverantibus, una cum fructibus perceptis, harum ſerie de ſpeciali dono gratiæ remittimus, condonamus, cedimus, & relaxamus &c.* Ex quo perſpicuum fit, iis tantum Eccleſiæ bona jam antea occupata conceſſa fuiſſe; alios vero eadem relaxatione atque ceſſione indigere.

HEBDOMADA, HEBDOMADARIUS.

1 HEbdomas, Græcis ſpatium dierum ſeptem, vocitatur ſeptenarium; Latini ſeptimanam, ut vulgus appellant:
2 Calvin. *in Lexico Jurid. verb. Hebdomada*. Et hæc ſeptimana ſic a vulgo appellata, dicitur latine communiter hebdomada; & dupliciter capitur, uno modo pro hebdomada compoſita ex ſeptem annis, de qua habentur plura exempla in Sacra Scriptura, & ſignanter *Geneſ.* 29. 28. ubi Patriarcha Jacob nonniſi poſt ſervitutem ſeptem annorum præſtitam Labano obtinuit in uxorem pulcram Rachelem; ibi: *Acquievit placito, & hebdomada tranſacta, Rachel duxit in uxorem*. Aliud exemplum habetur *Levitic.* 25. 8. pro anno Jubilæi, ibi: *Numerabis quoque tibi ſeptem hebdomadas annorum, ideſt ſepties ſeptem, quæ ſimul faciunt annos quadraginta novem, ſanctificabisque annum quinquageſimum*. Tertium exemplum habetur *Daniel.* 9. 24. ubi ab Archangelo Gabriele fuerunt revelatæ Danieli Prophetæ ſeptuaginta hebdomadæ, poſt quas venturus eſſet, ut de facto venit, Meſſias Redemptor Mundi, ibi: „ Septuaginta hedomadæ abbreviatæ (*ideſt definitæ*) ſunt „ ſuper populum tuum, & ſuper Urbem ſanctam tuam, ut „ conſumetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & „ deleatur iniquitas; & adducatur juſtitia ſempiterna, & im-„ pleatur viſio, & Prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum,,.
3 Alio modo ſumitur pro Hebdomada compoſita ex ſeptem diebus, eam incipiendo a die Dominico uſque ab Sabbatum, & hæc initium habuit ab origine mundi, dum Creator Omnipotens omnia creavit, & eduxit ex nihilo, termino ſex dierum, ut habetur *Geneſ. cap.* 1. *per tot.* quibus ſex diebus adjunxit ſeptimum, vocatum diem quietis, & ſanctificatum Domino, ut habetur *Geneſ.* 2. *num.* 2. & 3. ibi:„ Complevitque „ Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat, & requievit die „ ſeptimo, ab univerſo opere, quod patrarat; & benedixit „ diei ſeptimo, & ſanctificavit illum, quia in ipſo ceſſaverat „ ab omni opere ſuo, quod creavit Deus ut faceret,.; Et hæc eſt Hebdomada, qua impræſentiarum communiter utimur omnes, Clericat. *in ſuis ſpicis verb. Hebdomada*.
4 Decanus, qui ex conſuetudine ſimul eſt Canonicus, & una hebdomada ſervit ut Decanus, & altera ut Canonicus, in hebdomada, qua ſervit ut Canonicus, debet ſedere in loco Canonicali, circumſcripta conſuetudine *Sac. Congr. Conc. in una Fulginatenſi 26. Novembris 1616.*
5 Impeditus a Capitulo, aut etiam expulſus, quominus cum aliis Choro intereſſet, quotidianas diſtributiones non amittit, & in hoc caſu non eſt neceſſaria proteſtatio, niſi ante expulſionem aliquid omiſiſſet quod potuiſſet facere pro conſequendis diſtributionibus hujuſmodi, veluti ſi omiſiſſet facere hebdomadam probatoriam. *Sac. Rota in Cafalenſi diſtributionum coram Orcembergio 16. Novembris 1605.*
6 Canonicus etiam non conſtitutus in Sacris debet habere ſuam hebdomadam, ſi collatio ſpectat ad Canonicum hebdomadarium per Turnum. *Sacra Rota in Leodien. Beneficii coram Durano 24. Novemb. 1628.*
7 Si quis gravi morbo oppreſſus, fuerit a Sede Apoſtolica proviſus de Canonicatu in Eccleſia Cathedrali, dictoque morbo durante poſſeſſionem cœperit per procuratorem abſque eo quod ex cauſa ejuſdem morbi nunquam perſonaliter inſervierit, ſed ſolum in ultima hebdomada Menſis Veſperas, & Miſſam per alium Canonicum celebrare fecerit, lucratur diſtributiones a tempore poſſeſſionis, ut ſupra captæ. *Sac. Cong. Concil. 23. Julii 1650. in una Sarſinaten. ad c. 11. ſeſſ. 24. de reformat.*
8 Cum in Liberiana Baſilica S. Mariæ Majoris de Urbe, Beneficia illius Eccleſiæ ſpectent pro duabus ex tribus partibus ad Archipresbyterum pro tempore, & pro alia ad Canonicum de hebdomada, ita ut Canonicus pro una, Archipresbyter pro duabus hebdomadis Beneficia præfata conferat ex conceſſione Pii IV. Si quis ex Beneficiatis Eccleſiæ prædictæ moriatur in Veſperis Sabbati, licet hebdomada Canonici Turnarii incipiat a dictis Veſperis Sabbati juxta text. *in Canon. quod die 75. diſtinct., & in cap. 1. de fer. & in Clementin. de relig., & vener. Sanctor.* attamen collatio Beneficii ſpectat ad collatorem, qui erat in hebdomada vacationis, non autem ad Canonicum Turnarium ſucceſſorum, cujus facultas nondum acceſſerat, ad text. *in cap. ex parte de conceſſ. præb.* Hebdomada enim non completur, niſi poſt adventam mediam noctem ultimi illius diei, & in Beneficialibus attenditur dies naturalis, quæ incipit a media nocte diei præcedentis, & ſpatio viginti quatuor horarum terminat in mediam noctem ſequentem, juxta *text. l. more Romano, ff. de fer. & in cap. Conſuluit verſ. licet etiam, de offic. & poteſt. Jud. Deleg.* Et ad effectum reſervationis ſic computat diem Dataria, & Cancellaria, & idem ſervatur in alternativa Menſis inter Papam, & Epiſcopum. & collatio Beneficii ratione Menſis non differt a Collatione ratione hebdomadæ, ſed utraque iiſdem regulis ſubjacet, ut erudite *Rota Romana, Beneficiatus S. M. Majoris coram Albergato Decano part. deciſ. recent. 1. tom. 1. dec. 98. num. 1. & ſeqq.*
9 In Hebdomadariis exiſtentibus in Eccleſia Collegiata, cui Animarum Cura annexa eſt, ut Collegio non ut ſingulis, examen per concurſum non requiritur, ſed *in forma digno*, ut reſolvit *Sac. Cong. Conc. 13. Aug. 1596.*
10 Quilibet functiones ſuas prompte obeat, ut puta Miſſam planam, vel cantatam, tam ſolemnem, quam Conventualem, ac hebdomadariam juxta Eccleſiæ laudabilem conſuetudinem ſub pœna punctaturarum juxta Sacrorum Canonum diſpoſitionem, ac Eccleſiæ conſuetudinem. *Sac. Congr. Epiſcop. & Regul. in Theatina 18. April. 1617.*
11 Hebdomadarius non debet celebrare valde diluculo *Sac. Cong. Epiſcop. & Regul. 20. Feb. 1601.*
12 Hebdomadarius abiens ex cauſa, ex qua conceduntur diſtributiones, nihil tenetur dare ſupplenti hebdomadam pro ipſo, nec ipſe ſupplere, quando rediit. *Sac. Congr. Epiſcop. & Regul. 5. Martii 1602.*
13 Hebdomadarii abſentis, vel impediti vices ſupplere debet Canonicus Junior juxta conſuetudinem Eccleſiæ, & non Coadjutor, licet ſedeat poſt ultimum Canonicum. *Sac. Congr. Rit. in Elboren. 15. April. 1606.* apud Barboſa *de Canonic. & dignit. cap. 29. num. 34.*
14 Hebdomadarius non poteſt prætendere celebrationem Miſſarum, & Officiorum, quæ ad primam dignitatem pertinent, ea vero abſente, vel impedita, tunc ſecunda dignitas debet illa celebrare. *Sac. Congr. Rit. in Atrien. 15. Martii 1608.*
15 Hebdomadarius quando eſt paratus debet ſedere in proprio loco; quando vero non eſt paratus debet ſedere in primo ſtallo. *Sac. Congr. Rit. in Peruſina 20. Decemb. 1660.* Si vero eſt conſuetudo, ut quando non eſt paratus, præcedat aliis Canonicis, aut Dignitatibus, ſervanda eſt. *Ead. Sac. Congr. in Adrien. dict. die 20. Decembr. 1601.* apud Barboſa *in Summ. Apoſtolic. deciſ. verb. Hebdomadarius num. 3.*
16 Hebdomadarius Officium faciens primum locum habere debet ſuper omnes Canonicos, & Dignitates, ſi ipſe eſt Canonicus, vel Dignitas. Si vero eſt Clericus, debet accedere in medio Chori. *Sac. Cong. Rit. in Brundiſina 17. Junii 1616.* apud Barboſa *loc. cit. num. 4.*
17 Hebdomadarius in decantandis Horis Canonicis non debet uti ſtola. *Sac. Congr. Rit. 4. Auguſti 1663.* apud Piton. *Conſtitut. ac deciſion. ad Canonicos num. 718.*
18 Canonici denominantur Hebdomadarii, ſi tales in creatione vocati ſint, & hebdomadarii vocantur etiam Canonici, ſi ita ab obſervantia ſint vocati. *Sac. Rota in Avenionen. Denominationis, coram Rondin. part. 17. recentior. deciſ. 212. numer. 2. & 3.*
19 Tales Hebdomadarii tenentur aſſiſtentiam facere Canonicis celebrantibus juxta ſtatutum Eccleſiæ. *Sac. Congreg. Rit. in Avenion. 14. Martii 1612. apud Barboſ. loc. cit. num. 5.*
20 Dignitates Collegiatarum tenentur exercere officium Hebdomadarii, & alia munia ſubire, ſicut ceteri Canonici, *Sac. Congr. Concil. in Curſulen. 29. Maii 1653. & in Romana contra Archipresbyterum Collegiatæ S. Mariæ in Coſmedin 11. Decembr. 1694. 26. Martii 1695., & 11. Februar. 1696.* apud *tom. 1. tit. 2. formul. 4. num. 10.*
21 Hebdomadarius etiam non paratus, quando eſt facturus officium, debet ſedere in primo loco ſupra omnes Canonicos, & Dignitates. *Cæremonial. lib. 2. cap. 6.* ibi: *Canonicus &c. facturus officium &c. aſcendit Chorum in primo ſtallo, ſeu &c. facturus officium &c. aſcendit Chorum in primo ſtallo, ſeu ſede ex ea parte, ubi ea ſtet hebdomada, Chorus aſſignatur.* Et reſolvit *Sacr. Congr. Rit. in Romana 21. Novemb. 1626. & in Aretina 24. Jan. 1688.* & ita judicavit *Congregatio particularis Eminentiſs. Card. Mariſcotti, Colloredi, & Nigroni*, inter Capitulum S. Mariæ in Coſmedin, & Abbatem Piazza ejus Archipresbyterum, & per ſententiam 4. Septembris 1705. demandatum fuit, *Canonicum Hebdomadarium, facientem Officium, etiam non paratum, debere in omnibus præcedere Archipresbytero, ſervata forma ſuper modo ſedendi in Choro in omnibus, & per omnia, prout diſponit in Cæremonial. Epiſcop. lib. 2. cap. 6.*

Novæ

Novæ additiones ex aliena manu.

1 DE Canonico Hebdomadario parato quæritur utrum is ſedere debeat in ſcamno panno cooperto a cornu Epiſtolæ præparato, an in primo ſtallo ab ea parte chori, in
2 qua hebdomada obtingit? Dubium inde naſcitur, quod *Cæremoniale Epiſcoporum lib. 2. cap. 3. §. 4.* non abſolute jubet, ut Canonicus hebdomadarius paratus ſedeat in primo ſtallo ab ea parte chori, in qua obtingit hebdomada, ſed alternative, ut ſedeat, vel in dicto ſcamno panno cooperto a cornu Epiſtolæ præparato, vel in primo ſtallo ab ea chori parte, in qua hebdomada obtingit.

Diſtingui autem debent Miſſæ a Veſperis. Porro ſi de Miſſis agatur, choruſque ſit retro Altare, Canonicus hebdomadarius paratus non in primo ſtallo ab ea parte chori, in qua obtingit hebdomada, ſed in ſcamno panno cooperto a cornu Epiſtolæ præparato ſedere debet, ne alias toties accedere, &
3 recedere de loco ad locum teneatur. Et de his ſane functionibus intelligi debet Cæremoniale Epiſcoporum, dum Canonico hebdomadario parato poteſtatem facit ſedendi in ſcamno panno cooperto a cornu Epiſtolæ præparato. Concordatque Rubrica Miſſalis Romani *tit. 17. de Ordin. ſedend. in Miſſ. ſolemn. num. 6.*

4 At ſi res ſit de Veſperis, pariterque ſit chorus retro Altare, Canonicus hebdomadarius paratus, qui ſemper in choro aſſiſtere debet, excepto modico illo ſpatio, in quo dum cantatur Pſalmus *Magnificat*: incenſatur Altare, non in ſcamno panno cooperto a cornu Epiſtolæ præparato; ſed in primo ſtallo ab ea parte chori, in qua hebdomada obtingit ſedere debet, ut ita ſemper aſſiſtat, prout tenetur, in choro.
5 Et de hiſce aliis functionibus intelligendum eſt Cæremoniale Epiſcoporum ubi ait, Canonicum hebdomadarium paratum, ſedere poſſe in primo ſtallo ab ea parte chori in qua obtingit Hebdomada; Ita tradunt *Bauldry in Manual. Sac. Cæremon. part. 2. cap. 11. de Veſper. art. 1. num. 4. & 11. Merat. part. 3. tit. 11. fol. mihi 364.* optime *Cardinal. de Luc. de Miſcellan. Eccleſ. diſcurſ. 38. num. 8. & duob. ſequent.* tum etiam optime *Caſtald. in Prax. Caerem. lib. 2. ſect. 1. cap. 3. n. 13. & ſequent.*

7 Non ignoro, Sacram Rituum Congregationem anno elapſo 1758. *in Balneoregien.* cenſiſſe, quod & in Veſperis Canonicus hebdomadarius Paratus ſedere debeat in ſcamno panno cooperto a cornu Epiſtolæ præparato. At ita ſenſit, ex peculiaribus facti circumſtantiis

HEBRÆUS.

1 HEbræus confugiens ad Eccleſiam gaudet privilegio Immunitatis Eccleſ. *Sacr. Congr. Immun. in Sarzanen. 26. Septemb. 1651. lib. 4. Paulucc. pag. 161.*
2 Hebræus, ſeu Judæus captus a Birruariis ſub tecto, ſeu ſtillicidio Eccleſiæ gaudet Immunitate; *Ead. Sac. Congreg. Immun. in Piſaurien. 26. Martii 1687. lib. 4. decretal. Altov. pag. 550.*
3 Hebræus, ſeu Judæus doloſe extractus ab atrio Inquiſitionis Anconæ, eſt reſtituendus; *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Anconit. 17. Nov. 1669. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 256.*
4 Cognitio cauſæ commercii carnalis habiti cum duabus ſororibus Chriſtianis, ſpectat ad Curiam Epiſcopalem; *Eadem Sacr. Congreg. Immunit. in Mantuana 7. Junii 5678. lib. 2. decret. Alt. pag. 1749.*
5 Cauſæ rixæ hebræorum ſecutæ in eorum Synagoga die feſto eorumdem hebræorum, attenta prævention ſpectat ad Curiam Sæcularem; *Ead. Sac. Congr. in Senogallien. 15. Januar. 1686. lib. decret. Altov. pag. 527.*
6 Hebræa mulier viro relicto Chriſtianam fidem amplexa fuit permanſitque innupta, ſperans ejus virum Catholicam Religionem amplexurum, qui ducta alia muliere hebræa in uxorem, poſt multos annos una cum ipſa Catholicam fidem amplexus fuit; ipſa autem repetente virum, *Sacr. Congr. Concil. in Florentina Matrimonii 10 Julii 1679.* reſpondit referendum Sanctiſſimo ejus votum, ſcilicet debere virum redire ad primam; Sic apud Urſayam *in Miſcellaneo Sacro, & prophano part. 1. verb. Hebræa.*
7 Manutenendi ſunt Parochi in poſſeſſione exigendi a Judæis Pretaticum vulgo nuncupatum, pro decimis, oblationibus, aliiſque incertis, quæ a Chriſtianis percipiebant, antequam eorum domus ad ipſos Judæos quocumque titulo deveniſſent, textu expreſſo *in cap. Quanto, de uſur. cap. De terris, De decimis*, & concordat, *cap. Nimis prava, de exceſſib. Prælat.* & late probat ex multis Pignat. *tom. 5. cauſ. 70. per tot.* ubi *num. 14.* dicit quoad quantitatem hujuſmodi Pretatici ſtandum eſſe conſuetudini, & tranſactionibus. Card. de Luca tamen *de Parochis diſc. 29. num 3.* dicit quod Hebræi non tenentur aliquid reficere Parocho pro domibus per ipſos inhabitatis; & prius per Chriſtianos.

Hebræi in Urbe obligantur ad obſervationem Feſtorum, quæ ſervat Eccleſia. *Paulus IV. Conſt. 3.* incip. *Cum nimis abſurdum* §. 2. apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 1. pagina 720.* alias *pag. 589.* in noviſſ. impreſſ. 8

Hebræi omnes debent habitare in uno, eodemque loco, & ſi ille capax non fuerit, in duobus, vel tribus, aut quot ſatis ſint, contiguis, ad quos unicus tantum ingreſſus pateat, & a quibus non deturexitus. *Paul. IV. in d. Conſtit. 3. Pius V. Conſtit. 6.* incip. *Rom. Pontifex* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 181. alias 136. in noviſſ. impreſſ. 9

Hebræi utriuſque ſexus qualitate habitus a Chriſtianis diſcerni debent, ita ut maſculi birretum, feminæ vero aliud ſignum patens, quod nullo modo celari aut abſcondi poſſit, palam deferre teneantur. nec ſuper non delatione birreti, aut alterius ſigni hujuſmodi cujusvis eorum gradus, vel præeminentiæ, vel tolerantiæ cauſa excuſari, aut per Camerarium, vel Sedis Apoſt. Legatos abſolvi poſſint. *Paulus IV. d. Conſt. 3 & Pius IV. d. Conſt. 6.* 10

Hebræi ne de cetero auderent quovis prætextu, quæſito colore, etiam emptionis, & venditionis bonorum ingredi domos meretricum, & ſi quid ab eis prætenderent habere, & ob id eas alloqui vellent, id in portis, & januis domorum earumdem mulierum apertis facerent, & non intra eaſdem domos facere liceret, neve dictas mulieres ad eos pro ſimilibus negotiis emptionis, & venditionis accedentes permitterent domos, & apothecas ſuas ingredi, ſed tantum in illarum portis, & januis, & foribus apertis, cum eis alloqui, & tractare poſſent ſub pœna privationis a Synogoga, & gravi pecuniaria, præcepit *S. Pius V.* mediante ejus Vicario *ſub die 20. Maii 1566.* 11

Hebræi medici, aut alias infedeles, ne ad curandos Chriſtianos infirmos admittantur, impoſita Chriſtianis pœna ſubtractionis Sacramentorum, & ſepulturæ Eccleſiaſticæ, prohibuit *Gregor. XIII. Conſtit. 68.* incip. *Alias piæ memoriæ* apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag. 449.* & de illa meminit Scortia *in ſelect. Summor. Pontific. Conſtit. epit. 136.* 12

Hebræis qualibet hebdomada Verbum Dei eſt prædicandum, & id curent Prælati in terris, ubi ſunt eorum Synagogæ (non tamen in loco ſacro, vel ubi ſacra confici ſolent) per aliquem Magiſtrum in Theologia, aut alium idoneum virum Hebraicæ, ſi fieri poteſt, linguæ peritum, qui ſcripturas veteris Teſtamenti exponat. *Gregor. XIII. Conſtit. 92.* incip. *Sancta Mater.*, *de anno* 1584. apud Laert. Cherub. *in Bull. t. 2. pag. 479.* alias *pag. 360.* in noviſs. impreſſ. & illius meminit Scortia in *Select. Summ. Pont. Conſtit. epit. 136.* Et noviſſime Clemens XI. Conſtit. incip. *Propagandæ* §. 20. Vide infra *ſub n. 21.* ubi affertur per extenſum. 13

Hebræi ſola arte Stracciariæ, ſeu cenciariæ contenti eſſe debent ad tollendam, quantum fieri poteſt, occaſionem familiaritatis inter illos, & Chriſtianos. *Paulus IV. in d. Conſt. 3. §. 1.* 14

Hebræorum per plateas non eſt deferenda Sanctiſſima Euchariſtia. *Sac. Cong. Rit. in Anconit. 22. Feb. 1593.* 15

Hebræorum acceſſus ad Monaſteria monialium nullo modo permitti debet ad alloquendum cum illis *Sac. Congr. Epiſcop. & Regul. in Ravennaten. 28. Aprilis 1594.* teſte Sell. *in Select. Canon. cap. 28. num. 18.* 16

Inquiſitores libere contra Hebræos procedere poſſunt in ſequentibus caſibus. Si negaverint, quæ circa Fidem communia ſunt cum Chriſtianis. Si Dæmones invocaverint, aut eis immolaverint. Si quem Chriſtianum hæc docuerint, vel ad ea perduxerint. Si hæreticas blaſphemias dixerint. Si Chriſtianum a Fide deviaverint. Si Infedeles ad Fidem Chriſti tranſire impedierint. Si Hæreticum ſcienter receptaverint. Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Judaicos quomodolibet damnatos tenuerint. Si Hoſtiam ſalutarem, aut Crucem, & ſimilia, vel Chriſtianos deriſerint. Si Nutrices Chriſtianas retinuerint, vel eaſdem ab hac die, qua Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, lac in latrinas effundere coegerint. *Greg. XIII. Conſt. 70.* incip. *Antiqua Judæorum, de anno 1583.* apud 17

apud Laert. Cherub. *in Bullario tom. 2. pag.* 42. & de illius materia Scortia *in sel. Summ. Pont. Const. epit.* 132. Vid. *Const. 20. Clem: VIII.* inc. *Cum Hebræorum malitia, de anno* 1593 apud Laert. Cher. *t. 3. p.* 25.

Non potest prohiberi Regularibus, ne prædicent, vel ne
18 Confessiones audiant sub prætextu, quod originem duxerint ab Hebræis. *Sac. Cong. Episc. & Regul. in Flooren. 16. Novembris* 1621.

Edictum, quo plura Judæis interdicuntur ad tollendas cor-
19 ruptelas, & abusus ex illorum cum Christianis consuetudine provenientes.

Gaspare per la Misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della S. R. C. Cardinale di Carpegna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, &c.

LA Santità di nostro Signore volendo con suo Pastoral zelo provedere agl' incovenienti, che procedono dalla comunicazione de' Cristiani con gli Ebrei nelle cose proibite da' Sommi Pontefici, particolarmente dalla san. mem. di Paolo IV. nella sua Costituzione, la quale comincia *Cum nisi absurdum*, e dalla dichiarazione fatta dal B. Pio V. e pubblicata dal Cardinal Savelli suo Vicario sotto li 11. Gennajo 1572. ordina, e comanda a tutti gli Ebrei, li quali dimorano in Roma, di non farsi servire da Cristiani, particolarmente da Fanciulli, o Fanciulle nelle fere del Venerdì, e giorni di Sabbato per accendere il fuoco, e lumi, per la provisione de' comestibili, nè li suddetti Cristiani possano andare a servirli,

In oltre ordina, che li suddetti Ebrei non vadino a lavorare nelle Domeniche, ed in altri giorni Festivi di Precetto in Case di Cristiani: molto meno in Case de' Sacerdoti, e Conventi de' Regolari, nè questi debbano in conto alcuno ammetterli.

Finalmente inerendo all' Editto pubblicato nel tempo della S. M. di Clemente VIII. sotto li 6. Ottobre 1604. si proibisce alli medesimi Ebrei di vendere, e donare il loro pane azimo detto volgarmente l' azimelle alli Cristiani di qualsivoglia stato, grado e condizione, nè questi le debbano ricevere sotto pena in caso di trasgressione di ciascheduna delle cose suddette alli Cristiani di scudi cinquanta, alla quale rispetto alli Fanciulli, e Fanciulle siano tenuti li loro Padri, e quelli che anno cura di loro. Agli Ebrei parimenti sotto pena di scudi cinquanta, e di trè tratti di corda, ed altre pene ad arbitrio della Santità sua.

Volendo che il presente Editto pubblicato, ed affisso ne' luoghi soliti di Roma, obblighi tutti, e ciascheduno, come se gli fosse stato personalmente intimato

Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo dì 2. Aprile 1708.

G. Card. Vicario.

Nicol' Antonio Canonico Cuggia Segretario.

Edictum quo Mulieres Judææ nocturno tempore e septis Judaicæ Nationis in Alma Urbe constitutis exire prohibentur.

Gaspare per la Misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della S. R. C. Cardinale di Carpegna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, &c.

ESsendo pervenuto a notizia della Santità di Nostro Signore li grandi incovenienti, che nascono, e ponno nascere dalla gran quantità delle Donne Ebree, che escono di notte dal Ghetto, e si trattengono nell' Osterie, che vanno a passeggiare per Piazza Navona, ed altri luoghi, dove vi si fanno fuochi o Feste da' Cristiani contro gli Editti altre volte emanati, e volendo rimediare a tanto disordine, per ordine ancora datoci a bocca da Nostro Signore, rinnovando primieramente tutte le proibizioni emanate dal nostro Tribunale contro gli Ebrei circa l' uscir di notte dal Ghetto, ordiniamo, e comandiamo a tutte, e singole Donne Ebree di qualsivoglia età, che non ardiscano per qualsivoglia causa uscire dal Ghetto, nè trattenersi fuori di quello dopo l' ora solita che si permette di tenere aperto lo sportelletto del Portone di esso Ghetto sotto la pena di scudi dieci, e della frusta da eseguirsi irremissibilmente contro quelle Donne, che si troveranno fuori del Ghetto dopo di detta ora, non ostante che avessero qualsisia licenza, benchè speciale, e specialissima, benchè fossero in compagnia de' loro Mariti, Padri, o Fratelli, o altri parenti più prossimi, e similmente ordiniamo al Portinaro Cristiano del Ghetto, che non ardischi permettere, che niuna di dette Donne eschi dal Ghetto vicino alla detr' ora, il quale in ogni caso di trasgressione incorrerà incontinente nella medesima pena di scudi dieci per ciascuna Donna, che esso farà uscire, ed inoltre la privazione dell' Officio, volendo che il presente affisso che sarà nelli luoghi soliti del Ghetto, e Portoni, s' intenda come se fosse personalmentei intimato a ciascheduno.

Dato dal nostro Palazzo questo dì 5. Agosto 1712.

G. Card. Vicario.

N. A. Can. Cuggio Segretario.

Judæis, aliisque infidelibus conversis conceditur retentio
21 bonorum, filiisque familias legittima; Immo bona illicite quæsita, nisi notæ sint personæ, quibus restitui debent, ipsis conversis applicantur; & privilegia Civilitatis conceduntur. Clemens XI. Constit. incip: *Propagandæ per universum*, quæ ut ab omnibus præ oculis habeatur, hic datur ad litteram.

CLEMENS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei.

Ad prpetuam rei memoriam.

PRopagandæ per universum Terrarum Orbem Christianæ Fidei, cujus illibatum, ac perenne depositum Romana in primis servat Ecclesia, pro commissi Nobis Apostolici muneris debito jugiter intendentes, dum in remotissimas quasque partes Evangelii Præcones ablegare satagimus, in eam simul curam diligenter incumbimus, ut quicumque disjectis Infidelitatis tenebris ad verum Justitiæ solem, qui Christus est, agnoscendum, eo adjuvante festinant, nullis, quo ad fieri potest, humanarum rerum obstaculis impediantur; sicque ad Catholicæ Ecclesiæ gremium ex omni natione, quæ sub cælo est, eo frequentior, quo facilior, expediatur accessus.

§. 1. Quamvis enim non temporalium rerum commodo, sed æternæ potius hereditatis intuitu ad suscipiendam Christi Fidem Infideles allici oporteat, quin etiam edoceri præcipuam Christiani hominis gloriam in eo maxime sitam esse, ut terrena despiciat, existimetque omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini Nostri, nihilominus rationi congruum, & piæ Matris Ecclesiæ institutis consentaneum arbitramur, ita paternam nostram erga eos, qui adhuc in Fide parvuli lacte potius, quam cibo solido nutriendi sunt, providentiam temperare, ut infirmiores quique a Christianæ Religionis proposito amittendarum facultatum, incurrendæque potius miseriæ egestatis horrore non retrahantur: cum potius juxta Canonicas sanctiones, eos qui ad Fidem veniunt, melioris conditionis esse oporteat post Baptismum, quam antequam Fidem susceperint, haberentur, & in illis etiam impleri debeat Christi certa promissio: Quærite primum Regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

§. 2. Quam quidem ob causam cum plures Romani Pontifices Prædecessores nostri pro tradita sibi divinitus in iis, quæ ad ejusdem Sanctæ Fidei favorem, & propagationem pertinent, Apostolica potestate, multa in Neophytorum commodum privilegia concesserunt, aliis quoque additis ordinationibus, quibus, & indemnitati ipsorum, & Christianæ Religionis dignitati, & faciliori simul infidelium conversioni consultum foret; Præcipue vero fel. rec. Paulus PP. III. Apostolicam constitutionem edidit in hæc verba.

§. 3. Paulus Papa Tertius. Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes Judæos, & alios Infedeles quoslibet ad Fidem Catholicam converti, & prætextu bonorum per eos ante professorum ab eadem Fide non distrahi, motu proprio, & ex certa scientia nostra, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, hac in posterum valitura Constitutione sancimus, quod quicumque eorundem Judæorum, & Infidelium, ad dictam Fidem converti volenti, etiamsi in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcumque, tam mobilia, quam immobilia intacta, & illæsa permaneant. Ita ut etiam Filii familias, & in patria potestate, ut præfertur, constituti, legitima, & quacumque portione bonorum patrimonialium, aut maternorum eis de jure, seu successione bonorum eis alias debitorum, per

per eorum parentes fraudari, aut privari non possint, neque debeant; sed eis integre, etiamsi contra voluntatem parentum suorum ad Fidem ipsam conversi fuerint, etiam eorum parentibus viventibus debeantur.

§. 4. Et si bona ipsa ex usura, aut illicito quæstu fuerint acquisita, & notæ sint personæ, quibus eorum fuerit de jure facienda restitutio (quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur male ablatum) illa eisdem personis omnino restituantur, personis vero non extantibus prædictis, quia bona ipsa essent per manus Ecclesiæ in pios usus convertenda, bona hujusmodi eisdem Judæis, & aliis Infidelibus, in favorem suscepti Baptismatis, tamquam in pium usum libere concedimus, eaque apud ipsos sic conversos Judæos, & alios Infideles remanere decernimus. Interdicentes sub divini anathematis pœna quibuslvis tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus personis, ne ullam super bonis hujusmodi quovis quæsito colore molestiam inferant, aut inferri patiantur; sed magnum se feciss lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint.

§. 5. Et quoniam, ut scriptum est, qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipso? Si ipsi conversionis tempore inopes, aut indigentes fuerint, omnes tam Ecclesiasticos, quam sæculares per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, ut ipsis conversis manus porrigant adjutrices: ipsi quoque Dioecesani non solum Christianos ad subveniendum ipsis exhortentur, sed etiam tam de redditibus Ecclesiarum prout poterunt, quam de his, quæ ad pauperum usus per ipsos convertendos devolvuntur, hujusmodi Neophytos sustentare non negligant, ipsosque a detractionibus, & contumeliis paterna affectione defendant.

§. 6. Et quoniam per gratiam Baptismi Cives Sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, longeque dignius existit regnare spiritu, quam nasci carne, eadem Constitutione statuimus, ut Civitatum, & locorum, quibus Sancto Baptismate pro tempore regenerabuntur, vere Cives sint, & privilegiis, ac libertatibus, & immunitatibus, quæ alii ratione nativitatis & originis duntaxat consequuntur, gaudeant.

§. 7. Curent insuper Sacerdotes baptizantes, & alii de sacro fonte eos suscipientes tam ante Baptismum, quam post illos in articulis Fidei, ac legis novæ præceptis, Catholicæ Ecclesiæ ritibus diligenter instruere, & tam ipsi, quam Dioecesani operam dent, ne cum aliis Judæis, seu Infidelibus, saltem per longum tempus conversentur, ne, sicut quandoque contigit, ab infirmitate curatis modica occasio ad pristinam damnationem recidivam efficiat.

§. 8. Et quoniam experientia teste compertum est, mutuam ipsorum Neophytorum inter se conversationem ipsos in Fide nostra fragiliores reddere, ac saluti ipsorum plurimum officere, hortamur locorum Ordinarios, ut quantum pro incremento Fidei viderint expedire, curent, & studeant Neophytos ipsos cum originariis Christianis Matrimonio copulare.

§. 9. Et prohibeant eisdem sub gravibus pœnis, ne mortuos more Judæorum sepeliant, aut Sabbata, aliasque solemnitates, & antiquæ sectæ ritus quoquomodo observent, sed & Ecclesias, & prædicationes, prout alii Catholici frequentent, & in omnibus Christianorum moribus se conformes reddant.

§. 10. Contemptores autem prædictorum per Sacerdotes, in quorum Parochiis degent, aut alios, ad quos de jure, vel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat, aut etiam per alios quoscumque, Dioecesanis, seu Inquisitoribus hæreticæ pravitatis deferant, & invocato si opus fuerit auxilio brachii secularis, per eos taliter puniantur, quod aliis transeat in exemplum. Et insuper de his omnibus, in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis diligens fiat inquisitio, & tam circa Episcopos, & Neophytos, & Infideles prædictos contemptores, opportunum adhibeatur remedium.

§. 11. Si quis autem cujuscumque gradus, vel præeminentiæ fuerit, hujusmodi Neophytos, ne observationem ritus Christiani, & aliorum præmissorum complectantur, foverit, aut defenderit, pœnas contra Fautores Hæreticorum promulgatas, ipso facto incurrat, Neophyti vero si se corrigere post monitionem Canonicam neglexerint, & ad vomitum judaizantes redire comperti sint, contra eos tamquam perfidos hæreticos, per Ordinarios locorum secundum Sacrorum Canonum instituta procedant.

§. 12. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibuslvis Privilegiis, Indultis, & Litteris etiam Apostolicis, seu etiam Regiis, vel Imperialibus eisdem Judæis, vel Infidelibus quomodolibet concessis, quæ quatenus in detrimentum Catholicæ Fidei, aut nominis Christiani, seu aliquorum ex præmissis quomodolibet vergant, & ad effectum præsentium, cassamus, & irritamus, & cassa, & irrita esse decernimus, aliis Decretis, & Constitutionibus Apostolicis, quæ super præmissis sunt condita, in suo robore duraturis.

§. 13. Et ut hujusmodi Sanctæ Constitutionis jugis memoria habeatur, & ne quisquam ipsius ignorantiam prætendere possit, illam per singulas Cathedrales, & Collegiatas Ecclesias, aliaque pia loca, in quibus uberiorerit Fidelium concursus, semel in anno adminus infra Divina publicari volumus, & decernimus,

§. 14. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferre, volumus, & etiam declaramus, quod earumdem præsentium transumptis, seu copiis, etiam impressis, & manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus Prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, ubicumque forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 15. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die 21. Martii millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus nostri anno octavo.

§. 16. Nos igitur, ne tam salubris Constitutionis memoria temporis diuturnitate deficiat, & observantia neglectu cujuspiam obsolescat, aut etiam Fidei hostium dolo notitia converti volentibus supprimatur, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quibus hujusmodi negotium commisimus expediendum, consilio, atque etiam motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine eamdem præinsertam Constitutionem, omniaque, & singula in ea contenta tenore præsentium confirmamus, approbamus, & innovamus, eamque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari perpetuis futuris temporibus debere statuimus, & mandamus.

§. 17. Simulque, ad omnis dubitationis umbram penitus removendam, eadem a memorato Paulo Prædecessore statuta clarius explicantes, & quatenus opus sit, etiam amplius extendentes, bona quædam adventitia, quocumque modo talia censeantur, ad filios familias Christianam Religionem professentes, utpote a Patriæ potestatis jugo, quo parentibus infidelibus subdebantur, sacri Baptismatis beneficio prorsus exemptos, pleno jure spectare, neque super illis usumfructum, aut aliud quodcumque jus præfatis parentibus, quamdiu in infidelitate permanserint, ullo modo competere, e contra vero parentes ipsos, & alios quoscumque, qui conversis, eorumque descendentibus alias alimenta, seu dotem præstare, quocumque titulo, etiam in subsidium tenerentur, ad eadem alimenta, seu dotem illis subministranda pariter teneri, & obligatos esse post conversionem eorum, similiter tenore præsentium declaramus; atque etiam ex integro statuimus, decernimus, & mandamus.

§. 18. Et quoniam Infidelium, ac præ ceteris Judæorum malitiam eo usque in odium Christiani nominis processisse pluries compertum est, ut bona sua occultando, seu in alios transferendo, vel alias de illis inter vivos, vel etiam in ultima voluntate disponendo, Filios, aliosque consanguineos ad Christi Fidem conversos eorumdem bonorum successione, ad quam ab intestato legitime admittendi fuissent, aut etiam spe successionis ejusdem fraudare tentaverint; Idcirco Nos rec. mem. Gregorii PP. XIII. Prædecessoris nostri, qui per suas quasdam sub annulo Piscatoris die 13. Septembris 1581 Pontificatus sui anno decimo datas litteras hujusmodi malo, utpote in Christianæ Fidei detrimentum cedenti, occurrendum merito censuit, vestigiis inhærentes, Judæos quoslibet, sicut & alios infideles, bona sua, & jura quæcumque, in præjudicium filiorum, aut aliorum consanguineorum, qui alias ipsis ab intestato decedentibus successuri essent, & Christianam susceperint Religionem, quocumque modo alienare, seu occultare, vel diminuere inter vivos, aut in qualibet ultima voluntate non posse; sed potius eadem bona, & jura quæcumque (tradita statim post Baptismum legitima quibuscumque alias post obitum competeret eorumdem) integre conservare, teneri, & obligatos esse, tamque ipsos, quam alios bonorum eorumdem detentores, vel occupatores ad illa, seu eorum rationes, quoties opus fuerit, exhibenda, & de eisdem Inventarium legitime faciendum, & de utendo, & fruendo arbitrio boni viri cavendum, opportunis Juris, &

facti remediis compelli posse ; atque in eorum bonis, & juribus, si in infidelitate decesserint, ipsorum filios, seu alios quoscumque Consanguineos, ut præfertur, Christianos eodem prorsus modo, & jure, nulla etiam obstante ingratitudinis, aut alia quantumvis legitima exheredationis causa, quam, ob suscepti postea Baptismi venerationem, sublatam prorsus esse volumus, succedere debere, ac si iidem Judæi, seu alii Infideles, nullum fecissent, aut ordinassent testamentum, vel aliam ultimam voluntatem, omnesque, & singulas bonorum, & jurium, sive inter vivos, sive in ultima voluntate, alienationes, distractiones, aut alias dispositiones, prædictas in hujus nostræ Constitutionis fraudem, & in odium Christianæ Fidei factas, seu potius attentatas censeri, ac nullius propterea roboris, & momenti esse, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus tenore præsentium, sancimus, decernimus, & ordinamus.

§. 19. Ceterum, ne dum provida sollicitudine temporalia conversis ad Fidem commoda comparamus, spirituale animarum lucrum negligere videamur in convertendis ; quemadmodum Infideles ceteros, qui longe sunt, Sacris Missionibus institutis, Evangelica prædicatione instruere non cessamus ; ita de Judæis etiam, qui magno numero inter Christianos vivunt, & nostris quodammodo oculis observantur, æterna salute procuranda præcipue cogitamus. Tristitia enim nobis magna est (fideuter cum Apostolo dicimus) & continuus dolor cordi nostro, dum paterni amoris visceribus miseremur Israeliticam gentem, olim Deo amabilem populum, quem elegit Dominus in hæreditatem sibi, & custodivit quasi pupillam oculi sui ; nunc autem (postquam Judaica in summum sceleris erumpente perfidia, vere iratus est furore Dominus in Populum suum, & usque in finem abominatus est hereditatem suam) velut gregem sine Pastore dispersum per invia quæque, & inaquosa misere divagantem, ac verbi Dei quod illi unicum superest, salutari pabulo destitutum solo scilicet litteræ, quæ occidit, a Judæis cortice degustato, spiritu vero, qui vivificat, & animalibus hominibus non percepto.

§. 20. Propterea ad eosdem Judæos in sanctæ Fidei veritate salubriter erudiendos ; & trahendos ad Christum, ea omnia, & singula, quæ de sacris lectionibus, seu sermonibus per singulas hebdomadas ad ipsos, ubicumque eorum Synagogæ fuerint, habendis memoratus Gregorius Prædecessor noster in aliis suis Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octogesimo quarto, Kalendis Septembris, Pontificatus sui anno tertiodecimo editis Apostolicis litteris, quarum tenorem pro expresso in præsentibus haberi volumus, sapienter constituta sunt, ab omnibus, ad quospertinent inviolate servari, & sicubi in desuetudinem abierunt, in usum revocari præcipimus, & mandamus : Concionatores omnes qui ad id munus electi fuerint, specialiter admonentes, illique etiam in nomine Domini districtius injungentes, ut memoratos Judæos non injuriis, contumeliis, aut nimia verborum asperitate, quibus in Judaica magis perfidia obfirmarentur, sed caritate potius, & mansuetudine, quam mitis nos, & humilis corde Christus edocuit, velut oves errantes ad Sanctæ Ecclesiæ caulas suaviter allicere, & patefacta, ex veterum potissimum quas venerantur, Scripturarum oraculis Christianæ veritatis luce, velamen ab oculis eorum detrahere omni studio satagant, & ex Judaicæ pravitatis tenebris, quibus obscurati sunt oculi eorum, ne videant, Dei Omnipotentis operante virtute liberentur.

§. 21. Postremo Judæos omnes, ceterosque Infideles quoscumque, qui ad Baptismi gratiam, Deo donante pervenerint, omnibus Ecclesiarum Prælatis, ac sæcularibus etiam Principibus per misericordiæ Dei nostri viscera, commendamus ut eos patrocinio foveant, auctoritate adjuvent, potentia tueantur, neque ab aliis, præsertim vero a Judæis, aut quibusvis Infidelibus ulla in re indebite vexari patiantur ; Universosque ubique Terrarum Christifideles in Unigeniti Filii Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, cujus vice funguntur nomine hortamur, & obsecramus, ne venientes ex Infidelitate, præsertim pauperes despiciant, aut averseutur ; potius novella hujusmodi Ecclesiæ germina officiis, ac beneficiis, prout quisque poterit, excolere, & irrigare non desint, atque, ut veros in Christo Fratres, ac domesticos Fidei effectos benigne excipiant, in necessitatibus sublevent, & omni demum Christianæ charitatis genere prosequantur, ut de suscepto Sanctæ Fidei proposito gaudium ipsorum sit plenum, & exultatio, iis vero, qui foris sunt, & adhuc infidelitatis caligine detinentur, ad ejusdem Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium properandi excitentur.

§. 22. Decernentes easdem præsentes Litteras etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, eisdem non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima & in corpore juris clausa, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, vel in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci nullatenus posse, sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & ab iis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari. Sicque per quosquoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiri debere ; irritum quoque, & inane, quidquid secus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 23. Non obstantibus de jure quæsito non tollendo, ac ceteris nostris, & Cancellariæ regulis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, nec non aliis quibuslibet, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, aut alia quavis firmitate roboratis, statutis, consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque indultis, & Litteris etiam Apostolicis, seu etiam Regiis, & Imperialibus eisdem Judæis, vel Infidelibus quibuslibet singulis, aut eorum Universitatibus quomodolibet. & ex quibusvis causis, etiam publicis, gravissimis, & urgentissimis, atque etiam titulo oneroso, & vim contractus hinc inde obligatorii inducente concessis, quæ quatenus in detrimentum Catholicæ Fidei, quam humanis quibuscumque debet præferre Christianus, quomodolibet vergant, & ad effectum, dumtaxat præsentium cassamus, & irritamus, ac cassa, & irrita esse decernimus, aliisque omnibus sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis quomodolibet in contrarium præmissorum editis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus. & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, pacifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respective habentes. illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceteriisque contrariis quibuscumque.

§. 24. Ut autem eadem præsentes Litteræ omnibus innotescant, quibuscumque locorum Ordinariis, in quorum Diœcesibus aliqua Judæorum Synagoga, aut notabilis aliorum Infidelium numerus reperiatur, injungimus, & mandamus, ut ea omnia, quæ a Nobis. ut præfertur, constituta, & ordinata sunt, ad eorumdem Judæorum. aliorumve infidelium notitiam quotannis semel. seu pluries, & eo modo, qui iisdem Ordinarius opportunior visus fuerit, sermone vernaculo deduci faciant, & in memoriam revocari, atque ut nemo prorsus earumdem Litterarum ignorantiam allegare valeat. volumus, ut illæ, seu earum exemplum ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, ac præfatæ Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ Generalis Innocentianæ necnon in acie Campi Floræ de eadem Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris prout moris est, publicentur, & affigantur, quæsic publicatæ, & affixæ omnes, & singulo perinde afficiant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent.

§. 25. Quodque illarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 26. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ confirmationis, approbationis, innovationis, declarationis, extensionis, Statutorum, Decretorum, mandatorum, sanctionis. ordinationis, præceptorum, admonitionis, commendationis, irritationis, cassationis, derogationis, & voluntatum infringere., vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis

tentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quarto, quinto Idus Martii, Pontificatus Nostri Anno quarto.

J. Cardinalis Prodatarius.
Fab. Oliverius.
Visa de Curia.
C. A. Fabronius.
Philippus Porta.

Loco ✻ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

22 Canonicatus, Præbendæ, ac Dignitates in Cathedralibus Ecclesiis, principalesque dignitates in Collegiatis, existentes in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum non conferantur aliquibus personis de genere, seu stirpe Hebræorum descenden, tibus usque ad septimum gradum inclusive ; *Clemens VIII. in Litteris ad formam Brevis, quas confirmavit & innovavit Paulus V.* 1612. 17. *Januarii, apud Barbos. de Canonic. & Dignit. cap.* 13. *num.* 48.

23 Statuta puritatem sanguinis requirentia in obtinentibus Canonicatus sunt exorbitantia, & pœnalia, ac proinde strictissime interpretanda, quia illis, qui a Judæis originem trahunt, auferunt habilitatem, quæ alias eis competit de jure communi, *in cap. Eam te 7. de rescriptis* Rota 13 *Januar.* 1624. *in Ulissipo nen. Quartenariæ coram Coccino Decano apud Barbos. loc. cit. cap.* 13. *num.* 30.

24 Est invalidum statutum a Capitulo conditum, quod descendentes ex genere infecto, nempe Judæorum, Maurorum, vel Hæreticorum, non admittantur ad Beneficia Ecclesiastica, cum hujusmodi statutum sit contra Jus commune, *cap. Eam 7. rescript.* Rota 28. *Junii* 1628. *in Cordubensi dimidiæ portionis coram Merlino apud Barbos. loc. cit. cap. ultim. numer.* 18.

25 Originem trahentes ab Hebræis, vel Hæreticis nequeunt recipi in Fratres Ordinis Minorum de Observantia ; Nec Fratres hujusmodi possunt eligi in Ministros Provinciales, & Guardianos ; Clemens VII. 19. Martii 1525. Constit. incip. *Officii nostri* ; Et quamvis Julius III. apud Roderic. *in collect. Privileg. Regul. tom.* 2. *Bulla* 1. *hujus Pontificis*, quæ incipit *Ad hoc*, revocaverit, & annullaverit dictam Constitutionem Clementis VII. hanc. tamen Julii III. revocationem nullam fecit, & dicti Clementis VII. ordinationem validam declaravit Paulus IV. anno 1559. 24. April. apud eumdem *ibid.* Bulla 2. quæ incipit : *Cum ex Apostolatus officio*, & dictam Paulinam declarationem confirmavit Pius IV. anno 1564. 5. Decembr. *ibid.* Bulla 3. quæ incipit. *Provisionis nostræ.*

26 Principes Christiani licite tolerant in suis Territoriis Hebræos, ritusque, & synagogas eorum ; Barbos. *in cap. Sicut Judæi 9. de Judæis*, Card. Petra *tom.* 2. *Comm. ad Constit.* 1. *Honorii III. num.* 8. cum pluribus ibi citatis ; Pignatell. *tom.* 5. *consult.* 14. *a num.* 70. Engel *lib.* 5. *Decret. tit.* 6. *num.* 2. & communis aliorum ; *arg. cap. Sicut Judæi 9. & cap. Et si Judæos* 13. *de Judæis*, ibi : *Etsi Judæos, quos propria culpa submisit perpetuæ servituti, pietas Christiana receptet, & sustineat cohabitationem illorum* ; juncta *l. Nullus* 14. *Cod. de Judæis, & Novell.* 146. *cap.* 1.

27 Judæi antiquas suas Synagogas restaurare possunt, non autem novas erigere ; *cap. Judæi* 3. *& cap. Consuluit 7. de Judæis*, ibi : *Judæos de novo construere Synagogas, ubi non habuerint, pati non debet ; Verum si antiquæ corruerint, vel ruinam minantur, ut eas reædificent, potest æquanimiter tolerari, non autem ut eas exaltent, aut ampliores, aut pretiosiores faciant, quam antea fecisse noscuntur.*

28 Judæi, qui in Christianorum Territoriis semel recepti, & de protectione assecurati sunt, sine justa, & legitima causa expelli non possunt ; Decian. *in pract. crim. lib.* 5. *cap.* 11. Socinus *consil.* 86. *lib.* 4. Vasquez *Illustr. Contr. cap.* 8. *nu.* 12. Barbos. *in cap. Sicut Judei 9. de Judæis num.* 4. & alii passim. *arg. leg. Nullus* 14. *Cod. de Judæis*, cuilibet enim etiam *Judæo*, & gentili fides juste data servanda est ; *arg. l. Sicut* 5. *Cod. de oblig. & action.*

29 Notanter autem dicitur sine justa, & legitima causa, quia ob justam, & legitimam causam Judæi semel recepti, iterum expelli possunt ; *arg. leg. Judæi* 11. *leg. Judei* 16. *Cod. de Judæis* ; & sic tenent Doctores citati *num. antecedenti*, & Farinac. *Fragm. Criminal. part.* 2. *litt.* I. *num.* 64. Tuschus *Ferr. Biblioth. Tom. III.*

litt. 1. *verb. Jud. conclus.* 371. *num.* 58. *tract. de Jure personar. extra gremium Eccles. existent. lib.* 2. *cap.* 51. Pignatell. *tom.* 5. *consult.* 14. *num.* 109. citans plures alios. Justæ autem, & legitimæ causæ eos expellendi recensentur a Riciullo *loc. cit. a num.* 9. a Barbosa *loc. cit.* a Pignatell. *loc. cit. a numer.* 110. quas ut ab ipso recensentur, hic ad litteram damus.

Prima igitur eos expellendi causa est si versarentur in Regno noviter ad Fidem converso. Nam quo facilius ibi Christiana Religio propagaretur, posset indici Judæorum ceterorum, ac Infidelium expulsio, ut Constantinum fecisse in Ecclesiæ primordiis, testantur Hostiens. *in cap. Consuluit, de Jud.*, Oldrad *cons.* 87. *n.* 2. pro quibus facit textus *in Can. sæpe malorum* 28. *qu.* 1. 30

Secunda, si in Christianam Religionem evadant contumeliosi ; *arg. dict. cap. Quia super, & cap. Et si Jud., de Judeis*. Ob hanc causam exularunt ab Anglia, propterea quod Uvorvici puerum Christianum in die Parasceves in nostræ Religionis contemptum Cruci affixerunt. Idemque fecerunt Judæi Nordovici degentes, ut refert D. Antonin. *part.* 2. *Histor. tit.* 17. *cap.* 1. §. 6. & Polydor. Virgil. *lib.* 16. *histor. Anglic.* Et ob similem causam anno 1510. e Marchia Brandeburgensi generali Edicto sub pœna capitis proscripti sunt, ac quadraginta ipsorum exusti, ex eo quod unus ipsorum Sacratissimam Christi Hostiam, quam pharisaica infidelitate coemerat, crebris pugionum ictibus confodere nixus erat, Hostia semper integra permanente, reliqui vero plurimos Christianorum Infantes ictibus, & punctionibus peremisse, fassi sunt ; Surius *de reb. in Orbe gestis Jub anno* 1510. 31

Tertia, si seditiones excitent, aut aliter in nos deteganntur injurioti, ut recte colligitur *ex text. in leg. Christianis, Cod. de pagan.* Hac de causa imperante Phoca ejecti fuerunt Antiochia ; Ingentem enim Christianorum multitudinem ferro conciderant, vel igne excusserant, nec non & Anastasium ejusdem Civitatis Antistitem fœda morte affecerant ; Nicephor. *l.* 18. *cap.* 44. 32

Quarta, si in tam magnum numerum excreverint, ut inde timeri posset proditio., *dict. leg. Christianis*, ibi : *Nihilque turbulentum tentantibus*. Quam ob causam abire coacti sunt e Regnis Hispaniarum, ut patet ex *Const. Granat. prag.* 5. *& 6. anno* 1492. & ex Concilio Toletano *cap.* 8. 33

Quinta, si Leges non servent, per textum *in dict. leg. Christianis*, ibi : *Nihilque tentantibus turbulentum, legibusque contrarium*. Quapropter ejecti fuerunt Parisiis anno 1180. per Philippum Francorum Regem ; Nam contra Ecclesiastica Decreta in Domibus suis servos Christianos, & ancillas habebant, eosque ex aliqua parte cogebant judaizare, ut testatur Nauler. *gener.* 40. 34

Sexta, si ita Divites evaserint, ut ex facultatum augmento, aliquid inconveniens suspicari possit : In his enim casibus possunt, vel in facultatibus ex aliqua parte mulctari, vel in parte ejici, prout casus qualitas exquirit ; Quia potest Princeps ex causa publicæ utilitatis tollere Dominium rerum a subditis ; *leg. Si quis sepulcrum, ff. de Relig. & sumpt. fun.* Roman. *cons.* 310. *sub num.* 2. Ang. *cons.* 139. *num.* 3. Fulgos. *cons.* 143. *num.* 3. Felin. *in cap.* 2. *post princip. de constit.* Decian. *cons.* 352. *sub init. & in cap. Quæ in Ecclesiarum num.* 19. *de constit.* Grammat. *cons.* 8. *num.* 8. *in Civil. & cons.* 190. *num.* 11. Tum etiam quia Judæi tolerantur ex commiseratione, & ut ipsi tandem convertantur ad Fidem, non tamen, ut officere possint Christianis ; Hsern. *in Const. Si quis in posterum tit. de Jud.* 35

Et generaliter quidem expulsionis exempla suppeditant superiorum temporum Annales. Nam sub Imperio Caroli IV. anno 1348. Judæos, ex eo quod ex fontibus per ipsos veneno infectis, pestis universalis orta diceretur per totam ferme Europam, flammis, aliisque suppliciis assumptos ex Nauclero recenset Seb. Franc. *Chron. Germ. fol.* 198. *& 199.* & præcipue 205. Plura expulsionis Judæorum exempla ex historicis refert Marquard. *de Susan. tract. de Jud. par.* 1. *c.* 7. *numer.* 2. 36

Et de facto talibus, vel consimilibus justis causis intervenientibus jure merito expelluntur : eo vel maxime, quod Judæi censeantur personæ odiosæ, & infames ; *cap. Cum sit de Jud., leg. final. Cod. de Judæis* ; Inimici Crucis Christi Redemptoris nostri. *cap. Licet universis, extravagant. de testibus*, & ejusdem nominis blasphemi ; *cap.* 1. *cap. Cum sit nimis, Extravagant. de Judæis*, & ut constat ex eorum 37

Thalmud, quod, ut observat Sixtus Senensis *lib.4. Biblioth. Sacr.* est ingens, & vastum opus Judaicarum traditionum, in quo decreta omnia Rabbinorum collecta sunt, Sammai, Hillel, Akiba, Ioseph, una cum aliis innumeris aliorum Magistrorum statutis, sententiis, & tam Divinarum, quam humanarum legum expositionibus, quibus nunc tota Judæorum natio regitur; Ab aliis vero vocatur Jus Judaicum tam Civile, quam Canonicum, Doctrinale etiam, ac Pandectæ, & digesta. Cœptus est autem anno a Domino Jesu 100. ad finem perductus anno ejusdem 400. Sed Ben Majemon in compendium redegit Thalmud, & scripsit anno 1150. & habetur secundo loco post Biblia. & magnæ est auctoritatis, licet Thalmud contineat innumeras ineptias, fabulas, impietates, contumelias, blasphemias, imprecationes, maledictiones, hæreses, & hujusmodi, quarum variæ hic ad litteram subnectuntur, ut referuntur a Pignatello *tom.5.consult.14. a num.11.*

38 „ Deus ante mundi creationem, ne otio torpesceret, „ exercebat se in extruendis variis mundis, quos ubi con„ diderat, paulo post destruebat, atque iterum restaurabat, „ quoad hunc, quem nunc habemus, Mundum facere di„ dicisset, *Ordin.1. tract.4. dist.5.*

39 „ Deus tres primas horas diei totas insumit in lectione „ Legis Iudaicæ, *Ordin. 2. tract. 1. dist. 14.*

40 „ Moyses cum aliquando ascendisset in Cœlum invenit „ Deum scribentem Accentus in Scriptura Sancta, *Ordin.* „ *5. tract.6. dist.5.*

41 „ Deus die prima novilunii mensis Septembris judicat „ universum Orbem, reliquis deinde sequentibus decem „ ejusdem lunæ diebus applicat se ad scribendum justos in „ libro Vitæ, malos vero in libro mortis, *Ordin.2. tract.* „ 8. *dist.5.*

42 „ Deus quotidie orationes, & precationes animo devoto „ peragit, *Ordin.1. tract.1. dist.1.*

43 „ Deus habet locum quemdam seperatum, in quo statu„ tis temporibus multis cum lacrymis deflet, ac se ipsum „ affligit, quod Judæis iratus Templum everterit Jerosoly„ mitanum, & populum suum in captivitatem diperierit, „ *Ordin. 2. dist.6. & ordin.1. dist.7.*

44 „ Deus quotidie imponit sibi circa caput, & brachia Vit„ tas, sive Corrigiolas quasdam coriaceas *Thephilim* ap„ pellatas, induitque se tunica quadam linea, quæ *Zizith* „ nuncupatur, eoque modo ornatus procumbit in genua, & „ orat, *Ordinat. 2. tract.8. dist.5.*

45 „ Deus præcipit populo Judæorum, ut singulo quoque „ novilunio Sacrificium expiationis peragant ad expiandum „ scelus perpetratum a Deo, quando lumen, quod injuste „ Lunæ ademerat, Soli attribuit, *Ord. 4. tract. 6. dist.1.*

46 „ Deus quoties reminiscitur calamitates, quas Judæi a „ gentibus patiuntur, lacrymas duas effundit in Oceanum „ & præ dolore pectus utraque parte contundit, *Ord.1. tra*„ *ctat.1. dist.9.*

47 „ Deus quinta die creavit pisces duos magnitudinis pene „ interminatæ Leviathan appellatos, quorum corporum va„ stitatem, cum ipse secum animo perpenderet, veritus „ ne omne piscium genus a tam magnis belluis deglutiretur, „ & ne ab ipsis mare universum navigiis invium redderetur „ sicque humani generis commercia prorsus tollerentur, si „ ex iis proles propagaretur, occidit femellam, & ex eis „ salitis carnibus fallamenta delicatissima paravit justis, & „ electis suis post hanc vitam comedenda, masculum vero „ sibi vivum reservavit, ut cum eo succisivis diei horis quo„ tidie luderet, juxta illam *Psal.* 103. sententiam : *Draco* „ *iste, quem formasti ad illudendum ei*. Pro quo hebræi le„ gunt: *Leviathan iste, quem creasti, ut cum eo luderes*; „ *Ordin.4. tract.3.* Itaque.

48 „ Deus tribus postremis diei horis laxandi animi gratia „ ludebat olim cum pisce illo vastæ magnitudinis Levia„ than dicto; *Ordin. 2. tractat.1. dist.14. & Ordinat. 4.* „ *tract.8.*

49 Deus ignota de causa indignatus pisci magno Leviathan „ dicto, ipsum occidit, carnesque ejus sale condivit, ut „ ex eis cibum ministraret animabus Sanctorum in futuro „ sæculo, *Ordin. 4. tract.3. dist.5.*

50 „ Paulo aliter de Thalmude refert Hieronymus de S. Fi„ de, ex Judæo Christianus, qui fuit Medicus Benedicti III. circa annum 1412. *lib.1. contra Judæos cap. 9.* ubi sic „ scribit: *Dicitur in Thalmud, quod animal Behemath est* „ *omnium animalium majus, & quod masculus, & fœmina* „ *fuerunt ab initio creati. Videns autem Deus, quod si filios* „ *genuissent præ illorum magnitudine, & multitudine totus* „ *mundus esset destructus, castravit masculum, & refrige*„ *ravit fœminam, quam custodit, ut det eam justis tempore* „ *Messiæ ad comedendum.*

„ Item piscium squamas non habentium accipiunt majo- 51
„ rem, quem Leviathan appellant, & dicunt, quod Deus
„ habet ipsum salsum, ut eum det justis ad comedendum in
„ futurum in tantum, quod multi hodie reperiuntur, qui
„ partem suam hujus Leviathan, quam comedere sperant,
„ multo auro, & argento minime commutent, & ad veri
„ tatem rationem habent. Ego namque Hieronymus de
„ S. Fide hujus opusculi compilator, non dimitterem, pro
„ maxima pecuniæ quantitate partem meam congri, aut lam
„ predæ, quam postquam agnovi Messiam veracem, co
„ medere consuevi.

„ Proxima his est fabula aliorum hebræorum, qui ut ait 52
„ Albertus apud Dionysium, asserunt, Leviathan esse ser
„ pentem, seu piscem, qui circulo sui corporis totum ter
„ ræ ambit globum, quique Solem, ac radios apprehende
„ re nititur, & volare; Sicque Solem in circulo suo semper
„ agitat fugientem. Vastum animal, sed fabulosum, qua
„ lia multa fabularis Judæorum Theologia progenerat. En
„ qualis bellua est Behemot.

„ Ex Lyrano autem Iudæi dicunt; quod in una die de- 53
pascit herbas mille montium, & crastino renascitur herba in
tanta magnitudine, sicut erat in præcedenti die. Et ad hoc
adducit Rabbi Sammon super illum locum auctoritatem
Psalmi 49. in quo, uti habemus; *Jumenta in montibus, &*
boves, hebræi dicunt, *Behemot in montibus mille*. Trans-
latio a Hieronymo sumpta immediate de hebræo habet: *Pe-*
cudes in montibus millium.

De hujus autem belluæ magnitudine hæc item leguntur ex 54
hebræorum sententia apud Albertum, & Dionysium. Quod
Behemot sit bos, cujus corpus semptem milliaria contineat,
collum unum, & caput unum; sicque novem milliaria in
universum contineat, cujus cauda sit quasi sylva cedrina. In-
gens procul dubio, & immane non tam animal, quam mon-
dacium, inquit Ioannes Pineda. Sed si non mentiuntur, ad-
dit idem, at somniant, procul dubio, homines veræ sapien-
tiæ, veræque Theologiæ expertes, quod viros mediocris
sapientiæ pudet, & somniare. Adjungunt Iudæi, quod in
resurrectione Deus occidet illud animal, ut justis paret con-
vivium. Quam solicita est de convivio alterius vitæ, salitis-
que carnibus Iudæorum natio.

Similis est fabula apud Eliam Thesbitem in Iuchna, ubi 55
sic habet. *Invenitur in Agadab avem esse magnam, quæ*
vocatur Bariuchna, cujus co pus miræ magnitudinis esse dicunt
in Massecheth Becheroth. Etiam audivi, quod Deus tandem
in futuro sæculo, ex eo justis paraturus sit convivium una
cum Leviathan, & Bove. Sed nondum fabularum Iudaica-
rum est finis. Quæ sequuntur translata sunt ex Thalmude.

„ Deus semel quotidie irascitur, & tunc crista gallo rum 56
„ gallinaceorum ruborem emittit, ipsique interim uno pede
„ stant. Tunc si quis eodem momento alicui maledixerit, is
„ statim concidet mortuus; *Cardin. 1. tract. 1.*

„ Cum olim Rabbini quidam adversus Rabbi Eliezer dis- 57
„ putationem iniissent, Deus voce celitus demissa senten-
„ tiam contra illos pro Rabbi Eliezer protulit, quamobrem
„ indignari Rabbini, Deum anathematis pœna damnarunt.
„ Tunc Deus ipse subridens, Filii, inquit, mei me vice-
„ runt; *Ordin. 4. tract. 2. dist. 7.*

„ Cum Deus die quadam in Cœli Curia differeret de spe- 58
„ cie quadam lepræ, quam ipse mundam ajebat esse, ce-
„ teris dissentientibus Rabbinis, qui immundam esse affir-
„ mabant, his tamen communi omnium assensu devoluta est
„ ad sapientissimum quemdam Rabbinum, qui cum senten-
„ tiam proferre pararet, statim ejus anima relicto corpore,
„ vociferari cœpit, *Mundam, mundam*, *Ordin. 4. tr. 2.*
„ *dist. 7.*

„ Tanta fuit olim in Rabbino quodam prudentia, ut 59
„ Diabolum simul, & Deum hoc astu eluserit. Cum Rab-
„ binus in extremo vitæ articulo laboraret, Diabolum preci-
„ bus exorat, ut sese jam moribundum ad portas usque cæ-
„ lestis Regni deducat, inspecto inde loco Divinæ habita-
„ tionis, lætus ex hac vita decedat. Hanc gratiam cum Dia-
„ bolus veteri amico præstitisset, Rabbinus illico se intra
„ Cælum conjiciens juravit per Deum viventem se nunquam
„ inde recessurum. Qua de causa coactus est Deus hominem
„ apud

„ apud se retinere, ne illum perjurum faceret, sicque hac
„ una arte prudentissimus vir Deum, & Diabolum simul
„ fefellit.

60 „ Cum Angelus Gabriel flagitium grave commisisset,
„ Deus jussit cum igneo flagello flagellari; *Ordin. 2. tract.*
„ *5. dist. 8.*

61 „ Animæ hominum migrant de corpore in corpus hac le-
„ ge, ut si anima in primo corpore peccet, mittatur in se-
„ cundum, in quo si iterum peccet, mittatur in tertium cor-
„ pus, in quo si peccare non desinat, denique in gehennam
„ detruditur; *ordin. 4. tract. 2.*

62 „ Anima Abelis migravit in Seth, anima Seth in Moysen;
„ *ibid.*

63 „ Animæ hominum indoctorum in resurrectione non re-
„ cipient corpora sua; *Ordin. 3. tract. 1. dist. 3.*

64 „ Rabbini duo singula quaque hebdomada pridie Sabbati
„ duos vitulos creabant, quos deinde totos comedebant, *Or-*
„ *din. 4. tract. 4. dist. 2.*

65 „ Quicumque ter in Sabbato comederit, vitam æternam
„ consequetur in altero sæculo, *Ordin. 4. tract. 1. dist. 6.*

66 „ Nihil comedi debet numero pari, sed impari; hoc e-
„ nim numero maxime delectatur Deus; *Ordin. 4. tract. 2.*
„ *dist. 7.*

67 „ Si quis oraverit facie ad meridiem conversa, sapientiam
„ consequetur; ad Septentrionem vero divitias, *Ordin. 4.*
„ *tract. 3. dist. 2.*

68 „ Si quis sub ventre Cameli, aut inter duos Came-
„ los, aut inter duas mulieres pertransierit, nihil un-
„ quam ex Thalmud poterit edisscere, *Ordin. 4. tract. 10.*
„ *dist. 2.*

69 „ Gemina superioribus fabula est, quod tempore Messiæ
„ Judæa proferet Judæis panes coctos, & vestes sericas cui-
„ que Judæo accommodatas.

70 „ Quod Deus Adamo creaverit duas mulieres, ex qui-
„ bus texunt fabulatores genealogias interminatas, ut ex
„ Augustino refert Bedia *in Epist. 1. ad Timoth.*

71 „ Quod Deus antequam legem suam daret Israelitis, eam-
„ dem præsentarit Idumæis, & Ismaelitis, quorum illi ha-
„ bitarunt in Seir, hi vero in Deserto Pharan. Idumæos
„ autem rejecisse Legem, cum audivissent quintum præce-
„ ptum, *Non occides*, Recordabantur enim, quod patri
„ eorum dictum esset, *Vives in gladio*. Ismaelitas vero eam-
„ dem rejecisse, cum audissent sextum præceptum, *Non*
„ *mœchaberis*. Ita fabulantur, dum exponunt, illa *Deut. 33.*
„ *2. Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis; ap-*
„ *paruit de monte Pharan, & cum eo quinquaginta millia*.

72 „ Quæ postrema ut exponant, fingunt fuisse in datione Le-
„ gis in monte Sinai animas omnium Prophetarum, qui po-
„ stea inter Judæos prophetaverunt, ac singulos eo tempo-
„ re, & loco accepisse prophetias suas, quas ediderunt.
„ Addunt etiam fuisse inibi omnes Rabbinos, conditores
„ Thalmudi.

73 „ Hæc sufficerent ad exhibendam formam Theologiæ fa-
„ bularis Judaicæ. Sexcenta alia enarrari potuissent, sed
„ modus servandus fuit. Notum enim est, Judæorum Rab-
„ binos post Christi Domini anastasim Sacram Scripturam fa-
„ bulis a se confictis fœde contaminasse. Quarum fabula-
„ rum non paucæ sunt in libro dicto, Thargum, qui Chal-
„ daicam translationem continet.

74 „ Adversus autem Legem Moysis hæc habent; Quod li-
„ citum sit cum propria uxore masculino concubitu uti. Qua-
„ re cum duæ Mulieres essent de hac re apud Synagogam
„ conquestæ, responderunt Rabbini, virum esse uxoris do-
„ minum, deinde posse eum uti corpore uxoris suæ, ut-
„ cumque voluerit, non aliter quam ille, qui piscem emit.
„ Is enim tam anterioribus, quam posterioribus piscis ejus
„ partibus ad arbitrium vesci potest; *Ordin. 3. tract. 3. di-*
„ *st. 2.*

75 „ Si quis, aut filiam suam, aut sororem suam, sibi Ma-
„ trimonio junxerit, is rem Deo facit gratissimam, *Ordin. 2.*
„ *tract. 1.*

76 „ Rabbinum qui non oderit hostem suum usque ad mor-
„ tem, & qui vindictam adversus eum non quæsierit, in-
„ dignum esse nomine Rabbini, *Ordin. 5. tract. 1. dist. 2.*

77 „ Gravius plectendos esse eos, qui contradicunt verbis
„ Scribarum, quam verbis Mosaicæ Legis, quibus qui con-
„ tradixerit absolvi potest; qui vero verbis Rabbinorum
„ contradixerit, morte moriatur, *Ordin. 4. tract. 4. di-*
„ *st. 10.*

„ Si testes de falsitate convicti fuerint, puniri debent pœ- 78
„ na talionis. Quod si contigerit injuste accusatum fuisse
„ damnatum, & ita pœna affectum; tunc falsi testes absol-
„ vi debent, & nulla pœna puniri, *Ordin. 4. tract. 4.*

„ Si quem major pars Judicum ad mortem damnaverit, is 79
„ mori debet; Si vero omnes, nullo excepto, in ejus da-
„ mnationem consenserint, absolvatur, *Ordin. 4. tra-*
„ *ct. 17.*

„ Si quis Marsupium loco publico invenerit, sciveritque 80
„ ejus Dominum jam de inventione marsupii desperasse,
„ non tenetur ad restitutionem marsupii, *Ordin. 4. tract. 2.*
„ *dist. 5.*

„ Hæc autem adduxi, ut Christianis persuadeatur quid 81
„ de perfidæ illius gentis dogmatibus sentire debeant, &
„ pateseat animus nefariorum hominum in Religionem Sa-
„ Sacrosanctam. Hunc finem producendi nonnulla ex Thal-
„ mude habebat Sixtus Senensis, qui ita mentem suam aper-
„ rit; *Decreveram profecto nullam talium librorum habere*
„ *mentionem, & omnem doctrinæ hujus memoriam, quan-*
„ *tum fieri potuisset, silentio aboleri, sed quoniam me præ-*
„ *teritorum temporum experientia docuit, hujusmodi volu-*
„ *mina toties extincta, iterum instar hydræ capita revivisce-*
„ *re, permittente id Principum Christianorum avaritia, qui*
„ *quovis parvo pretio inducti, facultatem instaurandi hos*
„ *libros Judæis vendunt; ideo me operæ pretium facturum exi-*
„ *stimavi, si turpitudines, impietates, & blasphemias non-*
„ *nullis Thalmudicis voluminibus comprehensas aliqua ex par-*
„ *te manifestarem, annotatis nominatim libris, ubi hæc ha-*
„ *bentur, ut si quando hæc nefaria scripta, quibus adhuc a-*
„ *bundat Asia, Africa, Græcia, & Germania, apud nos*
„ *revocentur in lucem, habeant pietatis Christianæ propu-*
„ *gnatores indicem, quo velut manuducantur ad inveniendos,*
„ *ac detegendos particulares hujus operis libros, ac locos, in*
„ *quibus prædictæ blasphemiæ scriptæ sunt, & his detectis,*
„ *Christianos Principes iterum adversus renascentis hydræ col-*
„ *la inflamment.*

„ Subjungit deinde nonnulla, quibus capitale Judæorum 82
„ odium in Christianos innotescit; Qualia sunt.

„ Statuimus, ut quilibet Judæus ter in die blasphemet 83
„ omnem Christianorum gentem, ac Deum precetur, ut
„ confundat, exterminetque ipsam cum Regibus, ac Prin-
„ cipibus suis; atque hoc maxime faciant Sacerdotes
„ Judæorum in Synagoga ter quotidie, orantes in odium
„ Jesu Nazareni; In Thalm. *Ordin. 1. tract. 1. dist. 4.*

„ Deus præcepit Judæis, ut quovis modo, sive dolo, 84
„ sive vi, sive usura, sive furto facultates Christianorum
„ sibi vindicent; *ibid.*

„ Præcipitur omnibus Judæis, ut Christianos omnes lo- 85
„ co brutorum habeant, nec aliter eos tractent, quam bru-
„ ta animalia; *Ordin. 4. tract. 8.*

„ Judæus Gentilibus neque boni, neque mali quidquam 86
„ faciat. Christianum vero omni studio, atque industria
„ conetur de vita tollere, *Ordin. 4. tract. 8. dist. 2.*

„ Si quis Judæus Christianum præcipitio propinquum in- 87
„ spexerit, ipsum statim præcipitare tenetur; *Ordin. 4.*
„ *tract. 8.*

„ Imperium Christianorum execrabilius est Imperio ce- 88
„ terarum gentium, & levius peccatum est servire Prin-
„ cipi gentili, quam Christiano, *Ordin. 2. tract. 1. dist. 5.*

„ Templa Christianorum sunt domus perditionis, & lo- 89
„ ca Idololatriæ, quæ Judæi tenentur destruere, *Ordin. 1.*
„ *tract. 1. dist. 2.*

„ Evangelia Christianorum, quæ inscribi debent Iniquitas 90
„ revelata, & peccatum manifestum, a Judæis comburi
„ debent, etiamsi in eis nomen Dei contineretur.

„ Hic igitur Thalmud, sive Jerosolymitanus, sive Babi- 91
„ lonicus, demptis etiam ineptiis, figmentis, & blaspheme
„ miis, scriptus est Judæorum pervicacium odio in Chri-
„ stum, & Christianos capitali flagrantium, ac pleraque
„ in eo scripta tacite, & aperte Christianæ Fidei mysteria
„ obscurant, vel evertere nituntur, & ad superstitionem
„ ducere. Uterque sæpe ab Ecclesia Catholica jussus est
„ comburi, idque aliquoties justissime factum, quia pluri-
„ mis, gravissimisque contra Christum Dominum, Divi-
„ namque Majestatem, & hujus administros, & amicos,
„ Angelos, & testamenti veteris Divos, Beatissimam Vir-
„ ginem Mariam, Christianos omnes, imo & contra Moy-
„ sis legem, jus gentium, atque omnem naturæ legem, &

re-

„ rectam rationem erroribus, mendaciis, contumeliis, &
„ blasphemiis scatet.

92 „ Quo circa Gregorius Nonus omnia Thalmudica volumina flammis adjudicavit anno 1230. & Pontificium decretum instauravit Innocentius IV. anno 1244. Clemens IV. „ Honorius IV. & Joannes XXII. Cum autem eadem volumina a Judæis pristino nitori restituta fuissent, & artis typographicæ præsidiis in infinitum prope numerum propagata; Julius Papa III. novo edicto promulgato, inquiri „ jussit, & anno 1553. cum Festa Tabernaculorum a Judæis „ Septembri mense celebrarentur, per omnes Italiæ Urbes „ exuri jussit. Postea Paulus Papa IV. una cum Sacrosancto Inquisitionis Senatu anno 1559. idem fieri imperavit, „ & Thalmudicos libros inter scripta ab Ecclesia Catholica „ damnata connumerari voluit. Extat etiam ea de re Pii V. „ decretum anni 1566. & Gregorii XIII. quo statuitur, ut „ ab Inquisitoribus procedatur contra Judæos, hujusmodi volumina retinentes; Et tandem Clementis VIII. contra impia scripta, ut loquitur Constitutio anni 1593. & libros „ hebræorum Thalmudicos, Kabalisticos alios, opera, tractatus, volumina, & scripta quæcumque tam lingua hebraica, quam quavis alia lingua conscripta, aut versa, edita, impressa, ac in posterum conscribenda, aut vertenda, „ edenda, vel imprimenda, continentia, seu continentes „ tacite, vel expresse hæreses, vel errores contra sacras veteris Legis scripturas, nec non contumelias, impietates „ blasphemias contra Deum, Sanctissimam Trinitatem, Salvatorem nostrum, Beatissimam Virginem, Beatos Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, aliosque Sanctos Dei, Sanctissimam Crucem, Sacramenta novæ Legis, Sacras imagines, Sanctam Catholicam Ecclesiam, „ Sedem Apostolicam, ac contra Christi fideles, præsertim „ Episcopos, Sacerdotes, & alias Ecclesiasticas personas, „ atque etiam contra Neophytos, & alias contra Catholicam Religionem, vel in quibus impudicæ, & obscœnæ „ narrationes habentur, etiam sub prætextu, quod expurgatæ fuerint, vel donec expurgentur. Item impii Thalmudici, Kabalistici, aliique nefarii hebræorum libri omnino damnati, & prohibiti maneant, & censeantur. Idem „ fecerunt Principes Sæculates. In Galliis S. Ludovicus Rex „ Francorum anno 1240. In Hispaniis Ferdinandus, & Isabella, & antea Livigius, ac demum Carolus V. In Dominio Veneto Benedictus Valerus, Marcus Centanus, & „ Franciscus Longus Senatores anno 1553. Imo Constitutio „ Justiniani Imperatoris contra Judæos, & eorum scripta, „ intelligitur de libris Thalmudicis adeo, ut omnino prohibiti sint, nec eorum correctio per Bullam Clementis VIII. „ admittatur. Hactenus Pignatell. *loc. cit.*

93 Ex quo juvat etiam ad litteram referre, quæ habet ibidem *a num.* 119. „ Intermittere, *ait ipse*, nequaquam possum, „ quin saluberrima Concilii primi Mediolanensis sub Sanctissimo viro Carolo Borromæo de Judæis proponam, quæ „ plane a generalibus Conciliis, Pontificum Constitutionibus, ac Sacris Canonibus excepta sunt.

94 „ Ut quantum possumus Judæis corrumpendi Christianorum mores, & eis bona per fraudem auferendi occasionem „ adimamus, ipsosque ad viam salutis traducere studentes, „ ex Sacrorum etiam Canonum decretis edicimus.

95 „ Ut Judæi semper, & quocumque iter faciant, viri pileum, seu biretum Crocei coloris, mulieres impositum, „ reliquo capitis integumento, pannum ejusdem coloris ferant.

96 „ Ne Christiani ad convivia, nuptias, vel dies festos, & „ Synagogas Judæorum accedant, aut cum eis ludant, vel „ quod detestabilius est Choreas cum Judæis agant.

97 „ Ne Judæis Christiani in famulatu esse possint.

98 „ Ne Christiani, si in diem, vel horam Judæis operas „ suas locaverint, apud illos cibum capiant.

99 „ Ne Christianæ Mulieres Judæorum nutrices in earum „ domibus esse ullo pacto possint. Neve extra eorum domos nisi cum necessitas, Ordinario probanda, postulavit.

110 „ Ne Christiani Judæos medendi causa ad se accersant.

101 „ Ne in conjugendis inter se Matrimoniis eorum opera „ utantur.

102 „ Ne Christianæ Mulieres Judæos fuci, pigmentorum, „ aut ornandi se causa adhibeant.

103 „ Agros, prædia Ecclesiastica Judæis locari, vestes, „ vasa, aliave sacra, vel ad usum Ecclesiæ destinata, vendi aut pignori dari non liceat.

„ Ne in ædibus, quæ Ecclesiæ vicinæ sint, Judæi habi-
„ tent, & si quis in eis nunc habitat, intra certum tempus
„ omnino cogatur emigrare.

104 „ Ne Christiani cum Judæis in diebus emptionis, ven-
„ ditionis, vel alio nomine contrahere audeant.

105 „ Ne dignitatem, vel publicum Officium, quod ad Chri-
„ stianos pertinere aliquo modo possit, Judæi obtineant.

106 „ Hæc & reliqua, quæ de Christianorum cum Judæis
„ consuetudine Sacris Canonibus constituuntur, curent
„ Episcopi, & Principes, ac Magistratus pro suæ quisque
„ auctoritatis munere, pœnis contra Christianos, & Ju-
„ dæos acrioribus constitutis, ut inviolate serventur.

107 „ Vehementer etiam a Principibus petimus, ut in sin-
„ gulis Civitatibus certum locum constituant, ubi Judæi
„ separatim a Christianis habituri conveniant. Et si quas
„ proprias ædes Judæi in Civitate habent, intra sex men-
„ ses, eas vere, non autem simulato contractu Christianis
„ vendi jubeant.

108 „ Illud præterea pro sua pietate Principes statuere de-
„ bebunt, ut Judæi quibusvis contractibus, & negotiis,
„ quę cum Christianis habuerint, in libris suis conscriben-
„ dis, litteris, & lingua vulgari nostra, non autem ser-
„ mone, & Characteribus Hebręis utantur. Si secus fe-
„ cerint, severe puniantur, nullumque inde jus esse pos-
„ sit agendi vel excipiendi.

109 „ Omni denique diligentia illos in eo uti æquum erit, ut
„ fraudulentam & insidiosam Judęorum cum Christianis
„ contrahendi rationem, & eorum facultatibus inhiantem
„ avaritiam comprimant, & coerceant.

110 „ Monemus vero Episcopos, ut hominibus piis, ac pe-
„ ritis linguę Hebraicæ, & rituum Judæorum, vel si hu-
„ jusmodi non reperiantur, ab aliis doctis ac bonis viris cu-
„ rent, Fidem, ac Doctrinam Christianam Judæis prædi-
„ candam.

111 „ Ad eas Conciones Judæi omnes jussi conveniant, sed
„ pueri, ac puellæ seorsim a parentibus, atque illis majo-
„ ribus natu concionatorem audiant, qui ipsos familiariter
„ instituat, & interrogantibus benigne satisfaciat.

112 „ In quo signum aliquod conversionis cognitum fuit, is
„ ab aliis separetur, & in domum aliquam Cathecumeno-
„ rum ad id paratam deducatur, ubi diligentius omnia,
„ quæ scire Christianum oportet, doceatur.

113 „ Cathecumeni ne baptizentur, nisi prius diligenter in-
„ structi, & examinati fuerint, præsertim si grandiores
„ sint.

114 „ Baptizati curæ alicujus probi viri, saltem per annum
„ committantur, qui vitam illorum iis rationibus regat, ac
„ moderetur.

115 „ Ut diebus festis Missam, Conciones, ac Vesperas
„ adeant:

116 „ Aliis diebus aliquo artificio, quo victum quærere
„ possint, utantur:

117 „ Ne cum Judæis ullam omnino consuetudinem habeant:

118 „ Neve cum Christianis, quorum vita flagitiosa sit.

119 „ Curet Episcopus, ut Judæus, qui ad Fidem se con-
„ vertit, omnia bona sua habeat, ac si filius familias sit,
„ legitima, & quæcumque alia bonorum pars ei jure debi-
„ ta a patre etiam vivente, detur. Vel si mulier fuerit, ei
„ dosa marito restituatur, vel a patre constituatur unde ali
„ possit ex præscripto Constitutionis Pauli III. Summi Pontificis, præsertim in iis, quæ ille statuit de iis facultatibus,
„ quæ ex usuris comparatæ sunt. Vide novissimam Constitutionem Clementis XI. allatam supra *num.* 21.

120 „ Placet etiam adducere quædam proloquia, sive decre-
„ ta, quæ ex variis declarationibus, resolutionibus, at-
„ que responsis S. Inquisitionis Romanæ congessi, quæ-
„ que forsan nusquam alibi reperiuntur, suntque hujus-
„ modi.

121 „ Judæi tenentur ex se suos libros expurgare, alias pu-
„ niendi.

122 „ Fere semper est ipsis deneganda licentia medendi Chri-
„ stianos.

123 „ Non debet eis permitti, ut a Christianis accendatur
„ ignis in suis domibus, præsertim die Sabbati, etiamsi
„ offerrent eleemosynam locis piis erogandam.

124 „ Prohibentur cum Christianis promiscue larvatos adire
„ Comœdias tempore bacchanalium, ac simul tripudiare,
„ et contra eos potest procedi per Inquisitores.

125 „ Fingentes se Christianos, & sumentes Eucharistiam
„ vel

„ vel tradendi sunt Curiæ Sæculari, vel si recipiant Sacramentum Baptismi, admittendi sunt ad pœnitentiam; vel
„ videndum prius est, quo animo id fecerint.

126 „ Retinentes pro suis servitiis puellas Christianas, quæ
„ non accedunt ad Missam, puniuntur in S. Officio, ad
„ quod hujusmodi causæ spectant, & non ad Judicem Sæcularem.

127 „ Deferentes arma Algerium, vel ad alia loca infidelium sub prætextu illa deferendi ad aliquem locum Catholicum, puniuntur in S. Officio.

128 „ Amplectentibus Fidem Catholicam conceditur retentio suorum bonorum, dummodo constet, non fuisse fœnore acquisita. Sancta tamen Congregatio de Propaganda Fide 15. Junii 1646. approbante Sanctissimo, non solum dixit observari posse, *Constit. 32. San. mem. Pauli III.* quæ incipit: *Cupientes Judæos* quoad licite acquisita, „ vel illicite ab incertis, ipsis conversis tamquam pauperibus applicanda, sed etiam alias fuisse factam gratiam „ filiis hebræorum ad Fidem Christianam conversis, etiam „ de bonis illicite acquisitis a certis personis (a).

129 „ Testes absque tortura, non faciunt fidem in causa contra Christianos, itaut possit procedi ad torturam contra „ reum.

130 „ Retinentes libros prohibitos puniuntur ab Inquisitoribus ex Constitutione Clementis VIII. etiam cum confi-
„ scatione. Unde Inquisitores si habent sufficientia indicia,
„ quod hujusmodi libros retineant, et præcipue Thalmud,
„ qui corrigi non potest, debent contra eos procedere. Nec
„ iidem Inquisitores debent illorum correctionem accepta-
„ re, vel libros expurgatos subscribere.

131 „ Transferentes cum pompa, et luminaribus Arcam ab
„ una in aliam domum puniuntur in Sancto Officio.

132 „ Non possunt absque licentia Sedis Apostolicæ novas
„ Synagogas construere.

133 „ Accedentes ad hospitia Christianorum non puniuntur
„ in Sancto Officio.

134 „ Infantes, quos nutrices Christianæ baptizare faciunt,
„ insciis eorum parentibus, illis non restituuntur, quia sunt
„ vere baptizati, & eorum parentes tenentur ad præstandum
„ alimenta.

135 „ Ipsis conceditur per Breve expeditum die 2. Junii
„ 1593. licentia accedendi ad quæcumque loca status Ec-
„ clesiastici occasione mercaturæ, dummodo in illis non
„ contrahant domicilium, quod in nullis Civitatibus, ac
„ locis ditionis Ecclesiasticæ possunt habere nisi Anconæ,
„ Romæ, & Ferrariæ, & ex Brevi Urbani VIII. in Ducatu
„ Urbini.

136 „ Dantes Christianis panes azymos, quos in Paschate
„ conficiunt, puniuntur extra Urbem in Sancto Officio,
„ in Urbe per Eminentiss. Cardinalem Vicarium.

137 „ Persolvunt pœnas, vel pœnitentias, sibi impositas,
„ non quidem manendo præ Foribus Ecclesiæ, sed ante-
„ Synagogam.

138 „ Circumcidentes Infantem Christianum severe puniun-
„ tur ab Inquisitoribus.

139 „ Existentes in triremibus, volentes amplecti Fidem
„ Catholicam, instruuntur, & baptizantur, sed remanent
„ in triremibus.

140 „ Habentes commercium carnale cum mulieribus Chri-
„ stianis non puniuntur in Sancto Officio, sed ab Ordinariis.
„ Aliquando tamen simul procedunt.

141 „ Non possunt eorum Synagogam, licet combustam, in
„ alio loco ædificare, sed debent illam in eodem loco re-
„ ficere.

142 „ Percutientes, vel corrumpentes Imagines Sanctorum
„ puniuntur in Sancto Officio, etiam privative quoad Judi-
„ ces Laicos, idque etiamsi prævenerint.

143 „ Descendentes ex eorum progenie non admittuntur ad
„ Canonicatus, ad Dignitates in Collegiatis, ad Beneficia
„ curam animarum habentia, nec etiam ad munus Vicarii,
„ & curæ etiam amovibiliis. Quod item servandum est a
„ Regularibus in Ecclesiis, in quibus habent curam anima-
„ rum. Ad Ordines vero promovendi non sunt, nisi viri
„ probatæ vitæ, & ii, quibus merita vitæ suffragantur.

„ Divites coguntur ad subministrandum expensas victus 144
„ suis filiis neophytis, ad Fidem conversis.

„ Non possunt uti nutricibus Christianis, etiam extra 145
„ Ghettum, nec de licentia Episcopi; In casibus tamen
„ necessitatis, ita ut aliter eorum filii educari non possint,
„ nisi a nutricibus Christianis, potest Episcopus ex se id
„ permittere, ita tamen, ut omnino prohibeat commer-
„ cium cum ipsis Judæis, & omnino separatæ existant, &
„ infantes in propriis domibus Nutrices retineant, prohi-
„ bendo Judæis, ne ad illas accedant; Quo in casu Inqui-
„ sitores se ingerere non debent.

„ Pro exercendo fœnore debent petere licentiam a Sum- 146
„ mo Pontifice.

„ Nequeunt occidere sua animalia in macellis Christia- 147
„ norum cum suis superstitiosis observationibus.

„ Non possunt uti opera Christianorum in lavandis pan- 148
„ nis; Verum ob penuriam aquæ potest ob bonum publi-
„ cum permitti, ut ipsimet deferant pannos lavandos mu-
„ lieribus Christianis ad locum, in quo dealbantur, & lo-
„ tos ad suas domos reportent; Neque ipsis expresse per-
„ mittitur, quod uti possint servitiis bajulorum in condu-
„ cendis sibi lignis, frumento, & vino, sed totaliter per
„ conniventiam.

„ Procurantes liberationem Turcarum a triremibus, ut 149
„ judaizent, puniuntur in Sancto Officio.

„ Non possunt uti opera Christianorum in addiscendis 150
„ litteris latinis, vel scientiis, aut artibus. Quod si conce-
„ datur licentia, potest concedi, ut doceantur in aliqua
„ Domo privata extra Ghettum, in qua non interveniant
„ pueri Christiani, & exceptis diebus Festis, atque habi-
„ ta prius diligenti informatione de sufficientia, & pietate
„ præceptoris.

„ Nequeunt docere Christianos scientiam aliquam, vel 151
„ artem.

„ Prohibentur accedere ad Cauponas Christianorum cum 152
„ meretricibus.

„ Non possunt promoveri ad gradum aliquem Doctora- 153
„ tus in Universitatibus Catholicis.

„ Prohibentur apponere suis sepulcris epitaphia, & in- 154
„ sculpere nomina, & cognomina, ac patriam Defunctorum
„ & apposita amoventur.

„ Permittitur ipsis uti opera Christianorum quoad frumen- 155
„ tum, ligna, & vinum advehendum tantum, cetera
„ denegantur, & utentes aliis servitiis Christianorum pun-
„ untur in Sancto Officio, sicut, & Christiani illa exhi-
„ bentes.

„ Nequeunt vocari nominibus Christianorum. 156

„ In vendendis, ac emendis, libris tenentur servare Ordi- 157
„ nes Bibliopolis Christianis datos.

„ Debent subscribere suum examen, licet examinentur 158
„ die Sabbati.

„ Cum Medicis, & Chirurgis ad eorum domos causa 159
„ eos medendi accedentibus Episcopus conniveat; annuum
„ tamen salarium iis prohibeat.

„ Barbitonsores debent ab Episcopo prohiberi, ne acce- 160
„ dant ad illorum domos pro illis tondendis.

„ Cum puellis ultra secundum gradum dispensatur ut in- 161
„ gredi possint Religionem, & habilitantur ad officia, &
„ munera.

„ Occasione pestis permittitur ipsis usus Medicorum Chri- 162
„ stianorum, si non habeant Medicos Judæos.

„ Nullo modo est ipsis concedenda licentia conducendi 163
„ prædia a Christianis, & concessa revocanda.

„ Eorum Synagogæ erectæ absque licentia Sedis Aposto- 164
„ licæ supprimendæ, ac destruendæ.

„ Eorum filii infantes, baptizati in Lazareto, educandi 165
„ apud Christianos, & a suis parentibus, si possident bo-
„ na, subministrentur alimenta, sin minus Episcopus suo
„ zelo pastorali illis provideat.

„ Ad Christianissimum conversi post conversionem, & 166
„ pœnitentiam ab anterioribus, & pristinis delictis in Judaismo perpetratis, etiam in foro sæculari quoad pœnam
„ corporalem impunitatem non consequuntur. Idque etiam-
„ si cum tota familia baptizentur.

Pro-

(a) Pauli V. Constitutio confirmata fuit a Clemente XI. Constit. incip. *Propagandæ*; imo §. 17. ampliatur illa constitutio *favore filiorum* conversorum, tam hebræorum, quam infidelium, quoad legitimam, & subtractionem a patria potestate.

167 „ Prohibetur mercatura librorum Ecclesiasticorum, & illos apud se retinere. Nec permittitur typographia idiomatis hebraici.

168 „ Baptizati, & relapsi in Judaismum, non sunt iterum baptizandi, sed abjurare debent de formali.

169 „ Non possunt deferre processionaliter per Ghettum Bibliam.

170 „ Eorum spontaneas comparitiones volentium susscipere „ Baptismum, debet Inquisitor remittere ad Ordinarios.

171 „ Ipsorum filii minores septem annorum possunt baptizari ad instantiam patris, vel matris conversorum ad Fidem „ Catholicam: Sed ii, qui excedunt septem annos, suntque „ doli capaces, sunt relinquendi suæ voluntati.

172 „ Filii eorum, quamvis non possint, invitis parentibus, „ baptizari, si tamen de facto baptizentur, valet Baptis„ mus, & apud Christianos alendi sunt; non licet tamen „ hujusmodi Baptismum conferre, eorum parentibus invi„ tis. Quia, tametsi finis sit bonus, media tamen sunt illi„ cita, præsertim ex Constitutione Julii III. imponentis „ pœnam mille ducatorum, & suspensionis baptizantibus „ filios Judæorum, invitis parentibus.

173 „ Contra hortantes eorum filios neophytos ad redeun„ dum ad Judaismum non devenitur ad confiscationem bo„ norum, sed ad mulctam pecuniariam.

174 „ Amplectentes sectam Turcarum, & inquisiti in Sancto „ Officio expediendi, ac si essent sponte comparentes cum „ abjuratione, vel retractatione erroris, in quem incide„ rant juxta formam præscriptam a Pegna *in Comment. q.* „ *Directorii*.

175 „ Pronunciantes blasphemias hæreticales puniuntur in „ S. Officio.

176 „ Puellæ, quæ confugiendo ad Christianos pluries asse„ runt se velle fieri Christianas, collocantur apud aliquam „ nobilem mulierem Christianam, ipsæ, earumque paren„ tes examinantur, & nolentes Fidem amplecti restituun„ tur suis parentibus.

177 „ Non licet Christianis pueros Judæos in articulo mortis „ constitutos baptizare, nisi ubi nulla spes adsit, quod hu„ jusmodi pueri possint supervivere, nec adsit scandalum.

178 „ Judæa, quæ ante Baptismum nupserat Judæo, restituenda est viro Fideli, cui postea nupsit, non attento quod „ tunc non constabat dictum Judæum suum primum Virum „ obiisse. Faciendæ tamen sunt diligentiæ, an præfatus Ju„ dæus adhuc vivat, & monendus an ad Catholicam Fidem „ converti velit, vel saltem cum ipsa cohabitare sine injuria „ Salvatoris, & absque eo, quod traheret illam ad pecca„ tum mortale. Quod si dictus Judæus moneri legitime non „ poterit, id sufficiens videtur pro causa dispensationis ju„ xta Breve Gregorii XIII. in hac materia, ut scilicet dis„ pensetur cum dicta muliere ad cohabitandum cum viro „ fideli, cui nupserat (a).

179 „ Infans Judæus, cujus pater consensum, ut baptizaretur, præstiterat, & postea pœnituit, retinetur sub custodia „ Christianorum, examinantur testes super consensu, & in „ casu periculi ordinatur Baptismus.

180 „ Qui a lege hebraica apostatant ad Mahumetismum, „ damnantur ad revocandum, & detestandum sectam Tur„ carum juxta formulam præscriptam, damnantur ad car„ ceres ad tempus arbitrio, & interim benigne suadentur ad „ susscipiendum Baptismum.

181 Juvat etiam hic Edictum pro Judæis quod jussus ab Illmo Domino Cardinali Ginetto Summi Pontificis Vicario italice composuit idem Pignatell. ut ipse testatur *loco citat. num.* 234. afferre.

EDITTO

Per gli Ebrei.

182 QUantunque con diverse Costituzioni di Sommi Pontefici, e con varj Decreti del Tribunal supremo del Santo Officio, come anche con altri nostri Editti, e del nostro Tribunale si sia pienamente provveduto a quanto bisogna per togliere a' Giudei ogni occasione di corrompere i costumi de' Cristiani, e di schivare gl' inconvenienti, ne' quali s' incorre per la pratica intrinseca con essi; con tutto ciò desiderando la Santità di N. S. che per corso di tempo non si possa pretendere ignoranza, o dissimulazione veruna, d' ordine espresso datoci dalla Santità sua a bocca, e per l' autorità del nostro Officio, non recedendo da' bandi, altre volte fatti, ma quelli di nuovo innovando, s' ordina, e comanda.

Che niun Cristiano dell' uno, e dell' altro sesso di qualsivoglia qualità, e dignità che si sia, ardisca d' entrare nelle Sinagoghe, o Scuole degli Ebrei ad udire le loro prediche, ad assistere alle loro circoncisioni, o ad altre cerimonie, a ricever da essi azimelle per qualsivoglia pretesto, sotto pena di scudi 25. d' oro per ciascheduna volta, ed altre pene ad arbitrio nostro, nelle quali incorreranno anche gli Ebrei, da' quali il Cristiano sarà ammesso alle Scuole, o riceverà azimelle. 183

Edictum S. Officii 21. *Decembris* 1600. *Edictum Rusticucii* 1592. *Decretum S. Officii* 9. *Augusti* 1605.

E similmente che niun Cristiano tanto maschio, come femina possa entrare in casa d' Ebrei ad effetto di dar latte a putti, servire o ajutar donne parturienti, acconciar letti, scopar case, lavar piatti o panni, o portarli, accender fuoco, o lume, particolarmente il Sabbato, o fare qualsivoglia altro servizio, sotto pena di scudi 50. per ogni volta, e della frusta da eseguirsi inviolabilmente tanto nella persona del Cristiano, quanto dell' Ebreo; Si tollera però solamente, che i Facchini Cristiani portino loro legna, vino, e pane. 184

Decreta S. Officii 8. *Novembris* 1595. 9. *Octobris* 1597. 27. *Julii* 1628. 17. *Martii* 1616. 15. *Martii* 1612. 12. *Aprilis*, & 17. *Maji ejusdem anni*, & 1. *Septembris* 1616. *cap. Etsi Judæos*, & *cap. Ad hæc*, *de Jud. Gregor. XIII. Constit.* 70. & *Nicol. V. Constit. Super gregem*, §. *Nec possint*.

Che niuno Stufarolo, o Barbiere possa lavare, nè tosare Ebrei sì dentro come fuori della propria stufa, o bottega sotto le medesime pene da eseguirsi nella persona dell' uno, e dell' altro come sopra. 185

Decreta S. Officii 11. *Jan.* 1629. *C. Nullus* 28. *quæst.* 1.

Che niuno Ebreo sotto qualsivoglia pretesto, eziandio di mercatanzia, o altro più giusto titolo ardisca d' entrare di giorno, nè di notte in case di Donne Cristiane disoneste, sotto pena di scudi 200. per ogni volta, e della frusta, ed esilio di Roma, da eseguirsi tanto nella persona dell' Ebreo, quanto della Cristiana, dalla quale sarà ammesso, dichiarando, che per questa pena, non s' intenda mitigata la pena della Legge comune, quando fra loro si provasse commercio carnale. 186

Cap. In nonnullis, §. *Unde*, *de Jud. leg. Ne quis Christianam*, *Cod. de Jud. Pius V. Decreto suo die* 20. *Maji* 1566.

Che niuno Ebreo possa ricevere nella sua Casa, o bottega Neofiti, o Catecumeni, tanto maschi, come femmine, ancorchè fossero loro fratelli, o figlie, o sorelle, e di tenera età, nè praticare con esse loro, eziandio fuori del Ghetto, e sotto qualsivoglia pretesto, sotto pena di trè tratti di corda, e di scudi 50. per ogni volta. 187

Edictum Cardinalis S. Severinæ ex mandato Clementis VIII. sub die 28. *Julii* 1592. & 17. *Julii ejusdem anni*. *Item Edictum Card. Vicarii jussu Pii V. sub die* 30. *Julii* 1569. *Paulus III. Constitut.* 23. §. 5. & 6.

Che niuno Ebreo ardisca di dar lezione a Cristiani tanto di lingua, quanto di qualsivoglia altra scienza, o facoltà, o arte, ancorchè fosse di musica vocale, o istrumentale, o di qualsivoglia altro mestiere, ancorchè meccanico, sotto pena di scudi 25. e d' altre ad arbitrio, nelle quali egualmente incorrerà il Cristiano, che riceverà, o darà lezione all' Ebreo. 188

(a) Vide Additionem in fine hujusce Articuli.

Decreta S. Officii 9. *Januarii* 1620. 25. *Jan. ejusdem anni*, 16. *Martii* 1622. *Edictum Rusticucii*.

189 Che niuno Ebreo ardisca di mangiare, nè di bere, nè di nuotare, nè di giuocare con Cristiani, ancorchè fossero giuochi per altro leciti, nè di pernottare negli Ospizj, o nelle locande, se non fosse per viaggio, sotto pena di scudi 50. per ogni volta, da esigersi irremissibilmente tanto dal Cristiano, quanto dall' Ebreo.

Cap. omnes 28. *quæst.* 1. *Cap. Quam sit*, *de Jud. Turrecr. in dict. cap. Nullus*.

190 Si proibisce espressamente a' Medici Ebrei tanto Fisici, quanto Cirusici, e Speziali, che non ardiscano, ancorchè chiamati, ed invitati di preparar medicine, nè di medicare Cristiani, ancorchè fossero chiamati in compagnia d' altri Medici Cristiani, sotto pena di scudi 25. e d' altre a nostro arbitrio per ogni volta, da esigersi tanto dagli Ebrei, quanto da' Cristiani.

Decreta S. Officii 14. *Maji* 1615. & 17. *Julii* 1618. *Cap. Nullus* 28. *qu.* 1. *Gregor. XIII. ubi supra*.

191 E sotto le medesime pene s' ordina, e comanda a' Medici, e a' Cirusici, e agli Speziali Cristiani, che non debbano obbligarsi a condotta dell' Università degli Ebrei, nè medicarli senza licenza da darsi ne' casi necessarj da Noi, o dal nostro Vicegerente, che sarà pro tempore gratis, e senza interesse alcuno.

Eadem Decreta S. Officii.

192 Che essi Ebrei non ardiscano di comprare, barattare, nè pigliar pegni da persone minori d' anni 14. sotto pena della perdita della robba, o del valore di essa, e d' altre pene riservate al nostro arbitrio.

Edictum Card. Rusticucii.

193 Che niuno Ebreo possa tener magazzeno, o bottega fuori di Ghetto, nè ivi dormire di notte sotto pena di scudi 200. d' oro. Nè andare in Carrozza sotto la pena di scudi 100. e di trè tratti di corda ogni volta.

Abusus recentissimus extirpandus.

194 Che tutte le robbe, che saranno da essi comprate, o cambiate di valore d' uno scudo in sù, si debban da essi loro notificare nell' Offizio di Cesi Notaro del nostro Tribunale per tutto il giorno seguente, designando essi la persona, dalla quale saranno state vendute, o cambiate, il luogo, e la qualità della robba, sotto pena della perdita d' essa. Oltre che in caso, che non sia notata, se si troverà rubata, si presumerà contro di essi, e si procederà contro di essi nel medesimo modo, che se fosse stata rubata con loro partecipazione. Delle quali robbe non ne possano disfare, guastare, tingere, fondere, nè in qualsivoglia modo trasformare alcuna per dieci giorni dopo che l' avranno comprate, nè in detto tempo possano venderle, nasconderle, o in qualsivoglia modo trabalzarle, ma tenerle in mostra sotto le medesime pene, e presunzioni; eccettuando però i corpi di suppellettili, e altre robbe, che compreranno all' ingrosso, i quali possano pubblicamente venderle a lor piacere.

Edictum Rusticucii.

195 Che niun' Ebreo dell' uno, e dell' altro sesso sotto pretesto di comprare, e di vendere, o di qualsivoglia altra occasione, o colore ardisca d' entrare in Palazzi, Case, Vigne, o Botteghe de' Cristiani, eccetto che di persone pubbliche, come di Giudici, Avvocati, Procuratori, Notaj, e Offiziali per cose spettanti all' officio loro sotto pena di scudi 50. e di tre tratti di corda agli uomini, e alle Donne della frusta da incorrersi ipso facto, e l' istessa pena pecuniaria incorreranno tutti i Cristiani maschi, e femine, che li chiameranno, ammetteranno, o faranno entrare in detti luoghi, e le meretrici, e donne disoneste nella pena anche della frusta. Nè meno entrino in Parlatorj, Oratorj, e Chiese di Monache, e Ospedali di donne, sotto dette pene, o maggiori ad arbitrio nostro, permettendo però loro, che possano entrare nell' altre Chiese, Oratorj, Monasterj, o Conventi di Religiosi, e nell' Ospedale degl' Infermi.

Bibliotb. Ferrar. Tom. III.

Edictum Rusticucii sub Clemente VIII.

Che essi Ebrei non chiamino, ammettano, nè faccino entrare nelle case, o Botteghe loro donne Cristiane nè di giorno, nè di notte, nè uomini Cristiani dopo le 24. ore; nè permettino, che quelli, che vi sono entrati, vi stiino dopo detta ora, o vi pernottino, sotto pena agli Ebrei di scudi 50. e della frusta, e a' Cristiani dell' istessa pena pecuniaria, ed alle meretrici, o donne disoneste anche della frusta. 196

Edictum Rusticucii.

Che niuno Ebreo dia, venda, baratti, o doni carni da essi sciattate, o con le loro cerimonie uccise, sotto pena di scudi 25. tanto a chi le darà, come a chi le riceverà. Ed ogni volta, che con l' istessa carne non si dia anche il bollettino del Cristiano, dal quale l' Ebreo l' avrà avuta, si presuma sciattata, e uccisa da essi, ed incorra nell' istessa pena tanto chi la dà, come chi la riceve. 197

Decreta S. Officii 8. *Julii* 1615. *Cap. Omnes* 28. *quæst.* 1. *Edictum Rusticucii*.

Che non possano andare a lavar panni in luogo alcuno, se non nel fiume tanto, quanto si distendano con il loro serraglio, e non in compagnia di Cristiani sotto pena della frusta, ed a' Cristiani, che anderanno con loro compagnia, o da se per quanto si distende la Riva di detto Serraglio di scudi 25. 198

Edictum Rusticucii.

Che non sii loro lecito d'aver tutori Curatori, o esecutori testamentarj Cristiani sotto pena di scudi 100. a chi se ne valerà, o a chi darà o accetterà tal peso. 199

Edictum Rusticucii.

Che non prendano danari da Cristiani ad imprestito, o sotto alcun' altro titolo, per dar poi loro parte certa, o incerta dell' ufure, o de' guadagni, che ne traggono sotto pena della frusta, ed a' Cristiani della perdita del danaro, ed altrettanto di pena. 200

Edictum Rusticucii. Et elicitur ex Concilio Tolet. IV. & Meldensi cap. 58. *ubi Qui eorum usuras adjuvat*, *eorum perfidiam fovet*, *quia sibi persuadent*, *fœnerari licitum esse*.

Che non portino alle berette, e a' capelli coperta gialla levaticcia, nè appontata, ma ben cucita sopra il cappello, e beretta, e l' una, e l' altra dalla banda di dentro siano foderate dell' istesso colore, o almeno la falda, e non vi portino velo, o fascia nera, ma sia dell' istesso color giallo. E l' Ebree portino il segno scoperto in testa senza mettervi sopra il fazzoletto, o altra cosa sotto pena di scudi 50., e della frusta, e delle pene altre volte imposte. 201

Decreta S. Officii 21. *Junii* 1629. *cap. Nonnullis*, *de Jud. Paul. IV. & Pius V. in suis Constitut.* 3. & 7.

Che non comprino, tengano, vendano, o contrattino in qualsivoglia modo, o colore per se stessi, o mediante altre persone Agnus Dei, o Reliquie de' Santi con ornamento, o senza, Croci, Quadri, Figure, Immagini di Nostro Signore, della Madonna, o di Santi, Officioli, Diurni, Breviarj, Messali, Bibbie Sagre, o altri Ecclesiastici libri, e di Religione Cristiana, tovaglie, paramenti d' Altare, nè qualsivoglia suppellettile sagra, o spettante al culto Divino, ancorchè guasta, stracciata, o rotta, ancorchè per abbrucciare, o cavarne oro, o argento, sotto pena di scudi 200. e della Galera agli Ebrei, e a' Cristiani di detta pena pecuniaria, ed altre ad arbitrio. 202

Decreta S. Officii 28. Maii 1614. 7. Nov. 1613. & 1634. & Edictum Rusticucii.

203 Che quelli che vanno comprando per Roma non portino le robbe che comprano nascose, ma scoperte, e volendole portare in saccoccie, siano di rete con maglie larghe, in modo che si veda ciò, che vi è dentro, sotto pena della perdita della robba, e di 25. scudi.

Edictum Rusticucii.

204 Che non possono tagliare, nè far di pezza vestiti nuovi di sorte alcuna, ma solo rassettare i vecchi, sotto pena della perdita de' vestiti, e di scudi 25. concedendo noi loro quattro mesi di tempo a vender quei lavori, che fin quì si troveranno fatti, o tagliati, pur che ne diino nota fra'l termine di otto giorni nell' Officio del suddetto Notaro, il quale debba spedire ogni cosa gratis, eccettuando i vestiti che faranno, o taglieranno per uso proprio.

Edictum Rusticucii; licet Rota in Romana artis sutoriæ sub die 20. Martii 1620. coram Sacrato censuerit, Hebræos in Urbe commorantes posse conficere indumenta etiam ex nova materia.

205 Che in tutte l'arti, che essi fanno, abbiano da regolarsi con i capitoli di tale Arte, e contravenendo incorrano nell' istesse pene contenute in tal Capitolo di dette Arti, e maggiori ad arbitrio nostro, ne per questo s' intendano sottoposti ai Consoli dell' Arte.

Edictum Rusticucii.

206 Che i loro Fattori procurino con effetto di mandare, e mandino con effetto almeno il numero di ducentocinquanta Ebrei da 12. anni in su alla predica dell' Oratorio, e del luogo solito della Santissima Trinità de' Convalescenti sotto pena di 25. Ducati d' oro in oro di Camera, e d' altre pene riservate al nostro arbitrio per ciascheduna volta, e quelli che manderanno una volta, non debbano mandare nell' altra, ma vadi per turno sempre l'istesso numero di 250. finchè sarà finito il numero di tutti, il qual si ricominci da' primi, che saranno andati la prima volta, seguitando il medesimo Ordine inviolabilmente, ed in modo, che i Giovani, e le Giovani infino all' età d' anni 20. debbano sedere, e star separati da' loro Padri, e Madri, e da altri loro maggiori d' eta, sotto alle medesime pene.

Edictum Rusticucii 14. Octobris 1593.

207 Che tutti gli Ebrei la sera ad un' ora di notte debbano serrarsi dentro il Ghetto, e la mattina non ardiscano uscire, se non per il Portone maestro sotto pena di scudi 25. e d' altre a nostro arbitrio per ogni volta.

Edictum Rusticucii.

208 Che per qualsivoglia pena apposta a' suddetti Capitoli non s' intendano diminuite le pene, che secondo la ragion comune si debbono per tali delitti, non ostante qualsivoglia privilegio da' Sommi Pontefici Predecessori fosse concesso a' detti Ebrei, e d' ogni altra cosa, che facesse in contrario, de' quali fosse anche bisogno farne special menzione di parola in parola, e con qualunque clausule derogatorie, anche delle derogatorie, le quali si abbino qui per espresse.

Edictum Rusticucii.

209 Ed acciocchè le sudette cose abbino la dovuta osservanza, deputiamo esecutori de' nostri Ordini N. N. e vogliamo che la copia del presente Editto pubblicata nel Ghetto degli Ebrei, ed affissa ne' Portoni di esso, abbia l' istessa forza che avrebbe, se fosse a ciascuno di essi Ebrei personalmente intimato. Dato nel nostro Palazzo &c.

210 Quod dictum est, non licere Christianis ingredi cum Judæis idem balneum, nec adhibere Medicum Judæum, nec sumere medicinam a Judæo præparatam, ut loquitur textus *in cap. Nullus* 13. *caus.*28. *qu.*1. intelligendum est extra casum necessitatis, quia in casu necessitatis, ubi alius pro recuperanda, aut conservanda salute idoneus Medicus, vel Chirurgus, quam Judæus haberi nequit, hunc quoque adhibere licet, ut recte advertit Sanchez *lib.*2. *Moral.cap.*31. *num.*8. Silvester *verb. Jud. qu.*1. Pirhing. *lib.*5. *decretal. tit.*6. *num.* 2. & alii passim; Sic etiam dicendum est de usu balnei, & medicinæ a Judæo præparatæ, quia necessitas facit licitum, quod alias est illicitum, *cap. Quoniam* 1. *q.* 7. *c. Omnes* 1. *de Fer. cap. Consuluisti* 3. *de celebrat. Missar.* cum multis similibus, & in qualibet dispositione intelligitur excepta; *cap. Licet, de pœnit. & remiss.* Fagnan. *lib.*1. *Decretal. in cap. Nihil* 44. *de elect. num.*26.

Quod dictum est, non licere Christiano famulari Judæo, ut habetur *ex cap. Ad hæc* 8. *& cap. Et si Judæi*, 13. *de Judæis*, debet intelligi habitando in eadem Domo Judæi, illi enim soli proprie dicuntur famuli; Ita Bonacina, Coninch, La Croix *lib.*2. *cap.*4. *dub.*2. *num.*86. Glassa *in cit. cap. Ad hæc vers. in eorum domibus*; & Abbas *ibid. num.*2. contra Joann. Andr. *ibid. infine*, Felinum *ibid. num.* 3. Barbosam *ibid. num.*4. Gonzal. *ibid. num.*1. Sanchez *in Decalog. lib.*2. *cap.*31. *num.*19. *&* 29. Silvest. *verb. Judæus q.*2. *dict.*3. Reiffenstuel *lib.*5. *Decretal. tit.*6. *num.* 12. Hinc licet extra Domum famulari Judæo, V. G. conduci ad operas, esse colonum, vel agricolam etiam originarium, hi enim proprie non sunt servi; Ita Layman *lib.* 2. *tit.*1. *cap.* 16. *num.* 1. La Croix *loc. cit.* & alii, sic videtur jam obtinuisse praxim.

Quod dictum est, non licere Christianis comedere cum Judæis *ex cap. Omnes* 14. *caus.*28. *quæst.*1. debet intelligi, quod non licet Christianis ad convivia invitare hebræos, nec invitati in conviviis eorum interesse, & maxime illam comestionem cum judæis prohiberi, in qua Judæi discretionem ciborum observant secundum Legem Mosaicam; Non est autem illicitum cum Judæo manducare in eadem mensa, casu quo in eodem diversorio conveniant, & nec Christiani sint invitantes illos, nec invitati ab illis, ut recte advertit Sanchez *cit. lib.*2. *cap.*31. *num.*15. Pirhing. *lib.*5. *Decretal. tit.* 6. *num.*3. Reiffenstuel *ibid. num.*13. La Croix *loc. cit. n.*84. Bonacina, & alii.

Quod dictum est, non licere Christianis familiaritatem habere cum Judæis, intelligendum est de ea solum familiaritate, ex qua periculum perversionis, vel scandalum timeri potest; non autem de ea familiaritate, quæ sine tali periculo, & scandalo contrahitur cum Judæis ratione contractuum; & a fortiori nec de ea, quæ contrahitur cum ipsis ad bonum finem, ut nempe facilius pertrahantur ad nostram Fidem: hoc enim fine licet Christiano (in Fide stabili cum Judæis familiariter agere, bibere, comedere, & hujusmodi; *Communis*.

Quod dictum est, esse prohibitam Christianis comestionem azymorum, debet intelligi, quod sola illa azymorum comestio sit prohibita, quæ fit ritu Judaico, idest ex observatione Legis Mosaicæ, & illa ex qua scandalum posset generari; Ita Suarez, & Coninch, quos citat, & sequitur La Croix *loc. cit. n.*77.

Quod dictum est, non licere Christianis intrare Judeorum Synagogas, volunt aliqui hoc non esse intelligendum, quando abest scandalum, & perversionis periculum, præsertim si fiat ex sola curiositate, & breviter ad observandos, & ridendos eorum superstitiosos ritus, sed esse intelligendum in casu, quo quis frequentaret eas, & diu moraretur in eis, cum scandalo, & periculo perversionis, Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.*31. *num.*17. Azorius *part.*1. *Instit. moral. lib.* 8. *cap.* 22, *in fine*, Reiffenstuel *lib.* 5. *Decretal. tom.* 6. *numero* 19. & alii.

Hebræorum lingua ad pronuntiandum est adeo difficilis, ut S. Hieronymus in illa peritissimus extremitatem, seu superfluitatem dentium sibi limare fecerit ad illam recte pronuntiandum, ut observant Historici illi, quos referunt, & sequuntur Gonzalez *in cap. Ex parte num.*10. *in fine de corpor. vital.* Majol. *de Irregular. lib.*1. *cap.*14. Ursaya *Instit. Crim. lib.*4. *tit.*10. *num.*75.

Hebrei, & Judei, unde sic dicti? Vide verb. Thamuld

Ad hæc est attendenda Constitutio Benedicti XIII. incip. *Alias emanarunt*, edita 21. Martii 1729. in qua confirmatur Constitutio Innocentii XIII. incip. *Ex injuncto* super prohibitione mercaturæ rerum novarum Judeis tum in Statu, tum extra Statum Ecclesiasticum degentibus, in qua inter alia statuitur quod hebræi, qui in detrimentum Mercatorum Christianorum bombycinos folliculos, vulgo Cocconi, o Bocela Christianis emere, & mercari, ac sericum texere, pannosque sericos contexere præsumunt, in posterum id nullimo de possint, expresse declarando, & quod sub novarum rerum merçimonii prohibitionem eis factam, tam texturam, & confectionem serici cujuscumque generis, vel speciei, quam emptionem, & venditionem etiam indirectam novi serici, sive contexti, sive non contexti, ac folliculorum bombycinorum, quos gallico idiomate *Cocon*, italice vero *Coccone*, seu *Boccio* appellant, comprehendi, & comprehensas esse intelligantur; Cum Judæi sola arte *Straccieriæ* seu *Cenclariæ* ut vulgo dicitur, contenti, aliquam mercaturam frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum usui humano necessariarum facere solum possint; Insuper nec ut Medici, etiam vocati, & rogati ad curam Christianorum accedere possint; Nec se a pauperibus Christianis Dominos vocari permittere; Nec Nutrices, seu ancillas, aut alios utriusque sexus servientes Christianos habere, vel eorum infantes per mulieres Christianas lactari, aut nutriri facere; seu Dominicis, vel aliis de præcepto Ecclesiæ Festis diebus in publico laborare, aut laborari, facere seu Christianos quoquomodo gravare, aut contractus fictos, vel simulatos celebrare, seu cum ipsis Christianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem seu conversationem habere. Hinc sancitum est, ut Judæi a Christianorum domibus penitus sint sejuncti, & quod signum aliquod adferant, ut dignoscantur. Hæc, & alia jam prius statuerant varii alii Summi Pontifices, & signanter Clemens IV. Constitution. incip. *Cum sæpe*. S. Pius V. Constitut. incip. *Romanus Pontifex*, Paulus IV. Constitut. incip. *Cum nimis absurdum*; Et dictus Innocentius XIII. Constitut. incip. *Ex injuncto*, ubi & alias supradictorum Pontificum confirmans, uti jam fecerat Paulus IV. inhibet Judæis bona stabilia comparare, & possidere, & etiam conducere, ac hujusmodi.

219 Judæi sunt in servitute apud Christianos, non quidem pœnali, sed Civili, Bened. XIV. tom. 2. Constitut. 28. incip. *Postremo mense* §.11. Hebræi sparsim per Ditionem Ecclesiasticam degentes a S. Pio V. a Sixto V. & a Clem. VIII. in varia loca restricti fuere, nempe a S. Pio V. in solis Civitatibus Romæ, & Ancoræ, a Sixto V. in solis Locis mœnibus septis, a Clemente VIII. in Civitatibus Romæ, Ancoræ, & Avenionis: Cum vero Apostolica Sedes Urbini, Ferrariæque Civitates recepisset, non ejecti fuere Judæi ab iis Urbibus, Oppidisque, ubi antea per Duces iis licuerat commorari, Idem *ibid.* §. 12. Ex quo Hebræi a Christianis Principibus in suis ditionibus tolerentur, sequitur quod nec vi, nec injuriis, contra Asyli jus cum ipsis sit agendum. Idem *ibidem* §. 13. Unde Judæi non vi, sed instructionibus, & suasionibus ad Fidem amplectendam adduci debent; Idem *ibid.* §.37. Sisebutus Hispaniarum Rex Iudæos per vim ad Baptismum suscipiendum impulit: Quod non fuit commendatum; Idem *ibid.* §. 38. *&* 39. Judæis Romæ semel in singulas hebdomadas Evangelium annuntiatur, ipsique hujusmodi prælicationi interesse coguntur. Idem *ibid.* §. 59. *in fine*.

220 Hebræus septennio major, si Catholicam Religionem amplecti se velle ostendat, & de hoc denuntietur, evocari, & interrogari debet de causa, qua motus est, & in Christiana Fide est instituendus cum omni diligentia, ut dignoscatur quo spiritu ad Ecclesiæ societatem optandam adducatur; Idem *ibid.* §.40. *&* 41. Judæus denunciatus de voto suscipiendi Baptismum, non statim retinendus est, nisi indices sint duo saltem testes per omnia conformes, aut omni exceptione majores; Idem *ibid.* §. 16. Et in dubio de ejus vera voluntate Judex Catholicus, qui Romæ est Vicesgerens pro tempore, ejus voluntatem extra Ghettum, vel in ejus Domo, vel in aliqua Ecclesia, vel alio loco sibi benevisò semel, atque iterum, aut etiam pluries explorabit, ut Hebræi consilio clare perspecto, eum tuto jubeat, aut ad Ghettum remitti, aut Cathecumenis recenseri; Idem *ibid.* §. 56. *& sequent.*

221 Hebræus puer, si Baptismum petisse denuncietur, sed rationis usum non habere reperiatur, parentibus est restituendus; Idem *ibid.* §. 40. Si autem ratione præditus inveniatur, & Baptismum petat, sive completo, sive non completo septennio, baptizandus erit, etiam invitis parentibus, Idem *ibid.* §.32. Si autem dubitetur de perfecto rationis usu, non statim restituendus erit, sed differri debet Baptismus, donec certa ratione utens, & auditis Fidei Christianæ documentis, voluntatem suam aperiat, Idem *ibidem* §. 33.

Hebræorum filii, liberi arbitrii usum non habentes, in- 222
vitis parentibus baptizari non debent, Idem *ibid.* §. 45. Judæorum infantes parentibus orbi, & sub tutela degentes, absque Tutoris assensu baptizandi non sunt, Idem *ibid.* §.14.

Hebræorum filii infantes, baptizari possunt, si in mortis pe- 223
riculo inveniantur, Idem *ibid.* §. 8. Item si crudelem in modum a parentibus deserantur, nempe si in loco publico, soli, derelicti, abjecti, atque omni cura, & spe destituti reperiantur, Idem *ibid.* §. 9. Item si ad Baptismum offerantur a Patre etiam invita Matre; Et etiamsi a Matre offerantur sine Patris consensu, Idem *ibid.* §. 15. *&* 16. Item si ab Avo paterno, in cujus potestate sunt, offerantur ad Baptismum, etiam utroque genitore invito, Idem *ibid.* §. 17.

Judæorum infantes oblati a parentibus, qui semel dixe- 224
runt se Catholicam Fidem amplecti velle, etiamsi parentes a proposito recedant, sunt baptizandi, Idem *ibid.* §.58. Qui autem infantiam excesserint, non cogendi, sed retinendi sunt ad tempus longe a parentum consuetudine, donec instructi, de statu suo deliberent, Idem *ibid.* §. 18.

Hebræi infantes, si valide baptizati fuerint invitis parenti- 225
bus, eis restituendi non sunt, etiamsi spondeant se eos Christianos reddituros cum ad convenientem ætatem pervenerint nihilque illis contra Fidem Catholicam tradituros, Idem *ib.* §. 30. Judæorum infantuli a Nutrice, aliove illicite, sed valide baptizati a Christianis educandi sunt & cum ad rationis usum pervenerint, ad perseverantiam in Fide Catholica cogendi, Idem *ibid.* §.27. Judæorum filii supra infantilem ætatem constituti quibus non expresse petentibus, collatum fuerit Sacramentum Baptismi, retineri debent, omnique ratione exploranda est eorum voluntas, Idem *ibid.* §. 27.

Hebrææ mulieres a Maritis, aut ipsis, ad Baptismum 226
oblatæ, quando retineri debeant, fuse ostenditur ab eodem Pontifice *ibid.* §. 18. *& sequent.* nempe quod quotiescumque sponsus Hebræus Christianæ Religioni nomen dare statuerit, & Evangelio sponsam offerat prudenter, ac diligenter interrogetur, quomodo sponsalia probentur. Et argumenta sponsalibus comprobandis idonea erunt, si tanti esse ponderis, & momenti videbuntur, ut contracta inter Catholicos sponsalia iisdem rationibus evinci aperte, ac tuto valeant. Etsi probationes tales fuerint, e vico, seu Ghetto evocanda erit mulier, & semel, atque iterum, aut quamdiu opportunum judicabitur, ejus voluntas in Ecclesia aliqua, aut alibi exploranda, ac demum, aut innata in pervicacia, atque errore relinquenda, si respicere nolit, aut inter Cathecumenos retinenda est, ut instruatur, si conversionis certa spes aliqua oboriatur. Cum autem sponsus aut alius quilibet fide dignus talia argumenta proferat, quibus plane constet sponsalia vere contracta fuisse, apud ipsos Hebræos valida, atque obligatoria, tunc illico inter Cathecumenos collocanda est mulier, ubi tamdiu versabitur, quamdiu necesse erit, dummodo quadraginta dierum spatium non superetur Idem *ibid.* §. 69. *&* 70. *Vide ibi*, ubi multa scitu digniss ima.

Judæi si accepto Baptismo, ad Judæorum Scholam rede- 227
ant, contra eos legibus agendum est, uti contra hæreticos *Judaizantes*; Idem *ibid.* §. 29. Hebræus, qui se ad Fidem convertit, conjugem hebræam interpellare debet, velit necne, Christianam veritatem amplecti, & sine Creatoris injuria cohabitare; Idem Const. 38. incip. *Apostolici Ministerii*. Quod si ipsa recusset, maritus liber efficitur; non tamen potest ei *Libellum repudii* Judaico ritu mittere: Idem *ibid.* Hebræis conversis prohibetur quovis modo, sive in Judæorum vico, aut *Ghetto*, sive extra coram Notario, aut testibus Christianis, *Libellum repudii* dare uxoribus, recusantibus se convertere. Et eadem procedunt pro mulieribus conversis quoad maritos in Judaismo remanentes; Idem *ibid.*

Judaizantes habentur, & contra eos de more proceditur, 228
quicumque post Baptismum *Repudii Libellum* judaicis ritibus dederint conjugi non converso; Idem *ibid.* Atque etiam, si 229
id fecerint coram Notario, & testibus Christianis, licet tunc minori pœna plectendi sint; Quod si intra Vicum, seu *Ghettum* fiat, pœnæ statuuntur etiam contra Universitatem Judæorum; Idem *ibid.*

Descendentes ab Hebræis non sunt arcendi ab Ordinibus, 230
& Beneficiis, nisi aliter in erectione Beneficii a Fundatore cautum fuisset, vel aliter Summus Pontifex decrevisset; Idem *de Synodo Diœcesana lib.*4. *cap.*65. *num.*4. per text. in cap. *Eam te* 7. *de Rescriptis*, ibi: *Pro eo vero, quod Judæus*

exti-

exiterit, ipsum dedignari non debes. Idem quoque dicendum de illis, qui ex infidelibus descendunt. *Ibid.* §. 4. Idemetiam dicendum de Ordinibus Sacris. *Ibid.* §. 5.

231 Hebræi Beatum Andream Rhinnensem, & Beatum Simonem Tridentinum primæ ætatis infantes in odium Christi occiderunt. Benedict. XIV. Constitut. incip. *Beatus Andreas* §. 1. & 5. Qui *ibid.* §. 17. plures alios infantes Hebræorum crudelitate, perditoque in Christum odio necatos recenset.

* Christianis vetitum est sub excommunicatione cum
232 Hebræis cohabitare, ex *cap.* 5. *de Judæis*. De Synodo Diœces. *lib.* 6. *cap.* 4. §. 2. sicut nec accepta mercede servitium illis assiduum impendere.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 NON incongrua hic est quæstio, utrum iis in casibus in quibus Leges Hebræorum forenses contrariæ sunt juri communi, vel particulari quorumcumque locorum, controversiæ inter ipsos motæ decidendæ sint secundum forenses eorum leges, an secundum jus commune, vel particulare? Distinguunt communiter Doctores, inter *ordinatoria judicii* & *decisoria*, id est inter *formalia processus*, & *materialia, seu merita causæ*. In illis jus commune, in his vero jus proprium forense observandum censent. Consule *Fermosin. ad Rubric. tit. Decretal. de Judæis quæst.* 3. *num.* 9. *Ciryac. controv. forens.* 241. *num.* 11. *Sard. decis.* 233. *num.* 3.

2 Hinc inferunt, ætatem minorem Hebræorum non ex jure communi, sed forensi eorum æstimandam esse, ut Masculi annorum quatuordecim, Fœminæ duodecim pro majorennibus habeantur, ad effectum ut restitui in integrum ne-
3 queant; testamentum hebræorum valere duobus, vel tribus
4 adhibitis testibus; in successionibus ab intestato Masculos Fœ-
5 minis præferri; valere testamentum hebræi relinquentis filio legitimam, absque institutionis titulo &c.

6 Hujus sententiæ potissimum fundamentum assignatur quod Leges & consuetudines hebræorum, quæ non sunt specialiter prohibitæ, nec directe sunt in contemptum nostræ fidei, iis sunt permissæ *per C.* 3. *D.* 45. *C.* 7. *& 9. de Judæis l.* 10. *&* 12. *C. eod.*

7 Quæritur etiam, an id ipsum obtineat, si controversiæ sint Hebræos inter & Christianos? Sed in hac quæstione etiam in
8 *decisoriis* secundum jus commune vel particulare judicandum esse, plerique admittunt, licet in casibus particularibus admodum dissentiant. Confer *Fermosin. ad Rubric. decretal. de Judæis dict. quæst. num.* 10. *Cyriac. dict. controv. forens.* 241. *num.* 12.

9 Meo autem judicio sive controversiæ sint inter ipsos hebræos, sive hebræos inter & Christianos, standum est etiam in *decisoriis* juri communi vel particulari, ut sentit, & quidem recte *Bohemer. in decretal. lib.* 5. *tit.* 6. §. 60. *Sant Judæi* (inquit) *Legum suarum tenacissimi. reliquas sperunt, nihilque magis curæ cordique habere solent, quam ut se ex leges faciant intuitu Legum localium. Id vero adeo rationibus civilibus adversatur, ut nullo jure defendi queat. Imo quia se facile a Legum obligatione eximere sueverunt. hæc prima a plurimis præcautio commentata est, ut non aliter recipiantur quam sub hac lege (quam vis etiam hæc per se ex natura subjectionis subintelligatur) ut actiones suas civiles ad jura loci communia componant.*

10 Quod autem attinet ad textus adductos, ii unice statuunt, ut hebræi in solemnibus ritibus sacris, aliisque, quæ ad cultum sacrum pertinent, non sint inquietandi, observante *Bohemero ubi supra*.

11 Ex his patet, eo minus hebræis esse deneganda jura illa communia, quæ ne quidem legibus ipsorum Forensibus sunt
12 contraria. Sic liberos habent in potestate non secus ac Christiani, *Cap. final. de Convers. Fidel. Knipschildt. de Civit. Imper. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 26. *& sequent.* Nec hebræorum li-
13 beri per id temporis quo sub patria sunt potestate condere valent testamenta, suntque Parentibus suis hæredes non aliter ac Christiani; *Tiraquell. de Jur. Primog. quæst.* 66. *num.* 2.
14 Fœminæ prodote sua communi privilegio gaudent, quod in *L.* 12. *C. qui potior. in pignor.* traditur, *Tiraquell. cit. loc. num.* 10.

15 Non æquali tamen semper jure utuntur quando agendum
16 est ipsis cum Christianis, hebræi testimonium ferre non possunt contra Christianos, si vel maxime Christianus contra Christianum agat, *L.* 21. *C. de Hæretic.* Ceterum si lis sit Chri-
17 stianum inter & hebræum, & ille hebræum produxerit testem, statur testimonio hebræi etiam contra Christianum, quippe quia Christianus hebræum producendo ipsum approbavit, *Bohemer. in decretal. lib.* 5. *tit.* 6. §. 70. Similiter nec 18
hebræi inhabiles testes sunt in Christianorum Contractibus & ultimis voluntatibus, quod disertis verbis exceptum est *in dict. L.* 21. *C. de Hæretic.* At testimonium Christiani contra 19
hebræos in omnibus causis recipiendum est, *cap.* 21. *de Testib.*

Hebræi Actoribus Christianis instrumenta edere semper te- 20
nentur *ob Clementin. unic.* §. *Cæterum*, *de Usur.* qua cautum, ut libri Usurariorum semper edi Actoribus debeant. Id quod ab hebræos ideo extenditur, quod ii præsumuntur usurarii; *Pacian. de Probat. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 65. At id meo judicio tunc admitti potest, quum ob usurariam pravitatem contra hebræos agitur.

De eo est magna inter Doctores dissensio, an hebræus ad 21
mitti possit ad juramentum suppletorium contra Christianum. Vide *Bohemer. in decretal. lib.* 2. *tit.* 20. §. 3. *Mynsiiner. censur.* 5. *observ.* 6. *Berlich. part.* 1. *conclus.* 54. *numer.* 67. *& Berger. in discept. For. ad Processs. Sanxon. tit.* 21. *observ.* 1. *not.* 8.

Nec convenit inter Doctores, an hebræi mercaturam exer- 22
centes, jure ceterorum mercatorum frui debeant, quod eorum libris deferri solet. Affirmat *Bohemer. in decretal. lib.* 2. 23
tit. 22. §. 9. At videtur negare & quidem rectius *Hornius Class.* 24
XI. Responsi. num. 87. Adisis ipsum loco citato.

Additio Censoris Theologi.

Adest Epistola Benedicti XIV. ad Archiepiscopum Tarsensem, quæ est de hebræorum Baptismo, in qua plures casus resolvuntur, quorum solutio plurimum confert ad solvenda dubia, quæ circa hæbreos conversos oriri solent. Principio itaque statuit Summus Pontifex, non licere baptizare hebræorum infantes, eorum invitis Parentibus, & deinceps ad casus descendit, in quibus eos baptizare liceat.

§. I.

De Infantibus in extremo vitæ periculo constitutis.

Cum id eveniat, ut ab aliquo Christiano Hebræorum Puer morti proximus reperiatur, rem oppido laudabilem, Deoque gratam is certo efficiet, qui salutem puero aqua lustrali præbeat immortalem, inter cetera Congregationis Sancti Officii decreta unum extat latum postridie Kalendas Novembris anno 1673., *cujus verba hæc sunt*,, Cum Filius hebræorum consignatus fuisset Nutrici Christianæ in deficientia Nutricum hebræarum, dum esset proximus morti, fuit baptizatus, & Sacra Congregatio declaravit, prædictum puerum fuisse licite baptizatum ,, . *Cum quo convenit alterum emanatum die* 18. *Februarii anno* 1705. *quæstioni respondens fel. mem. Præsulis Caroli Maigrot; illud autem est hujusmodi*. An filii infantes Infidelium possint baptizari invitis Parentibus? Eminentissimi, audito voto DD. Consultorum, dixerunt, non licere nisi in articulo mortis. Gobat. *in Theologia experimentali tractatu* 2. *caus.* 11. *num.* 329. ,, maxime commendat virum ,, Religiosum de societate Jesu, qui cum vi quasi coactus ,, Mahumetani domum esset ingressus, veluti Medicus, ejus ,, puellam morti proximam invisurus, eam caute baptizavit, ,, quin id Pater cognoverit; quæ quidem puella post menses ,, aliquot, ex hac vita emigrans ad Cœlum feliciter evolavit. Conveniunt quoque in eamdem sententiam *Suarez* in ,, tertiam partem ,, *S. Thomæ disp.* 78. *q.* 25. *art.* 3. §. *Ex his autem*, *Becanus de Sacram. Baptismi cap.* 10. *q.* 7. *num.* 7. Hurtadus *de Sacr. Bapt. disp.* 3. *diff.* 3. Azorius *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 25. *quæst.* 10. Castropalaus *tract.* 19. *disp. unic. de Bapt. punct.* 9. *num.* 16. Paschal. *de viribus patriæ potestatis part.* 1. *num.* 11. Barbosa *in Canon. Judeorum* 18. *quæst.* 1. *numer.* 3. ,, Ad hanc rem præclare facit epistola S. Francisci Xaverii ,, pag. 67. Romæ typis edita, in qua confirmans Patrem ,, Franciscum Henricum, quod quereretur, paucos a se Infi- ,, deles in Indiis ad veri Numinis cultum revocari, sic scri- ,, bit ,, Plus itaque proficis, quam tu putas, infantes diligentissime conquisitos per Baptismum Cœlo parturiendo; *Nam certum est, Xaverium hic loqui de Indorum Infantibus extremum vitæ agentibus, quos Pater Franciscus Henricus rite, ac licite baptizabat* ,, At memento, te octo mensibus, quibus isthic versaris, plures animas conservasse moribundis infanti- bus baptizandis.

§ II.

§. II.

De Infantibus expositis.

„ SI item evenerit, ut puer aliquis hebræus projectus esset, „ atque a Parentibus derelictus, communis sententia „ omnium est, pluribus quoque confirmata judiciis, eum „ baptizari oportere, reclamantibus etiam, repetentibusque „ parentibus, ut recte docent Azorius *Inst. Moral. part.* 1. „ *lib.* 8. *cap.* 25. *quæst.* 5. Ricciol. *Lucubrat. lib.* 2. *cap.* 32. *numer.* 30. Clericatus de Jurisdictione *discord.* 17. *num.* 12. „ Sessa de Judæis *cap.* 51. *num.* 110. *& seqq.* At hebræorum „ parentes patriam se in filios habere potestatem contendunt „ nec plane injuria. Compertum est patriam potestatem, „ neque ad jus divinum positivum, neque ad jus naturale, „ neque ad jus gentium pertinere, sed *juris*, ut ajunt, *humani Romani* esse; Cum autem Civitate Romana Antoni- „ nus Imperator omnes Imperio Romano subjectos donave- „ rit, juxta ea, quæ leguntur in l. In Orbe Romano, quæ- „ que in aliis exemplaribus incipiunt In Urbe Roma ff. de „ statu hominum, & hebræi Imperio Romano tunc esent „ subditi, hoc ipsis argumentum suppeditat pro patria in „ filios potestate; *Sic differit* Abbas *in cap. cit. ex lit. num.* 3. „ *de convers. Infidel. Judæus habet filium in potestate, & est „ ratio, quia Judæi contrahunt justas nuptias. sunt sub Roma- „ no Imperio, & sic gaudent legibus imperialibus*. Sed itidem „ plane constat, prædictam patriam potestatem tunc certe „ amitti, cum filius derelinquitur, projiciturque; juxta res- „ ponsum *Gregorii IX. cap.* 1. de Infantibus, & languidis ex- „ positis, cujus hæc sunt verba: *Si a Patre, sive ab alio, „ sciente ipso, aut ratum habente (relegato pietatis officio) „ infans expositus extitit, hoc ipso a potestate fuit patria „ liberatus*.

„ Animadvertendum tamen est, eum infantem non inter pro- „ jectos, expositosque adnumerandum, quem sine Patre, „ sine Matre, nullo comite, aut per Urbem, aut extra he- „ bræorum vicum temere vagantem inveneris, sed quem „ in loco publico solum, derelictum, abjectum, atque omni „ cura, & spe destitutum offenderis, is absque dubio proje- „ ctus, is sane expositus censendus est.

§. III.

Declarationes circa casus præmissos.

„ POstquam casus magis obvios exposuimus, in quibus „ nostra hæc regula prohibet, hebræorum infantes, in- „ vitis parentibus, baptizari, aliquas insuper declarationes „ addimus ad hanc regulam pertinentes, quarum hæc prima „ est: si parentes desint, infantes vero alicujus hebræi tutelæ „ commissi fuerint, eos sine tutoris assensu licite baptizari „ nullo modo posse, cum omnis parentum potestas ad tutores „ pervenerit Sic Azorius *Instit. Moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 28. „ *quæst.* 9. *Thomas a Jesu de Convers. gent. pag.* 211. *Sessa de „ Jud. cap.* 25. *num.* 32. alios præterea Doctores eadem sen- „ tire non ignoramus, a quibus recensendis brevitatis gratia „ supersedemus.

„ Secunda est, si Pater christianæ Militiæ nomen daret, „ juberetque, infantem filium baptizari, eum quidem, vel „ Matre hebræa dissentiente baptizandum esse cum filius non „ sub Matris, sed sub Patris potestate sit habendus juxta „ textum in lege Nulla ff. de suis, & legitimis hæredibus, & „ in §. Fœminæ, Instit. tit. de adoptionibus, quod quidem „ verbum statuit Gregorius IX. in sua Decretali ad Argenti- „ næ Episcopum scripta, & relata in cap. Ex litteris, de con- „ versione Infidelium.

„ Tertia est, quamvis Mater filios sui juris non habeat, ta- „ men ad Christi Fidem si accedat, & infantem offerat bapti- „ zandum, tametsi Pater hebræus reclamet, eum nihilominus „ aqua baptismatis abluendum esse; Ita cum ceteris Azorius „ verba facit in loco præfato, *Ubi de communi fidei bono agitur „ nulla habenda est ratio patriæ potestatis, quam leges, & ju- „ ra Romana sanxerunt; & propterea Mater fidelis, quamvis „ ei jus civile patriam potestatem non tribuat, jus habet ab „ baptismum filium offerendi*: huic quidem sententiæ favet „ prædicta Decretalis Gregorii IX., in qua licet loquatur de „ patria potestate in eo casu, quem explicabat, Patris nem- „ pe Christiani filium aquis lustralibus offerentis, Matre he- „ bræa perperam discrepante: statuit tamen sententiæ suæ in „ favore fidei fundamentum: *Infavorem maxime fidei Chri- „ stianæ respondemus, patri eumdem puerum assignandum*; „ favor autem fidei in utroque casu valere plurimum jure „ debet.

„ Quarta est, quod si pro certo habeatur, parentum volun- „ tatem esse infantium baptismati necessariam, quoniam sub „ appellatione parentum locum quoque habet paternus avus, „ ut observatur in l. Justa interpretatione 201. *ubi Glossa in* „ in verbo Avus ff. de verb. signif. cum eo, quod amplius „ legi potest *in discept. 977. num.* 4. Gratiani. Hinc neces- „ sario sequitur, ut si paternus avus Catholicam fidem am- „ plexus sit, ac Nepotem ferat ad sacri lavacri Fontem, quam- „ vis mortuo jam Patre, mater hebræa repugnet, tamen in- „ fans sit absque dubio baptizandus. Martinus Navarrus vir „ Sacrorum Canonum doctrina excellens, cum hic Romæ „ casus hujusmodi evenisset plus valere contendebat Matris „ dissensum, ut videre licet in ejus *cons.* 4. *lib.* 3. de conver- „ sione Infidelium. Contra eum scripsit Præsul. Rutilius Ben- „ zoni; Pontifex autem Gregorius XIII. pro avo sententiam „ tulit, ut ipse refert in suo Speculo Episcoporum *lib. q.* 9. „ *dub.* 1. ubi testatur, hebræo infanti baptismum se contulisse. „ Quamobrem in fine Consilii Navarri hæc leguntur, *Ad- „ vertendum a tem, contra opinionem, latam sententiam in- „ fantemque traditum fuisse avo Christiano, & demum bapti- „ zatum, perseverareque adhuc infide*. Hujusce facti Mar- „ chinus etiam testis est, de bello Divino *part.* 1. *cap.* 2. Non „ desunt alia judicata, quorum vi avus ad fidem conversus „ præferri debet, non solum si Mater, sed etiam si Pater „ dissentiat. & quavis ambo pariter protestentur, se le fi- „ lii baptismati non assentiri, ut videri potest *in. cit. discept.* „ 677. Gratiani, cum præter favorem Religionis, qui ma- „ ximi habendus est, argumenti loco etiam esse debeat *Text.* „ *in Can. Patrem* 32. *q.* 3. ubi in neptis *nuptiis*, avi sen- „ tentia patris judicio anteponitur, cum avus liber, pater „ autem servus exitit „ . Patrem puellæ Ecclesiæ nostræ famulum, avum vero ejus liberis ortum constat esse na- „ talibus, & ideo avi magis electionem de conjunctione neptis, „ quam patris ejus, cujus nullo modo lib erum potest esse „ arbitrium, decernimus attendi. Quia ergo electione avi „ huic ista nupsisse probatur, hanc constat legitime esse „ copulatam.

§. IV.

De Patre Hebræo, qui se Religionem Catholicam amplecti velle prædicet, ac se filiosque baptizandos offerat, postea vero sui se consilii pœniteat, abnuatque filium baptizari.

IN *Mantuæ evenit, ubi Hebræus quidam non modo cum viro perhonorificum dignitatis gradum tenente. sed ipso etiam cum Duce id rei gessit. Duos habebat infantes liberos, totidemque pueros atque uxorem, cumque deinceps ad Christi fidem accedere recusasset, Ducique spem frustratus esset, res ad examen deducta est in Congregatione Sancti Officii, ac Pontifex die* 24 *Septembris anni* 1699. *statuit ea fieri, quæ sequuntur*,, Sanctissimus, auditis votis Eminentissimorum, decrevit, quod duo filii infantes, alter scilicet triennis, alter quinquennis, baptizentur. Alii, nempe filius octo annorum, & filia duodecim, collocentur in domo Cathecumenorum, si ea Mantuæ adsit; sin minus, apud piam honestamque personam, ad effectum explorandi ipsorum voluntatem, eosque instruendi. Uxoris quoque in loco a filiis separato exploretur voluntas. Patrem vero, & Maritum respective, quia a proposito suscipiendæ fidei Christianæ recessit, non esse cogendum, sed contra eum posse procedi, prout de jure ,, . *Id ferme accidit Augustæ Taurinorum, ubi cum Hebræus quidam Religionem Catholicam, amplecti nollet, postquam id se facturum promiserat, cumque instaret, ut filiola, quam baptizandam obtulerat, ideoque a Matre Hebræa jam ablatam Christianæ Nutrici laudandam dederat, in potestatem rediret suam: Congregationis Sancti Officii auctoritate Romæ sancitum fuit, ut puellula Christianos penes esset, & ad Sacrum regenerationis Fontem elevaretur, quod videri potest* apud Sessam *c.* 51. *num.* 98. *Hoc autem prudenter statutum est, ne scilicet Parentes Hebræi, quibuscum Summa equitate apud Christianos agitur, eo impudentiæ deveniant, ut & nos, & Ecclesiam audeant irridere.*

§. V.

§. V.

De Infidelibus, qui Baptismum recipiunt ob bonum aliquod temporale.

Sunt quoque aliqui Infideles, suos infantes Christianis offerre soliti, ut aquis salubribus abluantur, non tamen Christi ut stipendia mereantur, neque ut originalis culpa eorum ex anima delatur: sed id faciunt indigna quadam superstitione ducti, quod nempe Baptismi beneficio existimant, eosdem a malignis spiritibus, a foetore, aut morbo aliquo liberandos. S. Augustinus *in Epistula ad Bonifacium Episcopum tom. 2. typis Patrum S. Mauri num. 5. de hac re ita disserit* „ Nec illud te „ moveat, quod quidem non ea fide ad Baptismum percipiendum parvulos ferunt, ut gratia spirituali ad vitam regenerentur æternam, sed quod eos putant hoc remedio temporalem retinere, vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, qui non ab istis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos necessaria ministeria, & verba Sacramentorum, sine quibus consecrari parvulos non „ potest. *Mens quippe non infantem baptismo offerentis, sed baptizantis est serio consideranda*; At non parentum, sed ministrorum mens est spectanda; hi enim si bona, & recta mente voluerunt exequi, quod Ecclesia postulat, omnino baptismum valide contulerunt. *Verba sunt Arcudii lib. de concordia Ecclesiæ Occidentalis lib. 1. cap. 12.*

Res ad examen vocata fuit in Synodo habita anno 1148. *sub Patriarcha Luca, de qua Synodo sermonem habet Balsamon* super Canone 84. Trullano. *Agareni quidam Synodo adfuerunt, qui ut baptismum reciperent, invitati illico responderunt; Se se jam pridem Sacro Baptismate initiatos; nam id in more fuam apud gentem esse dixerunt, infantes vix natos, ad Sacerdotes Catholicos deferri solitos, ac baptizari:* Non tamen admissi fuerunt; audierat enim (prædictus scilicet Patriarcha) quod Baptismus, quem infideles a Christianis petunt, non bona affectione, & Orthodoxo proposito petitur, sed propter corporalem medicinam. Persualam est enim Agarenis, fore ut sui liberi a dæmone vexentur, & tamquam canes male oleant ni si baptismum Christianum assequantur. *Verba sunt Balsamonis e Græco sermone in Latinum versa a Cardinale Baronio ad an.* 1148., *unde significari videtur illius Concilii Patres Baptismum ratum, ac validum nequaquam existimasse.* Propositum fuit hac de re dubium supremæ Inquisitioni, ejusque decreto in hunc modum solutum die 6. Septembris 1625. Sac. Congreg. Universalis Inquisitionis habita coram Sanctissimo, relatis literis Episcopi Antibarensis, in quibus supplicabat pro solutione infrascripti dubii: An cum Sacerdotes a Turcis, ut baptizent eorum filios, non ut Christianos efficiant, sed pro corporali salute, ut liberentur a fœtore, comitiali morbo, maleficiorum periculo, & lupis, an in tali casu possint saltem ficte eos baptizare adhibita baptismi materia sine debita forma? Respondit negativè, quia Baptismus est janua Sacramentorum, ac protestatio fidei, nec ullo modo fingi potest. *Neque hoc loco prætermittendum est vigesimam nonam inter propositiones ab Innoc. XI. damnatas die 2. Martii* 1679. *esse hujusmodi:* Urgens metus gravis est justa causa Sacramentorum administrationem simulandi.

§. VI.

Non esse conferendum baptismum, ubi adsit periculum perversionis.

IN *Congregatione Sancti Officii habita die 3. Maii* 1703. decretum fuit, *Baptismum conferre infantibus non licere, qui filii Infidelium essent, atque in eorum potestate mansuri. Hoc tamen decretum eos excepit pueros, qui gravissime ægrotantes vita periclitarentur.* Non licere, si sint filii Infidelium, & in potestate eorum relinquendi, secluso tamen mortis imminentis periculo. *Licere autem, si filii quidem Barbarorum sint, sed jam Christi militum, dum tamen aut a viris Apostolicis illic degentibus, aut ab ipsis parentibus, de Sanctæ Religionis præceptis, ac mysteriis edoceantur, cum adoleverint.* Licere vero, si sint filii Barbarorum baptizatorum; curandum tamen per Missionarios, ac per ipsos met eorum parentes, ut cum ad annos discretionis pervenerunt, a se vel ab aliis instruantur, præsertim in illis regionibus, si non prævideantur in promptu adfuturos *Ministros* Evangelicos, qui in hoc parentum commode supplere possint defectum. „ In Servia audivimus pauperculas esse mulieres Christianas inito cum „ Turbis matrimonii vinculo copulatas, quæ cum filium pa„ riunt, eum Sacerdotibus offerunt, ut baptizetur. Idcir„ co postulatum fuit, qui debeant in casu hujusmodi se ge„ rere Sacerdotes? De hac re decretum habetur in nostro „ *Bull.* 2. 89. §. 8., ubi apparet, conferendum esse Baptis„ mum, si constet mortem oblato puero imminere „: Itarum vero filios, quos Parochis baptizandos exhibent, ubi eorum vitæ periculum imminere videatur, sacro lavacro abluere prædicti parochi maxime debent, admonitis Matribus, ut si convaluerint, ipsos in Christiana Religione sedulo edu„ care curent; „ Si nullum adsit vitæ periculum, certa re„ gula generalis statuta non est, cum oporteat diligenter om„ nes expendere circumstantias, & præsertim „ vel eos in in Evangelicæ legis, & fidei cultu perseveraturos, vel Christiana educatione ab ejusmodi matribus fraudatos, Mahumetani Patres impietatem secuturos esse. „ Si Sacerdotes, post„ quam piè, & religiosè hoc negotium Deo commendave„ rit, æquum bonumque existiment, prædictos infantulos „ baptizare, id quidem facerent, matres tamen enixe admo„ nerent de gravissimo, quo tenentur, munere filios de Chri„ stiana Religione sedulo edocendi.

§. VII.

In casibus illicitis collatum Baptismum validum esse.

HUjus rei plures Sacrarum Congregationum solutiones affert, ex iis unam proferam ex Congreg. S. Officii habita die 30. Martii 1638. circa Baptismum datum parvulæ puellæ annorum trium circiter filiæ hebræorum a Faustina Christiana, invitis parentibus, Eminentissimi Domini censuerunt, parvulam puellam esse vere baptizatam, concurrente materia, forma, & intentione; Baptismum probari unico teste & quamvis filii hebræorum non possint invitis parentibus baptizari, si tamen de facto baptizentur, valere Baptismum, & characterem imprimi, & filiam baptizatam penes Christianos alendam, mulierem baptizantem acriter monendam, ut imposterum caveat a similibus, notificandum vero populo, non licere invitis parentibus filios hebræorum baptizare, quia licet finis sit bonus, media non sunt licita, præsertim stante Bulla Julii III. imponente pœnam mille ducatorum, & suspensionem baptizantibus filios hebræorum invitis parentibus. *Not.* „ Dum dicitur, *Baptismum unius testimonio comproba„ ri*, intelligendum est, dummodo testi aut mari, aut fœmi„ næ, fides adhiberi prudenter possit, aut idem si testatur qui „ baptizavit; hic siquidem se ipsum asserens Baptismum hæ„ bræo infantulo ministrasse, non rem modo a se gestam, sed „ etiam pœna dignissimam suo se ipse testimonio confirma„ ret „ sunt verba ejusdem Pontificis, qui alium quoque refert casum in Congregatione Concilii propositum, & resolutum die 15. Januarii 1724. de infantulis projectis, qui ad Xenodochium eruntur chartam collo suspensam præferentibus, in qua scriptum legitur jam Baptismum eisdem fuisse collatum. Resolutio hæc fuit; „ Si non lateret, qui chartulam scripse„ rat, eidemque fides tuto præstari posset, tunc infantem ut „ baptizatum habendum, ac ne baptismo quidem initiandum „ sub conditione.

Altera Constitutionis pars de adultorum baptismate agit, ac *primo* statuit, puerum sui compotem, & quodammodo adultum censeri, dum septennium compleverit, regulariter loquendo, sed hac in re: „ certissima regula est, *inquit*, quod „ si circa illam ætatem certo constat, puerum fidei Cathe„ chismis instructum satis intelligere, quidnam sit baptizari, „ & quemadmodum sit professio Christianæ legis, baptizan„ dus est, quoniam ætas ad contrahendum matrimonium le„ ge humana statuitur; lex autem divina baptismi neutiquam „ ab humana dependet.

Secundo. Si de perfecto rationis usu dubitetur, monet, Sacramentum esse differendum, sed hoc qui postulat, retinendum esse, ac sic interea informandum, ut idoneus accedat baptismati postmodum suscipiendo.

Tertio. Si quis adultus ad salutis fontem accesserit voluntate animatus accipiendi, non quodcumque lavacrum, sed unice Ecclesiæ proprium ac peculiare, baptismum esse validum dubitari non posse.

Quarto.

Quarto. Si quis baptismum accipiens præsenti voluntate careat, quam alias tamen habuerit, talis suscipiendæ lotionis, qualis in Ecclesia frequentatur; tunc examinare oportere, utrum voluntas antecedens, nunquam deinceps retractata, adhuc moraliter perseveret. Nam ubi nulla præcesserit retractatio, & moraliter perdurare intentio videatur, est certe validum Sacramentum.

Quinto. Si nulla sit dubitatio, planeque constet, ac luce clarius, adulto baptismum accipiendi nullam prorsus fuisse voluntatem, aut intentionem, nil restare aliud, quam eumdem & hortari & admonere, ut rite id faciat, quod jam irrite fecit, & suscipiat absolute, ac libere Sacramentum, ac si obstinare repugnet, tum nihil aliud superesse, nisi ut remittatur. Si autem res in dubio sit, nec intelligi possit, retinendum esse, baptizandumque sub conditione. Qui vero ita baptizati sint, omnino Fidem Catholicam observare tenentur.

Sexto. Si denuncient, hebræum serio petiisse Baptismum, aut duo testes singulares, aut unus tantummodo, sed fide dignus & omnem citra dubitationem idoneus, & multo magis si adminiculis suffultus; tunc habito testium, vel testis examine, non oportere hebræum ad Cathecumenos ducere, sed Judex Catholicus, qui Romæ est Vicegerens pro tempore, ejus voluntatem extra vicum, vel domi suæ, vel in Templo aliquo semel atque iterum, aut etiam pluries explorabit, ut hebræi consilio clare perspecto, & cognito, eum tuto jubeat, aut ad vicum remitti, aut Cathecumenis recenseri.

Septimo demum. Virum aut sponsum hebræum Christi legem amplexum jure optimo oblationem facere suæ vel uxoris, vel sponsæ, in quam jus a Legibus & auctoritatem sibi concessam habet. Facta vero hæc oblatio, nec sane potest, nec omnino debet a Christifidelibus recusari, qui tenentur nulli parcere diligentiæ, nullique studio, ut Christiana veritas jam viro, aut sponso cognita, uxori quoque aut sponsæ lucem afferat, ac salutem: eo vel maxime, quod Romani Pontifices licet Judæis vim fieri quoad Religionem severe prohibeant; palam tamen significant, nihil sibi antiquius esse, optabilius nihil, quam ut iidem aliquando è tenebris ad lucem, ab errore ad veritatem veniant; ideo semel in singulari hebdomadas iis publice Evangelium annuntiari, eosdemque jubent sacris hisce Concionibus interesse, *ut apparet* in Constitut. 1. Nicolai III., & Constit. 106. Gregorii XIII.

HEMORRHOISSA A CHRISTO SANATA,

Additamenta novissima Auctoris.

HEmorrhoissa a Christo Domino a profluvio sanguinis liberata, de qua *Luc.* 8. *v.* 43. S. Ambrosius de Salomone *cap.* 5. arbitratur, quod fuerit S. Martha. Eusebius *histor. Eccl. lib.* 7. *cap.* 17. asserit, quod fuerit quædam mulier ethnica ex urbe Paneadis ad Jordanis fontem sitæ, quæ grati animi ergo ob relatam gratiam Salvatori statuam erexit, quam suis inspexisse oculis Eusebius ipse testatur. Et Sozomenus *lib.* 5. *cap.* 20. & Philostorgius *l.* 7. *cap.* 7. ad ætatem usque Imperatoris Juliani eam perdurasse commemorant, apud Calmet, verb. *hemorrhoissa*. Clericatus autem nelle *Spiche*, verb. *hemorrhoissa*, tenet, quod fuerit nobilissima & ditissima femina e Cæsarea Philippi oriunda, & juxta communem opinionem vocaretur *Berenice*, che vuol dire *Veronica*, & esset illa pia mulier, quæ proprio suo sudario vultum Redemptoris Nostri Crucem ad Calvarium ferentis, copioso sudore & Sanguine conspersum absterserit; in quo sudario facies dolorosissima ipsius Jesu Christi remansit miraculose impressa. Et ibi insuper ita subjungit: di quello pure il Masini nella sua scuola del Christiano alla pag. 247. nota questa erudita osservazione, referita da molti gravissimi Autori, ivi citati, con queste parole = „ E' costante opinione, che S. Veronica porgesse il velo al Salvatore piegato in tre doppie, e che in tutte tre quelle parti s' improntasse l' immagine di Gesù Cristo, le quali poi fossero divise in tre; stante che ne' tempi nostri ancora si venerano in tre luoghi, e sono accreditate per originali. La prima in S. Pietro di Roma; una nelle Città di Iaen nell' Andaluzia, Provincia di Spagna; l' altra in Gerusalemme, e si mostrano a' fedeli con molta divozione, & concludit, che il Masini segue a dire molte altre cose di S. Veronica, e di S. Amatore suo marito =„ * Vide tamen quæ de hoc argumento erudite non minus, quam critice profert *Nat. Alex. in Synopsi hist. Eccles. sæc.* 1. *art.* 5.

HERMAPHRODITUS.

HErmaphroditi, seu Androgyni sic dicuntur, eo quod in ipsis uterque sexus appareat; *Hermas* enim apud Græcos masculus est, & *Aphroditæ* fœmina nuncupatur; de quo videndus S. Augustinus *de Civitate Dei lib.* 16. *cap.* 8. (a). 1
Dari hujusmodi Hermaphroditos, seu Androgynos participantes de utroque sexu, apud omnes est in confesso, teste ipsamet experientia, & plures referuntur passim a Doctoribus, ut videre est apud Pignatell. *tom.* 4. *consult.* 34. *per tot.* Torrell. *in demolog. lib.* 2. *cap.* 17. Urlayam *Institut. crimin. lib.* 3. *tit.* 5. *a num.* 205. Ubi ex variis Auctoribus varios refert hujusmodi casus, inter quos unum de quadam Moniali in virum 2
conversa, quæ a Monasterio expulsa, fuit exinde ut pertectus vir ordinatus Sacerdos, & factus Canonicus S. Mariæ in Via lata de Urbe, qui fuerat Monialis in quodam Monasterio ejusdem Urbis; is fuit filius Laertii Cherubini, qui obiit 23. Maii 1626. fuitque sepultus in Ecclesia S. Mariæ de Scala, teste Abb. Piazz. *nella Gerarch. Eccles. nella Diacon. della Scala fol.* 1877. Imo apud Indos, & maxime in Provincia Floridæ in America tanta est Hermaphroditorum copia, ut eo quia robusti sunt & exosi, jumentorum loco inserviunt, prout de dicta Provincia Floridæ testatur Janson. *in Theatr. Orb. terrar. tom.* 3. his verbis: *Abundat Regio hermaphroditis, quorum servili opera, mancipiorum, jumentorumque loco utantur*, quem refert etiam Verricell. *in tract. de Apostolicis Missionibus tit.* 14. *Miscellan. qu.* 196. *dub.* 1. *num.* 2. qui Auctor *ibid. & dub. sequent.* ex Demetrio, Plinio, & Æliano probat, Lepores utrumque sexum habere, & mutuo coitu absque fœminis eorum speciem propagare; Darique hermaphroditos parem, & perfectam potentiam habentes gignendi, & pariendi. Et de facto Thom. Franc. de Remoral. *conf.* 25. *per tot.* Ursaya *instit. crimin. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 215 5
& alii, referunt curiosem casum duorum hermaphroditorum, qui inter se matrimonium tamquam vir, & femina contraxerunt, & deinde ambo inventi fuerunt gravidi.

Quamvis factos esse ex mulieribus viros multos referatur, numquam tamen mares viri in feminas mutantur, nec id fieri posse affirmant Medici, teste Card. de Lugo *respons. moral. lib.* 1. *dub.* 31. *num.* 3. repugnante scilicet natura, quæ semper expetit dignius, & indigniori resilit. Immo volunt plurimi, casus relatos de fœminis mutatis in viros non esse intelligendos de vera mutatione, seu conversione a Fœmina 7
in marem, sed illas fuisse hermaphroditas, seu Androginas, referendo apparitionem utriusque sexus Clyteridi, de quo Amenus *de delict. & pœnis tit.* 4. §. 11. *num.* 18. ubi refert, quod id vidit Papiæ anno 1669. & sic tenent Gasp. Bacchin. *de Hermaphrodit. lib.* 1. Schenchius *lib.* 4. *observ. in princip.* Majol. *de irregular. lib.* 1. *cap.* 27. Riolan. *de Hermaprodit. cap.* 8. Zacch. *quæst. Medic. Legal. lib* 7. *tit.* 1. *qu.* 1 *pers. ot.* Gosp. *nel Giudic. crimin. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 40., *& sequent.* ubi quod similis casus evenit Spoleti, tempore quo studebat

(a) Multa congerit Auctor, quorum alia falsa, alia dubia, omnino sunt. Hermaphroditus enim componitur ex vocibus græcis *Hermes*, quæ non masculum, sed Mercurium, & *Aphroditi*, quæ non feminam proprie, sed Venerem significat. Perfecti Hermaphroditi raro inveniuntur; conversio autem femine in marem nunquam fortasse viribus naturæ facta est, deceptique sunt qui pudendarum partium conformationem inspexerunt. Fide digna Floridæ descriptio adhuc desideratur. Lepores utrumque sexum non habent. Joan. Faber Epos, in Hist. Mexic. f. 812. Diu, me torsit, inquit, de Leporibus dubitatio an persuasio, omnes ad unum Hermaphroditos esse. Ideo, cum Nobilissimus Julio Sinibaldo venationibus deditissimo (qui ultra centum Lepores domi suæ, h. e. in oppido Montis Leonis Spoletanæ Diœceseos cepit uno anno) omnes Lepores accurata sectione perquisivimus: inter quos centum, vix quatuor masculos invenit, reliqui omnes feminæ, & quod mireris, pleræque gravidæ fuerunt, in his omnibus distinctissimum sexum invenit, & agnovit, & feminea quidem vasa genitalia in feminis, virilia in masculis cet.

Senis

Senis, in qua Civitate cum tali hermaphrodita fuit sæpe allocutus. Ursaya *loc. cit. a num.* 212. *ad* 215. & facit casus curiosus relatus *supra num.* 5. de duobus illis Hermaphroditis inter se matrimonio conjunctis, & ambobus gravidis inventis. Nec fabulosum est hoc, habere etiam mulieres suos testiculos, & genitalia æque ac viros, atque ob id non minus etiam quam viros castrari posse, quemadmodum in Lydia castrari, affirmat Alciatus *in l. Spadonum, ff. de verb. significat.*, & *lib.* 4. *antiqu. lect. cap.* 10. *lib.* 20. *cap.* 14. relatus, & secutus a Pignatell. *tom.* 4. *consult.* 34. *num.* 1. Immo quod mas, & fœmina solum accidentaliter inter se differant, & quod genitalia viri, ac feminæ solo situ distinguantur, ut quod vir habeat genitalia foris, eo quia propter ejus caliditatem expellantur, & foemina cotineat intus, eo quia propter ipsius frigiditatem intus retineantur, tenet communrs Græcorum, & Arabum Medicorum sententia, ut Galenus, Ægineta, Avicenna, Rasius, & alii apud Andream Laurentium *histor. anatom. lib.* 7. *q.* 8. Unde Galenus *l.* 2. *de semin.* sic precise ait: „ Est enim „ proportio maxima inter genitalia masculi & feminæ; O„ mnia quidem genitalia membra tum masculus, tum femina „ habere eadem videntur, positione tantum, & magnitudi„ ne differentia; Quin & vasa testes nutrientia utrique sexui „ ex eisdem venis, & arteriis procedunt „; & consimiliter habent plurimi alii.

De hermaphroditis aliqui per jocum interpretantur Textum *in cap. Omnes utriusque sexus, de poenit. & remission.* quos citat Nevizzan. *in Silv. Nuptial. lib.* 5. *fol.* 531. *n.* 36. & Pascal. de Orco *in Apolog. cap.* 9. *num.* 19. *impressa post dissertat. Coscie*, Ursaya *in Miscellan. Sac. & profan. Canon. & Civil. part.* 2. *litt. H. num.* 5. & ut refert Bellarmin. *tom.* 3. *Controversiar. lib.* 3. *cap.* 13. *de Pœnitentia* Calvinus Hæresiarcha *lib.* 3. *Institutionum cap.* 4. §. 7. sic expresse dicit; ibi: „ Nam quod jubent boni Patres, omnem utriusque se„ xus quotannis semel proprio Sacerdoti confiteri omnia„ peccata, faceti homines lepide excipiunt, hoc præcepto te„ neri solos hermaphroditos, ad neminem vero spectare, „ qui sit vel mas, vel femina. „ (a)

Hermaphroditus est irregularis, & ordinari non potest absque Papæ dispensatione. Navarr. *in Manual. cap.* 27. *n.* 203. Piasec. *in praxi part.* 1. *cap.* 1. *art.* 3. *num.* 2. Majol. *de Irregularit. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 13. Pignatell. *tom.* 4. *cons.* 34. *num.* 9. Monacell. *tom.* 3. *tit.* 1. *formul.* 36. *num.* 30. Lugo *resp. moral. lib.* 1. *dub.* 31. *num.* 1. & alii passim. Hinc hermaphroditus, in quo prævalet sexus virilis potest quidem valide, sed non licite ordinari; Sayrus *de Cens. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 24. Monacell. *loc. cit. num.* 30. Navarr. *in Manual. c.* 27. *num.* 203. Tolet *lib.* 1. *cap. num.* 4. Suarez *de Censur. disp.* 52. *sect.* 3. Molphesius *in summa tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 46. Rosignol. *de Ordinib. Eccles. part.* 1. *quæst.* 3. *artic.* 1. *num.* 10. & alii; & ratio quod possit *valide* ordinari est, quia prævalente sexu virili, reputatur ut masculus, per textum *in l. Queritur* 10. *ff. de statu hominum*; & quod *illicite*, est quia est irregularis, unde non potest licite ordinari, nisi accedente Pontificis dispensatione. Si vero in hermaphrodito neuter sexus prævaleat, sed æque invalescat sexus virilis, & muliebris, non potest nec licite nec valide ordinari. Sayrus *loc. cit.* Monacell. *loc. cit.* Valentia *tom.* 4. *disp.* 9. *quæst.* 4. *punct.* 1. Suarez *tom.* 5. *disp.* 5. *sect.* 2. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 16. Fornarius *de Ordine cap.* 3. *num.* 1. Navarr. *cons.* 8. *de ætat. & qualit. Ordin.* Avila *de Censuris part.* 9. *disp.* 3. *dub.* 5. Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. disp.* 106. *num.* 10. La Croix *lib.* 6. *part.* 6. *num.* 2215. Rosignol. *loc. cit. num.* 10. & ratio est, quia talis æque est femina, quam vir, nec potest dici magis masculus, quam femina; Subjectum autem Ordinum debet esse determinate masculus ex Divina institutione, ut est communis, ac certa Doctorum. Et a fortiori nec valide, nec licite potest ordinari si in eo prævaleat sexus femineus, quia prævalente femineo hermaphroditus habetur pro femina, *ex cit. l. Queritur* 10. *ff. de stat. homin.* Femina autem non est capax Ordinum *arg. cap. Mulieres, dist.* 32. *& cap. Nova* 10. *de penit. & remiss.* Communis ac certa.

Hermaphroditus, qui prævalente sexu virili per dispensationem Apostolicam fuit valide, & licite ordinatus, si postea in ipso prævaleat sexus femineus, retineret quidem illum Characterem Sacerdotalem animæ impressum, cum sit indelebilis; attamen fieret iterum irregularis; immo non posset amplius valide consecrare, vel absolvere, quia non esset amplius mas, cui soli ex voluntate Christi competit potestas Sacerdotalis. Card. de Lugo *in Respons. moral. l.* 1. *dub.* 31. *num.* 4. La Croix *lib.* 7. *num.* 496. Hic tamen casus non videtur naturaliter possibilis, quia vir nunquam transiit in feminam, nec id fieri posse affirmant Medici, ut notat Cardin. de Lugo *loc. cit. num.* 3. & jam fuit dictum *supra n.* 6. hermaphroditus autem, qui sexum femineum mutaret in virilem, (ut est casus possibilis, & plures accidisse refert Plinius *lib.* 7. *cap.* 4. & plures alii, & patet ex supradictis *num.* 3.) valide quidem ordinaretur, sed illi sine Pontificis dispensatione; *Valide*, quia verificaretur vere, quod esset masculus, & præexistentia sexus feminei non officeret, quia consideraretur quod modo esset, & non quod erat prius; *Illicite* vero quia esset irregularis ratione deformitatis; *arg. cap. Presbyterum* 2. *de Clerico agrotant.* unde indigeret Pontificis dispensatione ut licite posset ordinari; Pontifex enim potest tollere omnem Irregularitatem provenientem a jure Ecclesiastico, cum possit supra illud dispensare, textu expresso *in cap. Proposuit* 4. *de concession. præbend.* ibi: *Qui secundum plenitudinem potestatis de jure possumus supra jus dispensare*. Rosignol. *loc. cit. num.* 12. & alii citati *supra num.* 12.

Hermaphroditus non est admittendus ad Professionem, neque in Monasterio sexus in ipso prævalentis. Donatus *prax. rerum Regul. tom.* 2. *tract.* 9. *q.* 5. *num.* 1. Pellizar. *de Monial. lib. cap.* 3. *num.* 32. Monacell. *loc. cit. num.* 29. & alii. Et sic expresse declaravit *Sacr. Congr. Conc. in dub. Professionis* 6. *Decemb.* 1721. his verbis: *hermaphrodita mulier, recepta in aliquo Monasterio non est admittenda ad Professionem, etiamsi sexus femineus prævaleat*, sic refert Ursaya *in Miscellaneo sacro, & profano, Canonico, & Civili part.* 1. *litt. H. num.* 1. Immo hermaphrodita si fiat Monialis, Professio irrita est. Sic expresse decrevit *Sacr. Cong. Conc. in Spoletana* 14. *Mar.* 1722. apud Ursayam *loc. cit.* hinc si femina profiteatur in Monasterio Monialium, & postea erumpente sexu virili, evadat vir, Professio non durat: quia non censetur se voluisse obligare, nisi ad Professionem Monialium, cujus est incapax; Cum ergo non valeat Professio viri in Monasterio Monialium, ut tenent communiter Doctores cum Pignatell. *tom.* 4. *consult.* 34. *num.* 5. sequitur etiam irritari Professionem Monialis in virum mutatæ, quia Professio redacta est ad casum, a quo incipere non potest, nec esse, ut per Bald. *in leg. Si Gaudentius, Cod. de contr. exper.* Et ita in praxi observatum esse testantur passim Doctores, quos refert, & sequitur Diana *part.* 5. *tract.* 14. *Miscellan. resolut.* 49. Lugo *loc. cit. num.* 2. & signantert observatum est cum Flavio Cherubino, qui prius fuit Monialis, & postea factus est Presbyter, & Canonicus, ut fuit dictum *supra n.* 3.

Hermaphroditus potest valide, & licite contrahere Matrimonium conformiter sexui prævalenti, idest ut cni, si prævaleat sexus virilis, & ut femina, si prævaleat sexus femineus. *Communis* cum Baldo *in leg. Quæritur* 10. *ff. de statu hominum*, Sanchez *de Matrimonio lib.* 4. *Decretal. titul.* 15. *num.* 3. Reiffenstuel. *ibid. num.* 22. Et ratio est quia hermaphoditus censetur masculus, si prævaleat virilis, & femina, si prevaleat femineus; textu expresso *in l. Quæritur* 10. *ff. de statu hominum*, ibi: *Queritur Hermaphroditum cui comparemus? & magis puto, ejus sexus existimandum, qui in eo prævalet.* Non potest tamen nec valide nec licite contrahere Matrimonium conformiter sexui inferiori, seu debiliori, & minus potenti; quia contrahendo secundum sexum inferiorem, & minus potentem, seu debiliorem, contraheret cum persona ejusdem sexus. Rosignol. *in univers. de Matrimonio contract.* 15. *de Matrim. II. prænotat. XVII. num.* 66. *in fine*, & alii. Si vero uterque sexus sit æqualis, & nullus prævaleat, tunc potest contrahere Matrimonium pro libitu, vel ut vir, vel ut femina, dummodo alteri sexui perpetuo renunciet, & prius juret, quod in posterum nonnisi secundum sexum semel electum copula uti velit; *arg. c. Presbyteros* 16. *q.* 1. *& cap. Diversis, de Clericis conjug. & l. Si plures ff. de pactis*, Gutierez *de Matrimon. disp.* 191. *num.* 1. Silvester *verb. hermaphroditus in fine*, Sanchez *loc. cit.* Pirhing *loc. cit. num.* Reiffenstuel *loc. cit.* 23. Rosignol. *loc. cit. num.* 67. & alii passim. Nec potest talis hermaphroditus, conjuge suo defuncto, postea secundum alium sexum licite nubere, quamvis si ita nubereret, Matrimonium validum esset, utpote nullo jure irritum. *loc. cit. num.* 23. Sanchez. *loc. cit.* & alii supracitati.

Nec valet objicere, quod sicuti ex dictis, quando in hermaphrodito est æqualis uterque sexus, & nullus prævaleat, ipse est incapax ad Ordines, & ad Professionem, ita debeat esse incapax ad Matrimonium. Non valet, inquam, quia longe dispar est ratio de Matrimonio, ac de Sacris Ordinibus, & Professione Religiosa; Ideo enim participans æqualiter de utroque sexu est incapax ad Ordines, & ad Professionem, quia cum talis non magis sit masculus, quam femina, non dicit capacitatem ad Ordinum ex quo subjectum capax Ordinum debeat esse vere, & determinate masculus, propter indecentiam, quam dicit femina ad ipsos Ordines; Nec etiam dicit capacitatem ad Professionem Religiosam propter scandala, & pericula incontinentiæ, quæ inde timeri rationabiliter possunt, ex quo hermaphroditus sit sufficiens, & aptus ad explendam malitiam incontinentiæ, & provocandam libidinem in quacumque Religiosa familia admitteretur. Supradicta autem indecentia, & dicta scandala, & pericula incontinentiæ non possunt rationabiliter timeri in Matrimonio contracto secundum unum, vel alterum electum sexum sub juramento de non variando, cum hermaphroditus plenissimam habeat facultatem vacandi copulæ conjugali secundum sexum electum, ut sibi magis placitum. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 106. *num.* 10. Rosignol. *loc. cit. num.* 68. & alii passim.

Novæ additiones ex aliena manu.

De variis Hermaphroditorum speciebus non una est Scriptorum opinio. Videsis *Moller. de Hermaphrodit. cap.* 2. *per tot.* Breviter vero hic agendum de habilitate, vel inhabilitate Hermaphroditi in vita conjugali, tum quoad juris effectus.

Ad primum quod attinet, Hermaphroditus si sexum habeat potentiorem, potest utique juxta eum Matrimonium contrahere. Sed ut Matrimonium legitime contrahatur ante omnia requiritur, ut inspiciatur, an re vera in Hermaphrodito prævaleat sexus ille secundum quem contrahere intendit. Committenda hæc inspectio Medicis & Chirurgis, quin etiam, quandoque obstetricibus. Quod si detrectet Hermaphroditus hanc inspectionem, ad Matrimonium nequaquam admittendus, *Moller. de Hermaphrodit. cap.* 6. *pagin. mihi* 178.

Si ex inspectione appareat, quod hermaphroditus in nullo sexu prævaleat, quæri solet, quid hoc in casu agendum? Sunt qui tenent pollere Hermaphroditum arbitrio eligendi unum sexum, eoque utendi, modo tamen is juret se non esse abusurum altero sexu; Vide *Moller. de hermaphrodit. dict. cap.* 6. *pagin. mihi* 182.

Quod si Hermaphroditus in utroque sexu potens sit, quæstionis est, an possit & uxorem ducere, & simul etiam viro nubere? Negat, & quidem recte *Moller. de hermaphrodit. dict. cap.* 6. *dict. pagin. mihi* 182.

Major quæstio est, num hic hermaphroditus potens in utroque sexu, dum est viduus, possit nubere viro ut fœmina? Affirmant *Sanchez. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 106. *num.* 8. *Trullench. de Sacram. lib.* 7. *cap.* 9. *dub.* 16. *num.* 3. At negant *Lara in Compend. Vit. homin. cap.* 11. *num.* 49. *Moller. de hermaphrodit. dict. cap.* 6. *pagin. mihi* 184. Subdit autem *Lara loco citato*, quod si sexus secundum quem prius contraxit, finito Matrimonio frigescat, alter autem incaluerit, & se continere nequeat, consulendus sit Summus Pontifex, qui poterit hanc licentiam dare. Vide & alias easque curiosas quæstiones de habilitate vel inhabilitate Hermaphroditi in vita conjugali apud *Moller. de hermaphrodit. dict. cap.* 6. *per tot.*

Quod alterum concernit, is qui perfectus mas est, vel utroque sexu valet, & virilem tantum elegit, quoad juris effectus inter viros connumeratur, & ad res officiaque viris tantum concessa, admittitur.

Intellige vero de jure Civili. Nam quoad effectus juris Canonici, & officia secundum ejus requisita obeunda non reputatur uti mas. Unde nequit ingredi Religionem, admitti ad Ordines Ecclesiasticos, esse Rector alicujus Universitatis, esse Judex &c. Confer *Moller. de hermaphrodit. cap.* 7.

Quinimo nec etiam, quoad omnes effectus juris Civilis habetur pro mare. Adi omnino *Moller. de hermaphrodit. dict. cap.* 7. *per tot.* qui rem pro dignitate tractat.

(a) Poterat putidum hunc Hæreticorum jocum Auctor noster a sua Bibliotheca excludere, cum inde nihil utilitatis percipere queat Lector. Idem dicendum de casu, quem proponit, & solvit inferius *num.* 15. de Hermaphrodito; *num.* enim *seq.* naturaliter impossibilem profitetur: & quasdam res satius est omittere, quam inanibus, futilibusque dictis Lectoris animum inficere.

HIEROSOLYMITANI MILITES, SEU EQUITES SANCTI JOANNIS HIEROSOLYMITANI.

Ordo Militaris Equitum S. Joannis Hierosolymitani, seu Melitensis fuit institutus sub regula S. Augustini Hierosolymis a B. Gerardo ex Provincia oriundo, qui extruxit Hospitale anno 1112. dicatum D. Joanni Baptistæ prope Templum Christi Domini in Calvarii Monte cum methodo vitæ Regularis, & approbatione Paschalis II. ut ex ejus Bulla edita anno 1115. die 15. Februarii regiitrata in lib. Statutorum dictæ Religionis, Imperatoribus in Occidente Henrico V. in Oriente Alexio Comneno; & deinde hic Ordo a Callisto II. anno 1120. & ab Honorio II. anno 1125. confirmatus, & a subsequentibus Pontificibus plurimis privilegiis decoratus fuit. 1

Equites hujus Sacræ Militiæ vocantur S. Joannis, eo quia in Hospitali S. Joanni Baptistæ sacro instituti sunt Hierosolymis a supradicto B. Gerardo, a qua tamen Hierosolyma Civitate ejecti, & etiam a Phœnicia a loco Margotti, & a Ptolemaide in Soria, quo confugere curaverant, Cyprum pro Sede habuerunt, donec Rhodi Insula Turcis vi armorum erepta anno 1308. & retenta per annos 214. dicti sunt Equites Rhodienses. Sed die 25. Decembris 1523. post longissimam obsidionem factam a Turcis Rhodi Insula amissa, sine Sede per aliquod temporis spatium hæc tam nobilis Religio, Syracusam, Romam, Viterbium, Villam Francam, & Nicæam in Provincia peragravit, donec Carolus V. Imperator die 23. Martii 1530. summa ejus laude, opera Clementis VII. Pontificis maximi fixam Sedem concessit huic nobilissimæ, & gloriosissimæ Religioni, dono ei dando Insulas Melitæ, & Gandissi, ac Tripolim cum plurimis privilegiis; Et Equites cum Magno Magistro in suos socios, & confœderatos adscivit, ut ex multis refert Tapia *decis. Senatus Italiæ* 2. *num.* 13. *& seq. & decis.* 19. & Card. Petra *tom.* 2. *comment. ad Constitut.* 2. *Anastasii* IV. cum sola recognitione quolibet anno avis, vulgo dicto *Falcone*, præstandi Vice-Regi Siciliæ, & cum onere recipiendi Investituram a quolibet Rege Siciliæ, ut per extensum videri potest in historia hujus Religionis *part.* 3. *fol.* 80. cum pactis ibi recensitis, & acceptis cum a pprobatione Pii IV. ut ex documento in Bibliotheca Genitoris sui conitare dicit Cherubin. Junior. *in sch.* 1. *Constit.* 9. *Pii IV.* & de concessione, & dominio dictæ Insulæ Cardin. de Luca *de Jurisdict. disc.* 69. Itaque Magnus Magister Religionis respectu alti dominii Insulæ Melitæ recognoscit Regem Siciliæ, respectu vero Superioritatis Ecclesiasticæ est Abbas superior Papæ subjectus; Rota *part.* 5. *recent. decis.* 324. *num.* 14. *& 16.*

Hic Militaris Ordo S. Joannis Hierosolymitani est vere, & proprie Religio, & ejus Equites (nunc vocati communiter Melitenses, ex quo in dicta Insula Melitæ fixam Sedem habeant) dicuntur, & sunt veri Religiosi, & emittunt tria vota Castitatis veræ (& non conjugalis, prout alii Milites aliarum Religionum Militarium) Paupertatis, & Obedientiæ; Cardin. de Luca *de Præeminent. disc.* 49. *num.* 7. *& de Regularib. disc.* 1. *num.* 121. *& disc.* 46. *num.* 11. Cardin. Petra *loc. cit. sect.* 1. *num.* 16. *& sect.* 2. *num.* 1. 2. *&* 3. & communis aliorum cum Sacra Rota recent. *part.* 1. *decis.* 487. *num.* 8. *part.* 2. *decis.* 177. *num.* 1. *decis.* 454. *num.* 3. *part.* 3. *decis.* 228. *sub num.* 2. *part.* 5. *tom.* 2. *decis.* 469. *num.* 6. & sæpe alibi. Hinc Equites Hierosolymitani, seu Melitenses debent facere annum probationis, seu Novitiatus antequam Professionem emittant; *Sacra Congregatio Concilii*, teste Barbosa *in Summa Apostolicar. dec. verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani num.* 15. & Oviedo apud ipsum. Unde Eques non potest dici, qui non expleto anno probationis Professionem emisit; Rota *recent. part.* 11. *dec.* 15. *num.* 10. Equites enim Melitenses ex peculiari ipiorum statuto comprehenduntur sub decreto Concilii Tridentini *sess.* 25. *de Regularib. cap.* 15. Rota *recent. part.* 11. *decis.* 15. *num.* 12. *& part.* 12. *decis.* 382. *num.* 9. & decrevit *Sacr. Congreg. Concilii*, teste Barbosa *loc. cit. num.* 16. cum aliis ibi citatis. Et comprehenduntur sub alio decreto ejusdem Concil. *sess.* 25. *de Regularib. cap.* 19. *Ead. Sacr. Congregat. Concil.* de qua Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 8. *num.* 62. Barbosa *loc. cit. num.* 16. 2 3 4 5 6

Insuper Equites Melitenses comprehenduntur sub decreto, quo Regularibus prohibetur accessus ad Monasteria Monialium; *Sacra Congregat. Episcop. & Regular. in Tranen.* 28. *Januar.* 1603. Hinc potest Episcopus procedere contra Equites 7

Hierosolymitanos, seu Melitenses, si accedant ad Monasteria Monialium contra formam decreti, ut resolvit *Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. in Parmen.* 29. *Augusti* 1614. & antea *in una dict. Religionis* 18. *Februar.* 1605. ac etiam in *Neapolitana* 12. *Jul.* 1599. apud Nicolium *in Flosc. verb. Hierosolymitani n.* 5. *ubi num.* 6. affert alia decreta de eorum punitione, *in Genuen.* 14. *Augusti* 1582. *& in Cosentina* 21. *Julii* 1640. Unde
8 Equites Hierosolymitani, seu Melitenses sunt tam vere, & proprie Religiosi tum in odiosis, tum in favorabilibus, quod possint confiteri (a) Sacerdoti Regulari non approbato ab Ordinario, sicuti possunt alii Regulares; Joann. Sancius *in suis pract. disp. tat. cap.* 49. *num.* 11. *&* 13. Aloysius Riccius *in praxi rerum Fori Eccles. part.* 4. *resol.* 170. *num.* 2. Novarius *in Tract. de elect. & variat. Fori quæst.* 69. *num.* 23. *sect.* 2. *in ultim. impress.* Barbosa *loc. cit. num.* 19.

9 Hinc Equites Hierosolymitani, seu Melitenses ut veri, & proprii Religiosi non habent facultatem testandi; Rota *recent. part.* 2. *decis.* 76. *num.* 1. *decis.* 87. *num.* 1. *part.* 14. *decis.*
10 151. *num.* 7. Nec habent velle, & nolle, cum in toto dependeant a voluntate Magni Magistri; Rota *part.* 2. *decis.* 76.
11 *num.* 1. Et sic cum ipsi sint intestabiles, eorum bona non hæredibus Sanguinis, sed Religioni acquiruntur; Rota *part.* 14. *decis.* 76. *num.* 1., *&* 2. *& Annotat. ad decis.* 16. *numer.* 9.
12 *part.* 3. Quod procedit non solum de bonis, quæ ad eos perveniunt intuitu suæ Religionis, sed etiam de patrimonialibus, aut aliunde quæsitis, & non solum ex dispositione statutorum Religionis, sed etiam juxta juris communis dispositionem; *in cap. Cum ad monasterium in fin. de stat. Monachor. cap. In præsentia, de probat.*, Rota *part.* 2. *decis.* 76. *num.* 1., *& annotat. ad decis.* 16. *num.* 8. *part.* 3. Quare sunt
13 incapaces Juris hæreditarii; Rota *part.* 5. *tom.* 1. *decis.* 336.
14 *num.* 8. Nec possunt disponere de pecuniis positis ad bancum
15 ad eorum creditum, Rota *part.* 1. *decis.* 487. *num.* 8., & quid quid acquirunt, acquirunt Religioni, Rota *part.* 1. *decis.* 437. *num.* 8. *part.* 2. *decis.* 333. *num.* 2. *part.* 8. *decis.* 51. *numer.* 2. *arg. cap. Statutum* 1. *caus.* 18. *quæst.* 2. *cap. Abbates* 16. *caus.* 18. *quæst.* 2. *Cap. Quia ingredientibus* 7. *caus.* 19. *quæst.* 3. *cap. In præsentia* 8. *de probat.*

16 Equites Melitenses sine dispensatione Pontificia non sunt capaces pensionis super Beneficio Ecclesiastico, sicuti nec capaces sunt Beneficii Ecclesiastici sæcularis; ob Professionem enim emissam in Religione Hierosolymitana, seu Melitensi extinguitur omnis pensio reservata super Beneficiis sæcularibus; Ipsa enim est vera Religio ad omnes effectus, unde sicut per Professionem in alia Religio ad omnes effectus extinguitur pensio, ut recte notat Card. de Luca *de Benefic. disc.* 64. *num.* 3. 5., *&* 6. *de pensionib. disc.* 44. *num.* 2., *& annotat. dd Concil. disc.* 13. *num.* 2., & communis aliorum, ita per Professionem in Religione Hierosolymitana; Cord. *in praxi Benefic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 224., *& seq.* Card. de Luca *de pensionib. dict. disc.* 44. *num.* 4. *Annotat. ad Concil. disc.* 13. *num.* 3., *&* 4. Card. Petra *tom.* 2. *Comment. ad Constit.* 1. *Anastasii IV. sec.* 1. *num.* 28., *& tom.* 5. *Comment. ad Constit.* 1. *Pii III. num.* 33. Tondut. *de pensionib. cap.* 69. *num.* 27. Rota *decis.* 479. *coram Royas*, & supponitur in decisionibus Rota in *causa Cæsaraugustana Pensionis* relat. a Card. de Luca *dict. disc.* 44. *de pensionibus*, & in eadem causa repetita coram Bichio *decis.* 121. *num.* 2. *part.* 12. *recent.* Et ita
17 etiam firmatum fuit in dicta causa, quod si adfuisset Indultum Apostolicum pensionem retinendi, ea non extinguitur, cum mediante dispensatione Apostolica fiat Regularis capax pensionis super Beneficio sæculari; Doctores passim *in cap. Cum de Beneficio, de præbend. in* 6. Card. de Luca *loc. citat. num.* 7. Card. Petra *loc. cit. num.* 32. Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.* 2. *num.* 16. Lottier. *de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 40. *num.* 205., *& seq.* Rota *decis.* 45. *num.* 1., *& seq.* coram Millino *& in cit. Decisionib. coram Peutinger., & Bichio.*

Equites Hierosolymitani, seu Melitenses sunt sub protectione Sedis Apostolicæ, & ad alios Ordines transire prohibentur; Anastas. IV. Constitut. incipient, *Christianæ Fidei*. Tales Equites exempti sunt a jurisdictione Ordinariorum, & a solutione Decimarum; Pius IV. Constitut. 9. incip. *Circumspecta*. Bona Equitum Melitensium ubique decedentium, etiam ex illicita negotiatione acquisita, uti spolia non ad Cameram Apostolicam, sed ad eorum Hospitale spectant; Pius IV. Constitut. 29. incip. *Romani*. Eorum Beneficiorum collatio, et causarum cognitio pertinet ad Magnum Magistrum Melitensem; Pius IV. in Constitut. 9. incip. *Circumspecta*. Ordinarii non possunt se interponere ad visitandum Equites Hierosolymitanos, seu Melitenses, ubi habent jurisdictionem spiritualem, *Sacr. Congregat. Concil. teste Barbosa in Summa Apostolic. dec. verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani numer.* 18., et Armandar. *ibi cit.* Equitum Melitensium privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, et alias gratias illis concessas confirmavit Urbanus VIII. Constitut. 15. incipient, *Universalis*.

Religio Hierosolymitana, seu Melitensis est divisa in tres ordines, nempe in Equites, Fratres Conventuales, seu de Obedientia, et Servientes, et omnes isti emittunt Professionem, certis tamen diversis observatis, tam circa nobilitatem, quam alia, ut *in libro stabilimentorum Religionis*; Rota *part.* 11. *decis.* 15. *numer.* 4. Petra *tom.* 2. *comment. ad Constitut.* 2. *Anastasii IV. sect.* 2. *num.* 24. Equitum Melitensium familia divisa est in octo linguas, sive nationes, viginti Prioratus, 653. Commendas, sive Præceptorias. Officia sunt Magnus Magister, Magnus Commendatarius, Marischallus, Hospitalarius, Thesaurarius, Magnus Bajulivus, Cancellarius, Prior Ecclesiæ Ordinis, sic refert Claudius Robertus *in Gallia Christiana tit. de Generalibus Ordinum*, Barbosa *in Summa Apostolic. decis. verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani num.* 20., et alii passim. Professio Militum hujus Religionis consistit specialiter in emissione trium votorum Castitatis, Obedientiæ, et Paupertatis, et non continet quartum votum, defendendi scilicet proprio ense Christianos ab infidelibus, etiam cum vitæ suæ discrimine, ut voluit Vilagut. *decis.* 34. *num.* 5. Contrarium enim, scilicet non adesse aliud votum præter illa tria, aperte deducitur, tum ex antiqua formula suæ Professionis, quæ erat: *Ego N. juro, promitto, & voveo Deo, B. Virgini Mariæ, & S. Joanni Baptistæ, & Magistro Sacri Hospitalis Hierosolymitani, me observaturum perpetuo hæc tria, scilicet me obediturum, & victurum absque proprio juxta formulam Statutorum Ordinis, & pro viribus meis Castitatem servaturum*; Tum ex formula nova, quam modo adhibent, ut sequitur: *Ego N. voveo, & promitto Deo Omnipotenti, & B. Mariæ Virgini Genitrici Dei, & B. Mariæ Virgini Genitrici Dei, & S. Joanni Baptistæ, me observaturum perpetuo Deo juvante veram obedientiam cuilibet Superiori, qui mihi a Deo, & ab ipso Ordine dabitur, item me victurum absque proprio, & Castitatem servaturum*; *Azorius Institut. Moral. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 5. *litt. E.* Sperell. *decis.* 21. *n.* 11. Card. Petra *tom.* 2. *Comment. ad Const.* 2. *Anastas. IV. sect.* 2. *num.* 22.

Equites Melitentes, seu Hierosolymitani Milites tenentur servare Interdictum locale; Sic expresse declaravit *Sacr. Congregatio Concilii in Cæsaraugustana Interdicti* 11. *Junii* 1695. ubi ad dubia sequentia; Primo: *An stante Interdicto Generali locali Milites Hierosolymitani teneatur illud observare in eorum Ecclesiis exemptio? Et quatenus affirmative. An obstet consuetudo immemorabilis in contrarium allegata?* Respondit. Ad primum *Affirmative*; ad secundum *Negative*

(a) Non est certum, posse Regulares confiteri Sacerdoti non approbato. Id enim Vasquesius, aliique negant etiam de Regularibus iter agentibus, atque habentibus a suis Superioribus licentiam confitendi; atque ajunt, deficiente confessario proprii Ordinis, sibi eligere non posse simplicem Sacerdotem non approbatum; & Constitutiones Fratrum Ord. Prædicatorum hujusmodi Regularibus præcipiunt, ut itinerantes, deficiente Confessario proprii Ordinis, confiteantur Sacerdotibus ab Episcopis approbatis pro excipiendis confessionibus, sive ii Regulares sint, sive Sæculares. Non est ergo certum, posse Regulares confiteri Sacerdoti simplici non approbato ab Ordinario. Si certum non est, nefas procul dubio est Regulari, simplici Sacerdoti confiteri; quia in dubio de istius jurisdictione periculum esset, ne irritum, atque nullum foret pœnitentiæ Sacramentum: qua de causa hac in re tutiorem se qui tenemur opinionem; ut omnes concedunt, dum de valore agitur Sacramenti. Deinde cur Regularis discrimini se committat, cum præsto sint Sacerdotes approbati? Ut privilegio fruatur. At privilegium hoc etiam a Regularibus plerisque revocatur in dubium.

tive, apud Card. Petram *tom.* 2. *comment. ad Constit.* 2. *Anastasii IV. sect.* 3. *num.* 3. Equites Melitenses incurrunt Irregularitatem ex defectu lenitatis, si in bello etiam contra infideles aliquem necaverint, aut mutilaverint; Thomassin. *de Benef. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 75. *num.* 11. Card. Petra *tom.* 2. *Comment. ad Constit. unicam Gregor. VIII. sect.* 1. *numer.* 22., & casu consimili sic respondit *Sacr. Congregation. Concil. in Zagabrien.* 17. *Novemb.* 1685. Vid. verb. *Bellum art.* 5. *num.* 6. 7. *&* 12. Eques Melitensis licet publice suum Parochum percutiat, minime potest Ordinarius in eum exercere jurisdictionem, neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia privilegio exemptus est, ut in Concil. *sess.* 24. *cap.* 11. Tamen ex quo ipse ob talem percussionem incidit in excommunicationem Canon. *Si quis suadente diabolo*, potest Episcopus præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, ac aliis Rectoribus, & Sacerdotibus, ne eum admittant intra Ecclesias ipsi Episcopo subjectas; *Sacr. Cong. Concil.* teste Lezana *in Summ. quæst. Regul. tom.* 2. *cap.* 5. *numer.* 39., & Barbos. *loc. cit. n.* 7.

Congregationes, quæ jussu Episcopi ad casus conscientiæ discutiendos habentur, obeundæ sunt ab exercentibus Curam Animarum, etiam in Parochialibus Hierosolymitanæ Religionis; *Sacr. Congregat. Concil.* 3. *Martii* 1598. Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad omnes Functiones, ad quas ceteri Curati, etiam ad Functiones Feriæ V., & Sabbati Sancti; *Sacr. Congregation. Episc., & Regul. in Cæsanat.* 28. *April.* 1599., *& in Faventina* 20. *Maji* 1646. Curati Religionis Hierosolymitanæ non tenentur ad subsidium Charitativum, vel Cathedraticum, vel contributionem Seminarii, vel ad procurationem pro Visitatione; nisi in concessione Ecclesiæ sibi eam Ordinarius reservasset, ut declaravit *Sacr. Congregation. Concil. in Elven.* 27. *Julii* 1604. Prohibere non potest Episcopus ne celebretur in Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ a Sacerdotibus tam Fratribus quam Capellanis dicti Ordinis absque sua licentia; *Sacr. Congregation. Episcop., & Regul. in Syracusana* 29. *April.* 1606. Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad exponendas quadraginta Horas per turnum; *Sacr. Congregation. Episc., & Regul.* 29. *Septemb.* 1619. apud Nicol. *in Flosculis, verb. Hierosolymitani num.* 9.

Sacerdotes Sæculares, & Regulares Ordinis Hierosolymitani curam animarum personarum sæcularium exercentes, in iis, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, subsunt in omnibus jurisdictioni, & visitationi, ac correctioni Episcopi; nec potest etiam quicumque ad nutum amovibilis ad eamdem Curam a Commendatore deputari, nisi de ipsius Episcopi consensu, ac prævio examine per eum, vel ejus Vicarium faciendo, non obstantibus privilegiis quibuscumque; *Sacr. Congregat. Episc., & Regul.* 8. *Junii* 1624. apud Piton. *tom.* 2. *Constit., & decis. pro Regularibus num.* 2207. Parochi Religionis Hierosolymitanæ accedere tenentur ad Synodum; *Sacr. Congregat. Concil.* 18. *Augusti* 1589. Parochiales Ecclesias Religionis Melitensis, quoad animarum curam, & Sacramentorum administrationem Episcopi visitare possunt; Gregor. XIII. Constitut. 67. incipient. *Circumspecta*. Aliæ vero Ecclesiæ, præter has Curatas, sunt exemptæ a Visitatione Episcopi; *Sacr. Congregat. Concil.* apud Barbos. *loc. cit. num.* 8., & Lezana *loc. cit. numer.* 52. Excommunicare potest Episcopus Fratrem Capellanum Religionis Hierosolymitanæ, qui administravit redditus Parochialis sæcularis citatum ab Episcopo in Visitatione ad reddendam rationem, & non comparentem, ut decisum in *Vulturariensi* 7. *Septembris* 1630. refert Sellius *in Select. Canon. cap.* 13. *num.* 10. apud Barbos. *in Concil. sess.* 22. *de reform. cap.* 9. *num.*

Ad contributionem Seminarii non tenentur, neque compelli possunt Fratres S. Joann. Hierosolymitani, sive eorum Vicarii in Ecclesiis Parochialibus Religioni prædictæ unitis, vel ab ea dependentibus; *Sacr. Congregat. Concil. in Augustana* 14. *Decemb.* 1630. Dicti Vicarii S. Joannis Hierosolymitani non tenentur dare procurationem Episcopo eorum Ecclesias visitandi; *Sacr. Congregat. Concil. in dict. Augustana* 14. *Decemb.* 1630. Et jam sic fuerat decisum 28. Junii 1627. nempe dictas Ecclesias Curatas esse visitandas gratis, & absque impensa, ut refert Barbosa *de Jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 22. Parochi dictæ Religionis curam animarum sæcularium exercentes, a Commendatariis deputati, quatenus absolute idonei sint, approbandi sunt simpliciter ab Episcopo; *Sacr. Congregat. Concil. in dict. Augustana* 14. *Decembris* 1630. apud Pascucc. *part.* 1. *tit. de Equitibus*. Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur intervenire Oleorum consecrationi, si alii Curati teneantur; *Sac. Congregat. Episc. & Regul. in Faventina* 20. *Maji* 1646. Potest Episcopus tamquam Delegatus Apostolicus visitare Parochiales Hierosolymitanas, & in Visitatione decreta concedere in concernentibus Curam Animarum, administrationem Sacramentorum, ac Implementum onerum Missarum ex piis dispositionibus provenientium, & illa sunt executioni demandanda; *Sac. Congreg. Concil. in Vulturarien.* 1652. apud Pascucc. *loc. cit.*

Episcopo licet ad Excommunicationis publicationem procedere, & interdictum apponere Ecclesiæ Prioratus Religionis Hierosolymitanæ ex causa violatæ Immunitatis, *Sac. Congregation. Immun. in Messanen.* 23. *Septembris* 1653. apud Riccium *in Synopsi decretor. verb. Interdictum num.* 9. Licentia extrahendi delinquentes ab Ecclesia Religionis Hierosolymitanæ, & cognitio an extractus gaudeat Immunitate, spectat ad Episcopum, *Sac. Congregation. Immun. in Savonen.* 9. *Maji* 1662. apud Riccium *loc. cit. verb. Licentia n.* 1. Potest Episcopus ex Constitutione Gregoriana extrahere delinquentes etiam ab Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ, *Sacr. Congregat. Immun. in Messanen.* 6. *Maji* 1653. Fratres Capellani Religionis Hierosolymitanæ curam Animarum habentes tenentur accedere ad Synodum, & ad Congregationes Casuum Conscientiæ præscriptas ab Episcopo, qui potest illos cogere juris remediis; *Sacr. Congreg. Concil.* 9. *Septembris* 1684. apud Monacell. *part.* 4. *sub num.* 158.

Religio Hierosolymitana potest personas Ecclesiasticas in Conservatores eligere, etiamsi in Conciliis Provincialibus, vel Diœcesanis Judices designati non sint, prout concessit Alexander VIII. 17. Maji 1655. apud Monacell. *part.* 3. *tit.* 1. *formul.* 10. *num.* 4. Equitum Melitensium in promotione ad Magnam Crucem habetur ratio meritorum magis, quam antianitatis respectu temporis; Paul. V. Constitut. 30. incip. *Accepimus*. Præceptoriæ Ordinis Melitensis vacant per promotionem ad Episcopatum; Gregor. XIII. Constitut. 82. incip. *Controversia*. Assassinii criminis reos Equites Melitenses non possunt Judices Laici declarare; Clemens VIII. Constitut. 37. incipient. *Æque*. Coloni Religionis Hierosolymitanæ gaudent privilegiis ejusdem Religionis, *Sac. Congregat. Immunitat. in Vercellen.* 28. *Maji* 1626. apud Riccium *in Synopsi decret. verb. Colonus Commendæ num.* 1.

Hierosolymitani Milites non vivunt Melitæ in Claustro, sed tota Civitas dicitur Conventus; Card. Petra *tom.* 2. *Constitut.* 2. *Anastasii IV. sect.* 2. *num.* 5., & alii passim, & docet praxis. Hierosolymitani Milites aluntur a Religione, dum sunt in Conventu Melitano; Card. Petra *tom.* 2. *Comment. ad Constit.* 7. *Innocent. III. num.* 3. cum multis ibi citatis. Hierosolymitani Milites per Cingulum distinguuntur a Capellanis, & servientibus; Fagnan. *lib.* 3. *decret. in cap. Qui Presbyterum* 2. *de pœnit., & remissionib. num.* 78., *&* 79. In Religione Hierosolymitana Fratris nuncupatio non convenit nisi Professis; Novitii enim non Fratres, sed Nobiles appellantur, ut constat ex Statuto primo *de verb. signific.* Fagnan. *loc. cit. num.* 109. Religio Hierosolymitana repræsentatur per Capitulum Generale, & non per sexdecim Equites Capitulares, *Rota recent. part.* 7. *decis.* 303. *num.* 23. Unde dicti sexdecim Capitulares non habent facultatem decernendi contra Statuta Ordinis; Rota *ibid. numer.* 22., *& sequent.* Fagnan. *loc. cit. num.* 48. Hierosolymitano Equiti, neque de jure competit, nec concedenda est ex gratia facultas sibi arrogandi filios; *Sacr. Congregat. Concil. in Placentina Arrogationis* 4. *Maji* 1697.

In Conservatores, & Officiales Religionis Hierosolymitanæ eligendæ sunt Personæ Ecclesiasticæ; *Sac. Congregat. Immunit. in una Siciliæ* 20. *Januarii* 1654. *lib.* 5. *decretal. Paul. pag.* 32.

Administratio Ærarii, & Thesauri Religionis præfatæ non debet demandari per Capitulum ejusdem Religionis Magno Magistro, *Eadem Sac. Congregat. in una Religionis Hierosolymitanæ* 24. *Decembris* 1623. *ex Regesto Scripturarum veterum fag.* 22.

Puer trium annorum cum dispensatione Apostolica admissus ad dict. Religionem, cui concessa fuit Crux aurea, cum promissione faciendi novitiatum anno vigesimoquinto ætatis suæ, pendente isto termino ad emittendam Professionem, gaudet privilegio Fori; *Mediolanen.* 21. *Jan.* 1626. *ex Regest. script. veterum pag.* 83., *&* 30. *Aprilis dict. anni, & lib. pag.* 99.

Hierosolymitanos, seu Melitenses, si accedant ad Monasteria Monialium contra formam decreti, ut resolvit *Sacr. Congreg. Episcop. & Regul. in Parmen. 29. Augusti* 1614. & antea *in una dict. Religionis 18. Februar.* 1605. ac etiam in *Neapolitana 12. Jul.* 1599. apud Nicolium *in Flosc. verb. Hierosolymitani n. 5. ubi num. 6.* affert alia decreta de eorum punitione, *in Genuen. 14. Augusti* 1582. *& in Cosentina 11. Julii* 1640. Unde Equites Hierosolymitani, seu Melitenses sunt tam vere, & proprie Religiosi tum in odiosis, tum in favorabilibus, quod possint confiteri (a) Sacerdoti Regulari non approbato ab Ordinario, sicuti possunt alii Regulares; Joann. Sancius *in suis pract. disput. cap. 49. num. 11. & 13.* Aloysius Riccius *in praxi rerum Fori Eccles. part. 4. resol. 170. num. 2.* Novarius *in Tract. de elect. & variat. Fori quæst. 69. num. 23. sect. 2. in ultim. impress.* Barbosa *loc. cit. num. 19.*

9 Hinc Equites Hierosolymitani, seu Melitenses ut veri, & proprii Religiosi non habent facultatem testandi; Rota *recent. part. 2. decis. 76. num. 1. decis. 87. num. 1. part. 14. decis.* 10 151. *num. 7.* Nec habent velle, & nolle, cum in toto dependeant a voluntate Magni Magistri; Rota *part. 2. decis. 76.* 11 *num. 1.* Et sic cum ipsi sint intestabiles, eorum bona non hæredibus Sanguinis, sed Religioni acquiruntur; Rota *part. 14. decis. 76. num. 1., & 2. & Annotat. ad decis. 16. numer. 9.* 12 *part. 3.* Quod procedit non solum de bonis, quæ ad eos perveniunt intuitu suæ Religionis, sed etiam de patrimonialibus, aut aliunde quæsitis, & non solum ex dispositione statutorum Religionis, sed etiam juxta juris communis dispositionem; *in cap. Cum ad monasterium in fin. de stat. Monachor. cap. In præsentia, de probat.*, Rota *part. 2. decis. 76. num. 1., & annotat. ad decis. 16. num. 8. part. 3.* Quare sunt 13 incapaces Juris hæreditarii; Rota *part. 5. tom. 1. decis. 336.* 14 *num. 8.* Nec possunt disponere de pecuniis positis ad bancum ad eorum creditum, Rota *part. 1. decis. 487. num. 8.*, & quid- 15 quid acquirunt, acquirunt Religioni, Rota *part. 1. decis. 487. num. 8. part. 2. decis. 333. num. 2. part. 8. decis. 51. numer. 2. arg. cap. Statutum 1. caus. 18. quæst. 2. cap. Abbates 16. caus. 18. quæst. 2. Cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quæst. 3. cap. In præsentia 8. de probat.*

16 Equites Melitenses sine dispensatione Pontificia non sunt capaces pensionis super Beneficio Ecclesiastico, sicuti nec capaces sunt Beneficii Ecclesiastici sæcularis; ob Professionem enim emissam in Religione Hierosolymitana, seu Melitensi extinguitur omnis pensio reservata super Beneficiis sæcularibus; Ipsa enim est vera Religio ad omnes effectus, unde sicut per Professionem in alia Religio ad omnes effectus extinguitur pensio, ut recte notat Card. de Luca *de Benefic. disc. 64. num. 3. 5., & 6. de pensionib. disc. 44. num. 2., & annotat. dd Concil. disc. 13. num. 2.*, & communis aliorum, ita per Professionem in Religione Hierosolymitana; Cord. *in praxi Benefic. lib. 1. cap. 5. num. 224., & seq.* Card. de Luca *de pensionib. dict. disc. 44. num. 4. Annotat. ad Concil. disc. 13. num. 3.*, & 4. Card. Petra *tom. 2. Comment. ad Constit. 1. Anastasii IV. sect. 1. num. 28., & tom. 5. Coomment. ad Constit. 1. Pii III. num. 33.* Tondut. *de pensionib. cap. 69. num. 27.* Rota *decis. 479. coram Roysas*, & supponitur in decisionibus Rota in *causa Cæsaraugustana Pensionis* relat. a Card. de Luca *dict. disc. 44. de pensionibus*, & in eadem causa repetita coram Bichio *decis. 121. num. 2. part. 12. recent.* Et ita 17 etiam firmatum fuit in dicta causa, quod si adfuisset Indultum Apostolicum pensionem retinendi, ea non extinguitur, cum mediante dispensatione Apostolica fiat Regularis capax pensionis super Beneficio sæculari; Doctores passim *in cap. Cum de Beneficio, de præbend. in 6.* Card. de Luca *loc. citat. num. 7.* Card. Petra *loc. cit. num. 32.* Paris. *de resignat. lib. 6. quæst. 2. num. 16.* Lottier. *de re Benefic. lib. 1. quæst. 40. num. 205., & seq.* Rota *decis. 45. num. 1., & seq.* coram Millino *& in cit. Decisionib. coram Peutinger., & Bichio.*

Equites Hierosolymitani, seu Melitenses sunt sub protectione Sedis Apostolicæ, & ad alios Ordines transire prohibentur; Anastas. IV. Constitut. incipient, *Christianæ Fidei.* Tales Equites exempti sunt a jurisdictione Ordinariorum, & a solutione Decimarum; Pius IV. Constitut. 9. incip. *Circumspecta.* Bona Equitum Melitensium ubique decedentium, etiam ex illicita negotiatione acquisita, uti spolia non ad Cameram Apostolicam, sed ad eorum Hospitale spectant; Pius IV. Constitut. 29. incip. *Romani.* Eorum Beneficiorum collatio, et causarum cognitio pertinet ad Magnum Magistrum Melitensem; Pius IV. in Constitut. 9. incip. *Circumspecta.* Ordinarii non possunt se interponere ad visitandum Equites Hierosolymitanos, seu Melitenses, ubi habent jurisdictionem spiritualem, *Sacr. Congregat. Concil. teste Barbosa in Summa Apostolic. dec. verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani numer. 18.*, et Armandar. *ibi cit.* Equitum Melitensium privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, et alias gratias illis concessas confirmavit Urbanus VIII. Constitut. 15. incipient, *Universalis.*

Religio Hierosolymitana, seu Melitensis est divisa in tres ordines, nempe in Equites, Fratres Conventuales, seu de Obedientia, et Servientes, et omnes isti emittunt Professionem, certis tamen diversis observatis, tam circa nobilitatem, quam alia, ut *in libro stabilimentorum Religionis*; Rota *part. 11. decis. 15. numer. 4.* Petra *tom. 2. comment. ad Constitut. 2. Anastasii IV. sect. 2. num. 24.* Equitum Melitensium familia divisa est in octo linguas, sive nationes, viginti Prioratus, 653. Commendas, sive Præceptorias. Officia sunt Magnus Magister, Magnus Commendatarius, Marischallus, Hospitalarius, Thesaurarius, Magnus Bajulivus, Cancellarius, Prior Ecclesiæ Ordinis, sic refert Claudius Robertus *in Gallia Christiana tit. de Generalibus Ordinum*, Barbosa *in Summa Apostolic. decis. verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani num. 20.*, et alii passim. Professio Militum hujus Religionis consistit specialiter in emissione trium votorum Castitatis, Obedientiæ, et Paupertatis, et non continet quartum votum, defendendi scilicet proprio ense Christianos ab infidelibus, etiam cum vitæ suæ discrimine, ut voluit Vilagut. *decis. 34. num. 5.* Contrarium enim, scilicet non adesse aliud votum præter illa tria, aperte deducitur, tum ex antiqua formula suæ Professionis, quæ erat: *Ego N. juro, promitto, & voveo Deo, B. Virgini Mariæ, & S. Joanni Baptistæ, & Magistro Sacri Hospitalis Hierosolymitani, me observaturum perpetuo hæc tria, scilicet me obedituram, & victurum absque proprio juxta formulam Statutorum Ordinis, & pro viribus meis Castitatem servaturum*; Tum ex formula nova, quam modo adhibent, ut sequitur: *Ego N. voveo, & promitto Deo Omnipotenti, & B. Mariæ Virgini Genitrici Dei, & B. Mariæ Virgini Genitrici Dei, & S. Joanni Baptistæ, me observaturum perpetuo Deo juvante veram obedientiam cuilibet Superiori, qui mihi a Deo, & ab ipso Ordine dabitur, item me victurum absque proprio, & Castitatem servaturum*; Azorius *Institut. Moral. tom. 1. lib. 13. cap. 5. litt. E.* Sperell. *decis. 21. n. 11.* Card. Petra *tom. 2. Comment. ad Const. 2. Anastas. IV. sect. 2. num. 22.*

Equites Melitentes, seu Hierosolymitani Milites tenentur 28 servare Interdictum locale; Sic expresse declaravit *Sacr. Congregatio Concilii in Cæsaraugustana Interdicti 11. Junii* 1695. ubi ad dubia sequentia; Primo: *An stante Interdicto Generali locali Milites Hierosolymitani teneatur illud observare in eorum Ecclesiis exemptio? Et quatenus affirmative. An obstet consuetudo immemorabilis in contrarium allegata?* Respondit. Ad primum *Affirmative*; ad secundum *Negative*

(a) Non est certum, posse Regulares confiteri Sacerdoti non approbato. Id enim Vasquesius, aliique negant etiam de Regularibus iter agentibus, atque habentibus a suis Superioribus licentiam confitendi; atque ajunt, deficiente confessario proprii Ordinis, sibi eligere non posse simplicem Sacerdotem non approbatum; & Constitutiones Fratrum Ord. Prædicatorum hujusmodi Regularibus præcipiunt, ut itinerantes, deficiente Confessario proprii Ordinis, confiteantur Sacerdotibus ab Episcopis approbatis pro excipiendis confessionibus, sive ii Regulares sint, sive Sæculares. Non est ergo certum, posse Regulares confiteri Sacerdoti simplici non approbato ab Ordinario. Si certum non est, nefas procul dubio est Regulari, simplici Sacerdoti confiteri; quia in dubio de istius jurisdictione periculum esset, ne irritum, atque nullum foret pœnitentiæ Sacramentum: qua de causa hac in re tutiorem sequi tenemur opinionem; ut omnes concedunt, dum de valore agitur Sacramenti. Deinde cur Regularis discrimini se committat, cum præsto sint Sacerdotes approbati? Ut privilegio fruatur. At privilegium hoc etiam a Regularibus plerisque revocatur in dubium.

tive, apud Card. Petram *tom. 2. comment. ad Constit. 2. Anastasii IV. sect. 3. num. 3.* Equites Melitenses incurrunt Irregularitatem ex defectu lenitatis, si in bello etiam contra infideles aliquem necaverint, aut mutilaverint; Thomassin. *de Benef. part. 2. lib. 1. cap. 75. num. 11.* Card. Petra *tom. 2. Comment. ad Constit. unicam Gregor. VIII. sect. 1. numer. 22.*, & casu consimili sic respondit *Sacr. Congregation. Concil. in Zagabrien. 17. Novemb.* 1685. Vid. verb. *Bellum art. 5. num.* 30 6. 7. *& 12.* Eques Melitensis licet publice suum Parochum percutiat, minime potest Ordinarius in eum exercere jurisdictionem, neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia privilegio exemptus est, ut in Concil. *sess. 24. cap. 11.* Tamen ex quo ipse ob talem percussionem incidit in excommunicationem Canon. *Si quis suadente diabolo*, potest Episcopus præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, ac aliis Rectoribus, & Sacerdotibus, ne eum admittant intra Ecclesias ipsi Episcopo subjectas; *Sacr. Cong. Concil.* teste Lezana *in Summ. quæst. Regul. tom. 2. cap. 5. numer. 29.*, & Barbos. *loc. cit. n. 7.*

31 Congregationes, quæ jussu Episcopi ad casus conscientiæ discutiendos habentur, obeundæ sunt ab exercentibus Curam Animarum, etiam in Parochialibus Hierosolymitanæ Religionis; *Sacr. Congregat. Concil. 3. Martii* 1598. Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad omnes Functiones, ad 32 quas ceteri Curati, etiam ad Functiones Feriæ V., & Sabbati Sancti; *Sacr. Congregation. Episc., & Regul. in Cæsanat. 28. April.* 1599., *& in Faventina 20. Maji* 1646. Curati 33 Religionis Hierosolymitanæ non tenentur ad subsidium Charitativum, vel Cathedraticum, vel contributionem Seminarii, vel ad procurationem pro Visitatione; nisi in concessione Ecclesiæ sibi eam Ordinarius reservasset, ut declaravit 34 *Sacr. Congregation. Concil. in Elven. 27. Julii* 1604. Prohibere non potest Episcopus ne celebretur in Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ a Sacerdotibus tam Fratribus quam Capellanis dicti Ordinis absque sua licentia; *Sacr. Congregation. Episcop., & Regul. in Syracusana 29. April.* 1606. Curati 35 Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad exponendas quadraginta Horas per turnum; *Sacr. Congregation. Episc., & Regul. 29. Septemb.* 1619. apud Nicol. *in Flosculis, verb. Hierosolymitani num. 9.*

36 Sacerdotes Sæculares, & Regulares Ordinis Hierosolymitani curam animarum personarum sæcularium exercentes, in iis, quæ ad dictam Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, subsunt in omnibus jurisdictioni, & visitationi, ac correctioni Episcopi; nec potest etiam quicumque ad nutum amovibilis ad eamdem Curam a Commendatore deputari, nisi de ipsius Episcopi consensu, ac prævio examine per eum, vel ejus Vicarium faciendo, non obstantibus privilegiis quibuscumque; *Sacr. Congregat. Episc., & Regul. 8. Junii* 1624. apud Piton. *tom. 2. Constit., & decis. pro Regularibus num.* 2207. Parochi Religionis Hierosolymitanæ 37 accedere tenentur ad Synodum; *Sacr. Congregat. Concil. 18. Augusti* 1589. Parochiales Ecclesias Religionis Melitensis, 38 quoad animarum curam, & Sacramentorum administrationem Episcopi visitare possunt; Gregor. XIII. Constitut. 67. 39 incipient. *Circumspecta.* Aliæ vero Ecclesiæ, præter has Curatas, sunt exemptæ a Visitatione Episcopi; *Sacr. Congregat. Concil.* apud Barbos. *loc. cit. num. 8.*, & Lezana *loc. cit. numer. 52.* Excommunicare potest Episcopus Fratrem Capellanum Religionis Hierosolymitanæ, qui administravit redditus 40 Parochialis sæcularis citatum ab Episcopo in Visitatione ad reddendam rationem, & non comparentem, ut decisum in *Vulturarien. 7. Septembris* 1630. refert Sellius *in Select. Canon. cap. 13. num. 10.* apud Barbos. *in Concil. sess. 22. de reform. cap. 9. num.*

41 Ad contributionem Seminarii non tenentur, neque compelli possunt Fratres S. Joann. Hierosolymitani, sive eorum Vicarii in Ecclesiis Parochialibus Religioni prædictæ unitis, vel ab ea dependentibus; *Sacr. Congregat. Concil. in Augustana 14. Decemb.* 1630. Dicti Vicarii S. Joannis Hierosoly- 42 mitani non tenentur dare procurationem Episcopo eorum Ecclesias visitandi; *Sacr. Congregat. Concil. in dict. Augustana 14. Decemb.* 1630. Et jam sic fuerat decisum 28. Junii 1627. nempe dictas Ecclesias Curatas esse visitandas gratis, & absque impensa, ut refert Barbosa *de Jure Eccles. univers. lib. 1. cap. 14. num. 22.* Parochi dictæ Religionis curam animarum 43 sæcularium exercentes, a Commendatariis deputati, quatenus absolute idonei sint, approbandi sunt simpliciter ab Episcopo; *Sacr. Congregat. Concil. in dict. Augustana 14. Decembris* 1630. apud Pascucc. *part. 1. tit. de Equitibus*. Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur intervenire Oleorum 44 consecrationi, si alii Curati teneantur; *Sac. Congregat. Episc. & Regul. in Faventina 20. Maji* 1646. Potest Episcopus tam- 45 quam Delegatus Apostolicus visitare Parochiales Hierosolymitanas, & in Visitatione decreta concedere in concernentibus Curam Animarum, administrationem Sacramentorum, ac Implementum onerum Missarum ex piis dispositionibus provenientium, & illa sunt executioni demandanda; *Sac. Congreg. Concil. in Vulturarien.* 1652. apud Pascucc. *loc. cit.*

Episcopo licet ad Excommunicationis publicationem pro- 46 cedere, & interdictum apponere Ecclesiæ Prioratus Religionis Hierosolymitanæ ex causa violatæ Immunitatis, *Sac. Congregation. Immun. in Messanen. 23. Septembris* 1653. apud Riccium *in Synopsi decretor. verb. Interdictum num. 9.* Licentia extrahendi delinquentes ab Ecclesia Religionis Hierosolymitanæ, & cognitio an extractus gaudeat Immunitate, spectat ad Episcopum, *Sac. Congregation. Immun. in Savonen. 9. Maji* 1662. apud Riccium *loc. cit. verb. Licentia n. 1.* 48 Potest Episcopus ex Constitutione Gregoriana extrahere delinquentes etiam ab Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ, *Sacr. Congregat. Immun. in Messanen. 6. Maji* 1653. Fratres Capellani Religionis Hierosolymitanæ curam Animarum 49 habentes tenentur accedere ad Synodum, & ad Congregationes Casuum Conscientiæ præscriptas ab Episcopo, qui potest illos cogere juris remediis; *Sacr. Congreg. Concil. 9. Septembris* 1684. apud Monacell. *part. 4. sub num.* 158.

Religio Hierosolymitana potest personas Ecclesiasticas in 50 Conservatores eligere, etiamsi in Conciliis Provincialibus, vel Diœcesanis Judices designati non sint, prout concessit Alexander VIII. 17. Maji 1655. apud Monacell. *part. 3. tit. 1. formul. 10. num. 4.* Equitum Melitensium in promotione ad Magnam Crucem habetur ratio meritorum magis, quam antiquitatis respectu temporis; Paul. V. Constitut. 30. incip. 52 *Accepimus*. Præceptoriæ Ordinis Melitensis vacant per promotionem ad Episcopatum; Gregor. XIII. Constitut. 82. incip. *Controversia*. Assassinii criminis reos Equites Meliten- 53 ses non possunt Judices Laici declarare; Clemens VIII. Constitut. 37. incipient. *Æque*. Coloni Religionis Hierosolymi- 54 tanæ gaudent privilegiis ejusdem Religionis, *Sac. Congregat. Immunitat. in Vercellen. 28. Maji* 1626. apud Riccium *in Synopsi decret. verb. Colonus Commendæ num. 1.*

Hierosolymitani Milites non vivunt Melitæ in Claustro, sed 55 tota Civitas dicitur Conventus; Card. Petra *tom. 2. Constitut. 2. Anastasii IV. sect. 2. num. 5.*, & alii passim, & docet praxis. Hierosolymitani Milites aluntur a Religione, dum sunt 56 in Conventu Melitæ; Card. Petra *tom. 2. Comment. ad Constit. 7. Innocent. III. num. 3.* cum multis ibi citatis. Hierosolymitani Milites per Cingulum distinguuntur a Capellanis, 57 & servientibus; Fagnan. *lib. 3. decret. in cap. Qui Presbyterum 2. de pœnit., & remissionib. num. 78.*, & 79. In Religione Hierosolymitana Fratris nuncupatio non convenit nisi 58 Professis; Novitii enim non Fratres, sed Nobiles appellantur, ut constat ex Statuto primo *de verb. signific.* Fagnan. *loc. cit. num. 109.* Religio Hierosolymitana repræsentatur per 59 Capitulum Generale, & non per sexdecim Equites Capitulares, *Rota recent. part. 7. decis. 303. num. 23.* Unde dicti sex- 60 decim Capitulares non habent facultatem decernendi contra Statuta Ordinis; Rota *ibid. numer. 22., & sequent.* Fagnan. 61 *loc. cit. num. 48.* Hierosolymitano Equiti, neque de jure competit, nec concedenda est ex gratia facultas sibi arrogandi filios; *Sacr. Congregat. Concil. in Placentina Arrogationis 4. Maji* 1697.

In Conservatores, & Officiales Religionis Hierosolymi- 62 tanæ eligendæ sunt Personæ Ecclesiasticæ; *Sac. Congregat. Immunit. in una Siciliæ 20. Januarii* 1654. *lib. 5. decretal. Paul. pag. 32.*

Administratio Ærarii, & Thesauri Religionis præfatæ non 63 debet demandari per Capitulum ejusdem Religionis Magno Magistro, *Eadem Sac. Congregat. in una Religionis Hierosolymitanæ 24. Decembris* 1623. *ex Regesto Scripturarum veterum pag. 22.*

Puer trium annorum cum dispensatione Apostolica admis- 64 sus ad dict. Religionem, cui concessa fuit Crux aurea, cum promissione faciendi novitiatum anno vigesimoquinto ætatis suæ, pendente isto termino ad emittendam Professionem, gaudet privilegio Fori; *Mediolanen. 21. Jan. 1626. ex Regest. script. veterum pag. 83.*, & 30. *Aprilis dict. anni*, & *lib. pag. 99.*

65 Equites Hierosolymitani vigore privilegiorum Apostolicorum suæ Religioni concessorum gaudere debent exemptione a Datiis, Collectis, & Gabellis, & aliis Oneribus, exceptis illis, quæ a Sede Apostolica fuerunt imposita, & in impositione specifice eadem Religio est nominata; *Anconitana 13. Julii 1637. lib. 3. decret. Paul. pag. 36.*

66 Eques Hierosolymitanus est exemptus etiam pro bonis patrimonialibus, & acquisitis; *Novarien. 5. Februar. 1630. lib. 2. decret. Paul. pag. 26. Tudertina 19. Januar. 1638. lib. 3. decret. Paul. pag. 53.*

67 Equites Hierosolymitani absentes non gaudent privilegio competente Clericis ex causa absentibus pro eorum Franchitiis Farinæ; *Bituntina 21. Novembris 1684. lib. 3. decret. Altoviti pag. 388.* Verum Equiti Hierosolymitano absenti ob
68 Caravanas faciendas debentur Franchitiæ; *Bituntina 16. Julii 1697. lib. 2. decret. Vallem. pag. 101.*

69 Equites præfati non comprehenduntur in contributione pro refectione pontis auctoritate Apostolica imposita, quando non fuerunt specifice expressi in impositione; *Cæsaraugustana 20. Junii 1671. lib. 1. decret. Altov. pag. 565.*

70 Scribitur Episcopis, & aliis Ordinariis, quibus concessa fuit facultas contribuendi ratione Belli, & hospitationis Militiarum exterarum, quod Sanctitas sua intendit bona Religionis præfatæ possessa ab Equitibus esse immunia a prædicta contributione; *Milevitana 16. Februar. 1992. lib. decret. Grimaldi pag. 86. Parmen, & Mutinen. 26. Novembris 1692. lib. 1. decret. Vallem. pag. 4. Colonien. 1. Junii 1697. lib. 2. decret. Xall. pag. 93.*

71 Injungitur restitui quidquid exactum fuit per Ministros Laicos super bonis Equitum S. Joan. Hierosolymitani contra dispositionem Decreti emanati sub die 31. Augusti 1677. *Bononien., Fanen., & Ravennaten. 24. Augusti 1665. lib. 1. decret. Valleman. pag. 211.*

72 Verum aliquando, de mandato Sanctissimi, Episcopus potest cogere ad concurrendum pro reparatione viarum pro rata tantum commodi privati; *Cæsenat. & Imolen. 25. Junii 1695. dict. lib. pag. 196.*

73 Ordinarius procedere potest, ut a Curia Sæculari excarceretur, & remittatur Miles Hierosolymitanus prætensus Reus; at in causa delicti commissi Ordinarius non debet procedere, sed remittenda est ad Magnum Magistrum ejusdem Militiæ; *Panormitana 2. Febr. 1637. lib. 3. decret. Paul. pag. 25.*

74 Injungitur Nuncio Apostolico, ut assistat Judici, & Conservatori privilegiorum Ordinis, *Melitен. Tranen. 30. Julii 1695. lib. 1. decret. Vall. pag. 206.*

75 Super recursu Clerici Beneficiati Equitis Hierosolymitani detenti in Castro per Curiam Laicalem, injungitur D. Archiepiscopo, & D. Nuncio, ut conjunctim illum tueantur prout de jure; *Neapolitana 17. Maji 1695. dict. lib. pag. 190.*

76 Datur facultas Archiepiscopo procedendi contra Gubernatorem, licet Equitem Hierosolymitanum, in causis violatæ Immunitatis; *Materanen. 27. Novembris 1666. lib. 1. decret. Altovit. pag. 65. Caven. 15. Octobris 1667. dict. lib. pag. 165. Monopolitana 15. Januar. 1667. dict. lib. pag. 79.*

77 Datur facultas Archiepiscopo extrahendi Equitem dict. Religionis confectorem Monetæ falsæ, & tonsorem monetarum, ac conficiendi processum, & caute custodiendi; *Neapolitana 6. Septembris 1678. lib. 2. decret. Altov. pag. 174.*

78 Ex gratia Sanctissimi injungitur D. Nuncio, ut mandet Conservatori Religionis Hierosolymitanæ confici processum contra Equitem dict. Religionis, qui in publica Platea, ac diurno tempore baculo percussit præsidem Generalem Ærarii Ducis Sabaudiæ, & permittat assistere posse Ministrum Ducalem, cum expressa tamen conditione, ut certioret Sanctissimum, cum transmissione contentorum in processu fabricato; *Taurinen. 30. Junii 1628. lib. 2. decret. Paul. pag. 96.*

79 Sanctissimus avocavit causam a Tribunali Conservatoris Religionis Hierosolymitanæ, ac mandavit dari Præfecto Nursiæ facultatem procedendi contra exemptos; *Asculana, seu Spoletana 27. Junii 1703. lib. 3. decret. Vallem. pag. 498.*

80 Ad preces Magni Magistri dict. Ordinis, ex gravissimis, & extraordinariis circumstantiis Sanctissimus tribuit ad triennium Episcopo facultatem extrahendi a locis immunibus Milites confugitos pro causa exposita, reportata tamen obligatione cum juramento de non puniendo ob confugium; *Melitен. 27. Novembris 1694. lib. 1. dec. Vall. pag. 159.*

Prorogatur ad Decennium facultas extrahendi personas, 81
& res suspectas morbo pestilentiali; *In eadem 26. Martii 1695. dict. lib. pag. 179.*

Item Sanctissimus tribuit ad triennium Episcopo facultatem 82
extrahendi Confugas ad loca Immunia, reportata tamen obligatione supradicta, *ibidem.*

Additio ex Auctore.

Hierosolymitanæ Militiæ permittitur super triremibus 83
celebratio Missæ tempore navigationis, quando triremes anchoratæ sunt in quibuvis oris, littoribus, & portubus habitatis, & non habitatis, dummodo celebratio Missæ hujusmodi eo tempore, quo mare tranquillum, & cœlum serenum reperiatur, & cum assistentia alterius Presbyteri, seu Diaconi fiat, itaut periculum effusionis Sanguinis in dicta celebratione minime absit; Benedict. XIV. tom. 1. Constitut. 41. incip. *Exponi*. Ipsius militibus, & subditis, seu incolis insularum ipsius ditioni subjectarum conceduntur Indulta Bullæ Cruciatæ; Idem Constit. 86. incip. *Quoniam per tot.*

Pro Hierosolymitanis Capellanis attendendæ sunt sequen- 84
tes Resolutiones Sacræ Congregationis Concilii in Illerden. Synodi, relatæ a Benedicto XIV. de Synodo Diœcesana, *lib. 3. cap. 7. num. 2., & 5.*, ibi.

Primo. An Fratres Capellani Sacræ Religionis Hieroso- 85
lymitanæ, curam Animarum habentes, teneantur convenire ad Synodum Diœcesanam?

Secundo. An iidem Fratres Capellani, curam Animarum habentes, & Sacramenta in eorum Ecclesiis Regularibus, & exemptis ministrantes Clero, & Populo Sæculari, subjecto Episcopo Loci, teneantur ad Diœcesanam Synodum convenire?

Tertio. An iidem Fratres Capellani, curam Animarum habentes, teneantur interesse lectioni, & conferentiæ casuum conscientiæ ab Episcopo præscriptis, propter necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, præsertim contra propositiones damnatas?

Die 17. Julii 1683. Sacra Congregatio respondit: Ad primum, secundum, & tertium, *Affirmative*.

Eorum Ecclesiæ Parochiales subsunt visitationi Episcopi, 86
ut Sedis Apostolicæ delegati, & Visitationi Priorum Hierosolymitanorum, ita tamen, ut si Episcopi, & Priorum decreta inter se discrepent, illa prævalent, quæ ab Episcopo sunt edita, juxta plures sacrarum Urbis Congregationum sententias relatas a Monacello *in Formular tom. 1. tit. 5. formul. 2. num. 2.*, & signanter *in Mediolanen. 12. Novembris 1689.*, *& in Congregatione Particulari deputata ab Alexandro VIII. in causa Hispalen. 30. Januar. 1694. in respons. ad 6. & relata in Congregatione Generali 18. August. 1696.* Idem Benedict. *loc. cit. num. 4.*

Multo magis ad Synodum accedere debent, & Episco- 87
pis subjiciuntur in iis, quæ Paræcię administrationem respiciunt, Sacerdotes sæculares Ecclesiis Parochialibus Equitum Hierosolymitanorum præfecti, ut centuit *Sacra Congregatio Concilii in Pragen. Jurisdictionis, quæ ad dubium, An nominati, seu deputati in dictis Ecclesiis, postquam reportaverint ab Archiepiscopo licentiam pro exercenda Cura Animarum, teneantur se conformare Constitutionibus Synodalibus, & Ordinationibus Consistorialibus, quoad omnia in ordine ad Sacramentorum administrationem, & Curam Animarum? die 14. Januarii 1708.* respondit *Affirmative*: Idem *ibidem num. 5.* & habetur in Thesauro Resolutionum *tom. 9. pag. 170.*

Alii Sacerdotes eidem Ordini inservientes subjecti sunt 88
jurisdictioni Episcopi, ut Sedis Apostolicæ delegati, & ad Synodum accedere tenentur, nisi Religiosam Professionem emiserint, vel intra Militaris Claustri sepia viventes, Religioni actu inserviant, & sub Prælati obedientia vivant. Concil. Trident. *sess. 24. cap. 11. de reformat.* Quod Tridentini 89
Decretum instauravit, & distinctius explicavit Gregorius XIII. *Constitut. 125, §. 2. Bullar. part. 3. tom. 1.* in qua prædictos inservientes, quocumque nomine nuncupentur, item rum subjecit delegatę jurisdictioni Episcoporum, tam in visitatione, quam extra visitationem, ibi: *Exceptis tamen iis, qui Ecclesiis, aliisque locis dictorum Militum actu serviunt, & intra eorum sepia, & Domos residεnt, ac sub eorum*

rum obedientia vivunt, quæ omnia debere simul concurrere intelligantur, sive iis, qui legitime, & secundum Regulam prædictæ Religionis Professionem fecerint, de quo loci Ordinario constare debeat. Quam explicationem semper respexit, 90
suasque decisiones ad illam conformavit *Sacra Congregat. Concil.* & præcipue *in Materanen. Jurisdictionis 8. Februarii 1659. lib. 21. Decret. pag. 533. & sequent.* & novissime *in Caputaquen. Jurisdictionis 19. Novemb. 1735.* ut habetur *in Thesaur. Resolut. dicti anni*; Idem *ibid. num. 6.* ubi ad id allegat Fagnan. Monacell. Pignatell. & Rotam *decis. 120. n. 16. & seq. par. 28. recent.*

Et *ibidem num. 8.* subjungit, quod quæ hactenus de Hie- 91
rosolymitano dicta sunt, adamussim congruunt Militari Ordini SS. Mauritii & Lazari, qui a S. Pio V. in *Constitut. 43. §. 12. Bullar. tom. 4. part. 2. pag. 339.* in omnibus exæquatus est Ordini Hierosolymitano. Hinc cum nonnulli Sacerdotes 92
Diœcesis Uritanæ Litteras, quas *Patentales* vocant, obtinuissent a Vicario Commendæ SS. Mauritii & Lazari, iisdemque muniti, se immunes jactarent a jurisdictione Ordinarii, Causa proposita in Sacra Congregatione Concilii, & disputato dubio, *An Officiales Patentati SS. Mauritii & Lazari sint exempti a jurisdictione Ordinarii?* Die 7. *Septemb.* 1726. responsum fuit *Negative*. Hæc ille, & habetur etiam in *Thes. Resol. dicti anni*.

De ipsis Equitibus plura statuit Benedict. XIV. Constit. 93
incip. *Bicnnium*, & signanter quod sint veri Regulares; quod Crux octogona sit tenus eorum Habitus, non autem aurea Crux a pectore pendens, quæ aliquando ipsis prohibita fuit, quamvis talis prohibitio usu recepta non fuerit; quod dicti Equites ad Episcopatum, aut Cardinalatum evecti Crucem octogonam ex tela alba tanquam habitum suæ Religionis proprium supra vestes exteriores, & præcise supra mozzettam deferre possint Cardinales ex eodem Ordine assumpti, & quod Crucem ejusmodi Melitensis Episcopus Mozzettæ in Civitate Melitensi, Mantelletæ vero assuta Romæ deferre possit, ut consuevit, & ad id plura exempla adducuntur.

Commendæ Ordinis S. Joannis Hierosolymitani sunt ab 94
omnibus reservationibus exemptæ; Ideoque semper omnino a Magno Magistro, vel alio ad id facultatem habente, de iis disponi debet. Bened. XIV. Constitut. incip. *Inter illustria*, §. 14. Hinc Expectativæ, Coadjutoriæ, vel mandata de providendo, sine consensu Magni Magistri obtenta, nulla declarantur. Idem *ibid.*

Commendarum resignationes acceptare potest Magnus 95
Magister; Ac etiam reservare pensiones super illis perpetuas, & ad successores transitorias. Idem *ibid.* §. 15. Solis tamen Militibus hujusmodi pensiones reservari possunt. Idem *ibid.* §. 16.

Hierosolymitani Ordinis tum spiritualia, tum tempora- 96
lia privilegia, ac statuta nunc vigentia sunt confirmata a Benedict. XIV. Constitut. incip. *Inter illustria*, §. 1. Ordo idem, res, & personæ sunt immediate S. Sedi subditæ. Idem *ibid.* §. 2. Ideoque sunt ab Episcoporum, Archiepiscoporum, & aliorum quorumcumque jurisdictione exemptæ. Idem *ibid.* §. 3. Novæ domus, & Præceptoriæ eri- 97
gi possunt, irrequisitis locorum Ordinariis. Idem *ibid.* §. 4. Præsentati ad Parochiales, aliasque Ordinis Ecclesias, sine ulla exactione sunt ab Ordinariis instituendi. Idem *ibid.* §. 5. 98
Fratres Capellani, extra tempora, & a quocumque Catholico Antistite Ordines suscipere possunt. Idem *ibid.* §. 7. Idem non obstante contraria consuetudine in Ecclesiis, & Beneficiis Ordini adnexis deputantur, ac renovantur a Magno Magistro. Idem *ibid.* §. 17.

Bona ipsius Religionis a quibuscumque decimis, aliis- 99
que oneribus Ecclesiasticis, ac etiam laicalibus sunt exempta; Patrimonialia vero militum ab oneribus Communitatis. Idem *ibid.* §. 7. & 8. Jura, proventus, responsiones omnes indiscriminatim communi ærario præstari jubentur, abrogatis contrariis quibuscumque privilegiis. Idem *ibid.* §. 12. Alienatio bonorum Religionis, inconsulto Magno Magistro facta, est nulla. Idem *ibid.* §. 13.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 SUnt utique Equites Hierosolymitani vere Religiosi, ut ait *Auctor num. 3.* & sic ratione voti paupertatis, quidquid undequaque acquirunt, non sibi sed Religioni acquirunt.

At cum iis non eodemmet rigore procedendum est, qui 2
in subjecta materia servatur in alios Religiosos. Animadver- 3
sione enim dignum est, quod ipsi vitam ut plurimum ducunt extra claustra in privatis domibus, debentque sibi comparare omnia, quæ necessaria sunt ad propriam subsistentationem juxta propriæ nobilitatis gradum, atque ipsius inclyti Hierosolymitani Ordinis dignitatem.

Atque hinc est, quod (ut ait Rota in Romana Nullita- 4
tis Contractus 25. Februarii 1753. §. coram clar. memoria Matthæjo) *ex necessaria quadam eorum Institutι tollerantia, sive tacita Superiorum permissione per inveteratam consuetudinem inducta, atque ejusdem Religionis statutis comprobata pro hujusmodi effectu sub imagine cujusdam quasi dominii opportuna gaudent administratione redituum ex prædictis bonis provenientium, liberoque perfruuntur proprioruin quæstuum & pecuniarum usu, adeo ut Sacra ipsa Religione, penes quam vere residet dominium, ac proprietas, sciente & patiente, complures valeant inire contractus, aliaque omnia gerere, quæ exigit hujusmodi vivendi ratio eorum conditioni conveniens.*

Qua de ratione jure optimo Sacrum Tribunal Rotæ in- 6
mox allegata decisione validum dijudicavit contractum census vitalitii a paupere Equite Hierosolymitano initum, ut sibi in futurum prospiceret. Cæterum si agatur de Equite 7
Hierosolymitano, cui congrua sustentatio haud desit, contractus a nullitatis vitio excusari nequit.

HISTORIA, HISTORICUS.

HIstoria dicta est a verbo Græco, quod latine idem 1
importat, ac spectare, seu videre, itaut Historia sit visa res, atque spectata, & exinde, uti est gesta, narrata; Budæus *in Commentariis Græcis*. Unde historia proprie est earum rerum, quibus gerendis interfuerit is, qui eas narrat, ut advertit Calvinus *in suo Magno Lexico tom. 1. verb. Historia*.

Historia igitur, quæ Græca est dictio significans reposi- 2
tionem, sive seriem rerum est rerum gestarum cum laude, aut vituperatione narratio, quæ magnarum rerum consilia, actiones, exitus, Regumque, ac Magnorum Virorum cum temporum, ac locorum ordine, & descriptione, tamquam viva quædam pictura ante oculos exponit; Sic apud Beylinck in *Magno Theatro vitæ humanæ tom. 4. verb. Historia*.

Quatuor sunt species Historiæ; Vel enim de locis est, ut 3
Geographia; Vel de temporibus, ut Chronologia; Vel de generatione, ut Genealogia; Vel de gestis, ut Annales, Historiæque cæteræ. *Geographia* est ars dimetiendi, ac de- 4
scribendi Orbem terraqueum, ejusque superficiem habitatam, & habitabilem. Illius partes sunt *Hydographia*, quæ 5
marium, & insularum descriptionem exhibet; *Chorographia* quæ in particularium tantummodo regionum, Regnorum scilicet, & Provinciarum descriptione versatur: & *Topographia*, quæ singularium dumtaxat locorum, nempe unius Civitatis, Villæ, vel Pagi descriptione contenta est. *Chro-* 6
nologia est ars, quæ certis notis, & indiciis præteritarum rerum memoriam suis temporibus assignat; Unde, ut advertit Scaliger, *in Prolegomen. in Eusebium*, Chronologia *anima Historiæ est, sine qua Historia non spirat, quæ quanto multis scriptis, tanto Chronologia illi præstat, ut corpori anima*. Hinc patet discrimen maximum Historiæ a Chronolo- 7
gia, quandoquidem, ut recte notat doctissimus Petavius *Ration. temporum part. 2. cap. 2. Illa simplici rerum gestarum ordine contenta est; nec annorum singulorum exactam rationem instituit: Hæc annos ipsos quoad licet, annorumque partes quibusdam notis, ac vestigiis assequitur. Genealogia*, 8
idest sermo de origine generationis, est continuata gradatim facta ab origine familiarum, ac personarum descriptio, monumentis, ac litteris tradita. *Annales* libri sunt, in qui- 9
bus antiqua gesta, atque acta per singulos annos conscripta referuntur. Annales autem ab historia distinguuntur, quod 10
illa proprie res suorum temporum gestas, quas auctor vel vidit, vel potuit videre, pertractet; neque tantum quid gestum sit, sed etiam qua ratione, quove consilio, indicet: Annalium vero Scriptor res antiquas ut plurimum, quas sua non novit ætas, eademque per annos singulos monumentis commendet; Ita Baronius *tom. 1. Annal. in Præfatione pag. 2. litt. B.* ex Gell. *lib. 5. cap. 18.* & Isidor. *Orig. lib. 1. in fine*.

Hi-

11 Historia alia est *Sacra*, quæ gesta, atque acta Sacra describit; alia *Prophana*, quæ gesta, atque acta prophana commemorat; alia *Civilis*, quæ in Regnis, Provinciis, ac Civitatibus gesta, atque recta reportat; alia *Ecclesiastica*, quæ in Ecclesia gesta, atque acta, tum Sacra, tum Prophana, tum Ecclesiastica, tum Civilia complectitur.

12 Quinam Historiæ primi fuerint inventores, non satis constat; Plinius enim *lib.*7. dicit, quod Cadmus Milesius primus omnium Historiam condidit; Joseph autem *in* 1. *antiquitat. libro* eum apud Græcos dumtaxat primum Historias scripsisse tradit, multo juniorem Moyse; Nam verisimilius est, antiquissimos Hebræorum, qui Sacros libros scripserant, Victorias primo condidisse; Vel Ægyptiorum Sacerdotes, sicut ipse Josephus in primo contra Apionem sentire videtur, Euseb. *lib.*10. & 11. *Præparat. Evangelicæ*. Xenophontem Grylli filium, Socratis auditorem, primum ex Philosophis Historiam scripsisse de rebus Græcorum, tradit Laertius *lib.* 2. Ante Saturni in Italiam adventum nullum Historiæ cultorem fuisse, sed solum postquam is rudem populum in unum collegit, Historiam communiter invaluisse, refert Macrobius *lib.* 1. *Saturnaliorum cap.* 8. apud Beyerlinck *loc. cit. verb. Historia*; ubi præcipuos in omni natione Historicos, ac in omni materia Scriptores abunde recenset.

13 Historia, ex quo adinventa, maximam semper suis coloribus utilitatem subministravit; Ipsius enim lectio juniores antiquioribus æquavit, natu majores rerum experientia ditavit, privatos Viros Imperio dignos effecit, & quotquot in Orbe quovis in genere fuere heroes, ipsa constituit, ac efformavit; & ut summatim dicam, omnium rerum series, quibus hominum utilitas, felicitas, ac gloria paratur, historiæ tribui debet; Unde ipsamet apud Beyerlinck *loc. cit.* hæc poetica sibi carmina canit:

Illa ego, quæ gestis præsum custodia rebus;
Digero quod caveas, quodque sequaris iter.
Priscaque ne veteris vanescat gloria sæcli,
Vivida defensant, quæ monumenta damus.
Et sua virtuti per me sunt præmia rursum,
Impia famosis defero fama notis.
Eloquor, & summi quantum jactatur, & imi,
Eloquor & cæcæ fasque, nefasque Deæ.
Quod majus Theatrum, Circusque capacior aut quæ
Doctior humanas scæna referre vices?
Me sine quis prudens? Unde experientia major?
Quis me adiit tandem, non mage doctus eat?
Omnis enim nostro pendet prudentia sensu,
Riteque uil, nostra qui caret arte, sapit.

14 Quid in Historia, quid in historico principalius requiratur, satis eruditè, & doctè ostendit Halicarnassæus apud Beyerlinck *loc. cit.* his verbis: historicam narrationem perpetuo velut filo ductam colligatam oportet esse, præsertim ubi res exponantur, & multæ, & hujusmodi, quæ cognosci, ac percipi non facile queant; Sic Halicarnassæus *cap.*10. *de judicio historiæ Thucydidis*. Et mox; Historiæ disponendæ laus non minima in eo sita est, si & principium, quo non aliud sit prius, capiatur, & eo fine, cui nihil videatur deesse, comprehensa narratio videatur. Idem *ibidem cap.*11. Deinde ad officia Scriptoris historiæ descendens, ait: Primum officium esse puto, & id vel maxime omnibus necessarium, qui res gestas litterarum monumentis tradere cupiunt, ut ab oblivionis injuriis vindicentur, materiam seligere speciosam, & jucundam, ac eam, quæ animos legentium voluptate afficiat, atque alliciat; Quod Herodotus mea quidem sententia melius vidisse, & expressisse videtur, quam Thucydides; Ille enim Græcorum, & Barbarorum historiam integram scripsit, & apte disposuit; Thucydides autem unum tantummodo bellum, nec fortunatum, unde potius silentio prætereundum, quam posterorum memoriæ relinquendum, confuse descripsit. Est enim historici etiam officium cautè considerare, quæ res illi in historiam referendæ sint, & omnia ritè in partes disponere, ac unumquodque eorum, quæ referuntur, suo loco apte disponere. Et tandem talis debet esse historicus, ut omni metu careat, nullis muneribus, aut commendatitiis corrumpatur; nihil amicitiæ tribuens, æqualis Judex, ac benevolus omnibus, itaut alterutri plus æquo nihil tribuat, sinceræ veritatis amator liber sit, ac nulli Regi subjectus, peregrinus in libris, patria carens, suis legibus vivens; non quid huic, illive sit placiturum, aut displiciturum cogitans, sed id, quod revera actum sit, fideliter ac veridice imponens; Cum præcipuæ Historicorum partes sint, falsum non dicere, verum non abscondere, ac suscipionem, vel simultatem evitare: Historia enim a Ciceron. *lib.*2. *de orat.* vocatur testis temporum, vitæ memoria, magistra lucis, nuntia veritatis. Et jam quid congruat Historiæ auctori, breviter fuerat traditum *lib* 2. *Machabæor. cap.*2. Vide *ibi*. (a).

Historicis, præsertim antiquis, & classicis, omnis præstanda est fides. *Communis*, & colligitur tum ex Sacra Scriptura, tum ex utroque jure, tam Civili, quam Canonico; Ex Sacra Scriptura pluribus in locis habetur digna historiarum commemoratio, ad denotandum, quod sit ipsis fides adhibenda. *Exod. cap.*17. *num.* 14. ibi: *Dixit autem Dominus ad Moysen, Scribe hoc ad monimentum, & trade auribus Josue. Deuteronom. c.*31. *num.* 9. ibi: *Scripsit itaque Moyses Legem hanc, & tradidit eam Sacerdotibus filiis Levi, qui portabant arcam foederis Domini, & cunctis senioribus Israel. Jeremiæ capit.*36. *numer.*2. ibi: *Tolle volumen libri, ut scribas in eo omnia verba, quæ locutus sum tibi*; & fere idem *ibid. num.*28. *Esther cap.*2. *num.*23. ibi: *Mandatumque est Historiis, & Annalibus traditum coram Rege; Et cap.*6. *num.*1., ibi: *Jussitque sibi afferri Historias, & Annales priorum temporum, quæ cum illo præsente legerentur. Et cap.*9. *num.*32. ubi præceptum fuit Judæis, ut musta a Mardochæo, & Esther constituta observarent, *& omnia, quæ in libri hujus, qui vocatur Esther. Historia continentur. Et cap.*16. *num.*7. ibi: *Quæ res & ex veteribus probatur historiis. Esdræ lib.*1. *cap.*4. *num.*15. ibi: *Misimus, & nunciavimus Regi, ut recenseat in libris Historiarum patrum tuorum, & invenies scriptum in Commentariis, & scies, quoniam urbs illa urbs rebellis est, & nocens Regibus, & Provinciis, & bella conciantur in ea ex diebus antiquis &c.* Sic etiam Regum Judæorum gesta solebant in Chronicis describi, aliquæ res memorabiles, ut ad posterum eruditionem, & utilitatem deservirent, ut patet *l.*3. *Reg. c.*14. *& seq. lib.*4. *Reg. cap.*8. *cap.*10. *cap.*21. *cap.*33. *& Paralipom. lib.*2. *cap.*2. *& cap.*35. & sæpe alibi. Unde *lib.*2. *Machabæor. c.*2. *num.* 25. *&* 26. habetur: *Considerantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes Historiam propter multitudinem rerum, curavimus volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio, studiosis vero ut facilius possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus utilitas conferatur*. Ex jure Canonico habetur in *cap. De quibus* 3. *dist.*20. *cap. Quamvis* 3. *dist.*21. *cap. Valentinianus* 3. ibi: *Ut refert Historia Ecclesiastica*; *dist.* 63. *& cap. Adrianus* 22. *eadem dist.* 63. deprompto ex Historia Ecclesiastica, *cap. Cum venisset* 1. *in fine, de Sacra Unctione*, ibi: *Tum propter Historiam*; *cap. Foras* 10. *de verborum significat.* ibi: *De qua Virgil. cap. Cum Apostolica Sedes* 7. *de his quæ fiunt a Prælatis*, *cap. Cum causam* 15. *De probationib.* ubi probatio divisionis admittitur per libros antiquos; *cap. Ad audientiam* 13. *de præscript.* ubi fides adhibetur antiquis libris centenalibus. Ex jure Civili in *l. Breviter* 1. *ff. de officio præfecti Prætorio*, ibi: *A quibusdam Scriptoribus traditum est*; *l. Necessarium* 2. *ff. de origine juris*; *l. Origo* 1. *de Offic. Quæstoris*, *l. Census* 10. *ff. de probationibus l. Antiqui* 3. *ff. Si pars hæreditatis petatur*; *l. Si pater* 36. *ff. de solutionib. l. Corpora* 1. *ff. de cadaveribus puniror.* cum similibus. Et Rota recent. *part.*8. *decis.*76. *num.*11. *& seq. part.*10. *dec.*229. *n.*5. *part.*14. *decis.*424. *n.*5. *part.*18 *tom.*1. *decis.*34. *n.*18. *decis.* 193 *num.*3. *& decis.* 379. *n.*19. ac sæpissime alibi.

An autem Historicis sit etiam præstanda fides, & ad vim probationis, vel admiculi admittendi sint in causis Beatificationis, & Canonizationis? Omnino videndus est undequaque olim Eminentissimus Card. de Lambertinis, postea jure merito Summus Pontifex sub nomine Renedicti XIV. qui *Tom.*3. *cap.* 8. *sui verè Aurei Operis de Beatificatione Servorum Dei, & Canonizatione Sanctorum*, egregie suo more totam rem tractat, & quoad hoc Historicos in quatuor gradus distinguit, & quoad omnes clarissime, ac solidissime ostendit quinam ex ipsis ad vim probationis, vel admiculi admittendi sint in supradictis causis.

Primus igitur gradus, inquit, est historicorum, qui litteris tradiderunt ea quibus interfuerunt, vel quæ geri viderunt; &

(a) De conficienda historia, &? quænam adminicula in eo, qui historiæ concinnandæ provinciam vult sibi assumere, requirantur, Leg. eruditissimam Præfationem Eminentissimi Cardinalis Orsi in Historiam Ecclesiasticam.

si probi

si probi fuerunt, ac prudentes, & ideo fide digni, primum fidei, & auctoritatis, ac probationis pondus constituunt. Sic ipse *in cit. cap.* 8. *num.* 8. *&* 9.

18 Secundus gradus est eorum, qui non viderunt ea, quæ narrant, sed acceperunt ab iis qui viderunt; & hi quoque si probi sint, & prudentes, adeoque fide digni, primum fidei, & auctoritatis, ac probationis gradum constituunt. Idem *ibid. num.* 8. *&* 9., sed major est auctoritas primorum, quam secundorum, *ibid. num.*10.

19 Tertius gradus est eorum, qui referunt ea, quæ non viderunt, nec audiverunt ab iis, qui viderunt, sed ab iis, quibus, qui viderant, narraverunt. Et hi fidem merentur, si sint viri probi, ac prudentes, sed minor est eorum auctoritas, quam aliorum prædictorum. Idem *ibid. num.*10.

Quartus gradus est eorum, qui scripserunt ea, quæ legerunt
20 in aliis historicis; Et horum auctoritas erit solum tanta quanta erit illorum, a quibus sua scripta desumpserunt. Idem *ibid. num.*10.

Hinc recte concludit, quod in causis procedentibus per viam
21 casus excepti, ubi passim probationes subsidiariæ admittuntur, Virtutes, & Martyrium plene comprobantur ex historicis, sed prius tantum, vel secundi gradus. Idem *in cit. cap.* 8. *a num.*13. *usque in finem*.

In causis vero procedentibus per viam non cultus, cum
22 probatio constituenda sit in testibus de visu *contestibus*, Virtutes, & Martyrium non bene probantur ex dictis historicis primi, & secundi gradus; & tanto minus ex historicis tertii, & quarti gradus. In istis enim causis non habent vim nisi adminiculi majoris tamen, vel minoris juxta regulam auctoritatis, & fidei ipsis præstandæ secundum suum gradum superius assignatum. Idem *ibidem num.*12.

* Qui tamen postea, ut diximus, ad Summum Pontificatum assumptus per Decretum generale die 23. Aprilis 1741. editum mandavit, ut in posterum in causis Beatorum procedentibus per viam Cultus immemorabilis admitteretur probatio subsidiaria Virtutum, aut Martyrii ex testibus de auditu, aliisque adminiculis; cujusmodi probatio admitteretur etiam in causis Servorum Dei procedentibus per viam non Cultus, semoto tamen dolo, & culpabili dilatione. Et præterea decrevit, ut in causis Beatorum per viam Cultus immemorabilis procedentibus, probatis Virtutibus, aut Martyrio per testes de auditu adminiculandos non duo in posterum, sed quatuor pro Canonizatione miracula per testes de visu probari debeant: idemque servandum pro Beatificatione Servorum Dei in causis procedentibus per viam non Cultus; probatis virtutibus, aut Martyrio per testes de auditu, ut supra, adminiculatos. *

23 Historiæ de Virtutibus, & Martyrio non sunt contemnendæ, etiamsi in eis aliquæ conciones ad encomium Sanctorum insertæ sint, quas certum est non fuisse habitas, seu factas a dictis Sanctis; Nec etiam contemnendæ sunt, etiamsi unus, vel alter error in eis inveniatur, dummodo tamen eorum auctores probi sint, prudentes, ac fide digni Idem *ibid. c.*9. *num.*3. *&* 4. ex Baronio, Bollando, Mabillonio, & aliis ibi allegatis.

24 Historici probant, nec unus dicitur alteri contrarius licet sint ejusdem ætatis, & unus ex his referat id, quod non refertur ab alio. Idem *ibid. cap.*9. *num.*5. concludens cum verbis Castellini *de Inquisit. miracul. in causis Martyrum pag.* 64. ubi ait; *Regulaliter, & ordinarie esse usitatum apud Scriptores, etiam Ecclesiasticos, ut unus vel alter non exprimat omnia, & singula gesta alicujus Viri Dei; Sed quod unus omittit, alter vero refert; Quod observarunt etiam Evangelistæ scribentes gestas Salvatoris nostri; Nam quod unus omisit, alter explicavit.*

25 Historico posteriores Ævi, aliquid referat, de quo tacuerunt omnes alii antiquiores, & classici historici, nulla est præstanda fides, nec concedenda auctoritas. *Communis* cum eruditissimo Baronio *ad annum* 237. ubi sic expresse habet: *Non audiendi penitus Recentiores quidam qui post Pontianum introducunt Cyriacum quemdam Pontificem, cujus nulla prorsus extat mentio in serie Romanorum Pontific. vel apud Optatum Milevitanum, vel Augustinum, vel Cresconium aliosve Indices Vaticanos, nec apud Græcos, ut Eusebium, Nicephorum, vel alios: adeoni ne digna quidem sit, quæ pluribus confutetur, sententia, quippe quæ nulla penitus nitatur ratione vel testimonio Antiquorum*, ac Sapientissimo Ludovico Antonio Muratorio *Anecdot. tom.* 2. *cap.* 21. sic præcise dicente; *Et quo pacto, ambo, Commenda, fabulæque explodi, atque exsibilari possent, quæ in posteriorum temporum Historias irrepsere, nisi Antiquiorum silentium pluris quam imperita audaxque Recentiorum loquacitas, ponderetur? Affirmant hi ad arbitrium suum, gestaque a temporibus suis remotissima somniant: illi vero me volam quidem, vestigiumque earum rerum reliquere, relicturi sane, si illarum notitiam habuissent. Et nos affirmantium potius imperitia, quam tacentium doctrina duci finemus?*

Et a fortiori nulla est præstanda fides Historico asserenti ali- 26
quid, de quo inter alios Historicis est communiter receptum contrarium, ut exemplificari potest in Benvenuto de Imola *nel Commentar. in Dante impress. Pisauri a Christophoro Berardo fol.* 1167. ubi asserit, quod perfidus Mahometes fuerit habitus ut Cardinalis Romæ, ac missus in Africam ad prædicandam Fidem Catholicam, ad quam sua singulari gratia, & eloquentia fere totam illam gentem reduxerat. Ob quod Cardinales ei promiserant, quod decedente Summo Pontifice ipsum eligerent; at secuta dicta morte, alio ab ipsis electo Summo Pontifice, indignatus ille cæpit omni conatu contrarium prædicare, ac totam illam nationem seduxit, atque ad faliam sectam Saracenorum reduxit; Quod totum falsissimum est, & mere chimericum ab omnibus communiter historicis impugnatum, ut videre est apud Ursayam *Instit. crim. lib.*4. *tit.*8. *num.*120. *& seq.* ubi totum id refert. Sic nullimode est credenda fabulosa Historia de Joanna Papissa, quicumque fuerit primus ejus Inventor, sive Martinus Polonus, sive Marianus Scotus, sive Sigibertus, ut aliqui volunt, sive alii, ut alii prætendunt, sive probabilius Hæreticorum fraus & malitia, qui in deritum Sanctæ Romanæ Pontificiæ sedis historicorum scriptis fabellam hanc inserverunt; ut eruditissime suo more advertit Summus Pontifex Benedictus XIV. *in citat.*3. *cap.*10. *num.* 4. Item totaliter deridenda, & explodenda est fabula de malignissime excogitata, & falsissime asserta infelici prætensa morte Subtilis. Viri mei Joannis Duns Scoti, quam Bzovius, secutus Paulum Jovium refert infelici vitæ exitu fuisse extinctum, eumque comitiali morbo laborantem, & nimis festinato funere elatum; cum redeunte vita, fero morbi impetum natura discuteret, frustra miserabili mugitu opem periisse, pulsatoque diu lapide, elisoque tandem capite, miserabiliter periisse; Et sic de pluribus aliis Historicis conimiles evidentes falsitates, ac fabulas referentibus, quæ adeo evidenter falsæ, ac chimericæ communi veridicorum Historicorum sensu habentur, ut nec confutationem mereantur, juxta auream sententiam S. Athanasii relati ex Patre Sebastiano a S. Paulo Carmelita ab Urlaya *loc. cit. n.* 123. ibi: *Nimis falsa, non sunt refellenda, ne habita fuisse credibilia videantur*.

Historicus rationaliter attemperari prorsus debet in animi 27
affectionibus amoris, & odii, aliter enim vel veritatem excedere, vel a veritate deflectere facile erit, siquidem ut præclare dicitur per vulgare effatum amor, & odium nomen imponitur.

Historicus ne vel leviter etiam semel mentiri debet; nam 28
qui mendacium ponit, fidem in veritate sibi tollit, dum semel malus semper præsumitur esse malus: *textu expresso in cap. semel malus* 8. *de Regulis Juris in* 6. In eodem genere mali ut explicat Glossa *ibidem*, & nisi de emendatione appareat; *cap. Ferrum* 18. *dist.*50. & Tullius pro C. Rabyrio posthumo nos admonet: *ubi semel quis pejeraverit, ei credi postea etiamsi per plures Deos juret, non oportet*.

Historico absque facta, & auctoritates mutilanti, vel docu- 29
menta sibi adversa reticenti nulla merito est fides, sic namque sufficiens ingeritur suspicandi motivum voluisse fallere, & ex tacitis asserta non subsistere, ac ipsimet sua proinde fore dubia, indicatur, consequenter merito &c.

Historico coævo magis standum est, quam non coævis, te- 30
stis enim coævus rem gestam propriis oculis conspicere potuit, minime vero testes non coævi, atque ideo ille istis præferendus est: hinc communi Criticorum calculo facta antiqua per testes coævos, vel proxime coævos non probata pro fabulosis, vel admodum dubiis habentur, & Cicero *lib.*1. *qq. tuscul. cap.*12. ait: Auctoribus uti optimis possumus, quod in omnibus causis, & debet, & solet valere plurimum, & primum quidem omni antiquitate, quæ quo propius ab ortu & divina progenie hoc melius, & fortasse quæ erant vera, cernebat.

Historicum Critica maxime decet, si christiane fiat, idest 31
si spretu & mordacitate ablegatis, sui pompa, & ingenii ostentatione semotis, æquitatis solius, ac veritatis amore fiat, etenim sic rea nullatenus apparebit in conspectu Domini, & absque alterius læsione culpabili falsa a veris lati secernentur, nec non scribendi cum veritatis, vel Proximi oppressione,

& absque

& absque proportionato rei examine facilitas obstruetur; vel saltem juste confundetur; est enim Critica, ut optime tradit P. *Honoratus a S. Maria tom.* 1. *annimdv. in regulas Critices dissert.* 1. *art.* 1. ars judicii ferendi de factis historiam constituentibus, de operibus ingenio partis, de eorum variis lectionibus obviis; de sensu, stylo, & Auctoribus: Hinc termini *Criticus*, & *criticare* a græco ducti, ut vides, idem sonant ac *Judex*, & *Judicare*; unde apud Medicos dies critici appellantur illi, in quibus judicium faciunt de morbis maxime acutis, *ut sunt dies* 7. 14. 21.

32 Non videtur in Historico laudabile quædam præsertim Ecclesiastica historicæ credita in dubium vertere, aut negare per principia levia, vel non nisi probabilia; quippe ad minus inutile proditur, quæ pie creduntur vel devotionem fovent, ac sufficienti sunt suffulta fundamento, quod in dubium per levia cientur, aut per solum probabilia negentur; secus autem si principia adducerentur certa, prorsusque ineluctabilia, sic namque falsitas detegitur, quæ veritati pleno jure cedere debet; & ex alia parte ad devotionis ac pietatis fomentum simul & incrementum vera non desunt media, nec per falsa enarrari egent Dei Mirabilia; hinc insipienter quis miracula effingeret ad divinæ Fidei mysteria suadenda cum vera adsint innumera.

33 Licet sola facti possibilitas ad factum astruendum haud valeat. sufficit tamen gravis auctoritas vel accurata experientia. Ratio 1. partis est, quia esto ab actu ad potentiam teneat consequentia, non tamen e contra a potentia ad actum, prout attendenti per se notum est. Ratio 2. p. est, quia quod gravi constat auctoritate, nititur testimonio vel Dei, vel Hominum omni prorsus Fide dignorum. Ratio 3. p. est quia nemo inficias ibit quod experientia constat; ex iis colligi, quæ sensibus patent, eorumque recto usu firmiter deprehenduntur, quæque oculatum testimonium referunt; experientia enim nil aliud est, quam cognitio per sensibilem usum reperta, vel ex frequenti effectum observatione invecta; indeque jure omni experientia habetur pro rerum Magistra.

34 In factis historice credendis apprime circumstantias attendere opus est omnes tum rei, seu internas, quæ videlicet ad ipsammet rem spectant, tum Scriptorum, seu externas, quæ nimirum, testimonia concernunt ea, quibus nitimur, atque ad credendum ducimur, quoties enim circumstantiæ tales comperiantur, ut rarissime inveniantur cum falsitate conjunctæ, rationabiliter enarratis præstatur fides, & assensus: si autem e contra sint, nempe tales, ut sepius falsitatem inducant, merito eis vel non præstatur assensus, vel falsitas tribuitur; in primo namque casu veritatis apparet certitudo moralis, sufficiens in iis, quæ nobis physice constare non possunt, secus autem in secundo sicut est clarum. Generatim igitur antequam de facto historico judicium feratur attente considerandum est quod optime ait Fortum. a Brixia part. 2. Logices art. 4. scilicet, num ex circumstantiis aliqua, moraliter saltem ratione loci, personæ, vel temporis, sit impossibilis, num una ita cum altera pugnet, ut ambæ simul in ipso facto componi nequaquam possint; si namque aliqua sit impossibilis, vel illarum una adversetur alteri, jam factum vel nullam, vel non nisi dubiam meretur fidem, utpote quod hoc ipso, vel plane falsum, vel apprime dubium. Si autem in circumstantiis nulla falsitas, nullaque opposito occurrat, factum censendum quidem possibile, at minime illico credendum illud revera contigisse, nisi ea quoque adsit Auctoris, vel Testis conditio, ut plane dignus ille sit, cui Fides adhibeatur; atque ex his liquido depromitur, unde ferendi sumus ad unum potius, quam aliud credendum ex his, quæ nobis gesta proponuntur, vel facta negantur.

35 Opera genuina, & authentica a falsis ac supposititiis per quinque potissimum capita discerni possunt. Primum est constans, ac perpetua traditio, idque luculentissime evincitur ex D. August. lib. 33. contra Faustum cap. 6. ubi efficacissime, ac sublimissime, prout suum, ex prælaudato capite contra Manichæos demonstrat Apostolicas Scripturas, Sacrosque Scriptores pro genuinis, authenticisque habendos esse: autque ex eod. capite genuinos Hippocratis libros a falsis sub ejusdem nomine prolatis esse secretos docet; immo Platonis, Aristotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumque hujusmodi Auctorum libros ait, quod ipsorum sint; nisi eadem, temporum sibimet succedentium contestatione continua, atque idem affirmat de Scriptoribus Ecclesiasticis, & inde subnectit; *Sed quid pergam in longe præterita: ecce istas litteras quas habemus in manibus, si post aliquantum tempus vitæ hujus nostræ, vel illas cujusquam Fausti esse, vel has neget esse meas, unde convincitur, nisi quia illi qui nunc ista moverunt, notitiam suam ad longe etiam post futuros continuatis posterorum successionibus trajiciunt? Quæ cum ita sint quis tandem tanto furore cecatur, nisi Dominorum mendaciloquorum malitia, atque fallacia, consentiendo submersus sit, qui dicat hoc mereri non potuisse Apostolorum Ecclesiam tam fidam, tam numerosam fratrum concordiam, ut eorum scripta fideliter ad posteros trajicerent, cum eorum cathedras usque ad præsentes Episcopos certissima successione servaret, cum hoc qualiumcunque hominum scriptis, sive extra Ecclesiam, sive in ipsa Ecclesia, tanta felicitate proveniat.*

Alia quatuor doctissime recenset Cl. Mabillonius P. 2. de studiis Monasticis cap. 13. videlicet. Si aliqua manuscripta existimatione digna, eaque imprimis, quæ magis auctori coæva videntur, in fronte vel etiam in calce operis nomen ejusdem gerant. Si stilus fuerit ubique conformis alteri ceterorum auctoribus operum, sicut, & principia, ac opiniones. Si Scriptores, sive Synchroni, sive pene Synchroni ejusdem opus eidem auctori certo adscribant. Si denique nihil gestum in hoc opere legatur, quin cum historia sui ævi concordet; Et ex his juxta contrariorum legem, ac disciplinam ratiocinare ad falsa, & supposititia eruderanda opera: hujusmodi namque momenta uti perspicuum est, ad utrumque multa efficacitate donantur.

Novæ additiones ex aliena manu.

De fide Judicio habenda Historicis, vide Regulas a Rota traditas *in Augustana Juris præcedendi* 28. *Febr.* 1746. & 1. *Julii ejusdem anni* 1746. *coram Reverendissimo P. D. Bussio Decan. & in Nullius, seu Tarraconen. Præcedentia* 13. *Maji* 1746. *coram clar. mem. Millin. &* 20. *Februarii* 1747. *&* 19. *Junii ejusdem anni* 1747. *cor. R. P. D. Elephant. &* 29. *Januarii* 1748. *&* 13. *Maji ejusdem anni* 1748. *coram bon. mem. Vais.*

HOMICIDA, HOMICIDIUM.

Homicidium dicitur ab homine cædendo, est enim cædes hominis *l. Si ita vulneratus*, 52. *ff. ad l. Aquiliam*, *cap. Si homicidium*. 51. *caus.* 23. *q.* 5. Unde homicidium definitur *quod sit violenta examinatio, seu occisio hominis ab homine facta*. Est in re communis, *arg. cit. cap. Si homicidium*. Dicitur autem notanter *Ab homine*, quia si homo a fera, vel bruto occidatur, proprie *homicidium* non dicitur, sed *pauperies, tit. Inst. & ff. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur*. Semper tamen talis cædes facta ab homine appellatur homicidium, quomodocumque quis hominem occiderit; *l.* 1. §. *Occisorum*, *ff. ad S. C. Syllan.* sive scilicet quis manibus hominem occiderit, puta strangulando; *ut in l. Qua actione*, §. *Occisum*, *ff. ad Leg. Aquil.* Sive non manibus tantum, sed toto corpore puta suffocando, ut accidit parentibus, & nutricibus infantes in lecto opprimentibus, de quo in *c. final de his, qui fil. occider.* Sive vim inferendo suis propriis visceribus, qua fiat abortus, & fœtus abigatur, atque moriatur; *l. Si mulierem*, *ff. ad leg. Cornel. de Sicariis.* Sive præcipitio, dimittendo scilicet aliqem de Ponte, vel de aliquo alio alto loco; *l. Qua actione* §. *Occisum*, *& l. Cum qui*, *ff. ad leg. Cornel. de Sicariis.* Sive pugno; *l. Si servum*, §. *Si mulier pugno*, *ff. ad l. Aquiliam.* Sive telo, §. *Item lex Corneli*, *Institut. de public. Judic.* Sive clava *l.* 1. §. *D. Adrianus*, *ff. ad leg. Cornel. de Sicariis.* Sive Ligone; *cap. significasti in princip. homicid.* Sive Falce, vel Bidente, aliisque rusticis terræ instrumentis, de quibus *in l. Instrumenta*, *ff. de fund. instruct.* Sive nimis gravibus custodiis, & carceribus, vel plumbatorum verberibus, aut ponderibus catenarum, & ferreis manicis; ossibus, & corpori inhærentibus: *Leg.* 1. §. *Si accusator*, *&* §. *illud etiam Cod. de Custod. Reor. l. Incredibile*, *de pœnis*, *& l. Nemo carcerem*, *C. de exaction. tribut. l.* 10. Sive denegatione alimentorum; *l. Necare*, *ff. de liber. agnoscend. & l. Item si obstetrix*, §. *Si quis*, *ff. ad leg. Aquiliam*; Sive flagello, in quo latet dolor, idest intra cujus virgam latet Pugio; *l. Si ex plagis*, §. *Tabernarius*, *ff. ad leg. Aquil.* Sive malo medicamento; *leg.* 3. *ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & l. Qua actione*, §. *Proculus*, *& l. Idem Juris*, *ff. ad leg. Aquil.* Sive veneno *leg.* 1. §. *Præterea*, *ff. ad leg. Cornel. de Sicariis.* Sive occiderit lingua, puta mandando homicidium, consulendo illud, vel falsum testimonium dicendo, propter quod ad pœnam ultimi suppliciii quis fuerit condemnatus:

natus: sive denique alio quocumque modo, & ratione; *leg. Qua actione*, §. *Occisum*, ibi: *Vel qualitercumque*. *ff. ad leg. Aquiliam*.

16 Homicidium dividitur in *Voluntarium*, & Casuale: *lib.* 5. *Decret. tot. tit.* 12. *de homicidio voluntario*, & casuali. Homicidium Voluntarium aliud est *directe*, aut *indirecte* tale. Homicidium *directe voluntarium* est quod vere per se, ac directe intenditur, cum quis animo, ac intentione occidendi hominem ense transfigit, aut sclopeto trajicit illum. *Homicidium indirecte*, *seu in causa voluntarium*, est cum quis mortem alterius non intendit quidem, voluntariæ tamen ponit talem causam, vel facit aliud, ex quo mortem moraliter certe secuturam prævidet, ut si quis graviter percutit, aut pedibus calcat prægnantem feminam, & inde sequatur abortus, vel si in loco hominibus valde frequentato explodit sclopetum, &
18 inde homo occiditur. Homicidium *Casuale*, est quod nec directe, nec indirecte intenditur, sed præter omnem intentionem casu, & fortuito accidit, ut si quis putans sclopetum esse vacuum, explodit ipsum, & explodendo præter omnem intentionem aliquem occidit.

19 Homicidium voluntarium injustum est peccatum ex genere suo mortale, *Communis ac certa*. Est enim expresse prohibitum, & quidem sub gravibus pœnis tum in Testamento veteri, tum in novo *Exodi enim* 20. inter præcepta negativa proximum respicientia, ponitur primo expresse; *Non occides*. *Genes.* 9. dicitur. *Quicumque effuderit humanum sanguinem*, *effundetur sanguis illius*. *Levit.* 24. habetur: *Qui percusserit*, *& occiderit hominem*, *morte moriatur*. *Matth. cap.* 26. sic præcise statuitur: *Omnes*, *qui gladium acceperint*, *eoque percusserint*, *gladio peribunt*, *& Apocalyps. cap.* 13. sic mandatur: *Qui gladio occiderit*, *oportet*, *eum gladio occidi*. Homi-
20 cidium voluntarium potest committi juste, seu licite, & injuste seu illicite. *Communis*. Homicidium juste seu licite potest committi quatuor modis. Primo, mandato Dei speciali. Secundo Lege publica, & ministerio justitiæ. Tertio Bello justo. Quarto, necessaria sui defensione cum moderamine in-
21 culpatæ tutelæ. Quo ad primum de mandato speciali, & instinctu Dei occidendi se ipsum, vel alium, nullum est dubium, cum Deus sit absolutus Dominus vitæ, & mortis hominis, *Sapient.* 16. adeoque homo possit in tali casu licite, imo teneatur ei obedire, sicut prompte ei obedivit Abraham, quando præcepit ei Deus ut occideret dilectum suum Filium Isaac, *Genes.* 22. & Israelitæ de mandato occiderunt parvulos Urbis Jericho, *Jos.* 6. & viri Samariæ interfecerunt 70. filios Achab, 4. *Reg.* 1. & sic de aliis similibus.

22 Quoad secundum de Lege publica, & ministerio justitiæ, habetur tam ex Divina, quam humana Lege, licere auctoritate publica occidere malefactores. Divina quidem *Exodi* 22. expresse dicitur: *Maleficos non patiaris vivere*. *Qui coierit cum jumento*, *morte moriatur*; *Qui immolat Diis*, *occidatur*. *Deuteron.* 21. statuitur pœna mortis filio protervo parentibus inobedienti. *Deuteron.* 22. eadem pœna mortis statuitur filiæ in Domo patris fornicanti. *Et ad Rom.* 13. Apostolus de Principe Seculari loquens, sic ait: *Dei Minister est tibi in bonum*; *Si autem malum feceris*, *time*; *non sine causa gladium portat*, *Dei enim Minister est*, *vindex in iram ei*, *qui malum agit*. Lege humana autem licere constat *ex c. Quæsitum*, 45. *causa* 23. *q.* 4. *c. Prodest*, 4. *c. De occidendis*, 8. *c. Sunt quædam* 39. *c. Qualis* 44. *eod. caus.* 23. *q.* 5. *cum concordantiis*.
23 Quo ad tertium de Bello justo, vide verb. *Bellum art.* 2. *&* 3. *ubi late de licita occisione in Bello justo*.

24 Quoad quartum de necessaria sui defensione cum moderamine inculpatæ tutelæ licere occidere injustum aggressorem, tenet Communissima D. D. cum S. Thoma 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 7. & habetur *in cap. Jus naturale dist.* 1. *& cap. Significasti* 18. *de homicid. & cap. Si vere* 2. *de sentent. Excomm.* ubi dicitur; *vim vi repellere omnia jura*, *omnesque leges permittunt*. *Et leg.* 3. *ff. de Justit. & Jur.* ubi dicitur: *Jure hoc evenit*, *ut quod quisque ob tutelam corporis fecerit*, *jure fecisse existimetur*. Dicitur autem notanter *cum moderamine inculpatæ tutelæ*, quia ad hoc, ut talis aggressoris occisio fit licita, tria potissimum requiruntur communiter a Doctoribus cum Julio Claro. §. *Homicidium num.* 34. Primo scilicet requiritur *Causa*, id est quod aggressio, seu invasio sit injusta, quia pro defensione vitæ suæ non licet occidere juste invadentes, V. G. Ministros justitiæ, quia hi juste invadunt, ut post Avilam *de censuris part.* 3. *disput.* 5. *sect.* 3. *dub.* 2. *concl.* 1. & alios recte observat Pirhing. *lib.* 5. *Decret. tit.* 12. *numer.* 92. Reiffenstuel *ibid. num.* 132. Secundo requiritur debitus *modus* defensionis, ita ut defensio non se extendat ultra id, quod requiritur ad propulsandam injustam aggressionem, qui enim potest se defendere pugno, baculo, percussione non lethali, vel aggressorem abigere, & vincere illum exarmando, non potest licite illum occidere; *argum. cap. Ut fama* 35. *de sentent. excomm.*, ibi: *Dum tamen non amplius eorum violentia se extendat*, *quam defensio exigit*. Tertio requiritur tempus, idest ut occisio ad sui defensionem fiat statim ac quis injustam vim, vel aggressionem occisivam, aut mutilationem patitur, vel certo imminentem cognoscit, non vero postea, & ex intervallo postquam aggressor abiit, nullumque amplius remanet periculum; *argum. cap. Si vero* 2. *de sentent. excomm.*, ibi: *Si incontinenti vim vi repellat*. Et ratio in universum est, quia defensio occisiva ut licita sit talis esse debet, ut non ad sumendam vindictam, sed tantummodo ad propulsandam injuriam fiat; *argum. cap. Significasti* 18. *de homicidio*, ibi: *Tamen id fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelæ*, *non ad sumendam vindictam*, *sed ad injuriam propulsandam*. (a)

Servato dicto moderamine inculpatæ tutelæ, licitum est 26
occidere injustum aggressorem etiam pro defensione vitæ, & membrorum parentis, uxoris, prolis, fratris, sororis, conjunctorum, imo & extraneorum innocentium; *argum. cap. Fortitudo* 5. *caus.* 23. *quæst.* 3., ibi: *Fortitudo*, *quæ vel bello tuetur a barbaris patriam*, *vel domi defendit infirmos*, *vel a latronibus socios*, *plena justitia est*; *cap. Non inferenda* 7. *cap. Qui potest* 8. *eod. caus.* 23. *& quæst.* 3. *juncto cap. Dilecto* 6. §. *Et quidem*, *de sentent. excomm. in* 6. *& concordat. leg.* 1. §. 4. *ff. ad Leg. Cornel. de Sicariis*. *Hinc Exodi cap.* 2. *num.* 11. laudatur Moyses, quod Ægyptium injustum aggressorem Hebræi cujusdam occiderit, & absconderit in tabulo. Et sic tenent Farinac. *in praxi Crimin. quæst.* 124. *a num.* 267. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 137. Julius Clarus *verb. homicidium n.* 27. ubi dicit esse communem, sicuti communem dicunt Filiuc. Molin. Azor. Viva ad *propos.* 17. *&* 18. *Alexand. VII. n.* 12. Imo licitum est etiam occidere injustum aggressorem ob de- 27
fensionem bonorum temporalium, si sint magni momenti, & aliter defendi, vel recuperari non possint; Clarus *verb. homicidium a num.* 25. Suarez de censur. *disput.* 46. *sect.* 2. *nu.* 10. Lessius *lib.* 2. *de justit. cap.* 9. *dub.* 11. Covarruv. *in Clementin. Si furiosus part.* 3. §. *unic. num.* 6. *in fine*, Castropalao *de censur. disput.* 9. *punct.* 15. *num.* 7. *& seq.* Viva *ad propos.* 17. *&* 18. *Alexand. VII. num.* 10. *&* 12. cum latis communi aliorum; *argum. leg.* 1. *Cod. Unde vi*; ubi etiam universaliter concedi videtur his verbis: *Recte possidenti ad defendam possessionem*, *quam sine vitio tenebat*, *inculpatæ tutelæ moderamine illatam vim propulsare licet*, consequenter etiam occidere, si occisio ad defensionem est necessaria, cum permisso fine permittantur etiam media ad illum consequendum necessaria (b); *argum. cap. Præterea* 5. *de offic. & potest. Judic. delegat. leg.* 2. *ff. de jurisd. leg. Si furem* 9. *ff. ad leg. Cornel. de sicar.*

(a) Agitur de moderamine illo inculpatæ tutelæ, quod culpa vacet. Propterea ad hoc non sufficiunt conditiones ab Auctore positæ. Quarta addenda est, quam ex Antoine desumo tract. De Justitia & Jure part. 3. cap. 2. quæst. 6. Requiritur ut nihil ex odio, neque ex animo vindictæ fiat, & ut non intendatur per se mors invasoris, sed sola vitæ propriæ conservatio per justam sui defensionem. Quia occisio hominis privata auctoritate facta, non est finis licitus, nec medium per se necessarium ad sui defensionem; sed est tantum aliquid consequens per accidens ex necessitate finis, qui est vitæ conservatio. Vid. S. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 7. Cæterum in praxi percussio, & occisio injusti vitæ aggressoris raro vacat culpa, quia fere nunquam servantur conditiones ad licitam defensionem requisitæ. Et ideo aliqui Patres occisionem sine publica auctoritate factam, indefinite damnant; scilicet ob periculum vindictæ, & excessus in modo defensionis, vel ob intentionem directam occidendi,. Hac prælucente doctrina invenies, Lector, quid corrigas num. 40., 44., 47.

(b) Circa hominis occisionem, Auctor fatetur naturæ, ac divina lege positiva prohibitam esse, quam ob rem negare non potest vetitum esse homini velle alterius hominis occisionem;

ficar. Et ratio est, quia sine illis bonis non potest juxta proprium statum vita custodiri, adeoque sicuti licet vitam defendere defensione occisiva, ita etiam bona externa ad vitam conservandam necessaria, cum talia bona vitæ quodammodo comparentur; *leg. Advocati* 14. *Cod. de Advocatis diversi Judic.* & ibi Glossa communiter recepta. Fuit autem dictum 28
notanter, *Si bona sint magni momenti*, quia ob res levis momenti non licere occidere aggressorem hodie certissimum est ob sequentem propositionem ab Innocent. XI. die 2. Martii 1679. ex damnatis in ordine 31., ibi: *Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei*.

29 Hinc fur tam diurnus, quam nocturnus servato moderamine inculpatæ tutelæ pro conservandis rebus temporalibus magni momenti, nedum propriis, sed etiam proximi, si aliter defendi, & conservari non possint, licite occidi potest, non tantum a Laicis sæcularibus, sed etiam a Clericis, & Religiosis; *argum. cap. Dilecto 6. de sentent. excomm. in 6.* Et ratio est, quia ipso jure naturæ licet vim vi repellere quantum opus est ad se, suaque tuenda; *cap. Jus naturale 7. dist. 1. cap. Significasti 18. de homicidio, & cap. Si vero 2. de sent. excomm.* ubi dicitur: *Vim vi repellere omnia jura, omnesque Leges permittunt*. Et expresse id permittunt Leges Civiles, quia alias daretur occasio bonos, & innocentes spoliandi; *leg. Si furem 9. ff. ad Leg. Cornel. de Sicar. & leg. 4. ff. ad Leg. Aquil.* & consentit Jus canon. *cap. Interfecisti 2. & cap. Si perfodiens 3. in fine de homicid. & citat. cap. Dilecto 6. de sentent. excommun. in 6. & tenet* Cardinal. de Lugo *disput. 10. num. 169. Viva ad propos. 17. & 18. Alexand. VII. num. 10. & 12.* ubi testatur de communi, & sic communiter docent Silvester, Cajetanus, Sotus, Navarra, Molina, Tambur. ut testatur & sequitur Sporer *tom. 2. tract. 5. in 5. præcept. Decalog. cap. 2. sect. 3. num. 155.* & expresse Reiffenstuel *loc. cit. num. 167.* & 173. Pirhing *loc. cit. num. 91.* Immo ut recte notat Viva *loc. cit. num. 12. in fine*: *Neque obstat* (sunt præcisa verba ipsius) *quod invasor sit in mortali, & in æternum damnetur, nam id sua culpa contingit, potestque desistere, si nolit interfici*; Unde non dicitur esse in extrema necessitate; in qua certe præferenda est vita spiritualis proximi vitæ temporali propriæ. 30

Non

---

nem; cum id Dei præcepto opponatur. Deinde in defensione, quam velle unice debet, qui pro sui conservatione pugnet, ut licita sit non solum odium, atque vindictæ desiderium abesse oportet, sed servari quoque debet præceptum charitatis, quo jubemur ita erga alios homines nos gerere, ut parati simus *pro fratribus animam ponere, Joan. Epist. 1. cap. 3.* Hæc sane comperta Christianis omnibus esse debent, & in dubium salva Religione revocari non possunt. Atque hinc habes, quam æqua sit damnatio propositionum XXXI. XXXII., & XXXIII., facta ab Innocentio XI., in quibus licita asseritur hominis occisio *pro unius aurei conservatione*, pro defensione juris quod habemus ad rem aliquam possidendam, vel pro tollendo homine injuste impediente posse sionem rei, quæ nobis debeatur. Quis enim non videt, hujusmodi occisionem pugnare cum precepto Dei, quo jubemur homines sicut nosmetipsos diligere cum charitate, qua Christus Dominus paratos nos esse voluit ad ponendam animam pro fratribus nostris, atque etiam cum justitia, quæ vetat, pro re, quæ nostra est, conservanda, vitam tollere, quæ Dei est, qui ipsam dedit, & conservat, & quia inter vitam, & rem nulla proportio est, cum vita longe melior, atque excellentior sit omni pecunia, atque re pecunia comparanda. Accedit etiam, vix, & ne vix quidem sperari posse, ut homo defensionem rei suæ eo furore suscipiat, ut usque ad occisionem progrediatur, quin odium, ira, & vindictæ desiderium habeat. Hæc omnia consideranda sunt, dum de homicidio licito, vel illicito disputatur. Si vero ita spectatur, vix casus inveniri poterit, in quo licitum reputetur, sive a lethali culpa immune. Videant ergo probabilistæ nostri casus Metaphysicos fingentes, ut quidpiam in favorem homicidii afferre possint, videant, quam latam perditioni viam aperiant, docendo posse homines pro rei defensione, pro tuendo honore &c. hominem occidere? Sed

Veniam ad rem: ait Auctor licere occidere aggressorem pro re tuenda magni momenti. Itane licitum est pro re tuenda magni momenti perdere animam Christi Sanguine redemptam? Nam cum Aggressor ille in peccato mortali actuali sit, occidendo illum, illius animam perdit. Deinde est ne proportionem inter & vitam? Nulla sane; ergo sicut non licet pro unius aurei defensione aggressorem occidere, ita non licet pro re magni momenti; cum nulla res sit, quæ tanti valeat, quantum vita hominis. Hinc plures gravissimi Auctores negant licere unquam latrones occidere pro servandis, aut recuperandis bonis temporalibus. Ita Joannes Bajardus Lovaniensis, qui quodlibet. VII. testatur an. 1510. hanc opinionem fuisse communem inter Theologos, & Canonistas. Ita Fagnanus ad *caput Interfecisti de homicid.*, ubi ait, *Secundum Canones in foro saltem pœnitentiali, & quoad Deum absolutè credimus, non posse Laicum sine peccato occidere spoliatorem.* Ita Henricus a S. Ignatio, qui plures antiquos Theologos pro hac opinione laudat. Ita denique Pontas, Concina, & alii ab istis citati.

Ajunt bona temporalia media esse ad vitam alendam, ideoque ut vitam, ita & bona hæc defensione occisiva tueri possumus. At si bona ita necessaria sint pro vitæ conservatione, ut nil omnino supersit ad vitam sustentandam, tum defensio non pro solis bonis, sed pro vita etiam suscipitur; & licita esse poterit si solam defensionem intendat. Ubi vero bona pro vita sustentanda supersint, vel inveniri possint, quis dicat licite posse hominem occidere, sive vita privare alium hominem, pro re conservanda, sine qua propriam vitam conservare valeat? Nam nulla proportio est inter bona illa, quæ humana industria acquiri iterum possunt, & vitam, quam solus Deus dedit, atque conservat.

Addunt Exodi 22. probari occisionem furis; sicut probatur in Jure Canonico *cap. Interfecisti*; ubi immunis declaratur a culpa, *qui sine odii meditatione, se, & sua liberando, diaboli membra interfecerit*. Sed præsto responsio est. Nam Scriptura loquitur de fure nocturno, in quo non solum auferendi bona, sed etiam occidendi voluntas præsumitur. Idque ex immediato contextu colligitur: *Quod si orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur*. Homicidii igitur reus est qui furem diurnum occidit, pœnaque mortis plectendus. At ejusdem voloris sunt bona, sive diu, sive noctu auferantur. Non ergo ob solam bonorum ablationem permissa est nocturni furis occisio (alioquin etiam fur diurnus permitteretur occidi) sed ob præsumptionem voluntatis injpio conjungendi furtum cum homicidio. P. Calmet in commentariis ad citatum textum hæc animadvertit. „ Licere „ nocturnum furem interimere, quod rationabiliter vereri „ possumus, quod nobis vitam velit eripere. Hæ veluti re„ liquiæ sunt veteris juris omnibus hominibus communis quo „ licebat ob acceptam injuriam ulcisci, antequam populi jus „ suum in Principum, ac magistratuum manu deposuissent, „ Leges in hoc casu, quodammodo in privatorum manu col„ locant arma, ut queant interficere in persona illorum qui „ eos noctu aggrediuntur, non modo privatos inimicos, ve„ rum etiam publicæ quietis hostes; atque in hoc sensu af„ ferri potest, eos nequaquam occidere privata auctoritate, „ sed legitima magistratuum, legumque auctoritate, quæ „ depositariæ sunt juris, quod habet Deus super hominum „ vitam. Hæc homicidiorum genera Ecclesia patitur, nec „ desunt Scholastici, atque Interpretes, qui doceant, sal„ va conscientia, furem interimi posse, vel alium quem„ piam, qui nos aggreditur vitam abrepturus, cum jactu„ ram illius aliter nequeamus effugere. Sed Augustinus opti„ me ait *lib. 1. de lib. arbitr. cap. 5. Legem quidem non re„ prehenda, quæ tales permittit interfici; sed quomodo ipsos „ qui interfici ut defendam, non invenio*. Re quidem vera „ quinam justificari potest hominem interficiens, ut servet „ ea, quæ religio nos aspernari vult? Evangelium patien„ tiam prædicat, & Patres docuere semper, non licere „ quemquam interficere. Homicidium voluntarium genera„ tim damnat, & sine ulla restrictione „. Hactenus P. Calmet. Judicium meum in animadversione sub finem *diss.* adjicienda exponam. Ad textum allatum ex Cicerone respondent, Romanos tulisse leges, quæ privatis permittebant occisionem furum, qui simul vitæ insidiabantur. Patet ex *l. 9.* ad legem Corneliam: *Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuerit*. Nihil ergo emolumenti hinc colligere adversarii valent. Immo ipsæ civiles leges improbant occisiones latronum, qui absque

31 Non licet tamen occidere injustum Judicem, Advocatum, & falsum Accusatorem, & testem quamvis ab eis grave damnum immineat; Alexander enim VII. die 7. Septembris 1665. damnavit ablolute sequentem propositionem 18. in ordine: *Licet interficere falsum Accusatorem, falsos testes, ac etiam Judicem, a quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare*. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 140. Viva *loco cit. num. 7.* & alii passim. Nec licet defendere defensione occisiva ea, quæ nondum habemus, & ad quæ solum jus inchoatum habemus, & ea nos possessuros speramus, quia Innocent. XI. die 2. Martii 1679. damnavit expresse sequentem propositionem 32. in ordine *Non solum licitum est defendere defensione occisiva, quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus; & quæ nos possessuros speramus*; Reiffenstuel *loc. cit. num.* 141. Viva *loc. cit. num.* 8. Cardenas, & alii passim. Nec licet etiam se defendere defensione occisiva contra injuste impedientem a secutionem hæreditatis, Legati, Cathedræ, aut Præbendæ. Sic enim aperte desumitur ex sequenti propositione 33. inter damnatas ab Innocentio XI. die & anno quo supra: *Licitum est tam hæredi, quam legatario contra injuste impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter* (idest defensione occisiva) *defendere, sicuti & jus habenti in Cathedram, vel præbendam contra eorum possessionem injuste impedientem*; Reiffenstuel *loc. cit. num.* 142. Viva *loc. cit. n.* 8. 32 33
Cardenas, & alii hodie communiter. Nec pariter licitum est 34
aliunı occidere pro necessaria defensione honoris, & famæ. Desumitur ex sequenti propositione 15. inter damnatas ab Alexandro VII. die 7. Septemb. *1665. Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione minitantem occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, sicuti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus vel ipso Religioso, vel ejus Religioni publicæ, vel coram gravissimis viris, prædicta impingere, nisi occidatur*. Item ex hac alia 30. inter damnatas ab Innocentio XI. die, & anno quo supra: *Fas est viro occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat* Viva *loc. cit. num.* 3. Reiffenstuel *loc. cit. num.* 143. *& seq.* Cardenas, & alii.

35 Homicidium voluntarium alterius injuste, seu illicite potest committi, sex modis, facto, præcepto, consilio, defensione, permissione, cooperatione. *Facto* homicidæ sunt, qui manibus, ferro, lapide, veneno, laqueo, & omni alio modo ex enumeratis *a num. 2. ad 14.* inclusive vitam eripiunt. *Præcepto* homicidæ sunt Principes, & Judices, qui condemnant ad mortem innocentes, aut minus nocentes, sicuti, & domini præcipientes famulis alicujus occisionem. *Consilio* homicidæ evadunt, qui alios ad id consulunt, inflammant, & incitant, injuriam aliquam exaggerando, ignominiam exprobrando, honoris jacturam exponendo & hujusmodi. *Defensione* homicidæ fiunt, qui homicidas sustinent, protegunt, apud se recipiunt, ipsis favent, asylum præbent, & hujusmodi. *Permissive* homicidæ dicuntur, qui jurisdictionem habentes, ut Principes, & Magistratus, Judices, Feudatarii, & hujusmodi, negligunt comprehendere, aut secundum demerita punire homicidas, grassatores, sicarios, & similes. *Cooperatione* homicidæ censentur, qui arma subministrant, qui occidendos capiunt, ligant, detinent, & hujusmodi.

36 Nullo casu licet auctoritate humana, sive publica, sive privata innocentem directe, & per se occidere, etiamsi Tyrannus minetur Urbi excidium, nisi ei mittatur caput Innocentis; *Communis*, & constat ex universali præcepto divino *Exodi 23.*, ibi: *Insontem, & justum non occides, quia aversor impium*. Occisio enim innocentis est intrinsece mala, non minus ac fornicatio, adulterium &c. adeoque nulla ratione, nulla necessitate potest cohoneturi. Dicitur autem notanter, 37
di recte, & per se, quia indirecte, & per accidens aliquando licet, ut quando in bello justo victoria aliter obtineri non potest, nisi simul cum nocentibus occidantur innocentes, & quando equo vectus aliter inimicum fugere non possit, nisi ratione viæ anguitæ, & arctæ proculcando innocentem, infantem, dormientem, claudum &c. & quando non potest aliter evitari Urbis excidium, nisi ad Tyrannum, seu Hostem mittatur innocens; Tunc enim potest Respublica talem innocentem cogere, ut Tyrannum adeat, cum ex charitate, & justitia legali teneatur vitam exponere pro Republica; Neque hoc esset directe, & per se cooperari ejus morti, sed tantum indirecte, & per accidens, cum traditio de se sit indifferens, & mors tantum sequatur indirecte, & præter intentionem Reipublicæ; Imo si Civis ille innocens nollet obedire Magistratui præcipienti, ut se pro bono communi Tyranno traderet, aut sui traditioni repugnaret pertinaciter, jam fieret nocens ratione inobedientiæ in re justa, & gravissima, & sic juste non ut amplius innocens. sed ut jam factus nocens, & reus posset a Republica occidi; *Communis*. Dicitur etiam notanter *auctoritate humana*, quia 38
neminem latet licere occidere innocentem auctoritate Divina; Deus enim est absolutus dominus vitæ, & mortis. Sap. 16. *Tues Domine qui vitæ, & mortis habes potestatem*. Deuteronom. 32. *Ego occidam, & vivere faciam*. Unde Deo jubente fuerunt licite occisi parvuli licet innocentes Urbis Jericho ab Israelitis, *Josue 6.* & ex ejus mandato Viri Samariæ occiderunt 70. filios Achab, 4. *Regum* 1. & Abraham prompte obedivit Dei præcepto, quando mandavit ei ut occideret dilectum, et innocentem filium suum Isaac, *Genes. 22.* An 39
autem Judici liceat condemnare ad mortem probatum nocentem, si scientia privata noverit innocentem? *Vide verb. Judex*.

Innocens ad mortem capiendus a satellitibus scientibus ip- 40
sius innocentiam, potest eos licite occidere, si aliter nequeat se defendere. Si autem satellites nescirent eum esse innocentem, uti ordinarie scire non possunt, non posset eos licite occidere; quia bonum commune postulat, ut non inferatur damnum Ministris bona fide publicum officium exercentibus; Molina, Dicastill, et alii cum Stephan. *tom. 4. decis. 5. n.* 10. La Croix *lib. 3. part. 1. num.* 815. Sic incarceratus inno- 41
cens nequit licite occidere custodes carceris, ut effugiat; *Communis* cum Lugo *disp. 40. sect. 4.* La Croix *loc. cit.* Nec 42
ducti ad supplicium possunt licite occidere Carnificem, aliosque Ministros, ut evadant; *Communis*. An autem Bannitus 43
possit se defendere, et aggressorem occidere? et an ipse Bannitus possit licite ab aliis occidi? Vide verb. *Bannitus*.

Non licet auctoritate propria, et privata occidere extra 44
causam necessariæ defensionis; *Communis*. Nec licet Patri 45
filiam, aut Marito uxorem in adulterio deprehensam occidere; *Communis hodie, ac certa*. Ab Alexandro enim VII. die 7. Septembris 1665. merito damnata est sequens propositio 19. in ordine: *Non peccat maritus occidendo propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam*. Imo uxor, et 46
adulterus possunt licite se defendere, et cum moderamine inculpatæ tutelæ etiam occidere maritum, a quo ad mortem injuste invaduntur; quamvis enim invasioni dederint occasionem adulterando, injuste tamen invaduntur ad mortem, adeoque juste se defendunt; Viva *ad dict. propositionem 19. Alexandri VII. num.* 12. et alii passim. Licitum est tamen 47
Matronæ honestæ, sicut et Virgini violentum aggressorem, Stupratorem, oppressorem, si nullo alio modo vim impe-

---

Ferr. Biblioth. Tom. III.

absque vitæ hominum periculo bona temporalia surripiunt. Accedit, supremas Potestates legem condere posse, qua subditis licentiam faciant occidendi publicos Reipublicæ perturbatores; & facinorosos homines qui civili commercio insidiantur. Ad canonum testimonia facilis, & obvia responsio est. Siquidem *cap. Interfecisti* sermo est de invasore, non bonorum modo, verum etiam vitæ: dicitur enim *te tuaque*. Distinctio, quam hinc textui affigunt Probabilistæ, arbitraria est. Quare perdoctus Fagnanus animadvertit, primam particulam illius textus, *Interfici furem, aut latronem*, explicari debere per posteriorem, juxta textum in *leg. Quemadmodum*; ita ut sensus sit: Si interfecisti furem, qui te tuaque invaserat, qui tamen comprehendi poterat absque occisione; age pœnitentiam: si autem comprehendi minime poterat, & tu interfecisti, *te, & tua* liberando; pœnitentiæ non adstringeris, nisi ad cautelam. Aliud *caput* nullum facessit negotium. Quippe ibi sermo non est de occisione, sed de expulsione usurpatoris citra occisionem. Quod adeo verum est, ut Pontifex Decano Aurelianensi approbaverit usum armorum spiritualium adversus præpotentem invasorem. Ut quid autem confugisset Decanus ad excommunicationem, & interdictum, si licitam existimasset corporalem occisionem?

dire, aut declinare possint, occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ; *Communis, arg. cit. juribus sub num.* 27. *&* 29.

48 Auctoritate propria, et privata non licet occidere Principem suum Tyrannum, seu tyrannice populum regentem; in Concilio enim Constantiensi definitum est, Hæreticum es-
49 se asserere licitam esse privato occisionem Tyranni. Nulli auctoritate humana, secluso Dei mandato, aut instinctu divino, licet se ipsum directe occidere; *Communis ex cap. Si non licet 9. caus. 23. quæst. 6.* ubi sic expresse habetur: *Profecto etiam qui se ipsum occidit, homicida est.* Et ratio est. quia homo est solum custos, et usurarius propriæ vitæ, nec habet jus, et auctoritatem in ipsam, cum non sit ipse Dominus absolutus propriæ vitæ, sed Deus *ex 16. Sapientiæ, & 32. Deuteronomii*; ut ex verbis relatis *sub num.* 38. Dicitur autem notanter, secluso Dei mandato, aut instinctu Divino, quia hoc interveniente licitum est homini se ipsum occidere, ut de facto licite se ipsos occidisse creduntur quotquot Sancti, vel Sanctæ in Sacris Scripturis, vel Historiis commendantur, ut Sampson *Judic.* 16. Eleazarus 1. *Machabæor. 6. vers.*45. Razias 2. *Machabæor.* 14. *&c*, S. Apollonia sponte in ignem insiliens, S. Pelagia, S. Sophronia, & aliæ SS. Fœminæ, ne pudicitiam amitterent se ipsas occidentes; vel in flumen, vel flammam præcipitantes, & sic de aliis similibus, ut late docet S. Augustinus *lib.*1. *de Civit. Dei cap.*21. 26., *&* 40. concordat textus *cit. cap. Si non licet 9. caus.*23. *quæst.* 5. Dicitur etiam notanter *Directe*, quia
50 indirecte licet aliquando se occidere, hoc est aliquid facere; vel omittere, ex quo præter intentionem mors certo sequatur, & ratio est, quia præceptum conservandi vitam, utpote affirmativum, non semper obligat, sed potest omitti propter bonum finem, necessitatem, vel magnam utilitatem S. Thomas 2. 2. *quæst.*64. Scotus *in* 4. *dist.*14. *quæst.* 3. §. *De secundo*, & communis aliorum teste Reiffenstuel *Theolog. Monol. tract. 9. de præcept. Decalog. dist.*2. *q.*2. *n.*11.

Hinc resolves primo, posse imo teneri Militem tempore obsi-
52 dionis muros conscendere, stationem suam non deserere, quamvis moraliter certus sit sese occidendum ab hostibus. Resolves secundo, posse, imo debere Episcopum, aut
53 Parochum tempore pestis per se, vel per alium Sacramenta peste infectis administrare, quamvis sit moraliter certus se se etiam ad mortem inficiendum. Resolves tertio, posse uxorem ad consolationem mariti peste infecti assidere ejus lecto,
54 Religiosos posse hujusmodi peste infectis deservire, ex charitate, & amicitia, quamvis certo moraliter timeatur similis moralis infectio. Resolves quarto, posse aliquem ad fu-
55 giendum incendium ex alto se præcipitem dare, cum certo
56 periculo mortis. Resolves quinto, posse aliquem ad evertendam turrim hostilem, aut ad perdendos hostes, pulverem incendere, ne hostis ea potiatur cum gravi Reipublicæ damno. Resolves sexto, posse aliquem licite se objicere telo, vel
57 ictui ad servandam vitam Regis, vel Principis, vel in naufragio tabulam cedere amico naufraganti, vel morti se offer-
58 re pro injuste damnato ad ipsam. Resolves septimo, licere mortem potius tolerare ex actu virtutis heroicæ, quam injustum vitæ, aut honoris invasorem occidere. Resolves
59 octavo, posse reum licite non fugere, quamvis adsit commoditas: imo etiam sponte se sistere Judici plectendum; velle enim tolerare pœnam peccati proportionatam est actus
60 virtutis (a). Resolves nono, licere carnem vigiliis, abstinentiis, mortificationibus, flagellationibus moderatis affligere; quamvis inde vita sit abbrevianda. Resolves decimo,
61 licere alicui abstinere a Matrimonio, quamvis in cœlibatu mori debeat ob indispositionem. Hinc commendatur ab Ecclesia S. Casimirus, qui maluit mori Virgo, quam maritatus vivere; Sic resolvunt, & exemplificant *Lessius lib.*2. *de justit., & jur. cap. 9.* Layman *lib.*3. *tract.*3. *cap.* 1. Busemb. *lib.*3. *part.*1. *tract.* 4. *cap.*1. *dub.*1. Henno *tom.* 1. *tract. in Decalog. disp.* 5. *quæst.* 3. *art.* 2. *conclus.* 1., *&* 2., & alii passim.

Se ipsos occidentes an, & quando privandi sint Ecclesia- 62
stica Sepultura? Vid. verb. *Sepultura*.

Clericus homicida incorrigibilis, debet deponi, & tradi 63
Curiæ sæculari ut moriatur; *cap. Si quis 1. de Homicid.* Fa-
gnan. *ibidem num.*3. cum aliis ibi citatis. Clericus homici- 64
da ex proposito debet deponi ab Altaris Ministerio; Abbas Siculus, Joann. de Anan. Marian. Soccin. quos citat, & se-
quitur Fagnan. *in dict. cap. Si quis num.*6. Clericus homicida 65
voluntarius etiam occultus ex Concil. Trid. *cap. 7. sess.* 14. omni Ordine, Beneficio, & Officio Ecclesiastico perpetuo carere debet; Fagnan. *in cap. Henricus 2. de Clericis pugnan-
tib. in Duello num.*22. Ipse tamen Clericus homicida volun- 66
tarius, ejusque socius obtinere, & obtentas retinere potest pensiones absque dispensatione, non obstante *d. cap. 7. sess.* 14. *Concil. Trid.* Fagnan. *lib.*1. *Decretal. in cap. Ad Audientiam* 31. *de Rescriptis num.*134. ubi refert sic declarasse *Sac. Congr. Concilii die* 11. *Julii* 1577., & iterum de mente Sanctissimi *die* 8. *Augusti eodem anno* 1577.

Homicidæ damnati, sive diffamati, quamvis remissi fue- 67
rint, non possunt habere officia, dignitates, nec testimonium ferre; Pius II. Constit.2. incip. *Ad retinendas*. Homicidæ
non sunt remittendi in loco, ubi degunt hæredes occisi. nisi 68
habita pace; Pius IV. Constit. 52. incip. *Etsi cuncta*. Ho- 69
micidium commissum a Laico, qui postea effectus est Clericus, non punitur quoad personam, nisi a Judice Ecclesiastico; *Sacr. Congr. Immunit. sub die 7. Decembris* 1632. Sic
Clericus reassumens habitum post commissum homicidium 70
gaudet privilegio Fori quoad personam tantum; *Eadem Sac.
Congreg. Immunit. in Gravinen. 7. Julii* 1669. Homicidium 71
committi mandans in personam unius, si committatur in personam alterius, non incurri Irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario; *Sac. Congregat. Concil.* referentib. Nicol. Garzia, Armendar. Campan. Riccio, apud Barbos. *in Summ. Apostolic. dec. verb. Homicida, Homici-
dium num.*4. Homicidium vere casuale, cum nulla penitus 72
admissa fuerit culpa, & in quo non dabatur opera rei illicitæ, non fecit quem irregularem; *Sacr. Congregat. Concil.*
teste Armendar., & Barbosa *loc. cit. numer.* 5. Homicidium 73
committens veneno non gaudet immunitate Ecclesiastica;
Sac. Congregat. Concil. sub die 3. Decemb. 1632. apud Bar- 74
bos. *loc. cit. num.* 7. Homicidii appellatione non venit mutilatio alicujus membri; *Sacr. Cong. Concil.* apud Nicol. Garziam, Lezanam, & Barbos. *loc citat. num. 6.*

Lictores, vel Satellites nequeunt licite occidere malefa- 75
ctorem, quem jussi sunt comprehendere, nisi conjunctim concurrant sex circumstantiæ sequentes. I, Debent Satellites, seu Lictores habere certum, & speciale mandatum a Magistratu de capiendo illo. II. Capiendus debet armata manu resistere. III. Debent ab ipso, si evadat, graviora mala timeri. IV. Capiendus debet de crimine sufficienter esse diffamatus. V. Crimen debet esse atrox, & capitale. VI. Capiendus non debet posse ullo modo alio capi. Si autem una ex dictis circumstantiis desit, non possunt Satellites licite occidere reum volentem se ex eorum manibus eripere; Sic Jul. Clar. Farinac. Fachin. apud Dian. *part.*3. *tract.*7. *resolut.* 44. & alii.

Alia quoad homicidas, & homicidia, Vide verb. *Bellum,* 76
Fratricida, Immunitas Ecclesiastica, Maritus, Parricidium, Mater, Matricida, Uxor, Uxoricidium.

Homicida quando incurrat, vel non irregularitatem? Vid. 77
verb. *Irregularitas*.

Homicida quoad restitutionem; Vid. verb. *Restitutio*. 78

Homi-

(a) *Quamvis enim vir Christianus* (*verba sunt Nat. ab Alex. Theol. Dogm &c. Mor. L. IV. de Decalogo, C. VII. Art.4. Regul.7.*) *corpus suum castigare debeat, & in servitutem redigere, ne caro petulans adversus spiritum ita concupiscat, ut ipsum pertrahat ad serviendum legi peccati: quamvis debeat mortificationem Jesu in corpore suo circumferre, quamvis blandiri sibi ipsi non debeat, nimisque timere, ne Je*junium quod animabus, corporibusque curandis Salubriter institutum est, *ne* medicinalis persimonia (*ut Ecclesiæ verbis utar*) *sua noceat valetudini; Prudentia tamen Christiana, sine qua non est vera* Pietas ad omnia utilis, & promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ, *studia, labores, jejunia, vigilias, ceterasque corporis mortificationes moderari debet, ut castigetur corpus, dometur caro, non destruatur; ut ad serviendum Deo promptior sit homo, & alacrior non ut impotens ad officia sui status obennda reddatur: ut animus a vitiis purgatus, & pravarum cupiditatum vinculis expeditus, & liber ad Deum erigatur, non ut fatiscentis, & oppressi corporis pondere prægravetur, ac deprimatur.*

79 Homicidium proditorium ad hoc ut probetur tale, requiritur amicitia præcedens; *Sacr. Congregat. Immunitat. in Beneventana 18. Augusti 1637. lib. 3. Decretal. Paul. pag. 39.*

80 Non constat de qualitate proditorii, per hoc quod occisus, & occisor dormierint, & luserint simul uno, aut altero die ante homicidium, cum ut fatetur reus secutum sit ex inopinata rixa; & ideo extractus est restituendus; *Eadem Sacr. Congregat. Immunit. in Oritana 23. Junii 1695. lib. 1. decret. Vallem. pag.*57.

81 Quando non constat de qualitate proditionis in Homicidio extractus gaudet, & est restituendus; *Ead. Sac. Congreg. die 30. Sept.*1624. *lib. script. vet. pag.* 38.

82 Committens Homicidium, quod non sufficienter probatur esse exceptum in Bulla, gaudet Immunitate; *Ead. Sacra Cong. Imm. in Amalphitana 28. Sept.* 1660. *lib. Decret. Rocci pag.* 286. *in Neapolitana 18. Novemb.* 1687. *lib. Decr. Mart. pag.* 186.

83 Idem dicito de Homicidio insidiose commisso in Palatio Episcopi; *Ead. Sacri Congr. in Neapolitana 7. Sept.* 1688. *d. l. pag.*344.

84 Indiciatus graviter, sed judicialiter negativus de homicidio proditorio, gaudet Immunitate Ecclesiastica, sed cum Sanctissimo agitur pro pœna extraordinaria, quæ non excedat Triremes ad quinquennium & Sanctissimus votum exequi mandavit; *Ead. Sacr. Congr. Cong. Imm. in Firm. 11. Jan.* 1695. *lib. Decret. Vallem. pag.*166.

85 Reum homicidii proditorii, & nefandæ libidinis Curiæ sæculari puniendum concedit Sac. Congr. hac tamen conditione, ut si coram Judicibus indicia per torturam purgaverit, Ecclesiæ restituatur; *Ead. Sac. Cong. Imm. in Neapolitana 14. Nov.*1630. *lib.*2. *dec. Paul. pag.*62.

86 Clericus extractus reus homicidii proditorii in Personam Sacerdotis, probati quidem a testibus, sed quoad qualitatem proditionis non confessi a reo allegante causas inimicitiæ, condemnatur annuente Sanctissimo in pœnam extraordinariam, quæ non excedat decennium, ad Triremes: *Ead. Sac. Congr. Imm. in Polycastren. 13. Maii 1692. lib. Decr. Grimaldi pag.*131.

Aliquando homicida extractus, quem Sac. Congr. decla- 87
ravit gaudere, annuente Sanctissimo attentis gravibus circumstantiis consignatur Curiæ Legationis pro pœna extraordinaria ad Triremes, quæ non excedat quinquennium; *Ead. Sac. Cong. Imm. in Bonon. 25. Martii 1658. lib. decr. Rocci pag.*76.

Homicidium commissum in loco immuni in Personam 88
Clerici quindecim annorum inservientis Confugito inimico occisorum ex motu iracundiæ, non invento Confugito, non est casus exceptus in Bulla, attamen ex gratia occisores conceduntur Curiæ Laicæ citra pœnam sanguinis; *Eadem Sacr. Congr. in Neritonen. 4. Decemb. 1626. lib. 2. Decret. Paul. pag.*18.

Idem dic de homicidio Clerici patrato ab homine commo- 89
rante in domo ejusdem Clerici, inter quos præcesserant altercationes; *Ead. Sac. Cong. Imm. in Anagnina 22. Januar. 1704. lib.3. Decr. Vallem. pag.*550.

Præcipitur Vicario Generali, ut conficiat processum su- 90
per qualitate homicidii prætensi proditorii cujusdam Regularis Laici, & transmittat, & interim caute custodiat in carceribus Episcopalibus; *Ead. Sacr. Cong. Immun. in Cassanen. 29. Octob. 1672. lib.1. Decr. Alt. pag.*745.

Contra Clericum, qui post proditorium Sacerdotis homi- 91
cidium confugit ad Conventum Religiosorum, injungitur Episcopo, ut procedat ad formam Bullæ Gregor. XIV. *Ead. Sac. Congr. Immun. in Oppidina. 4. Nov. 1636. lib. 1. Decr. Vallem. pag.*84.

Sanctissimus tribuit Legato Bononien. facultatem proce- 92
dendi contra Clericum ob homicidium patratum cum assistentia personæ pertinentis ad eundem Clericum; *Eadem Sacr. Congregatio Immunitat. in Bononien. 26. Nov. 1695. d. lib. pag.*230.

Injungitur Vicario Apostolico, ut incumbat carcerationi 93
complicis homicidii in Ecclesia patrati; *Ead. Sacr. Congreg. Immunit. in Sorana 5. Maii 1699. lib. 2. Decret. Vallem. pag.* 219.

Hodie supradicta Decreta, ac alia intelligenda sunt jux- 94
ta novissimam Constitut. Bened. XIII. incipient. *Ex quo alla* la sub verb. *Immunitas art.*2. *n.*90. (a).

Ad-

(a) Clemens XII. Constitutione, quæ incipit, *In supremo justitiæ solio*, approbavit, confirmavit, innovavit, & adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quovis modo prætendi, & allegari potuisset, restituit, & plenarie reintegravit, & deinceps observari omnino, & inviolabiliter mandavit, omnes, & singulas Constitutiones adversus homicidas saluberrime editas a Pio II., Paulo II., Sixto IV., Julio II., Leone X., Julio III., Pio IV., Pio V., Gregorio XIII., Sixto V., Gregorio XIV., Clement. VIII. Innocentio XI., Innocentio XII., ac Benedicto XIII., & quibusvis aliis Romanis Pontificibus. Præterea decrevit, ut deinceps Privilegiatis, vulgo *Patentati*, in causis homicidii non suffragetur privilegium Fori, exceptis tamen *officialibus, aliisque Privilegiatis a Congregatione pro tempore existentium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium contra hæreticam pravitatem generalium Inquisitorum, ac Ministris necessariis actu inservientibus Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis, eorumque Curiis*, quorum numerus, & qualitates Summo Pontifici præfiniendæ reservantur. Item voluit, ut Clerici Tonsurati non Beneficiati pro *duobus* homicidiis, privilegio fori, & Canonis priventur; & ut Clerici in minoribus Ordinibus constituti, & non Beneficiati tam cœlibes, quam Conjugati, si præscripta a Concilio Tridentino non servent, eodem privilegio priventur; Sed ab Ordinario declarandum esse constituit, utrum præscripta a Concilio servaverint, *non retardata tamen Rei assecuratione.* Rursus decrevit, Ecclesiasticos æque ac Laicos, Homicidii præmeditati Reos, non gaudere immunitate Ecclesiastica; Ecclesiasticos vero ab eorum Judice Ecclesiastico judicandos, & citra pœnam Sanguinis juxta Sacros Canones puniendos. Ulterius declaravit, Benedicti XIII. Constitutionem extendi quoque ad mandantes, adjuvantes &c., atque ad natu minores vigintiquinque, majores vero viginti annis, tam Laicos, quam Clericos. Voluit tamen, ut illorum extractio a loco immuni, atque traditio Curiæ Sæculari, quoad Laicos, ad ejusdem Curiæ Sæcularis requisitionem, fiat a Curia Ecclesiastica, & quoad Clericos, ab ipsa Curia Ecclesiastica ex officio omnino extrahantur. Extenditur quoque ad inquisitos, & damnatos de homicidio in contumaciam dummodo homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem.

Denique ordo præscribitur servandus in extrahendis reis a loco immuni. Si reus per sententiam jam damnatus sit, vel sufficientia suppetant ad capturam indicia, dum delinquens sit Clericus, Judex Ecclesiasticus ex officio, ac nemine etiam requirente, si vero sit Laicus, postquam a Curia Sæculari requisitus fuerit, ad ipsius delinquentis extractionem ab Ecclesia, seu loco immuni, implorato etiam si opus sit auxilio brachii Sæcularis, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputandæ, devenire teneatur, extractumque ad suos, si tuti, & secuti fuerint, sin minus ad Curiæ Sæcularis Carceres adsportari, ibique sub tuta custodia detineri curet, & faciat. Ubi vero ex processu informativo, quoad inquisitum nondum condemnatum, indicia acquisierit sufficientia tantum ad torturam, atque noverit ab extracto a loco immuni homicidium exceptum patratum fuisse, Judex Ecclesiasticus declarare debet constare de casu excepto; & deinde extractum, si Laicus sit, Curiæ Sæculari, si autem Clericus, ejus competenti judici Ecclesiastico tradere debeat, exactis tamen, receptisque in actu traditionis, & consignationis hujusmodi, a judice Sæculari juramento, ab Ecclesiastico vero promissione in verbo veritatis de restituendo extractum de loco immuni sub pœna excommunicationis Romano Pontifici reservatæ, dummodo extractus in defensionibus præfata indicia elidat, & diluat; At si reperiatur reus, a judice suo, ut supra dictum est, puniri debet. Quoad condemnatos vero in contumaciam ante extractionem voluit, ut a judice Ecclesiastico examinetur, num contumacialis sententia legitime, & juste prolata fuerit, & num consignandus veniat, nec ne, & exactis ac receptis juramento, & promissione ut supra tradendum decernit ea lege, ut si in defensione sceleris indicia diluerit, loco im-

Additio ex Auctore.

95 Homicidæ quantumlibet privilegiati (salva exemptione Patentatorum S. Officii, & Curiarum Episcopalium) non gaudent privilegio *Fori* in Statu Ecclesiastico, & in aliis, ad quos extensæ fuerunt Constitutiones hac de re editæ; Bene-
96 dictus XIV. tom. 1. Constitut. 88. incip. *Alias*, §. 1. Homicidæ si tonsurati sint, non beneficiati, licet servantes præscripta Concilii Tridentini, privantur privilegio *Fori* post
97 duo homicidia; Idem *ibid.* §. 2. Si sint Clerici in minoribus non beneficiati, nec servantes præscripta Concilii, non gaudent privilegio *Fori* in hisce casibus, atque etiam expleta delicta pœna, eodem privilegio privati censentur; Idem *ibidem*.

98 Homicidium deliberatum patrantes Laici non gaudent immunitate Ecclesiastica in statu Ecclesiæ, aliisque ut supra;
99 Idem *ibid.* §. 3. Item Ecclesiastici cujuscumque Ordinis; Idem *ibid.* Item mandantes, adjuvantes, consulentes, instigantes, aut aliam operam occisori præbentes, tam Laici, quam Ecclesiastici; Idem *ibid.* §. 14. Item inquisiti, banniti, & damnati de homicidio in contumaciam. Idem *ibid.*

Alia ad rem vide verb. *Propositiones damnatæ*.

* Cum homicidis, & bannitis etiam in casu homicidii voluntarii major Pœnitentiarius potest dispensare ut Religionem approbatam etiam tanquam Clerici ingredi possint, additis tamen quibusdam clausulis, de quibus Pontifex in sua Bulla *Pastor Bonus tom.* 1. *Bull. n.* 95. §. 17.

Novæ additiones ex aliena manu.

1 Variat tum pœna homicidii, tum pœnitentia a jure Ecclesiastico irrogata, pro varietate circumstantiarum
2 ejusdem homicidii. Qui furem vel latronem interficit, distinguitur, utrum comprehendi sine occisione potuerit, quo casu furem occidendo graviori pœnitentiæ subditur; an vero sine odii meditatione se suaque deliberando eum interfe-
3 cerit? qui merito ab omni pœnitentia fere immunis est; *ca.* 2.
4 *de Homicid.* Etiam in foro criminali pœna extraordinaria leviori afficitur.

5 Pariter secundum jus divinum, Ecclesiasticum, & sæculare fur nocturnus impune occidi valet, nocturnus autem non aliter, quam si telo se defenderit; *cap.* 3. *dict. tit. de Homicid. Leg.* 54. §. 2. *ff. de furt. Leg.* 9. *ad Leg. Cornel. de Sicar.*

6 Ex hoc principio de fure diurno licite non occidendo formavit Pontifex decisionem in *cap.* 18. *de Homicid.* Quidam Presbyter grave vulnus inflixerat furi deprædanti Eucharistiam cum ornamentis altarium, & libris Ecclesiasticis, quem acclamatione facta Parochiani occiderant. Fuit quæsitum, an hac percussione irregularis factus esset necne? Distinxit
7 Pontifex utrum constet vulnus inflictum a Presbytero non fuisse lethale, ut ex eo haud periisset, si sequuta haud fuis-
8 sent aliorum vulnera. Quo casu a sacerdotali officio non removetur; An vero vulnus lethale repertum fuerit, tunc pro homicida & irregulari habendus. Qua censura etiam notandus, si discerni nequeat ex cujus ictu percussus perierit.

De occiso in concursu, tum etiam in conspiratione vide quæ habet Alexander III. in *cap. dict. titul. de Homicid.*

HONESTAS PUBLICA.

Vid. verb. *Impedimenta Matrimonii art.* 2. *n.* 20 *ad* 27.

HONOR.

Vide verb. *Detractio art.* 1. *n.* 2. *&* 4.

HORÆ CANONICÆ.

Vide *Officium Divinum*.

HORTATORIÆ.

1 Litteræ hortatoriæ Regiæ nequeunt decerni, relaxari, nec exequi a Laicis nedum contra Episcopos, sed nec contra Ecclesiasticos; *Sacr. Congregat. Immun. in Gravien.* 10. *Febr.* 1632. *lib.* 2. *Decret. Paul. pag.* 114. *in Alexanen.* 3. *April. ejusdem anni lib.* 2. *Decret. Paul. p.* 120. *in Cosentina* 9. *Octobris* 1635. *lib.* 2. *Decr. Paul. pag.* 235.

2 Injungitur Episcopo, ut respondeat cum libertate Ecclesiastica ad Litteras hortatorias; *Ead. Sac. Congr. Immun. in Hieracen.* 22. *Septembris* 1692. *lib.* 1. *Decret. Vallem. p.* 78.

3 Aliquando, ut non curet de hortatoriis Regiis, cum non sint de jure permissæ, & a Sac. Can. improbatæ; *Ead. Sac. Congr. Immun. in Nuscana* 15. *Febr.* 1633. *lib.* 2. *Decr. Paulue. pag.* 151. *& in Avellina* 22. *Julii d. anni, & lib. pag.* 164.

4 Aliquando ut se abstineat respondere dictis litteris: *Ead. Sacr. Congr. Immun. in Vicana* 26. *Julii* 1644. *lib.* 3. *Decr. Paul. p.* 234. *& in Boven.* 5. *Maii* 1651. *lib.* 4. *Decret. Paul. pag.* 146.

5 Aliquando ut non pareat Litteris ad audiendum verbum Regium; *Ead. Sac. Congr. in Lancianen.* 22. *Nov.* 1633. *lib.* 2. *Decr. Paul. pag.* 176.

6 Sic Litteris Regiis de transmittenda nota Clericorum Archiepiscopus non pareat; *Eadem Sacr. Congreg. Immunit. in Cosentina* 17. *Januar.* 1634. *lib.* 2. *Decret. Paulue pag.* 181.

7 Pariter Episcopi non debent attendere ad Litteras Regias, sed continuare in residentia suæ Ecclesiæ; *Ead. Sacr. Cong. in Bojanen.* 2. *Nov.* 1939. *lib.* 3. *Decr. Paul. p.g.* 104. *&* 27. *Aug.* 1941. *ibi pag.* 154.

8 Contra Auctores, & Complices dictarum Litterarum Episcopus conficiat processum; *Eadem Sacra Congreg. Immunit. in Aliphana* 27. *Febr.* 1674. *lib.* 1. *Decret. Altov. pag.* 901.

9 Sacr. Congr. annullat factum Vicarii Abbatialis vigore Litteræ hortatoriæ Regiæ tamquam invalidum, suspendit ipsum a Divinis, ac inhabilitat ad dictum Officium, & alia quæcumque, etiamsi profiteatur se hæc fecisse ex mera ignorantia; *Ead. Sacr. Congr. in Nullius Cassianovæ* 13. *Dec.* 1633. *lib.* 2. *Decret. Paul. pag.* 179.

10 Vicarius Capitularis Acherontiæ contra Ordines Sanctissimi, & Sacr. Congr. obediens Litteris Regiis de accedendo Neapolim, declaratur suspensus a Divinis, privatur Vicariatu, & inhabilitatur ad hujusmodi Officia, & ei præcipitur, ne discedat ab Urbe, & Decretum præfatum notificatur tam Nuncio, quam Capitulo per Litteras, quæ ad futuram rei memoriam retineantur in actis Nunciaturæ, & Curiæ Ecclesiasticæ Acherontinæ, & si non justificaverit allatam legitimam excusationem i nhabilitandus est etiam ad Beneficia; *Ead. Sac. Congr.* 5. *&* 13. *Jul.* 1633. *lib.* 2. *Decr. Paul. pag.* 160.

11 Vicarius bene agit non parendo Litteris ad audiendum verbum Regium; *Ead. Sac. Cong. Imm. in Catacen.* 21. *Sep.* 1633. *lib.* 2. *Decr. Paul. pag.* 171.

12 Idem respondeat Litteris Regiis se procedere auctoritate sua Ordinaria ad defensionem Immunitatis Ecclesiasticæ sibi a S. Cong. demandatam; *Ead. Sac. Cong. Imm. in Bovinen.* 26. *Feb.* 1658. *lib. Decret. Rocci p.* 63.

13 Idem ob inobedientiam, & transgressionem mandatorum Sanctissimi de non discedendo ab Urbe Neapolis, & de non relinquendo exercitio sui Vicariatus ex quacumque causa, etiam positis quibuscumque minis, & præceptis Ministrorum Laicorum in contrarium, de ordine Sanctissimi a Nuncio auctoritate sua Ordinaria condemnatur in pœnam suspensionis ab exercitio Ordinum, & inhabilitatis ad Dignitates, Beneficia, & Officia Ecclesiastica cujusvis generis, quocumque loco, a quibuscumque, & quomodocumque in posterum obtinenda, sub pœna excommunicationis Summo Pontifici reservatæ, & quousque Sanctitati suæ placuerit; *Ead. Sacr. Cong. in Neap.* 25. *Maii & 10. ae* 30. *Junii* 1660. *lib. Decr. Rocci pag.* 257. *&* 259.

14 Scribitur Nuncio Neapolis, ut statim per viam Monitorii judicialis cogat Episcopum Motulen. qui vocatus per Litteras hortatorias Regias ibi comparuit in quibusdam causis Ecclesiasticis ante Ministros Regios, redire ad Residentiam sub pœnis suspensionis, inhabilitationis, privationis, ac aliis arbitrio, necnon mandet Episcopo ubi fabricatus fuit processus contra dictum Episcopum per Curiam sæcularem ut ser. ser. procedat ad Censuras, & pœnas Canonicas contra omnes, qui hac in re quid gesserunt, necnon contra testes, qui se examinarunt. Insuper notificet Ministris Regiis, ut omnino se abstineant, & si paruerint, absolvat; sin minus, contra eos procedat ser. ser. remediis Sac. Can. & Apostolic. Constitutionum, ac supradicta omnia registrare faciat una cum Litteris Sac. Congr. in actis Tribunalis Nunciaturæ, ut futuris temporibus appareat, S. Sedem statim ac scientiam habuit horum omnium irritasse, ac impugnasse; *Ead. Sac. Cong. Imm. in Barun.* 28. *Januar.* 1631. *lib.* 2. *Decr. Paul. p.* 79.

15 Archiepiscopus Lancianen. procedere debet contra Sacerdotem suæ Diœcesis, sed Domiciliarium Civitatis Neapolis ob Litteras Hortatorias obtentas a Magistratu Laico ad præfatum Archiepiscopum, ne deveniret ad collationem Beneficii Parochialis sub prætextu, quod nominatio ejusdem spectaret ad quamdam Ducissam; non obstante incompetentia Curiæ Archiepiscopalis Lancianen. a dicto Sacerdote interposita, eo quia tamquam Domiciliarius Civitatis Neapolis esset subditus Curiæ Archiepiscopi Neapolitani, a qua super delicto sibi imputato jam obtinuerat absolutionem ex capite innocentiæ; *Ead. Sac. Cong. Imm. in Lancianen.* 22. *Febr.* 1707. *lib. Decr. Maraf.*

HOSPITALE, HOSPITALARIUS.

1 Hospitale dicitur ab hospitibus, qui ibi gratis excipiuntur, ubi vero mercede soluta peregrini hospitantur, Hospitium, vel Diversorium appellatur: Barbosa *part.* 2.
2 *Juris Eccles. univers. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. Hospitale est nomen generale pertinens ad omnem speciem hospitalitatis
3 cujuscumque generis illa fuerit; Barbosa *loc. cit.* Unde quia variæ sunt species hospitalitatis, juvat breviter hic illas adducere sub propriis nominibus, & significatis, ut traduntur in *cap. In qualibet Civitate* 23. *caus.* 23. *q.* 8. ibi: *Sancimus res ad venerabiles Ecclesias, Xenones, vel Monasteria, vel Prochotrophia, vel Brephotrophia, vel Orphanotrophia, vel Gerontocomia, vel denique aliud tale consortium*, & Gloss. *ibidem*, & alia Glosa *in cap. De Xenodochiis* 3. *de Religiosis domibus*, & a Barbosa *loc. cit. an.* 2. *ad* 12.

4 Xenodochium, seu Xenon e græco vocabulo est locus venerabilis, ubi pauperes peregrini gratis recipiuntur, Glossa *in cit. c. In qualibet Civitate, verb. Xenones*, & de illo loquuntur textus *in cap. De Xenodochiis* 3. *de religiosis domibus, & in Clement. Quia contingit, eod. tit.* Prochotrophium
5 est locus, ubi pauperes, & mendici aluntur; Glos. *loc. cit.* & de ipso fit sermo in *l. Sancimus, Cod. de Episcop. & Cleric. & in l. Illud* 19. *Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Brephotrophium
6 est locus, in quo infantes pauperum aluntur, Glossa *loco citato*, & de ipso fit sermo in *dict. l. Illud.* 19. *de Sacrosanct. Eccles.* Orphanotrophium est locus, in quo pueri orphani, idest parentibus orbati pascuntur, seu aluntur, Gloss. *loc. cit.* & de ipso fit sermo in *l. Orphanotrophos* 3. *Cod. de Episcop. & Cleric.* & in *Authent. de Eccles. tit. §. final. collat.* 9. Gerontocomium, seu Gerotocomium
8 est locus, ubi senes, & valetudinarii, & propter senectutem solam infirmi homines curantur, Glossa *loc. cit.* Nosocomium dicitur locus, ubi ægroti curantur, de quo in *l. Sancimus §. Sed Deo nobis. Cod. de Episcop. & Cleric.* Nosoco-
10 mii ministri, qui ad ægrotantium curam adhibentur, Parabolani in Jure vocantur, *l. Parabolani, Cod. de illo tit.* Barbosa *loco. cit. num.* 4. Goprophronium dicitur locus, ubi fœ-
11 minæ debilium sustentatrices habitant, Hostiens. *in Summa de Religiosis domibus*; Barbosa *loc. citat. num.* 9. Leprosa-
12 riæ sunt loca seorsim ab aliis in gratiam illorum, qui morbo lepræ laborant, segregata, ut sic contagionis periculum evitetur, de quibus meminit textus *in cap. Cum dicat* 2. *de Eccles. ædificand. in Clementin.* 2. *de præbend. & in Clement. Quia contingit, de religiosis domibus*. Eleemosynariæ sunt
13 loca, & redditus ad eleemosynas faciendas deputati, de quibus meminit textus *in dict. Clement.* 2. *de præbend.* & ibi Gloss. *verb. Eleemosynariis*, & dict. *Clementin. Quia contingit*. Reperiuntur denique alia hujusmodi loca pia, quæ si-
14 cuti & supra relata generali nomine Hospitalia appellantur, licet diversis nominibus secundum diversos regionum mores soleant nuncupari, ut observant dict. Gloss. *verb. Eleemosynariis*, Mandos. *in Regul.* 1. *Cancellar. quæst.* 9. Gonzalez *gloss.* 5. §. 4. *num.* 1. Barbosa *loc. cit. num.* 12.

15 Hospitalia quædam sunt Religiosa, seu Ecclesiastica, & quædam non Religiosa, seu non Ecclesiastica; Glossa *verb. Ecclesias, in dict. Clementin.* 2. *de præbend.* Ugolin. *de officio*
16 *Episcop. cap.* 54. *in princip. num.* 3. Barbos. *loc. cit. num.* 13. Hospitale Religiosum, seu Ecclesiasticum est illud, quod auctoritate Episcopi est constructum, & erectum; *Cap. Ad hæc* 4. *de religiosis domibus*, & communis Doctorum cum Barbosa *loc. cit. numer.* 14. Rota *part.* 11. *decis.* 268. *num.* 19. *& sequent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 630. *num.* 11., *& seq.*, & sæpe alibi. Hospitale non Religiosum, seu non Ecclesiasticum est illud, quod ad libitum cujusque personæ sine Epi-
17 scopi auctoritate fuit erectum; *cap. Inter dilectos* 8. *de donationibus*, Glossa *in cap. Quidam* 18. *quæst.* 2. quod quidem cuique permissum est, & domum suam etiam ad tempus constituere Hospitale, sed non erit locus Religionis, & sacer; Barbos. *loc. cit. num.* 20. Zabarell. *cons.* 13. *numer.* 6. Abbas *cons.* 3. *num.* 2. *part.* 3. Rota *part.* 2. *recent. decis.* 30. *num.* 8.
18 Et tale Hospitale dicitur prophanum, & privatum, quamvis in eo opera pietatis exerceantur, Rota *part.* 11. *decis.* 248. *num.* 18. Locus enim pius, & Ecclesiasticus in hoc differunt, quod respectu loci pii sufficiat exercitium operum piorum, respectu vero loci Ecclesiastici requiritur erectio facta auctoritate Ordinarii, vel Pontificia, Rota *part.* 2. *decis.* 30.
19 *num.* 7. *part.* 11. *decis.* 268. *numer.* 19., *& sequent. part.* 19. *tom.* 2. *decis.* 630. *num.* 11., *& sequent.*

Hospitale fuisse erectum auctoritate Episcopi colligitur ex pluribus; Primo si fuit ædificatum in forma Ecclesiæ, & in eo fuit erectum campanile, & ibi per Sacerdotem celebrentur divina, seu habeat Altare lapideum consecratum. Secundo si Episcopus confirmet Ministrum, seu deputet. Tertio si habeat nomen Sancti sibi appropriati. Quarto, si in eo adsint sepulturæ, vel Cœmeterium. Quinto, si in eo baptizetur. Sexto, si recipiat decimas. Septimo, si non solvat colle-

---

immuni restituatur sub pœna ut supra; quin tamen lata per judicem Ecclesiasticum super immunitate sententia in alio judicio robur habeat ullum. Hæc Constitutio a Clem. XII. pro ditione Romano Pontifici subjecta emanata, a Benedicto XIV. extensa fuit ad ditionem Reipublicæ Lucanæ, & in concordatis ad alias ditiones.

Quoniam vero ex prædictis Constitutionibus nonnulla oriebantur dubia, Benedictus XIV. Const. quæ incipit *Officii nostri*, de medio illa tollere voluit, ac primum circa personas declaravit, hujusmodi constitutionibus comprehendi *omnes & singulos cujuscumque Ordinis, Congregationis, Militiæ, & Instituti Regulares, tam in ipsis expresse professos, quam illis quomodolibet adscriptos cujuscumque gradus &c.* item Mulieres, ac etiam Milites, quin ullum militare privilegium suffragare ipsis possit, aut debeat. Deinde comprehendi voluit homicidium quodcumque etiam baculo, aut saxo commissum, ubi *ex delicti circumstantiis dignoscatur, illius actum, quamvis in rixa commissum, non casu, aut ex necessaria defensione, sed ex odio, & nocendi animo, ac voluntate prodiisse*. Si vero percussus statim non moriatur, sed Chirurgus ad inspiciendum vulnus accitus, grave vitæ periculum adesse referat, decernitur, ut percussor e loco immuni ad quem confugerit, servatis servandis extrahatur, & Carceribus mancipetur; *hac tamen lege, ut Ecclesiæ omnino restituatur, ubi is, qui vulneratus fuerit, ultra tempus a legibus constitutum superstes vivat*, & quidem sub pœnis, quas supra recensuimus. Ut vero facilius per Episcopos hujusmodi constitutiones executioni demandentur, præcipit omnibus Episcopis, ut solliciti sint in iis exequendis, quæ adversus hujusmodi reos præstanda sunt, ac facultatem concedit, *ut, quoties in hujusmodi casibus pro parte Curiæ Laicalis requisiti fuerint, Vicariis suis Foraneis, sive etiam aliis Personis Ecclesiasticis ad id per ipsos Antistites deputandis, committere possint, ut indicia ad extractionem necessaria juridice colligant; ut, his nimirum inspectis, iidem Antistites, prout juris erit, ad delinquentium hujusmodi extractionem quantocyus decernendam procedere valeant*.

ctas. Octavo si in eo fuit observata hospitalitas per tempus antiquissimum; Sic ex multis Barbosa *loc. cit. numer.* 15. Pignatell. *tom.*3. *consult.* 40. Non existentibus autem dictis
20 signis, hospitale in dubio præsumitur erectum absque Episcopi auctoritate; ac proinde potius præsumitur laicale, & prophanum; Gloss. *verb. Ecclesias vers. Quid in dubio in dict. Clementin.* 2. *de præbend.*, & ibi *Imola numer.* 16. *vers. Si vero non apparet*, Ancharan. *num.*10. *vers. Quid in dubio*, Abbas *n.*5. *in fin.* Rota *part.*3. *dec.*268. *n.*5.

21 Hospitalia auctoritate Episcopi fundata, licet administrationem solum temporalem habeant, sunt materia symoniæ jure humano interdictæ; Suarez *de Relig. lib.* 4. *de Symon. cap.*27. *num.*11. *cum sequent.* Sebast. Cæsar. *in relect. de Eccles. Hierarchia quæst.*2. *prooem.* §.6. *in fine*, & *disp.*14. §. 3. *num.*5. *Bonacina de Symonia quæst.*4. *num.*17. *in fine*, Barbos. *loc. cit. num.*18., & alii passim, *arg. cap. Salvator* 1.

22 *quæst.*3. Hospitalia auctoritate Episcopi fundata gaudent Ecclesiastica immunitate; sic sæpe sæpius declaravit Sac. Congregat. Immun., & signanter *in una Civitatis Castellan.æ* 8. *April.* 1631. *in Albanen.* 4. *Septembr.*, & 2. *Octobris* 1668. & est sine ullo dubio communis. Hospitali vero Apothecæ
23 locatæ usui prophano non gaudent immunitate, *Eadem Sac.*
24 *Congregat. Immun. in Verulana* 13. *Julii* 1637. Hospitalia fundata, & constructa privata auctoritate sine auctoritate Episcopi non sunt materia symoniæ; S. Antonin. 3. *part. tit.* 11. *cap.* 2. §. *ultim.* Panormitan. *in cap. Extirpandæ* §. *Quia vero num.*55. *de præbend.* Barbos. *loc. cit. num.*34., &
25 alii passim. Nec talia hospitalia sine auctoritate Episcopi fundata gaudent immunitate Ecclesiastica; *Sac. Congreg. Immunit. in una Montis Alti* 30. *Septembris* 1636., & sæpe alibi.

26 Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, vel redditus, aut proventus Ecclesiasticos, tenentur ad Seminarii contributionem juxta formam Concil. Trident. *sess.*23. *de reformat. cap.*18. *vers. Et hospitalibus*, & sic decisum fuisse a Sacr. Congregat. Concil. referunt Zerola *in prusi Episcop. part.*1. *verb. Hospitale vers. Decimum dubium*; Barbos. *loc. cit. numer.* 31. Riccius, &
27 alii. Hospitalia tamen, quæ administrantur a Laicis, & in quibus sunt bona Laicorum, quæ data sunt in titulum, commendam, seu administrationem, non tenentur ad Seminarii contributionem, nec comprehenduntur *in dict. sess.* 23. *cap.* 18. *de reformat. Sacr. Congregat. Concil. sub die* 11. *Januarii* 1601. quam refert Sellius *in Selectis canonic. cap.*16. *num.*45. Barbos. *in Summa Apostolic. decis. vers. Hospitale numer.*10.
28 Hospitale unius Diœcesis habens beneficium annexum, quod est alterius Diœcesis, tenetur contribuere pro rata fructuum beneficii annexi Seminario Diœcesis, in qua situm est Beneficium, *Sacr. Congregat. Concil.* apud Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarræ lib.*4. *tit.*29. *lib.*1. §. 2. *de Hospital. num.*15. Barbosa *loco cit. num.*9.

29 Hospitalia auctoritate Episcopi erecta, si in titulum perpetuum, aut per electionem conferantur, sunt beneficia Ecclesiastica; *Clementin. Quia contingit*, §. *ut autem*, *de religiosis domibus*, Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancellar. glossa* 5. §. 4. *num.*14. Garzia *de Benefic. part.*1. *cap.*3. *a num.*2. Barbosa *lib.*2. *Jur. Eccles. cap.*11. *num.* 26. cum communi aliorum, & Rota *in Alexandrina Beneficii* 8. *Aprilis* 1625. co-
30 *ram Merlino*. Hospitalia sunt Beneficia Ecclesiastica, etiam ubi unita sunt Ecclesiæ, seu Ecclesiastico beneficio, vel per viam electionis danda sunt in titulum, Gonzalez *loc. cit.* §.4. *num.*16. Garzias *loc. cit. num.*2. Barbosa *loc. cit.num.*28. Amostaz *de causis piis tom.*1. *lib.*4. *cap.*11. *num.*19., Rota
31 apud Merlinum *decis.* 49. *num.* 6. Marescottus *variar. lib.*1. *cap.*3. *num.*8., & alii passim. Regularium Hospitalia, licet auctoritate Episcopi erigantur, non sunt beneficia, sed quædam officia religiosæ, & piæ administrationis, quæ etiam Laicis concedi valent, quamvis Capellas, aut Ecclesias habeant annexas, & decimas percipiant, ut colligitur ex *Clement. Per litteras* 2. *de præbend.*, & *ex dict. Clement. Quia contingit* §. *ut autem*, *de religiosis domibus*; Palao *tom.* 2. *tract.* 13. *part.*7. *num.*4. Velasco *consult.* 105. *num.*31. Marescottus *loc. cit. cap.*3. *num.*13., & alii. Et ratio est, quia ipsis dantur tantum, ut tamquam Administratores curent recipere, nutrire, & curare pauperes secundum institutiones,
32 & facultates Hospitalium. In hospitalibus, quæ non sunt annexa, seu subjecta Monasteriis, seu Conventibus, non sunt præficiendi Religiosi tamquam Rectores, seu Administratores, bene vero possunt præfici Clerici sæculares tamquam Rectores, & Laici quoque adinstar Tutorum, & Curatorum pro recto regimine ipsorum hospitalium, Barbosa *loc. citat. num.*39. Loter *de re benefic. lib.*3. *quæst.*6. *num.*39. Amostaz. *loc. cit. num.*38., & alii.

Ordinarii locorum possunt visitare hospitalia, *Concil. Trid.* 33
*sess.*22. *cap.*8. *de reformat.* Et possunt exigere ab Administra- 34
toribus rationes, et computa, tam in Visitatione, quam extra, etiam per suum Delegatum, non obstantibus quibuscumque privilegiis; Concil. Trid. *dict. sess.*22. *cap.*8., & 9. *de reform.*, et sæpe sæpius Sacr. Congregat. ut videri possunt decreta *sub verb. Administrat.* 10. *Administrator numer.* 2. 35
Imo Ordinarii possunt visitare hospitalia, et ab eorum Administratoribus rationes, et computa exigere, non obstante quod a Testatore, et Lege fundationis expresse excludantur, vide *cit. verb. Administratio num.*3., 4., & 5. ubi dantur decreta, et afferuntur Jura, et rationes. Ordinarii possunt 36
exigere rationem administrationis ab hospitalibus, quæ sunt sub immediata Regum protectione. Sic pluries decrevit Sac. Congregat. Concilii. Vide *cit. verb. Administratio num.*12. 13, & 14. ubi afferunt Decreta. Hospitalia autem, quæ 37
sunt sub immediata Regum protectione, nequeunt ab Ordinariis visitari, *Concil. Trid. cap.* 8. *sess.* 22. *de reform.* Hospitale aliquod visitare volenti, si opponatur exceptio, quod 38
sub immediata Regum protectione existat, non ad sæcularem Judicem, sed ad ipsum Episcopum talis exceptionis cognitio, & definitio pertinet. Sacr. Congregat. Concil. apud Lezanam *tom.*2. *cap.*6. *num.*11., & apud Barbos. *in Summ. Apostolic. decis. verb. Hospitale num.* 7., & apud alios ibi citatos. Ad hoc tamen, ut hospitalia sub immediata prote- 39
ctione Regum existentia sint immunia a Visitatione Ordinariorum, debent esse talia a primæva sua fundatione, nec sufficit, si hospitalia accipiantur ex post a Rege sub immediata sui protectione, ut eximantur a Jurisdictione Ordinarii; Habentur ad hoc responsa, & decreta Sacræ Congregationis Concil. *in una Messanen.* Vide *dict. verb. Administratio numer.*15. 16. 17. & 18. ubi ad litteram dantur.

Ordinarii visitare, corrigere, & reformare possunt hospi- 40
talia omnia, etiamsi privata sint Laicorum in casibus a jure concessis, scilicet ob negligentiam, vel ob dilapidationem bonorum, & ut Testatoris voluntas servetur; *Sacr. Congregat. Concil.* testibus Barbos. *in dict. Summario numer.* 1., et
Armendar., Marta, et Lezana ab ipso ibi citatis. Hospita- 41
lia privata possunt Ordinarii visitare, corrigere, et reformare in iis tantum, quæ ad observandam voluntatem Fundatorum pertinent, et ex Decreto *Concil. Trid. sess.* 22. *c.*9. *de reform.* exigere rationem ab Administratoribus ipsorum una tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est. *Sac. Congr. Conc.* apud Barbosam *loc. cit.* 42
*num.*5., & apud Armendar. ab ipso *ibi cit.* Hospitalia etiam unita, in quibus Ecclesiæ sunt, vel assidue Divina Officia celebrantur, & bona eorum non sunt distincta, debent ab Ordinariis visitari. *Sac. Congr. Concil.* apud Lezanam *in summa q. q. Regular. tom.*2. *cap.*6. *numer.* 11. Barbosa *loc. citat. num.*3. Hospitalia quamvis debeat visitari ab Episcopo vi- 43
gore *Concil. sess.*22. *cap.*8. *de reform.* non inde tamen prohibetur, quin, & Judices sæculares eadem visitare possint, si hoc eis alias legitime competit. *Sac. Congregat. Concil.* apud Barbosam *loc. cit. num.*4., & Armendar., & Lezanam ab
ipso *ibi cit.* Hospitalia administrata a Fratribus S. Joannis Dei 44
non sunt exempta a Jurisdictione Ordinarii, nisi solum quoad Regularem Observantiam. *Sac. Congr. Concil. in Avellina* 12. *Januarii* 1630. apud Barbosam *loc. cit. num.* 12., & apud alios ab ipso *ibi cit.*

Vicariæ perpetuæ Parochialium unitarum, seu incorpo- 45
ratarum Hospitalibus, & aliis Ecclesiis, Collegiis, vel locis piis, in quibus non proprie Parocus, sed Vicarius habens solum exercitium Curæ, ponendus est, non conferuntur per concursum, sed solum ad nominationem, seu præsentationem Repræsentantium Hospitale, Collegium, vel locum pium, cui Parochialis unita est, seu ejus Vicarii prævio examine Ordinarii, conferuntur; sic expresse statuit S. Pius V. in Constit. 47. incip. *Ad exequendum*, ubi §.4. sic ait: *Volumus insuper*, & *ita mandamus*, *quod dicti Vicarii perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem*, *sed ad nominationem illorum*, *in quorum Ecclesiis unitis ponuntur cum ipsorum Ordinariorum*, *seu eorum Vicariorum prævio examine*, & *approbatione deputentur*: Nec immerito; nam propter unionem perpetuo factam Ecclesiæ Parochialis censetur accessoria alteri Ecclesiæ, Collegio, Hospitali, loco pio &c. *Cap.*

Cap. Extirpandæ 30. §. *Qui vero*, *de præbend.* atque per se nunquam censetur vacare juxta *Clementinam unic. de Excessibus Prælatorum*, §. *Quidam etiam Ecclesias*, sed assumit naturam, consuetudines, & privilegia principalis, cui est annexa. Glossa *Cap. unic. Ne sede vacante*, *verb. vniendo*. Simulque in ea attenditur tantum qualitas, & natura beneficii principalis, non autem accessorii, *arg. Clementin. Per litteras cap.*2. *de præbend.* juncta *Regula* 42. *Juris in* 6. *Accessorium naturam sequi congruit Principalis*. Unde Tridentinum requirens concursum in Collatione Ecclesiarum Parochialium, non habet locum in Vicariis seu Ecclesiis perpetuo, & accessorie unitis Hospitalibus, Collegiis, aliisque locis piis, ubi Vicarii, seu Parochi habent solum exercitium Curæ. Rota *part.* 2. *recent. decis.*579. *num.*10., & *decis.* 710. *num.*1., & *part.*4. *tom.*1. *decis.*352. *numer.* 6., & sæpe alibi.

46 In alienatione bonorum Hospitalis erecti auctoritate Episcopi requiruntur solemnitates requisitæ in alienatione bonorum Ecclesiasticorum. Pignatel. *tom.*4. *consult.* 21. *num.*1. cum communi aliorum, & sic censuit *Sac. Congreg. Episcop.*, & *Regul. pro Hospitali de disciplina nuncupato*, & *Confra-*
47 *ternitate S. Joannis Terræ Capralæ Diœcesis Civitatis Castellanæ sub die* 2. *Augusti* 1641., & 30. *Augusti* 1742. Et ratio est, quia hujusmodi bona sunt Ecclesiastica, & proinde non possunt sine solemnitatibus alienari. Si vero Hospitale non sit erectum Auctoritate Episcopi, nec constet ex signis adductis *sub num.* 14. esse tale, ipsius bona possunt alienari absque ullo beneplacito Apostolico, & sine aliis solemnitatibus in alienatione bonorum Ecclesiasticorum requisitis. Bald. in *Authent. Hoc jus porrectum num.*3., & *sequent. Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Felin. *in cap. de quarta num.*6., & *sequent. de præscription.*, & *cap.*2. *numer.* 11. *de foro compet.* Guttier. *canon. quæst. lib.*1. *cap.* 35. *num.*16. Riccius *in praxi fori Eccles. tit. de alienat. rer. Ecclesiastic.* 147. *numer.*4. ac testatur de veriori Barbosa *de Offic.*, & *potest. Episcop. part.*3. *allegat.* 75. *num.*22., & *seq.* ac Bonacina *in tract. de alienat. bonor. Ecclesiastic. part.*2. *quæst. unic. punct.*2. *nu.*10. & *sequent.*, & *in tract. de Feud.*, & *Emphyt. disp.*3. *p.*8. *punct.*4. *num.*21. Pignatell. *loc. cit. num.* 4., & *seq.*, & alii vide verb. *Confraternitas articul.* 6. *numer.* 5. ubi late ad rem.

48 Ad instantiam Domini Dominici Sabbatini Parochi Sancti Nicolai in carcere contra Archihospitale Consolationis de Urbe fuerunt proposita sequentia dubia.

1 *An liceat Ministris Consolationis Urbis benedicere Mulieres post partum*, & *ova tempore Paschali?*
2 *Retinere Confessarios in Ecclesia ad audiendas Populi Confessiones?*
3 *Facere processionem per Parochiam intra octavam Sanctissimi Corporis Christi*, & *præsertim die*, *de quo fit per Ecclesiæm Parochialem?*
4 *Asssociare Cadavera alibi tumulanda cum Cruce*, & *ab Hospitalibus ad locum Catenæ*, & *impedire Parochum ne accedat pro illis ad januas Hospitalium?*

Et ponente Eminentissimo Bichio Sacr. Congregat. Visitationis Apostolicæ die 15. Septembris 1695. respondit.
Ad 1. negative.
Ad 2. negative, nisi de licentia Eminentissimi Vicarii.
Ad 3. negative, præterquam intra Ecclesiam dumtaxat.
Ad 4. negative.
Quibus accedit sententia A. C. sub die 23. Decembris ejusdem anni.

49 Domus nuncupata Hospitale, si non sit constructa auctoritate Episcopi ad publicum bonum, non gaudet immunitate. *Sac. Cong. Immunit. in una Montis Alti* 30. *Septembr.* 1636. *lib.*3. *Decret. Pauluc. pag.*15.

50 Visitatio Hospitalis incurabilium Civitatis Neapolis cum Monasteriis Monialium annexis spectat ad Archiepiscopum. *Eadem Sac. Congr. Immun. in Neapol.* 6. *Maii* 1631. *lib.* 2. *Decret. Pauluc. pag.*77.

51 Ad Episcopum pertinet declarare super Immunitate Hospitalis. *Eadem Sac. Congregat. Immunit. in Marianen.* 4. *Decemb.*1694. *lib.*1. *Decret. Vallam. pag.*159.

52 Hospitale non habens requisita, reputatur tamen pro loco immuni communiter, & in pluribus casibus ut tale venera-

tum, gaudet immunitate, sed injungitur Vicario, ut declaret per Edictum, deinceps non esse immune. *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Spoletana* 11. *Januarii* 1684. *lib.*3. *Decret. Altovici pag.*271.

Cortile Hospitalis S. Ægidii Perusiæ gaudet privilegio Im- 53
munitatis. At tabernacula, ubi vinum venditur, ob obviandas inconvenientia omnino amoveantur. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Perusina* 12. *Junii* 1668. *lib.* 1. *Decret. Altov. pag.* 232.

Hospitale S. Mariæ Civitatis Amerinæ, dictum Laicorum, 54
gaudet immunitate, cum habeat requisita. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Amerina* 27. *Maii* 1687.

Hospitale magnum Viterbii non gaudet. *Ead. Sac. Cong.* 55
Immun. in Viterbien. 22. *Junii* 1666. *lib. Decret. Eorrom. pag.* 69.

Hospitale quod dicitur *de Vagabondi* in loco Fabriani, quod 56
solummodo inservit, ut ajunt, *per dar coperto a poveri*, quamvis erectum auctoritate Episcopi, ex hactenus deductis non gaudet. *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Camerinen.* 7. *Maii* 1658. *lib. Decr. Rocci pag.*84.

Hospitali erecto pro peregrinis, & infirmis Episcopus non 57
permittat introduci per modum Hospitii Birruarios, seu alios Ministros Curiæ Laicali, vel quemlibet alium cum armis, & contra attentantes procedat, prout de jure etiam per censuras. *Ead. Sac. Cong. Imm. in Aprutina* 1. *Jan.*1676. *lib.*1. *Dec. Alt. pag.*1189.

Datur Episcopo facultas extrahendi e loco immuni triticum 58
pertinens ad Hospitale, quatenus eidem constet de debito Hospitalis, erga Seminarium ad effectum solvendi Creditoribus. *Eadem Sac. Cong. Immun. in Tudertina* 9. *Junii* 1694. *lib.* 1. *Decret. Vall. pag.* 1626.

Item datur facultas perquirendi, & extraendi res furto 59
sublatas reconditas in Hospitali, dummodo res extractæ inservire non possint pro corpore delicti. *Ead. Sac. Cong. Immun. in Spoletana* 18. *Decemb. d. anni*, & *lib. pag.*162.

Constito de restitutione, & de consensu partis, ac præ- 60
vio juramento de non incurrendo amplius in similia, absolventur Consiliarii Communitatis, qui adduxerant belluas e prædio Hospitalis. *Eadem Sacr. Congregat. Immun. in Casalen.*13. *Septemb.*1695. *d. lib. p.*213.

Custos Hospitalis durante servitio gaudet privilegio Fori, 61
si Hospitale sit erectum auctoritate Ecclesiastica. *Eadem Sacr. Congregat. Immun. in Sulmon.* 28. *Augusti.* 1664. *liber. Decr. Rocci pag.*503. *in Ripana* 21. *Martii* 1645. *lib.*3. *Decret. Pauluc. pag.*248.

Hospitalarius salariatus, & ejus Familia Hospitalis erecti 62
cum auctoritate Ordinaria præstantes assistentiam, & servitium infirmis gaudent privilegio Fori. *Eadem Sacr. Congreg. Immun. in Nullius Atini* 1. *Martii* 1697. *lib.*1. *Dec. Vallem pag.* 175.

Immo Hospitalarius, seu addictus servitio Hospitalis gau- 63
det, nedum privilegio Fori, sed etiam Exemptione pro bonis. *Eadem Sacr. Congregat. Immunit. in Beneventana* 20. *Martii* 1630. *lib.* 2. *Decret. Paul. pag.*3., & 16. *Septemb. d. anni*, & *lib. pag.*57.

Hospitalarius Laicus, qui singulis annis eligitur, & de- 64
putatur a Confraternitate absque approbatione Episcopi pro servitio Hospitalis Civitatis Albanensis gaudet privilegio Fori. *Eadem Sacr. Congregat. Immu. in eadem* 2. *Octobris* 1668. *lib.*1. *Decret. Altov. pag.*270.

Causa contra Hospitalarium ad Ordinarium, non ad Gu- 65
bernatorem spectat. *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Benevent.*17. *Decemb.*1650. *lib.*2. *Decret. Paul. pag.*67.

Custos Hospitalis defendendus est per Ordinarium Curiæ 66
laicæ; *Eadem Sac. Congregat. Immun. in Nullius Abbatiæ S. Rufilii* 20. *Nov.*1695. *lib.*1. *Decret. Vall. p.*231.

Prior Hospitalis ratione furti a se commissi *in Magazeno* 67
Hospitalis gaudet immunitate Ecclesiastica. *Ead. Sac. Cong. Immunit. in Viterbien.* 8. *Januar.* 1632. *lib.* 2. *Decretal. Paul. pag.* 3.

In causa furti qualificati facultatem procedendi contra 68
Hospitalarium S. Antonii. *Eadem Sacr. Congregat. Immun. in Interamn.* 17. *Maii dicti anni*, & *lib. pag.* 192.

Novæ additiones ex aliena mana.

FRequenter Hospitalia exemptionem prætendunt a juris- 1
dictione Parochi; Quid autem requiratur, ut hospita-

lia exempta dici queant a jurisdictione Parochi, ita ut Rectores vice Parochi fungantur, expendit Rota *in Valentina jurisdictionis super manutentione 26. Junii 1754. cor. Illustrissimo Figueroa*.

HOSPITATIO MILITUM.

Vide verb. *Miles* a num. 17. ad 26.

HOSPITIA REGULARIUM.

1 HOspitia non possunt a Regularibus recipi, & retineri, nisi de licentia speciali Sedis Apostolicæ, seu Sacræ Congregat. & servatis ad unguem omnibus conditionibus præscriptis a Sacra Congregat. Episcop. & Regul. 15. Septem. 1690. in decreto relato sub verb. *Conventus art.* 1. *num.* 9. & sæpe sæpius confirmato; Vide *ibi*. Hodie enim stantibus Constitutionibus Gregorii XV. Urbani VIII. & Innocentii X. allatis sub dict. verb. *Conventus art.* 1. *a numer.* 3. *ad* 5. prohibitum

2 est Regularibus recipere non solum novos Conventus, & Ecclesias, sed etiam Domus, & quascunque alias habitationes sine licentia Sedis Apostolicæ, & Ordinarii; Unde Sacra Congregatio post dictas Constitutiones pluries decrevit, Hospitia aliter recepta intelligenda esse in futurum suppressa, & extincta, & Fratres in eis degentes incidere in pœnas degentium extra Claustra, non obstante qualibet exemptione; *Sic die* 14. *Septembr.* 1629. *&* 7. *Augusti* 1644. 12. *April.* 1647. 10. *Decembris* 1649. 16. *Junii* 1650. 15. *Junii* 1651. &

3 pluries alias. Hinc si Episcopi in suis Diœcesibus contra præscriptam formam Regulares Hospitii repererint, possunt uti jure suo, & quamprimum Sacram Congregat. instructam reddere pro opportuno remedio, ut post allata decreta tradit Monacell. *tom.* 1. *tit.* 6. *formul.* 19. *num.* 16.

Pro erectione Hospitiorum Regularium observandum est

4 etiam Breve Innoc. XI. editum sub *die* 10. *Aprilis* 1688. & relatum sub verb. *Conventus art.* 1. *numer.* 24. Vide *ibi*.

Regulares non possunt sine Sedis Apost. seu Sacræ Con-

5 gregat. licentia reducere Hospitium in Conventum, & Oratorium in Ecclesiam, ut pluries decrevit *Sacra Congregat. Episcop. & Regul.* & signanter 14. *Junii* 1641. 27. *April.* 1646.

6 *&* 13. *Februarii* 1647. Hospitium enim non est, ubi adest Ecclesia, alias fraudarentur Constitutiones erigendo Monasteria sub nomine hospitiorum ad evitandam illarum pœnam; *leg. in fundo* 38. *ff. de rei vindicat. leg. In fraudem* 45. *ff. de jure Fisci*, *leg. Si quid dolo* 1. *ff. Si quid in fraudem*, *leg. Non est dubium* 5. *Cod. de Legatis*, ut dicit Rota *in Toletana Manutentionis coram Bevilaqua decis.* 225. *num.* 8. *part.* 13. re-

7 *cent.* Nec locus, ubi januis apertis celebrantur Missæ, administrantur Sacramenta, sepeliuntur mortuorum cadavera, & pulsantur campanæ, reputari potest simplex hospitium, sed signa prædicta eum demonstrant verum Conventum cum sua vera Ecclesia, adeoque pro ipsius erectione, aperitione, & retentione servandæ sunt Constitutiones de non erigendis novis Conventibus; Rota *loc. cit. decis.* 225. *num.* 6. & ibid. *decis.* 231. *num.* 12. Lezana *part.* 4. *verb. Monasteria num.* 6. Donat. *prax. rer. Regul. part.* 2. *tract.* 1. *quæst.* 22. *num.* 7.

8 Celped. *de exempt. Regular. cap.* 1. *dub.* 6. *num.* 4. & alii passim. Simplex enim hospitium habere non posse Ecclesiam, sed tantum Oratorium privatum, cujus ingressus in viam publicam immediate non respondeat, nec posse habere campanam, nec ibi posse administrari Sacramenta, nec habere continuam permansionem Religiosorum, nisi infirmorum, & servientium, nec sepulturam, nisi specialiter concedatur, pluries decrevit *Sacr. Congregat. Episcop. & Regul.* & signanter 7. *Januarii* 1617. 3. *April.* 1618. 16. *Novemb.* 1646. 10. *Decembr.* 1649. 26. *April.* 1652. apud Nicol. *in Flosculis verb. Hospitium num.* 1. Vide alia Decreta sub verb. *Conventus art.* 1. *num.* 9.

9 Hospitium privatum justa interveniente causa facile solet a Sacra Congregat. Episc. & Regular. concedi Regularibus, ut pluries concessit, & signanter *Ead. Sacr. Congregat. in Mantuana Hospitii Roverbell.* 8. *Augusti* 1710. Ponente Emin. Cardinali Gozzadino, apud Ursayam *tom.* 1. *p. rt.* 2. *discept.* 8. *num.* 19. ibi: *Pro gratia Hospitii privati tantum*, & sic sæpe alibi.

10 Hospitii translationi locus est, justa accedente causa, ut posse transferri non semel concessit *Sacr. Congregat. Episcop. & Regul.*, & signanter *in Novarien. Translationis Hospitii Galliatæ* 24. *Julii* 1711. Ponente Emin. Grimaldo, apud Ursayam *loco cit. discept.* 7. *num.* 41., ibi: *Arbitrio Episcopi pro usu Hospitii tantum*.

Patres reformati non possunt habere privatum hospitium 11
in illis Civitatibus, & Oppidis, in quibus moram facere possunt in Conventibus P. P. Observantium; Sic *Sacr. Congregat. Episcop. & Regul. in Ladenj* 5. *Septembr.* 1710. ubi in causa vertente inter ipsos P.P. Reformatos Loci Codunei, & P. P. Observantes Loci Sancti Columbani pro jure quæstuandi, tria dubia proposita fuerunt, Ponente Emin. Card. de Abdua, ad quorum secundum conceptum his verbis. II. *An liceat eisdem Patribus Reformatis habere Hospitium proprium in dicto Loco Sancti Columbani; seu potius debeant hospitari in Conventu Minorum Observantium S. Francisci sito in dicto Loco S. Columbani?* Sic fuit responsum. *Ad II. Negative quoad primam partem. Affirmative quoad secundam*; Sic apud Ursayam *tom.* 8. *part.* 1. *disc.* 40. *a num.* 142.

Patres Reformati Provinciæ Tusciæ non possunt transferre 12
suum antiquum hospitium ad Conventum S. Joannis Baptistæ, alias Congregationis Fratrum Jesuatorum suppressæ intramœnia Civitatis Florentiæ existentem, sed tenentur remanere in dicto suo antiquo hospitio, servata ejusdem hospitii forma; *Sacr. Congregat. Episcop. & Regul. in Florentina* 26. *Martii* 1677. apud Mattheuc. Official. Curiæ quoad Conventus *sub num.* 23.

Novæ additiones ex aliena manu.

HOspitium vere, & proprie dicitur illud, quod deser- 1
vit, ut inquit Rota *in Eysteten. Fundationis Hospitii* 27. *Junii* 1729. §. 15. *coram bon. mem. Ratto* inter impressas *decis.* 258. *num.* 23. tantummodo pro recipiendis Religiosis itinerantibus, & in quo propterea nulla servatur forma regularis, non erigitur Ecclesia seu Oratorium formale cum Janua in via publica, sed tantum Oratorium internum ad effectum inibi Missas, & Oratorium privatum celebrandi, non administrantur Sacramenta, non fiunt publicæ conciones, nec divina, aliæque functiones peraguntur, non tumulantur cadavera, nec retinentur campanæ, nec aliquid aliud vero Conventui congruens.

Gravis autem est quæstio, an in erectione Hospitii requi- 2
rantur illæ ipsæ solemnitates requisitæ in erectione Conventus, de quibus verba fecimus in *additione ad verbum Conventus articul.* 1. ?

Negant communiter *Cesped. de Exempt. Regular. cap.* 1. 3
dub. 6. *num.* 1. *Tamburin. de Jure Abbat. tom.* 3. *disput.* 5. *quæst.* 1. *num.* 10. *Novar. in Summ. Bullar. part.* 1. *comment.* 82. *num.* 11. *Donat. in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 1. *de Monaster. ædif. quæst.* 22. *num.* 1. *& seq.*

At recte Rota *in dict. Eysteten. Fundationis Hospitii* 27. *Ju-* 4
nii 1729. §. 16. *cor. bon. mem. Ratto* inter impressas *decis.* 258. *num.* 24. *Concl sio* (ait) *quod in Fundatione simplicis Hospitii non requirantur solemnitates Constitutionibus Apostolicis præscriptæ, ad summum procedere potest quando concurrant prædicta requisita pro erectione simplicis hospitii, in quibus terminis loquuntur Auctoritates in objecto allegatæ; secus vero quando in hujusmodi locis religiosis adest Ecclesia publica, pulsantur campanæ, atque administrantur Sacramenta, quia tunc discrepantia eorumdem locorum a cæteris Monasteriis constitit dumtaxat in palliato nomine hospitii, & propterea si erigi possent absque debitis requisitis, Apostolicæ Constitutiones certam edicentes formam in Constructione Monasteriorum servandam remanerent elusoriæ.*

HYDROMANTIA.

Vide verb. *Superstitio num.* 17.

HYPOTHECA, PIGNUS.

HYpotheca, & Pignus large loquendo, tam a Doctori- 1
bus, quam a Jure sæpe sæpius confunduntur nulla nisi nominis distinctione inter utrumque admissa, *l. Res*, 5. §. 1. *ff. de Pignoribus, & Hypothecis*, ibi: *Inter Pignus autem & Hypothecam nominis tantum sonus differt.* Rota recent. *p. 9.* 2
tom. 1. *decis.* 179. *num.* 78. Stricte autem, & proprie loquendo adest inter ipsa aliqua differentia, quæ potissimum consistit in hoc, quod Pignus proprie locum habet in rebus, quæ manu traduntur Creditoribus, ideoque fere in mobilibus rebus tantum locum habet, quæ Creditoribus tradi solent, de a

de a pugno appellatum est Pignus; *l. Plebs* 238. §. *Pignus de verb. signific.* ibi: *Pignus appellatum est a pugno, nam res, quæ pignori dantur, manu traduntur; unde etiam videre est, verum esse, quod quidam putant Pignus proprie rei mobilis esse*. Hypotheca autem consistit fere tantum in rebus immobilibus, vel quæ non traduntur Creditoribus, sed penes Debitorem manent, obligatæ tamen Creditori: adeoque Hypotheca nuda conventione constituitur §. *Item Serviana Inst. de action.* ibi: *Inter Pignus, & Hypothecam differentia est, nam Pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur Creditori, maxime si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione nuda conventione tenetur, proprie Hypothecæ appellatione contineri dicimus*, Azorius *part.* 3. *Instit. moral. lib.* 7. *tract. de Pignoribus cap.* 2. *quæst.* 2. Pirhing. *lib.* 3.

3 *Decr. tit.* 21. *num.* 2. & alii passim. Quoad effectum tamen Pignus, & Hypotheca non differunt, cum ex utroque eadem acquiratur Creditori *actio Hypothecaria*, vi cujus ipse Creditor rem oppignoratam, vel Hypothecatam, ubicumque existat, donec debitum solvatur, exigere potest; Sicuti e contra Debitor rem pignori datam potest, soluto debito, iterum repetere; *arg.* §. *Item Serviana, Instit. de action.* ibi: *Inter Pignus, & Hypothecam quantum ad actionem Hipothecariam nihil interest*.

4 Pignus dupliciter potest fieri. Primo pro re ipsa oppignorata, seu quæ in pignus datur, ut patet ex totis ferme titulis *ff. & Cod. de distract. pig.* Secundo pro ipso contractu pignoratio, seu conventione qua res alteri securitatis gratia datur,

5 vel obligatur; *l.* 1. §. *fin. ff. de pactis*. Pignus late sumptum est contractus, quo Debitor dat Creditori rem aliquam, ut sit pro debito obligata, & ex ea satisfieri possit, si aliter satis

6 factum non fuerit: *Est in re communis*. Similiter hypotheca late sumpta est contractus, quo a Debitore res aliqua obligationi subjicitur pro cautione debiti erga Creditorem; *Est in re communis*. Hinc aperte patet finis Pignoris, hypothecæ, nempe major securitas Creditorum, seu eorum, qui alios sibi obligatos habent; Tutius est enim Pignori, seu hypothecæ incumbere, quam agere in personam, textu expresso *in* §. *Unde constat* 14. *Instit. de obligat. quæ ex delicto*, ibi: *Etiamsi idoneam Debitorem habeat, expedit Pignori potius incumbere, quam in personam agere. Et plus cautioni inveest, quam in persona*; *Regul.* 25. *ff. de regul. Juris*.

Pignus, seu hypotheca alia est *expressa*, & alia *tacita*;

7 Expressa est, quæ sit expressa partium conventione de re oppignoranda, seu hypothecanda, & hæc hypotheca, expressa solet vocari *Conventionalis*. Tacita est quæ absque expressa partium conventione a lege introducta est, atque subsistit absque omni consensu Debitoris, immo etiam eo invito, & hæc hypotheca solet vocari *Legalis*, utpote a lege constituta. Pignus, seu hypotheca expressa alia est *generalis*, & alia

8 *specialis*. Hypotheca generalis, seu universalis est, qua quis obligat alteri in securitatem debiti cuncta sua bona & Jura; *l. fin. Cod. Quæ res Pignori, & leg. Bonorum*, 49. *ff. de verb. signific.* Hypotheca specialis est, qua una, vel plures res in specie, aut individuo alteri in securitatem debiti obligantur; *leg. Quamvis constet*, 2. *& l. Quamvis eod.* 17. *Cod. de Pignoribus, & Hypothec.*

Hypothecæ *tacitæ*, seu *legalis* variæ habentur in Jure exem- 9
pla, quorum præcipua hic juvat adducere. Primo Uxor habet tacitam hypothecam pro securitate dotis allatæ in omnibus bonis Mariti; *c. Ex litteris*, 5. *de Pignoribus*, ibi: *Cum bona Viri Mulieri sint pro dote tacite obligata, & eum suo onere transierint ad quemlibet possidentem &c. l. Unic. Cod. de rei Uxor. act.* §. *Fuerat*, 29. *Instit. de actionibus*. Et hæc tacita hypotheca viget etiam in casu, quo Maritus ob delictum privari debeat bonis, *Cum*, ut expresse dicitur *in cit. c. Ex litteris, cum mulieribus favor multus in recuperandis dotibus debeatur, & cautum sit in Jure, quod propter maleficium Viri mulier remanere non debeat indotata* &, de facto *l.* 2. *Cod. Ne Uxor pro Marito* habetur sic expresse: *Ob Maritorum culpas Uxores inquietari leges vetant*. Insuper habet uxor hypothecam tacitam in bonis Mariti pro securitate bonorum paraphernalium ab ipso Marito administratorum. *Communis; arg. l. Ubi* 29. *Cod. de Jure dotium, & leg. fin. Cod. de Pact. convent.*

10 Secundo etiam Maritus viceversa habet tacitam hypothecam in bonis Uxoris pro dote promissa sibi præstanda, textu expresso *in l. Unic.* §. 1. *Cod. de rei Uxor. act.* ibi: *Damus ex utroque latere Hypothecam, sive ex parte Mariti pro restitutione dotis, sive ex parte mulieris pro ipsa dote præstanda*.

11 Tertio, tacitam hypothecam habent liberi prioris Matri- monii in bonis tam Patris, quam Matris ad secundas nuptias transeuntis ratione bonorum, quæ ad eos ex priori Matrimonio pervenerunt; *l. hac edictali* 6. §. 2. *& leg. Si quis prioris*, 8. §. 4. *Cod. de secundis nuptiis*. Quarto pupilli, & Minores 12
habent tacitam hypothecam in cunctis bonis Tutorum, & Curatorum; *l. Pro officio*, 10. *C. de administr. Tutor. vel. Curator*. Quinto tacitam hypothecam habet Pupillus in rebus ex 13
ipsius pecuniis emptis; *l. Idemque*, 7. *ff. Qui potiores in pignore*. Sexto Ecclesiæ, collegia, aliæque causæ piæ habent ta- 14
citam hypothecam in bonis Prælati, vel alterius Administratoris rerum ad similes pias causas pertinentium; Ecclesiæ enim gaudent Jure minoris; *cap.* 1. *& c. Auditis*, 3. *de in integrum restitutione* & sic tenet Glossa *in cit. cap. Ex litteris*, 5. *de pignoribus verb. Obligata*, & communis Doctorum.

Septimo, tacitam hypothecam habent Legatarii, & Fidei- 15
commissarii in bonis a Testatore relictis §. 2. *Instit. de Leg. & l.* 1. *Communia, de Legatis*. Octavo qui mutuas dat pecunias 16
pro reficiendo ædificio, habet tacitam hypotecam in ædificio suis pecuniis refecto; *l.* 1. *ff. In quibus causis pignus tacite*, & eamdem hypothecam habet in re, ad quam emendam, vel conservandam pecunias mutuas dedit; *l. Qui navem*, 26. *& l. Quod quis*, 36. *de Reb. auctor. Jud. possess.* Nono Venditor 17
habet tacitam hypothecam in re vendita usque dum pretium ei plene sit solutum; *l. Julianus*, 13. §. 8. *de actionibus empti, l. Quod si* 31. §. 8. *ff. de Ædilit. edict. & l. haredit. vendit.* Decimo Locator habet tacitam hypothecam in omnibus a 18
Conductore in domum, vel prædium illatis, & invectis, non tantum pro pensione, sed etiam pro deterioratione rei locatæ; *l.* 2. *ff. In quibus causis pignus*; & concordat *l. Eo jure*, 4. *ff. eod.* Undecimo tacitam hypothecam habet Fiscus in bo- 19
nis contrahentium cum eo, vel conducentium quid ab eo, & in bonis suorum Officialium, & Administratorum; *l.* 1. *&* 2. *C. In quibus causis pignor. tacite, & l. Auferatur*, 46. *ff. de Jure Fisci*, ibi: *Fiscus semper habet Jus Pignoris*.

Hypothecare, & oppignorare possunt omnes illi, qui re- 20
rum suarum liberam administrationem habent *l.* 2. *&* 6. *ff. Si res aliena pignori*. Item Tutor, Curator possunt oppignora- 21
re & hypothecare res Minorum, Pupillorum pro eorumdem utilitate, *leg.* 3. *Cod. Si aliena res, l. Tutor.* 16. *ff. de pignor. act.* Oppignorare, & hypothecare etiam potest Procurator, vel 22
negotiorum gestor, si ad hoc speciale mandatum habet; *l. Solutum*, 11. §. *fin. ff. de pign. action.* vel si habet mandatum generale cum libera potestate, *cit. l. Solutum*, & *l. Procurator, cui* 58. *ff. de procur.* Prælati, & Rectores Ecclesiarum, quam- 23
vis non possint absque Juris solemnitate res Ecclesiasticas alienare, prohibitas hypothecari hypotheca speciali, ut expressæ habetur *in cap. Nulli*, 5. *de rebus Eccles. alienand.* ibi: *Neque specialis hypothecæ titulo obligare*; possunt tamen absque Juris solemnitate talia bona Ecclesiæ pro ejusdem, non item pro propria utilitate, hypothecare hypotheca generali, arg. a sensu contrario desumpto *ex cit. cap. Nulli* 5. *de rebus Eccles. non alienand.* Hoc enim ipso, quod ibidem prohibeatur sola hypotheca specialis, ut patet ex adductis verbis, concessa censetur hypotheca generalis, ut recte argumentantur, & tenent Abbas *in cit. cap. Nulli n.* 3. Joann. Andr. *ibid. num.* 1. & cum aliis Fagnan. *ibid. num.* 30. *& seq.* Covarruv. *variar. resolut. cap.* 16. *num.* 7. Molina *disp.* 466. *num.* 1. Layman *liber* 3. *tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 2. Azorius *p.* 3. *lib.* 7. *cap.* 5. *q.* 4. Pirhing. *lib.* 3. *Decretal. tit.* 13. *num.* 5. *& tit.* 21. *num.* 16. Reiffenstuel *ibid. num.* 34. & alii passim; & ratio est, quia per hypothecam generalem non ita facile deveniri potest ad alienationem, seu venditionem rei generaliter solum obligatæ, seu hypothecatæ, sicuti per hypothecam specialem, per quam plus Juris transfertur in Creditorem cum periculo eam alienandi. Et hanc sententiam testatur Fagnanus *in cit. c. Nulli* 5. *de rebus Eccles. alienand. vel non n.* 32. probasse suo temqore Sacram Congregationem Concilii in contractibus Regularium Nam proposito dubio an in prohibitione nuper edita de rebus 24
Regularium non alienandis comprehendatur generalis hypotheca; Sacra Congregatio censuit non comprehendi, & tamen prohibitio illa fuit concepta iisdem verbis, quibus utitur Paulus II. *In Extravag. Ambitiosæ*. Hæc ille, qui ex multis 25
probat hypothecam generalem bonorum Ecclesiæ in casu permisso posse fieri a Rectoribus Ecclesiarum etiam sine licentia Episcopi. Vid. verb. *Alienatio, art.* 4. *num.* 35. *& 36.*

Res omnes, quæ emi, & vendi possunt etiam hypothe- 26
cari, seu oppignorari possunt; *leg. Sic & quod* 9. *ff. de Pignoribus*: ibi: *Quod emptionem, venditionemque recipit, etiam pignorationem recipere potest*. Et sic e contra 27

Ferrar. Biblioth. Tom. III.

ætatem sub conditione obtinendæ dispensationis, dispensatione non obtenta, & conditione non extante intra tempus quadrimestris perinde haberi, acsi nunquam nominassent. Jam vero in casu nominationis non factæ a majori Parte, nemo nescit, integram, universamque potestatem Capitularem ad minorem percurrere, vel in illis coalescere, qui dignum, & habilem nominaverint, *Card. de Luc. de Regular. discurs.* 53. *num.* 8., *Lavor. variar. lucubrat. Canonic. lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 26., *Lauren. For. Benefic. part.* 2. *sect.* 3. *cap.* 2. §. 7. *quæst.* 571. *per tot.*, *Ceccoper. lucubr. Canon. lib.* 4. *titul.* 6. *num.* 45., *&* 46. *Rot. in Leodien. Vicariæ* 1. *Julii* 1754. §. 3. *cor. Eminentiss. Molino*.

Plane qui præsentat sub certa Conditione impetrandi a Summo Pontifice veniam ætatis sub contraria Conditione removet consensum ab Actu, & quodammodo profitetur, se negare electionem, quum hæc, & non alia sit voluntas ita eligentis, *Card. de Luc. de Jurepatronat. discurs.* 64. *num.* 27., *& de Benefic. discurs.* 28. *num.* 18. *Piton. de Controv. Patron. allegat.* 1. *sub num.* 24. *versic. modus autem in fin.*, *& rursus allegat.* 2. *num.* 4., *Garz. de Benefic. part.* 8. *cap.* 2. *num.* 3., *Corrad. in prax. Beneficior. lib.* 4. *cap.* 6. *numer.* 26., *Vivian. de Jurepatronat. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 10., *&* 24., *Gagliard. de Benefic. cap.* 9. *num.* 10., *Idem de Jurepatronat. cap.* 16. *num.* 13., *Rot. in Parmen. Beneficii* 26. *Junii* 1750. §. 18., *&* 5. *Decembris* 1751. §. 12. *coram bon. mem. Canilliac*. Præsertim ob clausulam *Et non aliter*, qua quidem major Pars ita consensit Inhabilis electioni, ut non adito Summo Pontifice, nec impetrata dispensatione, quinimmo prætergresso tempore ad id præstituto, nihil ipsa egisse videatur, & ideo totum Jus, & vox Capitularis coerceatur in parte minori, quæ capacem, habilemque elegit. Nec electio majoris partis consumit Jus Capituli, quod per minorem conservatur, si majoris Partis electio cassatur, interciditque. Alias absurdum esset Capitulo, & minori Parti perniciem creari. Capitulo, quod fraudaretur Jure eligendi: Minori etiam Parti, si sine culpa illius, & ex facto majoris Partis ad Superiorem fieret devolutio. Quo fit, ut si Pars tantum, & non totum Capitulum in culpa versetur Inhabilem eligendi, tunc Jus electionis pervolvatur, ac transeat ad aliam partem, & ad reliquos licet numero pauciores vocales, quum pœna non debeat insontes afficere, *Barbos. de Jur. Ecclesiast. univers. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 86., *Lowrex. dissert. Canon.* 8. *annot.* 50. *ad nonnullos seqq.*, *Leuren. in for. Benefic. part.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 250. *num.* 2., *Hontalb. de Jur. superven. tom.* 2. *in addit. ad quæst.* 23. *num.* 24.

Traducique ad hanc speciem non possunt Authoritates, quæ de majori parte ignoranter indignum eligente afferuntur. Qui enim ignoranter eligit indignum, aut inhabilem, nullius culpæ notatur, & pro se cupit electionem impleri; Lex autem est, quæ illi subtrahit effectum, & ideo vetat Jus majoris accrescere minori, & in minori coacervari, cum ad id requiratur, majorem Partem vel non eligere, vel culpose saltem eligere. At vero quisquis eligit incapacem sub conditione dispensationis, & consequenter ex perspecta Canonicatus indole requirente legitimam ætatem, scienter eligit, nec excusatur a conditione, nisi removeatur obstaculum nominationis in Incapacem collatæ. Obstaculo vero vigente ob non impletam Conditionem, res absolvitur secundum regulam culposæ nominationis, qualis est illa, quæ proponit Indignum, privans ex post facto eligentes Jure suffragii, & hoc ea vice transferens in alios, qui habilem elegerunt, quive ex consolidatione acquirunt vocem Capitularem, ut de culpose eligentibus statuunt *Lowrex. dissert. Canonic.* 8. *n.* 56. *Passerin. de Elect. cap.* 31. *num.* 1. *Fontanell. de Jurepatron. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. *Rot. coram Ansald. decis.* 95. *nu.* 19., *& in Colonien. Abbatissatus* 25. *Aprilis* 1759. §. 11. *cor. bon. mem. Frangipane*.

Et quanquam alicui mirum videatur, consolidationem majoris in minori fieri ex post facto, semel ac Collegialitas actus nihil initio tribuit minori Parti; perpendere tamen oportet, id fieri per quamdam retrotractionem, & reditum ad initium. Conditio dispensationis ejus est naturæ, ut si impleatur, redeat ad initium actus, actumque convalidet ab illo tempore, sin autem deficiat, etiam defectus ad idem tempus revertatur, actumque deleat tam quoad eligentes, quam quoad Electum usque ab exordio, quum paria sint nihil fieri, vel fieri sub conditione, quæ non extet, ut probant *Roland. consil.* 58. *numer.* 16., *& seq. lib.* 3. *Antonian. consil. lib. primo consil.* 54. *num.* 3., & alii collecti per *August. Barbos. de Axiom Jur. lib.* 3. *cap.* 43. *de condit.* §. 16. *Paris. de resignan. benef. lib. primo quæst.* 14. *num.* 10. *Clericat. de Benef. discord.* 62. *num.* 26., *Rota coram Molin. decis.* 1161. *numer.* 17.. Esto igitur in Patronatibus Laicalibus (cujusmodi est illud, de quo disseritur, si consideretur cessio per Communitatem Burmii facta Capitulo sub lege non immutandi naturam Patronalem) esto inquam a Jure Canonico permittatur actus nominationis Incapacis sub conditione purgandæ incapacitatis intra terminum, ut pluribus collectis firmavit, *Rota in Melevitana Beneficiorum* 10. *Junii* 1712. §. *Pro remotione coram clar. mem. Card. Aldrovando apud Fargn. de Jurepatr. part. prima can.* 5. *cas.* 11. *num.* 28., tamen a conditionis eventu pendet nullitas, aut firmitas ejusdem actus, itaut extante conditione, actus valeat retrocedendo, conditione defecta retrocedendo pariter corruat. Hac vi retrotractionis inspecta, nemo miretur defectum Pontificiæ dispensationis nunquam obtentæ super ætate ministerio Juris redire ad initium actus, & ad momentum, quo major Pars Ignatium præsentavit sub conditione dispensationem obtinendi: Sequiturque propterea ex eo momento a majori Parte negatum existimari consensum nominationis Incapacis e medio sublatæ; semper enim evanescit, & a principio tollitur, ac si non facta præsentatio, cui deest conditionis eventus, *Rota in Recent. decis.* 474. *numer.* 10., *& seq. part.* 5. *tom.* 2., *& in Romana Locorum Montium, seu evictionis* 9. *Feb.* 1756. §. 6. *cor. Illustriss. Stadion*.

Quamobrem vox Incapaci, & Inhabili eatenus profutura, quatenus intra præscriptum tempus evasisset Capax, & Habilis, resolvitur quidem nulla deinceps acquisita capacitate, sed nihil detrahit nominationi minoris Partis, quam imo in suspenso stare jubet, quousque non impleatur conditio capacitatis acquirendæ *Piton. de Controv. alleg. prima num.* 24., *Gagliard. de Jurepatron. cap.* 16. *num.* 12.; Conditioneque desiderata, nec intra tempus superventa, quemadmodum fas est credere, majorem partem noluisse eligere, sic Legis operatione resurgit quodammodo consopitum Jus electionis minoris Partis, nec amplius consideratur major, aut minor Pars, quum in minori totum Jus, ac summa Capituli reperiatur, actusque minoris Partis, qui manet in suspenso, non prohibetur, quin ex post facto vires consequatur, uti monent *Nid. in Commentar. ad regul.* 18. *numer.* 44. *de regul. jur. in* 6., *Hontalb. de Jur. supersten. tom. primo quæst.* 1. *num.* 37.

Et hinc etiam actui collegialiter perficiendo respondetur. Hæc enim quoad Patronos Jure Collegii, non autem uti singulos eligentes regula traditur, ut si nulla divisio Suffragiorum contigerit, sed universum, quantum est, Collegium Inhabilem elegerit, tota vox irritetur, & ad Superiorem devolvatur. At si eligentes sese diviserint, & pars major, ut hic, secesserint ad præsentandum non idoneum, Pars vero minor ad Idonem declinaverit in eodem actu Collegiali, quo Jus electis conquiritur; plane vox, a qua cadit major Pars scienter eligens Inhabilem, accrescit, & additur minori Parti, quæ dignum, & habilem præsentavit, quoniam ut ait *Gloss. in cap. Gratum de Postulator. in verb. pauciores*, Jus omnium, & universitas etiam in unum recidere potest, consonatque *Leg. sicut Municipium* 7. *in fin. ff. Quod cujusque universitat. nomine*, magisque Jus omnium recidit in tres eligentes, qui Collegium faciunt, *Cap.* 1. *de Election. Leg. Neratius* 85., ibique *Gothofred. litt. K. ff. de verbor. signific.*. Idque in solo limitatur casu, si nempe non eodem contextu prodierit nominatio minoris Partis, sed forte prius, & spatio dato, atque intervallo, quia tunc virtus Capitularis constitui nequit in minori parte ob consolidationem majoris nondum privatæ Jure electionis, ut hæc perstringens non ad opportunitatem, sed pro animi sui Sententia perbelle declarat *Piton. de controv. Patronor. alleg.* 100. *n.* 2., *&* 3.

Contrariis forte urgentibus in electione canonica Prelatorum, & ut vocant *propria* ad formam *Cap. Quia propter de elect.*, in qua quidem recepta est sanctio *Textus* ex Jure civili *in leg.* 30. *ff. de regul. Jur.*, & ex Jure Canonic. *in cap. Quum adultis* 29. *de election.*, *& Cap. Dudum cum gloss. in verb. electionis tempore eodem tit.*, utroque Jure negante tractu temporis convalescere, quæ ab initio nulla sunt; Quia in electione propria non admittuntur vota conditionalia; non enim Eligentes in incerto fluctuare debent; quinimmo in electione propria constitutum est, ut majori parte seligente Inhabilem sub conditione quærendæ capacitatis, minore vero capacem, & habilem absolute nuncupante, statim, & ipso

ipso Jure proscribatur vox Eligentium conditionaliter, non expectato conditionis eventu, quia placet vota conditionalia pro non adjectis haberi, & ex puris celebrari electionem, in illos, qui pure nominarunt habilem, ea vice transeunte jure cæterorum, ad *Text. in cap.* 2. *de elect. in* 6., *Ripa resp.* 2. *per tot. de elect.*, *Garz. de Benefic. part.* 8. *cap.* 2. *num.* 11., *&* 13., *Lotter. de Benefic. lib.* 2. *quæst.* 16. *num.* 7., *Passerin. de elect. cap.* 18. *num.* 22., *Nid. de regul. Jur. regul.* 50. *sub num.* 11., *Piton. discept. Eccles.* 106. *nu.* 115., *Rota coram Millin. decis.* 420. *n.* 7.

At longe aliter se res habet in impropria nominatione Patronorum, quos inter recensetur Collegiata Burmii potita Jure eligendi ex cessione Communitatis; nam hic quemadmodum nuncupatio Inhabilis, quæ fit a majori parte sub conditione dispensationis, non habetur tamquam infirma, & infecta (toleratur enim, & permittitur), ita etiam Habilis nomnatio pure facta per minorem partem pro infecta, & infirma non est quoad actum usque ab exordio, sed utraque manet in suspenso quoad effectum, vel saltem est in implicito statu validitatis quoad usque deficiat conditio dicta a majori parte Inhabilem eligente, eaque defecta consistit usque ab initio electio minoris partis, ut secernentes propriam ab impropria nominatione considerant, *Piton. discept. Eccles.* 24. *a num.* 13. *ad plur. seq.*, *Rot. in Recent. decis.* 210. *num.* 16., *& seq. part.* 9. *tom.* 1., *coram Cerro decis.* 26. *n.* 43., *& seq.*, *& cor. Caprar. dec.* 558. *n.* 7.

Idque conficitur tum a Jure, tum ab Homine. *A Jure*, quia eligens Inhabilem sub conditione dispensationis, non videtur a principio eligere, & ideo non attrahit, & absorbet Jus minoris, sed contra ad minorem transfertur etiam Jus majoris, perinde ac si major pars abstinuisset ab electione. *Ab Homine*, quia non accedente conditione, ut erat in facultate majoris partis pœnitere electionis Inhabilis, & aliam intra terminum cumulare electionem, *Piton. de controv. Patron. alleg.* 2. *num.* 4., *Carol. Anton. de Luca de linea legal. part.* 1. *art.* 24. *num.* 10., sic nova electione prætermissa si major pars intra tempus, quadrimestris noluit Habilem eligere, videtur tacite abivisse in electionem Habilis jam a minori parte nominati. Quoniam conflictus majoris partis cum minori, a qua illa se subtraxit, solum durat, quousque impleatur conditio, non impleta vero conditione cessat, & major pars censetur potius fictione legis cessisse Juri suo, vel nominato a minori consensum quodammodo præbuisse, *Hontalb. de Jur. supervent. tom.* 1. *quæst.* 23. *numer.* 125., *& seq.*, *Rota in Recent. decis.* 136. *num.* 14. *cum duobus seq. part.* 10.

In hunc sensum autem eo pronius Domini iverunt, quo certius est ex duabus devolutionibus, quarum altera fiat per consolidationem Juris majoris partis in minori, altera per transitum ad superiorem, uti advertunt *Card. de Luca de Jurepatron. disc.* 31. *num.* 3., *& disc.* 35. *num.* 10., *Piton. de controv. Patron. alleg.* 34. *num.* 7., *& seq.*, *& alleg.* 16. *num.* 23., *Vivian. de Jurepatr. lib.* 12. *cap.* 1. *num.* 1., *& seq.*, favorabiliorem esse primam, quam secundam, & quantopere vitandam hanc, tantopere adjuvandam illam putarunt, sectantes Judicium explicatum a *Rota in Gerunden. Beneficii* 1. *Julii* 1726. §. *Opposito*, *&* 19. *Aprilis* 1728. §. *Quæ quidem coram clar. mem. Card. Calcagnino*.

Privat equidem devolutio in vacatione illa Patronos Jure præsentandi. Odium igitur incurrit, & tamquam pœna, vel modis omnibus effugienda est, ad *Text. in cap.* 5. *de concess. Præbendar.*, *& in cap.* 18. *de elect. in* 6., *Lauren. in For. Beneficial. part.* 2. *sect.* 3. *cap.* 2. §. 7. *quæst.* 739., *Rot. in Colonien. Canonicatus* 16. *Maii* 1729. §. *Quandoquidem coram clar. mem. Corio*, vel non aliter admitti solet, nisi quando perspicue constet ei locum esse, quum in qualibet dubietate pro exclusione pœnæ devolutionis respondendum videatur, *Rota in Imolen. Cappelleniæ* 1. *Aprilis* 1743. §. *His autem coram bon. memor. Canilliac*, *&* 14. *Aprilis* 1752. §. 2. *coram Eminentissimo Bussio*.

Dedebamus additionem hanc adeo ponderosam facere in Articulo: *Electio*: At quia animo excidit, supplendam hic eam duximus.

FINIS TOMI TERTII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA de GRANADA